- 206 Furor vel amentia precedens matrimonium illud impedit & dirimit.
- 207 Furiosus vel amens hinc dilucida interualla potest eo tempore quo est sana mentis contrahere matrimonium.
- 208 Matrimonium cum ebrio contractum an valeat? Indi in ebrietate si contrahat an valeat matrimonium. ibidem.
- 209 Impedimentum ligaminis remissiuum. Clandestinum matrimonium remissiuum, ibid. Concilium Tridentinum circa clandestina matrimonia remissiuum. ibidem.
- C**asamietos) Matrimonij materia aggressuri, ne per ignota procedamus, exordium a diffinitione capiemus. Nam, ut Aristo. inquit lib. 3. Meta. c. 3. post principium, per diffinitionem singula quaque cognoscimus. Neue in illud apostoli incidamus. 1. ad Corinth. 14. dicitis, si ergo nesciero virtutem vocis ero ei cui loquar barbarus, & qui loquitur mihi barbarus. Est itaque matrimonium, maris & foeminae coniunctio, indiuiduam vitam consuetudinem retinens. l. i. ff. de ritu nupti. §. i. insti. de patr. pot. c. illud in fi. extra de presump. & in summa. 27. q. 2. l. i. ti. 2. par. 4. hec diffinitio ab omnibus iuris utriusque professoribus, & theologis est recepta, ut attestatur Io. Brunel. in tracta. de sponsa. & matrim. conclu. i. qui dif-

cutit singula diffinitionis verba. Couarrub. de sponsal. 2. par. c. 1. Maris & foeminae ideo diximus, ut inde constet, non licere hominem cum homine, nec foeminam cum foemina suam exercere turpitudinem, & nefandum perpetrare facinus: vbi Venus in alteram mutatur formam l. cum vir. C. ad. l. iul. de adul. propter quod execrandum scelus, ira Dei venit in filios diffidentiae: & saepe prouocatur dominus, ut immittat ob eam causam famem, terrae motus, & pestes, ut in authen. ut non luxu. con. natu. in prin. colla. 6. c. clerici de excels. pra. l. §. sed continuo de poeni. distin. 6. de quo crimine late agemus, infra lib. 8. titu. 21. l. vnica, post Anto. Archiepiscopum Florentinum in. 3. par. suae summe titu. 14. c. 9. §. 2. & Anto. Gomez in. 1. 80. Tauri. [ Diximus etiam maris & foeminae in singula ri, eo quod quis plures uxores eodem tempore habere non potest, nec foemina plures viros, ut in ca. gaudemus de diuor. hec quippe uxorum vel virorum pluralitas, nulla alia lege quam Mahumetica & Nicolaita heretica permilla fuit, de quibus meminit tex. in. cap. quidam heretici. 24. q. 3. ut post. Pet. de Palu. descripsit Anto. Floren. in 3. part. summe titu. 14. c. 9. §. 2. Ioan. Brunel. in tracta. de sponsa. conclusionem. 1. [ Verum, ut hec rectius percipiantur, operae precium est inquirere, vtrum pluralitas uxorum vel virorum sit prohibita iure naturae, aut alio iure. Et in primis de pluralitate uxorum quaeramus. Pro cuius questionis resolutione, praemittendum est, ius naturale dici dupliciter. Primo quod causam habet a principijs naturae ex necessitate, ut lapidem descendere, quod necessarium est propter eius grauitatem, & ignem ascendere propter suam leuitatem. Secundo dicitur naturale ad quod natura inclinatur, complementum autem accipit a libero arbitrio, secundum Thomam. 1. 2. q. 51. arti. 1. & q. 63. arti. 1. & q. 71. ar. 2. Ecce virtutes naturaliter insunt homini, non quod inueniantur in nobis aliqui actus perfecti per naturam, sed inest a natura suscipere eas per operationes nostras, ut Aristo. docet. 2. Ethico. cap. 1. inclinari ad eas in natum est homini, & tamen habere eas perfecte genitas, non competit alicui homini naturaliter, sed per assuetudinem ad operationes. Aliud constituo exemplum, quod magis conuenit rei, de qua est praesens sermo. matrimonium dicitur esse de iure naturali, quatenus homo per naturam inclinatur ad matrimonium: eius tamen perfectio dependet ex libero arbitrio, & completur per voluntatem, ut optime probat Frater Alfonsus a Vera cruce in speculo coniugiorum. 1. par. arti. 1. qui subdit duplicem esse effectum matrimonij, primus est propagatio & continuatio speciei, quod est bonum commune: alius est mutuum obsequium & communicatio operum, quod est minus principale & secundarium, de quo Aristo. lib. 2. Politi. c. 3. & li. 3. c. 3. & oeconomico. li. 1. c. 3. cum ergo natura necessitatem sumat a fine, teste philoso. 2. Philicorum cap. 8. textu. 75. & finis naturalis speciei sit conseruatio, erit etiam necessarium & naturale matrimonium, cuius finis est speciei conseruatio. Non enim vocamus matrimonium ipsam sexuum commixtionem, quia haec etiam reperitur in pecoribus, in quibus non est matrimonium, sed habitudo certa, quae est inter eos, qui conueniunt carnaliter necessaria, haec vocatur matrimonium. Non enim quomodocumque conueniendum est inter homines, sed certo modo, tam secundum naturae designationem, quam secundum rationis iudicium. Non enim debet esse commixtio

mixtio nisi maris ad foeminam, quod & natura docet, quia finis commixtionis est generatio, quae effici non potest, nisi fuerit sexuum diuersitas. Ad istum etiam finem respicit, quod non fiat accessus ad plures foeminas, sed ad unam solum, quod & natura docet & ratio, teste Aristotele politicorum secundo ferè per totum, reprobante republicam seu politiam Socraticam & Platonicam. [Secundo praemittimus dupliciter aliquid esse de iure nature, vel de primis principiis perfecte cuiuslibet notis, quod nostrates ius naturale primeum appellant, & haec sunt eadem apud omnes, nec aliquam variationem hoc ius patitur, secundum diuum Thomam. 1. 2. q. 94. ar. 2. Ysidorum in lib. ethimologiarum c. 12. eo enim dicuntur prima principia iuris naturae, quod ex se & de se, ut ita dixerim, sunt nota naturaliter, & cum eandem habeant naturam nationes omnes apud omnes eadem sunt haec principia. Ut probat Lactantius lib. 6. de vero cultu Dei c. 8. ex Cicerone lib. 3. de republica. Exemplum habemus in conseruatione sui ipsius, & consequenter in his quibus vita hominis conseruatur. Id est apud omnes uelle seipsum conseruare, & fugere contra rium. Inest etiam homini inclinatio secundum naturam, prout & caeteris animalibus. Sunt itaque de iure naturali primeo ea quae natura omnia animalia docuit, ut coniunctio maris & foeminae, educatio liberorum, & similia. Haec omnia eadem sunt apud omnes, ut supra diximus numero proximo. Alia etiam huius classis sunt, quae tamen solis hominibus naturaliter congruunt, non caeteris animantibus ratione carentibus, nempe, quod in societate uiuamus, nec eos offendamus quibus cum decet conuersari, hoc est de iure naturali rationis. Haec sunt eadem apud omnes & perfecte nota, ut docet beatus Thomas. 1. 2. q. 94. ar. 2. & Alfonso à Vera cruce in speculo coniugiorum. 2. par. art. 7. contra Panor. & sequaces in c. vlti. de consuetu. [Dicitur secundo aliquid de iure naturae secundario, quo plura sunt praecipua & prohibita, quae non sunt de primis praecipuis legis naturae, quia non sunt sic perfecte nota apud omnes: sed sunt uelut conclusiones quaedam, quae inferuntur ex primis principiis. S. Tho. 1. 2. q. 94. ar. 2. atque ideo illis duntaxat erunt notae, qui deriuationem uel ordinem ad prima principia non ignorauerint. Sunt autem plures barbarae nationes, quibus haec deriuationes ignotae sunt, ignorabunt ergo conclusiones: uariè enim aestimantur quae non sunt naturaliter determinatae. Atque ideo huiusmodi conclusiones non sunt eadem apud omnes nationes sed sunt uariabiles, ut probat Adria. in. 4. sententiarum tracta. de restitutione, Diedo de libertate christiana pagi. 52. Celius lib. 10. lectionum c. 1. & haec experimento cognoscimus, uidemus enim apud aliquas nationes, ut apud Indos, aliquid quod habetur ut bonum naturaliter cognitum lumine naturali deriuatum ex primis principiis, apud alias nationes non haberi ut bonum. Veluti in proposito, communicatio uiri & foeminae in operibus ad thesaurizandum filijs tanquam bonum habetur, quod ex perfecte notis elicitur. Sunt tamen nationes barbarae Indorum, quae illud spernunt, nec censent esse bonum, atque ideo non prosequuntur ut bonum. Similiter & nationes plures pluralitatem vxorum fugiunt tanquam malum, ne turberetur pax familiae earum continuis rixis, quod elicitur ex notis lumine naturali. Sed tamen cernimus non sic esse apud Indos qui vxorum pluralitatem admittunt, ut pluribus autoritatibus probat

Tiraquel. curiosus harum rerum indagator in suo de legibus conubialibus tractatu lege. 7. nu. 20. & pluribus sequentibus. [Tertio praemitto aliquid esse contra naturam iudicandum, si per illud tollatur finis à natura intentus, uel finis omnino tollatur, saltem difficilis reddatur. Vtraque enim in specie dicitur contra naturam. Quippe quae inclinet unquamque rem ad suos fines non tantum consequendos, uerum etiam debite & congrue consequendos. Dedit siquidem natura oculos homini ad se tuendum à periculis, & non solum oculos dedit, sed & ordinauit & in tali loco posuit, ut commodius finem consequeretur, nempe, in capite, & non in pedibus, ut docet philosophus. 2. phi. tex. 75. dupliciter ergo actio hominis potest inconueniens esse fini naturae, uel quia ipsum omnino impedit uel saltem difficilem reddit eius consequitionem. Ex epli loco, per comestionem natura intendit sanitatem & uitae conseruationem, superflua uero & inordinata comestio impedit finem, hoc est, sanitatem. Si tamen sit temperata comestio, sed non congruo tempore, licet non impediatur finis, id est, sanitas, facit tamen difficilem consequitionem finis, eo quod difficiliter sanitas conseruabitur cum eiusmodi comestione. Haec itaque actio seu operatio prohibita est iure naturae per prima principia perfecte nota. Similiter natura intendit conseruationem hominis: homicidium uero directe tollit finem hunc. Quo fit ut homicidium prohibitum esse censetur lege naturae per prima eius principia. Item natura intendit bonum cuiuslibet, si quis alicui malum inferat, tollit omnino finem istum. Est enim lex naturae ex eius primis principiis omnibus nota, nulli malum esse inferendum: & omne malum esse fugiendum, & bonum prosequendum. Quis obsecro adeo barbarus cum haec audierit, non approbabit absque aliquo discursu? Nemo certe si sanè mentis fuerit. [Est & 4. praemittendum naturam duos fines intendere semper, unum principalem per se notum, alium minus principalem, qui ex primo fine elicitur. Primus omnibus notus est, & inuariabilis: secundus non omnibus notus, atque ideo variabilis. Ut in sumendis cibus, intendit primo natura sanitatem, secundario autem bonam habitudinem in negocijs gerendis, ut homo habeat robur & fortitudinem, & non deficiat in eorum exercitio. Potest autem euenire, quod actio hominis uel impediatur finem principalem, quem natura intendit: uel minus principalem & secundarium: uel non omnino impediatur, sed difficilem reddat operationem seu effectum finis secundarij, ut in superiori exemplo. Superfluous cibus non solum tollit finem principalem, scilicet, sanitatem, uerum & secundarium, hoc est, bonam habitudinem in negocijs gerendis. Atque idem prorsus eueniet ob nimium cibi defectum. Cibatio uero inordinata quo ad tempus, non tollit finem principalem, sed difficilem reddit secundarium: [His praemisissis: in matrimonio, de quo agimus, natura similiter pretendit duos fines, alterum principalem, nempe proles procreationem, & alterum secundarium, hoc est, operum utriusque coniugis mutuam communicationem. Primus non omnino impeditur per vxorum pluralitatem: vnus quippe uir sufficit multis foeminis foecundandis, pluresque foeminae magis profunt ad educandum liberos, quam una sola. Quare habere plures vxores

res non est contra prima principia iuris naturae ut probat Ioan. Gerson in. 2. part. de matrimonio. [At nulli dubium quin vxorum pluralitas sit contra ius naturae secundarium, & eius secunda praecipua & conclusiones, quae eliciuntur ex primis principiis, quia uel tollit, uel difficilem reddit finem secundarium naturae, hoc est, operum communicatio nem. Nam operum communicatio praesupponit amorem & pacem in familia: sed ubi vnus uir plures habet vxores, non erit pax. Quia, ut ait Philo. libr. 7. Aethico. ad ad Eudemium in prin. & iterum lib. 2. Rethorico. ad Teodeten. c. 4. figulus figulum odit. Hispanè (Quien es tu enemigo? el de tu officio. Sequitur ergo quod cessabit operum communicatio, ubi plures fuerint vxores, uel difficile communicabuntur opera, uel non ita facile ac si una solum esset vnus. Ex alia etiam causa non erit pax in familia, in qua plures sunt vxores, vnus quippe uir non potest satisfacere in redditione debiti pluribus simul, non solum in redditione ad uotum, sed nec in competenti. Ob has causas dicimus pluralitatem vxorum repugnare legi naturae secundario, quia finis secundarius à natura intentus, hoc est, operum communicatio, comode fieri non potest, ubi plures in eodem communicant officio. [Uerum haec vxorum pluralitas, quauis non sit contra prima naturae principia, est tamen contra ius diuinum à principio creationis institutum, & demum lege euangelicè expresse prohibita. Illud autem dicitur contra ius diuinum positum, quod est contra dictum uel factum Dei ad nostras actiones dirigendas: sed vxorum pluralitas repugnat facto Dei à principio, qui vniam foeminam uni uiro coniunxit, ut constat Genesis. c. 2. poterat siquidem plures creare, quod factum in lege noua declarauit, dicens Matthei. 19. non legistis quia qui fecit ab initio masculum & foeminam fecit eos, & dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhaerebit vxori suae, & erunt duo in carne una? Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Quos ergo Deus coniungit, homo non separet. Ecce dixit dominus adhaerebit vxori suae, non vxoribus suis, nec dixit erunt tres uel plures una caro, sed duo in carne una. Quae uerba dicta sunt in institutione primi matrimonij, ut patet Genesis. c. 2. de iure ergo diuino positum uerè est matrimonium vnus ad vniam, & pluralitas vxorum repugnat iuri diuino. Confirmatur auctoritate Apostoli primo ad Corint. c. 7. dicentis, his qui matrimonio coniuncti sunt praecipio, non ego, sed dominus, vxorè à uiro non recedere, quod si recesserit maneat innupta. Ecce si vxorum pluralitas non repugnaret iuri diuino, liceret uiro una dimissa, aliam ducere. Quibus auctoritatibus & alijs hoc probat Innocentius Papa Tertius in capit. gaudemus extra de diuor. Quod ius diuinum nunquam fuit expresse cognitum usque ad Christi Aduentum, qui expresse huius ueritatis tulit legem Matthei. 19. & hodie habemus text. expressum hoc ipsum explicantem in Concilio Tridentino sessione. 24. de sacramento matrimonij canone. 2. in haec uerba, si quis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum anathema sit. [In dubium tamen reuocari solet, an aliquando plures licuerit habere vxores absque dispensatione, uel expressa Dei reuelatione. Et uideretur absque dispensatione uel reuelatione Dei non licuisse: constat enim tempore legis naturae sanctos patres vxorum pluralitate uos fuisse, ex Dei

reuelatione. Abraham habuit Sarram & Agar simul. Iacob quatuor simul habuit vxores, Liam, Rachelem, Balam, & Zelpham ut constat Genes. cap. 16. & 29. tempore etiam legis Moysaice uiri sancti plures habebant vxores, ut Dauid habuit. 2. Regum. capit. 3. & 5. & tamen ob hoc non sunt à Deo reprehensi, immo laudati, de Dauid fuit dictum. 1. Paralipomenon. 3. quod non declinauit ab operibus, quae Deus mandauit in omnibus diebus uitae suae, excepto sermone uirum Aethi, habendo igitur plures vxores non fecit malum. Item & Elcanas pater Samuelis duas vxores simul habuit. 1. Regum. 1. quod non modo non fuit eis reprobatum, uerum & laudatum, & meritorium ut probat Diuus Augustinus. 16. de Ciuitate Dei capit. 38. Alfonso à Vera Cruce in speculo coniugiorum. 2. parte articul. 15. sed hoc eis contigit propter dispensationem, & Dei reuelationem, ut probat text. in capit. gaudemus uers. nulli extra de diuor. magister in. 4. sententiarum distinct. 33. & ibidem Thome. quest. 1. artic. 2. Paluda. quest. 1. artic. 1. & Ioan. Maiori. quest. 1. & Floren. 3. part. titul. 14. capit. 10. §. 2. ubi post Paluda hanc esse communem fatetur, & Ioan. Diedo de liber. Christia. pagina. 163. Ambros. etiam Cathari contra Caietan. capit. de sacramento matrimonij & Co-uarrub. in epitome de sponsali. 2. parte capit. 7. §. 3. numero. 2. [Contrarium nihilominus uoluit Frater Alfonso à Vera Cruce in praecipito speculo coniugiorum 2. part. articul. 15. post Abulensem super Matthei. capit. 19. quest. 34. questionem decidens quatuor conclusionibus. Prima conclusio, habere plures vxores in lege naturae, omnibus licuit. fidelibus, absque aliqua expressa Dei reuelatione, ut testatur Augustinus. in libro de bono coniugali, his uerbis, antiquis iustis non fuit peccatum, quod plurimis foeminis utebantur. Nec contra naturam id faciebant, cum non lasciuendi hoc causa, sed generandi facerent, nec contra morem, quia eo tempore ea faciebant, nec contra praecipuum, quia nulla lege erat prohibitum, haec ille. [Secunda conclusio, pluralitas vxorum in statu legis naturae ante omnem legem scriptam non solum licuit absque dispensatione expressa, sed fuit meritorium in patribus illis, plures habere vxores secundum August. libr. 16. de Ciuitate Dei cap. 38. [Tertia conclusio, accipere plures in statu legis naturae absque dispensatione expressa licuit, etiam inuitis primis vxoribus, uel sine earum consensu. Nec ex hoc contrahebant peccatum. [Quarta conclusio, nunquam licuit plures habere vxores sine dispensatione, si capimus dispensationem, non pro expressa reuelatione, nec pro interiori inspiratione particulariter facta, sed largè pro interiori dicta mine rationis, ut ita accipiatur communis sententia, de qua supra nu. 11. certum enim est, eos sanctos patres qui tunc nullam legem habebant scriptam exterius, nisi solum in corde, dictamen rationis sequentes, non moueri ad agendum contra factum Dei, qui à principio unum masculum & unam foeminam iungit in matrimonio, nisi interius mouerentur secundum rectam rationem, sed talis recte rationis motus dispensatio largè dici potuit: seclusa ergo illa, non licuit plures habere vxores. Quod haec sit dispensatio probatur. Nam per dispensationem fit licitum, quod antea non licebat, sed adueniente eo recto rationis iudicio fit licitum, quod non licebat eo secluso, ergo largè dispensatio dici potuit, & quod recto iudicio secluso non liceret, patet quia



agerent contra factum Dei, quo regi debent in suis operibus, nisi interius aliud distasset ratio secundum Thom. 1. 1. quæst. 19. & primo sententiarum distinct. 45. ex quo Alfonso à Vera Cruce concordari ait varias doctorum sententias, ut intelligatur eam dispensationem fuisse eo tempore necessariam ad habendum plures uxores, quæ proveniebat ex recto iudicio rationis monente ipsos patres ad pluralitatem vxorum, extrinsecam autem dispensationem vel intrinsecam per revelationem particularem patribus eo tempore necessariam non fuisse, quod asserit auctoritate Abulensis Matthæi. 19. q. 34. ipse Alfonso à Vera Cruce in d. Speculo coniugiorum. 2. part. art. 15. conclus. 4. qui respondet ad text. in c. gaudemus de diuor. ut ibi. per eum, inferturque ex hac sententia plures conclusiones quas ibi videre licebit. tu tamen interim tene communem, cui adhaeret Domini. à Soto in 4. sentent. distinct. 33. q. 1. art. 2. [ Sed quamvis pluralitas vxorum non sit contra prima principia iuris naturæ, pluralitas virorum est proculdubio contra prima præcepta iuris naturæ: tollitur namque finis principalis matrimonij, qui est liberorum procreatio, & proli educatio, propter multitudinem virorum secundum Thom. 1. 2. quæst. 94. Alber. Magnum & Domini. à Soto. in 4. sentent. distinct. 33. q. 1. art. 3. Lactantius lib. 3. diuinarum institut. c. 21. Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. c. 7. §. 3. nu. 2. latius cæteris frater Alfonso à Vera Cruce in Speculo coniugiorum. 2. part. art. 17. conclus. 6. & respondet ad politiam Socratis, & Platonis ex Aristot. 2. Politic. c. 1. & 2. & ex Lactantio lib. 3. inst. c. 21. Poena bigami statuitur infra c. 1. §. 6. & 7. vbi dicemus, & in fra lib. 8. tit. 20. l. 8. [ Dicimus præterea in diffinitione maris & foeminae coniunctio, ad differentiam animalium irrationalium, in quibus non cadit matrimonium. nam licet matrimonium sit de iure naturali, ut superius probauimus cum Alfonso à Vera Cruce in d. Speculo coniugiorum. 1. part. art. 1. non tamen est commune omnibus animantibus: quia natura hominis inclinatur ad aliquid dupliciter secundum Thom. 1. 2. quæst. 51. art. 1. & quæst. 63. artic. etiam. 1. primum est conueniens naturæ generis, & hoc est commune omnibus animantibus: quia omnia animalia participant in genere, veluti ut nutrimentum capiant, quod ex inclinatione prouenit naturali, tanquam commune ratione generis. Secundum natura inclinatur ad id quod est conueniens naturæ speciei vel differentia. veluti homini naturale est habere actum prudentiæ, vel temperantiæ, in quantum homo, non in quantum animal est. Sic & natura inclinatur hominem ad propagationem per matrimonium, quod est secundum rationem: nam licet omnibus animantibus in sit inclinatio ad propagationem, non tamen eodem modo in omnibus. Nam in homine rationali competit propagatio secundum rationem, nempe, ut taliter iungantur, qualiter ad educationem conuenientem proli, & ipsorum conuenientium bonum statum cõpetat. Et quia ad hoc requiritur coniunctio viri & vxoris, & quod personæ legitimæ sint, & commanentes longo tempore, secundum aliquam obligationem ad commanendum, debuit esse talis modus conuentionis maris & foeminae. quam conuentionem vocamus matrimonium. Quo fit ut matrimonium sit de inclinatione naturali consequenti naturam humanam, & non naturam animalium: quamuis ad aliquos effectus matrimonij, nempe, ad procreationem proli, sit de incli-

natione cõmuni. l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. & §. 1. insti. de in re, natu. c. ius naturale. 1. distinct. [ Quorum iurium sensus est, cum dicunt, maris & foeminae coniunctionem iure naturali omnibus animantibus communem, à nobis matrimonium appellari, non quod matrimonium appellatur quicumque coitus etiam brutis conueniens, prout existimant Theophylus in prin. Insti. de iure. natu. gen. & ciui. & Boschæ. in tracta. de nuptijs in princ. & Claud. Caciui. in §. nuptiæ insti. de patr. pot. & perperâ, absurdum quippe esset maris & foeminae coniunctionem in brutis matrimonium appellari. legis ergo sensus est, maris & foeminae coniunctionem omnibus animantibus, etiam brutis, esse iure naturali cõmuni, illam verò quæ iure naturali animalibus ratione præditis licita sit, matrimonium à nobis appellari. Est ergo maris & foeminae cõiunctio matrimonium in sensu dictæ legis & canonis, non quod ipsa copula maris & foeminae sit matrimonium, sed quod sine matrimonio nobis non sit, etiam iure naturali, licita maris & foeminae coniunctio. hinc fit nos ideo maris & foeminae cõiunctionem, matrimonium appellare, quod aliter quam ex matrimoniali vsu, nobis licita non sit carnis cõmixtio, ut optime explicant fortuini in d. §. ius naturale colu. 6. Ioa. lapi de matri. col. 5. & Couarrub. in epitome de sponsa. 2. par. c. 1. nu. 6. & 7. vbi minus admittit eiusdem Boschæ sententiam dicentis non esse propriè matrimonium absque coitu, quod statim explicabo. [ Dicitur præterea in diffinitione cõiunctio, intellige cõiunctionem non corporum sed animorum. quæ coniunctione alter alteri se tradit ad coniugale vsu expressè vel tacitè, consensus siquidem nuptias facit, non cõcubitus. l. nuptias. ff. de regu. iur. c. sufficit. 27. q. 1. aubere quippe dicitur, quæ coniugium absque copula cõtraxit l. cum fuerit. ff. de cõdi. & demonstra. notat Deci. in d. l. nuptias. Ioa. Brunclius in tracta. de sponsal. conclus. 1. nu. 4. Constati. Armenopolus lib. 4. tit. 2. quæ retulit Anto. Augusti, lib. 1. emendationum pandectarum. c. 7. quibus mire suffragatur Chrysolto. super Matth. c. 19. Homilia. 33. dicens, verum esse matrimonium, veralque nuptias ex solo cõiugali cõsensu. magister sententiarum lib. 4. distinct. 27. Couarr. in epitome de sponsalib. 2. par. c. 1. nu. 7. [ Et quo ipse ibidem infert nu. 2. quod lex de matrimonio loquens intelligenda sit, de matrimonio cõsensu perfecto, quauis carnalis copula sequuta non fuerit, e. per tuas qui filij sint legi. c. vlt. de frigi. & malef. c. 1. & 2. de matri. cõtra. contra interd. eccle. quæ iura citat Tiraq. in relect. l. si vnquã verbo donatione largitus nu. 176. aduersus Bal. in c. capellanus in fine de fer. & Paul. Castr. in l. pen. C. de episc. & cleri. & alios contrariu tenentes quoties lex loquitur de matrimonio copulato, quorum opinio procederet vbi subiecta materia vel legis intentio copulam exigeret, ex sententia Didaci Couarrub. in epitome de sponsalibus. 2. par. c. 1. nu. 2. ita dicens concordari ea quæ late adducunt Feli. in rub. extra de spõsa. & Deci. cõf. 540 & Cassane. in consue. Burgun. rub. 4. §. 6. vbi octo paginis hoc ipsum prosequitur, & latius Tiraq. de legi. cõnubiali. glos. 2. adde glo. cõmuniter receptã in Clement. vnica in verbo cõtrahere, de confang. & affini. quæ textum illum poenam inferentem contrahentibus matrimonium, obstãte canonico impedimento, intelligit in matrimonio etiam solo consensu contracto, copula nondum sequuta, [ Ex eodẽ verbo, coniunctio, in diffinitione posito, deduci-

ducitur, consensus esse in matrimonio necessarium, ita ut eo deficiente, licet cætera cõcurrant, dici non possit matrimonium. c. 1. c. cum locu. c. tua, & c. tua de sponsali. c. sufficiat, & c. sic quippe. 27. q. 2. c. vlt. de sponsa duo. in. fi. cuius verba sunt, *Ut postquam inter legitimas personas cõsensus legitimus interuenierit de presentĩ, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanções: & si solus defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.* Cuius ratio est, quia potestas corporis hominis liberi non trãfertur in alium sine eius consensu, at per matrimonium trãfertur corpus hominis liberi in alterius potestatem, teste Paulo. 1. ad Corin. c. 7. dicente, vir non habet potestatem sui corporis sed mulier, oportet ergo ut ad sit consensus vtriusque coniugis, ut Alfonso à Vera Cruce aduertit in speculo coniugi. part. 1. art. 3. conclusio. 1. Præterea omnis contractus exigit consensum. l. consensus cum l. seq. ff. de actio. & obliga. l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de cõtra. empt. sed matrimonium est contractus quidam, requirit ergo consensum, qui est substantia matrimonij secundum Bernard. in c. tua nos de sponsa, dicentem, consensum esse substantiam matrimonij, formam autem verba consensus exprimentia, quem ibi docto. sequuntur Magister sententiarum in 4. distinct. 27. litera. c. d. & c. beatus Tho. in 4. distinct. 26. q. 2. Couarrub. de sponsali. 2. part. c. 1. §. vnico in fine: [ Et consensus huiusmodi sufficit si separatim præstetur, ut si alter ex coniugibus hodie consentiat, & cras alter, valet siquidem matrimonium, nisi qui primò consensit consensum reuocauerit prius quam alius consentiat, ut colligitur ex Cardi. Hosti. & Præpos. in c. pen. de sponsali. eodem Præpos. in c. dilectus eod. tit. quibus assentitur Zafi. consi. 23. & §. lib. 2. Paul. Paris. cons. 45. lib. 4. theologi. in 4. distinct. 27. Couarrub. de sponsa. 2. part. §. 4. num. 7: est quæ communis sententia teste Alfonso à Vera Cruce in speculo cõiugio. par. 1. art. 2. in fine. [ Sed quæri solet, ut idem ipse Alfonso refert ibidem, qualis debeat esse iste consensus, an sufficiat quod sit in carnalem copulam, vel in matrimonij vinculum, vel in donationem potestatis corporis. Et respondet, quod requiritur cõsensus explicitus vel implicitus in donationem potestatis corporis in vinculum matrimonij, vel sufficit, eos velle facere cõtractu, quem facere solent, qui matrimonium contrahunt, talis enim consensus sufficit ad substantiam matrimonij, sicut in baptizante, qui ignorat, quid sit baptisma, sufficit ut velit id facere circa paruulum, quod Christus instituit, vel ecclesia Catholica circa paruulos suos baptizandos facit, secundum Adria. in 4. sent. de conse. ex quo verum est matrimonium inter filuestris & rudes homines, qui vix intelligunt quid sit iste cõtractus, aut obligatio, aut quod sit vinculum matrimonij, quomodo indissolubile sit, dummodo in contrahendo id intendant facere, quod cæteri talem contractum facientes facere solent. Nec erit necessarius consensus explicitus in carnalem copulam, text. vbi notant Panormit. & doct. in cap. commissum de sponsa. Thom. in 4. distinct. 28. quæst. 1. art. 4. Paluda. ibi. quæst. 1. & eleganter Caieta. 2. tomo. q. 3. de matrimo. fat enim est quod consensus præstetur in mutuã potestatem ac traditionem corporum: vbi tacitè includitur cõsensus ad indiuiduã cohabitationem, fidem seruandã, atque etiam ad carnalem cõmixtionem, sed & hic consensus non est in actum coitus, sed in potentiam, ut idem Thomas explicat in 4.

distinct. 30. q. 2. Couarrub. in epitome de sponsal. 2. part. c. 3. nu. 1. [ Verba similiter sunt necessaria, quæ cõsensum infinent, vel signa, vel facta æquivalentia secundum Thom. in 4. distinct. 27. q. 1. art. 2. & q. 2. & ibi Paluda. gloss. in c. tua fraternitatis de sponsa. vbi Innocen. hoc vltimũ procedere asserit in non valentibus loqui. Nam in his qui loqui possunt verba ait esse necessaria, quod probare conatur ex d. c. tua fraternitatis & c. cum apud extra de sponsa. cui assentitur Alfonso à Vera Cruce in speculo coniug. 1. par. art. 3. Abulen. super Genes. c. 29. q. 11. Tiraq. de legi. cõnub. glo. 7. nu. 17. text. in l. 5. tit. 2. par. 4. contraria tamen sententia verior est, & receptior, quod verba non sint de substantia matrimonij, sed signa sufficiant etiam valentibus loqui, cuius sententiæ fuit Hosti. cui Abb. & cæteri suffragantur in d. c. tua fraternitatis post glo. ibi, nam si de substantia matrimonij essent verba, mutus contrahere non posset matrimonium, siquidem substantia non mutatur ex accidentibus, quod falsum est, habilis est enim mutus ad matrimonium signis contrahendum, non sunt ergo verba de substantia, quod & voluit Abb. in c. ex parte nu. 8. & 28. de resti. spolia. glo. in c. sufficiat. 27. q. 2. Paluda. in 4. sent. distinct. 27. q. 2. art. 3. & ibi Ioan. Maior. q. 1. Florentinus. 3. part. tit. 1. c. 19. §. 1. Areti. cons. 13. colu. 2. vbi hanc opinionem attestatur esse communem, idem profitetur Syluest. in verbo matrimonium. 2. §. 7. Nicol. Boheri. decis. 1. num. 18. Galiula in l. 1. in prin. colu. pen. ff. de verbo. obliga. & ibi Ioan. Crot. & alij Maria. Soci. Junior. cons. 29. lib. 2. nu. 2. & 3. vbi ex hoc infert per epistolam posse matrimonium contrahi, & per nũciũ Barba. cons. 6. lib. 1. col. 11. cui sententiæ acquieuit Alfonso à Vera Cruce part. 1. art. 3. & Couarrub. de sponsal. 2. part. c. 4. & Grego. Lup. per text. ibi in l. 5. in verbo. Por palabras porque se pueda prouar, t. 2. par. 4. vbi ex cõ textu expedit, verba in matrimonio requiri ad eius probationem, non ergo sunt verba de substantia, sed sufficiunt signa cõsensum significantia. Nec tamen sufficiet solus cõsensus interior ad matrimonium, iste enim fuit error damnatus Vviclef: ut aduertit Alfonso à Vera Cruce in speculo cõiugiorum. 1. part. art. 3. ad fi. [ Ex prædicta diffinitionis interpretatione plura sequuntur. Primum quod licet iure ciuili ex concubitu & cohabitatione inter æquales conditione, matrimonium præsumatur. l. in libera. ff. de ratu nup. gloss. in capit. 1. 30. quæst. 5. Roman. singul. 446. text. in l. 2. tit. 14. part. 4. iure tamen Pontificio talis cohabitatio non præsumitur coniugalis, sed fornicaria, ut in d. c. 1. 30. quæst. 5. gloss. Abb. & Imol. in c. illud de præsump. idem Abb. in c. consultationi de sponsa. Couarru. in epito. de sponsalibus. 2. par. c. 1. num. 5. Paul. Paris. cõf. 59. num. 7. lib. 4. Alfonso à vera Cruce in speculo coniugiorum. 1. parte. articul. 3. in fi. vnde sic cohabitantes cogendi sunt ab hoc contubernio discedere, vel consensum ad matrimonium necessarium palam profiteri secundum eos. Verum si hæc cohabitatio diutina foret, nempe, decem annorum, matrimonium præsumetur etiam iure Pontificio, non solum quoad ipsos sic cohabitantes, nemine eorũ refragante, verum etiam eis mortuis, quo ad eorũ filios, secundum Hosti. Anto. & Panor. in c. lator qui filij sint legi. Cæpo. cons. ciuiliu. 5. nu. 16. legitimi siquidem præsumuntur filij, si probetur eorum parentes simul cohabitasse, gloss. in d. cap. lator per text. ibi Abb. & Felin. in c. per tuas ad fi. de proba. Deci. in c. ecclesia de consti. nu.

39. Iasso. consil. 168. lib. 4. Curti. Iunior. conf. 52. colum. 1. quæ sententia vera est, & communiter recepta, teste Didaco Couarrub. d. 2. parte. c. 1. nu. 5. licet contrarium voluerint Enri. in. d. c. lator & Alcia. de præsump. regula. 5. præsump. 1. nu. 12. Poterit tamen contra huiusmodi præsumptionem opponi discrimen generis inter sic cohabitantes, vel quod vir nõ ita foeminam tractauerat, sicuti vxorem tractari ab eo decebat, vt Paul. Castr. arbitratur in l. donationes in princ. ff. de dona. cui accedit Ioan. Lupi in rep. cap. per vestr. 3. notab. §. 7. nume. item. 7. de dona. int. vir & vxor. quidquid ipse voluerit in §. 20. ad finem. Duo tamen addit Couarrub. huic sententiæ, primum quod per decennium, & non minori tempore cohabitauerint, secundum quod alijs argumentis coadiuetur huiusmodi præsumptio, vt in d. cap. illud de præsump. cui libenter accedo. [ Consequitur secundum matrimonium contrahi, ex eo quod foeminae consensum conjugale proferenti vir anulũ tradiderit, hoc quippe signũ cõsensũ cõiugale in viro insinuat, ex sententiã gloss. communitè receptã in .c. pe. de sponsa. atque ita intelligenda est gloss. in cap. tenor de re iud. & in cap. vltim. de desponsa. impub. dicens per anuli subarrationem, matrimonium præsumi, quoties ab altero ex contrahentibus præcesserunt verba ad matrimonium apta, & deinde sequuta est subarratio, vt asserit gloss. in d. cap. penult. & ibi Abb. cuius opinio magis communis est, teste Didaco Couarrub. in epitome de sponsa. 2. parte capit. 4. numero 3. cui acquieuit Grego. Lupi in l. 5. glossã pennlt. titul. 2. parti. 4. infi. anulũ quippe datur vxori in pignus matrimonij contractũ sicut arrhã, quæ vxori traduntur, nam quemadmodum arrha solet tradi in pignus contractũ venditionis, vnde dicimus subarrare, itaque anulũ in matrimonio, signum est præ se ferens, illo pignore corda coniugum coniungi: ob id quæ quarto digito sinistrae manus infertur, quoniam ibi est vena ad cor ipsum tendens, vt Isidorus explicat in cap. foeminae. 30. quæst. 5. Aulus Gellius noctium Atticarum lib. 10. cap. etiam. 10. Macrobi. libr. 7. saturnalium cap. 13. Polydo. Virgilius de inuentoribus rerum lib. 2. cap. 21. & Plinij libr. 33. cap. 1. quo argumento etiam nunc sponsæ anulũ immittitur, sine gemma. [ Infertur tertio, quod si inter parentes conueniat de matrimonio, filijs ignorantibus vel altero eorum, & deinde conueniant in vnum, & copula carnalis sequatur, non est matrimonium, sed stuprum & fornicatio, vt deducitur ex capit. vnico de desponsa. impub. libr. 6. vbi statuitur, quod si filij ignorantes conuentionem parentum, cum sciuerint ratam habuerint, tenet matrimonium, à contrario ergo sensu ipsis ignorantibus, nequaquam alet, ratio huius est, quia deficit consensus, qui secundum diuum Thom. 1. 2. quæst. 15. est applicatio voluntatis ad aliquod medium ostensum per intellectum. Sed quod est omnino ignoratum, non est cognitum. Quamobrem respectu incogniti non potest esse consensus, quo deficiente nullum est matrimonium, etiam si copula sequatur, vt in capit. si inter de sponsal. si tamen filij ignorantes ab initio, postquam sciuerint, ratam habuerint conuentionem parentum expressẽ, vel tacitè simul cohabitantes, validum est matrimonium. d. capit. vnico de desponsa. impub. libr. 6. [ Cæterum si parentes filiorum puberum nomine conjugalem consensum expressẽ præstauerint præsentibus filijs, & tacenti-

bus, & non contradicentibus, verum dicitur matrimonium, vt in cap. 1. §. vltimo de desponsa. impub. libr. 6. & in cap. 1. extra eodem titu. secundum Hugo. Semef. tracta. 7. versu. 6. Alfonso. à Vera Cruce in speculo coniugio. 1. parte artic. 6. Couarrub. in epitome de sponsa. 2. parte cap. 4. numer. etiam. 4. consensus siquidem ille paternus expressim præstitus filio præsentẽ & tacente, signum exterius inducit, quo filij consensus ad matrimonium exprimitur, seu intelligitur, hoc autem ex parentum contractu à iure præsumptione inducitur, nec habet locum in alijs extraneis, gloss. in. d. capit. tuã de sponsa. Abba. in capit. ex parte de restit. spoliat. Ioan. Andr. & docto. in d. cap. 1. §. vltimo de despons. impub. libr. 6. Henri. in. cap. 1. de desponsa impub. Imol. & Præpos. hanc dicens communem in. d. capit. tuã. 12. & penult. colu. Felin. in capit. nonne de præsumpt. Hypol. singul. 147. nec à filijs aliud exterius signum exigitur, vt opinatur Syluest. in verbo matrimonium. 2. quæst. 7. & cæteri superius citati idem sentiunt, vnde fallã est gloss. in. d. §. fin. in verbo sponsalia, quæ in extraneis idem quod in parentibus sensit, vt attestatur Couarrub. d. 2. parte. c. 4. nume. 4. idem voluit diuus Thom. in. 4. sententiarum distinct. 27. & ibidem Paluda. [ Ex quo videtur non sufficere hanc conuentionem fieri per dominum seu gubernatorem ciuitatis, quia solis parentibus hoc permittitur. Immo hoc est eis prohibitum expresse, nulla siquidem humana potestas potest aliquem inuitum cogere ad matrimonium contrahendum, siue secularis sit siue ecclesiastica, nec ipse summus Pontifex, ne matrimonium frustretur sine suo, non enim esset procreatio, nec proli debita educatio inter eos qui violentè conuenirent, ex sententiã Alfonso. à Vera Cruce. 1. parte speculi coniugiorum artic. 7. conclusio 1. Quod hodie extat in sancta Synodo Tridentina sessione. 24. cap. 9. in hæc verba. *Itaque plerumque temporalium dominorum ac magistratuum, mentis oculos terreni affectus atque cupiditates excacant, vt viros, & mulieres subeorum iurisdictione degentes, maxime diuites, vel spem magnæ hereditatis habentes, minis & pœnis adigant, cum ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipsi domini vel magistratus illis præscripserint. Quare cum maxime nefarium sit, matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias nasci, à quibus iura spectantur, præcipit sancta Synodus omnibus cuiuscunque gradus, dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pœna, quem ipso factõ incurrant, ne quouis modo directè vel indirectè subditos suos vel quoscunque alios cogant, quominus liberè matrimonia contrahant, hætenus verba concilij. [ Sed quamuis potestas secularis non possit aliquem compellere ad matrimonium potest tamen persuasionibus ad id mouere, & pro subditis promittere, quibus non contradicentibus, erit verum matrimonium, prout quotidie fiebat, & nunc fit in omnibus Indiarum regnis, sunt enim Indi natura serui, pusillanimes, & meticulosi, vt dixi in libro gubernationis regni Peru. 1. parte capit. 4. & rursus in stylo cancellariæ titul. 1. præcemi. 17. casu. 20. declar. 9. §. 1. gloss. 1. numero 39. et sequen. & dominis suis ita subditi, vt nec mouere possent pedem absque eorum consensu. Ob id quæ in omnibus ipsorum sperabatur consensus, & sic eo adhibito fiebant*

fiabant coniunctiones matrimonij: si ergo domino seu eorum gubernatore volente, & voluntatem suam declarante, conuenirent libenter vir & foemina, interius non repugnantes in animo, habebitur pro vero matrimonio, quod si non esset huiusmodi verum matrimonium, maior pars eorum qui nunc sunt coniuncti matrimonialiter, essent in statu damnationis æternæ, quippe qui non aliàs fuerint coniuncti, quàm ex præcepto, consilio, & voluntate domini, seu rectoris eorum absque aliqua alia expressione. [ Nec obstat si dixeris prætorè loquente vel intercedente pro matrimonio inter duos, etiam si ipsi non refragentur, non videtur esse verum matrimonium, ex eo quod ad eos non spectat subditorum cura, quemadmodum ad parentes, quibus hoc peculiariter est permillum, vt diximus supra eò numero. 26. quia respondeo hanc curam ad rectores, sicut & ad parentes spectare. Nam, vt constat ex Aristotel. 1. politico. capit. 3. naturaliter hi qui prudentia pollent, domini sunt illorum qui tardiores sunt ingenio, & rudiores, quia prudentes agunt, & præcipiunt, alij potius aguntur, & obediunt, hi quæ ab alijs in ordine ad suos fines diriguntur. At qui alios dirigunt habent se admodum parentum. Cum ergo Indi niseri ignorant quid eis expediat: poterunt à prætorè in suos dirigere fines, cui ab ipsis est parendum. Nimirum ergo si matrimonium valeat: vt latius discutit frat. Alfonso. à Vera Cruce in speculo coniugiorum. 1. parte articulo. 7. [ Infertur. 4. matrimonium contractum expresso consensu, quod tamen nullum sit ob impedimentum aliquod iuris humani, vt consanguinitatis vel affinitatis intra. 4. gradum, iuxta text. in capit. non debet de consanguini. & affinita. & 1. 1. titulo. 18. part. 7. legitimum effici, si obtenta summi Pontificis dispensatione & facultate ad illud contrahendum, vir & foemina scienter in eodem coniugio perseuerauerint, quo ad carnale commercium: Ex hoc enim videtur exhibere nouum consensum & validum ad coniugium, per illa exteriora signa, ex sententiã gloss. commun. receptæ ab Abb. & Docto. ibidem in. d. capit. non debet in verbo deceterò, de consanguini. & affinit. quam confirmat text. in. c. proposuit & cap. vltim. de coniug. seruo. ex quibus iuncta gloss. expenditur, ex coitu carnali tempore idoneo scienter subsequuto, matrimonium præsumi, si prius consensus verbis expressus sed propter aliquam causam nullus præcesserat. [ Quemadmodum ex copula post sponsalia de futuro subsequuta, matrimonium præsumitur, iuxta text. in capit. is qui fidem de sponsal. & cap. veniens eodem titulo. ] Hanc opinionem fatetur esse communem Ferdinan. Loazes Præses Ilerden. de matrimonio dubio. 12. numero. 14. Couarrub. in epitome de sponsal. 2. parte cap. 4. numero. 5. quid autem fiet iuxta Concilium Tridentinũ hac inspecie dicã infra nu. 63. & 64. & 65. [ Ex quo infertur declaratio ad gloss. in capit. 1. de eo qui dux. in mat. quam poll. per adule. di centem, nouum cõsensum esse necessariũ, vt vir [ qui viuet ite prima vxore cũ secunda hoc ignorante contraxerit, ] mortua prima cum secunda hoc coniugium contraxisse dicatur, quàm inibi sequuntur Ioan. Andr. & Docto. communiter, & Bald. nouellus in tracta. de dote part. 1. 1. §. hætenus numero. 18. & probatur in capit. veniens de sponsal. & hanc sententiam commu-

niter esse receptam attestatur eam sequutus Paul. Paris. conf. 52. colu. 1. lib. 4. satis tamẽ erit hac in specie tacitè aliquo sufficienti signo, nouum consensum præstari, quemadmodum, si vir & vxor scientes primam vxorem mortem obiisse in coniunctione & cohabitatione perseueret, quo in casu exigitur scientia in ipsa foemina ante hanc coniunctionis perseuerantiam, oportet enim ipsam scire priorem vxorem iam mortuam esse, & sic primum matrimonium solutũ fuisse, quemadmodum in. d. cap. 1. de eo qui dux. in matr. Hosti. Præpos. & alij explicat, alia glo. similis in. c. vlti. de coniug. seruo. Sed an hoc procedat iuxta Concilium Tridentinum, infra explicabitur: numer. 36. [ Quomodo autem matrimonium contrahatur inter absentes, & per epistolam vel procuratorem, & quibus verbis docet. Couarrubias in epit. de sponsal. 2. par. cap. 4. numer. 8. & seq. & §. 1. & per totum, & de etate ad matrimonium requisita, tractat. Couar. ead. 2. parte cap. 5. Alfonso. à Vera Cruce in speculo coniugiorum. 1. part. articu. 17. tractat de verbis quibus sponsalia contrahuntur, & de alijs tractat. articulo. 17. [ Hodie tamen aliter prouisum est per sacrũ Concilium Tridentinum sub Pio quarto Pontifice maximo celebratum sessione. 8. & totius Concilij sessione 24. in decretis de reformatione matrimonij. cap. 1. non enim sufficit consensus verbis expressus, nisi alia interueniant, quæ ibi sanctissimè statuuntur, nempe, vt præserte parrocho, vel alio sacerdote de ipsius parrochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahatur, per verba cõsensum denotantia iuxta cuiusque prouinciæ ritum, aliàs huiusmodi solemnitate deficiente contractus matrimonij est nullus, non ex eo quod clandestinum sit [ nam eodem capite & decreto asseritur, non dubitandum esse clandestina matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata & vera esse matrimonia quandiu ecclesia ea irrita non fecit: & proinde iure damnandos esse illos, vt eos sancta Synodus anathemate dānat, qui ea vera ac rata esse negant ] sed quia eadem sancta Synodus eos qui aliter contrahunt, ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit. Atque ita in effectu, vltra tria canonica impedimenta, nempe, homicidium in factõ, & adulterium cum promissione, & contractus de facto cum secunda viuente prima, prout latius declarat Frater Alfonso. à Vera Cruce in speculo coniugiorum. 1. parte articulo. 33. 34. 35. & 36. additur nunc quartum criminis impedimentũ, quod reddit sic contrahentem matrimonium omnino inhabilem. Nempe ob contemptum & inobedientiam eorum, qui nolunt in contrahendo seruare formam decreti dicti Concilij, hoc impedimentum, ait sancta Synodus, reddit matrimonij cõtractum nullum & irritum. Quod his verbis insinuat. [ Qui aliter quàm præsentẽ parrocho, vel alio sacerdote, de ipsius parrochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt: eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsentẽ decreto irritos facit & annullat. Ecce his verbis omnino inhabiles reddit: insinuat sancta Synodus esse impeditos ob crimen inobedientiæ ad sic contrahendum matrimonium, non seruata forma decreti. [ Sed dubium est si in contractu matrimonij deficiant tres denunciations, de qui-



quibus in eodem decreto, an sit nullum matrimonium: quod videtur ob defectum formæ. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transf. formæ autem hoc inductum esse probatur his verbis. Idcirco sacri Lateran. Concilij, sub Innocentio Tertio celebrati, vestigijs inhærendo, præcipit vt in posterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parrocho, tribus continuis diebus festiuis, in ecclesia intermissarum solēna, publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum. Quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie ecclesiæ procedatur, vbi parrochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, ego vos in matrimonium coniungo in nomine patris & filij & spiritus sancti, vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum cuiuscunque provincie ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspitio, matrimonium maliciose impediri posse, si tot præcesserint denunciations, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel saltem parrocho & duobus vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur, deinde ante illius consummationem denunciations in ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur. Nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciations remittantur. Quod illius prudentiæ & iudicio sancta synodus relinquit. Videtur ergo ex his verbis formam induci, ita vt ea deficiente, similiter contrahentes reddantur ad sic contrahendum inhabiles. Nam vbi in lege vel statuto seu dispositione aliqua dicitur, aliter fieri non possit, vel ita demum fieri possit, censetur data forma, cui renunciari non poterit, secundum Bar. in l. vltim. in fi. ibi quæro an ciuitas. C. de vend. reb. ciui. lib. 11. Roma. consil. 402. Felin. in capit. cum dilecta de rescript. numero. 6. versic. septimum signum. Sed in hoc decreto dicitur qui aliter quàm præsentem parrocho, &c. Matrimonium contrahere attentabunt, &c. Verùm hoc non obstante, dicendum est has denunciations non esse inductas pro forma, nec earum defectus obstare, quominus contractus matrimonij valeat & teneat. Quia clausula decreti irritantis in textu posita, non se refert ad eam denunciationum solennitatem, sed ad aliam, nempe, vt contractus matrimonij fiat præsentem parrocho, vel alio sacerdote de parrochy seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus, et si aliter fiat, dicit text. ad sic contrahendum inhabiles omnino redduntur contrahentes. Si igitur sancta Synodus voluisset contractum matrimonij reddere nullum denunciationibus deficientibus, hoc expressisset, prout expressit esse nullum deficientibus ministro & testibus, vt in simili specie dicit text. in capit. inter corporalia post medium extra de transla. episcop. in hæc verba, vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse, ex quo ibi notat Bald. allegationem aduocatorum sæpè dicentium, si statutum hoc voluisset expressisset cap. ad audientiam in fi. de decim. cum concordantijs à Tiraquell. congestis in relectione. l. si vnquam in verbo libertis numero. 3 & sequentibus. C. de reuocand. dona. [ Præterea si denunciations essent pro forma requisitæ, non dedisset sancta Synodus ordinario licentiam eas omittendi si voluisset, prout dedisse constat ex eiusdem Concilij verbis, super-

rius relatis. Argu. eorum quæ dixit Bar. in l. si in lege. ff. loca. Paul. Castren. in l. qui Romæ. §. flauius. ff. de verbo. obli. & ibi latius Alexand. ad fi. num. 8. versic. vltra prædicta Felin. in capit. cum dilecta numero. 6. versic. limita hic primò, de rescript. solùm ergo redduntur inhabiles ad contrahendum qui aliter quàm præsentem parrocho, vel alio sacerdote de ipsius vel ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentauerint, & ratione criminis à contrahentibus patrati propter inobedientiam, causatur impedimentum, atque ideo contractus huiusmodi redditur nullus. Et hoc præferunt verba sacri concilij dicentis, verùm cum sancta Synodus animaduertat prohibitiones illas propter hominū inobedientiam iam non prodesset &c. nulli autem dubiū est posse ecclesiam impedimenta constituere matrimonij dirimentia, & qui hoc non posse affirmauerit, est anathema, vt deciditur eodem sacro concilio Tridētino sessione 24. canone. 4. Ecce clausula illa decreti irritantis, qui aliter quàm, inducit formam secundum Bald. in l. 1. ff. de lib. & posth. Felin. in d. capit. cum dilecta numero. 6. versic. quintum signum, de rescript. & iterum num. 10. citat concordantes, cum ergo hæc clausula non ponatur in ea parte decreti, quæ requirit tres denunciations, noluit decretum inducere eas pro forma, ita vt eis deficientibus sit nullum matrimonium, sed tantum pro forma induxit quod in alia parte decreti statuit, nempe vt matrimonij contrahatur præsentem parrocho & duobus vel tribus testibus, & contractus aliter factos expresse irritos esse decernit, & prout hac in specie hoc expressit, si idem fieri voluisset quando denunciations defecissent, id expressisset vt dixi numero præcedenti in fine. [ Ex qua decisione plura expenduntur. Primùm nullum consensum etiam expressum sufficere ad contrahendum matrimonium in tei Christi colas, nedum tacitum ex quibusvis signis exterioribus, de quibus supra diximus, subintellectum, nisi talis consensus tacitus vel expressus fiat coram parrocho vel alio sacerdote, de eius vel ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus, per verba vel signa consensum exprimentia, vt ex verbis eiusdem decreti satis superque constat, atque ita non video quo pacto hodie possit procedere sententia communiter recepta de qua supra nu. 3. in fi. [ At si quis obiecerit, matrimonium fuit à Deo institutum in paradiso deliciarum tempore, quo primi parentes fuerunt creati, scilicet, Adam & Eua, qui diuino spiritu ductus eius matrimonij indissolubilitatem pronunciauit dicens, Genesis cap. 2. hoc nunc os de ossibus meis, caro de carne mea, quam eb rcm relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, per ea verba videtur adhibitus consensus expressus quæ ab Adam fuerunt prolata. Ex quo mediante consensu matrimonium perfici constat capit. mulierem 33. quæst. 5. c. gaudemus de diuort. Et quia spiritu prophético illa verba protulit Adam, redemptor noster Matth. 19. ad ipsum Deum ea verba refert, vt notat magister sententiarum in. 4. distin. 26. text. in. c. lex diuinæ. 27. quæst. 2. gloss. in summa. 27. q. 1. quam sequuntur communiter iuris Pontificij interpretes in rub. extra de spons. teste Præpos. ibidem nu. 10. regia. l. 4 & in summa tit. 2. part. 4. Couarrub. in epitome de sponsa. 2. parte. cap. 1. §. vnico num. 6. Alfonso. à Vera Cruce in speculo coniugiorum. 2. parte artic. 1. sed inferior non potest legem superioris mutare c. cum

capit. cum inferior de maio. & obedi. Romanus ergo Pontifex vel concilium non potest circa matrimonium aliquid noua prohibitione inducere. [ Respondeo materiam huius sacramēti esse hominem, qui quidem iuri humano subest, & tanquam reipublicæ membrum eius legibus ob temperare debet. Idcirco humana lex potest aliquot homines à matrimonio auertere, & subtrahere materiam à sacramēto, sicut posset Romanus Pontifex eximere subditum à Parrocho, quæ antea absolueret poterat à peccatis per sacramentum poenitentia, & tamen nunc non potest. Nec per hoc aliquid immutat summus Pontifex circa sacramētum, sed vel exhibet vel detrahit materiam sacramenti, vt rectè explicat Paluda. in. 4. sententia. distin. 26. quæst. 4. artic. 3. & Adria. in. 4. tractatu de matrimonio folio paruo. 3. vel ex eo id procedit, quod matrimonium etiam si sacramentum sit, plurimum tamen accedit humano contractui: atque ideo nimirum si lege humana pontificia quidam eximantur ab hoc contractu propter Christianæ reipublicæ utilitatem, vt idē Adria. scribit in tracta. de confirmationis sacramento artic. 3. verb. ad rationem autem, Couarrub. in epitome de sponsali. 2. part. c. 6. §. 10. num. 17. Potest enim concilium vel summus Christi vicarius personas aliàs habiles, inhabiles reddere, & ex contrario, & in specie quod possit clandestinè contrahentes inhabiles reddere probat text. in cap. non debet de consangu. & affini. Alfonso. à Vera Cruce in speculo coniugi. 3. part. artic. 20. notab. 1. Grego. Lup. in l. 18. gloss. 2. tit. 2. part. 4. Nimirum ergo si sacrum concilium Tridentinum eos homines indignos faciat huius sacramenti, qui seruare contempserint eius iustissima præcepta. [ Ex cuius decreti verbis vidi aliquem expendere, eum qui seruata forma eiusdem decreti matrimonium contraxerit, impedimentū sibi parare, ita vt non possit amplius eandem vxorem ducere, nec cum ea matrimonium contrahere, etiam si velit concilij formam deinceps seruare: verba decreti hæc sunt. *Ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit.* ] quasi dicat, ad contrahendum inter eos prorsus & perpetuo inhabiles reddit, dictio enim omnino excludit omnē gratiam & dispensationem, vt author est Ioā. And. cuius sententiæ accedunt Panor. Ioan. de Ana. Fran. de Aretio. & Felin. num. 8. in. c. qualiter & quando. 2. de accusa. Archidi. Ioan. Andr. Domi. & Phil. Fran. in. c. cū ex eo de electi. li. 6. Domi. post alios in. c. 2. de pact. eod. lib. Felin. in. c. de regularibus num. 2. de sumo. vbi etiam dicit hoc verbum omnino, idē significare quod in perpetuum, idem voluit Ioan. Andr. in. cap. dudum de conuers. coniug. non tamen intelligas per hoc verbum excludi Papæ dispensationem, vt optimè probat Deci. in cap. at si clerici. §. de adulterijs numer. 8. extra de iudi. versic. sed certè durum. Operatur etiā dictio hæc omnino, quod sit parata executio & præcisæ. est enim dictio hæc præcisæ, vt pluribus autoritatibus probat Tiraq. in relect. l. si vnquam in verbo reuertatur nume. 68. C. de reuo. dona. videtur ergo hoc impedimentum perpetuò durare donec dispesetur, aliàs fieret quotidie fraus sacræ constitutioni. [ Sed quamuis hæc opinio ex his probabilis videatur, si rectè appendantur mens & verba decreti, vera non est nec tenenda: Impedimentum siquidem & inhabilitatem dicit decretum prædictum esse ad sic contrahendum: scilicet, clandestinè sine parrocho & testibus de quo loquebatur,

voluit enim sancta synodus providere, ne clandestina matrimonia fierent, & nouam addere poenam ea contrahentibus, nempe, vt inhabiles fierent ad sic contrahendum, non ergo est decretum extendendum vltra speciem de qua loquitur, maxime cum sit poenale & correctorium. l. quod vero. ff. de legi. l. precipimus. C. de appella. l. sancimus. C. de testament. auth. quas actiones. C. de sacros. eccles. Bar. & Ripa. numero. 57. & docto. in. l. si constante in prin. ff. solu. matri. satis enim illi malo medetur, quod ex simili cōtractu matrimonij eueniebat, si ad illud sic contrahendum inhabilitentur omnes qui sic contrahere attentauerint, & postquam contraxerint propter huiusmodi inhabilitatem contractus irritentur: nec fuit necesse eos inhabilitare ad iterum contrahendum, si voluerint formam Concilij seruare, & primam cum qua clandestinè contraxerant, ducere legitimè in vxorem. [ Quod vel ex eo conuincitur, quia verisimile est hæc sanctam synodum expressisse, si id voluisset statuere, quia non erat minoris momēti quàm quod expresserat, immo maior erat poena omnibus expressis, duplex siquidem poena in eodem decreto inferitur clandestinè contrahenti, & non seruata forma decreti, prima inhabilitatis iam dictæ, secunda arbitrio ordinarij infligenda. Quid ergo verisimilius quàm quod tertiam poenam maiorem expressis, expressisset, si eam infligere voluisset? in credibile autem reputatur quod non est verisimile. l. Menius in prin. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. certum co. tit. c. quia verisimile de præsumpt. c. super hoc de renuncia. cum infinitis concordant. per Tiraq. congestis in rep. l. si vnquam in prin. nu. 37. & sequentibus. C. de reuo. don. vbi latè tractat quomodo sit testibus verisimiliora deponētibus magis credēdū, etiā numero, qualitate, & modo deponēdi minoribus. [ Ad ea quæ diximus de dictione omnino, respondeo esse intelligenda, nisi materia subiecta aliud suadeat, vt videre licet ex. c. r. in fi. vbi glo. & doct. de despō. impub. vbi Panor. in fi. illud assignat subiectæ materiæ, vt refert idem Tiraq. in. d. l. si vnquam in verbo reuertatur nu. 68. in fi. dicit text. ille quod pater potest filium impuberem, cuius voluntas discerni non potest, cui vult matrimonio tradere, & postquā filius peruenit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere: exponit glo. de debito honestatis nō necessitatis. Peccat siquidē mortaliter filius nō adimplēdo quod pater eius nomine promissit, sed non compelletur eam in vxorem ducere, teste Martino ab Azpilcueta in manuali confessorum. c. 14. num. 15. sic & in specie, de qua agimus, antequam contrahant qui animo ducūt clandestinè cōtrahere sine parrocho & testibus, sunt omnino inhabiles ad sic contrahendum, non verò ad legitimè contrahendum seruata forma decreti cum eadem vel alia, nullum enim præstat impedimentum quod iure non fortitur effectum secundum regulas iuris. [ Inferitur. 3. ex verbis dicti decreti Tridentini, sponsalia de futuro non verti in matrimonium de præsentem etiam sequuta copula, nisi consensus præsentem parrocho & testibus verbis exprimat, vel alijs sufficientibus signis, iuxta cōcilij Tridentini decretū de quo agimus. Sed huic illationi obijcitur, is qui sponsalia contraxit de futuro promittens se matrimonium contracturum cum aliqua, tenetur consensum coniugalem prestare, & sic promissum absolueret: cū in vxore accipiēdo. c. ex literis sancti Syluani. c. sicut. c. requiritur



fuit.c.2. desponsali. etiam si in huiusmodi promissione iuramentum non interuenerit, vt in c. de illis. i. v. rsi. mulierem de desponsa. impub. vbi hoc notant Hostien. & Abb. optimus text. in cap. iuramenti. 22. quæstion. 5. & mortaliter peccat sponfus vel sponsa, qui noluerit cõsensum conjugalem præstare, secundum Thom. in. 4. distin. 27. quæst. 2. colu. 1. Florenti. 3. par. tit. 1. c. 18. §. vlti. Siluest. in verbo sponsalia. q. 4. probatur in cap. 1. de sponsa duo. notat Felin. in. c. 1. de pact. declar. 6. Couarrub. de sponsali. 1. par. c. 4. estq; communis opinio teste Alfonso à Vera cruce in speculo coniugiorum. 1. par. art. 16. in prin. quod limitat, dummodo ex aliqua iusta causa non excusetur à peccato. Idem fit in cæteris contractibus: nam qui contrahere promissit, licet non ex hoc contraxerit, contrahere tamen obnoxius est. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de le ga. l. l. si quis stipulatus sit stichum. §. vlti. ff. de verbo. obli ga. sic & qui promissit fideiubere, & si verè fideiussor non sit, tenetur tamen fideiubere: Et qui locare promissit, tenetur locare. l. in bonæ fidei. §. si tamen. ff. de eo quod cert. lo. & qui vendere promissit, vendere tenetur. l. si stericilis. §. pen. vbi notatur. ff. de actio. emp. Bart. & doctor. in. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. quibus adde quæ dicã. infra hoc eodẽ li. tit. 6. de meliorationibus

44 l. 6. gloss. 7. [ Et vsque adeo hæc vera sunt in matrimonij contractu, vt si quis absque iuramento promissit se in vxorem accepturum Anam, etiam si post prima sponsalia alteri eandem fidem sub iuramenti vinculo præstiterit, tenebitur primam sponsam Annã in vxorem accipere. vt notant Innocen. Ioan. And. Abb. præposi. & Rauc. in c. sicut de sponsal. Florenti. 3. par. titu. 1. c. 18. §. vlti. l. 8. tit. 1. parti. 4. sponsalia siquidem de futuro non efficiuntur matrimonium ex eo quod postmodum iure iurando firmentur, secundum Thom. & Palud. in 4. senten. distin. ctio. 28. quæst. 1. ratio est, quia iuramentum contrarium priori promissione, quam quis seruare tenetur, est temerarium, & non obligat iurantem, quippe quod sit in dispendium salutis æternæ, & foueat peccatum mortale. Quod committeretur priore promissione simplici non seruata, ex senten. Hostien. Enriqui & Abb. in c. veniens de iure iur. contra Innocen. ibidem. Quomodo autem sunt sponsa si cogendi ab ecclesia consensum conjugalem promissum præstare, explicat optimè Couarrub. de sponsa. par. 1. c. 4. num. 4. & 5. ad intellectum tex. singularis in c. requisitum de sponsa. [ Quo pacto ergo hæc promissio potuit annullari? Respondeo iure communi pontificio ante conciliũ Tridentinum pluribus modis solui poterant sponsalia, nam etiam si iurata fuissent, mutuo consensu soluebantur, cap. 2. vbi Tãcre. & docto. communiter extra de spõfali. nulla siquidem iniuria fit Deo adhibito in testem, si promissio iurata à parte remittitur: nam & Deus ipse eã remittit, vt in ca. 1. de iureiu. vbi Panormi. & docto. id explicant, Oldrald. consi. 241. Ioan. Lupi in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 45. Diuus Thom. 2. 2. quæst. 89. arti. 9. Couarrub. in epito. de sponsa. 1. part. c. 5. nume. 2. l. 9. titu.

45 1. par. 4. [ Dissoluantur etiam sponsalia fornicatione secuta ab altero sponforum, vt in ca. quemadmodum vbi Abb. & docto. de iureiuran. glo. in capi. sic quippe. 27. q. 2. Præposi. post alios in cap. de illis de sponsa. l. 8. tit. 1. par. ti. 4. Quid si vi cognita esset sponsa? tractat Couarrub. dict. c. 5. 1. partis num. 2. & 3. [ Soluuntur, 3. sponsalia si sponsa promissit dare dotem, & non dederit, quia non

tenebitur sponfus cum ea contrahere: ita Ioan. Andre. Anto. Imol. & cæteri in dict. c. quemadmodum in prin. de iureiuran. per tex. in cap. de illis de conditioni. apposi. iuxta eius communem sensum: Quinimo & si sit diues sponsa, & nullam promissit dotem, tenebitur dotem competentem sponfo dare: aliàs eam ducere non tenebitur, licet sponsalia iurata fuerint, secundum Bald. in c. iurauit de proba. cui subscripsit Ioan. Lupi in repe. c. per vestras. 3. notab. §. 2. de donatio. inter vir. & vxor. verum si sponsa diues non fuerit non tenebitur dotem sponfo assignare, nec ob id dissoluẽtur sponsalia secundum glo. in dict. c. quemadmodum in verbo oculos, communiter receptam, teste Couarrub. in epitome de sponsa. 1. par. c. 5. nu. 4. & 5. qui nu. 6. limitat dictum Bald. in dict. ca. iurauit, nisi sponfus similiter sit diues. Quia tũc etiã spõsa diues non tenebitur ei dotem assignare. Et quod si sponsa effecta fuerit pauper, non dissoluantur sponsalia, quando nullam dotem promissit contra opinionem Abbatis in dict. c. quemadmodum, probat Couarrub. d. c. 5. nu. 6. optimo simili. Nam si quis matrimonium contraxisset cum puella pulcherrima, quæ tamen lapsu temporis pulchritudinem amisit, non tamen priuata est oculis nec naribus, non tamen ob id sponsalia dissoluentur. [ Quarto dissoluentur sponsalia si sponsa vagetur per orbem lapsu triennio, quando ignoratur vbi sit, vt in l. 2. C. de repud. l. 8. tit. 1. par. 4. si verò sponfus sit intra prouinciam, spectandus est perbiennium. l. 2. C. de sponsa. verum si absentia sit necessaria ex iusto impedimento spectari debet, donec cesset impedimentum. l. sæpe. ff. de sponsa. nisi ob periculũ fornicationis iudex licentiam dederit sponsæ ad contrahendum cum alio, arg. c. si. de eo qui cognos. consan. vx. suæ. Quod iure canonico asserunt esse seruandum iuxta hanc distinctionem, Ioan. Andre. Hostien. & Anto. in cap. de illis de sponsa. Siluester in verbo sponsalia quæst. 10. quæ sententia communis est, quidquid contra eam dixerint Abb. Præposi. & Cardi, in d. c. de illis de sponsa. idem voluit Grego. Lupi per tex. ibi in l. 8. titu. 1. par. 4. in verbo hasta tres años, quod tempera, vt per Couarrub. d. c. 5. primæ partis nume. 7. [ Quinto soluuntur sponsalia per matrimonium subsequens cum alia contractum per verba de presenti etiam sine copula. ca. sicut. ca. si inter & ca. de illis de sponsa. quod procedit etiam si prima spõsalia fuerint iurata. vt in dict. c. sicut & ibi frequenter omnes, probat optimè Couarrub. d. c. 5. nu. 9. & 10. [ Sexto soluuntur sponsalia per religionis ingressum etiam si sint de presenti, modò copula non sit sequuta, cap. 2. c. ex publico c. ex parte de conuers. coniuga. l. 4. in fi. & l. 8. in prin. tit. 1. par. 4. [ Septimo dissoluantur superueniente affinitate c. si quis spõsam. 27. q. 2. d. l. 8. Dissoluuntur octauo lapsu tẽporis in sponsaliorũ contractu præstituti ad matrimonium contrahendum c. sicut de sponsa. quod latius discutit Couarrub. de sponsa. 1. par. c. 5. num. 8. Nono dissoluuntur sponsalia ab impubere contracta ex solo impuberis dissensu cum ad pubertatem detenerit. Sunt enim spõsalia de futuro licet contracta fuerint cum impubere per verba de presenti c. de illis. 1. de despõsa. impub. d. l. 8. ad fin. tit. 1. par. 4. explicat hoc latissimè Couarrub. de sponsa. 1. par. c. 5. §. 1. his & alijs modis dissolui poterant sponsalia de futuro ante conciliũ Tridentinum quos refert Marti. Azpilcueta in manuali confessorum ca. 22. nu. 23. & pluribus

& pluribus sequi. & Alfonso Vera Cruce in penlo con iugio. 1. part. articu. 21. Nimirum ergo si sponsalia sint nulla, vel dissoluantur iuxta decretum dicti Concilij propter inhabilitatem contrahentiũ, debuerant enim præsentem parrocho & testibus consensum conjugalem exprimere quem promississent. [ Quid si post spõsalia de futuro copula interuenerit? videtur quod transeant in coniugium, vt in cap. veniens & cap. is qui fidem de spon. non quod canones velint sine nouo cõsensu cõiugali ex sola copula matrimonium inter sponsas decernere, sed quia ecclesia præsumit ex illa carnali coniunctione consensum conjugalem intercessisse: ne animo fornicario ad sponsam accessisse dicamus, non enim est præsumendum delictum. l. merito. ff. pro so. l. quintus ff. de dona. int. vi. & vxor. iuste igitur ecclesia præsumit sponsum carnaliter ad sponsam accesserit, præmissam promissionem ad effectum deducere potius voluisse, quàm crimen, ad eam fornicario affectu accedendo, quam præsumptionem adeo vrgentem canones iudicauerunt, vt super ea tanquam super cetero consensu statuerit. Obidquè iuris & de iure præsumptio appellatur, contra quam nulla admittitur probatio, vt in cap. is qui fidem de sponsa. vbi glo. & commu. l. cribentes. l. antiquæ. C. ad Velleya l. vti. C. ad macedo. notatur in l. siue possidetis. C. de proba. Abb. & Felin. in cap. quanto de præsump. Alcia. optimè in tractu. præsumptionum. 2. part. num. 3. [ Et licet contra præsumptionem iuris & de iure admittatur probatio per confessionem partis iuxta glo. communiter receptam in l. in cõtractibus in verbo nullo modo. C. de non num. pecu. vt attestatur Bal. nouellus in tracta. de dote. 6. par. prin. priuilegio 2. & Couarrub. in epitome de sponsa. 1. par. cap. 4. §. 1. numer. 2. & 3. aduersus tamen hanc canonis præsumptionem est dubium, & adhuc sub iudice lis est, an admittatur probatio in contrarium per confessionem eius qui pro matrimonio contendit, quod discutit idè Couarrub. d. cap. 4. §. 1. num. 4. & 5. nec illud examino, quando quidem iuxta Concilium Tridentinum & eius nonam decisionem hæc omnia cessent iudicio meo, secundum quam nullus actus sufficit ad præsumendum matrimonium etiam per confessionem vtriusque nisi hæc confessio vel expressio consensus conjugalis, verbis vel signis ab initio contractus, vel post sponsalia de futuro coram parrocho vel alio sacerdote de ipsius parrochi vel ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus declaratur, aliàs facillimè fraudaretur sacri Concilij dispositio, sponsalia de futuro latenter contrahendo copula statim sequuta, non ergo sufficit copula post sponsalia de futuro sequuta ad declarandum consensum conjugalem, sicut nec quoad forum anime copula sequuta post sponsalia facit matrimonium verum, si verus consensus ad matrimonium deficiat secundum Schotum in. 4. distin. 28. & diuum Thomam ibidè artic. 2. quoniam nec verba de presenti faciunt matrimonium vbi consensus mentalis deficit secundum Thomam quotlibeto §. arti. 14. quod optimè explicat Ioan. Arbore. in sua theosophia lib. 11. c. 5. & Frater Alfonso à Vera Cruce in speculo coniugiorum. 1. par. arti. 20. conclu. 3. atque ita corriggit sacra Sinodus Tridèti na tex. in cap. veniens & in cap. is qui fidem de sponsa. [ Quod etiam iure probatur nam licet contra præ-

sumptionem iuris & de iure non admittitur probatio, admittitur tamen ea quæ indirectè, & per obliquum ipsi præsumptioni obiat. Si enim sponfus qui contra matrimonium contendit probare velit, illa sponsalia ante coitum fuisse mutuo consensu vel aliàs legitime soluta, iuxta cap. 2. de spõs. vel nulla fuisse, propter aliquod impedimentũ, admittendus est secundum Abb. & Præposi. in d. cap. is qui fidem de sponsa. & Felin. in cap. cum. M. Ferrari. pen. colu. de cõstit. conuincitur ex glo. celebri in Clem. vnica de proba. dicente probationem indirectam admitti contra præsumptionem iuris & de iure, quam vt singularem sequitur Imol. ibidem & Felin. in cap. quanto de præsump. & in cap. cum à nobis de testib. Alcia. de præsump. 2. part. num. 12. Couarrub. in epit. de sponsa. 1. part. cap. 4. §. 1. num. 7. ita in casu proposito, quamuis hæc sit iuris & de iure præsumptio, admittitur contra eam allegatio & probatio impedimenti, & in habilitatis ex constitutione dicti Concilij Tridentini prouenientis, quia consensus cõiugalis expressus non fuit coram parrocho & testibus, cuius defectus, ait sancta Synodus, inhabiles reddere omnes, qui attentauerint aliter consensum exprimere. [ Ex quo, ni fallor, & illud fit, vt quamuis iure communi matrimonium ratum per verba de presenti contractum, vel sponsalia de futuro post copulã, excludant aliud matrimonium cum alia postea contractum & consumatum, vt in cap. 1. & vlti. de sponsa duo l. 9. tit. 1. part. 4. hodie tamen etiam si per verba de presenti quis vxorem duxerit coram testibus & non corã parrocho vel alio sacerdote de eius vel ordinarij licentia, vel si desponsatus fuerit per verba de futuro cum aliqua, & cum ea copula carnalis sequuta poterit nihilominus cum alia matrimonium contrahere in facie ecclesiæ coram parrocho & duobus vel tribus testibus, & validus erit vltimus matrimonij contractus, etiam si prius non declaratur per iudicem ecclesiasticum non valuisse, quoniam ipso iure redduntur inhabiles ad sic contrahendum, qui omiſsa solemnitate, & forma Concilij contraxerunt, quod denotat. verbum omnino in decreto positum, quod idem est, ac si diceret ipso iure, ex sententia Accursij in l. si pecunia vbi etiam Bal. notat. ff. de posi. alia est expressio in cap. vlti. in fi. in verbo omnino, quam ibi expendunt, & commendant Domi. & Phil. Franc. de off. deleg. in 6. cui omnes frequenter accedunt teste Tiraqueo in l. si vnquam in verbo reuertatur numer. 66. & 67. C. de reuo. dona. vbi plures citat. concord. factum enim ipsum hac in specie dissoluit talem cõtrahendi modum, nec est necessaria alia declaratoria sententia, secundum glo. communiter receptam in cap. de illis. 1. de desponsa. impub. & in cap. sic quippe. 27. q. 2. idem voluit Beatus Thom in 4. senten. distin. 27. q. 2. Siluester in verbo spõsalia. q. 11. Marti. ab Azpilcueta in manuali confessorum cap. 22. num. 27. hosti. in summa desponsalibus §. vlti. Ioan. And. in cap. de illis desponsali. optimus tex. in l. 8. in fi. vbi & Grego. Lupi. tit. 1. par. 4. Alfonso à vera Cruce in speculo coniugiorum. 1. part. arti. 21. ad finem, qui moderare videtur hanc sententiam, vt si sponsalia publicè sint contracta ita vt testibus probari possint, ne scandalum suboriatur, dissolui non debent, nisi iudicio ecclesiæ, quæ habet de omnibus iudicare propter scandalum infirmo

rum, licet secus sit, vbi publice non sunt contracta, Palud. in. 4. distin. 27. quæst. 1. diuus Thom. eadem distin. q. 2. art. 3. quam moderationem hac in specie nō admitterem. Quandoquidem omnibus nota sit vel esse debet constitutio Tridentina, quæ ipso iure inhabiles reddit absque prædicta forma contrahentes, nullo ergo iudicio opus est iam iudicatis, ex quo nullum suboriatur scandalum. [ Hanc illationem extende, etiam si copula sequuta fuerit inter eos, qui verbis de præsentis contraxerunt coram testibus & non coram parcho vel alio sacerdote de ipsius parchoi vel ordinarij licentia. Quia nullum fuit matrimonium, obstante impedimento & inhabilitate sic contrahentium, non seruata forma decreti, quare aliam impunè ducere potuit forma decreti seruata. Quamuis arbitrariè sint puniendi ipsi contrahentes propter clandestinum contractum, & parochus vel alius sacerdos qui hanc formam nō seruauit, & testes qui contractui inter fuerunt, vt in dicto decre. Tridentino continetur. Non tamen fiet hæc punitio ob secundum matrimonij contractum legitime factum, quippe quod impunè fieri potuit, sed propter primū nō rite factum. [ Sed operæ precium esse duxi, id examinare nunquid sit constituendum discrimen aliquod inter sponsalia re & verbis de futuro de quibus hæcenus diximus, vel inter sponsalia iuris intellectu de futuro, verbis autem consensum præsentem exprimentia: quæ sunt ea quæ ab impuberibus fiunt maioribus septennio, vel ab impubere cum pubere, iuxta text. in cap. attestaciones de desponsa. impub. & cap. vnico. §. idem, eodem titu. lib. 6. an satis sit ad eorum validitatē, quod verba illa de præsentis exprimantur ab impuberibus coram parcho & duobus testibus: si post pubertatem copula sequatur, vel oscula, & amplexus, etiam si iterum non exprimatur consensus coram parcho & testibus? Et videtur hæc sufficere, nam impuberes matrimonij contrahere intendebant, dicentes adinuicem, ego te in vxotem accipio, & ego te in maritum, solūmq; fuit etatis defectus [ quia matrimonium non potest contrahi nisi inter puberes, etatis. 14. annorum in viro, & duodecim in foemina. c. puberes de desponsa. impub. capit. vnico eodem titulo in. 6. vbi glo. & docto. ] ætate ergo superueniente legitima, sat erit, si in eadem voluntate perseuerent, quod præsumitur ex copula vel amplexibus, osculis, & iocalibus, post pubertatem habitis, vel ex nixu copulæ ante pubertatem, vt in cap. vnico. §. idē quoque de desponsa. impub. lib. 6. Alfonso à Veracrucē in speculo coniugiorū. 1. par. art. 20. in fi. Probatur præterea ex verbis decreti cum sic ait, qui aliter quàm præsentis parcho, vel alio sacerdote, de ipsius parchoi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit. At in specie proposita impuberes attentarunt contrahere matrimonium ante pubertatem, sed non absque parcho & testibus, non ergo fient inhabiles, ad sic contrahendum, nec incident in pœnam decreti. [ Sed his non obstantibus, contraria sententia verior mihi videtur, immo quod non sufficiat impuberes contrahere palam præsentis parcho & testibus, & quod adueniente pubertate per copulam, vel amplexus, & oscula, declaratur perseuerantia voluntatis iuris præsumptione, nisi

expresse consensus declaratur post pubertatem coram parcho & testibus. Quod his rationibus instruitur, licet inter impuberes vel puberem & impuberem per verba de præsentis publice contrahatur, verba illa de præsentis resoluuntur in sponsalia de futuro iuris intellectu, si sunt sponsalia, vtriusque consensus coniugalis expressus non est: exprimi ergo oportebit coram parcho & testibus iuxta formam Concilij Tridentini. Cōsequentia nota est, vt ex eodem Concilij sessione. 24. capit. 1. de reformatione, & ex superius traditis satis superque liquet, maior autem probatur in cap. vnico. §. idem quoque de desponsa. impub. lib. 6. minor etiam probatur in. d. §. idem quoque, vbi matrimonium contractum inter duos impuberes, vel inter puberem & impuberem, non efficitur perfectum nec firmum pubertate adueniente, nisi nouus vtriusque consensus ad matrimonium expressus vel tacitus accedat, tacitus inquam, per copulam post pubertatem, vel paulò ante pubertatem habitam, vel per oscula & amplexus post pubertatem habitos, vt ibi expendit ex eodem textu Iōā. Andr. in nouicia, Carol. Ruynus consil. 203. libr. 1. num. 2. conclus. 4. Abb. in capit. vltim. in fi. de sponsali. Ant. de Butr. in capit. attestaciones de desponsa. impub. Domi. in. d. capit. vnico eodem titulo in. 6. Aret. consil. 142. numero. 5. 6. & 7. Præpos. in. d. cap. de illis, & cap. attestaciones de desponsa. impub. Couarrub. in epitome de sponsa. 1. part. cap. vltim. §. vltim. in fine. si igitur text. ille exigit consensum coniugalem vtriusque post pubertatem, etiam si alter eorum fuerit pubes, vt dicta sponsalia iuris intellectu inter impuberes vel puberem & impuberem contracta transeant in matrimonium, consequitur impuberes consensum coniugalem minimè habere, nec præstare posse, vt notatur in capit. tuæ de sponsa. et quæ ad id text. expressus in cap. a nobis vbi id notat Præpos. numero. 2. in fine de desponsa. impube. [ Sed forsitam obijciat aliquis, sat esse verba illa consensum de præsentis exprimentia coram parcho & testibus, si per copulam vel alijs signis post pubertatem declaratur perseuerantia voluntatis, ex ratione text. in cap. de illis. 1. de desponsa. impube. in fi. vbi in aliter quæ postquam annos nobiles attingit, et sic pubes effecta nupsit impuberi, cum in eum semel consenserit, amplius non poterit dissentire, nisi is cui nupsit, postquam ad legitimam peruenerit ætatem, in eam suum negauerit præstare consensum. Ecce ex parte puberis adfuit consensus, vt patet ibi, cum in eum semel consenserit. Sufficiet ergo declaratio voluntatis impuberis quomodocumque facta, cum iam fuerit satisfactum constitutioni sacri Concilij, per expressionem consensus coram parcho & testibus ab initio factam. Fuit refractario respondere licebit, textum illum non ita esse accipiendum: sed prout gloss. in reliquit ibidem, in verbo consensum in fine, vbi gloss. traicit auream doctrinam teste præposito ibidem num. 4. dicens quod si maior contrahat per verba de præsentis vel de futuro cum impubere, non est propriè matrimonium, ex quo non adest simultaneus consensus. Impuberi siquidem deest consensus coniugalis, vt in cap. a nobis de desponsa. impube. ibi, quod ante nobiles annos consensum coniugalem non habent: & in capit. tuæ de sponsa. verum cum uero pubes ipse ex promissione obligatur, licet nō ex matrimonio, in quo vtriusque consensus necessario requiritur, & dum inquit tex. ille quod cum iam semel consenserit, amplius non potest dissentire, intelligitur, nisi iusta causa dissentendi superuenerit, nam ea censentur sponsalia de futuro, ad quorum complementum, si sint iurata, compelluntur sponsi vt in cap. ex literis, & capit. veniens 2. desponsal. nisi iusta causa dissentendi superuenerit, vt propter inimicitias, vel morbum aliquem contagiosum, vel ex alia iusta causa in arbitrio iudicantis, secundum Anto. de Bu. Panor. & modernos in cap. requisiuit de sponsali. quod & voluit expressim Carol. Rui. consil. 203. prope finem Areti. optimè consil. 142. nu. 6. [ Deniq; huiusmodi contractus de præsentis inter impuberes, vel puberem, & impuberem factus, habetur vt sponsalia de futuro in omnibus, tam quoad puberem quàm quoad impuberem, tam etiam ante pubertatem, quàm post pubertatem, ex quo ex iisdem causis dissoluitur quibus sponsalia dissoluantur, vt asserunt Hosti. Anto. & Enri. in. d. cap. de illis. 1. de desponsa. impub. & Couarrub. in epitome desponsali. 1. part. cap. 5. §. vlti. in fine, vbi ex hoc infert maledixisse Syluestrum in verbo matrimonij. 5. q. 8. & Ludo. Gozadi. consil. 2. numero. 11. 27. & 28. dum asserunt, sponsalia prædicta, iuris interpretatione de futuro, trāfire in matrimonium, si impubes ætate iam perfecta, & sic factus maior consentiat illi matrimonio, tamen si pubes dissentire velit, eiusque consensum minime spectato. nam contra eos adducit Couarrub. vltra ea quæ hoc eodem numero diximus, tex. in. d. cap. 1. §. 1. de desponsa. impube. lib. 6. vbi matrimonium contractum inter impuberes, vel inter puberem & impuberem, nō efficitur perfectum nec firmum pubertate accedente, nisi nouus vtriusque consensus accedat ad matrimonium tacitus vel expressus, non ergo sufficit consensus solius impuberis præstitus post pubertatem, nisi cōcurrat vtriusque consensus, quod & voluit Bal. consil. 194. & 200. li. 3. & Carol. Ruynus. consil. 203. li. 1. [ Ex quo & illud fit, vt pubes hac in specie si contrahat cum alia [ ante, vel postquam impubes cum qua primo cōtraxerat per verba de præsentis, ad ætatem nubilem peruenerit ] præsentis parcho & testibus, valeat secundus matrimonij contractus: ex sententia Bernardi in. cap. de illis. 1. glo. vlti. extra de desponsa. impub. quam ibi sequuntur omnes, teste Carolo Ruyno consil. 203. libr. 1. numer. 3. 4. & 5. vbi hoc optimè probat, & prope finem amplius contendit, nempe, quod poterit pubes ante vel post pubertatem alterius ab sponsalibus discedere, maximè ex causa, vt ibi per eum. [ Sit itaque resolutio in hac materia, quod iuxta Concilium tridentinum, consensus coniugalis mutuus ab utroque coniuge est præstandus, non per verba de futuro, sed de præsentis coram parcho, vel alio sacerdote, de ipsius parchoi seu ordinarij licentia, & coram duobus vel tribus testibus: alijs inhabiles ipso iure redduntur, qui sic contrahere attentarunt, ad sic contrahendum, & propter huiusmodi inhabilitatem & impedimentum, contractus redditur nullus: ita vt liceat cum alia vel alio contrahere, non obstante huiusmodi clandestino contractu, vtpote nullo. Quia etiam copula post sponsalia de

futuro sequuta non sufficiet ad præsumendum coniugalem consensum, nec aliquod aliud signum, nisi si simultaneus consensus vtriusque coram parcho & testibus per verba de præsentis, vel signa sufficientia exprimatur. [ Quid autem statues, si contractus matrimonij fuit per verba de præsentis, sub conditione tamen de futuro possibili coram parcho & testibus, an adueniente conditione, statim absque alio actu consensum exprimente tacite vel expresse, sit matrimonium, an verò requiritur aliquis actus saltem tacitus consensum coniugalem significans, & quod is actus coram parcho & testibus expediatur. Vidi illustres & celeberrimos iuris Pontificij doctores frequentissimè defendere assertoriam partem, prorsus affirmantes, firmari ea in specie matrimonium adueniente conditione, nec opus esse nouo consensu aut contractu. hæc fuit sententia Hostien. in summa Innocen. Abb. & omnium ferè scribentium in cap. de illis de condit. apposi. idem voluit Abb. in cap. super eo & Enri. in cap. fi. eodem titulo. Palud. in 4. senten. distinct. 29. in fi. q. 2. ad secundum & tertium: & contendunt argumentis satis debilibus hoc cōfirmare, ita vt relatione digna non sint. Incontrariū tamen est omnium sententia theologorum, teste fratre Francisco à Victoria in relectione de matrimonio. 2. puncto primæ partis qui eorum autoritate & doctrina canonem tradit vniuersalem, dicens: si ex aliquo pacto vel stipulatione non statim ab initio oritur matrimonium, quidquid postea superuenerit, siue sit atas, siue copula carnalis, siue dispensatio super impedimentum, siue conditio apposita contractui nunquam erit matrimonium, nisi de integro omnia ponantur, quæ necessaria sunt ad essentiam matrimonij, nempe, mutuus vtriusque consensus & purus de præsentis idest, eo tempore quo contrahatur, & quo matrimonium conficitur. Quam sententiam verissimam puto iuxta decretum Concilij Tridentini, præcipientis quod qui aliter quàm præsentis parcho & testibus consensum coniugalem præstiterint, inhabiles reddantur ad sic contrahendum, quare non sufficient actus quibus iure canonico consensus coniugalis præsumebatur. Nunc ad propositam deueniendo, speciem, qui sub conditione contrahunt licet per verba de præsentis, sponsalia de futuro in effectu contrahere dicuntur, non matrimonium quippe quod est actus legitimus, atque ideo non recipit diem nec conditionem, laetus legitimi. ff. de regu. iur. quam ita intelligit Couarrub. in epito. desponsa. 2. part. capit. 3. numero. 3. ratio huius est quia cum ab initio non potuit esse consensus coniugalis, quippe qui nullam, vt dixi, recipit conditionem, & quia ante conditionis euentum poterant contrahentes reuocare consensum expresse vel tacite alteri nubendo, capit. de illis & c. super eo de cond. apposi. quod authores contrariæ sententiæ non negant: nullus ergo fuit contractus, nec sufficiens fuit primus consensus ad inducendum matrimonium etiā si conditio eueniat. Quod probatur, quia dissensus non tollit, nec irritat virtutem contractus perfecti & puri vel conditionalis, nec possit alter ex contrahentibus ante conditionem impletam discedere à contractu nā si conditio postea euenierit remanet firmus contractus,

56  
57  
58  
59  
60  
61  
62



& fingitur valere à die celebrationis eius. l. potior. l. qui valneum. ff. qui potio. in pign. habe. l. 32. titulo 15. part. 5. vbi Greg. Lup. enumerat aliquos effectus, qui ex hoc sequuntur, & alios Anto. Gomez de contractibus. capit. 11. numero. 30. licet antea nulla esset nata actio, sed erit in pendenti donec conditio ad impleretur, vt in l. cedere diem. ff. de verb. sig. l. is cui. ff. de actio. & oblig. l. bouem. §. sub conditione ff. de edili. edi. §. sub conditione inst. d. verbo oblig. l. 12. titulo. 11. part. 5. cum concord. per Anto. Gomez traditis. d. c. 11. nu. 28. propter quos effectus ibi ab Ant. Gomez nu. 29. enumeratos, nō licet à cōtractu cōditionali, discedere ante cōditionis euētū, Nō sic est in cōtractu matrimonij cōditionali, licet enim ab eo discedere, & alij nubere, ergo cōsensu cōditionalis sufficiens non fuit, quare nec eueniente cōditione sufficiens erit, nisi alius cōsensus denuo prestetur corā parcho & testibus, quod latius probat etiam ante Concilium frater Fran. à Victoria in. d. relectioe de matrimonio. 2. puncto primæ partis. [ Præterea hæc commanis opinio canonicistarum est contra text. in capit. super eo, de condit. apposi. vbi à contrario sensu probatur, quod adueniente conditione, cogendus est contrahere matrimonium qui conditionalem prestat consensum, nondum ergo erat contractum matrimonium, etiam conditione impleta, nimirum ergo si etiam ante Concilium Tridentinum nouus consensus [ conditione impleta ] esset prestandus, nedum post dictam Concilium. Constat etiam ex. d. capit. super eo, consensum de presenti sub conditione præstitum habere vim promissionis de futuro matrimonio contrahendo, non ergo potest iure communi transire in matrimonium, etiam nisi conditio eueniat, nisi ea subsequantur, quæ faciunt sponsalia in matrimonium de presenti transire: nempe, nouus consensus, vel copula, quod hac in specie probatur in cap. per tuas de cō. li. apposi. vbi copula facit presumi quod videatur à conditione recessum. Cum autem hodie iuxta Concilium Tridentinum satis non sit, copulam sequi, sed necesse sit, nouum exprimi consensum coram parcho & testibus, vt supra latius probauimus, idem dicendum est in casu proposito, & conclusionem communem theologorum contra iuris Pontificij doctores tenet Couarrub. in epitome de sponsalibus 2. par. capit. 3. numer. 5. post diuum Thom. in 4. sentent. distinct. 29. q. 3. versic. ad tertium. Ioan. Maior in 4. dist. 27. q. 4. co. 2. & Adria in 4. tractatu de matrimonio c. ad discernēdū, per eū citatos. [ Quid aut si inter duos quibus canonicum suberat impedimētū, cōtractū fuit matrimonij de presenti, sub cōditione, si Papa dispensauerit, corā parcho & testibus, an dispensatione sequuta, sit statim absque nouo consensu matrimonium, an sponsalia, ita vt licet coniugium non sit, possint tamen cogi ad contrahendam? iuxta theologorū præmissam sententiam, vt sponsalia iudicantur, & quilibet poterit poenitere etiam post obtentam dispensationem, nisi nouus adsit consensus, quod erit indubium iuxta Concilij Tridentini decretum, sed præmissa nostratum communi sententia, quid sit statuendum tractat optimè Couarrub. in epitome de sponsali. 2. par. c. 3. nu. 7. & 8. Quid autem dicemus, si matrimonium contrahatur solemniter sub conditione contra substantiam matrimo-

nij, impossibili, vel turpi, an rejiciatur conditio & purus maneat contractus, an verò vitietur & irritetur? Discutit latè Couarrub. d. capitulo. 3. §. 1. & 2. vbi ad saturitatem videre licebit, quid sit obseruandum, & Alfonso à Vera Cruce in speculo coniugiorum. 1. part. artic. 18. & 19. ad eos recurrito. [ Sed dubium celebre sese offert, an iuxta Concilium Tridentinum, sit in foro iudiciali iudicandum matrimonium, si quis ex consensu foeminae protestetur se nolle conjugalem consensum prestare, etiam si quæcunque verba consensum significantia ab illo die protulerit quando: unque, ac de manu illa verba coram pluribus proferat. Et certè ante Concilium Tridentinum verius erat, non esse matrimonium iudicandum hac inspecie, modò de protestatione prædicta iudici constaret, vt Abb. existimat in cap. tua nos de sponsal. cui Felii. accedit in cap. cum. M. Ferrariensis num. 80. de constitu. nisi post ea verba copula carnalis sequuta fuerit: per quam recessum videtur à protestatione, vt ibidem Felii. annotauit, & post eum Couarrub. in epitome de sponsal. 2. par. cap. 2. nu. 3. qui addit consensum vtriusque expressum exigi. in huiusmodi protestatione, ne tantum sacramentum leuitate contrahentium illudatur, nec id mirum quidem, cum & in alijs actibus consensus expressus requiritur partis, cui nocere possit protestatio in contractibus liberè factis, vt notat Bar. in l. non solum. §. morte nu. 22 & 23. ff. de noui op. nun. & Alex. ibidem num. 31. vbi attestatur hanc esse receptam sententiam, Deci. in capit. cum. M. Ferrariensis num. 23. extra de constitu. dicit etiam ibidem Couarrub. quod si protestatio hæc fieret absque alterius consensu, non iuaret protestantem, ex sententia glo. communiter recepta, in cap. tua nos de sponsa. quam sequuntur Abb. & Ripa num. 86. in d. cap. cum. M. Ferrariensis. Iuxta Concilium autem Tridentinum non sufficit copula ad confirmandum huiusmodi contractum matrimonij, quippe qui ab initio erat nullus ex defectu consensus: sed denuo exprimi oportet nouus consensus, coram parcho & duobus testibus. [ Infertur ex superius traditis, furiosum non posse contrahere matrimonium, & si contraxerit esse nullum, ob defectum consensus, vt in ca. cum dilectus de sponsali. & in l. 2. titu. 2. par. 4. notat magister sententiarum in. 4. distinctio. 34. & ibi diuus Thom. art. 4. non enim fieri potest à furioso actus consensus exigens, vt in l. furiosum. C. qui test. face. pos. Clem. 1. de homi. fallit. in furioso per dilucida interualla, nam tempore sanæ mentis poterit matrimonium cōtrahere, secundum glo. in d. capit. dilectus. cap. quāuis 7. q. 1. l. diuus. ff. de off. præsid. & in dubio præsumeretur cōtraxisse, cū esset sanæ mentis, quandoque tamen tempore furoris, ex actus qualitate vt probat ipse Couarrub. in epitome de sponsali. 2. par. cap. 2. num. 7. qui numer. 8. & 9. asserit matrimonium à mentecapto vel ebrio contractum eadem ratione esse nullum propter defectum consensus. Mutus tamen, & surdus, si non careat intellectu potest signis matrimonium contrahere, prout pulchre insinuat Paul. Parisi. consilio. 63. libro 4. [ Sequitur in definitione, indiuiduum vitæ consuetudinem retinens, hoc ideo dicitur, quia matrimonium iure naturali & diuino indiuiduum est & indissolubile vinculum, iuxta illud, quos Deus con-

coniungit homo non separet, Matthæi. 19. & probat Alfonso à Veracruce in speculo coniugiorum. 2. part. art. 7. optimè Fortun. Garf. in l. 1. col. 9. ff. de iusti. & in. Cui sententiæ obijci solet: matrimonium quandoque ante mortem solui quo ad vinculum, & quandoque quoad mutuum cohabitationem, quoad vinculum, soluitur matrimonium ratum & non consumatum, per religionis ingressum & solennem professionem, vt in capitulo. 2. & capitulo ex publico, de conuersio. coniuga. diuus Tho. 2. 2. q. 88. & in. 4. sentē. dist. 38. Medina de restitutiō. q. 3. causa. 8. in respōsione ad tertiu. Couarr. in epitome de sponsali. 2. part. c. 7. §. 4. numero 6. Alfonso à Vera Cruce in speculo coniugio. 2. part. articulo. 28. conclus. 2. & 3. Ioan. Brunclius de sponsali. conclus. 1. numero 5. denique hoc est nouissime statutum per sanctam Synodum Tridentinam sessione. 24. de matrimonio canone. 6. cuius verba sunt, si quis dixerit matrimonium ratum, non consumatum, per solennem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit, [ Sed prout præfati doctores resoluunt, hoc diuortium quoad vinculum matrimonij non humana, sed diuina authoritate fit: quia indissolubilitas matrimonij statuta est iure diuino, vt constat Matthæi. 19. per illa verba quos Deus coniungit homo non separet. Ecclesia ergo non potuit aliquid contra id præceptum diffinire, sed ex verbis ipsius Christi intellexit, dissolui posse matrimonium non consumatum: non ergo dissolui potuit matrimonium, nisi in casu quo Christus insinuaui dissoluendum, ex verbis, vel reuelatione facta, vt in capit. ex parte tua de conuer. conjugat. vbi summi Pontifices loco Dei constituti, cognoscentes voluntatem diuinam, declareuerunt ex intentione Christi fuisse, matrimonij ratum non consumatum solui per ingressum religionis & solennem professionem, vt rectè aduertit Alfonso à Veracruce. d. 2. parte. artic. 28. conclus. 3. & Couarrubias. d. capit. 7. §. 4. numero 6. vbi refert Christum Iesum Ioannem Euangelistam à nuptijs ad castitatis professionem vocasse, adfertque in testem Diuum Hieronymum in prologo Apocalypsis. Alia exempla referuntur in capit. scribit nobis. 27. q. 2. quibus exemplis & alijs, hoc nobis mater Ecclesia Catholica declarauit, vt vltra supra citatos nobis insinuat Natalis Beda in censura errorum fabri super Euangelium Ioann. eandem sententiam profitetur Paluda in. 4. sentent. distinct. 27. q. 2. ad fin. & Ioann. Maior ibi. q. 2. colū. 2. & Iacob. Almain de potestate Ecclesiæ capit. 15. Frater Domin. à Soto libro. 7. de iusti. & in q. 2. artic. 5. pagina. 649. prope finem versiculo negamus ergo, & cetera. [ Et quamuis votum solenne dirimat vinculum matrimonij rati & non consumati, secus tamen erit dicendum in voto simplici. Quia per votum solenne fit traditio realis personæ, non verò sic per votum simplex, in quo solum est promissio nuda absque traditione, quicunque ergo alteri tradit, suam illi voluntatem mancipando, iure naturæ & diuino fit inhabilis ad alium statum. Qui vouet solenniter, sese tradit Deo, abdicando ab se ius ducendæ uxorem possidendique propriam, quam non cognouit carnaliter, Nimirum ergo si vincu-

lum matrimonij rati & non consumati fortiori actu dirimatur, nempe, ex professione, solennique voto castitatis, & sic traditione reali ad spiritualia sub sequuta, non sic per votum simplex castitatis quo hæc traditio realis non fit, sed est simplex promissio, ita explicat Thom. in. 4. sententiarum distinct. 27. quæst. 2. ad finem, & ibi Paluda. quæst. 3. idem Thom. distinct. 38. quæst. 1. Fortuni. in capit. 1. de pact. numero. 15. Ambros. Catharinus libro. 6. contra Cayetan. capit. 3. Couarrubias de sponsali. 2. parte. capit. 7. §. 4. numero. 7. & 8. sentit Medina de restitutione quæst. 3. 8. causa, ad tertium, dicens quod licet matrimonium ratum sit, interim tamen dum non fuerit per copulam consumatum, non est alteri sui corporis debitor, ideo nimirum si per religionis ingressum & professionem votumque solenne, vinculum matrimonij dirimatur, idem voluit Frater Domin. à Soto libro. 7. de iusti. & iure quæst. 2. articulo. 5. pagi. 649. colum. 1. versiculo, sed interrogas, vbi hoc probat optimo simili. Nam si dominium, inquit, rei tuæ alteri tradidisti, nullatenus illam citra furtum potes surripere, secus si promissisti, quandoquidem tunc nondum dominium à te abdicasti. l. traditionibus. C. de pact. causæ enim superuenire possunt, ex quibus non reddas vt Ioan. à Medina aduertit in codice de rebus restituendis. q. 3. vbi refert duodecim causas atque ideo votum simplex, hoc est, promissio castitatis absque solennitate & traditione, quæ fit per professionem solennem non dirimit matrimonium, quamuis votum solenne illud dirimat, hac eadem ratione procedit decisio. text. in. l. quoties. C. de rei vendi. l. 50. titulo. 5. part. 5. vbi ille est potior in dominio cui res prius traditur, licet alius in titulo præuenerit, quia donec res traditur non perditur eius dominium. l. traditionibus C. de pact. sic & votum solenne dirimit matrimonium ratum & non consumatum, quia per votum solenne traditur persona vouentis Deo: & licet titulus matrimonij sit antiquior, quia tamen persona non dum erat tradita alteri coniugi per copulam præfertur religio & votum solenne, cui traditio personæ facta fuit. Et hoc fit iure diuino, nam licet cæremonia voti sit de iure positio, vt in capit. vnico de voto libro. 6. & latè explicat Domi. à Soto libr. 7. de iusti. & iure quæst. 2. art. 5. contra Cayeta. & Scotum in. 4. distinctio. 38. vel vt inquit frater Franciscus. à Victoria in relectio. de potestate Papæ & Concilij colūna. 7. pagin. totius operis, 220. votum solenne est de iure positio, quo ad determinationem & modum, putà qua ætate, & quo ordine, & quo tempore &c. sed non quoad substantiam suam, quia quo ad eam est de iure diuino, vt probat Victoria vbi supra

71 [ Denique hæc est vera resolutio, vt discrimen sit inter votum simplex & solenne: illud matrimonium impedit contrahendum, non tamen dirimit contractum, impedit inquam, quia peccatum est mortale post emissum votum simplex religionis connubialia fœdera celebrare, tenet tamen matrimonium. Solenne autem nō modò matrimonio contrahendo obstat, verum & contractum dirimit nondum consumatum: non tamen dicitur hæc vera diremptio, quia nullum fit, sed dicitur



tur eò dirimere quòd personas inhabiles reddit ad cõ  
trahendum, vt in capit. vnico de voto & voti redem.  
libr. 6. & vt ibi dicit tex.in duabus dum taxat mate-  
rijs voto solemnì locus est, scilicet, in professione reli-  
gionis, & in susceptione sacri ordinis, præsbyteratus,  
& diaconatus: atque idem ante illum tex. voluit  
Thom. à Dõmi. de Soto relatus libr. 7. de iust. & iure.  
quæst. 2. articu. 5. pagin. 647. colum. 2. in principio.  
72 [ Sed per huiusmodi sacri ordinis susceptionem non  
dirimitur matrimonium ratum, etiam si carnali cop-  
pula non fuerit consummatum, iuxta decisionem tex.  
in extrauaganti antiqua Ioan. 22. titul. de voto, glo.  
communiter recepta in. d. capit. vnico de voto, in. 6.  
Immo nec per episcopalem dignitatem dissoluitur vt  
in capit. ex parte. 2. vbi hoc Anto. notat. de conuersi.  
coniuga. Ioan. And. in. d. capit. vnico de voto libr. 6.  
Areti. consi. 59. colum. 2. Paluda. in. 4. sententiarum  
distinct. 27. quæstione. 3. ad tertium. Flor. 3. part. titu-  
l. 1. capit. 21. §. 3. Couarrub. in epitome de sponsa. 2.  
part. capit. 7. §. 4. numer. 19. qui huic opinioni acced-  
dit contra Hosti. in summa titu. de conuers. coniuga.  
colum. 4. & 5. & Ioan. Lupi Segouien. in tractat. de  
matrimonio numer. 34. & 35. & sequen. [ Matrimo-  
nium autem ratum, & consummatum nullo modo dis-  
solvitur quoad vinculum, etiam per solenne votum,  
seu religionis ingressum, & professionem: quia coniu-  
gi fuit facta realis traditio per copulam. capit. cum so-  
cietas. 27. quæst. 2. Probat quoniam Christus Mat-  
thæi. 19. indissolubilitatem matrimonij ostendens, di-  
xit, erunt duo in carne vna, Genes. 2. Itaque iam non  
sunt duo sed vna caro, quos ergo Deus coniungit, ho-  
mo non separet, significauit itaque illam indissolubi-  
litate esse propter vnitatem carnis, quæ vnitas  
venit ex copula carnali: per quam facta fuit realis tra-  
ditio corporis à coniuge coniugi, voluit ergo ecclesia  
ex his Christi verbis diffinire, matrimonium consu-  
matum per copulam esse omnino indissolubile quoad  
vinculum: etiam si alter eorum religionem fuerit in-  
gressus, & solemniter professus, altero viuente & inui-  
to, vt in capit. verum & capit. vxoratus, & capit. ex  
parte tua de conuers. coniuga. capit. sunt qui dicunt,  
capit. Agathosa. capit. si quis coniugatus capit. si tu ab-  
stines. capit. quia Agatholator. 27. quæst. 2. est quæ  
communis omnium theologorum sententia, quam  
probant Alfonso. à Vera cruce in speculo coniugio. 2.  
part. arti. 28. conclus. 3. Couarrub. & alij supra citati.  
Domi. à Soto libr. 7. de iust. & iure. quæst. 2. articu-  
5. pagin. 649. colum. 2. ad fi. vbi reddit rationem dif-  
ferentiæ inter matrimonium ratum, & consummatum,  
nempe, quia & si consensus ratum matrimonium ef-  
ficiat, licitum tamen est inde, quandiu non est consu-  
matum, ad meliorem frugem conscendere, consuma-  
to verò matrimonio per copulam, quia ex natura sua  
est procreatura prolis, ascensum, propter iniuriam quæ  
educandæ proli irrogaretur, prohibet. [ Sed hic non  
ab re incidit quæstio solemnìs, nunquid per dispensa-  
tionem Papæ dissolui possit matrimonium ratum, vel  
consummatum quo ad vinculum? Et quòd dissolui pos-  
sit matrimonij ratu & non consummatu summi Pontif-  
ficis dispensatione, asseruit Bernar. in capit. ex publi-  
co de conuers. coniuga. in glo. vlti. quam ibi sequi

tur Panormita. eam dicens communiter à Pontificij  
iuris professoribus receptam, Præposi. in capit. vlti-  
de sponsa duorum infi. Deci. consi. 112. Felin. in cap.  
quæ in ecclesiarum numer. 20. de consti. idem voluit.  
Hieron. Gratus consi. 1. numer. 31. libr. 7. & Ferdin.  
de Loazes in tracta. de matrimonio. 2. dubio & 2. ar-  
gumento pro parte affirmatiua. idem in tracta. de noua  
conuersione paganorum, colum. 33. nec desunt ex  
theologis, qui huic opinioni suffragentur, siquidem  
Siluest. in verbo diuortium. quæst. 4. eam sequitur &  
defendit Caieta. in opere. 2. 7. quæstionum. q. 25. &  
Ambr. Catharinus libr. 6. contra Caietanum. capit.  
3. de quo valde miratur Couarrub. in epitome de spõ-  
sali. 2. part. capit. 7. §. 4. numer. 14. in fine, vtpote qui  
soleat aliàs Caietani scripta satis acriter insectari, &  
in hac opinione se Caietano subscripserit. Nititur  
enim Cayeta. reprobare communem opinionem theo-  
logorum, qui post Magistrum in. 4. sententiarum di-  
stinct. 26. asseuerant, matrimonium ante carnalem cop-  
ulam significare coniunctionem Christi & Ecclesiæ  
atque ideo indissolubile vinculum esse, ad cuius repro-  
bationem adducit tex. Leonis Papæ à Graciano rela-  
tum in capit. cum societas. 27. quæst. 2. cuius veram  
literam & intellectum tradit Couarrub. loco proximè  
citato. [ Verum theologi omnes, exceptis Caietano,  
73 Siluestro, & Ambrosio Catharino supra citatis, asse-  
runt veram conclusionem esse, summum pontificem  
non posse dispensare in matrimonio rato, etiam si non  
fuerit consummatum, quia licet dissolui possit per reli-  
gionis ingressum, vt numeris præcedentibus resoluim-  
us, id licuit ex diuina dispensatione, vt satis super-  
que probauimus: non ergo dissoluetur per summi pon-  
tificis, vel alterius hominis dispensationem, & hanc  
sententiam esse communiter receptam à theologis at-  
testatur idem ipse Caietanus: & alij idem tenentes, idem  
asseuerant, nempe. Couarrub. in epito. de sponsa. 2.  
part. capit. 7. §. 4. numero. pen. & Frater Alfonso. à  
Vera cruce in speculo coniugio. 2. part. artic. 28. con-  
clus. 3. ad finem, cui magis patrocinatur Abb. in. d.  
capit. ex publico in fi. de conuers. coniuga. Ioan. Lup.  
Segouien. eam sequitur in tract. de matrimonio. 1.  
part. numer. 30. & seq. & Iacobus Almain de potesta.  
Ecclesiæ. capit. 15. est optimus text. in capit. vlti. de  
transactio. ibi, à seueritate canonica circa illud rece-  
dere non licet, eandem communem esse attestatur,  
eam sequutus frater Francis. à Victoria in tracta. de  
potestate Papæ & Concilij conclusiue seu propo-  
sitione. 1. in respons. ad. 1. argumentum & Frater Do-  
minic. à Soto libr. 7. de iust. & iure. quæst. 2. articu.  
5. pagin. 649. columna. 2. ad medium, vbi carpit  
& merito Cayetanum dicentem, summum Pontifi-  
cem posse dispensare in matrimonio rato, non con-  
sumato, in hæc verba. Sed profecto [ vt bona venia  
grauissimi authoris dixerim ] adest absurda cõclusio,  
& nullo vnquam seculo admittenda, vt antequam  
illam concederet, dimouere animum deberet ab il-  
la ratione solemnìs voti, quam hic retellimus, ha-  
76 stenus Soto. [ Ex quo proculdubio reiicienda est  
opinio Soccini consi. 28. libr. 1. numero. 9. dicentis,  
Papam posse dispensare, vt matrimonium ratum &  
carnali copula consummatum dirimatur quo ad vincu-  
lum

lum, cui accessit Deci. in capit. quæ in ecclesiarum.  
numero. 13. extra de consti. & Hieroni. Grat. consi.  
1. libr. 2. numero. 31, & Sigismundus Lofredus consi.  
50. numero. 41. quam falsam esse censent ceteri omnes  
nulla quippe causa reddi potest, quare id quod iure na-  
turali & diuino prohibetur, Romanus Pontifex per-  
mittere valeat: tametsi legem naturalem & diuinam  
interpretari possit. Quamobrem non posse hac in-  
specie dispensare asseruit Bal. in. capit. lator de re iud.  
Panor. in capit. ex publico in fin. de conuer. coniuga.  
Felin. in capit. quæ in ecclesiarum numer. 23. extra.  
de constitut. Alfonso. à Vera cruce in speculo coniugio.  
2. part. articu. 28. conclus. 3. prope finem Couarrub.  
in epitome de sponsali. 2. part. capit. 7. §. 4. infi. qui-  
bus ceteri frequentius accessere, in hoc etiam dece-  
ptus fuit Ioan. And. pater canonistarum dictus ob  
eius insignem doctrinam & eruditionem, in capit.  
quod votum de voto & voti redemp. in 6. dicens pos-  
se Papam constituere quòd per secundum matrimo-  
nium ratum & consummatum, irritetur primum ra-  
tum & non consummatum, cui accessit Panor. in. d. cap-  
pit. ex publico de conuersio. coniuga. aberrauit etenim  
teste Alfonso à Vera cruce in speculo coniugio. 2. part.  
articu. 28. conclus. 4. in. 2. ratione. [ Ego in omnibus  
77 supra duobus numeris præcedentibus traditis, liben-  
ter adhæreo sententiæ communi theologorum. Pote-  
stas enim summi pontificis à Deo per sacras literas in  
mediatè tradita est, & ab eo solo dependet, quo fit  
vt sicut ad iuris pontificij doctores spectat sacros ca-  
nones, ius quæ posituum exponere, suaque sapientia  
illustrare: ita sacrarum literarum interpretatio ad sa-  
cros spectat theologos & sanctæ matris ecclesiæ do-  
ctores vnde eis hac in re magis credendum est, quàm  
canonistis, veritas quæ ab eis discutienda est, & po-  
tissimum ab his qui sanctorum cathalogo sunt ascrip-  
ti. Amicis enim suis & non alienis reuelat archana,  
iuxta illud Ioan. 15. vos autem dixi amicos, quia quæ  
cunque audiui à patre meo, nota feci vobis: tractent  
fabrilia fabri, [ vt est in prouerbio. ] Quare proculdu-  
bio communis Theologorum opinio tenenda est, quæ  
habet non posse summum ecclesiæ præfulem dispen-  
sare super matrimonij rati & non consummati dissolu-  
tione, iuxta illud quos Deus coniungit homo non  
separet, Matth. 19. ille enim tantum potest ratum ma-  
trimonium dissoluere, qui legem dedit de eius indif-  
solubilitate, sed solus Deus eam dedit vt superius  
diximus, solus ergo ipse Deus poterit dissoluere, cu-  
ius voluntatem ecclesia declarat ex Christi verbis, vt  
asserit Alfonso. à Vera cruce in speculo coniu. 2. part.  
articu. 28. conclus. 1. & 4. [ At matrimonium in fi-  
delium legitimum verum & consummatum dissolui po-  
test in tribus casibus expressis. 1. ad Corint. 7. &  
ab ecclesia determinatis in. capit. quanto de diuort.  
pro causa & ratione Paulum adducente id dicentem.  
Ex quo sequitur quòd si verè dissoluitur matrimo-  
nium quoad vinculum, non fit per ecclesiæ præcep-  
tum, sed per Dei determinationem & dispensatio-  
nem, vt rectè explicuit Hugo de sancto Victore  
libro. 2. de sacrament. part. 11. capit. 13. & Frater  
Alfon. à Vera cruce in speculo coniugiorum. 2. par.  
capit. 28. conclus. 4. optime explicans Pauli senten-

tiam. Primus casus est quando alter infidelium con-  
uertitur ad fidem, & qui infidelis remanet non vult  
simpliciter cohabitare fideli, tunc fidelis poterit  
aliam ducere, & dissoluitur matrimonium, ne fi-  
delis sit feruituti subiectus. Secundus casus est quan-  
do infidelis vult cohabitare fideli, licet non velit  
conuerti, sed tamen non vult sine contumelia crea-  
toris, quam vitare tenetur fidelis & potius mortem  
subire, quàm id permittere: poterit ergo alium ducere  
coniugem. Tertius casus est quando infidelis  
vult cohabitare fideli, sed pertrahit eum ad peccatum  
mortale, non cogetur fidelis cum hoc periculo  
cum infideli cohabitare, sed debet monere & cogere  
infidelem, vt desistat ab huiusmodi scandalo &  
pertractione, quòd si nolit facere, poterit fidelis di-  
scedere, per quem discessum soluitur matrimonium,  
& poterit aliam ducere, vide obsecro Alfonso. à Ve-  
79 ra cruce hoc latissimè discutientem. [ Dissoluitur  
quandoque matrimonium, non quoad vinculum  
ipsum coniugale, sed quoad thorum & mutuam co-  
habitationem, ita vt neutri eorum liceat alteri nube-  
re, licet ex aliqua causa eos iudex Ecclesiæ separet  
rit. Prima causa separationis est propter seuitiam  
mariti, propter quam separatio fienda est quoad tho-  
rum & mutuam cohabitationem, nisi vir dederit suf-  
ficientem cautionem de vxore non offendenda. capit.  
1. delit contest. capit. literas de resti. spolia. vbi Abb.  
& Præpos. in. capit. 1. de diuort. Hyppoli. in. l. fi.  
C. ad. l. Corn. de scar. vlti. colum. Aimon Crauette  
consi. 31. Gerard. de petra sancta singul. 65. cum con-  
cordan. & exemplis per Couarrub. traditis in epito.  
de sponsali. 2. parte. capit. 7. §. 5. numero. 1. & 2. qui  
refert alias causas separationis matrimonij quoad tho-  
rum & mutuam cohabitationem, nempe furoris se-  
cundum receptiorem sententiam, teste Alexan. in. l. si  
cum dotem. §. si maritus ad finem. ff. solu. matri.  
80 [ Tertia causa separationis, est hæresis superueniens al-  
teri coniugi. capit. 2. de diuort. capit. vltim. de con-  
uers. coniuga. & post quam ex hac causa facta fuerit  
separatio, non cogetur redire ad coniugem hæreticum,  
etiam si poenitentia ductus ad ecclesiam redierit, vt  
cõtra glo. ibi probat Abb. in. c. vult. de cõuer. cõiug. &  
in. c. de illo de diuort. per tex. ibi. quæ sententiã pluribus  
rationibus defendit frater Alfonso. de Castro in libro de  
iusta hæreticorum punitione libro. 2. capit. 7. Couar-  
rubias de sponsa. 2. part. capit. 7. §. 5. numero. 4. qui  
post Alfonso. à Castro hoc limitat quando catholicus  
ab hæretico discessit, præmisso iudicio Ecclesiæ, se-  
cus si propria autoritate discessit, quia tunc conuer-  
sus repetet vxorem ad cohabitandum, & debitum red-  
dendum vel exigendum: habemus hodie decre-  
tum Concilij Tridentini sessione. 24. canone 5. de ma-  
trimonio, disponens circa hoc in hæc verba. Siquis  
dixerit propter hæresim, aut molestam cohabitationem,  
aut affectatam absentiam à coniuge, dissol-  
81 ui posse matrimonij vinculum, anathema sit. [ Quarta  
causa separationis coniugum quoad thorum & mu-  
tuam cohabitationem est, propter crimen nefan-  
dum sodomiz. capit. omnes accusationes. 22. quæst.  
7. Calderi. Anto. Abb. & Ana. in capit. maritis de  
adul-

adulterijs, Siluefter in verbo diuortium quæst. 7. quorum opinio est communis, vt fatetur Abbas in. d. capit. meritis, & Lambertinus de iure patronatus. 1. part. secundi libri. quæst. 9. articu. 18. in fi. Diuus Ambros. 1. ad Corint. capit. 7. cum concordanti. per Couarrub. traditis in epitome de sponfal. 2. part. capit. 7. §. 5. numero. 6. vbi ex Ambrosio colligit, pos se vxorem petere separationem à viro quoad thorum si fuerit à viro tentata ad vsu contra naturam, quod etiam Barba. assueuerat in consi. 64. libr. 1. Deci. in l. 1. numer. 8. C. de secund. nupt. [ Quinta causa se parationis quoad thorum & mutuam cohabitationem est, fornicatio vxoris siue adulterium, vt constat ex euangelio Matthæi capite. 19. dicentis, quicumque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit mechatur: licet igitur vxorem dimittere propter fornicationem, & id iura canonica passim referunt. capit. ex parte de sponfal. capit. ex literis. capit. gaudemus de diuort. capit. intelleximus. capi. fi. de adulte. capit. tuæ de procura. l. consensu. C. de repudijs tamen est necessariū iudiciū ecclēsiæ ad hanc separationem constituendam. capit. plerunque de donat. int. vir. & vxor. capit. porro de diuort. si tamen adulterium esset notorium, posset vir vxorem propria autoritate expellere, capit. significasti de diuor. l. 8. titu. 2. part. 4. quod explicat optimè Couarrub. in epitome de sponfal. 2. par. capit. 7. §. 5. numero. 9. & seq. qui paragrapho. 6. sequenti. numer. 13. & vlti. la tē discuit, an repudiata, ex iudicis sententia, vxore ob fornicationem, liceat marito aliam vxorem accipere, viuentē prima, idem latius tractat Alfon. à Vera cruce in speculo coniugiorum. 3. part. articulo. 7. quod non examino, eo quod tex. habemus hodie expressum id decidendum in Concilio Tridentino sessione. 24. canone. 7. de matrimonio, nempe, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non posse dissolui, & vtrunque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniuge viuentē, aliud matrimonium contrahere: mechaturque cum, qui dimissa vxore adultera, aliam duxerit, & eam, que dimissa adultero, alij nupserit, vt in. capit. quemadmodum. 32. quæst. 7. & qui dixerit ecclēsiam errare cum hæc docuit & docet iuxta euangelicam & apostolicam doctrinam anathema sit, quo circa iam nec hæsitatiōni locus relinquitur: [ Si ergo in casibus superius traditis dissoluitur matrimonium, quomodo in diffinitione dicimus, indiuiduam vitæ &c. Respondeo cum Accursio in princ. insti. de patr. pot. quoad affectionem & promissionem dicitur matrimonium indiuiduam vitæ consuetudinem retinere, satis enim est coniuges hunc præstare cōsensum, & talem habere animum, vt coniunctio eorum constans sit & perpetua, vt in capit. solet. 32. quæst. 2. Hosti. in summa titu. de matrimonio. §. 1. Præpos. in rubr. de sponfali. numero. 5. vnde verè dicitur promittere in diuiduam vitæ consuetudinem qui matrimonium contrahit, vt Theophilus explicat in. d. principio insti. de patria pot. & Ioann. maior in. 4. sententiæ. distinct. 26. quæst. 1. Couarrub. in epito. de sponfali. 2. part. capit. 1. numero. 8. Ioan. Brunelus de sponfalibus conclusiōne. 1. numero. 5. [ Dici-

tur in diffinitione, vitæ, quia morte soluitur matrimonium. Dixit Apostolus. 1. ad Corinthios. 7. in fine & iterum ad Romanos. 7. mulier mortuo marito à lege eius soluta est: ideo nubat in domino, capite. additur. 27. quæstio. 2. capite. penultimo. & vltim. de secund. nupt. quare etiam si miraculose maritus resurgeret non rediret ad vxorem, maximè si iam alteri copulata esset, vulgaris gloss. in. capit. 2. 32. quæst. 7. Ioan. Brunelus in tracta. de sponfalibus. conclus. 1. numer. 6. quemadmodum nec beneficiatus resurgens rediret ad beneficium, maximè si iam alteri esset collatum, vt ibidem probatur. [ Dicitur præterea, vitæ consuetudinem retinens, propter seruitia mutua ad quæ inuicem coniuges astringuntur. capit. mulierem. 23. quæst. 5. capit. literas, vbi Bald. de restitu. spolia. hoc præferunt verba Domini, propter hoc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ. Genes. 2. & 3. Efdre. 4. numero. 9. Marci. 10. ad Ephes. 5. 1. ad Corint. 6. capi. gaudemus versicu. quia de diuort. capit. his ita. 32. quæst. 2. non enim habet alter coniugum sui ipsius corporis potestatem. 1. ad Corint. 7. capit. si tu abstinens. 27. quæst. 2. capit. quidquid. 32. quæst. 2. hæc sufficiunt quoad matrimonij diffinitionem. [ Visa diffinitione matrimonij, superest vt tria in eiusdem matrimonij tractatione examinemus, primum quorsum institutum fuerit matrimonium & vnde originem sumpserit, secundum de effectu ipsius, tertium de impedimentis eiusdem. Et in primis scire oportet matrimonij institutionem factam fuisse ab ipso summo omnium rerum opifice in statu innocentie ante peccatum, non enim erat eo tempore fornicatio nec suggestio carnis, fuit itaque tunc temporis institutum matrimonium in officium nature, ad multiplicandum genus humanum & conseruationem speciei. Nam deficiente maris & foemine coniunctione, deficeret generatio, & per consequens periret humana species, institutum ergo fuit in officium nature, Ioan. Stobe. sermone. 65. Alfonso. à Vera cruce in speculo coniugiorum. 2. part. articulo. 1. conclus. 1. §. his ita. 32. quæst. 2. capit. sicut. 27. quæstio. 2. l. 4. titulo. 2. part. 4. probatur autoritate sacre scripture Genes. capit. 1. crescite & multiplicamini, atque idem repetit post dilubium omnibus hominibus penè consumptis, Genes. 8. Institutum etiam fuit matrimonium tanquam prima humane societatis copula, que amicabilem quandam coniunctionem, alterius quidem regentis, alterius verò obsequentis, complectebatur, quod probatur dum Genes. capit. 2. dixit dominus, faciamus ei adiutorium simile sibi, & adnotauit Thom. in. 4. sententiarum. distinct. 26. quæst. 1. & deducitur ex. l. 1. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. vbi Fortun. Garfia colum. 6. illatio. 10. ad idem conducit text. optimus in capit. ius naturale. 1. distinct. & in. §. 1. instit. de iur. natur. idem ex Platone expendit Ludo. Celi. libro. 15. capit. 13. quibus principuit sententia Aristote. 1. Politi. capit. 1. in principio quem refert Couarrubias in epito. de sponfal. 2. part. capit. 1. §. vnico numero. 6. Ex quibus constat in officium nature matrimonium ab initio fuisse institutum ante peccatum, [ Ceterum post peccatum fuit

institutum ob remedium fornicationis, vt carnis vitium cohiberetur, possetque fieri absque peccato. Per peccatum namque facta fuit rebellio maxima carnis & spiritus, & concupiscentia vehemens, quæ vix cohiberi potest secundum Paul. ad Roma. 7. text. in cap. Paulus. 32. quæst. 5. Hieronym. in epistola ad Eustochium Tiraquell. in libr. de constituto. 3. parte limi. 7. nu. 3. & sequent. Quamobrem Deus dedit matrimonium in remedium, vt ei liceret accedere ad mulierem absque peccato, & se abstinere ab alijs, quod Apostolus docet. 1. ad Corint. 7. dicens vnusquisque habeat suam propter fornicationem. d. §. his ita & capit. sicut. 32. quæst. 2. & hæc institutio matrimonij ad remedium facta fuit implicite à Deo cum dixit mulieri Genes. capit. 2. in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, qui dominabitur tui. Ad eundem dixit, quia audisti vocem vxoris &c. ex quibus verbis & sequentibus insinuas videtur copulam non fuisse in officium tantum, sed etiam in remedium. Sed & expressius hoc constituit dominus post Dilubium Genes. capit. 9. cum dixit Noe & filijs eius: crescite & multiplicamini & implete terram, vt nobis insinuat frater Alfonso. à Veracrucē in speculo coniugiorum. 2. part. articulo. 1. versic. attamen post peccatum. Idem docuit Augusti. à magistro sententiarum citatus in. 4. distinct. 36. Coloniense concilium titu. de matrimonio cap. est autem glossa, & Cardinalis à Turrecremata, in summa. 27. quæstio. 1. & probatur in capite nuptiarum. 27. quæstio. 1. idem voluit Præpositus in rubrica extra de sponfalibus numero 10. & 11. Couarrubias in epitome de sponfalibus. 2. parte capite. 1. §. vnico numero. 6. est text. regni nostri idem probans in. 1. 4. ad finem. titulo. 2. part. 4. adde Ioannem Brunclum in tracta. de sponfalibus. conclus. numero. 13. & 14. & capit. quidquid. 32. quæst. 2. [ Ex quibus constat propter dictas causas matrimonium à catholicis esse contrahendum, non propter diuitias vel pulchritudinem, aut alias huiusmodi per gloss. in summa. 27. quæst. 1. enarratas. Nam si ob eas contrahatur non ritè contrahitur, quamuis matrimonium valeat, vt in. cap. tua de sponfalibus. vbi Panormit. hoc asserit & diuus Thom. in. 4. distinct. 30. quæst. 1. articulo. 3. Maior in. 4. distinct. 26. quæst. 2. ceterum si ob has causas, nempe, pulchritudinis, diuitiarum, vel libidinis principaliter contraheretur matrimonium, & de tali animo constaret, non licitè contraheretur, sed cum graui peccato, vt probat Ambrosi. Catharin. contra Caietan. capit. de matrimonio Couarrubias. de sponfal. 2. part. cap. 1. §. vnico numero. 7. facit. l. 4. insti. titulo. 2. part. 4. capit. solet. 22. quæst. 2. Præpos. in rubric. de sponfali. numero. 11. non tamen est peccatum mortale, si causa principalis, non sit immo dica & effrenata secundum Thom. d. distinct. 30. optimè explicat Tiraquell. 2. lege connubiali. gloss. 1. parte. 2. numero. 28. [ Quoad secundum de effectu matrimonij, dico tres esse effectus, seu tria bona: nempe, fidem, prolem, & sacramentum capit. sicut & §. his ita in fin. 32. quæst. 2. capit. omne. 27. quæst. 2. quæ trasumpta fuerunt ex Hieronym. & Augustino libro de bono coniugali, text. regni nostri in. l. 3. titulo. 2. part. 4. Hostiens. in summa de matrimonio. §. quare contrahatur versic.

porro Bald. in. l. 1. in princ. C. de priuile. dot. Præpos. in rubr. extra de sponfalibus. numero. 12. post alios doctores Ioan. Lup. Segouien. in tracta. de matrimo. in princ. numero. 13. fides dicitur bonum matrimonij, quia adinuicem est seruanda inter coniuges, ne vir ad aliam, ne uè vxor ad alium accedant. d. c. omne. 27. quæst. 2. Item fides, vt requisiti. alter alteri debitum teneatur mutuo reddere secundum Augusti. de adulterinis coniugijs, vt refert Gratian. in capit. si tu ablines, & capit. quia Agathota Latrix, & capit. scribit. 27. quæst. 2. capit. sunt qui. 32. quæst. 2. capit. mulierem. 33. quæst. 5. & vsque adeo alter alteri debitum reddere tenentur, vt etiam tempore ieiunij & in diebus festiuis etiam solennibus id denegare non debeant, licet exigens his diebus peccet, vt in capit. noluit. 33. quæst. 5. gloss. in summa. 33. quæst. 4. Præpos. in rubr. extra de sponfa. numero. 12. Ioann. Lup. Segouien. in tracta. de matrimo. in princ. numero. 13. hanc fidem commendat mirum in modum Aristot. 3. Oeconomicorum, dicens, Vlixes, de præcante ipsam Atianthis filia, vt cohabitaret secū, & promittente immortalē facere & beatum omni tempore, nec vt immortalis fieret ausus est prodeire vxori suæ amicitiam, affectionem, & fidem: maximam sibi pœnam arbitratus fieri, si malus existens immortalitatem promereatur. Hæc fides coniugalis tori similis est castitati, vel est secunda species castitatis, vt in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. refert Bald. in. l. vnica numero. 1. C. de priuileg. dot. Grego. Lup. in. l. 3. gloss. 2. titulo. 2. partit. 4. fides etiam coniugalis consistit in communicatione operum maris & foemine circa necessaria vitæ secundum Philosoph. Ethic. 8. capit. 12. Ioann. Lupi in tracta. de matrimo. in princ. numero. 14. Alfonso. à Veracrucē in speculo coniugiorum. 2. parte articulo. 6. conclus. 3. versic. finis secundarius. [ Et ad hanc corporis & operum communicationem cohabitare coniuges tenentur, & vitam simul agere, ad id què à iudice ecclēsiastico cogendi sunt capit. 1. de sponfalibus. capit. literas de resti. spolia. vbi Abb. notat cap. intelleximus de adulte. cap. 1. de offi. ordi. Quod si per censuras iudex præfatus id efficere nequeat à iudice seculari auxilium exigere poterit, vt Præpos. Feli. notant in cap. 1. numero. 8. de sponfalibus & Panormit. in. d. cap. literas in fine, Deci. in. l. 2. numero. 80. ff. de regu. iur. optimè Ioan. Brunelus in tracta. de sponfalibus. conclus. num. 8. & 9. & quod præcise coniuges cohabitare compellantur expeditur ex Bart. in. l. stipulationes non diuiduntur. q. 8. ff. de verbo. oblig. vt ibi Iass. nu. 32. aperte notat. [ Vir tamè potest hæc cohabitationem effugere, si promissa dos sibi non soluat secūdū Par. & Ios. Lup. in. c. per vestras 3. notabili. 2. col. de dona. inst. v. l. & vxor. glo. insignis in auth. de nō eligen. secun. nub. in verbo onera, dicēs posse virum vxorē expellere: donec dos sibi promissa soluat. quam plures sequuntur & commendant teste Didaco Couarrub in epito. de sponfa. 2. part. c. 7. in princ. nu. 2. ipse tamen eā improbat, cui accedo. [ Infertur etiā propter hanc mutuam cohabitationem, maritum posse vxorem vendicare adiecta causa iuris diuini, quod ei tribuit ipsum ius agendi, secundum Abb. & Præpos. in capit. non est de sponfalibus. immo & poterit coniux ad vendicandū coniugē officiu iudicis secularis inuocare,

84

87

88

90

91

92

ex sententia Bernardi in d. capit. non est, prout ex eo colligunt Abb. & Docto. ibi quemadmodum monasterium vendicat monachum adiecta causa iuris canonici, gloss. in. l. 1. §. 1. ff. de rei vendi. quam ibi sequitur Bart. & commendat Angel. in. §. præiudiciales insti. de actio. & Abb. in d. capit. non est colum. 2. & probatur in cap. 1. de his quæ vi met. ve cau. fi. Coua. d. cap. 7. num. 3. & hoc quotidie fieri videmus in his Indiarum regnis, vxores siquidem in Hispania de gentes, à viris suis derelictæ, vendicant eos coram regijs senatoribus consilij Indiarum, qui regias literas decernunt, vt à iudicibus secularibus mittantur, vitam cum vxoribus suis acturi, vt que simul habitent. Quinetiam filius potest contra patrem agere, vxorem ab eo repetendo, secundum Anto. Abb. & Præposi. in d. capit. non est de sponsa. Domi. & Franc. in capit. vltim. de iudi. libr. 6. Roma. singul. 61 §. idem voluit Couarrub. de sponsa. 2. parte cap. 7. numero. 4. hanc dicens communem, ex quo infert litem posse geri inter patrem & filium in causa spiritali, quamuis regulariter lis nulla esse possit inter eos. l. lis nulla. ff. de iudi. l. 2. titulo. 2. part. 3. [ Ex quo etiam fit vxorem, huius cohabitationis ratione, marito subditam esse. l. sicut. ff. de oper. liber. gloss. in capit. quod Deo. 33. quæst. 5. text. in capit. caput inf. ead. causa & quæstione. c. non mechaberis, cum duobus capitulis sequen. 32. quæst. 5. c. 1. de frigid. vir siquidem caput est mulieris secundum Apostol. ad Ephesios. 5. & 1. ad Corinth. cap. 11. text. optimus in cap. foemina. 30. quæst. 5. ex Ysidoro libr. 2. de officijs capit. 15. cap. quæcunque. 30. distinct. notat gloss. in capit. quemadmodum. §. fi. de iure iurand. Tiraquell. plura congerens de legibus connubialibus. l. 1. gloss. 1. part. 1. num. 21. 94 [ Fit etiam vt quocunque migrare voluerit vir, vxorem sequi teneatur, si domicilium mutare velit capit. vnaqueque. 13. quæst. 2. Abb. in cap. de illis de sponsal. & Enri. ibi, idem sensit Bart. in. l. Meuia. §. vxore. ff. de annu. lega. & Bald. in. l. qui manumittitur. C. de oper. liberto. cum pluribus concordant. per Tiraquell. congestis in. l. 1. connubiali numero. 39. [ Sed quid si vir promissit non exire locum aliquem, sed ibi habitare semper cum uxore? vide obsecro Couarrub. hoc latè examinantem in epitome de sponsal. 2. parte capit. 7. num. 5. Fit etiam ex hoc vxorem sortiri forum viri, non virum vxoris, vt in. l. cum quædam puella. ff. de iuri. omni. iudi. l. vltim. §. item rescripserunt. ff. ad municipa. l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 11. Bald. nouellus in tracta. de dote. 9. part. priuilegio. 18. quod latè explicat Couarrubias in epitome de sponsal. 2. parte capit. 7. numero. 6. & sequentibus. & Tiraquell. latissimè de legibus connubialibus. l. 1. part. 1. numero. 28. & sequenti. Quinetiam vxor mutat forum originis, & efficitur originaria eius loci cuius, & vir erat, vt notat gloss. in l. origine. C. de municipib. & originarijs libr. 10. quam pluribus confirmat Tiraquell. d. l. 1. connubiali numero. 30. atque idem in sponsa de presenti ante traductionem statuit gloss. in. l. ea que. ff. ad municip. Petr. Nuñi in refponso. 10. numero. 2. [ Rationem præcedentium reddit elegantè idem Tiraquell. d. l. 1. connubiali numero 93. nempe, quia mulieres sunt viris longè inferiores & animo, & corpore, à quorum viribus, vt ipse dixerat numeris præcedentibus, potestas proficiscitur & domi-

natio: nimirum ergo si viri vxoribus imperent, præsent, & dominantur veluti domini: contra, vxores tanquam famule seruiant, subsint, obediunt que, vt ex Augustino constat in libro questionum super Genesim, cuius verba sunt. Est ordo naturalis in hominibus, vt seruiant foemine viris, quia & illis hæc iustitia est, vt infirmior seruiat firmiori. Et hæc in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, vt qui excellunt ratione excellent dominatione, que verba Gratianus retulit corrupta & diminuta in decretis. 33. quæst. 5. cap. est ordo, qui stultus est, inquit, Salomon prouerbij. 11. seruiet sapienti. Seruus item sapiens dominabitur filijs stultis, vt scribitur in eisdem prouerb. c. 17. & seruo sensato filij seruient, Ecclesiastici. 10. idem probat Aristot. politi. 1. dicens, eos seruos esse in republica, qui incitiam rerum, que ignorantia tenentur, qui verò ingenio præstant, naturaliter esse dominos. Id quod ante cum dixerat Plato. lib. 3. de legibus, dicens septem esse rationes, que ad dignitatè imperandi facere videntur, hæc sunt, pater natus, nobilitas, dominatio, potestas, senectus, prudentia, fors: sed prudentiam omnibus anteponi, vt intelligantur que humane salutis expediant, quibus plura similia ex diuersis authoribus congregat Tiraquell. d. l. 1. connubiali numero. 50. & sequentibus. Sed certissimum est, mares animi corporisque viribus foeminis præstare, vt latè comprobatur pluribus autoritatibus idem ipse Tiraquell. d. l. 1. connubiali numero. 69. & pluribus sequent. & præcedentibus. [ Infertur similiter ex hoc iure cohabitationis, & coniugalis consortij, nõ posse mulierem contrahere absque viri licetia, nec alium actum sibi præiudiciale facere iuxta. l. 1. 2. & per totum hoc libro tit. 3. vt vxor sciat se viro subditam esse. Alia etiã ratione fundatur decisio illa de qua ibi latius. Infertur etiam ratio ad decisionem regiam qua statutum est, quòd contracto matrimonio filius liberatur à patria potestate, vt in. l. 8. & 9. infra eo. vbi dicemus. Infertur & aliud quòd bona constante matrimonio quæstita communicantur inter coniuges, & soluto matrimonio diuiduntur propter operum communicationem & alias rationes quas referam infra hoc libro titulo. 9. per totum. [ Dixi supra numero. 89. fidem matrimonij in eo consistere, vt vterque coniux inuicem alter alteri debitum coniugale reddere teneatur sub pœna peccati mortalis, ex sententia Apostoli. 1. ad Corinth. cap. 7. cap. 1. 33. quæst. 5. cap. tua nos. 2. de iure iuran. notat magister sententiarum & ibi Thom. & Paluda. in. 4. distinct. 32. Syluester in verbo debitum coniugale, Nauarro in summa confessorum cap. 16. num. 24. & plerique alij superius citati. Hæc tamen regula fallit quandoque. Nam non semper licitus est coitus coniugalis, & tunc eius denegatio non erit peccatum, immò redditio debiti erit peccatum, quandoque mortale, quandoque veniale. Veluti si ante solennem nuptiarum benedictionem, in templo à proprio parrocho vel alio sacerdote de ipsius vel ordinarij licetia recipiendam, fiat coitus, qui illicitus est, vt constat ex sancta Synodo Tridentina sessione. 24. decreto. 1. de reformatione matrimonij, cum sic ait. Præterea Sancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent. Statuitq; benedictionem

tionem à proprio parrocho fieri, nec à quoquam, nisi ab ipso parrocho, vel ab ordinario, licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alij sacerdoti concedi posse, quacunque consuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda est, vel priuilegijs non obstantibus. Sunt tamen nonnulli, qui autumant mortale crimen incurrere coniuges ante nuptialem benedictionem coeuntes, hi sunt Paluda. in. 4. distinct. 28. quæst. 2. in princ. Florent. 3. parte summe tituli. 1. cap. 16. §. 1. argument. text. in capit. consultationi extra de sponsali. alij dicunt non esse peccatum lethale, nisi scandalum generetur, huius sententiæ fuit Angel. de Clasio in verbo debitum. 1. & Syluester sub eodem verbo. §. 9. argu. text. in capit. nostrates. 30. quæst. 5. in fine. veniale tamen frequentius committitur peccatum ante benedictionem, modò contemptus desit secundum Caietan. 2. tomo opusculorum quæst. 1. de vsu matrimonij, & iterum in summa in verbo matrimonialis vsus peccata. 8. quod etiam beatus Thom. sentit in. 4. sententiarum distinct. 29. articulo. 2. Couarrub. in epitome de sponsal. parte. 2. capit. 7. §. 2, numero item. 2. [ Similiter in ecclesia, sacris vè locis carnalis copula illicita est etiam coniugibus sub reatus lethalis pœne, secundum Paluda. in. 4. sententiarum distinct. 32. quæst. 1. articulo. 3. Caietan. in summa in verbo matrimonialis vsus peccata. §. 6. idem voluit Antoni. 3. parte tituli. 1. capit. 20. §. 2. Turcrema. in. §. sed cum naturale articulo. 4. distinct. 5. Couarrub. in epitome de sponsal. 2. parte capit. 7. §. 2. numero. 3. Marti. ab Azpilcueta in Manuali confessorum capit. 16. numero 33. & ex tali coitu ecclesia polluitur, & indiget reconciliatione ex sententia gloss. communiter recepta in in capit. vnico de consecra. eccles. vel alta. libr. 6. quam etiam sequitur Ioan. de Selua in tracta. de beneficio. 1. parte quæst. 5. requisito. 7. notat Specula. in libro de rationali diuorum officiorum, titulo. de dedicatione ecclesie, Hanc esse communem sententiam attestatur Angel. in summa in verbo consecratio. 2. quæst. septima fallit si coniuges in ecclesia longo tempore obsiderentur, tunc enim non modo non polluetur ecclesia, verum nec peccabunt lethaler, vt Syluester. opinatur in verbo consecratio. 2. quæst. 5. & iterum in verbo debitum quæst. 3. & Ioan. Maior in. 4. distinct. 32. quæst. 1. column. 3. Couarrubias. d. §. 2. numero. 3. qui sic intelligit gloss. in capit. in ecclesijs de consecra. distinct. 1. & l. regiam. 20. titulo. 10. part. 1. & Enri. in capit. vltim. de consecra. ecclesi. Caietanus tamen in summa in verbo matrimonialis vsus. §. 6. & Marti. Azpilcueta in Manuali Confessorum capit. 16. numero. 33. improbant hanc limitationem. [ Fallit secundo, vbi crimen esset occultum, nulla enim tunc eget ecclesia reconciliatione, vt probat Frater Alfonso à Castro lib. de potestate legis pœnalis. 2. capit. vltim. fol. 266. litera. d. ex sententia Scoti in. 4. sentia. distinctio. 13. quæst. 2. & Ioan. Andr. in capit. vnico post gloss. ibi de consecra. ecclesi. libro. 6. [ Tertio turpe est marito accedere ad vxorem adulteram, quæ poenitentia non egit, & cum ea confortium habere carnale. capit. si vir de adulte capit. quemadmodum de iure iurand. capit. 1. & capit. si quis vxorem. 32. quæstio. 1. l. 2. §. lenocinij. l. mariti lenocinium, ff. de adulte, l. 1. vbi gloss. C. cod. titu. l. 7. tit. 17.

part. 7. Ioann. Lup. in repe. capit. per vestras. 3. notat, §. 2. 1. numero. 23. de donat. inter vir. & vxor; peccat enim mortaliter etiam si debitum reddat vxori publice adulteræ, nisi scandalum vitetur, & vxoris correctio salua sit secundum Caieta. in summa in verbo matrimonialis vsus capit. 10. & in opusculo. 27. quæstionum capit. 26. Couarrubias in epitome de sponsali. 2. parte. capit. 7. §. 2. numero. 4. Martinus ab Azpilcueta in Manuali confessorum capit. 16. numero. 28. qui hoc limitat dicens peccatum non esse reddere debitum adulteræ occultæ: vel si ipsa iam sit correctæ: vel si vir ipse se exigit ab adultera publica debitum ad vitandam fornicationem propriam, modò ex hoc non sequatur scandalum propter presumptum lenocinium, vt ipse Couarrubias probat autoritate Paludani in. 4. distinct. 32. & Antonini. 3. parte summe tituli. 1. capit. 20. §. 9. vxor verò non peccat, si petat vel reddat viro publice adulteræ debitum coniugale. Quia eam non spectat correctio mariti, sicut marito correctio vxoris, & quia raro, aut nunquam presumitur vxorem velle, nec prestare consensum marito, vt adulterium committat, vt Paluda. existimat in. 4. distinct. 32. & Antoni. 3. parte. summe tituli. 1. capit. 29. §. 9. Caieta. 2. tomo quæstio. 20. lib. 2. 7. quæstionum, Nauarro vbi supra. Non tamen prohibetur adultero à coniuge debitum coniugale exigere, vt idem Caietan. probat libro. 17. responso. capit. 4. Quoniam non est adulter ipso iure priuatus in interiori, nec exteriori foro iure exigendi debitum coniugale: donec feratur sententia, vt & voluit Couarrub. d. capit. 7. §. 2. numero 4. inf. licet contrarium teneat Ambrosi. Catharinus libro. 5. contra Caietanum in tractatu de sacramento matrimonij. [ Foemina etiam adultera non efficitur irregularis, nec bigama si coeat cum viro adultero, & si sciat fidem sibi coniugalem non fuisse seruatam. Vir autem efficitur bigamus, si vxorem adulteram carnaliter cognoscat etiam ignorans adulterium, vt in capit. si cuius. 34. distinctio. Nam quoad forum conscientie nihil interest, an id probari possit nec vt in capit. consuluisti. 2. quæst. 5. ita censet Martinus ab Azpilcueta in Manuali confessorum capit. 16. numero 27. subdens maritum non posse vxorem adulteram accusare, si ipse adulterium quoque commisit capit. nihil iniquius. 32. quæst. 6. vel si per vim cognita fuit capit. ita ne, & capit. proposito cum tribus sequen. 32. quæst. 5. vel si credens maritum diu absentem mortuum, alium accepit virum, capit. cum per belicam. 34. quæst. 1. vel si quis sub specie coniugis eam cognouit capit. in lectum. 34. quæst. 1. vel si maritus post adulterium commissum crimen condonauit, vel cum ea concubuit, capit. si quis vxorem. 32. quæstione. 1. vel si maritus ipse fuit causa adulterij, vt in capit. discretionem de eo qui cogno. conf. vxor. suæ, vel si adulterium commissit ante baptismum capit. gaudemus de diuort. [ Denegatur etiam licitè coniugale debitum ob incestum cum affini commissum, veluti si vxor consanguineum mariti cognouerit, vel maritus consanguineam vxoris. c. 1. & cap. transmissæ de eo qui cogno. cõsang. vxor. suæ, peccat si quidè mortaliter debitu exigèdo, licet soluere teneatur. Sed si cognoit propria cõsanguineã nõ peccat exigèdo debitum, vt notat Mart.



Marti.ab Azpilcueta in Manuali confessorum cap.16. numero.35.& Grego.Lupi alijs citatis in. l. 13. gloss.2. titulo. 2. partita.4. At si ea quæ negat modò debitum, semel reddiderit, postquam sciuerit maritum cognouisse consanguineam suam, adhuc licet debitum denegare poterit, secundum Anto. Card. & Abb. post antiquos in. d. cap. transmissæ. Quin etiam si committens in castum sit iuuenis non ex hoc ei licebit debitum coniugale exigere absque dispensatione, erit autem hæc iusta causa dispensandi, iuxta gloss. commu. receptam in cap.2. de eo qui cogno. consang. Syluester in verbo matrimonium. 7. vlti. impedimento & in verbo luxuria versic. quintum. l. 13. tit. 2. par. 4. Couarrub. in epitome de sponsali. 2. part. c. 7. §. 2. num. 5. & num. sequent. tractat an huiusmodi dispensatio fieri possit ab episcopo, & concludit non posse, licet plures tenuerint contrarium, quod latè discutit Frater Alfons. à Castr. de lege poen. li. 1. fo. 60. litera. a. & li. 2. fol. 135. litera. v. & c. & Alfons. à Veracrucce in speculo coniug. 1. part. artic. 23. dubio. 1. [ Præterea vxor seu maritus ceterò sciens matrimonium non valere ob aliquod impedimentum, quod probare nequit, uon tenetur nec potest alteri coniugi debitum reddere, etiam si iudex ecclesiasticus id sub poenis præcipiat, nec agat cõtra conscientiam cap. inquisitionis. 1. parte de sen. ten. ex com. capit. dominus de secund nup nec refert, sit ne impedimentum huiusmodi ex lege diuina aut humana, vt rectè probat Ioan. à Medina in libro de restitutione quæst. 19. aduerfus Hostien. in cap. proposuit de cõiugio seruo. Sin autem coniux dubitat de validitate matrimonij, & ad credendum ducitur leui coniectura seu argumento, poterit non solum reddere coniugale debitum, verum etiam exigere, vt in capit. inquisitioni. 2. part. de sen. ex com. quem text. vltra alios ibidem ita intellexit Adrian. quotlib. 2. articulo. 1. Quid autem si dubitat matrimonium firmum esse ob aliquod impedimentum, quod nequit coram iudice probare, an ex præcepto iudicis teneatur debitum vxori reddere? & text. in. d. capit. inquisitioni parte vltim. asserit debere maritum etiam dubitantem debitum reddere, sed non exigere, idemque statuit in. d. capit. dominus de secund. nupt. vbi vxor dubitans de morte prioris mariti tenetur reddere debitum secundo, sed non poterit exigere. Hoc tamen intellige si maritus erat certus quòd reddere poterat debitum, licet esset dubius de validitate matrimonij: nec aliàs faciat contra conscientiam dubitans an possit reddere, tunc enim non excusaretur à peccato, iuxta sententiam Apostoli ad Roman. 14. vt optimè explicat Marti. ab Azpilcueta in capit. si quis autem de poenit. distinet. 7. numero. 101. & Couarrubias in epitome de sponsa. 2. parte cap. 7. §. 2. numero. 7. 8. & 9. & 10. & latissimè Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. parte articulo. 18. quem omnino videas. [ Diximus fidem matrimonij consistere in reddendo debitum, sed quæro an actus ille carnalis inter coniuges seruato vase, & modo naturali, sit peccatum aliquod, si fiat ad prolem vel debitum reddendum? Et Theologi omnes in. 4. sententiarum distinet. 31. asseuerant nullum esse peccatum, immo actum bonum. Quia ista sunt bona matrimonij, quibus actus illi carnales excusantur à peccato: nec delectatio quæ actus

concomittatur, reddit eos iniustos, quia delectatio ex se ipsa, nec bona est nec mala: sed est bona, si consequitur operationem bonam, & mala, si consequitur operationem malam, secundum Aristotel. 10. A Ethicorum cap. 5. & beatum Thom. 1. 2. quæstione. 74. artic. 8. cum ergo actus de se sit bonus, propter finem ad quem fuit ordinatus, etiam si cum delectatione fiat, non erit malus, quia ipsa delectatio bona est quandoquidem per eam homo nec mereatur, nec demereatur. Quippe cum delectatio ipsa sit quædam passio naturaliter consequens actum ipsum: vt declarat Ioannes Maior in. 4. sententiarum distinet. 31. quæst. vnica conclusi. 6. & Frater Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. parte articulo. 16. conclusi. 5. nec secundum eum erit necesse, vt actus à peccato excusetur, quòd reminiscatur finis procreandæ prolis, vel debiti reddendi, sat enim est, quòd virtualiter actus iste referatur ad finem, licet eo in tempore actus liter ad eum non referatur. [ Item exercere talem actum inter coniuges propter vitandam fornicationem alterutrius nullum est peccatum, secundum Guillel. Parisi. de matrimo. capit. 6. ratio est quia exercere actum huiusmodi, propter finem ad quem matrimonium fuit institutum, non est peccatum: ceterum matrimonium non solum fuit institutum in officium naturæ propter prolem à Deo in paradiso in statu innocentiz Genes. 2. & 9. verum etiam post peccatum fuit institutum in remedium, vt exerceri posset sine peccato actus ille, qui aliàs absque peccato exerceri non poterat, vt constat ex Epistola Pauli. 1. ad Corinth. capit. 7. dicentis melius est nubere quam vri, quasi per nuptias homo à peccato liberetur, & à poenis inferni. Qui ergo finem istum seruat in hoc actu vt se vel coniugem liberet à fornicatione, omnino debitum finem apponit actui, propter quem matrimonium etiam fuit institutum: non ergo peccat: Beatus tamen Thom. quando propter vitandam in seipso fornicationem actum istum quis exercet, peccare ait venialiter, quod tamen prudenter limitat Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. parte articulo 16 conclusi. 1. [ Verum enim uero si actus iste exercetur per coniuges causa delectationis, vel sanitatis, licet peccatum sit, non tamen est mortale, modò maneat intra limites matrimonij, secundum Bonanuentur. in. 4. sententiarum distinet. 31. articulo. 2. quæst. 3. & beatum Thom. ibidem artic. penult. & Ioan. Maiorem. d. distinet. 31. quæst. 1. tunc autem dicitur id fieri extra limites matrimonij, quando quis cognoscit vxorem propter solam delectationem vel sanitatem, ita vt propter talem delectationem, vel sanitatem eam cognosceret, etiam si vxor non fuisset, vel aliam quancunque: tunc si quidem est lethale crimen, secundum beatum Thomam loco nuper citato capit. origo iuncta gloss. in verbo amator. 32. quæst. 4. Paluda. in. 4. distinet. 32. quæst. 3. & 5. Antoninus. 3. parte tituli. 1. capit. 20. §. 1. Marti. ab Azpilcueta in manuali confessorum c. 16. nu. 23. in fi. Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. parte articulo. 16. conclusi. 2. plures citans aucthores asseuerantes non esse veniale peccatum: quando non egreditur limites matrimonij. Qui tamen cum alijs supra citatis constanter affirmat esse veniale peccatum.

peccatum aduertere tamen oportet accessus ad propria in vxorem delectationis vel sanitatis causa extralimites matrimonij, tunc esse peccatum mortale, quando in ipso actu cogitat quod ad ipsam esset accessurus, quamuis propria vxor non esset, Nec fat erit quòd hoc habeat in habitu, quæ notabilis est conclusio ad euitanda plurima peccata mortalia in coniugatis. Si quis autem accedit ad vxorè causa delectationis vel sanitatis nihil aliud cogitans non est peccatum mortale, sed veniale. Etiam si in habitu habuisset ad eam accedere quauis vxor non fuisset. Nemo enim ex habitibus meretur nec demeretur, sed ex actibus Paluda. in. 4. distinet. 31. q. 3. Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. parte. artic. 16. conclusi. 3. qui num. seq. affirmat quòd quis excusatur à peccato coiens cum vxore ad prole vel debitum reddendum etiam si in actu ipso de hoc non meminerit. Nam actus habens bonitatem vel meritum à fine, sufficit quod ad finem virtualiter referatur, licet non actualiter. [ Vbi autem modus naturalis coeundi exceditur à coniugibus, peccatum contrahitur quando que veniale, quandoque mortale. Exempli loco, si vir cognoscat vxorem sedendo, vel stando, vel ex latere, vel retrorsum more brutorum, licet seruetur naturale vas, semper est peccatum hoc modo coniugi adherendo absque vrgenti necessitate: est tamen mortale quoties per talem concubitum impeditur generatio, secundum Albert. Magnum in. 4. sententiarum distinet. 31. arti. 20. & Alfons. à Veracrucce in speculo. 3. part. art. 15. conclusi. 2. vbi reddit rationem dicens, quoniam modus iste coeundi damnatus omnino videtur iure naturæ per prima eius principia: siquidem omne id quod impedit finem principalem à natura intentum in aliquo actu, dicitur esse prohibitum per prima principia iuris naturæ: cum ergo per concubitum maris & foeminae natura intendat generationem, si modus coeundi impedit finem hoc est, conceptionem vel generationem, est proculdubio prohibitus, & per consequens peccatum. Sit denique regula circa hos coeundi indebitos modos: quod si abusus sit absque necessitate erit mortale peccatum, quando propter abusum generatio impeditur, quia non potest esse receptio seminis ex parte foeminae, nec debita retentio. Sin autem retentio seminis per talem coeundi modum non impediatur, non erit mortale sed veniale, & hæc est receptior sententia, quidquid contra eam scripserit Abulen. super Matth. c. 5. q. 228. & huic communi sententiæ accedit eam probans Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. parte artic. 15. conclusi. 3. idem voluit Marti. ab Azpilcueta in Manuali confessorum cap. 16. num. 42. abusus tamen iste aliquando fieri potest absque peccato, vt si foemina aliter cognosci non potest, vel propter timorem abortus, vel debilitatè, aut pinguedinem ventris, & periculum suffocationis, vt idem ipse Alfons. probat vbi supra in fine. Abstinentium tamen est ab huiusmodi abusu, & grauius carpendi, qui eis vsi fuerint, vt admonent doctores omnes superius citati. [ Ex his resoluendo collige quòd quomodocunque fiat coniugatorum coniunctio, si seminatio fuerit extra vas, vel eo modo quo sequi non possit prolis generatio, semper erit peccatum mortale, & nemo excusari poterit nisi propter ignorantiam inuincibilem, quam fortè habent Neophiti Indi, qui nondū

audierunt malitiam, quæ in seminatione extra modum debitum inest, vt rectè probat Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. parte articulo. 15. ad finem, si tamen seruetur vas & generatio non impediatur, etiam si sit magnus abusus in coeundo, non est damnabilis mortaliter vt ipse idem Alfons. attestatur & Albert. Magnus in. 4. distinet. 31. articulo. 24. [ Ab hac tamen regula excipe casum vnum, nempe, si ad vxorem prægnantem vir eius accedat, quia tunc, si non timetur abortionis periculum, exigere & reddere debitum non est peccatum, quamuis ex tali coitu non potest sequi generatio proles. Quia non videmus hoc esse prohibitum, vt ex Ioan. Maiore in. 4. distinet. 32. quæst. 1. expendit Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. part. articulo. 17. conclusi. 3. cuius exceptionis ratio est, quia matrimonium non solum institutum fuit in officium naturæ propter prolem, verum etiam in remedium contra concupiscentiam, vt constat. 1. ad Corinth. 7. licet ergo causa vna finalis cesset hac in specie, non cessat alia, quare nec cessare debet legis dispositio iuxta gloss. communiter receptam in §. affinitatis instit. de nupt. Præterea si hoc esset illicitum, ea ratione non liceret, quia ex tali coitu proles generari nullo modo posset, essetque impossibilis generatio secundum naturam: coitus tamen debito modo habitus, licet sit cum prægnante, vetula, seu sterili, habilis est ad generationem quamuis per accidens impediatur generatio, quia vxor est prægnans vel sterili: quia quod per accidens non generetur proles, malum non est. Quod autem dixit Ilidorus in. d. capit. non solum. 32. quæst. 7. tales esse deteriores pecoribus & beatus Hieronym. in capit. origo. 32. quæst. 4. eos carpens, non intelligas propter hoc damnatum esse similem coitum, sed per modum consilij voluerunt dicti patres homines trahere ad illam continentiam, ne accedant ad vxorem prægnantem, quemadmodum nec bruta accedunt: non tamen est peccatum, contrarium agere. Nec enim tempus prægnationis obseruare tenentur coniuges sicut nec purificationis post partum. [ Ceterum accessus ad vxorem patientem menstrua naturalia, est peccatum, ex sententia quorundam mortale, ex aliorum verò sententia veniale: mortale esse asserit diuus Thom. in. 4. distinet. 32. cui accedit Scotus ibidem & Syluester in verbo debitum coniugale. §. 6. pro quibus est tex. in cap. ad eius. 5. distinet. Veniale autem contrahi hac in specie peccatum, asseuerant Paluda. in. 4. distinet. 31. quæst. 3. Almain distinet. 32. & supplement. distinet. 32. quæst. 1. Frater Alfons. à Veracrucce in speculo coniugiorum part. 3. articulo. 17. conclusi. 2. alij dicunt nullum esse peccatum quando mulier menstrua reddit vel exigit debitum, ad fugiendam propriam vel viri eius fornicationem, vel ne odio habeatur: aliàs sit peccatum veniale, & nulla in specie mortale, etiam si putet ex copula gigni monstrum: hæc sententia Palud. d. q. 3. Marti. ab Azpilcueta in manuali confessorum. c. 16. nu. 32. Antonini. 3. part. summæ tit. 1. c. 20. §. 5. Alfons. à Castro. l. 1. de potestate legis poena. c. 12. pag. 92. litera. b. vbi hoc latissimè examinat Caie. in summa in verbo matrimonij. Vbi tñ vxor patitur fluxu sanguinis,

104

107

105

109

guinis, qui morbus est, nullum erit peccatum ad uxorem accedere hoc morbo laborantem, nec est aliquod periculum prolis: quia morbus ille impedit generationem, & actus matrimonij maneat licitus ex alio fine, quatenus institutum fuit in remedium contra fornicationem, secundum Paluda. in. 4. distinct. 31. quæstio. 3. & Almain. distinct. 32. Alfonso. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 3. part. artic. 17. conclus. 2. [ Qui aduertit hæc omnia esse intelligenda quoad exactionem debiti, quia reddere omni tempore licet, etiam petenti ad fornicationem propriam euitandum, vel delectationis causa, vel quomodocumque semper reddendo petenti, fit sine veniali peccato, in casibus in quibus exigens peccaret venialiter: etiam si reddatur in diebus festis ab ecclesia signatis in cap. conquestus extra de ferijs, vel in die assumptionis eucharistiæ, vel ieiunij, arg. 1. ad Corinth. cap. 7. & cap. 1. & 2. de coniug. leproso. Marti. ab Azpilcueta in manuali confess. cap. 16. num. 24. exigere autem his diebus est peccatum veniale & non mortale secundum Gersonem in compendio theolog. 2. part. modò maneat intra limites matrimonij vt ipse idem Gerson aduertit & Alexand. de Hales. 2. part. quæst. 166. & Gibelli. lib. institutio. Theolog. c. 16. §. 7. versic. 10. Alfonso. à Veracrucce in speculo. 3. part. artic. 17. conclus. 1. & 2. contra Maiorem in. 4. distinct. 32. dicentem, nullum ex hoc contrahi peccatum. [ Secundum matrimonij bonum, est prolis procreatio & educatio, vt in cap. omne. 27. quæst. 2. cum concordantijs supra numero. 89. citatis, quod principalis est finis matrimonij secundum Abulen. Matheij. 19. quæst. 45. & Alfonso. à Veracrucce in speculo coniugiorum. 2. part. arti. 6. conclus. 3. versic. applicando, dixi supra num. 86. & 87. vbi resolui finem hunc competere homini, in quantum animal est. Omnibus quippe animalibus perfectis conuenit procreatio & educatio filiorum donec educatione parentum non indigeant ex sententia Aristot. 8. æthico. c. 12. text. est in l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. ibi, hinc descendit maris & foemine coniunctio: & ibi, hinc liberorum procreatio, hinc educatio, vbi Fortunij. & Orosij & ceteri moderniores Ioan. Lupi in tracta. de matrimonio. in princ. num. 13. hæc liberorum procreatio & educatio mutuum amorem coniugalem conciliat, atque ipsos coniuges deuictos tenet, & reipublicam liberis hominibus repleri facit, & conseruari genus humanum, vt in l. 1. ff. solut. matrimo. l. 2. C. de indi. vidui. toll. Quid enim dulcius possidetur quam proles, per quam diuturnam nobis memoriam relinquimus? l. liberorum in fi. ff. de verbo. signi. Bartholom. Soci. conf. 98. lib. 3. est enim homini à natura insita posteritatis cura: quod prolis quidem studium declarat, ac præsertim optimo cuique, & benè instituto, vt Ludouij. Pontanus refert in libro. 1. de prudentia Cartha. 4. [ Hinc fertur Adrianus Cæsarem respondisse se malle ampliari imperium hominum adiectione, quam pecuniarum copia, Quod refert Paulus Iurisconsultus in l. vlti. §. de fraudis. ff. de bon. dāna. Spartorū etiā legislator cupiens Spartorū regnū ciuibus augeri, [ vidēs quā vtile esse reipublicæ. ] præmia constituit his qui liberis procreandis operam darent. Legemque fecit, vt qui tres liberos haberet esset à muneribus immunis, vt refert Aristoteles libro. 2. Politico. cap. 7. Quin etiam apud

Romanos, eadem ratione, quinque liberorum numerus ab oneribus & muneribus excusabat. l. in honoribus. ff. de vacatio. & excusatio. mune. l. vltim. C. qui nume. libe. se excus. libr. 10. hoc autem statutum erat in prouincijs, nam Romæ tres excusabant liberi ab huiusmodi muneribus, vt in l. amicisimos. §. vltim. ff. de excusa. tuto. & in §. 1. insti. eo. tit. 1. l. 1. C. qui nume. libe. lib. 10. In nostra verò Hispania quinque liberorum numerus excusationem tribuit à muneribus, l. 2. titul. 17. part. 6. ad excusationem verò munerum realium duodecim liberorum numerus requiritur. l. si quis decurio & ibi Bart. C. de decurio. lib. 10. quæ lex quamuis loquatur in decurionibus, extenditur per Bar. ad alios quoscunque. Cuius sententia est communiter recepta teste Bolognino in additio ad Ana. consil. vltim. Couarrub. [ qui hæc liberorum procurandorum præmia enarrat, & alia petenda esse monet ab Stobæo, sermone 73. ] in epitome de sponsali. 2. parte. c. 8. in princ. [ Ex hoc matrimonij bono fit, vt si matrimonium fuerit legitimum, legitimi quoque fiant filij capit, quod nobis capit. causam quæ. 2. capit. lator qui fil. sint legi. cap. tuam de ordi. cognitio. text. in princ. insti. de patr. pot. Quin etiam filij procreati seu geniti ex matrimonio nullo, pro legitimis haberi solent, propter bonam fidem coniugum vel alterius ex eis capit. ex tenore capit. peruenit extra qui filij sint legiti. Sed hac in specie duo exiguntur, quod matrimonium fuerit bona fide contractum, & quod fuerit in facie ecclesiæ celebratum, vt in capit. cum inhibito. §. 1. de cland. desponsa. cap. 2. qui filij sint legi. & ibi communiter scribentes, Quibus conuenit. l. 2. titul. 15. part. 4. & l. 1. tit. 13. eadem parti. [ Verum nec quoad aliqua duntaxat sed quoad omnia iuris ministeria legitimi censentur secundum Bernard. in. d. capit. cum inhibito. §. 1. cuius sententiam sequitur & commendat nimis George. Nam in cap. quamuis pactum. 2. colu. de pact. libr. 6. & Iasso. in. l. ex facto colu. §. ff. de vulga. idem Iasso. dicens hanc esse receptiorem, in consil. 156. colu. 2. libr. 4. numero. 1. & consil. 168. numero. 4. eodem libro, vbi resoluit esse legitimos non modò quoad habentem bonam fidem, sed & quoad alium malam fidem habentem. Quia verè sunt legitimi, vt in capit. ex tenore qui fil. sint legi. & in l. 3. titul. 3. part. 4. & in l. 1. titul. 13. eadem part. vbi lex regia dicit esse legitimos: sed verbum esse, veritatem inducit non fictionem. l. ossa. §. vltim. ff. de relig. & sumpti. func. l. mercis appellatione iuncta glo. ff. de verb. signif. & in l. si maritus. §. 1. ff. de adulte. vbi & Bar. notat. si ergo verè sunt legitimi non conuenit pro parte esse legitimos & pro parte non, vt ipse idem Couarrub. probat in epitome de sponsali. 2. part. capit. 8. §. 2. num. 1. & 2. quo ad successionem autè aliud est vt dicam infra hoc lib. titul. 8. de success. l. 10. gloss. 1. numero. 3. 4. & 5. [ Ex iure autem non ex natura dependet quis sit filius legitimus, vt tradit Bar. in. l. si is qui pro emptore. num. 29. ff. de vsucapio. in hæc verba, aliquè esse legitimū vel nō, est iuris nō enim ab ipsa natura hoc introducebatur, vt in auth. quib. mod. natura effi. legi. §. liceat ergo colla. 6. idem Bar. in. l. 3. ff. de insti. tor. actio. Nā, vt tradit Ancarr. in cōf. 225. col. 2. vers. nō obstat quod iste dicatur, verbū legitimū semper sonat in ciuile intellectu, vt in. l. legitima. ff. de pact. & in. l. testa.

testamēti & l. si queramus. ff. de testam. & in d. §. liceat ex quibus hoc expendit Iasso. in d. l. si is qui pro emptore. numer. 29. ff. de vsucap. Tiraquel. in relectio. l. si vnquam in verbo susceperit liberos numer. 76. C. de reuocan. donat. & in tracta. le mort faitit. leuif. 6. declara. 2. patris numer. 6. & sequi. cum autem aliquid ex lege vel legis potestate dependet, lex ipsa fingendo vel verbis denotantibus fictionem vtendo, id verè facit non fictè vt docet iuris lucerna in d. l. si is qui pro emptore. numer. 29. & seq. & num. 36. cui ceteri eius legis interpretes suffragantur, idem respondit Bar. consil. 62. & Anto. de But. cōf. 20. ad medium, & Ant. Negu sanctius de pigno. in. 4. membro. 2. partis princip. nu. 4. ca itaque quæ iuris sunt verè inducuntur, quibus cum que verbis lex vtatur. l. in rebus in fine & ibi Bal. C. de iure dori. Corne. consil. 144. colu. 2. versic. ad idem litis contestatio libr. 3. Tiraq. in. d. tracta. le mort faitit 6. declara. 2. partis num. 7. & 1. declara. 5. partis numer. 8. vbi citat. eundem Bar. in. l. si maritus §. legis Iuliz. ff. de adulte. Anto. Gomez qui citat concordantes in. l. 45. Tauri numer. 111. vers. 6. pro ista parte pag. 183. Quod verum esse insinuat Bar. in d. l. si is qui pro emptore. num. 30. dicens, ad ea quæ per rationem ex æquitate in subsidium introducta sunt [ vt est fictio inducta ] tunc demum recurritur, cum alia deficiunt remedia. l. in causa. ff. de mino. l. quoties. ff. de præscrip. ver. l. in prouinciali cum similibus. ff. de no. ope. nun. ideo lex fingit super his quæ in facto consistunt: quia ea verè facere nequit, nempe, vt sint quæ non sunt, & non sint quæ sunt. At in his quæ iuris sunt lex non indiget fictione, cum verè ea possit facere vel inducere, atque ideo non recurritur ad fictionem, quia cessat æquitas, arg. l. quia ratio. ff. de condi. insti. & l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. nimirū ergo si in specie de qua agimus, filius sit verè legitimus, & non fictè propter bonam fidem alterius ex coniugibus, licet matrimonium fuerit nullum. [ Confirmatur argumentum hoc ex decisione tex. in. l. certè. §. si procurator. ff. de præcar. cuius verba sunt: si procurator meus, me mandante vel ratum habente, præcario rogauerit, ego præcario propriè habere dicor: ecce tex. liquidò probantem in his quæ iuris sunt non cadere fictionem inductiuam, possessio siquidem, postquam est acquisita iuris est, licet ante acquisitionem habeat plurimum facti veri vel ficti, vt resoluunt omnes interpretes in. l. 1. ff. de acq. poss. At tex. ille dicit verè & propriè possidere, qui per alium & actu ficto quæsiuit possessionem, ergo & c. quæ communis est & recepta sententia, vt ex pluribus authoribus constat à Tiraq. citatis in tracta. de constituto. 2. part. amplia. 1. & ab Anto. Gomez in. l. 45. Tauri numer. 91. vbi plures, tex. adducit in hanc sententiā. [ Quinimo & possessio ciuillissima quæ transfertur absque aliquo actu vero vel ficto in maioratu vt in d. l. 45. Tauri, quæ trascripta est in hoc libro. §. titu. 7. l. 8. vbi dicam, & in alijs casibus ibi per Anto. Gomez traditis, & per Tiraq. in tracta. le mort faitit leuif. est vera possessio, vt probat tex. in. cap. contingit de dolo & contuma. ibi verus constituitur elapso anno possessor, & pluribus rationibus hoc probat & communem attestatur esse sententiā ipse Anto. Gomez in d. l. 45. Tauri numer. 111. versic. & in tantum est verum, & Tiraquel. in tracta.

le mort. i. declara. 5. partis, Socinus latè in. l. rem quæ nobis. §. q. prin. versic. 4. & vltimo concludo. ff. de acquiren. poss. sed tamen Claudij. Saifellus Aquen. in. d. l. 1. in princ. colūna. 5. versic. bene fatendum est ff. de acquirend. poss. hoc limitat, respectu possessionis naturalis quod latius & congruentius dicam in. d. l. 8. titulo 7. infra hoc eodem libro. [ Alia exempla tradit Bar. in d. l. si is qui pro emptore. numero. 29. & 32. & quamuis constituat Bar. discrimen inter ea quæ meri iuris sunt, vt in his locis non sit fictioni, & ea quæ mixtum habent factum & ius, vt hæc per fictionem induci possint, numero tamen 42. id clarius & rectius explicat dicens, in his quæ in facto & iure simul consistunt ad eorum veritatem & potestatem factum simul requiritur & ius, quod iuris est, introducitur sine fictione, quod autem pertinet ad factum non potest absque fictione induci ideo per fictionem introducitur, & non verè, nunc ad propositum in exemplo per Bar. tradito in d. l. si is qui pro emptore. num. 29. aliquem esse legitimum, non est meri iuris: mixtum enim habet aliquid facti, quidquid Bar. dixerit, nam præcedere debet verum matrimonium, vt filij legitimi efficiantur vt probaui supra numero, 115. & se. vbi autem præcessit matrimonium inualidum ratione impedimenti, lex finxit propter bonam fidem alterius ex coniugibus, validum fuisse, & quod nullum fuit impedimentum, quod esse facti, & hæc sublatio impedimenti introducitur per fictionem, quod vero filij sint verè legitimi verè introducitur, vt in d. capitu. ex tenore & capitu. peruenit extra qui filij sint legitimi vt supra dixi numero. 116. & seq. [ Ex quo hos filios esse legitimos quo ad feuda probat Bal. in c. 1. §. naturales, si de feu. fue. cō. inter domi. & agna. vasa. & Curti. Iunior cōf. 27. & 52. vbi addidit hos filios excludere substitutū sub illa cōditione si institutus decesserit absq; liberis legitimis & naturalibus, Imò idè esse, si addat, natis ex legitimo matrimonio, hoc quippe matrimonium legitimū in esse celsetur propter bonam fidem alterius, ita respondit Deci. consil. 153. cui accessit Carol. Moli. in Alex. consil. 5. libr. 7. licet ei subtiliter resistat Curti. Iunior. d. conf. 27. longiusquè conf. 64. vt Couarrub. refert in epito. de sponsali. 2. part. capit. 8. §. 1. numer. 3. & numer. seq. latè probat bonam fidem præsumi indubio, etiam si lis pendeat & contestata sit super matrimonio. [ Vbi tamen lata est sententia contra matrimonium, appellatione pendente filij concepti, sunt legitimi Ioan. And. Præpositi, & Cardi. in. cap. 2. qui filij sint legi. & Enri. in. c. ex tenore co. tit. hoc tamen casu nō præsumitur bona fides vt probare nititur Coua. d. 2. par. c. 8. §. 1. nu. 7. & 8. & nu. 9. tractat an error iuris hunc operetur effectum, [ Inferitur etiam ex his quod non tantum illa proles est legitima, quæ ex matrimonio concepta ortaquè fuit, verum etiam ea quæ ante matrimonium orta fuit ex concubina, secto cum ea matrimonio efficitur verè legitima, vt in capitulo tanta, qui filij sint legi. & in l. 1. titulo. 13. part. 4. l. 10. titulo 8. de successiōibus infra hoc libro. §. quam decisionem pluribus ornat. Petr. de Dueñas in regula. 350. & Couarru. in epitome de sponsa libus. 2. parte capitulo. 8. §. 2. ad quos recurritur dicā ali quid in d. l. 10. vbi examinabo quæstionē satis cōrouer sam



fiam, nempe, an in maioratu seu primigenio in quo primogeniti succedere solent ex lege, vel consuetudine, vel testatoris voluntate, præferatur filius primo natus ex concubina, secundo genito ex legitimo matrimonio cum alia contracto, si demum mortua vxore legitima, matrimonium cum concubina ex qua dictum filium habuerit contraxerit. [ Præterea ex hoc secundo matrimonij bono, procreandæ scilicet, & educandæ prolis, aliud sequitur, nempe, quod filius legitimus gaudet honore & dignitate parentum. l. cum legitime vbi glo. & docto. ff. de statu. homi. l. filium. §. liberos. ff. de senato. l. fi. tit. 13. par. 4. nobilitas nanque cuiusque descendit veluti ex radice in posteros, vt pote qui maiorum suorum conditionem persequuntur. l. i. vbi. Bar. & Ioā. de Plat. & in. l. senator & l. si senator. C. de digni. lib. 12. & in. l. senatoris filium cum similibus. ff. de senato. Bal. in. l. cum antiquioribus. 8. q. C. de iure deli. be. vbi dicit quod nobilitas à progenitoribus seminatur in posteros, Luc. de pena in d. l. mulieres colu. 2. verfic. 6. ex nobilitate. C. de digni. li. 12. vbi id multo magis procedere asserit in nobilitate quæ ex dignitate quæ sita est: Guill. lauden. in Clem. 1. & vbi. Card. Floren. 2. q. de Baptif. & Panor. in cap. licet infine de censu. Tira. de nobilitate. c. 15. in prin. qui nu. 2. & 3. probat pluribus autoritatibus, hoc non extendi vltra pronepotes ex sententia glo. in. l. i. C. de digni. in. l. liberos. ff. de sena. per. l. diuo. C. de quæstio. cum concordan. ibi ab eo traditis, sed glo. & doctores supra citati id intelligunt procedere in nobilitate quæ venit per accidens, veluti per dignitatem, secus autem in nobilitate generis vel originis, quæ in infinitum progreditur, cuiusmodi est nobilitas hispāna, Idiomate nostro, hidalguia, nūcupata: vt expressius decidit Marti. Laud. in tracta. de digni. verfi. 44. incip. vbi cunque dignitas, atque ita consuetudine obseruari attestatur Albarotus in. c. 1. §. ceteri, tit. l. quis dicitur dux, & Ioh. de Plat. in d. l. i. C. de digni. lib. 12. Rayneri in tracta. nobilitatis in 3. q. 5. quæstionis princip. & Lauren. Calcane. conf. 8. colu. 7. verfi. ex prædictis Cosmas Guyne. in pragma. sanctione tit. de electione. i. in super. in verbo antiquo, & Mat. Affli. in cōsti. Siciliæ incip. intētionis. 6. notab. [ Hæc enim Hispāna nobilitas, Hidalguia nūcupata est ius hæreditarium filiorum & descendentiū in infinitum. l. 2. tit. 21. part. 2. Cicero lib. officiorum. 1. num. 170. inquit, optima hæreditas à parentibus traditur liberis, optimoque patrimonio præstantior, gloria generis & virtutis, rerumque gestarum, cui dedecori esse, nephas & vitium iudicandum est, nam id naturale est, virtutem parentum & clarum sanguinem, maximum fore filijs adiumentum, prouocans eos ad virtutem, virtus siquidem paterna in filios deriuata, non solum eos ad eius imitationem obligat, verum naturaliter prouocat & stimulat, vt pluribus probat exemplis cassianus in catalogo gloriæ mundi. 8. part. 8. considera. & Arcus ab otalora in suo nobilitatis Hispānæ libello. 2. par. cap. 3. num. 15. quod non obscure insinuant verba legis. 2. tit. 21. par. 2. cum sic ait, *la hidalguia y nobleza que viene de los padres, es como heredad que les obliga a porende son mas encargados de hazer bien, y de guardar se de yerro y mal. Ca no solamente quando lo hazen re*

ciben ellos dāno y veyuenza, mas tambien aquellos donde ellos vienē, &c. [ Filij verò illegitimi non gaudent honore & dignitate parentum. l. vltim. tit. 13. & l. 3. tit. 15. parti. 4. etiam si naturales tantum sint, qui aliās Nothi & Bastardi dicuntur vt voluit Bart. in. l. i. C. de digni. lib. 12. numer. 5. & Bald. in. l. cum legitime. ff. de stat. hom. & in. c. innotuit prope finem de electio. & clarius in. l. cum antiquioribus. 8. quæst. in princ. C. de iure delibe. Anto. & Card. Alexand. in. c. per venerabilem qui fil. sint legi. Floria. in. l. qui testamentū in fine. ff. de proba. Imol. & Alexand. in. fi. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. Raph. & Philip. Corne. in. l. vlti. C. de verbo. signi. Carol. Ruynus consil. 77 num. 7. lib. 3. Matth. Affli. decif. 195. Cassane. in cōsue. Burgun. rub. 8. §. 3. in prin. nu. 17. cum concord. per Tiraq. traditis in tracta. nobilitatis. c. 15. num. 10. & seq. vbi dicit generale esse, vt huiusmodi naturales filij nō potantur priuilegijs & dignitate parentum, vt ceteri filij per. l. ex libera. C. de suis et legi. vbi Bal. dicit quod spurij nihil ex honore parentum recipiunt cum cōcordat. ibi congestis. Nec dicuntur de domo siue agnatione, aut familia parētum, vt idem Tiraq. innumeris probat autoritatibus. d. c. 15. num. 12. 13. & 14. nisi sit legitimus per subsequens matrimonium, vt Alexand. & recentiores probant in. d. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. & Tiraq. d. c. 15. nobilitatis num. 2. 1. dicam in. l. 10. tit. 8. infra hoc lib. 5. de consuetudine. Bastardi autem dicuntur esse de domo parentum nobilium & eorum arma portant vt latissimè probare nititur idem ipse Tiraq. d. c. 15. num. 25. & seq. [ Iure autē regio filius naturalis ex concubina domi retenta natus gaudet nobilitate Hispāna, hidalguia, nūcupata, quoad exemptionem à tributis & alia priuilegia fidalguis concessa text. expetissus in. l. i. tit. 11. part. 7. quod ibi extendit Grego. Lupi in gloss. in verbo amiga, etiam si filius natus fuerit ex concubina domi non retenta, qui iure ciuili nothus dicitur. Iure nanque Pontificio & regio nil aliud exigitur vt naturalis filius quis dicatur, quā quod natus sit ex his parentibus, qui tempore conceptionis vel natiuitatis matrimonium contrahere poterant: etiam si natus non sit ex concubina domi retenta. c. tanta qui fil. sint legi. c. innotuit de electio. l. 11. Tauri quæ transcripta est in. l. 9. tit. 8. delas herēcias infra hoc libro Aymon Sabillia. conf. 166. Couarrub. in epitome desponsali. 2. par. cap. 8. §. 4. numer. 2. 3. & 4. Fortuni. in tracta. de vltimo fine illatio. 8. quod procedit etiā si naturalis natus sit ex viro illustri et muliere vili, quia nihil obstat quominus inter eos possit esse matrimoniū vt asserit Pet. Nun. de Auendaño in reportorio suo in verbo hijo natural, ex quibus hanc sententiam assererat Antonius Gomez in. l. 79. Tauri numer. 6. & in. l. 11. tauri numer. 54. illatione. 8. Grego. Lupi. in d. l. i. tit. 11. par. 7. & in. l. 3. tit. 15. par. 4. & Arceus de otalara lib. de nobili. Hispāna. 2. part. 3. partis principalis. capit. 128 3. numer. 3. [ Gaudet etiam nobilitate Hispāna filius illegitimus per rescriptum principis legitimatus, vt in. l. 4. 6. & 9. titu. 15. par. 4. & in. l. 12. Tauri transcripta in. l. 10. tit. 8. delas herencias infra hoc eodem libro. Hoc tamen intellige de alijs filijs illegitimis nō de naturalibus natis ex concubina cum qua tempore conceptionis vel natiuitatis pater poterat contrahere, quia cum

cum hac in specie possit absque legitimatione gaudere nobilitate Hispāna, vt in. d. l. i. tit. 11. part. 7. frustra precibus impetraret quod sibi iure cōmuni erat cōcessum, vt rectè aduertit Pet. Nun. in dictionario suo in verbo [hijos naturales.] Verū enim uerò si filius illegitimus nat⁹ esset ex coitu dānato, & punibili simul, ex parte patris vel matris, quāuis p rescriptū principis fuisse legitimatus, nō poterat priuilegijs Hispānæ nobilitati cōcessis, nec liberetur à tributorum cōtributione, vt dispositū erat per prag. sanctionē Pinciar. latā anno. 1542. quā Pet. Nun. limitabat in reportorio in verbo [hijos legitimos.] Hodie tamē legē habemus nouissimā hæc omnia innouatē, & dicētē filios legitimos p rescriptū principis, etiā si verbis rescripti legitimi fiat, nullatenus gaudere nobilitate Hispāna, nec à tributis excusari, vt in. l. 20. tit. 11. de los alcaldes de hijos dalgo, supra li. 2. & in. l. vlt. ti. 2. de los hijos dalgo lib. 6. quod intellige, vt dicā in. l. 10. tit. 8. de successio. nibus infra hoc lib. glo. 8. nu. 2. & 3. [ Aliud præterea sequitur bonū ex prole legitima & naturali, nempe, quod legitimi ad ordines sacros & ad dignitates ecclesiasticas admittuntur. l. vlt. tit. 13. par. 4. c. cū in cūctis & c. innotuit de electio. Illegitimi verò nō admittuntur absq; dispensatione, vt in. c. 1. 2. 3. & fi. de fili. presb. l. 3. tit. 15. par. 4. Alberi. in. l. spurij. ff. de decurio. Deci. cōf. 271. atq; idē statuitur per dictas leges part. indignitatibus secularibus, & alijs honoribus. Differunt etiā quoad successione parentum de quo alibi agemus, [ Tertiū matrimoniij bonū, est sacramētum, fuit enim à Dco institutū in paradiso, vt supradiximus nu. 86. & 87. est item sacramentum nouæ legis quod probatur ex Paulo ad Ephesios. 5. dicente sacramētum hoc magnum est, quæ verba ita interpretantur, doctores sancti vt attestatur Ambros. Catari. lib. 5. cōtra Caic. c. 1. de matrimonio, ecclesia etiam hoc profitetur in. c. ad abolendam de hereti. & in concilio Florentino sub Eugenio quarto, vt planè contrarium asserentes censendi sint hæretici, quos conuincunt sacris testimonijs & conciliorum autoritatibus Rosensis, Ioan. Echius & Alfonso. à Castro lib. de hæresibus in verbo nuptiæ, & Colonienfē concilium titu. de matrimonio. c. quæ omnia Couarrub. in epito. de sponsal. par. 2. cap. 1. §. vnico nu. 2. qui & nu. seq. ex hoc infert matrimonium gratiam conferre. Sacramenta siquidem nouæ legis gratiam conferunt, vt est receptissimum apud theologos & in eodem cōcilio Florētino hoc docet ecclesia, in versic. 5. at matrimonium, vt dixi, est sacramentum nouæ legis, gratiam igitur cōferet, quod probat Colonienfē conciliū, & theologi frequentius fatentur, vt Ioan. Maior attestatur in. 4. senten. dist. 26. q. 1. notat beatus Thomas. 2. 2. q. 100. ar. 2. Alfonso. à Castro de heresi. in verbo nuptiæ, Canariensis episcopus Philippi. c. 12. & alij à Didaco Couarru. relati: licet glo. in. cap. quidquid. 1. q. 1. & in cap. alma mater in verbo sacramentum de sent. excom. lib. 6. & in. c. cum ijs ecclesijs de symo. voluerint contrarium asserentes per matrimoniij sacramentum non cōferri gratiam, quod vtique falsum & erroneum est, & constat hodie lucidius per canonem primum concilij Tridentini sub Pio quarto celebrati die. 11. Nouembris anni 1563. sessione. 8. & totius concilij sessione. 24. titulo de

sacramento matrimoij in hæc verba. *Si quis dixerit matrimonium non esse verè & propriè vnum ex septem legis euangelicæ sacramentis, à Christo domino institutis, sed ab hominibus in ecclesiam inuectum, nec gratiā conferre, anathema sit.* [ Verum non omne matrimoniū protinus est sacramētū nouæ legis, aliud siquidē est legitimum, aliud raturum, aliud consummatū. Est enim matrimonium legitimum id quod legitimo consensu contrahitur, quale esse potest apud Ethnicos. Raturum est illud quod à Christianis more fidelium contrahitur, & hoc sacramētū est. Cōsummatū dicitur quod omnino copula carnali firmatum est, hæc ita explicat Colonienfē cōciliū tit. de matrimonio. c. verum, & c. sed dices, & probatur in. c. vlt. 28. q. 1. Magister sentē. in. 4. dist. Prepos. in rub. despons. nu. 16. & Couarr. in epit. de spons. par. 2. c. 1. §. vnico nu. 4. [ Matrimonium autem legitimum consensu inter infideles contractum, quatenus sacramentum importat indissolubilitatem, quod est alterū matrimoniij bonū, sacramētū nō est, nam vbi matrimonium indissolubile nō est, rationem sacramenti habere non potest, sed inter infideles non est omnino indissolubile, potest siquidē solui per conuersionem alterius ad fidem altero nolente cohabitare, vt dixi supra nu. 78. atque ideo dicitur legitimum & non raturum, quia nō est omnino indissolubile sicut & raturum. Quare hoc respectu sacramentum non dicitur. Quatenus verò sacramētum est sacre rei signum, matrimonium inter infideles contractum dicitur sacramentum, vt in. c. gaudemus de diuor. vbi sacramētum vocatur, dicitur autem sacre rei signum, eo quod sanctificat aliquid quod non erat sanctum quod congruere probat infidelibus Alfonso. à Veracrucē in speculo coniugiorum. 2. par. art. 33. & an infidelibus gratiam conferat hoc sacramentum discutit, & c. sequēt. an cum coniuges ad fidem conuertuntur, & baptizantur, matrimonium antea contractum per nouum consensum eis gratia gratum faciens conferatur, ad eum recurrito. [ Solet tamen dubitari an matrimoniū per procuratorem contractum sit sacramentum, & an gratiam conferat. Et Caietan. in. 2. tomo. q. 1. de matrimonio subtili profecto ratione probare nititur non esse sacramentum, nec gratiam conferre: donec inter presentes coniuges id matrimonium saltem tacite raturum habeatur, sed eius sententiam improbat Ambros. Cathari. contra eundē Caiet. li. 5. c. de sacramen. matrimonij & Couar. in epito. de sponsa. 2. par. c. 1. §. vnico numero. 5. in fine. [ Sed quæstionis est in quo consistat sacramētū matrimoniij? doctores dicunt consistere in verbis consensum de præsentibus significantibus, & hodie iuxta Concilium Tridentinum ea verba exprimi debent coram parochio vel alio sacerdote de ipso parochi, vel ordinarij licentia & duobus vel tribus testibus, non autem consistit in benedictionibus nuptialibus à sacerdote factis, nam benedictiones istæ sacramentum non sunt, sed sacramentalia quædam & ceremonialia sacramentum matrimoniij committantia, vt docet Ioann. Lup. in tracta. de matrimonio. in princ. numero. 10. & Alfonso. à Veracrucē in speculo coniugiorum. 1. part. art. 12. in princ. 2. & 3. conclusi vbi optimè probat benedictiones nuptiales in ecclesia suscipere



fuscipere, omnibus fidelibus qui matrimonio iunguntur præceptum esse, atque ideo eas continere non liceat sub poena peccati mortalis, quâvis ex negligentia eas non suscipere sit veniale. Infideles autem qui in infidelitate contraxerunt, si postea ad Christi fidem convertantur, non obligari ad benedictiones suscipiendas sub mortali nec veniali peccato, si tamen ab eis recipiantur beneficii, ubi autem Neophiti post conversionem matrimonium contrahunt, sunt benedicendi, si facultas ad sit, secundum eum. Concilium autem Tridentinum sess. 24. canone. II. de sacramento matrimonij statuit in hæc verba. *Siquis dixerit prohibitionem solemnitate nuptiarum certis anni temporibus, superstitionem esse tyrannicam, ab Ethnicorum superstitione profectam, aut benedictiones, & alias ceremonias, quibus ecclesia in illis utitur, damnauerit, anathema sit.* Secundæ autem nuptiæ an sint benedicendæ, tractat latè frater Alfonso à Veracrucè in speculo coniug. I. part. ar. 13. ad quem lectorem relego. [ Quoad tertium de impedimentis matrimonij scire oportet, plurima illicitum reddere matrimonij contractum. Quædam enim impediunt matrimonium contrahendum, non tamen dissolunt illud si contrahatur. Quædam si ante contractum contingerent, illud omnino impediret & contractum irritum faceret: si tamè post contractum contingunt, matrimonium non dirimunt. Quædam verò ita impediunt, ut contractus sit nullus ipso iure. Exempla priorum quæ impediunt contrahendum, non tamè dissolunt matrimonium contractum, hæc sunt. Imprimis qui existit in peccato mortali, non potest absque nouo peccato matrimonium contrahere, tractat enim indeceter hoc maximum sacramentum auctore Florétin. 3. par. tit. 1. c. 19. §. vlt. Marti. ab Azpil. in prin. de poenit. dist. 3. in. 6. par. gl. nu. 33. & 39. idem statutum est in Colonienfi concilio tit. de matrimo. c. verum Couarru. qui prædicta refert, de sponsal. 2. par. c. 6. in prin. quod præferunt verba concilij Tridentini sess. 24. in decreto de reformatione matrimonij. c. I. cum sic ait, postremo sancta synodus coniuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltè triduo ante consummationem matrimonij sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum eucharistiæ sacramentum pie accedant. Sed nihilominus matrimonium contractum ab eo qui est mortali crimine irretitus, valet, quod passim esse receptum attestatur Couarru. d. c. 6. nu. 1. in fine. [ Itè contra iuramentum primò præstitum, matrimonium à periuro contractum firmum est. c. de illis de spons. c. sicut eod. tit. glo. in. c. mulieri de iure iu. & in. c. vlti. de procu. in. 6. probat optimè Couarru. d. c. 6. nu. 2. qui & nu. 3. asserit, matrimonium ab excommunicato contractum validum esse, iuxta tex. in. c. significasti de eo qui dux. in. mati. quâ poll. per adult. què tex. valde commendat Ioâ. Maior in. 4. sent. dist. 29. ad fi. & alij per Couarru. citati. [ Præterea septè sunt crimina quæ matrimonium impediunt contrahendum, non tamè dissolunt contractum, peccant tamen illud contrahentes mortali ter, glo. in. c. qui presbyterum de poeniten. & remissio. & in. c. hi ergo. 27. q. 1. & Palud. in. 4. dist. 34. q. 1. col. 2. Marti. ab Azpil. in Manuali confess. c. 22. nu. 64. Primum est, incestus cum consanguinea vxoris à marito commissus, vel ab vxore cum consanguineo marito, & hoc impedit matrimonium contrahi, vt in. c. transmissæ de

eo qui cogno; consi vxor. sue & 32. q. 7. per multa capitula, si tamen fuerit contractum, validum, est & firmum non obstante dicta prohibitione glo. in. c. 2. de poeni. & remi. l. 13. tit. 2. part. 4. Couarru. d. c. 6. nu. 4. Alfonso à Veracrucè in speculo coniugio. 1. part. art. 23. conclus. 2. qui hanc conclusionem extendunt etiam si quis carnaliter cognouit eam, cum qua habet publicæ honestatis iustitiæ impedimentum. c. duo pueri de desponsa. in. pube. [ Ob crimen tamen incestus cum propria consanguinea commissi, non impeditur contrahi matrimonium secundum beatum Thomam in. 4. sent. dist. 34. q. 1. art. vlt. Florè. 3. par. tit. 1. c. 16. §. 4. Richard. d. dist. 34. Siluest. in verbo matrimonium. 7. impedimento vlt. Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. c. 6. nu. 4. Alfonso à Veracrucè in speculo coniug. 1. par. ar. 23. cõcl. 1. qui attestatur hanc esse communem theologorum opinionem, rationem discriminis tradunt doctores, quia etsi per incestum cum consanguinea propria commissum, grauius patretur facinus, quàm cum consanguinea vxoris patris, propriè tamè per incestum cum consanguinea vxoris, matrimonium magis offenditur, nã per illud exactio debiti à proprio coniuge impeditur propter affinitatè contractam, quæ opinio verior est iudicio meo, quàm contraria, ab Angelo Clauasio admissa in summa in verbo incestus, & Panor. in. c. 1. de eo qui cogno. cõf. vx. sue ubi idè voluit Præpos. & cõmu. canonistæ teste Mart. ab Azpil. in manua. cõfess. c. 22. nu. 75. qui etiã huic vltimè adheret sententiæ & Greg. Lup. per tex. expressum ibidem in. l. 13. in glo. 2. tit. 2. part. 4. & an super hoc dispensetur & à quo dixi supra nu. 103. [ Secundum crimè impediens non tamè dissoluit matrimonium est, si quis iniuste propriam occiderit vxorem: nã in poenâ huius criminis interdicitur ei ne secudam ducat vxorem. c. admonere. 33. q. 2. & c. seq. l. 14. tit. 2. part. 4. at si duxerit secundam, peccat lethaler, valet tamen matrimonium si contrahatur, vt ibi notatur per doct. Mart. ab Azpil. in manua. cõfess. c. 22. nu. 74. Alfonso à Veracrucè in speculo coniug. par. 1. art. 24. non tamen peccat si ei concedatur dispensatio vera vel interpretatiua, vt ibi probat Alfonso à Veracrucè. 1. cõclu. sin autem vxor occidatur à viro, lege permittente, quia fortè eam inuenit in adulterio, non incurrit vir in huiusmodi impedimentum, atque ideo poterit aliam impunè ducere, vt patet ex distinctione. 37. in. fi. & Paludano dist. 34. q. 1. & Alfonso à Veracrucè in speculo coniug. 1. part. art. 24. conclus. 2. & non solum, vt ipse ait, in foro exteriori, quod omnes fatentur, verum etiam in foro animæ, quandoquidem lex est iusta per quam talis facultas conceditur, vt optimè probat Domini. à Soto de iusti. & iure libr. 5. quæstio. 1. articul. 3. cui accedit Alfonso à Veracrucè ubi supra, sed aduertendum est hæc procedere, quoties vir occidit vxorem, ex odio, alia uè ratione: nam si vir vxorem occidit animo ducendi adulteram, contrahit ex hoc impedimentum, non modò impediens contrahendum, sed etiam dirimens contractum cum ea cuius causâ vxorem occidit, vt aduertit Alfonso à Veracrucè par. 1. ar. 24. notab. 1. [ Quid autem si vxor occidit virum an eandem incurrat poenam? quidam aiunt eandem incurrare, ne possit alium virum ducere absque dispensatione, sub peccati mortalis poena, ita tamen vt si cum alio contraxerit, non

non dirimatur matrimonium, hi sunt Palud. in. 4. dist. 34. & Marti. ab Azpil. in manuali confessorum. c. 22. nu. 74. alij contrarium voluerunt, quòd poena statuta viro, non extendatur ad vxorem, cum tale impedimentum non inueniatur statutum à iure in foemina, sed tantum in viro, hæc fuit sententia Syluestri & Alfonso à Veracrucè in speculo coniug. 1. part. art. 24. in fine, ratio discriminis est, quia magis timetur quòd vir occidet vxorem, quàm vxor virum, propter sexus fragilitatem, quare iura voluerunt morbo occurrere assiduo, vel quia magis timetur, vel quia ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legi. atque ideo lex poenam viro imposuit, ad cohibendum eius audaciam, quam foemina non habet, ad tale facinus perpetrandum. Et quia in odiosis & poenalibus masculinum non concipit foemeninum, vt expressim voluit glof. & omnes post eam in. l. ff. de verbo. signifi. glo. Dyn. Imol. & alij in. l. si ita scriptum sit filiabus. ff. de lega. 2. cum pluribus concordantijs à Tiraq. congestis lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 9. nu. 186. & sequentibus. [ Nec in correlatiuis poenalis constitutio extenditur, quando est diuersa ratio. l. curatorum cum ibi notatis per glo. Cyn. & docto. C. de interdi. matri. in. l. transfigere. l. col. C. de transa. Euerardus in loco à correlatiuis pag. 281. Bapt. à sancto Blasio in tract. de correlatiuis nu. 39. Bal. in. c. 1. col. 1. post medium, qualiter de ini. prop. feu. priu. Aymo. de antiquit. tempo. 4. part. in princ. nu. 72. & 73. Curti. Junior conf. 6. nu. 15. & seq. ubi tradit regulam, quòd in his quæ ex se ipsis sunt correlatiua, vt maritus & vxor, dispositum in vno, non extenditur ad alterum, contra communes regulas extra illud indiuiduum, super quo fit specialis dispositio. Verbi gratia, si poena imponitur marito relinquendi vxori, intelligitur etiã in posita vxori accipienti à marito, non autem extenditur ad vxorem relinquendam marito, quia est extra indiuiduum, Refert etiam Curtius plures casus in quibus dispositum in marito non extenditur ad vxorem, propter diuersitatem rationis & econuerso: veluti in specie. l. 2. ff. de iniur. ubi iniuria facta vxori, censetur facta marito, & tamen ex contrario iniuria facta marito non censetur facta vxori sic & maritus poterit accusare vxorem de adulterio, non autem vxor maritum, vt in. l. 1. C. de adulte. similiter maritus potest fidei iurare pro vxore, non tamen vxor pro marito, l. 1. ubi Bald. notat. C. ne vxor pro marito. Præterea maritus nobilis vxorem ignobilis nobilitat. l. foemina. ff. de senato. & tamen ex contrario maritus ignobilis non nobilitatur ex vxore nobili, secundum Bart. in. l. vlt. C. de verbo. signifi. cuius regulæ plurima alia tradi possent ex èpla. Quamobrè verior mihi videtur sententia Syluestri, & Alfonso à Veracrucè numero præcedenti tractata. Tertiū crimè matrimonij contractum impediens, & non dirimens, est quoties quis rapit alienam sponsam. c. statutum. 27. q. 2. l. 14. tit. 2. part. 4. ubi raptor alienæ sponsæ virginis vel corruptæ, non potest absque dispensatione, cum ipsa contrahere, nec cum alia sine peccato, modò non ignoret inuincibiliter impedimentum, vt ex. d. c. statutum & ex Thoma. 2. 2. q. 77. art. 4. probat frater Alfonso à Veracrucè in speculo coniug. 3. part. ar. 25. rapiens verò virginem, si illam iure civili non potest cum ea contrahere, l. vni

ca. C. de rap. virg. c. placuit, & c. de puellis. 6. q. 2. iure tamen pontificio hac in specie non impeditur matrimonium, possunt namque contrahere absque dispensatione. c. 1. extra de rapto. c. 1. de adulte. quibus iuribus apparet correctum ius civile, & ius antiquum canonicum, vt aduertit Paluda. in. 4. dist. 34. q. 1. quod obtinet non modò postquam restituta fuerit, verum etiã antequam restitatur, ex sententia Maioris in. 4. dist. 29. q. 2. contra Marti. de Magistris in lib. de temperantia. q. de raptu, qui voluit contrarium, & conclusionem maioris sequitur Couarru. 2. par. epito. c. 3. §. 9. in prin. & Alfonso à Veracrucè in speculo coniug. 1. par. art. 24. in fi. raptor verò corruptæ vtroquè iure, & civili & canonico, potest cum rapta contrahere & cum alia quacunque absque peccato, vt ibi aduertit Alfonso à Veracrucè. Hodie vero aliud statuit sacrosancta synodus Tridentina sessione. 24. c. 6. de reformatione matrimonij, in hæc verba. *Decernit sancta synodus, inter raptorem & raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium, quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta, illum habere in virum consenserit, eam raptor in vxorè habeat. Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consiliu, auxilium, & fauorem præbentes sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniumquè dignitatum incapaces: et si clerici fuerint, de proprio gradu decedant: teneantur præterea raptor mulierem raptam, siue eam in vxorè duxerit, siue non duxerit, deceter arbitrio iudicis dotare.* [ Quartum crimè impediens & non dirimens matrimonium est, si quis ex coniugibus malitiose filium proprium in baptismo vel confirmatione tenuerit, vt matrimonio infideli dictur, hac siquidè in specie perdit ius exigendi debitum ab altero coniuge, & non potest prima vxore mortua matrimonium cum altera contrahere absque dispensatione, vt in. c. de eo. 30. q. 1. l. 14. tit. 2. par. 4. & l. 6. tit. 7. ead. par. propter copaternitatè etenim quam cum coniuge contraxit, non potest debitum exigere, reddere autè tenebitur, secundum Mart. ab Azpil. in manua. confess. c. 16. nu. 34. & c. 22. nu. 74. Qui autè filium proprium tenuit in baptismo vel confirmatione, sed non animo infideli, seu fraudandi coniugè debito matrimoniali, perdit ius exigendi debitum propter copaternitatè contractam, non tamè impeditur mortuo coniuge, cum alio sine dispensatione contrahere, vt est auctor diuus Thomas in. 4. sent. dist. 42. & ibi Palu. & Vucideli. Hosti. Godofre. Ioâ. And. & Ant. in. c. si vir per tex. ibi iuncta gl. de cogna. spiritu. idè voluit Mart. ab Azpil. d. c. 16. nu. 34. Syluest. in verbo matrimonium. 8. q. 7. Alfonso à Veracrucè in speculo coniugiorum. 1. parte articul. 26. conclusi. 2. alter verò coniugum qui non fuit in causa, non priuabitur iure exigendi debitum, vt ipse Alfonso probat, ubi tamen aliquis coniugum tenuerit filium in baptismo, vel eum propter necessitatè baptizauerit, quia aliàs non potuit salutè paruuli prouidere, nec peccat, nec immititur ius petendi debitum, nec aliud impedimentum inuenit, nec separari tenebitur, quoniã benè fecit, vt in. c. ad limina. beati Pet. 30. q. 1. Alfonso à Veracrucè. d. ar. 26. sed si coniuges ambo ex proposito filium de sacro fonte tenuerint, non poterunt alter ab altero debitum exigere coniugale, quamuis

135

136

137

138

139

141

142

143

quamuis reddere teneantur vt in. d. cap. si vir de cogna. spiritu. Marti. ab Azpilcueta in manuali confello rum cap. 16. numero. 34. in autem alter eorū, vel vter que se abstinere nequeūt, dispēfationem ab episcopo petere poterunt, vt pote qui dispensare non prohibeat secundum Antoninum. 3. parte summa titul. 1. capit. 15. §. 1. colum. 2. idem voluit Syluest. in verbo matrimonium. 8. quæst. 7. arg. eorum quæ notant Panormita. & alij in. c. 1. de eo qui cognō. conf. v. x. o. suæ. & summa Rosella. in verbo impedimentum. 6. Mart. 144 Azpilcuc. vbi supra. [ Quintum crimen impediens & non dirimens matrimonium est, si quis occiderit præf byterum cap. 2. de poeni. & remiss. l. 14. titul. 2. part. 4. Mart. ab Azpil. in Manuali confel. c. 22. nu. 74. Sextū crimen est, si fecit aliquis poenitentiam solennem cap. de his & c. antiqui. 33. q. 2. Septimū crimen est, si quis scienter contraxit cum moniali, non enim poterit aliam ducere vxorem absque dispensatione sub pœna lethalis culpæ, si tamen contraxerit non irritabitur matrimonium cap. virginibus. c. hi vero. 27. q. 1. l. 13. titul. 2. part. 4. Marti. Azpil. in. d. manuali cap. 22. nu. 74. l. 7. tit. 20. infra lib. 8. vbi dicam. [ Alia item diximus impedire matrimonium, si eo nōdum contracto acciderint, non tamen dirimunt, si post contractum eueniant. Hæc sunt, affinitas quæ impedit matrimonium contrahi, etiam si contingat contractis sponsalibus de futuro, sponsus enim cognoscens carnaliter confanguineam sponsæ, non potest cum sponsa matrimonium contrahere capit. literas de desponsatio. impub. capit. 2. de eo qui cogn. cōf. v. x. suæ. l. 8. titul. 1. part. 4. vbi autem matrimonio contracto maritus cognouerit confanguineā vxoris, non dissoluitur matrimonium cap. 1. cap. discretionem capit. pen. de eo qui cognō. conf. v. x. suæ. sic & seruitus impedit matrimonium contrahi, sed si contracto iam matrimonio superueniat, non dirimit contractum, Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. c. 6. §. 1. infi. [ Sunt etiam alia impedimenta quæ non dirimunt matrimonium contractum, tamen si peccet grauiter illud contrahens, veluti si contra iudicis prohibitionem, episcopi, vel parochi, quis matrimonium contraxerit, peccat mortaliter, tenet tamen contractū secundum Paluda. n. 4. distinct. 28. quæst. 2. colum. 1. Syluest. in verbo matrimonium, 7. quæst. 1. Marti. ab Azpilcuc. in Manuali cap. 22. num. 68. per text. in. c. 1. de matri. contr. con. in terd. eccles. l. 18. in princ. tit. 2. part. 4. Idem erit si contra prohibitionem temporalem legis aut summi pontificis quis matrimonium contraxerit, peccat siquidē nubendo, sed nihilominus valet matrimonium, licet secus fit, si prohibitio habeat causam perpetuam, secundum gloss. in. c. tua de spōsa duo, vbi Panor. idem Panor. in. c. ad dissoluendum de desponsa. impub. Domi. conf. 33. colum. 5. per. c. vltim. de matri. con. cont. int. eccles. Deci. in cap. 2. de testi. gloss. insignis in Clemen. 1. in verbo inhibentes de iure patro. quam commendat Iaffo. in. l. non dubium nu. 18. C. de legib. Couarr. in epito. de spōsa. 2. part. c. 6. in princ. nu. 6. qui ex hoc infert matrimonium ex legis prohibitionem lite pendente contrahi non debere, capit. tua nos desponsa duo. capit. cum Apostolica de sponsal. contractum tamen tenet iuxta communem intellectum, d. cap. cum apo-

stolica, nisi contrahens crediderit primum matrimonium, super quo litigatur, validum esse: tūc enim esset defectus consensus, atque ideo non valeret, secundum Abb. in. d. c. cum apostolica de sponsa. & Couarrub. d. c. 6. nu. 6. in fi. sed ne erres hæc quæ de matrimonio contracto cōtra interdictum ecclesie diximus, intel lige tunc valere cūm factum fuerit iuxta formā concilij Tridentini sessione. 24. in decreto de reformatione matrimonij cap. 1. Nempe, præfente parochio vel alio facerdote de ipsius parochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus, quia aliās contrahentes in habiles redduntur ad sic contrahendum. [ Tempore etiam feriarum in quibus interdictæ sunt nuptiæ, contrahentes matrimonium peccant, non tamen ob id dirimitur matrimonium, capit. cum oportet & sequent. 33. quæst. 4. cap. capellanus de feri. l. 18. in fi. tit. 2. part. 4. & vide circa hoc Marti. ab Azpilcueta in manuali confessorū. cap. 22. num. 71. & Alfons. à Veracrucē in specu. coniug. 1. parte artic. 14. Aduertendum tamen est, per sacrum concilium Tridentinum anathematizari eum, qui dixerit prohibitionem solēnitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicā, & ab ethnicorū superstitione profectam, vt in. d. selsio. 24. canone. 11. de matrimonio. Et ab eodem concilio statuta sunt tēpora, quibus nuptiæ celebrari prohibentur, nempe ab aduentu domini nostri Iesu Christi vsque in diem Epiphaniæ, & à Scyria. 4. cinerum vsque ad octauā paschatis inclusiue, in alijs vero tēporibus nuptias solenniter celebrari permittit sancta synodus, ea tamen, qua decet honestate, vt fiant, cura incumbit episcopis ex eodem concilio, sancta enim res est matrimonium, & sanctē tradendum, vt in. d. selsio. 24. capit. vltimo de matrimonio. [ Aliud impedimentum oritur, ex eo quod quis tenet puerum baptizandum in thezifmo, qui fit ante baptismum, nam ex hoc contrahitur quædam cognatio spiritualis, etiam si puerum non teneat in baptismo, sed solūm, vt dixi, in thezifmo. & hoc impedit contractum fieri, sed non dirimit contractum postea factum, vt in cap. contracto de cogn. spiritu. & in. c. per thezifmum eodem titulo lib. 6. & est communis theologorum sententia in. 4. sentē. distinct. 42. teste Alfonso à Veracrucē in spec. coniug. 1. part. art. 22. vbi rationem assignat ex diuo Thoma d. distinct. 42. quia in thezifmo fit professio futuri baptismi, ob quod oritur impedimentū aliquod, sicut ex sola promissione nuptiarum insurgit impedimentum publicæ honestatis, vt infra dicam, sic per solam promissionem quæ fit in thezifmo, cūm de fide catholica tenēda interrogatur puer, oritur hæc cognatio spiritualis, quæ impedit contrahendū, sed nō dirimit contractū: idem voluit Marti. ab Azpilc. in manuali confessorum. c. 22. num. 72. sed quamuis quoad vinculum non dirimatur matrimonium hæc in specie, non tamen poterit debitum exigere absque dispēfatione, vt probat Alfons. à Veracrucē d. articul. 22. ex text. in capit. peruenit, 30. quæstio. 1. [ Aduertendum tamen est, quod quæadmodū dona spiritus sancti sunt septem, ita & baptismatis dona sunt etiam septem, vt in. e. peruenit, 30. q. 1. Primum salis collatio. Secundum aurium & narium lavatio cum spūto. Tertium, signū crucis

crucis in pectore factū & in frōte. Quartum, olei sacra ti perunctio. Quintū, baptismi ablutio. Sextū, in vertice chrismatis perunctio. Septimū, in fronte signū. Per solum tamen thezifmum, & non per alia quæ ipsum præcedunt, contrahitur cognationis spiritualis impedimentum. Est autē thezifmus instructio illa quæ baptismum præcedit, nam salis pabulum, & salinæ appositio, & olei perunctio: & similia non dicuntur thezifmus, sed exorcismus. Pet. de Palude in. 4. sententiarum distinct. 42. Alfons. à Veracrucē in speculo coniugio. part. 1. art. 22. dubio. 3. sanctus Thom. quoth. 12. artic. 19. Durand. d. distinct. 42. Marti. Azpilcuc. in manuali confel. c. 22. nu. 72. [ Aliud est impedimentum voti simplicis, si quis Deo vouerit castitatem seruare, aut religionem intrare simpliciter & non solenniter. Solēne enim votum fit per expressam vel tacitam professionem in religione approbata factum, vel per ordinis sacri susceptionem, vt docet Mart. Azpilcuc. in manuali confel. cap. 22. nu. 3. & 73. votū simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum: secundum August. in libr. de bono coniugali ad Iulianum. c. 2. & pluribus sequen. 27. distinct. Innocen. in. c. rursus & c. cōsuluit, qui cleri. vel vouen. estque communis iurisperitorum sententia & theologorum in. 4. distinct. 38. teste Alfons. à Veracrucē in speculo coniugiorum. 1. parte. artic. 15. dixi supra nu. 70. & 71. [ Sed contrahens matrimonium post votum simplex peccat lethaliter, ex cōmuni sententia theologorum & canonistarum, non solū qui votum emisit, sed alter qui sciens cum eo contraxit, secundū gloss. singularem in. c. nos nouimus. 17. q. 2. Marti. Azpilcuc. in manuali confel. c. 22. nu. 73. Peccat etiam mortaliter si exigit debitum coniugale, non verò reddendo, & licet peccet semel exigendo debitum, non peccat quoties illud postea exegerit, iuxta communem opinionem canonistarum, teste Alfons. in summa, cui sententiæ accedunt Hosti. & Cardi. in c. rursus, qui cleri. vel vouen. Domi. à Soto lib. 8. de iusti. & iur. q. 2. art. 1. Marti. Azpil. in Manuali in. c. 12. num. 47. Probat optimis rationibus Alfons. à Veracrucē in speculo coniugiorum. m. 1. part. artic. 15. dubio. 1. [ Peccat similiter qui votum castitatis simplex emisit si mortua prima vxore cum alia secundo contraxerit, quoniam adhuc tenetur votum adimplere, vt ibidem dixit Alfons. à Veracrucē dubio. 2. idemque esse asseuerat dubio sequenti, si ambo coniuges continentiam vouerant. Quin & vltimo dubio probat, non peccare eos qui consilium dederunt alicui, qui votum simplex emiserat, dicentes nubendo peccare, sed valere matrimonium. Immo si cum viderint incontinentem, licet posse consulere, si non abstinere te à mulieribus, nubere melius est enim nubere, quam vri, secundū Apostol. 1. ad Corin. 7. Quandoquidem ei qui præsto est maius patrare facinus, consulere possumus, vt faciat quod minus malum est. Nec id peccatum quidē est, sed bonū potius consilium, vt pluribus rationibus & sacre scripturæ testimonijs probat Alfons. à Veracrucē in speculo coniugio. 1. part. art. 15. quem rogo videas. [ Aliud est impedimentū sponsalium, si quis etenim promisit femine, se cum ea matrimonium contrahurum, ea non consentiente, non potest aliam du-

cere, sed cōstringitur seruare promissionem sub peccāti mortalis pœna, si tamen de præfenti contrahat cum alia, valet matrimonium, & soluuntur sponsalia de futuro, vt in. c. si inter virum de sponsa. & in. c. 1. de spōsa duo. hæc est communis omnium sententia, teste Alfons. à Veracrucē in speculo coniug. 1. part. art. 16. cum concordan. supra nu. 43. & sequentibus à nobis congestis, [ Sunt præterea alia fortiora impedimēta, quæ non modò impediunt matrimonium contrahi, sed & contractum dirimunt. hæc sunt duodecim. Primū error personæ quoad substantiam, quia forsità credidit quis eam, cum qua cōtraxit esse Mariam, quam aliās agnoscebat visu vel auditu, & nō erat nisi Ioanna, talis error impedit matrimonium contrahendū & dirimit contractum, theologi in. 4. dist. 30. quia vbi est talis error deficit consensus, qui potissimum exigitur in matrimonio, tanquam ipsius substantia. Nam, vt est author Arist. 3. de anima con. 39. nihil volitum quin præcognitum, sed cum in persona erratur, non est cognita, ergo nec volita, deficit ergo consensus, & per cōsequens matrimonium non valet. c. 1. c. cum locum. c. tua & c. tua de sponsal. Exempli loco: Iacob Liā cognouit putans esse Rachelē, Gene. 29. quare doctores afferunt inter eos nō fuisse matrimonium propter errorē personæ, licet postea fuerit per consensum cōfirmatū secundum Viguelli. in suis institutio. c. 16. §. 7. vers. 9. Alfons. à Veracrucē in spec. coniug. part. 1. art. 28. cōcl. 1. Mart. Azpil. in manuali confel. c. 22. nu. 31. l. 10. tit. 2. par. 4. vbi Greg. Lup. in verbo, e vinielle, tradit exemplum hoc: si quis procul in remotis locis assereret se filium cuiusdam regis aut principis, atque ideo cū femina aliqua hoc credente cōtraxerit matrimonium, dicit nullum esse & irritum propter defectum consensus, cum vbi que haberi possit notitia talis regis vel principis, sic que mulier credidit se consensisse in filiū talis regis, & non in eius loco supposito, qui infimæ conditionis erat. citat Hostien. in summa titul. de matrimonio. §. qualiter impediatur versic. 1. & sequent. & beatum Thom. in. 4. dist. 30. subdit etiam Greg. Lup. aliud exemplum dicens, si qua femina consensit in primogenitum comitis vel ducis, & alius qui nō erat primogenitus sed secundogenitus, fuerit suppositus, non valet matrimonium: quia non consensit nisi in primogenitum, secundum glo. in summa. 29. q. 1. matrimonium siquidem per errorem personæ contractum non valet, vt in. c. 1. 29. q. 1. Marti. Azpilcuc. in manuali confel. cap. 22. num. 31. nihil enim magis contrarium est consensui quā error. l. si per errorem. ff. de iurid. omni. iudi. l. alioqui. ff. de contra empt. hæc denique est communis sententia, cui adhærent Grego. Lup. in. d. l. 10. titul. 2. part. 4. Alfons. à Veracrucē in speculo coniugiorum. 1. parte articul. 28. conclus. 1. Couarrub. in epitome de sponsali. 2. parte. c. 3. §. 7. & alij frequentius. [ Error autem qualitatis personæ vel fortunæ nō euacuat matrimonium, vt si quis contrahit cum Catharina, quam credebat esse virginem, vel diuitem, vel admodum nobilem: & tamen nec est virgo, nec diues, nec nobilis, tenet profectō matrimonium. s. his ita & s. non omnibus. 29. q. 1. l. 10. tit. 2. par. 4. quia error qualitatis non variat aliquid quod fit de substantia matrimonij. Ita resoluūt doct. supra citati & Alfons. à Veracrucē



156  
 157  
 158  
 facruce.d.art.28.infi.hoc tradit exemplum, si mulier contrahit cum Ioanne quem optime nouit, sed decepta putat cum esse primogenitum comitis Benabentani, vel aliud simile, asseritque hac in specie valere matrimonium. Non enim hic interuenit error personæ quippe quam optime nouit: sed error dumtaxat conditionis vel qualitatis, quia credidit esse filium primogenitum, & non erat, talis error non euacuat matrimonium, nisi contractus esset sub ea cōditione gestus. [ Error enim tunc impedit actum, quando contingit circa ea que sunt de substantia actus, vt si in matrimonio cōtingat circa personas, vel circa mutuum corporum potestatem. Hinc insurgit secundum impedimentum, nempe, conditio seruitutis: nā si matrimonium contractum fuit inter duos, alterum liberum, alterum seruum, ignorata per liberum conditio ne seruitutis, matrimonium nullū est, nō enim solū hoc impedimentum impedit contrahendum, verum & dirimit contractū, vt in.c. propofuit & c. ad nostrā de coniug. seruo. l.ii. tit.2. par.4. ratio est, quia ex tali errore nimis leditur liber contrahens matrimonium cū ancilla, primū in bono prolis, quia eam non habet in potestate, & in bono fidei, quia ancilla non poterit ei debitum reddere, si fortē impedita sit iussu domini, & in bono sacramenti, hoc est, in cohabitationis in separabilitate, poterit siquidem dominus ancillam vēdere, & in longinqua mittere loca. Si tamen seruus cōtrahat cum ancilla credens eā liberam, nullum est impedimentum, cum vterq; sit eiusdem cōditionis, secū dum Angel. in verbo matrimonium.3. impedimēto. 4. §.16. Marti. Azpilcu. in d. manuali. c.22. nu.32. vbi plures casus decidit & alios plures Couarru. in epito. de sponsal.2. part. c.3. §.7. nu.1. & Alfon. à Veracrucē in speculo coniugio. par.1. ar.29. & 30. theologi in.4. sent. dist.35. vbi Domi. à Soto. q. vnica art.2. conclu.1. & dist.30. q.1. art.1. concl.2. [ Tertium impedimentū, est votū solenne per religionis professionem, vel per sacri ordinis susceptionem, quod nimirū impedit contrahendū & dirimit contractū. c. presbyteris.17. dist. c.1. & c. insinuante, qui cleri. vel vouen. c. vnico de voto li.6. cuius ratio est, quia qui alteri est obligatus, si ei tradidit, nulli alij dare poterit, sed qui votū solenne facit obligatus est, & traditus Deo cui se vouit proficēdo, quomodo ergo poterit se alteri tradere in matrimonium, vt Alfon. probat in speculo.1. part. art.31. tex. in. l.ii. in fi. tit.2. part.4. & non valere matrimonium contractum ab eo qui sacris ordinibus est insignitus probat tex. in. c. si quis & c. erubescant.32. dist. Immo irregularis est qui sic cōtrahit. d. c.1. & 2. qui cleri. vel vouen. ipsoque iure ex cōmunicatus, Clem. vnica de consang. & affini. alijsque pœnis puniendus à Ioann. Bernardo de Luco enarratis in practi. crimina. canonica. c.74. [ Nec vnquā licuit in ecclesia sacris ordinibus initiatis matrimonium contrahere: nam & ab initio renascentis ecclesie hoc prohibitum fuit, vt cōstat ex canonib; Apostolorū. c.25. cuius verba ex Haloandri translatione hæc sunt. Ex his qui cœlibes in clerum peruenierunt iubemus lectores tantum & cantores, si velint, nuptias contrahant, hætenus canon, Græcis autem solis licuit vti coniugio contracto anto sacrum susceptum ordinem, non autem post sa-

159  
 crum ordinem contrahere. capit. cum oīm de cleric. coniuga. capit. de syracusan. 28. distinctio. Alfon. à Castro libro de hæresi. in verbo sacerdotium Ioann. Echius contra Lutherum titulo.19. In chridij Iacob. septima. in institutio. Catholicis capit. 40. num. 2. vsque in finem, vbi quōd inquisitores de hoc cognoscunt, Alfon. Viruefius Philipica. 19. Ioann. Maior in.4. distinct. 24. quæst. 2. & rursus distinct. 27. quæst. 1. Ioann. Arboreus Theosophiæ libro. 5. capit. 7. Albertus Pighius controuersia. 15. Robertus Arboricensis in tracta. de sacerdotum cœlibatu Couarrubias in epitome de sponsali.2. part. capit. 6. §. 3. numero. 1. & deinceps hodie tamen decretum extat Concilij Tridentini sessione. 24. de sacramento matrimonij canone.9. cuius verba sunt. *Siquis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares, castitate solēnter professos, posse matrimonium contrahere, cōtra etum que validū esse, non obstante lege ecclesiastica, vel voto, & oppositū nihil aliud esse quam damnare matrimonium, posseque omnes contrahere matrimonium qui nō sentiunt se castitatis, etiam si eam vouerint, habere donum, anathema sit, cum Deus id rectē petentibus non denegat: nec patiatnr nos supra id quod possumus tentari.* Hætenus canon, verum is qui in minoribus est constitutus ordinibus, nō prohibet concilium quincilitate & absque peccato possit ante subdiaconatum matrimonium cōtrahere, prout & iure pōtificio permittum erat, vt in. c.1. vbi dicit. notat de cleri. cōiuga. l. 16. ti.2. par. 4. cū cōcord. ibi per Greg. Lup. traditis, idem voluit Syluester in verbo matrimonium. 8. impedimento. 12. q. etiā. 12. & in verbo clericus. q.4. Marti. Azpil. in manua. c.22. nu.32. Couarr. d. c.6. §.3. nu.3. in fine asserens hac in specie vacare sacerdotia, que coniugatus obtinebat etiā ante copulam. [ Quartum impedimentū, oritur ex dispari cultu, Christianus enim Iudæam aut paganam vxorem ducere prohibetur, & Christiana Iudæam aut paganam, nec valet matrimonium inter eos cōtractū. c. nō oportet & c. caue. 28. q. 1. notat magister senten. in.4. distinct. 39. nostrates in c.1. de sponsali, beatus Ambrosius in lib.1. de Patriarcha A brahā. c.9. l.15. tit.2. part.4. ratio huius est, quia non decet Christianam matrimonium contrahere, in quo non esset ratio sacramenti, sed interfidelem & infidelē nō est ratio sacramēti, cū alter eorū baptizatus nō esset, non ergo potest inter eos verū esse sacramentum matrimonij, hæc est cōclusio theologorum in. 4. dist.39. vbi Paluda. q.1. & Scotus, Ioan. Echius in homilia. 71. de sacramentis, hæc autem prohibitio est de iure positiuo humano, nō de iure diuino seu naturali, sicuti scribunt Scot. & Paluda. in.4. dist.39. q.1. idque expendunt ex autoritate beati Ambrosii, vbi supra, Augustini de adulterio coniug. c.25. & in lib. de fide & operibus. c.19. & beatus Hieron. lib.1. aduersus Iouenianum & Cyprian. lib. 3. aduersus Iudæos cap. 62. quin & ab initio renascentis ecclesie prohibitum erat coniugium istud, autoritate Apostoli. 2. ad Corint. capit. 6. dicentis nolite coniugari cum infidelibus, & 1. ad Corin. 6. id vterque videtur, quod pluribus alijs autoritatibus probat Couarrub. in epitome de spons. 2. par. c.6. §.11. nu.1. & 2. & Alfon. à Veracrucē inspecto

160  
 161  
 162  
 lo cōiugio.1. pat. art.32. [ Sin autē infidelis cū infideli ab initio contraxerant, licet alter ad catholicam fidem cōuertatur, nō soluitur matrimonium, nisi infidelis nolit cū fidei absque cōtumelia creatoris cohabitare, si tamē infidelis absque cōtumelia cohabitare voluerit, cōsultat Paulus fidei, in infidelē dimittat, ne deterior fiat, poterit tamen si velit quoad thorū separationem facere Paulus. 1. ad Corint. 7. & in.4. concilio Toletano. c.62. & in. c. Iudæi. 28. q.1. ita refidet Ioann. Arbore. Theosophiæ lib.6. c.10. Couarru. in epito. de spons. par.2. c.6. §.11. nu.2. inf. & rursus. c.7. §. 4. nu.5. Alfon. à Veracrucē in speculo.1. par. art.32. cōcl.4. & 6. in quo asserunt errasse Ioā. Igneū in. l. fidei cōmissū nu.143. ff. ad Sillania, dicentem dictam ecclesie prohibitionem matrimonij cum infideli esse contra sententia Pauli. 1. ad Cori. 7. [ Et licet tex. regni nostri in. l. 35. tit.2. par. 4. & gloss. in. c. fi. de cond. appo. dixerint matrimonium inter Christianum & hæreticam, vel inter Christianā & hæreticū contrahi non posse, & contractū non valere: incontrariū se habet veritas, immo quōd licet nō posset inter eos matrimonium contrahi, valet tamē si contractū fuerit, ex sententia gl. in. c. nō oportet. 28. q.1. quā sequuntur Cardi. & omnes in. d. c. vlti. de condi. apposi. Dida. Segura in tracta. de bonis matrimo. constan. acquisitis fol. 8. idem probat diuus Tho. in.4. dist.39. q.1. art.1. Couarru. in epito. de spōf. 2. part. c.6. §. vlti. in fine Greg. Lup. in. d. l.15. in verbo ni con hereja, tit.2. part.4. qui hanc dicit veram & cōmunem sententiam citatque text. in. capit. decreuit de hæreti. lib.6. Mart. ab Azpilcu. in manuali confes. c.22. nu.49. [ Quintum impedimentum publice honestatis iustitiæ, oritur ex spōsalibus de futuro vel de presenti ante coitū, ita vt intra quartū gradū cognati coniugis premortui, nō possint matrimonium cōtrahere cū cōiuge superstitē, & si cōtraxerint, erit nullū matrimonium, vt notat Abb. & Præpos. & ceteri frequentius in. c. spōsam de spons. gl. Ioā. And. & Fran. in. c.1. in prin. de spons. lib.6. Ioā. Brunellus in tracta. de spōfal. cōcl.10. tex. regni nostri in. l.17. tit.2. part.4. estque communis opinio, vt attestatur Couarru. in epito. de spōf. 2. part. c.6. §.2. Quod procedit etiam si sint spōsalia nulla, nam ex eis oritur similiter hoc impedimentū, modō cōsensus sit eis prestus, c. ad audientia. c. iuuenis. c. sponsam de sponsal. pulcher text. in. c.1. eod. tit. lib.6. ex quo plura infert Couarru. d. §. 2. & Alfon. à Veracrucē in speculo cōiugio.1. part. art.31. quos videbitis, Scire tamē oportet hoc impedimentū non esse iure naturali, vel diuino institutū, sed positiuo, & statuto ecclesie, vt probat optime Alfon. à Veracrucē. d. par.1. art.30. & ante eum Bald. in. l.1. C. de spons. idem Bald. in. l.1. pen. C. de incest. nup. vbi refert Hostien. dixisse, semel fuisse ordinatū, vt non obstat huiusmodi impedimentum matrimonij permittetur post gradum secundū, idē retulit Ioā. And. in. c. nō debet circa finē de consang. & affini. dicens in cōcilio Lugdunēsi sub Grego. X. celebrato fuisse discussū an expediret tolli impedimentū hoc, quod quibusdā placuit alijs displicuit, suadetibus dari oportere potestatem episcopis super eis dispensandi, alijs vltimū fuit vt impedimentū restringeret ad secundū gradū, & licet hoc vltimū de liberatum esset, per presidentes tandē non fuit obtē-

163  
 164  
 165  
 166  
 tū, quōd fufsius discutit Paul. Paris. cōf. 68. lib. 4. vbi tractat an possit super hoc Papa dispērare. [ Hodie tamen prudētissime super hoc statutū est per cōcilium Tridētīnū sub Pio. III. celebratū sel. 8. aliās. 24. totū cōcilij, quippe quod fuit sub diuersis pōtificibus celebratū, in decreto de reformatione matrimonij. c.3. in hæc verba. *Iustitia publicæ honestatis impedimentū, vbi spōsalia quacūque ratione valida nō erūt, sancta synodus profusus tollit: vbi autē valida fuerint, primū gradū nō excēdat, quoniā in vltioribus gradibus iā nō potest huiusmodi prohibitio absque dispēdio obseruari.* Que quidem decisio plura dubia & immodicas doctorū cōtentiones dissoluit. Distinguebāt enim inter spōsalia nulla, ratione deficiētis cōsensus expressi vel taciti, vel alia ex causa, quod discrimē hodie cessat, sed quacūque ratione, inualida fuerint spōsalia, cessat hoc impedimentū. Quo fit vt si, iuxta eādē synodū Tridētīnā, spōsalia de presenti cōtracta fuerint clādestinē absque parochi vel testiu presentia, cum nulla sint & nullius roboris, nullum producat effectū publicæ honestatis iustitiæ, quod singularissimū est & menti tenendū, confirmatur ex his quæ diximus supra co. nu.33. & seq. Hæc fuit opinio diui Thomæ in.4. sent. dist.41. [ Sextum impedimentū, cognationis spiritualis, que matrimonium impedit ne cōtrahatur, & iam cōtractū quoque dirimit. Cognatio hæc contrahitur in baptismo & in cōfirmatiōe, nō aut iure naturali aut diuino, sed canonico institutū fuit impedimentū hoc, secūdū cōmunē omnium theologorū, & iuriscōsultorū sententiam, teste Dida. Couarru. in epito. de spōsa. 2. part. c.6. §.4. nu.1. & Alfon. à Veracrucē in speculo cōiugio.1. part. art.34. cōcl.3. probatur in. c.1. & per totū extra de cogn. spiritu. & in libr.6. in eodē tit. Hæc spiritualis cognatio tres sortitur species. Primā maternitatis seu paternitatis spiritualis, cui respondet filiatio etiā spiritualis. Secūdā cōpaternitatis, que est inter ipsos patres. Tertia dicitur fraternitas, que contrahitur inter fratres spirituales. l.1. tit.7. par. 4. quā translationē resoluo sequenti bus cōclusionibus. [ Prima conclusio inter baptizatē, & baptizatū, tenentē & eundē baptizatū oritur cognatio spiritualis, paternitas nuncupata, per quā impeditur matrimonij cōtractus, & iā cōtractū dirimitur, c. diligere. 30. q.3. c.1. & vlti. de cogn. spiritu. in. 6. l.1. tit.7. par. 4. Tho. in.3. par. q.67. ar.7. Palud. in. 4. dist. 42. ar.1. Alfon. à Veracrucē in speculo cōiugio.1. par. ar.35. cōcl.1. Mart. Azpil. in manuali cōfess. c.22. nu.36. [ Secūda cōclusio, hoc idē vinculū paternitatis oritur inter vxorē carnaliter cognitā a baptizatē & ipsum baptizatū, & inter vxorē cognitā a tenente & ipsum baptizatū, c. Martinus de cogn. spiri. c. vnico eod. ti. lib.6. ratio huius decisionis est, quia per carnalē copulā facti sunt vna caro, vt scribitur Genes. c.2. & Matt. 19. si ergo vir tenēs vel baptizās efficitur pater spiritualis baptizati, erit & per cōsequēs vxor eius mater, quippe cum vterque sint vna caro, vt in. d. cap. Martini, sed hodie per concilium Tridentinum, non contrahitur cognatio, hæc spiritualis, nisi inter eos dumtaxat, qui baptizatum, de baptismo suscipiunt, & baptizatum ipsum, illiusque patrem & matrem: nec non inter baptizatē & baptizatū baptizati que pa-



trem & matrem, & non inter alios. Idemque ibi statuitur in cognatione, que oritur ex confirmationis sacramento. d. sessione. 24. synodi Tridentinae in decreto de reformatione matrimonij. capit. 2. in hec verba. *Docet experientia propter multitudinem prohibitionum multoties in casibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non sine magno peccato perseueratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur, volens itaque sancta synodus huic incommodo providere, & a cognationis spiritualis impedimento incipiens, statuit, vt vnus tantum sive vir, sive mulier iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizati que patrem ac matrem tantum, spiritualis cognatio contrahatur. Parochus antequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab his, ad quos spectabit, sciscitetur quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant: & eum vel eos tantum ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant: constitutionibus, in contrarium facientibus, non obstantibus, si parochi culpa, vel negligentia secus factum fuerit, arbitrio ordinarij puniatur. Ea quoque cognatio, que ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.* [ Ex qua salubri decisione plurima dubia maximaque contentiones inter iuris diuini & humani interpretes auferuntur, & iura antiqua corriguntur, ita vt iam disputationi locus non sit & controuersia, que non modica erat in ea quaestione, an paternitas tenentis in baptismo, vel baptizantis deriuetur ab ipso ad mulierem carnaliter cognitam illicite concubitu, de qua disceptarunt late Alfonso a Veracrucis in speculo coniugiorum. 1. parte artic. 35. conclus. 4. Greg. Lupi. in. 1. in gloss. magna tit. 7. part. 4. Couarrub. in epitome de sponsal. 2. part. c. 6. §. 4. nam. 3. Marti. ab Azpilcueta in Manuali confessorum. c. 22. num. 40. Qui omnes & alij frequentius asseuerat hac in speciei non contrahi, cognationem spiritualem, qua opinionem confirmat decretum Tridentinum, licet diuus Thom. & Syluester & alij per eos relati tenuerint contrariam. [ Secundo inferitur cognationem spiritualem nullam contrahi, nec deriuari ad vxorem a viro cognitam, nec ex contrario, per actionem vel passionem, vt in exemplis traditis ab omnibus doctoribus nunc precedenti citatis: non enim egreditur personas in decreto expressas. Inferitur etiam cognationem hanc spiritualem, que paternitas dicitur, ex parte leuantis, non causari per assistentiam in baptismo, sed solum per tactum baptizati, etiam si nihil respondeat pro baptizato, quod ante decretum concilij probabant late Couarrub. in d. §. 4. num. 7. & Alfonso a

Veracrucis. d. art. 35. conclus. 7. & 8. Marti. Azpicule. in Manuali. c. 22. num. 38. cum concordant. ab eis citatis. [ Sciendum tamen est, baptizantem vel eum qui baptizatum leuat de sacro fonte, non esse patrem spirituales, si ipse non sit baptizatus, & spiritualiter renatus, vt contra Angel. & Rosellam, & Hugo. probat Alfonso a Veracrucis in speculo coniugio. 1. parte art. 35. conclus. 6. subdit tamen aliud esse, si sit hereticus, nam inter eum & baptizatum recte contrahitur cognatio spiritualis secundum Palu. in. 4. dist. 42. q. 1. cōcl. 3. Similiter & contraheretur hac cognatio, si quis baptizatus teneat in baptismo, vel baptizaret filiam infidelis non baptizati: tunc siquidem non posset iste contrahere matrimonium cum matre baptizati, etiam si ad fidem conuerteretur, secundum gl. & Archid. in. c. 1. 30. q. 1. post diuum Tho. in. 4. dist. 42. art. 3. q. 1. ad tertium, [ Inferitur etiam quod in secunda specie cognationis spiritualis, que dicitur copaternitas, nullum oritur impedimentum, impediens matrimonium contrahendum, nec dirimens contractum nisi inter leuantem de fonte vel baptizantem, & patrem & matrem, baptizati dumtaxat, & non deriuatur ad vxorem carnaliter cognitam ipsius leuantis vel baptizantis, [ potest enim esse laicus & vxoratus, baptizans, si necessitas urgeat, qui contrahit paternitatem & copaternitatem, vt probat Floren. 3. part. tit. 1. c. 15. §. 3. ex cap. 1. versu. eandem de cogna. spiri. in. 6. ] hodie inquam per dictum Concilium Tridentinum non deriuatur cognatio hac spiritualis ad vxorem leuantis, vel baptizantis, sicut olim deriuabatur, vt in cap. Martinus de cogna. spiri. & in cap. 1. eodem tit. lib. 6. nec alias personas vltra in eodem concilio expressas egreditur. Quo etiam fit, inter duos compadres, vel inter leuantem & baptizantem, qui patres sunt spirituales baptizati, nullam cognationem contrahi spiritualem, nec impedimentum inter eosdem patres, id quod ante predictum concilium probabat Alfonso a Veracrucis in. d. speculo. 1. parte artic. 56. [ Constat etiam ex eodem Tridentino decreto nullam contrahi cognationem spirituales in tertia eius specie, que fraternitas vocatur, hac namque contraheretur inter baptizatum & omnes filios carnales leuantis, seu baptizantis, nec inter alios in artic. 57. expressis dicti speculi coniugio. 1. parte, non enim egreditur alios quam in dicto Concilio sunt nominati, vt pluries diximus. [ Aliud & 7. impedimentum est cognationis legalis, hoc est, adoptionis vel arrogationis, que contrahitur inter adoptantem & adoptatum, eiusque descendentes, quare adoptans in matrimonium contrahere nequit cum adoptato, nec eius filio, aut nepote, aut alijs descendetibus, quod si contraxerint non valet matrimonium. l. quando & l. adoptiuus. ff. de ritu nuptia. diuus Thom. 4. dist. 42. & omnes theologo. Contrahitur etiam hac cognatio legalis inter filium adoptatum & filiam naturalem adoptantis, que quidem cognatio impedimentum prestat donec inter eos cohabitatio contingat, vt in. c. si qua de cogna. lega. ex quo fit, vt cessante huiusmodi cohabitatione, per mortem patris adoptantis, vel per emancipationem, cesset impedimentum in cohabitantes eodem textu, & ex diuo. Thom. d. dist. 42. q. 1. d. 1. voluit glo. per text. ibi. in. c. de cogna. lega. que communi tenet recepta teste Didaco Couarrub. in epito. de sponsal. 2. part. c. 6. §. 9. ]

167

168

169

170

171

172

173

174

177

sa 2. part. c. 6. §. 9. & 3. idem attestatur Syluester in verbo matrimonium. 8. q. 8. filius autem adoptiuus potest matrimonium contrahere cum filia legitima & naturali patris adoptantis, que sui iuris est secundum Bernard. Innocen. & Enriquem in. d. cap. 1. de cogna. lega. contra Panor. ibi. Est item cognatio legalis inter filium legalem eiusque vxorem, & patrem legalem eiusque coniugem, aliasque personas expressim nuncupatas, in. l. adoptiuum. ff. de ritu nup. & in. cap. 1. 30. q. 3. gloss. in. cap. 1. de cogna. lega. l. vlti. titu. 7. part. 4. vbi de hac cognatione legali, & in. l. pen. eod. titu. tractatur etiam per Alfonso a Vera cruce in spec. coniug. 1. part. arti. 58. & 59. & per Couarrub. d. cap. 6. §. 5. & per Marti. ab Azpilcueta in manuali confesso. cap. 22. num. 44. & 45. [ Octauum impedimentum deducitur ex affinitate, que est personarum proximitas ex coitu proueniens, vt est author Ioan. And. in arbore affinitatis Couarrub. in epito. 2. part. cap. 6. §. 7. num. 1. Alfonso a Vera cruce in spec. coniug. 1. par. cap. 46. in prin. & Martinus ab Azpil. in manuali confesso. cap. 22. num. 41. l. 5. & ibi Greg. Lupi tit. 6. par. 4. diximus ex coitu, non ex nuptijs, quia quoad coniugium impediendum & contractum dirimendum affinitas sufficit ex coitu deducta, etiam si coactus sit & illicitus, vt in. capit. discretionem, de eo qui cogno. conf. vx. suaz, vel cum dormiente habitus, vt ibidem notant docto. coitus enim est de substantia affinitatis, vt tradit post alios Ferd. de Loazes presul Illirden. in tracta. de matri. dubio. 1. fol. vlti. & dubio. 15. cum concordant. per Couarrub. congestis. d. 2. part. cap. 6. §. 7. numer. 3. qui idcirco asseuerat, non oriri affinitatem ex matrimonio legitimo & rato, si per copulam consummatum non fuerit, licet diuus Thom. censuerit contrarium in. 4. sent. dist. 41. q. 1. artic. 1. colu. 4. & Floren. 3. part. tit. 1. cap. 11. in fine prin. quia ceteri omnes voluerunt ante copulam non oriri, quos ibi Couarrub. refert. est que tex. regni nostri in. l. 3. titu. 6. par. 4. vbi & Greg. Lupi. [ Et licet olim prohibiti fuerint septem gradus affinitatis intra quos matrimonium contrahi erat prohibitum, hodie huiusmodi prohibitio iure positio canonico vsque ad quartum gradum affinitatis restituta est, vt in. c. de affinitate & cap. de propinquis. 35. q. 2. cap. non debet de consangu. & affini. Azpilcueta in manuali conf. cap. 22. num. 41. in. l. 5. tit. 6. part. 4. Quod hodie Synodo Tridentina immutatum est in affinitate ex fornicatione contracta, vt constat sessione. 24. in decreto reformationis matrimonij, cap. 4. cuius verba sunt. Præterea sancta synodus eiusdem & alijs grauissimis de causis adducta, impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum qui ex primo & secundo gradu coniunguntur restringit, in vltioribus vero gradibus statuit, huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere. Ne tamen quis offendiculum habeat in hoc affinitatis impedimento operæ precium esse duxi, quam breuissimè explicare affinitatis gradus, quos nouissime prohibitos ab Ecclesia per dictam sanctam synodum asserimus, de alijs que mentionem facere qui olim pro-

hibebantur licet hodie nullam vim habeant. [ Affinitatis modus qui nunc in vsu esse attestatur is est, quod si vir & femina matrimonio iungantur, vel per fornicationem, fiunt caro vna, Genes. 2. Matt. 19. & 1. ad Corinth. 6. ex qua coniunctione fit vt omnes consanguinei viri sint ipsi feminae affines in eodem gradu in quo sunt consanguinei viri, & ex contrario, omnes consanguinei feminae sunt affines viro in eodem gradu, quo & consanguinei sunt feminae, cæterum consanguinei viri vel vxoris inter se nullo gradu dicuntur affines, vt in. capit. quod super his de consang. & affini. Alij modi affinitatis de iure antiquo sunt antiquati & referuntur in speculo coniugio. part. 1. arti. 47. Sed non te lateat affinitatem durare etiam extincto eo qui causa eius fuit vt in. cap. fraternitatis. 35. q. 10. cum concordant. per Alfonso a Vera cruce traditis in. d. speculo coniugio. 1. par. arti. 47. ad finem. Quis autem super huiusmodi impedimento dispensare possit, & in quibus gradibus liceat, nec ne tractat optime idem author art. 48. & Couarrub. in epito. de sponsal. 2. par. cap. 6. §. 9. [ Nonum impedimentum impediens & dirimens matrimonium est consanguinitatis vsque ad quartum gradum collateralium, & vsque in infinitum inter ascendentes & descendentes. l. nuptia. 4. ff. de ritu nup. vbi gloss. l. 4. tit. 6. par. 4. cum concordant. per Couarrub. traditis in epitome de sponsal. 2. par. cap. 6. §. 8. item. 6. vbi late tractat materiam istam & latius Alfonso a Vera cruce in speculo coniug. 1. par. arti. 43. & 44. dist. cutit que arti. 45. an summus pontifex dispensare valeat in omnibus gradibus consanguinitatis, & Couarrub. de sponsal. 2. par. cap. 6. §. 9. & seq. quibus adde Paul. Paris. conf. 68. libr. 4. Sed in hac materia dispensationis est summe aduertendum ad id quod per sacrum Concilium Tridentinum sessione. 24. in decreto reformationis matrimonij, capit. 5. statutum in hec verba. Siquis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendi careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiicitur poenis, non enim dignus est, qui ecclesie benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere contempserit. Si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo & gratis dispensari poterit. In contrahendis matrimonijs, vel nulla omnimodo detur dispensatio, vel raro, idque ex causa & gratis concedatur. In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos principes, & ob publicam causam vtinam hæc inuolabiliter custodiantur rationes plurimas huius prohibitionis tradit Tiraq. de legi. con. nubi. l. 7. num. 45. & seq. [ Decimum impedimentum impediens contrahendum & dirimens contractum est ratione criminis, vel quia homicidium commisit, vel adulterium cum promissione, vel quia contraxit dum secunda viuente prima. De quibus tractat titulus de eo qui duxit in matrimonium quam pol-

luit per adulterium in decretalibus, & Viguerius in suis institutionibus theologis. c. 16. §. 7. Marti. Azpilcuc. in mannali confesso. cap. 22. nu. 46. & 47. l. vlti. titu. 2. par. 4. Alfons. à Veracrucce in speculo. coniug. 1. par. art. 33. & seq. Ego verò ad huius impedimenti resolutionem breui calamo procedam per conclusiones. Sit itaque prima conclusio in primo crimine homicidij. Vir qui machinatus mortem, verè occidit vel vxorem propriam, vt alteram ducat, vel virum alterius, vt eius vxorem adulteram ducat in matrimonio, non poterit talem contractum facere, & si fecerit sunt separandi, vt in c. significasti de eo qui dux. in mati. quam poll. per adulte. & in cap. si quis viuente. 31. q. 1. Ang. in verbo matrimonium. 3. impedimẽto. 9. Dixi si verè occidat, quia si verè non sequatur homicidium, nullum erit impedimentum, ex communi theologorum sententia in. 4. distin. 35. teste Alfons. à Veracrucce. d. arti. 33. conclus. 1. Dixi etiam animo ducendi vxorem illius, quia si non eo animo fecit, sed propter odium, vel in bello, non erit tale impedimentum, vt. cap. laudabilem extra de conuersio. in fidel. Itaque requiritur actualis occisio & animus ducendi adulteram, vt in capi. si quis viuente. 31. q. 1. d. 1. fi. tit. 2. par. 4. [ Secunda conclusio, vir non occidens vxorem propriam, vel virum alterius, sed tamẽ præcipiens occidere, vt adulteram ducat, non poterit post mortem propriæ vxoris, vel alterius viri, eam ducere in matrimonium, & si duxerit dirimetur, secundum diuum Antoninum. 3. par. tit. 1. cap. 5. §. vnicò, Alfons. à Vera cruce vbi supra. d. l. vlti. tit. 2. par. 4. glo. communiter recepta in. cap. si quis viuente. 31. q. 1. & in. cap. 1. de conuers. infidel. Martin. Azpil. in manuali confesso. cap. 22. num. 46. non sic si ratificauit homicidium, ex omnium supra citatorum sententia, vt refert Ioan. à Turrecremata in. d. cap. si quis viuente. 31. q. 1. [ Quid autem si non præcessit adulterium, an impedimentum proueniat ex solo homicidio cum animo aliam ducendi factò, vel cum animo ducendi eam cuius virum interfecit? Et quidam censent non requiri adulteriũ, sed verior est & receptior sententia Ioan. And. in. capit. super eo de eo qui dux in mati. à Panor. & omnibus recepta, nempe, quòd siambo machinati sunt mortem viri vel vxoris, impedimentum causetur ex eius morte, quamuis adulterium non præcesserit. Si verò alter eorum dum taxat mortẽ machinetur necessario requiritur, quòd præcedat adulterium, vt impedimentum causetur, quod probat Marti. ab Azpil. d. cap. 22. numer. 46. & Greg. Lupi. in. d. l. vlti. titu. 2. par. 4. hæc est veritas, quidquid in contrarium dixerit Alfons. à Veracrucce in speculo coniugio. 1. par. art. 34. conclus. 4. Eadem quæ diximus de viro occidente, locum obtinent in foemina quæ virum occiderit, vel adulteri vxorem, vt in. cap. super hoc de eo qui dux. in mati. quam pollu. per adulte. Paluda. in. 4. distin. 34. q. 1. conclus. 2. Alfons. à Veracrucce. d. arti. 34. conclus. 5. & 6. [ Quinta conclusio, vxorem propriam occidens animo ducendi aliam, non certam, sed indeterminatam, licet peccet contrahendo, matrimonium tamen valet vt probaui supra num. 139. & seq. Sexta conclusio si quis occidat vxorem propriam animo ducendi vnã,

vel alteram, siue plures sint siue paucæ, dum modo omnes sint nuncupatim & expresse intentæ, nullam earum ducere poterit in vxorem, & si duxerit dirimetur matrimonium, vt probat Alfons. à Vera cruce in speculo. 1. part. arti. 34. in fine. [ Secundum crimen propter quod matrimonium impeditur, & contractũ dirimitur, est adulteriũ præstita fide de matrimonio cõtrahendo mortua vxore propria, vel viro adulteræ, quod accipe sequentibus conclusionibus. Prima conclusio, qui viuente coniuge adulterium committit absque fide vel promissione aliqua de contrahendo post mortem coniugis, licitè nubere poterit cum altera vel adultero. c. significasti de eo qui dux in mati. quã pollu. per adul. Slueft. in verbo matrimoniu. 8. q. 9. l. 19. tit. 2. part. 4. Alfons. à Veracrucce in speculo. 1. part. art. 35. conclus. 1. [ Secunda conclusio, qui commisit adulterium præstita fide vel iurciurando de matrimonio contrahendo cum adultera post mortem viri, nequaquam poterit cum adultera contrahere mortuo eius viro, & si contraxerit, matrimonium dirimetur, etiam si decenniò cohabitauerint, & plures filios genuerint, vt in cap. cum haberet de eo qui dux. in mati. quam poll. per adul. tempera tamẽ hanc sententiam, vt procedat quoties vterque sciens impedimentum cõtraxerunt, secus si alter eorum id ignorabat: exempli loco, Ioannes habens legitimam vxorem ad aliam carnaliter accessit, eique nubere promissit: ipsa tamen ignorabat Ioannem esse cõiugatũ, vel ipse Ioãnes ignorabat habere propriã coniugem, poterit enim eo casu post mortẽ vxoris cũ cõiugina cõtrahere, nisi postquã scierit, iterũ adulterium commiserit, ex sententia diui Antonini in. 3. parte suæ summæ tit. 1. cap. 5. cui adhærent theologi in. 4. dist. 35. idem si Ioãnes est solutus & promissit Catherinæ quam esse cõiugatam ignorabat, poterit nimirum post mortem viri, Ioanni coniungi, & ex contrario, vt in. capit. propositum, vbi omnes docto. de eo quẽ dux in mati. & in. cap. veniens desponsal. & cap. 1. de concess. præben. Alfons. à Veracrucce. 1. par. arti. 35. conclus. 3. & 4. [ Tertia conclusio, si promissio duxat contrahendi matrimonium interuenerit absq; adulterio, nullum orietur impedimentum, vt in capi. si quis, de eo qui dux. in mati. Ex quo fit vt si promittens, vxorem verè non habeat, vel ea quã cognouit carnaliter non habeat legitimum virum, nullum oriatur impedimentum, quandoquidem dici non potest adulterium, nisi alter qui fornicatur sit legitime cõiugatus, secundum Angel. de Canasio in summa in verbo matrimonium, 3. impedimento. 9. §. 2. cui assentitur Marti. ab Azpilcuc. in manuali confesso, ca. 22. numer. 47. Alfons. à Veracrucce. 1. par. arti. 35. conclus. 6. [ Quarta conclusio, nil refert, an promissio vel fides adulterium præcedat, an sequatur: vtraque enim in specie oritur impedimentum, etiam si post promissionem nulla sequatur copula, vt docet Archiep. florent. 3. par. tit. 1. q. 5. & Paluda. in summa Alfonsi à Veracrucce in speculo coniugio. 1. par. art. 35. conclus. 7. [ quinta conclusio, si quis vxorem habens, aliam, id ignorantem, duxerit, si demũ prima vxore mortua, hoc scierit secunda, poterit si velit cum adultero contrahere matrimonium, ipseque ad id cogetur, ne do-

lus eius ei patrocinetur, vt in. capit. veniẽs de eo qui dux. in mati. Schotus in. 4. distin. 35. q. vnica. l. vlti. ad fi. tit. 2. par. 4. Alfons. à Vera cruce vbi supra conclus. 8. [ Sexta conclusio, si quis viuente proprio coniuge alteri matrimonium contrahere promissit, & adulterium cum eo commisit, licet interius dissentiat, impedimentum hoc incurret, quia ecclesia non iudicat de interiori cõsensu, nec in actis interioribus habet potestatem, vt eos occultissimos prohibere, præcipere, aut punire possit, Duran. in. 4. distin. 11. q. 8. Paluda. distin. 13. Beatus Thom. 1. 2. 4. 91. art. 4. Caietan. ibi. Franc. à Victoria super Thom. 2. 2. q. 11. art. 13. Greg. Lupi. in. l. 2. glo. 1. titu. 31. part. 7. l. 1. infi. tit. 3. par. 4. quam communem esse sententiam theologorum attestatur Almain in. 4. senten. distin. 17. q. 1. eique accedit Alfons. à Veracrucce in spec. coniugio. 1. par. art. 35. conclus. 9. Iacob. Septimacẽ. in institutio. catholi. cap. 42. num. 3. qui eam probare nititur ex eo, quòd leges humane gubernare nequeunt actus interiores, nec de illis, vt pote ignotis, iudicare. l. cogitationis. ff. de pœn. c. sicut tuis in fine extra de symo. Præterea ecclesia nunquam hac vsus est potestate, illam ergo non habet, nam frustra est potentia quæ non reducitur ad actum. Ad hæc ecclesia nullam exercere potestatem poterit per interiores actus, non excommunicare, non absoluere, non denique sacramenta ministrare, non ergo habet potestatem super actus interiores cui sententiæ opitulatur vulgare illud, ecclesia non iudicat de occultis, cap. tua nos. c. sicut de symo. cap. humane aures. 22. q. 5. occulta enim soli deo reseruata sunt, vt Paulus docet prioris epistole ad Corint. cap. 4. Contrariam tamen sententiam tenuit Adria. quotlibeto. 8. multis argumentis contendere volens ecclesiam potestatem habere super actus interiores, cui accedit Pighius lib. 6. Hierarchie Ecclesiasti. cap. 6. quorum fundamentis & rationibus plenè satisfaciunt Caieta. Fran. à Victoria, & Iacob. Septima. Quamuis enim, aiunt, ecclesia interdum prohibeat, præcipiat, aut puniat actus interiores, id fit ex eo, quòd ab ecclesia per actus exteriores præsumuntur, & iudicantur interiores. Nã interior actus bifariam consideratur: primo per se ipsum tantum, vt puta cum in corde solo nascitur & consumatur, & nihil exterius prodit, quo casu exaudienda est communis doctorum sententia: alio modo consideratur tanquam causa omissionis, aut commissionis actuum exteriorum, qui procedunt ab interioribus, & tunc subiacet iudicio ecclesiæ & legum secularium, vt puta quoties per actum exteriorem inquiritur de intentione, & voluntate, de scientia aut ignorantia, de que alijs id genus, sed solus actus interior sine exteriori, nunquam cadit sub lege humana, optimè disserit Grego. Lupi in. l. 2. titu. 31. par. 7. in verbo no merefce pena. [ Septima conclusio, sola promissio absque fidei interpositione vel iuramento sufficit, vt impedimentũ contrahatur si adulterium interuenerit, Pet. de Palu. in. 4. distin. 34. q. 1. Summa Rossella in verbo impedimentum. 8. q. 2. Patavinus in apostolis ad Angel. in verbo matrimonium. 3. impedimẽto. 9. §. 1. Alfons. à Veracrucce in speculo. 1. par. arti. 35. dubio. 1. contra Ricardum distin. 35. arti. 3. & beatum Antoninum. 3;

part. ti. 1. q. 5. plura dubia inter infideles decidit Alfons. à Veracrucce. d. art. 35. & art. 36, sequenti tractat de eodem impedimento criminis, quando est dubium an fuerit legitimus coniux, quod tribus absolutis conclusionibus. [ Tertium crimen impediens, & dirimens matrimonium, est, si quis viuente prima & legitima vxore, de facto, quod aiunt, contrahit cum secunda, habetque accessum ad eam, non poterit post mortem primæ secundam habere in vxorem, si vterque sciebat priorem viuere. c. significasti. cap. cum haberet. cap. si quis vxore de eo qui dux. in mati. quam pollu. per adulte. diuus Antoninus. 3. par. tit. 1. ca. 5. Silueft. in verbo matrimonium. 8. q. 9. nu. 7. Sin autẽ secundam non cognouit, donec prima mortua fuit, poterit illam habere in vxorem, cum qua de facto cõtraxit, vt probat supplementum in. 4. dist. 35. q. 1. conclus. 10. c. relatum. 31. q. 1. glo. in. d. cap. si quis vxore, de eo qui duxit in mati. Paluda. in. 4. dist. 35. Angel. in verbo matrimonium. 3. impedimento. 9. §. 1. Quid si vxor ignorabat eum habere aliam vxorem? crederem sanè si ipsa maluerit, matrimoniũ valere, sin minus dirimi & separationem fieri, vt & voluit Ant. vbi supra, & Schotus distin. 35. q. vnica Alfons. à Veracrucce. d. art. 36. conclus. 5. qui conclusionẽ sequenti asseuerat nouũ exigi consensum hac in specie, aliàs non esse matrimonium quamuis ipsa ignorauerit adulterium aliam habere vxorem, ex Gersono in cõpendio Theologiæ. 2. par. & Schoto distin. 35. q. vnica & Ricardo eadem distin. 35. vide tamẽ Alfons. à Veracrucce. d. art. 36. vbi alias tradit conclusiones hac in tractatione. [ Vndecimum impedimentum procedit ratione vis, aut metus, quod impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. capit. cum locum de sponsal. Sed hoc intellige quoties metus illatus in cõtrahendo matrimonio caderet in constantem virum, nam talis metus irritum reddit & inualidum matrimonium tum naturali iure & diuino, tum etiam postiuo secundum Schotum in. 4. dist. 29. metus siquidẽ excludit tria bona matrimonij, nempe, fidem, prolem & sacramentum, vt optimè probat Alfons. à Vera cruce in speculo coniugio. 1. par. art. 8. conclus. 1. & 2. vbi explicat qui sit metus hæc excludens, quòd & latissimè discutit Couarrub. in epitome de sponsal. 2. par. cap. 3. §. 4. tex. regni nostri. in. l. 15. post medium tit. 2. par. 4. vbi & Greg. Lupi. Exempli loco: si quis timore mortis, vel stupri, vel carceris, vel verberũ, vel seruitutis, vel grauis infamiæ propriæ, vel suorum, vel amissionis status, vel maioris partis bonorum, vel aliã simili ex causa matrimonio consenserit, tale siquidem matrimonium est nullum ipso iure. d. cap. cum locum de sponsal. & c. veniens eod. tit. & in. c. significasti, de eo qui dux. in mati. gloss. in. cap. 2. de his que vi; latè Imol. in. cap. tuẽ de sponsal. Barba. consi. 54. num. 10. li. 1. hanc dicens communem idem attestatur Hierony. Grat. conf. 38. lib. 2. Paul. parif. conf. 58. nu. 56. & conf. 60. colu. 1. lib. 4. Aug. in summa in verbo matrimonium. 3. impedimento. 11. Alfons. à Vera cruce. d. art. 8. conclus. 1. & 2. Couarrub. in epito. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 5. numer. 1. Marti. Azpilcuc. in manuali confesso. cap. 22. nu. 50. & 51. [ Hec conclusio procedit etiam si contractus matrimonij metu factus sit iura-



iuramento firmatus, erit siquidem nullum matrimonium ipsi iurare, ut in capi. significasti extra de eo qui dux. in mati. quam pollu. per adulte. gloss. expressa in. d. cap. 2. de his quæ vi Couarrub. d. 5. num. 2. quin etiam absque vlla relaxatione poterit metum passus aliam ducere uxorem, propter libertatem consensus quæ in matrimonio ex eius natura a sui primordio exigitur, ut constat ex autoritatibus supra numero præcedenti citatis. Iuramentum autem fortitur naturam quæ a primordio inest actui, in quo interponitur, l. si. C. de non num. pecu. quod optimè probat Couarrub. d. ca. 3. §. 5. nu. 3. & 4. post Fortu. in. l. si vnus. §. paucius ne peteret num. 15. ff. de pact. peccat tamen qui matrimonium contrahit hac in specie ante absolutionem & relaxationem iuramenti, ut ibidem probat Couarrub. alia plurima circa materiam timoris & coactionis traduntur per Alfon. à Veracrucè in speculo coniugio. 1. par. art. 8. & 9. per Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. 4. 5. & 6. quæ breuitatis causa non examinò, sed ad eos lectorem relègo. [ Duodecimum impedimentum est impotentia, quod quidem impedit contrahendum, & dirimit contractum, de quo tractant theologii in. 4. sententiarum distinct. 34. quod resolu sequentibus conclusionibus. Sit itaque prima conclusio, impotentia naturalis ad actum generationis, cum ex parte viri, tum etiam foeminae præcedens matrimonium, illud fieri impedit, & contractum dirimit, hanc conclusionem probant diuus Thom. Ricard. & ceteri theologii in. 4. distinct. 34. diuus Anto. 3. part. summæ tituli. 1. cap. 12. §. 2. Viguellius in suis institutionibus theologi. cap. 16. §. 7. vers. 9. tex. in capi. accipisti & c. quod sedem & cap. ex literis de frigid. & malefi. l. 17. titu. 2. par. 4. Angel. in verbo matrimonium. 3. impedi. 16. §. 2. Marti. Azpil. in manuali confesso. cap. 22. nu. 59. Alfonf. à Veracrucè in specu. coniugio. 1. par. arti. 38. conclus. 1. Diximus impotentiam ad actum generationis esse impedimentum, quia si sit impotentia ad generationis effectum, non erit ex hoc impedimentum aliquod, solum enim requiritur potentia ad actum ad causandum impedimentum, quo fit ut senes rectè possint matrimonium contrahere, tamen si generare nequeant, modò possint actum coitus exercere: similiter steriles apte sunt ad matrimonium. licet effectum generationis careant, nam apte sunt ad actum. Idein in viro sterili statuitur, secundum glo. receptam in. cap. quod sedem de frigid. & malefi. & theologos in. 4. senten. distinct. 34. & alios supra citatos. [ Diximus etiam præcedens matrimonium, quia si impotentia sequatur matrimonium de presenti, nullatenus impedit, nec contractum matrimonium dirimit, siue consummatum fuerit, siue non, ut in. cap. de infideli extra de consangu. & affini. Aug. in verbo matrimonium. 3. impedimento. 16. §. 2. in prin. Panor. in. cap. ex literis de frigid. Ioan. de Turrecrema. in. c. quod autem. 33. q. 1. in solutione ad. 3. Paluda in. 4. distinct. 27. q. 3. Ricard. ibidem distinct. 24. q. 2. Ioan. Brunellus in tracta. de sponsal. conclus. 28. num. 21. vlti si quis post contractum matrimonium castraretur, non enim ob id esset à matrimonio solutus. c. hi qui matrimonium. 32. q. 7. Beatus Antoni. 3. par. titu. 1. c. 12. §. 2. quomodocumque enim impedimentum superueniat

contracto legitime matrimonio per verba de presenti, siue ante, siue post consummationem, nunquam dissoluitur matrimonium, ut ex præcatis autoribus expendit Alfonf. à Veracrucè in speculo coniugio. 1. part. arti. 38. conclus. 2. asseritque id probari per tex. in. cap. ex literis de frigid. & malefi. licet pro contraria sententia quodammodò vrgcat, rectè tamen expensus nostram probat conclusionem, ut ibi appendit gl. Cui sententia minimè oberit Gregorij. III. iunioris expressa decisio in. cap. quod proposuisti. 32. q. 7. à Graciano relata dicentis, propter infirmitatem foeminae superuenientem, qua debitum reddere impeditur, posse virum aliam ducere, quandoquidem sit falsa opinio, & contra doctrinam euangelicam, ut & Gracianus ibi aduertit. [ Secunda conclusio, si impotentia ad actum carnalem non fuerit perpetua, sed quæ arte medicorum curari possit, nullo modò impedit nec dirimit matrimonium, ut in. cap. laudabilem & cap. fraternitatis tue de frigid. & malefi. Scotus in. 4. distinct. 34. vbi ceteri theologii & iuriconsul. idem asseruerant non modò in impotentia, sed & in maleficio. Ex quo fit ut si quis contraxerit cum muliere arcta, cui tamen subueniri possit per incisionem sine periculo vitæ, teneat matrimonium, nec ob id dissolui potest, quandoquidem sit impotentia temporalis & curabilis, & ipsa nolente, dissolui minime poterit, quæ communis est sententia theologorum in. 4. distinct. 34. ut ibi Paluda. attestatur. q. 2. [ Tertia conclusio. Impotentia coeundi perpetua circa omnes reddit quem inabilem ad contrahendum, si tamen impotentia sit circa vnã personam tantum, erit talis inhabilis quo ad illam personam tantum, sed non quo ad alias, siue hoc sit ex parte viri, siue ex parte foeminae, siue ex parte vtriusque. Ex quo fit ut mulier nupta si non possit à viro cognosci per vsum proprium, nec per opus medicorum, ob idque celebrato diuortio. si ab alio cum quo secundo contraxit matrimonium carnaliter cognoscatur, non debet reddi primo viro, sed cohabitare cum secundo, quia impotentia perpetua etiam si cum vno sit perpetua & non cum alijs, impedit & dirimit matrimonium, sed hæc est perpetua, eò quod nullatenus potuit eidem carnaliter conuisceri per actum proprium, nec per opus medicorum, inualidum ergo fuit primum matrimonium, & valuit secundum, in quo cessauit impotentia prædicta, atque ideo secundum dissolui non potuit: hæc fuit sententia Petri Paluda. in. 4. distinct. 34. q. 2. idem voluit Siluest. in verbo diuortium. §. 19. diuus Antoni. 3. par. siue summæ tit. 1. cap. 12. cui non oberit tex. in. c. fraternitatis de frigid. & malefi. quia ibi, verè potuit cognosci à viro primo, ut constat ex verbis illius canonis: quia sententia per errorem, licet probabilem, nouimus esse latam, ut suffus insinuat Alfonf. à Veracrucè in speculo coniugio. 1. part. arti. 38. conclus. 5. [ Quarta conclusio, spado, vel senex qui possunt actum carnalem exercere & seminare, licet inualidè ad generationem, contrahere possunt matrimonium, non sic si semen nullo modo emittere possint, vel licet seminare possint non tamen in vase naturali, hanc sententiam tenuerunt Ricard. in. 4. distinct. 34. q. 1. arti. 2. & Paluda distinct. 27. & 34. ibique Scotus & ceteri, Viguellius in suis institutionibus theologi.

196 theologii. cap. 16. §. 7. vers. 9. Alfonf. à Veracrucè in speculo coniugio. 1. par. art. 38. conclus. 6. contra Panor. asserentem contrarium, eò quod credidit hanc impotentiam esse accidentalem, quod verum non est si nullo ingenio vel arte mederi possit. [ Quinta conclusio, Impotentes perpetua impotentia scienter contrahentes matrimonium, etiam si alter eorum sit impotens tantum, & vterque scierit impedimentum, matrimonium est nullum & separari poterit, sunt enim inhabiles ad contrahendum, quemadmodum affines vel consanguinei, qui contrahere non possunt, siue scierint, siue ignorauerint esse consanguineos, quia in habiles ad contrahendum matrimonium, etiam si scierint contraxerint, irritum est, & inualidum matrimonium, secundum Ricard. in. 4. senten. distinct. 34. q. 2. arti. 2. idem voluit Siluest. in verbo matrimonium. 8. q. 16. ad finem Innocen. in. cap. consultationi de frigid. & malefi. Marti. ab Azpil. in manuali confesso. cap. 22. num. 60. Alfonf. à Veracrucè in speculo coniugio. 1. part. arti. 38. conclus. 7. quorum opinio mihi applaudit contra Palud. in. 4. distinct. 34. q. 2. conclus. 3. & Celain. distinct. 34. q. 1. & diuum Antoninum. 3. par. titu. 1. cap. 12. §. 3. & Siluestrum sibi contrarium in verbo matrimonium. 8. q. 16. §. 2. Angel. in verbo matrimonium. 3. impedimento. 16. §. 2. infine, qui fundamentum capiunt ex tex. in. cap. consultationi de frigid. vbi impotentes contraxerunt, & petens alter eorum diuortium dixit textus, quod licet incredibile videatur quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium, Romana tamen ecclesia consuevit in consimilibus iudicare, ut quas tanquam uxores habere non possunt, habeant ut sorores. Sed ad eum tex. respondet Alfonf. à Veracrucè quod procedat ex consilio, non ex præcepto, ut maneant velut sorores, non tamen decidit text. ille, hoc esse matrimonium, imo contrarium, ut constat ex illis verbis, ut quas tanquam uxores habere non possunt, ita intelligit tex. illum glo. ibidem, & Hostien. asserit hoc permitti, quandiu honestè & castè vixerint, idem voluit Hosti. in summa de frigidis. §. 3. vers. hæc autè omnia. Durum autem esset, potentem qui etiam scienter cum impotente contraxerit, cogi ut in peccato cum ea maneat, ideo dicunt ibi Innocen. & docto. quod si potens cum secunda contra xerit. tenet secundum matrimonium, ut attestatur Ioan. Brunellus in tracta. de sponsa. 28. conclus. num. 19. & 20. [ Sexta conclusio, diuortio facto ob foeminae arctationem, si carnaliter à secundo viro cognoscatur, restituenda erit primo viro, nisi ex vtriusque viri inspectione constiterit, priorem minimè potuisse eam cognoscere, absque maximo mulieris periculo, etiam si adhuc eum ea permansisset, aut propter membri magnitudinem aut aliam deformatam, hac siquidem inspectione constiterit perpetuum fuisse impedimentum, quapropter non cogitur redire ad primum virum, ut in. cap. fraternitatis de frigid. vbi Panor. hoc notat. col. 3. l. 3. titu. 8. par. 4. vbi id asserit Greg. Lupi. dicens id esse de mente theologorum, prout ante eum dixerat Siluest. in verbo diuortium vers. 19. idem sentit Alfonf. à Veracrucè in speculo coniugio. 1. part. arti. 38. conclus. 8. inf. vbi ex hoc infert, quod mulier quæ de presenti contraxit matrimonium si ex sententia

medicorum sine mortis periculo parere non possit, ipsa petente, matrimonium est dissoluendum, sed si postea aliunde pepererit, primo viro esse restituendam: attestaturque hunc casum in nostra Hispania euenisse, [ Septima conclusio, mulier quæ seminare non potest, si cum viro contrahat qui semen potest emittere, tenet matrimonium, nec dissolui potest: quandoquidem ex communi medicorum sententia, ad generationem sufficit semen viri, etiam si mulieris semen non cõcurrat, ut ex Aristotele & alijs probat diuus Tho. 3. par. q. 32. arti. 4. consequitur ergo, ut quamuis ipsa seminare non valeat, impedimentum nullum sit, quominus matrimonium valeat, secus tamen esse, si vir semen emittere non posset, vxor autem posset, quia generatio sine viri femine esse non posset, ex sententia diui Thomæ in. 4. distinct. 34. q. 2. artic. 6. idem probat Alfonf. à Veracrucè in speculo. 1. par. art. 38. conclus. 9. [ Octaua conclusio, impuberes contrahentes matrimonium ante tempus quo liceat generare, etiam si vsum habeant rationis, possunt pubertate adueniente ab eo contractu discedere, fuit siquidem matrimonium nullum propter defectum potentia, quia actum exercere ad quem conuenerunt, non potuerunt, quod impedimentum est de iure positiuo, non naturali vel diuino, quia impotentia non erat perpetua sed temporalis. cap. attestations de desponsa, impub. Viguellius in institutio. theologi. cap. 16. §. 7. verb. nono. & communis schola theologorum teste Alfonf. à Veracrucè in speculo coniugio. 1. part. arti. 39. conclus. 1. & artic. 38. infine, ex quo ipse infert, quod si qui ex istis naturalibus habentes vsum rationis, ante tempus quo possent conuenire propter defectum ætatis, contraxerint matrimonium, erit verum matrimonium, ut Tirac. probat lege. 6. connubiali num. 26. Sed tamen existimat ipse Alfonf. à Veracrucè apud huius noui orbis incolas ante esse ætatem ad generandum, quam ad de liberandum, ut experimento constat, quod verissimum est. [ Nona conclusio, impuberes, iure positiuo contrahere matrimonium non possunt, etiam si alter eorum sit pubes, nisi necessitate vrgente, cap. vbi non est consensus, extra de desponsa. impub. nepostquam ad ætatem venerint perfectam, matrimonium dissoluatur, quod fieri potest, imo hodie iuxta Conciliū Tridentinum idem fieri posse, etiam si adueniente pubertate copula carnalis sequatur, probaui latissimè supra eo. num. 51. 52. & 53. Puberes dicuntur qui generare possunt, impuberes ex contrario qui non possunt, ut in cap. puberes de desponsa. impub. quod ecclesia catholica declarauit, in viro ætatem nubilem esse quatuordecim annorum, & in foemina duodecim, quia ut plurimum eius ætatis vir generare, foemina concipere possunt, secundum Aristot. lib. 5. animalium. cap. 14. & l. 7. cap. 1. Macrobius lib. 1. de somnio scipionis. cap. 6. & lib. 7. saturnalium. cap. 7. [ Decima conclusio, in impedimento maleficij. Dæmon est tantæ potestatis, ut Deo permittente, hominem impedire possit ab omnibus operationibus suis exterioribus, habet namque, ex eo quod spiritus est, potestatem supra creaturam corporalem, ad motum localem prohibendum, vel faciendum, ipsa creatura inuita, & sic impedire potest ne duo iungantur directè, vel indirectè, corpore aut quo



quo formato, in medio eorum interposito, secundum beatum Thomam. 1. 1. quæst. 110. articulo. 2. & 4. sicut accidit sponso qui sibi Idolum desponsauerat, & nihilominus contraxit cum quadam iuuenula, nec propter hoc potuit eam cognoscere, unde potest Dico. ipse, Deo permittente, se interponere aliquo corpore formato, ne vir possit propriam uxorem cognoscere, vel potest facere ut vir ipse, etiam si velit, non moueatur ad illud: secundum eundem Thomam. 1. 1. q. 1. 1. arti. 4. Astenf. lib. 4. tit. 29. Petr. de Palude in. 4. dist. 34. q. 2. articulo. 3. & 4. Ioan. Brunellum de sponsal. conclus. 28. numer. 5. & 6. Alfons. à Veracruce in speculo coniugio. 1. part. arti. 40. in prin. optime per Maleum Maleficarum part. 1. cap. 8. Potest etiam interius inflamare ad actum, mouendo humores, & potest refrigerare ab actu illo, adhibendo virtutes rerum occultas; quas ipse nouit validas. Potest etiam hoc facere mouendo vel turbando imaginationem viri circa mulierem, qua reddat ipsam exosam viro suo, ita ut nunquam ad eam accedat. Item potest contingere quod impediatur prohibendo missionem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias feminis, ne ad vasa generationis descendat, vel si descenderit, ne recedat, vel ne excidatur, & sic impediatur actus generationis per huiusmodi maleficium, de quo vide Paluda, in. 4. dist. 34. q. 2. arti. 3. & doctores supracitatos, maxime Maleum Maleficarum. 1. part. q. 8. & 9. Differunt frigidus & maleficiatus; quia frigidus nequit mouere virgam, maleficus autem mouet & erigit, perficere autem coitum non potest secundum hosti. in summa de frigid. & malef. Male. Malefica. 1. part. q. 8. §. incidentaliter colum. 2. ¶ Undecima conclusio, maleficium si perpetuum sit, & matrimonium præcedat, impedit contrahendum & dirimit iam contractum. cap. si per fortia. 33. q. 2. cap. vlti. de frigi. & malef. 1. §. titu. 8. par. 4. nã vtraque impotentia naturalis vel accidentalis, si sit perpetua, & contractum matrimonij præcedens, producit impedimentum hoc, vt ex theologis dist. 34. & alijs superius citatis expeditur. ¶ Duodecima conclusio, cognoscendum vtrum maleficium sit perpetuum necne, sufficit si triennio simul habitauerint, nec matrimonium consummare potuerunt, vt in. cap. laudabilem de frigi. & malef. Schotus in. 4. dist. 34. Imò quoties ante triennium apparuerit per signa aliqua maleficiū esse perpetuum, erit ante, dissolendum matrimonium, vt ibi patet in Male. Maleficarum. 1. par. q. 8. in fine, vt si forte ante iudicis monitionem per triennium vel aliud longius tempus cohabitauerint, & fornicia per inspectionem matronarum vel obstetricum virgo inuenta fuerit, tunc siue naturale fuerit impedimentum, siue accidentale, perpetuum præsumitur; nec opus erit alio cohabitare triennio, ex sententia Vincentij Abbat. antiqui & Innocen. in. cap. vlti. de frigid. quos ibi Panor. sequitur, quorum sententia verior est, quidquid contra eam dixerint Hosti. & Ioan. And. ibidem & idem Hosti. in summa de frigid. §. qualiter versic. sed si vir, quos sequitur Ioan. Brunel. de sponsal. conclus. 28. numer. 14. priorem sententiam tenuit. Greg. Lupi in. 1. §. in verbo [dar plazo de tres años] tit. 8. part. 4. & hic est modus vnus probandi impotentiam

alius est per inspectionem obstetricum, alius per iuramentum proprium cum assertionem septem virorum aut mulierum propinquorum, vel vicinorum, si propinqui desint, vt constat ex. capit. fraternitatis vbi 204 Abb. & docto. de frigi. & ex. 1. §. titu. 8. part. 4. [ Sed an indubio præsumatur maleficiū præcessisse, an post matrimonium fuisse subsequutum? & glo. in summa. 33. q. 1. dicit præsumi subsequutum maleficium, eo quod pro matrimonio sit in dubio iudicandum, vt in cap. licet ex quadam de testib. contrarium voluit Panor. in. d. cap. fraternitatis de frigi. 2. colu. versic. sed est dubium, Ricard. in. 4. senten. dist. 34. Angel. in verbo matrimonium. 3. impedimento. 16. in fi. qui attestatur doctores inclinari magis huic sententia, quibus adhæret Alfons. à Veracruce in speculo coniugi. 1. par. arti. 40. concl. 3. & Greg. Lupi in. 1. §. tit. 8. part. 4. in verbo [de tal embargo] Ant. de But. & ceteri frequentius in. cap. vlti. de frigid. Ioan. Brunel. in tracta. de sponsa. 28. conclus. num. 21. qui respondet ad text. in. d. cap. licet ex quadam de testib. vt tunc pro matrimonio præsumatur, quoties matrimonium sortiri potest effectum et finem suum, nempe euitationem fornicationis, & procreationem prolis, quod hac in specie non obtinet propter impotentiam coeundi, & hanc dicunt singulari limitationem ad dictum caput licet ex quadam, vt tunc pro matrimonio præsumatur quando matrimonium consequi potest finem suum prolis procreandæ, vel fornicationis euitandæ, secus 205 si finem hunc consequi non possit. ¶ Decima conclusio, vbi maleficium non egreditur personam alicuius nihil est quod obstet matrimonio cum alio contracto, quando quidem in eo cesset huiusmodi impedimentum Alfons. à Veracruce. d. arti. 40. in fi. l. vlti. & ibi Greg. Lupi in glo. vlti. tit. 8. par. 4. ¶ Decima quarta conclusio, furor vel amentia in eo qui non habet dilucida interualla, si matrimonium præcedat, impedit contrahi matrimonium & dirimit contractum, quoniam in furore vel perpetua amentia deficit consensus ad matrimonium requisitus, secus si furor post matrimonium eueniat, auctore beato Thoma in. 4. senten. dist. 34. arti. 4. & ibi omnes theologo cum sequuntur, teste Alfons. à Veracruce in speculo. 1. par. art. 41. conclusio. 1. qui adducit exemplum ducis Methinæ Sydoniæ. c. nec furiosus. 32. q. 7. c. dilectus de sponsa. l. 6. titu. 2. in fi. par. 4. Amens, verò qui omnino non caret vsu rationis, bene poterit contrahere, vt probat notabiliter Socin. consi. 47. lib. 3. versic. capio secundam difficultatem, Greg. Lupi in. d. l. 6. in glo. vlti. titu. 2. part. 4. 207 ¶ Decima quinta conclusio, furiosus vel amens habes lucida interualla, potest in eis matrimonium contrahere, quia eo in tempore non deficit consensus, Alfons. à Veracruce. d. spec. 1. par. art. 41. concl. 2. l. 6. tit. 2. par. 4. in fine 208 ¶ Decima sexta conclusio, si quis eo tempore quo ebrius est matrimonium contrahat, non valet matrimonium, nisi tempore sanæ mentis denuo contraxerit, vt Alfons. à Veracruce probat. d. arti. 41. conclusio. 4. Quod potissimum procedit & sine dubio iuxta Concilium Tridentinum, sessione. 24. decreto de reformatione matrimonij. cap. 1. de quo latius dixi sup. eod. nu. 33. & sequentibus, quod plurimum conducit ad ea matrimonia que tempore infidelitatis, huius noui orbis in

incola contraxerunt, quippe qui soleant inebriari persepe cum uxores ducunt, atque ideo eas quotidie relinquunt, quod procedit etiam si interior consensus præcesserit. Nam & is non sufficit, si eo tempore quo ebrius erat, verbis consensus declarauit, nã ad perfectionem matrimonij consensus deliberatus exigitur, declaratus verbis vel signis, vt fuisse probauimus supra. num. 17. & pluribus sequentibus. ¶ Decimum tertium impedimentum est ligaminis, quoties quis matrimonio ligatus aliam viua priore duxerit de quo dicemus infra eo. l. 5. & sequ. Decimum quartum impedimentum est, si quis clandestinè contraxerit non seruata solemnitate Concilij Tridentini, impedit siquidem contrahendum & dirimit contractum, vt latius dixi supra eo, num. 33. & pluribus sequen. & dicam aliquod infra eod. l. 1.

LEY PRIMERA.

¶ La pena de los que contraen matrimonios clandestinos, y como por esta causa los padres pueden desheredar los hijos.

¶ Don Fernando, y doña Ysabel, en las leyes de Toro año de 1505. ley. 49. y don Philippe. II. en las cortes de Madrid de 1563. Cap. 58.

¶ Mandamos que el que contraxere matrimonio que la yglesia tuuere por clãdestino con alguna muger, que por el mesmo hecho el y los que en ello interuinieren, y los que del tal matrimonio fueren testigos incurran en perdimiẽto de todos sus bienes, y sean aplicados a nuestra camara e fisco, y sean desterrados de estos nuestros Reynos, en los quales no entren a pena de muerte, y que esta sea justa causa para que el padre y la madre puedan desheredar si quisieren a sus hijos o hijas, que el tal matrimonio contraxeren, en lo qual otro ninguno no pueda acusar si no el padre, y la madre, muerto el padre.

GLOS. I.

- 1 Matrimonium bifariam contingit esse clandestinum vel quia sine testibus, vel sine bannuis. Matrimonium sine bannuis seu denunciationibus an contrahi possit? ibidem.
- Publicè fieri dicitur quod fit scieribus vicinis. ibidem?
- 2 Matrimonij contractus clandestinus inducit iure naturali & canonico peccatum.

- 1 Clandestine contrahens ob non seruata solemnitate an peccet? ibidem.
- 2 Clandestini matrimonij vsus est peccatum mortale, ibidem.
- 3 Clandestina matrimonia contrahentes quibus casibus non peccent mortaliter. Clandestine contrahentes in casu licito, an debeant de nouo consensum exprimere coniugalem coram parrocho & testibus iuxta Concilium Tridentinum. ibidem.
- 4 Clandestinum matrimonium quamuis iure pontificio prohibebatur, contractum tamen valebat, & ratum erat, nu. 4. quod & declarat Concilium Tridentinum.
- 5 Clandestina matrimonia que absque presentia parrochi & duorum vel trium testium sunt, sunt irrita & nulla, iuxta Concilium Tridentinum. Clandestinum matrimonium etiam si decem testibus probetur, non impedit valere secundum coram parrocho & duobus testibus celebratum, iuxta concilium tridentinum. ibidem. Clandestinum matrimonium dicitur iuxta concilium tridentinum, quod absque parrochi & duorum testium presentia fuerit celebratum, ibidem.

¶ Clandestino, matrimonium bifariam contingit esse clandestinum, primum, idque maxime proprie, quando fit sine testibus legitimis per quos in foro ecclesie possit comprobari, etiam si per verba de presenti fiat cap. 2. de cland. despons. l. 1. titu. 3. par. 4. secundo, tamen si non tam proprie, quando licet testes interfuerint, de fuerit tamẽ bannua, hoc est, proclamationes & denunciationes que iure debebant in ecclesia præcedere. cap. cum inhibito de clan. despons. l. 1. titu. 3. part. 4. magister sententiarum in. 4. dist. 28. capi. 2. & ibi omnes theologo & denuo Domi. à Soto. q. 1. colu. 1. & Alfons. à Veracruce in speculo coniugio. 1. part. arti. 10. in prin. sed in hac vltima specie satis est secundum aliquos, publicè contrahi in conspectu maioris partis vicinæ, seu vicinis ipsis scientibus, quamuis bannua non præcedant, de quibus in. cap. cum inhibito de cland. desponsa. & ibidem asseruit Panor. nu. 9. & ceteri interpretes teste Anto. Gómez in. l. 49. Tauri. numer. 1. & Ioan. Lupi Segouien. in tracta. de matrimonio. 2. par. prin. num. 10. Siluest. in verbo matrimonium. 2. in fi. & Alfons. à Veracruce. d. arti. 10. pen. colum. versic. considerandum, quam opinionem moribus esse receptam, asseruit Paluda. in. 4. distinct. 28. q. 2. art. 3. conclusio. 3. id enim quod fit scientibus vicinis publicè fieri dicitur, notat Ioan. Lupi in. cap. per vestras. 3. notab. §. 21. nu. 14. de dona. int. vi. & vxo. Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. cap. 6. numer. 10. Ioan. maior. in. 4. dist. 27. q. 1. Marti. ab Azpil. in manuali confesso. cap. 22. num. 68. ¶ Matrimonium autẽ contrahere sine testibus, ratione incommodorum subsequendum, & prohibitionis ecclesie est peccatum mortale

mortale: quandoquidem si ob defectum probationis aliud contrahitur matrimonium, impeditur finis eius, hoc est educatio liberorum, & operum communicatio. Quare & iure naturali & diuino peccatur lethaler, Siue in verbo matrimonium. 2. §. 17. Hugo. 2. de sacrament. part. ii. cap. 5. probat tex. in. cap. 1. 30. q. 5. vbi hec clandestina matrimonia, adulteria ait potius esse nuncupanda, & Colonienſe concilium tract. de matrimonio. cap. incip. de tribus, & cap. verbum itaque. l. vlti. tit. 3. par. 4. diuus Antonin. 3. par. titu. 21. cap. 3. Couarrub. in epito. de sponsali. 2. par. cap. 6. nume. 7. Alfonſ. à Veracruce in ſpecu. coniug. 1. part. artic. 10. conſul. 1. & 2. Domi. à Soto poſt alios theologos in 4. ſentent. diſt. 28. q. 1. artic. 2. conſul. 2. ex quo inferit Alfonſ. vbi ſupra, quòd infideles clandestinè contrahentes peccabant mortaliter, de quo ipſemet Alfonſ. Latius art. 11. cõtrahere etiã clandestinè ſecũdo modo corã teſtibus, nõ ſeruata iuris ſolẽnitãte, eſt ſimiliter peccatum mortale, vt probat idẽ Alfonſ. art. 10. conſul. 3. Marti. ab Azpil. in manuali conſ. c. 22. nu. 70. quini- mo & vſus matrimonij clandestini eſt peccatum mortale, eſtque in ſtatu dãnationis qui ſic cõtraxit, donec publicè contraxerit, vt probat optimè Caieta. tom. 2. q. 1. & in ſumma in verbo matrimonialis vſus peccata Alfonſ. d. art. 10. ad finem. ¶ Quandoq; tamẽ non peccant mortaliter clandestinè cõtrahentes, veluti, ſi virgo ſub tutela iniqui tutoris conſtituta clandestinè contrahat, ne tutor eam viro ignobili & indigno tradat in vxorẽ, ex ſententia Caietani. 2. tomo opuſculo rum. q. 2. de vſu matrimonij Enri. in. c. fi. in ſi. de clã deſt. de ſpon. Couarr. d. c. 6. nu. 8. Azpil. d. c. 22. nu. 69. & Alfonſ. à Veracr. vbi ſupra, Domi. à Soto in. 4. ſen. diſt. 28. q. 1. ar. 2. cõclu. 3. vbi addit alia tria exẽpla. Pri- mũ quãdo matrimoniũ in facie eccleſiã celebratũ eſt, quod tamẽ nullũ fuit propter impedimentum, nã im- petrata à ſummo põtifice diſpẽſatione, nõ debet ma- trimonium iterũ publicè contrahi, ſed ſufficit nouo præſtito conſenſu clam cõtrahi, ad cuitandum ſcãda- lũ, immo ſi alter impedimẽtũ nouit, nõ oportet id alte- ri reuelare, ſed diſſimulanter perſuadere, vt ſe habeat pro coniuge, vel vt ait Caieta. queſito. 2. de matrimo. ſuper. 3. par. ſi repẽtinus caſus rationem offerret con- trahendi, & teſtes haberi non poſſent, vt in inuaſione & direptione ciuitatis, ſi ratione coniugij ſeruari ali- qui poſſent incolumes, qui ſoluti nõ valerent, poſſent namque ſubito cõtrahere, cõſummareq; matrimoniũ, vel ſi concubinarij iter facerent, ob incidens pericu- lũ, poſſent clam matrimoniũ cõtrahere, affirmando ſe eſſe coniuges. Vel ſi ſolis exiſtẽtibus valde expediret cõiugium, & timerent ab alijs impediri ne contrahe- re poſſint, nã ſi ſecreto cõſenſum præſtarent coniuga- lẽ, animo poſt modũ publicandi, nullam mortale cul- pã contraherent in prædictis caſibus, ſecundũ autho- thores præcitatos. Nec proprie hoc dicitur clãdeſtinũ matrimoniũ, authore Ambroſio Catherino cõtra Ca- ieta. lib. 5. ſed iuxta Cõciliũ Tridẽtinũ denuo deberet præſtari cõſenſus corã parocho & teſtibus, aliã non valeret matrimoniũ, vt dixi in gl. rub. nu. 33. & ſeq. & nu. 62. & 63. ¶ Et licet matrimoniũ clãdeſtinũ iure natu- rali & põtificio prohibeatur, vt ſupradiximus nu. 2. contractũ tamẽ valeat iure canonico, c. ſufficiat. 27. q.

2. c. nec illud. 30. q. 5. c. i. vbi Abb. & ceteri interpretes de clã. deſp. Colonienſe Cõciliũ de matrimonio Tho- mas in. 4. diſt. 28. ar. 3. vbi Domi. à Soto. q. 1. ar. 1. con- cluſ. 2. & ceteri theolog. l. ſi. ti. 3. par. 4. Deci. conſ. 163. & cõf. 231. nu. 6. Prepoſ. poſt alios in rub. de clã. de ſponſ. Couarru. in epi. de ſpõſ. 2. par. c. 6. nu. 7. Alfonſ. à Veracru. in ſpeculo cõiugio. 1. par. artic. 10. in prin. ¶ Quin & per ſacrũ Tridẽtinũ conciliũ ſeſſio. 24. in decreto de reformatione matrimonij. c. 1. decretũ fuit clãdeſtina matrimonia, libero cõtrahentiũ cõſenſu fa- cta, rata, & vera eſſe matrimonia, quãdiu eccleſia ea irrita non fecit: & proinde iure dãnandos eſſe illos, vt eos ſancta ſynodus anathemate dãnãt, qui ea vera, ac rata eſſe negant, quiq; falſo affirmãt, matrimonia à filiſfamĩ, ſine cõſenſu parentũ cõtracta irrita eſſe, & parẽtes ea rata vel irrita facere poſſe, nihilominus ſancta Dei eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper de- teſtata eſt, atq; prohibuit. Et tandẽ conciliũ ipſum tridẽtinũ huiuſmodi matrimonia clãdeſtina fieri pro- hibuit, ibi. *Et qui aliter quã præſente parocho et duobus vel tribus teſtibus matrimoniũ cõtrahere attentabunt, ad ſic contrahendũ omnino inhabiles reddidit: & huiuſmodi cõtractus irritos & nullos eſſe decernit, & irritos facit & annullat.* Quẽ decifio plurima incommoda, rixas & contentiones reſecat, vt fuiſſe probaui in glo. rub. huius nu. 33. & pluribus ſequẽtibus. Nec admirationẽ nobis deinceps afferet egregia decifio Vicẽtij ab om- nibus celebrata in. c. 2. de clã. de ſponſa. dicentis ma- trimoniũ ſecundũ publicè contractũ præferri primò clãdeſtinè cõtracto, quamuis vno integerrimo probe- tur teſte & fama, ſi ſecundum duobus probetur teſti- bus, tamẽſi aliã vnus teſtis & fama integrè probet, quã ſentẽtiã pluribus ornat authoritatibus Couarru. d. c. 6. nu. 11. nam ſi primũ clãdeſtinè contractũ ma- trimoniũ non valuit propter inhabilitatem ſic cõtra- hentiũ, nimirum ſi ſecundum valeat legitimè coram parocho & teſtibus cõtractũ, quod procedit licet pri- mũ decẽ teſtibus probetur. Quandoquidẽ per dictum conciliũ, clãdeſtinũ dicitur matrimoniũ, quod aliter quã præſente parocho vel alio ſacerdote de ipſius vel ordinarij licencia & duobus vel tribus teſtibus fuerit contractum, & conſequenter nullum & irritum, vt la- tius adnotauimus in glo. huius rubricã numero, 33. & pluribus ſequẽtibus.

G L O S. I I.

- 1 Ipſo factõ, denotat canonem lata ſententia.
- 2 Verbum incurrat an denotet canonem lata ſententia?
- 3 Ipſo iure cuius quid fit, quadraginta effectus enume- rantur.
- 4 Ipſo iure cũ pœna imponitur, an requiratur ſentẽtia? Appellari an poſſit à ſentẽtia declaratoria criminis, pro quo imponitur pœna ipſo iure: ibidem.

b Por el meſmo hecho. nota ex lege iſta pœnam confiſca- tionis bonorum in ea contentam, contrahentibus clãdeſtinũ matrimoniũ & teſtibus ipſo iure eſſe impoſitam, vt Did. Caſtelli adnotauit in. l. 49. Tauri

vnde hæc deducta fuit, in gloſſ. in verbo. [el miſmo hecho,] probatur ex verbo ipſo factõ, quod denotat latam ſententiam, iuxta gloſſ. in. capit. 2. in verbo ip- ſo factõ, ne cleric. vel monac. libro. 6. & in Clemen. attendentes in gloſſ. vltim. de ſtatu monacho. & vo- luit Archid. in. capit. 1. in prin. in verbo ipſo iure de reſcrip. libro. 6. & in. capit. vbi periculum. §. nulli in verbo incurrat de electio, eodem libro & in. capit. 1. & ibi domi. in. §. ſacri per illum text. de homicid. libro. 6. Zambarella in extrauagan. Ioann. 22. incip. dudum. §. illud in verbo ipſo factõ de pœn. Ioan. And. in. capit. in pœnis colum. penult. de regu. iuris libro. 6. Bart. in. l. 1. ff. de his qui not. inſa. Bald. in. l. rubemus nulli. §. ſane numero. 2. C. de ſacro- ſancti. eccleſi. & in. l. 2. C. de ſecund. nupti. Corne. conſil. 165. libr. 2. Deci. allegans concordantes con- ſil. 138. in prin. & conſil. 187. numero. 4. & in. capit. irreprãhenſibilis de appell. Tiraquell. plures citans, concordant. in. repet. l. ſi vnquam in verbo reuertatur numero. 19. C. de reuocand. dona. ¶ Probatur etiam ex verbo incurrat in hac lege poſito quod præ- fertur latam ſententiam, atque ipſo iure pœnam im- poſitam abſque alia ſententia, vt voluit glo. in. capit. vltim. verſic. pars verò in verbo incurrat de offic. delega. in. 5. & gloſſ. in. capit. eos de ſenten. excom. dum inter caſus excommunicationis lata ſenten- tia enumerat caſum capit. 1. de relig. domi. eodem libro & capit. 1. de iniur. eodem libro quã eo verbo vtuntur, nec aliud addunt quod ſignificet latam ſen- tentiam, & Clement. 1. in verbo, incurrat & ibi, Paul. de Leaz. Lanfranc. Imol. & Cardina. Florent. in. 27. quaſt. de vſur. gloſſ. in. Clement. 1. in verbo ex- communicationis de ſenten. excomm. dum inter canones lata ſententia allegat Clement. 1. de decim. & d. Clementi. 1. de vſur. quã eo verbo vtuntur ſine adiectione diſtinctionis lata ſententia, & voluit idem Corne. conſil. 89. numero. 1. libro. 3. eſtque commu- nis & recepta ſententia teſte Tiraquello in. repe. l. ſi vnquam in verbo reuertatur numero. 121. & 122. C. de reuocand. dona. quamuis contrarium voluerit Ioann. Franc. Pauinẽn. in extrauagan. vas electio- nis in verbo incurſurum de cenſi. dicens verbum in- currat ſolum, abſque verbo ipſo factõ, non importare canonem lata ſententia, idem voluit Domi. in. capit. vltim. §. pars verò de offi. delega. libr. 6. Ioann. Andr. & Panormita. 1. notab. in. capit. clerici in verbo incurrant de cleric. excom. miniſtran. ſed ni- hilominus crebrior eſt ſententia contraria, & licet velis huic vltimã adharere, in caſu tamen legis no- ſtrã ſunt verba ipſo factõ incurrat, quã iur. etiã de- notare canonem lata ſententia nulli dubium eſt. ¶ Plures effectus ſequuntur ex eo quod fit ipſo iu- re. Primò quòd ſtatim debentur fructus ſine alia petitione aut litis conteſtatione. Secundò quòd pœ- na afficit delinquentem quantumlibet occultum. Tertio quòd tranſit aduerſus hæredes, licet aliã nõ tranſiret. Quarto quòd tranſit ad hæredes, quam- uis aliã non tranſiret. Quintò cum pœna imponi- tur ipſo iure, conſtitutio non extenditur licet aliã ex- tenderetur. Sextò cum quid ipſo iure fit non eſt loci pœnitentiã nec variare licet. Septimò, non

admittitur morã purgatio, vbi aliã admitteretur. Octauò, cum pœna ipſo iure imponitur non mitius agetur cum ciuilitè agitur, quã cum criminaliter, licet aliã ſecus. Nonò, ipſo iure cum quid non va- let, nec renunciatio quoque valet, aliã ſecus. Deci- mò, ipſo iure reſcripta, reuocata, annũla, confiſcata ue alienari nõ poſſunt, nec de his teſtari poſſumus. Vn- decimò, ipſo iure cum infamia irrogatur, etiam ex la- ta culpa incurritur, ſecus ſi per ſententiam. Duode- cimo, ipſo iure cum pœna imponitur, non punitur conatus, vt delictum. Decimotertio, ipſo iure cum quis priuatur beneficio, id poſſet alteri, illo non ci- tato & ſine ſententia conferri. Decimoquarto, ipſo iure cum actio tollitur, iudex ex officio poſſet, imò debet repellere agentem. Decimoquinto, ipſo iu- re qui compenſat, ſi ſoluit, poſſet repetere, aliã ſe- cus. Decimosexto, ipſo iure cum pœna imponitur debetur, etiam ſi conſtitutio non fuerit recepta aut approbata. Decimoſeptimo, quod deſicit ipſo iure accreſcit, aliã ſecus. Decimoſtauo, cum pœna im- ponitur ipſo iure, inſpicitur opinio delinquentis ma- gis quã veritas, vt pœna cuitetur. Decimonono ipſo iure priuatus impeditur agere, & poſſet ſubmo- ueri exceptione excluſiua iuris agentis, aliã ſecus. Vigefimo, ipſo iure priuato non debent debitores ſoluere, nec ſi id faciunt liberantur, ſecus ſi non ipſo iure. Vigefimoprimo, priuato ipſo iure poſſunt ſub- diti obedientiam ſubtrahere, ſecus ſi non ipſo iure. Vigefimofecundo, pœna cum imponitur ipſo iure omiſſioni vel negligentia ſine die, requiritur moni- tio, aliã ſecus. Vigefimotertio, pœna cum imponi- tur ipſo iure non poſſet epifcopus diſpenſare. Vi- gefimoquarto, lex poſſet dominium & poſſeſſio- nem tranſerre ipſo iure, & non homo. Vigefimo- quinto, ipſo iure, cum pœna imponitur, non admit- titur procurator. Vigefimofexto, actus nullus ipſo iure non firmatur iuramento. Vigefimofeptimo, cum ſententia eſt ipſo iure nulla, poſſet iudex iterum de cauſa cognoscere & pronunciare. Vigefimooctauo, electio ſi eſt ipſo iure nulla, publicato ſcrutinio po- ſſunt electores variare, & iterum eligere. Vigefimo- nono, quod eſt nullum ipſo iure non facit indicium, vt ſi teſtis, cuius teſtimonium ipſo iure nullum eſt, fuerit interrogatus nullum faciet indicium, ſecus ſi ipſo iure non repellitur. Trigefimo, inſanis ipſo iu- re, ſtatim teſtari non poterit. Trigefimoprimo, teſta- mentum ipſo iure reuocatum per ſecundum, non re- uocatur ſecundo caſato, ſecus ſi non iure fit reuoca- tum. Trigefimofecundo, cum aliquid fit ipſo iure, dominium tranſit abſque traditione, non poſſeſſio. Trigefimotertio, ipſo iure cum tranſfertur domi- nium, præfertur is qui id habet alij cui prius tradi- ta fuit poſſeſſio. Trigefimoquarto, cum quid ipſo iure non valet, poterit quis venire contra factum ſuum. Trigefimo quinto, ipſo iure quid fieri ple- nius eſt, quam per ſententiam. Trigefimosexto de- ſenſio tollens ipſo iure actionem admittitur ſtante ſtatu præcipiente nullam exceptionem admitti. Trigefimofeptimo, priuatus ipſo iure notariatu, non poſſet eum deinceps exercere. Trigefimooctauo, quod ipſo iure nullum eſt, non ratificatur, nec confir- matur

maturo a motu impedimento. Trigesimo nono, quod ipso iure nullum est, non præstat titulum præscribendi, hæc omnia late discutit & probat Tiraquell, in rep. l. si vnuquam in verbo reuertatur à numero. 219. vsque ad numerum. 332. Quadragesimo, in pœnis ipso iure impositis non agitur mitius cum confesso, nec securius cum conuictio, Tiraquell. de pœnis tem perandis causa. 30. numero. 14. per. l. quod seruo. §. 1. & ibi Bart. ff. de pecul. lega. [ Solet tamen contro uerti quando pœna imponitur ipso iure an requiratur sententia, vt ad executionem pœnæ procedi possit, & quidam censent, nullam requiri sententiam, etiam declaratoriam quos refert Tiraquell. in. d. verbo reuertatur numero. 317. sed ipse Tiraquell. numero sequenti refert alios potiores quidem & numero & autoritate, qui in contraria sunt sententia, nempe, quod licet non requiratur sententia, quæ irroget eam pœnam, requiritur tamen sententia declaratoria criminis commissi vel conuicti, propter quod pœna ipso iure irrogata est, per text. in. l. eius qui delatorem vbi id Bart. notat. ff. de iure fisci & in capit. cum secundum leges. §. confiscationis vbi Ioann. Andr. & alij de hæreti. libr. 6. Alexand. & recentiores in. l. si quis maior. C. de transf. Felin. late in capit. Rodulphus à numero. 35. de rescrip. & in capit. cum non ab homine numero. 10. de iudi. quibus in locis hoc limitat. 4. modis non procedere. Primo cum factum est adeo notorium, vt nulla sit opus declaratio ne. Secundo cum qualitas ipso iure inducta competit, & adest lite iam contestata. Tertio respectu fructuum. Quarto cum pœna trahit secum executionem, nullam uè facti executionem requirit, vt infamia, excommunicatio & alia huiusmodi, quas limitationes late prosequitur ibi Felin. ita vt superfluum sit, ei aliquid addere. Tractat etiam in. d. cap. cum non ab homine numero. 12. vtrum ab ea sententia possit appellari, & in. d. cap. Rodulphus an ad eam sit citandus qui pœnam præteritur incurrisse, & alia multa tradit quæ ad hunc locum priuatim pertinent, ad eum recurrito.

G L O S S. III.

*Matrimonio clandestino interuenientes, intercessores vel mediatores, puniuntur eadem pœna qua & principales gloss. 3.*

*Damni causam dans, damnum dedisse videtur, ibidem,*

*Interueneren.* Nota eos qui interuenerunt seu interfuerunt matrimonio clandestino, pari pœna cum ipsis contrahentibus esse puniendos, facit text. in capit. cum inhibitio de cland. desponsa. & text. in argumen. in. l. 1. C. de fal. mone. & in capit. quanto de sent. excôm. peccatum enim maximum contrahunt teste Panormi. in. d. cap. cum inhibitio, propter mala quæ ex matrimonio clandestino subsequuntur enarrata in. l. si. titul. 3. part. 4. & ab Dominico à So-

to in. 4. distinct. 28. q. 1. artic. 1. conclus. 1. & quia qui crimini vel damno interfuerunt, causam dare damni videntur, vt in cap. scit dignum de homi. sed qui causam damni dant, damnum dedisse videntur. l. qui occidit. §. penult. ff. ad. l. A quil. l. nihil. ff. ad. l. Corne. de Sicar. cap. vlt. extra de iniur. cap. de cetero iuncta gloss. de homicid. hi intercessores dici solent vulgò mediatores, c. mediatores de testib. li. 6. & ibi notatur Dida. Castelli in. d. l. 49. Tauri in verbo interueneren,

G L O S S. IIII.

*Tabellio qui interfuit matrimonio clandestino an puniatur pœna testium gloss. 4.*

*Tabellio rogare non potest de actu in quo testes interesse nequeunt, ibidem.*

*Tabellio loco testium computatur, ibidem,*

*d Testigos.* Nota in odium matrimonij clandestini testes etiam puniri eadem pœna, qua & illud contrahentes, quærit in hac gloss. Dida. Castelli si interuenit huic matrimonio clandestino tabellio an eadem pœna puniatur, qua & testes? & arguit ad partes, & denique resoluit eadem pœna esse puniendum, quia tabellio rogari non potest de actu in quo testes interesse non possunt, ex sententia Bald. in rub. C. de fide instrum. numero. 19. & quia sepe tabellio numero testium computatur. l. in exereendis & ibi Docto. C. de de fide instrum. Bald. in. 1. constituti. Codi. §. ex præcepto in fine, dicam infra titulo. 4. l. 1. & 2. huiusmet libri:

G L O S S. V.

*1 Pœna in dubio censetur applicata fisco.*  
*2 Fisco regio, an ecclesie bona in hac. l. applicata querantur?*

*e Fisco.* Indubio quælibet pœna à lege imposta censetur applicata fisco. l. multa. C. de modo multa. l. 2. iuncta gloss. vltim. C. de episcopa. audi. l. 1. inf. iuncta gloss. vltim. & ibi notant docto. ff. si quis ius dicenti non obtemp. l. 35. titul. 26. infra libr. 8. ibi, [ y si no fuere declarado para quien sean. ] l. iubemus. §. his quoque iudicibus. C. de sacros. eccles. iuncta gloss. Bart. in. l. agraria. ff. de termi. moto vbi optime distinguit cum concordant. per Auilesi. traditis in cap. 2. prætorum in verbo camara. num. 1. & 2. [ Querit Dida. Castelli in. l. 49. Tauri in verbo, [ nuestra camara, ] an bona applicentur fisco ecclesie aut regio, & concludit fisco regio esse applicanda, si testes sunt laici, sin verò clerici, fisco ecclesie, si per cap. cum inhibitio de cland. desponsa. bona eorum fisco applicentur, citat Bald. in. l. si quis presbyter verfic. 2. inducitur. C. de epif. & cleri. num. 3. quod alibi opportunius explicabo.

G L O

G L O S S. VI.

*Civitas aduicta, vnita seu incorporata regno, an habeatur vt pars regni, ita vt exulans à regno censetur exul esse ab eadem civitate? glossa. 6.*

*f No entren.* Dida. Castelli in. d. l. 49. Tauri verbo de terrados discutit quæstionem, an exulans à regnis Hispaniæ, in ciuitate degens quæ postea acquisita & vnita fuit eidem regnis, possit in ea degere, an verò teneatur ab ea similiter exire? & arguit ad partes post Salic. in. l. etiam. C. de iure doti. & denique concludit, seruandam esse distinctionem Bar. in. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pig. acti. cuius doctrinam optime explicat Ripa libr. 1. responso. de legi. capit. 1. numer. 66. Alexand. consi. 151. numer. 3. libr. 2. Aimon Crauette de antiqui. tempo. vbi melius cæteris explicat. 4. part. in princi. numer. 56. pag. III. Nellus de sancto Gemi. in tracta. bannitorum. 1. part. 2. temporis. quæst. 56. & Alber. Brun. in tracta. de augmento conclus. 1.

G L O S S. VII.

*1 Clandestine contrahentium matrimonium pœna.*  
*2 Clandestini matrimonij proles illegitima ibi, & potissimum per concilium Tridentinum.*  
*3 Clandestini matrimonij pœna iure regio.*  
*4 Leges clandestinis matrimonij pœnas imponentes à principe seculari condita, an sint nullæ?*  
*5 Clandestinum Contrahentes matrimonium, an pœnas à iure statutas incurrant, iuxta Concilium Tridentinum?*  
*Actum nullum facientes, an pœnas incurrant à iure statutas, contra eum actum facientes? ibidem.*

*g Desheredar.* Pœnæ plurimæ statutz fuerant iure canonico, ciuili, & regio, aduersus eos qui clandestine matrimonium contrahabant, & aduersus clericum parochum, qui negligens erat in puniendis, & impediendis matrimonij clandestinis, vt euitarentur dæna quæ ex huiusmodi coniugij obueniebant, & passim occurrebant. In primis proles illegitima censetur ex eo matrimonio clandestinum contracto, etiam si bona fide vtriusque contractum esset, si impedimentum consanguinitatis simul aderat, vt in capit. cum inhibitio §. 1. de cland. desponsa. l. 2. tit. 15. par. 4. atque idem erit in quocunque alio impedimento iuxta sententiam Innocen. & Cardi. in. d. §. 1. Hostien. Ioann. Andr. & Anto. & Ancarra. Abb. & præpositi in capit. ex tenore extra qui filij sint legi. cum concordant. per Couarru. traditis in epitome de sponsal. 2. part. cap. 6. num. 12. [ Hodie verò iuxta saluberrimam concilij Tridentini decisionem sessione. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij pœna hæc necessaria

non est, quandoquidem matrimonium clandestine contractum aliter quam præsentate parochi & duobus vel tribus testibus nullum est ipso iure, absque alio quo alio impedimento, atque ideo proles proculdubio illegitima est, nemo enim deinceps bonam fidem habere poterit: omnes quippe sciunt vel scire tenentur, non posse clam & non seruata solemnitate dicti concilij contrahere: nam vt eius salubria præcepta quemquam minime lateret, ordinarijs iudicibus precepit sancta synodus, vt quam primum possent decretum populo publicarent vulgari idiomate, in singulis suarum diocesium parochialibus ecclesijs, id que in primo anno sapissime fieret, deinde verò quoties expedire cernerent, cum ergo cesset bona fides, proles proculdubio erit illegitima. Quod autem anxie tractabatur circa pœnam parochi, vel alterius sacerdotis qui clandestino matrimonio aderat, suspensionis per triennium ab officio, & alias, de quibus in. d. c. cum inhibitio in fi. de cland. desponsa. cessat hodie cum per dictum Concilium Tridentinum pœna arbitrario ordinarij infligi debeat, [ Alia insuper erat statuta pœna iure regio partitarum, nempe, vt clandestine contrahens traderetur cum ipsa vxore consanguineis proximioribus in seruitutem perpetuam vt in l. vltim. titulo. 3. part. 4. quæ quidem vt rigurosa nimis, antiquata fuit, teste Didaco Couarrubia in epitome de sponsalibus, 2. parte. capit. 6. numero. 17. alia pœna mitior iure regio ordinationum statuta erat per. l. 1. titulo. 1. libro. 5. ordinamen. quæ similiter antiquata est, & demum per legem istam nouissimam in conuentu Taurino æditam anno. 1505. pœna statuta est contrahentibus, & testibus, & alijs intercessoribus exilij perpetui à regno, & confiscationis omnium bonorum, vtque possint à parentibus exheredari, circa quas pœnas ultra, doctores in. d. l. 49. Tauri vnde hæc deducta fuit, recurrere poteris ad Ioann. Lupi in repeti. cap. per vestras. 3. notat. §. 6. cum sequen. & Couarruam in epitome de sponsalibus. 2. parte. capit. 3. §. 8. numero. 5. & cap. 6. in prin. nu. 7. Callane. in confu. Burgundiæ rub. 1. §. 4. fo. 32. columna. 4. numero. 16. & sequent. Paul. Paris. consilio. 29. per totum libro. 3. Matth. Afflict. in consitu. Siciliae libr. 3. rubr. 19. numero. 1. & sequent. [ Solet tamen dubitari apud iuris interpretes, an lex ista & similes per principes seculares fieri possint, nam videtur fieri non posse, & factas nullam vim obtinere: cum ab eis abdicata sit potestas statuendi leges circa sacramentum matrimonij, vt in capit. tuam de ordi. cogn. capit. causam quæ. 2. qui filij sint legit. cap. 1. de sponsal. vel circa spiritualia. cap. cum inferior de maio. & obedi. sed nihilominus ex receptiori veriorique sententia lex ista & ibi similes seruandæ sunt, eo quod nihil disponant circa substantiam matrimonij, sed pœnas tantum addunt clandestine contrahentibus contra canonicam prohibitionem, quod fieri posse attestatur glo. in Clem. 8. ne Romani in verbo tolli, de electio. cui accedunt eam dicentes singularem Felin. in capit. 1. numero. 13. de spons. Pet. de Ancarra. cōf. 29. Card. & Imo. in. c. ex tua de cleric. non residen. Deci. in capit. quæ in ecclesiarum columna. 4. de consitu. gloss. 1. sibi.



similis in cap. cum secundum leges de hereti. in. 6. in verbo certoque casu & ibi Ioan. Andr. & Domi. & communiter docto. idem voluit Bart. in. l. edicimus per text. ibi. C. de murilegul. lib. 11. Bal. in. l. 1. §. ius naturale nu. 4. ff. de iusti. & iur. Lud. Roma. in rub. ff. sol. in. l. 1. nu. 39. Ioan. Lupi in repe. c. per vestras. 3. no. tab. §. 3. nu. 9. & §. 9. An. Gom. in. l. 49. Tauri nu. vlti. Grego. Lupi in. l. vlt. gloss. etiam vlt. titul. 3. par. 4. Couarru. qui pluribus autoritatibus & rationibus fulcit hanc sententiam, in epitome de sponfal. 2. part. c. 6. num. 17. & pluribus sequen. frater Alfon. à Castro lib. 2. de iusta hereti. punitio. cap. 26. conclus. 2. frater Alfon. à Veracruce in speculo coniugiorum. 3. part. artic. 20. conclus. 1. in fine. [ Hodie tamen iuxta concilium Tridentinum credem non debere practitari pœnas huius legis: quando quidem coniugiū clandestinum aliter contractum quam presentē parocho & duobus testibus sit ipso iure nullum, propter inhabilitatem sic contrahentium, vt in scissione. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij eiusdem concilij statuitur, cessat siquidem ratio quare lex ista ita seuerē punit matrimonia clandestina, nimirum ergo si celsēt eius dispositio, puniētur ergo arbitrariē, iuxta idē concilium Tridentinum in loco nuper citato. Confirmatur hęc sentētia ex traditis per Ioan. Lup. in. d. l. 49. Tauri num. 3. & 4. dicentem pœnam huius legis non incurrere minorem quatuordecim annis, qui matrimonium contraxit de presenti, quando quidem iuris fictione censeantur sponsalia de futuro, vt in capit. vno de sponfa. impub. lib. 6. & sic matrimonium minimē valeat ratione minoris ætatis capit. vbi non est & cap. literas de sponfa. & per totum titulum de sponfa. impub. atque idē esse ait, si matrimonium fuerit metu contractum, quippe quod sit nullū cap. cum locum de sponfal. quod poteris confirmare ex traditis latē per docto. maximē per Ripam à numero. 3. vsque ad nonum in. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & per Tiraquell. de legib. conubialibus gloss. 8. num. 203. & pluribus sequen. & libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 2. numero. 6. & deinceps, & rursus in. §. 26. gloss. 2. numero. 8. & sequen. & in repe. l. boues. §. hoc sermone limi. 1. vbi latissimē, cum infinitis concordantijs per eum relatis, dicam in. l. 2. titul. 3. infra hoc libro. §.

G L O S S. VIII.

Ex heredari, an possit filius clandestinē contrahens matrimonium, sicut filia? gloss. 8.

h Hijos. Nota non solum filias posse exheredari si matrimonium clandestinum contrahant, prout lege taurina statutum erat, verum etiam & filios, quod & iure communi idem esse asseruit, Bald. in. l. nec filium. C. de nupti. & sic cessant argumenta Dida. Castelli in. d. l. 49. Tauri in verbo, a sus hijos.

G L O S S. IX.

Clandestini matrimonij accusatio quibus competat?

1 Otro ninguno. Didac. Castelli in. d. l. 49. Tauri in glo. vltim. infert ex hac decisione, correctas esse leges regni dicentes; fratres vel consanguineos habentes domi suæ foeminas, posse eas accusare: si clandestinē contraxerint matrimonium, nam hoc solum patri permittitur, vel matri mortuo patre, & non alijs per legem istam. Contrarium tamen statuitur per. l. 2. infra eodem vbi dicam. in gloss. §.

L E Y. I I.

¶ Que ninguno que viuere con señor se despose ni case con su hija sin su mandado.

¶ Don Alonso en Alcala, era de 1386. tit. 21. l. 2. vease la ley. 4. titul. fi. libr. 6. que es mas nueva que esta, y la ley. 6. titulo. 20. libro. 8.

¶ Qualquier hombre que viuere con algun señor, e viuendo con el se desposare o casare con la hija, o con la parienta que tenga en su casa, a aquel con quien viuere sin su mandado, que el que tal yerro hiziere, sea hechado del Reyno para siempre, y si tornare a el sin nuestra licencia, las justicias le maten, y ella sea desheredada, e sus bienes ayan sus parientes mas propinquos. Y esto que lo pueda acusar el padre o la madre, o el señor, o la señora, con quien viuere, y si aquellos no lo acusaren, que lo pueda acusar qualquiera de los parientes mas propinquos, hasta tercero grado. Pero si el padre o la madre, o el señor con quien viuere la perdonare, que otro no la pueda acusar.

G L O S S. I.

- 1 Degere cum alio quis dicatur?
- 2 Domesticus & familiaris quis dicatur?

2 Que viuere con algun señor. Is dicitur hac in specie degere cum alio, qui tanquam famulus seu familiaris actu deseruit, & cōtinuam in domo habitationē, vel comestationem habet, vt in cap. si. de verbo signi. & ibi

2 & ibi omnes interpretes, [ Domesticus enim & familiaris appellatur, vt notat Fel. in. c. in literis in princ. & deinceps extra de testib. Denique sola familiaritas sine obsequio, & continuo seruitio, non sufficit. l. 6. & ibi Greg. Lup. in verbo domesticos tit. 33. part. 7. plurima circa hoc congerit Ludo. Gome. in regula cancellarię de impetrantibus beneficia vacātia per obitum familiarium cardinalis. q. 13. & in specie huius legis hoc voluit Pet. Nun. Auendaño in dictionario suo in verbo: viuere, plura etiam tradit Cœpola in. l. quicumque num. 24. C. de seru. fugi.

G L O S S. II.

- 1 Matrimonium an requirat patris vel alterius consensum? Leges requirentes in matrimonio parentum consensum ad honestatem referuntur, ibidem.
- 2 Matrimonium sine patris consensu contractum validum est, neque veram esse sententiam contrarium asserantium.

b Sin su mandado. Lex hec exorbitans est valde iudicio meo, & matrimonij libertatem impediens, nam licet in ea quæstione an patris consensus in matrimonio exigatur, sit magna inter doctores contentio, nullus tamen ex scribēribus vnquam dubitauit, quod alterius consensus minimē exigatur, vt optimē considerauit Rode. Xuar. in. l. 2. tit. de los casamientos lib. 3. fo. ri verlic. dico quod in quantum, post Alexand. conf. 97. lib. 1. Et vsque adeo liber contrahentium consensus in contrahendo matrimonio exigitur, vt nec patris consensus præcisē requirendus sit, leges siquidem patris consensum in matrimonio filiarū exigētes, ad honestatem, non ad necessitatem, referuntur. l. ea que patris. ff. de sponfa. etiam si vidua sit, & extra patriā potestatem, modō intra vicefimum quintum ætatis annum, vt in. l. viduæ & l. in coniunctione. C. de nupti. Que quidem leges, parentum etiam consensum exigunt in filiorum nuptijs, qui patrię potestati subditi sunt. l. 2. ff. de ritu nuptia. l. in sponfalibus. 1. ff. de sponfa §. 1. insti. de nup. c. honorantur. 32. quæst. 2. l. 1. tit. 3. part. 4. non tamen ex hoc erit matrimonium nullum si sine parentum consensu contractum sit, glo. in. c. sufficit 27. q. 2. & in. c. cum virum de regula. & in. c. vlti. 32. q. 2. [ Nec est vera sententia asserentium matrimonium à filia absque patris consensu contractum nullum esse, vt importunē contendit Cassa. in catalogo glorię mundi part. 12. confide. 36. eam quę septem rationibus probare nititur Ioann. Oldendorpius. 4. classe actionum actione. 26. nec mihi placet, quod nouissimi probare conatur Corrasius lib. 1. miscellanorum capit. 17. nempe, matrimonium à filijs contractum absque parentum consensu, sententiā rescindi posse, modō carnis commixtio sequuta non fuerit. Quamuis enim valde honestum sit atque reipublicę cōueniēs, filias in contrahendis nuptijs parentum exigere con-

sentum, nec virginali pudori expediat maritum eligere, authore Ambrosio libr. 1. de Abraham Patriarcha c. 9. à Gratiano citato in. d. c. honorantur. 32. quæst. 2. nihilominus tamen matrimonium absque patris consensu contractum irritum non est, vt probat Couarru. in epito. de sponfal. 2. part. c. 3. §. 8. Quod potissimum obtinet iuxta Concilium Tridentinum scissio ne. 24. cap. 1. de reformatione matrimonij, cuius verba sunt. Et proinde iure damnati sunt illi, vt eos sancta synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant, quique falsō affirmāt, matrimonium à filijs factum sine consensu parentum contracta, irrita esse: & parentes rata vel irrita facere posse, qua decisione confirmatur sententia Didaci à Couarrub. hac de re latissimē comprobata in epitome de sponfal. 2. part. c. 3. §. 8. nu. 1. 2. 3. & 4.

G L O S S. I I I.

- 1 Exilij perpetui pœna à toto regno an imponi possit à iudicibus quibuscunque?
- 2 Exilij perpetui pœna à toto regno iure regio à quibuscunque iudicibus imponi potest.
- 3 Pœnā exilij perpetui à regno, vel triremium, an plebti possit vir in præiudicium vxoris?

c Del reyno para siempre. Pœna exilij perpetui à regno imponi non potest à iudicibus ordinarijs, nisi ab ipso rege, vel ab eo qui habet potestatem à rege iudicandi in toto regno, vt in. l. relocatorū. §. interdicere & §. seq. vbi Bar. & docto. ff. de interdi. & relega. Bald. notabiliter in. l. executorem nu. 26. C. de execu. rei iudi. vbi regulam ait esse generalem, interdicere neminem posse nisi ei prouincię quam regit l. 5. post prin. tit. 31. par. 7. vbi Greg. Lupi hoc expedit in glo. 1. ex quo ipse infert iudices causarum criminalium curiæ vel cancellariarum, non posse pœnam exilij à toto regno imponere, cum quælibet cancellaria habeat partem regni limitatam. l. 2. tit. 5. supra libr. 2. sed solum regiū consilium, quod iurisdictionem vniuersalem exercet in toto regno. l. 1. in fine tit. 4. supra lib. 2. & l. 2. 1. & alijs pluribus eiusdem tituli & nuncupatim in. l. 29. eodem titul. & in. l. 11. tit. 5. eodem lib. 2. Sed salua pace tanti viri, contrarium est iure verius, & in praxi receptissimum, nempe, vt prætores curiæ vel cācellarię possint exilio perpetuo à toto regno aliquem afficere, nam licet cuilibet cancellarię sit limitatus districtus, cum nomine regio loquantur, & sigillo regio regias literas & mandata muniri & expediri faciant, eis ab omnibus parendum est, non solum in districtu eius cancellarię vnde literę emanarunt, verum etiam in toto regno. l. 71. titul. 3. libr. 2. supra expressior text. in. l. 5. tit. 7. eod. lib. 2. [ Præterea innumeris legibus regni nostri sententia nostra conuincitur contra Greg. Lup. & potissimū in. l. 3. ti. 11. infra lib. 8. vbi iudicibus causarū criminaliū præfectis curię præcipitur, vt vagos & instabiles homines, & vagabundos exilio ppetuo à toto regno coercent, eademque cura imminet, & potestas tribui-

tribuitur correctoribus & alijs iudicibus, vt in. l. 12. eodem titulo & libro, est alius, text. in. l. 7. titulo. 7. infra libro. 8. vbi quibuscunque regni iudicibus licet exilium a toto regno ludetibus ad taxillos seu telleras imponere. l. 4. & 5. tit. 22. eod. lib. 8. l. 1. tit. 15. eod. lib. & omisis alijs pluribus legibus regni huius hoc probat lex nostra hanc poenam exilij perpetui a regno imponens, & verba dirigens ad omnes iudices regni. [ Sed an in praedictu vxoris possit quis in exilio perpetuo regni, vel ad triremes perpetuo damnari? dic posse, vt in. l. 1. tit. 28. part. secunda & in. l. 4. tit. 31. part. 7. vbi, Grego. Lup. in verbo, [ o labrando,

G L O S S. IIII.

1. *Leges permittentes filia exheredationem eo quod matrimonium contraxerint absque licetia patris an sine seruanda? nu. seq.*
2. *Exheredari non potest filia si sine patris licetia contraxerit.*
3. *Exhereditio non sortitur effectum nisi post mortem testatoris & aditionem heredis, ibid.*
3. *Matrimonij libertas non est impedienda, licet pater in iriam passus fuerit, eo quod filia nupserit indigno. Leges seculares non possunt impedire matrimonij libertatem ibidem.*
4. *Filia potest nubere sine consensu patris, sed per Concilium Tridentinum traditur forma vt huiusmodi fraudibus & cautelis obuietur.*

d. *Desheredada.* Controuersia esse solet inter iuris vtriusque interpretes, nunquid lex ista & similes, per mittentes filia ex heredationem, eo quod matrimonium contraxerit absque patris licetia, sint seruanda, etiam si in facie ecclesiae, & iuxta Concilium Tridentinum, contraxerit? Et quidem censent validas esse & obseruandas, quoniam licet statuta laicorum legem diuinam corrigere non possint capit. cum inferior de maio. & obed. l. nam & magistratus. ff. de arbit. possunt tamen illam distinguere, & in certis casibus immutare, vt notatur in capit. a nobis de decim. & in. l. si. C. de fideicom. & in capit. nouit de iudi. & plenè notatur in. l. 1. ff. de consti. prin. & in. l. vltim. C. si contra ius vel vtili. pub. & in. c. quæ in ecclesiis extra de constit. Fortu. Garf. in tracta. de vltimo sine illatione. 10. Alexand. consil. 97. in prin. libr. 1. vbi confirmat opinionem hanc nouem rationibus, eamque sequutus fuit Bald. in. l. omnem. C. ad Tertulia. contenditque valere huiusmodi statuta ex iusta causa facta, idem Bald. in tracta. statutorum in verbo consensus numero. 1. & Roma. in rub. ff. solu. matrim. idem Bald. & Iasso. in. l. 1. §. vltim. ff. de iusti. & iure, Ioan. Lupi in repe. cap. per vestras. 3. notabi. 3. num. 9. & sequent. & §. 8. qui ad persuadendam hanc sententiam appendit legem nostram & l. 4. eodem titulo in ordinationibus antiquis, & l. 2. titulo de los casamientos lib. 3. fori & l. 10. titulo. 1. part. 4. aliasque huius regni leges, quas, ait, nemo sanæ mentis dicere poterit iniustas, cum per eas dissensionum & inimicitiarum tollatur materia, litiumque & iurgio

rum adimatur occasio, necnon parentibus filiabus que suis optimè consulatur. Absit enim a nobis eandem legum latores damnare, quippe quos Christianissimos fore non ignoramus, & sacros caluisse canones, omnia quippe iura in eorum cordibus infixata esse censentur, propter eos quos ad latus habent peritos. Quãobrè nec in fide nec in iure deficere præsumendum est. Leges enim diuinitus per ora principum promulgantur cap. vltim. 16. quæst. 3. ne igitur naturæ & parentum votum frustraretur, quando imbecilis ac fragilis filia iniqui peruersi que hominis dolis & persuasionibus assentiret, parentes cognatosque iniuria afficeret, æquissimum fuit has condere leges, quibus hominum iniquitas & non vnquam famulorum audacia reprimeretur, vtpote qui patris habitationem frequentantes eis filiarum conuersatio, & loquendi patet facultas, nec verentur sub coniugij velamine imbeciles decipere filias, & quandoque impudenter strupare. Qualis exinde dolor, qualisque animi commotio parentibus obueniatur, iudicet qui filias habet? contra quos insurgit tex. iste & alij ab ipso Lu po citati. Atque idem voluit Carol. Molin. in Alexand. conf. 97. lib. 1. litera. D. colum. 1. & iterum in consuetudi. Paris. tit. 10. in rub. Paul. Cast. in auth. sed si post per tex. ibi. C. de inoffi. testa. & Bald. nouellus in tracta. de dote. 6. par. priuilegio. 16. nu. 6. & nouissimè Ferd. Vazquez. lib. 1. de successio. creatione. §. 10. nu. 628. vnica contentus ratione alijs auxiliariū improbat: nēpe, quia legitima filijs potest penitus per legem tolli ex causa, testibus Bartolo, Paulo, & ceteris interpretibus, l. Ticio cētum. §. Ticio genero. ff. de cond. & demonstra. Ex quo autumat poenam huius legis legitime induci posse, & potissimum quia non poena, sed lucri amissio potius dici debeat, vt ibi latius per eum.

2. [ Contraria tamē sententia quod leges huiusmodi nullus sint roboris, est cum verior, tū receptor, nō enim poterit filia exheredari a patre, quāuis absque eius licetia nupserit, nā id sibi licuit iure pontificio, ne matrimonij libertas impediatur, vt docuimus supra eodē gloss. 2. at quis non videt, si filia contrahens matrimonium sine patris consensu posset exheredari, libertatem matrimonij impedi? quemadmodum ergo lex prohibens matrimonium contrahi absque patris consensu nō valet, vt probauimus supra in glo. 2. ita nec valebit lex poenā exheredationis imponēs contra faciētī, vt in. l. Seyus & Augerius ff. ad. l. falc. vbi Alex. & doct. idē Alex. conf. 99. nu. 5. lib. 1. Ant. de But. cōf. 35. Ancarra. con. 21. Curti. Senior cōf. 27. Deci. cōf. 231. & in. l. nuptias vbi & Ferrara. ff. de regu. iur. Marfil. notabili. §. 9. Syluest. in verbo matrimonium. 2. quæst. 2. Alexand. consil. 97. num. 2. & sequent. libr. 1. Rode. Xarez in. l. 2. titul. de los casamientos, versic. 4. quæro primo lib. 3. fori, Hostien. Abb. & alij in capit. 1. de desponsa. impub. Ioann. Andr. Domi. & ceteri in. c. statutum de hæreti. in. 6. cum concordan. à Ioann. Lup. additis in rep. capit. per vestras. 3. notab. §. 9. Felino in cap. ecclesia sanctæ Mariæ numero. 59. de constit. & ibi Deci. nu. 36. hanc dicit receptiorem & Iasso. in. d. auth. si post. 2. col. C. de inoffi. testa. Couar. in epitome de sponsa. 2. par. c. 3. §. 8. nu. 5. Alfon. à Vera cruce in speculo coniugio. 3. part. artic. 20. conclus. 3. ratiōne

ratione. 2. Pet. Palud. in. 4. senten. distinct. 28. q. 2. Nec oberit ratio Ferd. Menchaquen. quandoquidem filij ex hereditio est grauisima poena, vt constat ex §. alij quoque capitulum in. authien. vt cum de appell. cognos. & ex. l. 10. tit. 7. part. 6. quæ nimirum impedit libertatem matrimonij, quod per legem civilem impediri non posse, certò certius est. Præterea quamuis legislator liceat legitimam filijs auferre ex causa, hoc non facit lex nostra in specie, sed tribuit patri licentiam exheredandi filium ex hac causa, quæ sane priuatio est iuris iam quæsi filio: nam exhereditatio non sortitur effectum nisi post mortem testatoris & aditionem heredis, vt in. l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. insti. & §. in extraneis insti. de hæred. quali. & differ. gloss. vlt. in. l. si quis Semprouiū ff. de hæred. insti. quo in tēpore sibi iam erat ius quæsitū plenè, quod sibi aufertur quia nupserit sine licetia patris, impeditur igitur libertas matrimonij. [ Quinimo hæc communis assertio locum obtinet, etiam si filia indigno & turpi viro nupserit ante etatis annū vicesimum quintum, atque etiam si pater vellet eam tradere in vxorem homini honesto & digno, cōgrua sibi dote constituta, vel libertas in coniugali consensu requisita, quoquo modo impediatur. Potius siquidē permittenda est iniuria, quæ patri fit, quàm quod libertas matrimonij impediatur, ex sententia Imol. & Alexand. in. l. 1. num. 23 ff. solu. matrimo. idem voluit Iasso. in. auth. sed si post. C. de inoffi. testa. Ioan. Campe. in tracta. de dote. 1. part. q. 13. Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. c. 3. §. 8. num. 5. licet contrarium voluerit glo. immo quod hac in specie filia possit ex heredari in. c. de raptoribus. 36. quæst. 1. alia similis in. d. auth. sed si post quibus accessit Anto. in. c. accedens de procura. & Ancarra. conf. 21. col. 2. & Roderic. Xarez in. d. l. 2. tit. de los casamientos, vers. tertio in quātū istæ leges, lib. 3. fori Paul. Paris. conf. 29. colum. 3. lib. 3.

4. [ Ad leges regias responderetur, iure canonico sublatis esse, nec vim legum obtinere, quatenus poenas inferunt matrimonij contrahentibus sine parentum consensu, quamuis sint maxima æquitate fundatæ, cum id sancire ad Romanum spectat pontificem, ex sententia Ioann. Andr. in. capit. statutum. 1. de hæreti. in. 6. cui accessit Panormit. in rep. c. ecclesia num. 20. de consti. vbi Feli. num. 59. & ibidem Deci. num. 36. Ei similiter accedunt, hanc dicentes communem, vbi & alios referunt idem Feli. in. c. 1. desponsal. num. 13. Federi. conf. 36. & Deci. conf. 231. ex quibus fit, vt correctæ sit decisio. l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono poss. contra tab. qua sancitum erat posse patrem filium exheredare, si ignominiosam duxerit vxorem absque eius consensu. Principes siquidem laici nil possunt statuere, quod matrimonij liberum cōsensum impediatur, vt attestantur communem esse asseuerantes, Abb. & Prepos. in. c. 1. de sponsal. & inibi latius Vincen. Hercula. q. 3. Couarru. d. c. 3. §. 8. num. 6. Ioan. à Metina de restitutione. q. 17. Alfon. à Veracruce in speculo coniugiorum. 3. parte articulo vltimo in fine. An autem pater teneatur dotare filiam, quæ absque eius consensu nupserit digno vel indigno? tractat latè Couarr. d. c. 3. §. 8. nu. 7. & 8. ad eum recurrito. [ Ad vnum ramen velim lectorem animaduertere, per sacrum Cōcilium

Tridentinum dubitationem hanc fuisse omnino explorari. Nullus quippe paternus consensus in contrahendo matrimonio exigitur, sed ipsius filij vel filie duntaxat, vt in sessione. 24. capit. 1. de reformatione matrimonij statuitur, vbi traditur remedium, vt cessent huiusmodi fraudes & seductiones, quibus virgines & alia foemina sub patris seu aliorum potestate & protectione constituta decipiebantur, nempe, ne clandestinè contrahere possint, sed coram parocho & testibus, etsi aliter contraxerint, sit nullus ipso iure contractus, vt in eodem decreto continetur. Quare non audebunt palam contrahere seruatim denunciationibus & forma eiusdem concilij, absque parentū & aliorum sub quorum protectione sunt consensu, & licentia. Quod quàm sit quietæ reipublicæ conducibile nemo est qui ambigat.

G L O S S. V.

*Fœmina accusare non potest in publicis criminibus, fallit in casibus remissioe, gloss. 5.*  
*Accusare qui possint clandestinitatē matrimonij? ibidē.*

e. *¶ O la senora.* Quauis regulariter foemina accusare non possit in publicis criminibus: vt in. l. de crimine. C. de his qui accus. nō poss. & in. l. 2. tit. 1. par. 7. nisi in casibus ibi expressis & per specula. in ti. de accusatio. §. 1. per totum. Quibus adde aliū casum in. l. nostra cōtentum, & est hic casus contra id quod asseruit Cida. Castelli in. l. 49. Tauri in glo. vlt. non enim est verum patrem solū accusare posse in casu huius legis, sed omnes alios in hac. l. contentos, propter iniuriam eis factam, quod dixi supra eod. l. 1. gloss. vlti.

G L O S S. VI.

f. *¶ Hasta el tercero grado.* In alijs casibus vsq; ad quartum gradum, vt in. l. 2. infi. & ibi Grego. Lupi in glos. pen. tit. 1. part. 7.

G L O S S. VII.

1. *¶ Transactio super crimine facta ab eo qui suā vel suorum iniuriā prosequitur an præcludat alijs viā accusandi?*  
2. *Remissione criminis facta ab vno ex heredibus vel cōsanguineis in eodem gradu existentibus, an præcludat viam accusandi alijs? vel an sufficiat ad vitandam poenam corporalem?*

1. *¶ La perdonare.* Nota tex. singularem, quod remissio criminis vel transactio super crimine facta ab eo qui suam vel suorum iniuriam prosequitur, præcludit viā accusandi extraneis, immo & alijs cōsanguineis quibus ius competeat accusandi, ne possint reum deinceps accusare, idem statuere videtur: l. 22. titulo 1. part. 7. quam sic intelligi & practicari hoc in regno, attestatur Gregorio Lupi, ibidem in verbo [ Enel cuerpo el acusado, ] & Anto. Gomez in epitome delictorum capite. 3. numero. 56. licet asserat in puncto iuris legem illam, non immutare ius commune, D 4 quo

quo, iuxta receptiorem sententiam, huiusmodi transactio non excludit nisi transigentem ab accusando, non verò alios, vt ex authoribus ibi citatis resoluunt Greg. Lup. & Anto. Gomez. qui nostram conclusionem ex d.l. part. expensam limitant plurifariam, & quia aliàs opportunius dicitur his remissionibus contentus, amplius non examino. [ Vt tamen interim nō omiserim id quod Anto. Gomez. in d. cap. 3. nu. 61. aduertit dicens, quòd si in vno eodemq; gradu sint plures consanguinei, ex his qui suam vel suorum iniuriam accusare possunt, omnes consentire debent in cōcordia seu transactioe, vt reo non possit pœna corporalis imponi, iuxta d.l. part. dispositionem, vt potè cum hac in sp̄cie omnes pariter ad accusandum admittantur, sed remissionē facta à consanguineo proximiorè, ceteri in remotiori gradu constituti non admittuntur. Idemque concludit inhæredibus extraneis, qui quotquot sint consentire debent transactioe, nec fat erit, alterum eorum consentire, ad euitandum pœnam corporalem. Subdit etiam hæredes extraneos in accusando, consanguineis præferri, quibus remittentibus delictum, consanguineos agere vel accusare non posse, vt deduces ex ibi traditis per Anto. Gomez nu. 63. & 64.

LE Y T E R C E R A.

¶ Que las mugeres biudas puedan casar en el año que embiudaren.

¶ Don Enríque. III. en Segouia: año de 1401. y en Gatalapiedra, y en Valladolid año de 1400.

¶ Mandamos que las mugeres biudas puedan libremente casar, dentro en el año, que sus maridos murièren, con quie quièreren, sin alguna pena, e sin incurrir en alguna infamia, ella ni el que con ella casare: no obstantes qualesquier leyes de fueros, e ordenamientos, e otras qualesquier leyes que en contrario seã hechas y ordenadas: las quales anullamos y reuocamos, y madamos a los nuestros juezes y alcaldes dela nuestra casa corte y chancilleria, y de todas las ciudades villas y lugares de nuestros reynos y señorios, que no atienten de proceder ni procedã por la dicha causay razon contra las dichas biudas, ni contra aquellos que cõ ellas se casarẽ, so pena de dos mill maravedis para la nuestra camara, y los que lo contrario hizieren, seã emplazados que parezcan ante nos en la nuestra corte.

G L O S S. I.

Secunda nuptia & tertia licent impune, & toties nubere licebit quoties solutum fuerit matrimonium, etiam ante annum luctus, gloss. 1.

Hæresis prohibentium secundas nuptias improbat, ibidem.

¶ Enel año. Iure ciuili Imperatorum prohibitum erat, foeminis, mortuis prioribus viris, alijs nubere, intra annum ad lugendum præstitum, sub certis pœnis l. 1. & 2. & auth. eisdem pœnis. C. de secund. nup. quin & iure regio partitarum idem constituebatur per .l. vltim. tit. 12. part. 4. sed hoc corrigitur iure pontificio, vt in .c. pen. & vltim. de secund. nup. & iure regio nouiori per legem istam, & non immerito liquidem Apostolus dicit. I. ad Corint. 7. mulier, viro suo mortuo, soluta est à lege viri, nubat in domino cui vult. Ex qua Pauli autoritate confutatur hæresis Montani, Nouati, & Cathafrigum, falso asseuerantium non esse licitas secundas nuptias. Quibus audacter consentit Tertulianus lib. ad id ex professo scripto, de Monogamia, quorum meminit August. libr. 1. de hæresibus nu. 26. & 28. eos inter hæreticos commemorans. Quos & Hieronym. execratur in symboli explanatione ad Damasum, & in commentarijs super Epistolam Pauli ad Titum. c. 1. & in epistola ad Marcellum, & beatus August. libr. vno de bono viduali. c. 12. quam hæresim damnat etiam frater Alfons. à Castro in lib. de hæresibus in verbo nuptia. c. 2. & Ioan. Arboreus lib. 4. theosophia. c. 29. Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. c. 3. §. 9. num. 4. Magister sententiarum in. 4. dist. 42. c. 6. & ibi de cto. maximè Dcmin. à Soto quest. 3. art. 1. licet ergo bis, & ter, & toties quoties solutum fuerit matrimonium, alteri nubere, nec tempus nubendi secundo, vel tertio, aut vltiori viro præstringitur, immò & intra annum vel mensim nubere licet, ex cõmuni sententia doctorum, quos refert Ioan. à Garribus in .l. 1. n. m. 24. C. de secund. nupt. nec ob id pœnam incurrit infamiae, vel amissionis proprietatis vel usufructus bonorum sibi à priori marito relictorum, nec vllam aliam à legibus Imperatorum & partitarum impositam, nempè .l. 1. & 2. & auth. eisdem pœnis. C. de secund. nupt. & .l. vltim. tit. 12. part. 4. Impunè siquidem secundo, tertio, & deinceps nubere licebit, vt in l. nostra & in cap. vltim. de secund. nupt. vbi id expendant doctores superius citati.

G L O S S. II.

- 1 Secundo nubentium pœna intra annum luctus sunt cor recta iure canonico, & regio, non quæ statuuntur in fauorem filiorum primi matrimonij.
- 2 Secundo nubens tenetur reseruare filijs prioris matrimonij quidquid habuit à marito, quocunque titulo, solum quæ potitur ipsa usufructu, idem in viro.
- 3 Secundo nubens tenetur reseruare filijs prioris coniugij relicta sibi à marito in testamento.
- 4 Secundo nubens tenetur reseruare filijs prioris coniugij sponsalitiã largitatẽ, & quidquid habuit à ma-

marito ratione nuptiarum.

5 Vidua sub præcedenti matrimonio esse censetur.

Vidua potitur honore, priuilegijs, & foro viri sui de functi, dum viuit honeste, & non trãsit ad secundas nuptias, ibidem.

Secundo nubens non gaudet priuilegio, & honore prioris mariti, ibidem.

Priuilegiij causa cessante, cessat priuilegium, ibidem.

Mutatione personæ, quæ est immediata causa priuilegiij, mutatur proinde & extinguitur priuilegium, ibidem.

6 Secundo nubenti pœna imponitur, ne quoquo titulo lucratiuo plus secundo coniugi relinquat, quam vni ex liberis prioris matrimonij, cui minus reliquerit.

7 Secundo nubens non potest prætextu in gratitudinis donationem filio prioris matrimonij factam reuocare.

8 Filij prioris matrimonij educari non debent apud matrem secundo nubentem.

Filij prioris matrimonij educari possunt apud patrem secundo nubentem, ibidem.

9 Secundo nubens foemina amittit tutelam vel curam filiorum primi matrimonij quam assumpserat.

Secundo nubens plus amare præsumitur virum secundum quam filios prioris matrimonij, ibidem.

Mulier secundo nubens amittit tutelã reij. amõrarij filiorum. 1. matrimonij, ibidem.

Secundo nubens ex consensu prioris mariti seu filiorum 1. matrimonij excusatur à pœnis secundo nubentibus impositis etiam in fauorem filiorum, ibidem.

10 Pater secundo nubens non amittit legitimam administrationem bonorum filij, nu. 10. nec tutel. an eorum, ibidem.

11 Tutor legitimus an datiuus succedat in tutela, qua mater priuata fuit ob transitum ad secundas nuptias, ibi.

12 Secundo nubens tenetur satisfactionem præstare de hæreditate filio restituenda, quæ aui ei reliquit, & rogauitque filio post mortem restituere.

13 Secundo nubens non potest ad sacros ordines promoueri, nec mulier esse diaconissa.

14 Secundo nubens amittit relictum sibi à quocunque factum sub conditione si secundo non nupsit.

Conditio non nubendi quando reijciatur? ibidem.

15 Secundo nubens non succedit ab intestato filijs prioris matrimonij nisi quo ad usufructum, nisi proprietatem tenetur ceteris filijs superiutibus reseruare. nu. 15. limita, vt ibidem.

Secundo nubens non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij quæ habuit ab altero eorum ex testamento vel aliàs, si bona quæ habuit quasiuit filius alicui de quam à patre, ibidem.

16 Secundo nubens tenetur cautionem præstare de redendo filijs bona aduentitia & eis vtendo arbitrio boni viri.

Pater. 2. nubens non tenetur cautionem præstare de redendo bonis aduentitijs arbitrio boni viri, ibi.

V usufructuarius quam cautionem præstare teneatur, ibidem.

17 Conditio si mulier nupsit arbitrio seij reijciatur, sed non in vidua.

18 Secundo nubens amittit relictum sibi factum quædiu cum filijs steterit, nisi sint iam mortui filij cum secundo nupsit.

19 Dotalia bona immobilia hæredes mariti tenentur statim restituere uxori, mobilia vero post annum.

Alimenta debentur viduæ in annua dilatione à lege concessa hæredibus mariti ad restituendam dotem si careat bonis, vnde ali possit, ibidem.

20 Dos habet eadem priuilegia scilicet matrimonio, ante quam restituatur, quæ habebat eo constante.

Necare videatur qui alimenta denegat, ibidem.

21 Vidua est alenda ab hæredibus viri donec pecunia dotalis ei restituatur, si caret alijs bonis vnde se alat.

Dotalis pecuniæ fructus intra annum postquam fuit solutum matrimonium, non sunt restituendi viduæ etiam si excedant alimenta, ibidem.

22 Alimenta viduæ præstanda sunt ab hæredibus mariti intra annuam dilationem etiam si vidua habeat patrem diuitem.

23 Alimenta viduæ præstanda sunt ab hæredibus mariti, etiam si cum eis noit commorari.

Vidua an teneatur cum hæredibus commorari & operari vt aii ab eis debeat? ibidem.

24 Alimenta viduæ sunt præstanda intra conuentionalem dilationem reijcienda doti apostitam.

25 Alimenta præstare, ita an petere possit uxor? & quando?

26 Alimenta viduæ præstanda non sunt post dilationem legalem vel conuentionalem ad restitutionem dotis appositam.

Alimenta viduæ quare præstentur? ibidem.

27 Alimenta viduæ præstanda non sunt si habet vnde aiiàs ali possit.

28 Alimenta viduæ non præstantur si per eã stetit quo minus de tem exigeret, cum posita.

Dotis interesse peti potest ab uxore, si hæredes viri fuerint in mora restituendi, ibidem.

29 Alimenta viduæ non præstantur, si nullam dotem habuit, vel quoties fructus dotis ad eam alendam non sufficiunt.

Vidua quando durare censeatur in matrimonio? ibi dem.

30 Alimenta præstanda non sunt hæredibus viduæ quæ ei si viueret debebantur.

31 Alimenta viduæ non præstatur quoties hæredes viri nolunt gaudere dilatione legali sed consensim dotem restituere.

32 Alimenta viduæ non debentur si hæredes viri tantum partem



- 32. *partem dotis velint restituere, quæ ad eam alendâ sufficiat.*
- 33. *Alimenta viduæ præstantur, quæ mansit prægnans in quencunque euentum.*
- 34. *Alimenta viduæ non debentur postquam ad secundas transierit nuptias. Nisi vir secundus sit pauper.*
- 35. *Fructus bonorum mobilium dotalium an sint uxori restituendi post anniculam dilationem, an vero cedant lucro heredum?*
- 36. *Secundo nubens reddere tenetur heredibus vestes lumbres ac viduales, si intra annum luctus nupsit.*
- 37. *Vestes viduales quando uxor restituere teneatur. ibidem.*
- 38. *Secundo nubens foemina non potest substituere filio exemplariter, licet alias possit.*
- 39. *Secundo nubentis bona sunt tacite hypothecata pro conseruatione lucrorum.*
- 40. *Secundi viri bona sunt tacite hypothecata filiis prioris matrimonij.*
- 41. *Secundo nubens de modicis rationem reddere tenetur.*
- 42. *Secundo nubens non succedit filio, nisi quoad fructum bonorum, quæ ipse habuit à patre vel matre defunctis.*
- 43. *Secundo nubens bona quæ habuit à filiis prioris matrimonij, quæque ipsi habuerunt ab ascendētibus, re seruare tenetur liberis supersticijs. i. matrimonij.*
- 44. *Secundo nubens quando meliorationem facere nõ potest. ibidem.*
- 45. *Secundo nubens cum licentia coniugis vel liberorū prioris matrimonij nullas patitur pœnas.*
- 46. *Secundo nubentis intra annum pane in odium secundarum nuptiarum introductæ, sunt correctæ iure canonico & regio, non quæ in filiorum fauorem.*
- 47. *Secundo nubentium pœna an habeant locum in auia, vel ceteris ascendētibus secundas nuptias contrahentibus?*
- 48. *Sin aliqua pœna. Intellige de pœnis illatis viduis, ad nuptias intra annum luctus festinātibus, seu intra aliud simile tempus, harum siquidem immunis est vidua iure canonico & regio, ne matrimonium lege diuina permissum vt diximus in glo. præcedenti, huiusmodi pœnis impediatur. Cæteræ autem pœnæ a legibus statutæ fauore filiorum prioris matrimonij non sunt iure canonico, nec regio abrogatæ, vt fatentur Innocen. Ioã, And. Antoni. Enriq. & Præposi. in cap. fi. de secūd. nup. glo. vlti. in .c. fi. 2. q. 3. Bar. in .l. i. C. de secūd. nup. & ibi Vincen. Hercul. q. 7. colu. 7. huic accedunt sententiæ, eam attestantes communem Panor. & Præposi. in .d. cap. vlti. de secun. nup. idem Panor. in cap. ecclesia in repe. num. 20. de consti. & ibi Felin. num. 57. & deci. num. 35. Ioan. Neuizan. in sua filua nuptiali. 2. li.*

num. 78. Ioan. à Garron. in .d. l. i. C. de secun. nup. super glo. vlti. num. 23. & Corrafi. libro miscellani. 3. capit. i. Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. 9. num. 5. Greg. Lupi in .l. vlti. in glo. magna titu. 12. par. 4. Emanuel Acosta in rep. c. si pater de testam. lib. 6. 1. part. in verbo legauit. num. 34. pagin. 94. cum concord. infra hoc lib. tit. 9. l. 5. glo. 8. nu. 5. à me traditis. [ Ex hac communi resolutione plura infero, & in primis, pœnam statutam secundo nubenti post annum luctus, si ex primo matrimonio sit soboles, nempe, vt lucra nuptialia, quæ prior maritus sibi fuerat quomodo largitus ex testamēto, vel inter viuos, quo ad proprietatem amittat, relicto sibi usufructu, vtq; filiis prioris matrimonij proprietatem reseruet, vt in auth. de nup. §. si vero expectet. & §. sequent. ] iure canonico & regio non esse correctam, quippe quæ fauore filiorum prioris matrimonij fuerit imposita, atque ideo non solum in vxore locum obtinet, sed & in viro, qui priori soluto ad aliud transierit matrimonium, secundum Azo. in summa. C. de secū. nup. nu. 8. & 14. Ioan. à Garronib. in rub. C. de secūd. nup. titu. de pœnis secundo nubentium num. 1. & in .l. foemine in prin. & .l. generaliter. C. eo. titu. nu. 9. quam conclusionem probat tex. in .d. l. generaliter & .l. foemina. C. de secun. nup. & .l. 26. in prin. tit. 13. par. 3. quibus statuitur foeminam secundo nubentem reseruare debere filiis prioris matrimonij quidquid titulo lucratiuo ex bonis prioris mariti acquisierit, & virum similiter debere præseruare filiis prioris coniugij, si ad secundum transierit, ea quæ ad eum ex dote, vel ex bonis prioris vxoris peruenerunt, & ex his legibus id expenderunt glo. Bar. & alij in .d. l. foemine quos Ripa ibi in prin. sequitur, idem expendit Oldra. confi. 33. & Deci. conf. 230. vbi hanc esse communem opinionem fatetur late Ioan. Garron. in .d. l. generaliter nu. 9. cum concordan. ab Anto. Gom. traditis in .l. 14. & 15. Tauri num. 3. & 4. in quibus legibus hoc expresse deciditur & in .l. sequenti vbi dicam, Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. vlti. nu. 7. [ Ex superius traditis & ex generali dispositione. d. l. foemine. C. de secū. nup. inferūt doctores, quod si maritus relinquat aliquid vxori in testamento, vel vxor marito, per transitum ad secundas nuptias, tenebitur id reseruare filiis prioris matrimonij, ita Oldra. confi. 33. Cifonta. & Ant. Gomez in .l. 15. Tauri, nec oberit huic sententiæ auth. ex testamēto. C. de secū. nup. quæ loquitur quoties filius aliquid reliquit patri vel matri, id enim nõ erit reseruandum filiis prioris matrimonij, quia habuit mater tanquam extranea, vt explicant docto. ibidem. ] Infertur etiam quod mulier tenebitur reseruare quod habuit à marito causa nuptiarum, hoc est, sponsalitiæ largitatem, vel donationem propter nuptias, vel alia ex causa, vt in .d. l. foemina & auth. in donatione. C. de secūd. nup. l. i. tit. 6. lib. 3. fori. l. 26. tit. 13. par. 5. ex quo infert, Anto. Gomez in .l. 14. Tauri num. 3. quod mulier vidua secundo nubens reseruare tenebitur filiis prioris matrimonij ea, quæ sibi tempore sponsaliorum donata fuerunt ab sponso, iuxta tex. in .l. 2. Tauri. l. vlti. titu. 2. infra hoc eodem lib. & hæc erit prima pœna secundo nubentium quæ manet incorrecta, Erit. 2. pœna lucris legalis prout dicam infra

5 infra hoc eod. libro tit. 9. l. 6. [ Tertia pœna secundo nubentium, quæ manet incorrecta est, quod licet verum sit, virum vel mulierem viduam, dum ad secundas nuptias non transit, censeri esse sub præcedenti matrimonio. l. fi. C. de bon. mater. ibi, siue in priori matrimonio manere voluerit, siue noueram filijs su perinduxerit, & ibi id expendunt Cyn. Albe. & cæteri, teste Arias Pinelo ibidem nu. 4. idem voluit Paul. num. 4. Alex. Ias. & deci. in .l. cum quædam puella. ff. de iuri. om. iudi. Tiraq. in lib. de nobilitate. cap. 18. nu. 9. qui omnes ex eadem lege colligunt, viduam potiri priuilegio honoris & fori, quo potiebatur viuente viro, idem probat tex. in .l. foeminae infi. ff. de senato. & in .l. filij. versic. vidua. ff. ad municip. notat Bar. in .l. vlti. num. 2. C. de verb. signi. Feli. in cap. ex parte col. 1. de foro cõp. auth. de nup. §. nõ tñ permittimus. Si tñ vxor secundo viro nubat plebeyo non gaudebit priuilegio prioris viri, nec eius radijs corruscabit, vt in .l. mulieres. C. de digni. lib. 12. ibi, si autem minoris ordinis postea virū fortite sunt, priore dignitate priuata, posterioris mariti sequantur conditionem, quod & Bar. Voluit in .l. quoties. C. de priuill. schola. lib. 12. & in .l. foeminae in summario. C. de secūd. nup. Anto. Corfe. qui hanc dixit communem sententiam, in tracta. de potestate regia. q. 29. nu. 50. infi. Abb. Barb. Feli. & docto. in cap. ex parte. B. de foro comp. Ioan. Garron in rub. C. de secūd. nup. titu. de pœnis secundo nubentium. 4. pœna qui plures aggregat concordantes, quorum opinio mihi admodum placet. Quoniam lucrum hoc seu priuilegium viduis à lege concessum propter matrimonium præcedens, ideo propter secundas amittitur nuptias, quia cessat ratio quare concessum fuit priuilegium, nempe, cessat matrimonium morte viri, cessat etiam fictio iuris, qua matrimonium durare fingebatur propter viduitatem, ad conseruationem honoris vxori quæsitæ ex persona viri, vt in .l. 1. C. de bon. mater. quare pimum si cesset etiam priuilegium, causa eius cessante, vt in .l. Athlethæ. §. 1. l. Geomethræ & .l. idem Vlpianus. ff. de excusa. tuto. l. Ticia Seyo. §. vforas & ibi Bar. ff. de lega. 2. l. filius à patre. §. 1. & ibi Imol. Alex. Franc. de Aret. & Ias. ff. de lib. & posthu. cum concordan. per Tiraq. traditis in libello qui inscribitur causa cessante. 1. part. num. 203. & sequent. mutatione enim personæ, quæ est immediata causa priuilegij, mutatur, & proinde extinguitur, priuilegium. l. Paulus & ibi Bar. ff. de acq. hered. l. licitatio. §. vlt. ff. de publica. l. 1. C. de impto. lucrati. de crip. libr. 10. & ex illis legibus hoc expendit Bal. in rub. C. de vsur. 4. q. cum concord. per eundem Tira. traditis vbi supra num. 210. & sequent. quare hæc proprie dici nõ potest pœna, & quæuis pœna improprie dicatur, nõ est correctæ, iure pōtificū nec regio, quandoquidē venit ex natura actus, vt dixi, & non in pœnam secundo nubentium. ] Quarta adijcitur pœna coniugi secundas nuptias contrahenti, nempe, ne possit titulo lucratiuo plus coniugi secundo relinquere, quam vni ex liberis prioris matrimonij, cui minus reliquerit, quæ pœna communis est viro & mulieri. l. hac edictali in prin. & ibi Ioã. Garro. C. de secū. nup. §. optimè in auth. de nup. quæ pœna ideo non corrigitur iure canonico & regio, quia fauore filiorū prio-

ris matrimonij imposita fuit, iuxta resolutionem supra numero. 1. traditam. [ Hac eadem ratione quinta pœna nõ est abrogata, nempe vt mulier secundo nubens non possit occasione ingrati tudinis reuocare donationem antea collatam liberis prioris matrimonij, nisi in tribus dumtaxat casibus: quoniam contemplatione potius secundi mariti eam reuocatione facere presumeretur, quam propter ingrati tudinem vt in .l. mater in auth. de nup. vnde sumpta fuit auth. quod mater. C. de reuo. dona. Ioan. Garro in rub. C. de secūd. nup. pœna. 3. & in auth. mater eo. tit. imponitur siquidē fauore filiorū primi coniugij. ] Sexta pœna, eadem ratione nullo iure correctæ est, vt apud eam non educantur liberi, sed apud agnatos eorundem vt in .l. 1. & 2. & ibi Cin. & docto. C. vbi pupi. educa. deb. glo. in cap. vlti. de conuersione infidel. l. 19. titu. 16. par. 6. Ioan. Garro in rub. C. de secūd. nup. num. 5. vbi citat concord. sed in patre locus non erit huic pœnæ, vt notat idem Garro in .l. conuenit. C. de secūd. nup. [ Septima pœna omni iure incorrecta est, vt mulier secundo nubens tutellam vel curam amittat filiorum primi matrimonij, propter præsumptam dispositionem bonorum, ob affectum secundi viri, vt in auth. matri & auia. C. quan. muli. tut. off. fung. poss. l. 4. tit. 16. part. 6. facit etiam. l. quæ tutores infi. C. de admi. tuto. & .l. 1. C. vbi pup. edu. deb. diligere siquidem præsumitur maritum secūdum plus quam filios l. pater Seuerinam. §. pen. ff. de cond. & demo. l. 19. tit. 16. par. 6. l. neque tutores. C. de admi. tuto. quod pro dicit etiam si pater in testamento eam tutricem nominauerit, adhuc siquidem desinet tutrix filiorum esse, cum vtraque in specie, siue sit legitima siue testamentaria, militet eadem ratio, nempe, ne filij præiudicentur, cuius sententiæ fuerūt Oldral. glo. Cin. Iacob. Butri. Alberi. Bar. & Sali. in .l. omnem. C. ad Tertul. An gel. de Aret. in .l. omnium num. 41. in .l. de actio. Anto. Gomez hanc attestatus communem in .l. 14. Tauri num. 11. in iudicando quæ & consulendo consuluit esse seruandam, licet Bal. ibi, & alij nõ pauci voluerint contrarium. Quinimo vt ipse idem Angel. contendit tutella testamentaria spirat per transitum ad secundas nuptias, etiam si maritus in testamento disponat contrarium, ne liberi prioris matrimonij in commodum patiantur, quibus pater præiudicare non potuit. Sed fortè Ang. hoc inaduertenter asseruit immemor eius quod paulo ante num. 6. dixerat, nempe consensum mariti in testamento præstitum, vel aliàs, vt vxor eo mortuo alteri nubat, liberare eam à pœna secundo nubentium, ita vt nõ teneatur reseruare filiis prioris matrimonij ea, quæ ab ipso marito habuit, vt in auth. de nup. §. duo igitur & §. disponat colla. 4. atque idem est si filij consentiant matrimonio vt in .l. auth. de nõ elig. secun. nub. colla. 1. in glo. in verbo copulantur & ibi Ang. num. 8. cui sententiæ subscripsit Deci. in .l. 1. C. de secun. nup. & alij ab Ant. Gom. citati. cū igitur maiorem pœnam non incurrat propter mariti consensum, nimirum si à minore liberetur, vbi minus vertitur præiudicium. [ Pater vero quamuis ad secundas conuolet nuptias non amittet legitimam administrationem bonorum aduentitiorum filij. l. gette ralter versic. negotia. C. de secūd. nup. l. fi. C. de bon. mater

mater. fulg. in l. iubemus num. 6. C. ad Trebell. & ibi Corn. num. 4. Ioan. de Imol. in l. ex facto num. 16. ff. de vulga. Anto. Gomez in l. 14. Tauri num. 15. Ari. Pinel. in l. vlti. C. de bon. mater. num. 15. qui idem esse asseruat in tutela patri delata: non enim amittit eam, etiam si ad secundas transferat nuptias, ex sententia suapra citatorum, quod & voluit Ferd. Vazquez de successione creatione. §. 12. num. 36. contra Angel. in auth. de non eligendo secun. nub. §. quia vero num. 16. & Cassan. in consue. Burgun. rub. 6. §. 8. num. 2. infi. & num. 7. & 8. fo. 224. qui falso citat Paul. & alios pro se, quippe qui non de patre loquatur sed de matre, in quo etiam fuit lapsus Ripa in l. fi. q. 26. C. de reuocand. do. natio. [ Subdit etiam Anto. Gomez in d. l. 14. Tauri num. 12. quod matre renuente tutelam filiorum, perueniet ad legitimos, idēque esse, vbi mater tutela priuata fuerit per transitum ad secundas nuptias. Vbi autem prius quam secundo viro nupserit, petierit coram iudice tutorem dari filio suo, dabitur tutela cui iudex ipse voluerit, non autem succedet in ea legitimus, quod & voluit Bar. in l. si quis sub conditione num. 27. ff. de testam. tut. & in auth. sacramentum. C. quā. mul. off. tut. fungi poss. 2. q. & ibi Bald. 1. col. & Sali. 2. & 3. col. quo iure passim vtimur, maximē hoc in regno Peru. [ Octaua poena iure cæsareo illata coniugibus secundo nubentibus est, vt teneatur pater rogatus ab auo filijs suis restituere hereditatem, satisfactio nem de ea restituenda præstare, si ad secundas transierit nuptias, vt in l. iubemus. §. in suprascriptis. C. ad Trebell. & in §. placet in auth. de nup. cum concordantibus à Garro ne traditis in rub. C. de secun. nup. poena. 7. num. 7. idem voluit Azo in summa in auth. de nup. nu. 10. hæc poena non corrigitur iure pontificio vt pote que fit in fauorem filiorum prioris matrimonij. [ Nona additur poena iure canonico, vt qui secundo nupserit non possit ad sacros ordines promoueri, vt in d. auth. de nupt. §. sed & si quis inter reuerendissimos, & in §. Deo amabilibus in auth. quomo. opor. epif. & in c. 1. & per totū extra de bigamis Ioā. à Garro. in rub. C. de secun. nup. cum agit de poenis secundo nubentium num. 8. dicens, hæc potius dici incapacitatem, quā poenam, ex causis traditis in titulo de tempo. ordinan. quod & dixerat Præpos. in rub. extra de secun. nup. 1. col. Verū nec mulier post contractas secundas nuptias poterit religionem intrare nec effici diaconissa. d. §. Deo amabilibus versi. quāta igitur in auth. quom. opor. episco. colla. 1. Ioan. à Garro. d. num. 8. in fine, contrahitur siquidem bigamia per transitum ad secundas nuptias, & priuilegiū amittitur clericale, vt in cap. 1. de cleri. coniuga. lib. 6. cum similibus de quo latē diximus in stylo cancellarie tit. 1. præmi. 22. cap. 1. §. 2. gloss. 2. ad finem. [ Decima poena secundo nubentis est, quod amittit relictu sub conditione si secundo non nupserit, & hæc communis est vtrique coniugi, vt in auth. de nup. §. quæ verò nunc sequitur, & in auth. cui relictu. C. de indicta vidui. toll. quod relictu applicatur heredibus coniugis defuncti, quia defecit conditio. Nam licet iure antiquo. ffff. conditio non nubendi tolleretur ipso iure in qualibet persona, ita vt conditione reiecta, coniux superstes posset legatum consequi etiam

si nupserit, vt in l. sed si hoc. §. vlti. cum d. seq. & in l. cum tale. §. Meuz. ff. de cond. & demonstra. & l. quoties & l. Titia eo tit. secus tamen est iure auth. nouisimo, quo iure conditio hæc si non nupserit, reijcitur in virgine, vel in ea que nunquam nupserit, etiam si virgo non fuerit, quoties conditio ponitur absolute quoad omnes: idem si homini qui nunquam nupserat hæc adijciatur conditio, cum sit impeditiuā matrimonij in perpetuum, vbi autem respectu certæ personæ apponatur, vel talium personarum, valet conditio, & non reijcitur, valet etiam, si homini vel foemine viduæ absolute imponatur, vt in d. auth. cui relictu. C. de ind. vid. toll. vbi gloss. & Azo in summa illius tituli. Odo. Cyn. Iaco. But. Bar. Albe. Bal. Ange. Paul. Sali. & ceteri idem tenent, & in d. auth. de nup. §. quæ verò nunc sequitur. Bar. & docto. in l. sed si hoc. §. vlti. & in l. mulieri & Titio infi. ff. de cond. & demonstra. Anto. Gom. in d. l. 14. Tauri num. 8. & iterum in libro variarum resolutionum tomo. 1. cap. 12. delegatis num. 68. & Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. cap. 3. §. vlti. num. 11. qui num. seq. latē disserit, vtrum per transitum ad secundas vel tertias nuptias mulier amittat legatum ei factum sub conditione si castè vel donec castè & honestè vix erit, vti etiam discutit Anto. Gomez in d. l. 14. Tauri num. 9. Et si quis dixerit hanc poenam iure canonico esse correctam, eo quod non in fauorē filiorū prioris matrimonij, sed in poenā secundo nubentium tendere videatur, iuxta doctrinam Innocen. communiter receptam in cap. vlti. de secun. nup. cum concordantijs supra in principio huius glo. traditis, respondere licebit, negando poenam iure pontificio esse correctam, vel ex eo quod hæc proprie non dicatur poena legalis, sed potius obseruatio voluntatis testatoris, iniquum quippe esset vxorem contra eius voluntatem relictu consequi, vel quod hæc non sit poena legalis, de his quas enumerat legislator in titu. C. de secun. nup. sed poena imposta ex testatoris voluntate, vt rectè aduertit. Ioan. à Garro. in rub. C. de secun. nup. tractatu de poenis secundo nubentium nu. 9. infi. Verū ne ignoretur. quādo huic poenæ locus sit, inseram verba tex. in auth. cui relictu C. de ind. vidui. toll. Cui relictu quid fuerit à coniuge vel à qualibet persona, ne secundas ineat nuptias: infra annum quidem non petat, nisi spes nuptiarum deficiat, post annum verò capiat præfita cautione rei cum fructibus restituendæ, si contra fecerit: pro re immobili iuratoria cautio fiat cum hypothecis: pro mobili, si persona sit idonea, eadem sit cautio: alioquin si deuior exigitur, si præstari potest, contractis nuptijs etiam res data vendicari potest, quod sic admittitur, ac si ei relictu, vel ordinatum non esset. Hactenus Imperator de cuius intellectu videas Anto. Gomez in l. 15. Tauri num. 8. [ Vndecima poena secundo nubentis minimè etiam corrigitur iure canonico, nempe, ne ab intestato succedat secundo nubens filijs prioris matrimonij, nisi quoad vsumfructum bonorum que a patre habuerunt, quæ referuare tenebitur ceteris filijs, vt in l. mater. C. ad Tertul. & in auth. ex testamento. C. de secun. nup. §. hinc nos in auth. de nupt. Ex testamento verò si quid habuerit ab vno ex filijs prioris matrimonij, non tenebitur referuare cete

ris filijs, vt in l. mater. C. ad Tertul. & in auth. ex testamento. C. de secun. nup. §. hinc nos in aut. de nupti. Ex testamento verò si quid habuerit ab vno ex filijs prioris matrimonij, non tenebitur referuare ceteris fratribus, quandoquidem id capere videatur à filio tãquam extraneo, vt in d. auth. ex testamento. C. de secun. nup. sed ab intestato dicitur capere ex legis dispositione, magis quàm hominis; vnde nimirum potuit lex ipsa onus & grauamen hoc imponere, vt aduertunt optimè Cin. & Sali. in d. auth. ex testamento & Anto. Gomez in l. 14. Tauri num. 2. subditque hæc esse intelligenda in bonis que filius ipse, de cuius successione agitur, habuit à patre, vel aliquo ex ascēdētibus, non in bonis quæ habuit aliunde, hæc enim integre consequetur mater, etiam si ad secundas transierit nuptias vt in d. l. mater. C. ad Tertul. & in d. auth. ex testamento, ibi, que ex paterna substantia ad filium peruenierunt, vbi hoc notant Accurs. Cin. Bar. & ceteri interpretes depto Paulo cast. nec interest hac in specie nubat nē mater in vita, vel post mortem filij cui successit, vtroque enim casu idem statuitur vt aduertit Anto. Gomez in d. l. 14. Tauri numer. 1. contra gloss. in d. l. mater. C. ad Tertul. verū his quæ diximus locus non erit, quoties mater habuit bona filij titulo donationis, vel ex alia causa, quā successione; non enim tenebitur ceteris filijs referuare, quæ à filio habuit ex causa donationis, venditionis, vel permutationis, vel ex testamento, vt iam diximus, sed ea dumtaxat bona quæ ex successione ab intestato habuit à filio, quæque ipse filius habuerat à patre vel ascendentibus eius. Ceterum deficientibus filijs prioris matrimonij, in omnibus bonis succedet mater filio suo, & de ipsis disponet ad libitum vt in d. l. mater & d. auth. ex testamento. & d. l. foemine infi. C. de secun. nup. Sed an idem status debeat in patre, latē discutit Ioan. à Garro. in l. foemine. §. illud post gloss. ibi in verbo delata, quod non examino quoniam est expresse decisum in l. sequenti vbi dicam. [ Duodecima poena iure canonico incorrecta est, vt nubens secundo teneatur filio cautionem & satisfactionem præstare, de vtendo bonis aduenticijs, quorum habet vsumfructum, arbitrio boni viri, caque ratione reddita, restituendo, vt in l. hac cdiēti. §. his illud. C. de secun. nup. vt respondit Fulg. conf. 82. infi. facit tex. in l. iubemus. §. in suprascriptis. C. ad Trebell. Boeri. decis. 200. Arias, Pinel. in l. 12. par. num. 75. amplia. 9. & num. 31. C. de bon. mater. qui refert apud Lusitanos hoc statuer legem regiam lib. 4. titu. 75. §. 3. cum seq. quemadmodum & alij vsumfructuarij solēt cauere vt in l. 1. ff. vsumfructua. quem. cau. & in l. si vsumfructus. ff. de vsumfructu. & capit. vlti. de pigno. quam regulam latissime ampliat & limitat Pinel. in d. 2. par. numero. 75. & sequētibus, & huiusmodi cautionem patet vsumfructuarijs bonorum aduentitiorū filij minimè præstare teneretur, si ad secundas non conuolasset nuptias, vt in l. cum oportet. §. non autem & l. vlti. §. in autem in fi. C. de bon. quæ libe. quod lex tribuit paternæ reuerentiæ, quandoquidem nimirum consistat de patre erga liberos: vt multis probat Tiraq. in rep. l. si vnquā in princ. numero. 25. C. de reuocand. dona. facit quod in simili specie notat Iaso. in l. nemo potest. 2. lectio-

17 ne numero. 68. ff. delega. 1. [ Decimatertia poena, quæ uis in virgine vel ea quæ nondum nupserat, reijcitur conditio si arbitrato Seij nupserit, vt in l. turpia. §. 1. ff. delega. 1. in vidua tamen non reijcitur, vt ibidē adnotarunt interpretes, maximè Lancelo. Deci. qui id fulcit aduersus Cuma. tex. est etiam cum his quæ ibi expendunt doctores in d. auth. cui relictu. C. de indicta viduita. tollen. idem quoque voluit Bal. in l. 1. numero. 13. C. de his qui poenæ nomi. & Pet. de Ancarra. in regula nemo potest. 3. colum. versic. 2. pone, & Ioann. à Garronibus in rub. C. de secun. nup. poena. 14. [ Decimaquarta, si mulieri aliquid legetur quandiu cum filijs suis steterit, & cohabitauerit, perdet proculdubio relictu, si ad secundas transierit nuptias, siquidem filij iustam habeant causam non commorandi cum ea, vt dixi supra numero. 8. est enim eis suspecta, quo fit vt dici non possit per filios stare, quominus cum eis habitet, sed per eam: ex sententia Bal. in l. vlti. C. vbi pup. edu. deb. cui adhæret Alex. ad Bar. in l. qui concubinam. §. vxori ff. delega. 3. idem Bal. Ang. Sali. & docto. in l. 2. C. de legat. vbi clarius ceteris Iaso. eam probat sententiam, Præpos. etiam in cap. vlti. infi. de secun. nup. Paul. à Montepico in repe. l. Titia cum testamento. §. Titia cum nubere. ff. delega. 2. in. 63. q. 9. versi. sed iuxta & iterum in. 64. quæst. Pet. de Ferrar. in sua pratica tit. de forma libelli quo pctitur dos restitui in gloss. donec vita. 2. colum. Ioann. à Garro. hanc attestatus communem in rub. C. de secun. nup. titu. de poenis secundo nubentium numero. 15. quorum opinio verior est & receptior quidquid contra eam molliantur Bar. Paul. & Imol. in l. cum tale in principio. ff. de cōdi. & de monstra. si tamen filijs mortuis secundo nupserit mater, non amittet relictu, si cum eis viuentibus commorata fuit, vt rectè probat idem Ioan. à Garro. d. num. 15. hæc poena non corrigitur iure canonico ex regula tradita supra numero. 14. infi. [ Decimaquinta poena statuitur iure ciuili viduæ secundo nubenti, quæ non corrigitur iure canonico. Supposito quod hæredes mariti defuncti tenentur vxori superstiti bona detalia immobilia statim tradere, mobilia verò intra annum, vt in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. acti. l. penul. tit. 11. part. 4. notatur in cap. 3. de dona. int. vi. & vxor. interim tamen dum mobilia non restituantur, est agenda vxor vidua ab heredibus mariti, si careat bonis, vnde commodè ali possit, ex sententia gloss. communiter receptæ in l. diuortio gloss. 2. ff. solu. matri. & in d. §. exactio. quam veram & receptam esse sententiam attestantur Alex. & Iass. numero. 18. in d. l. diuortio in prin. Couarruuias. in epitome de sponsal. 2. part. capit. 3. §. vltim. numer. 9. Ioan. à Garro. in rub. C. de secun. nup. tit. de poenis secundo nubentium poena & numero. 17. Anto. Capitius decis. 24. numero. 2. & 3. Rebuffus. 1. tomo ad leges Gallicæ titu. de senten. pronouisionali. articulo. 3. gloss. 1. numero. 10. Anto. Gomez in l. 50. Tauri numero. 48. Arias Pinel. in l. vlti. num. 6. C. de bon. mater. Alexand. conf. 27. libro. 4. Gregor. Lupi in l. penul. tit. 11. in gloss. in verbo vnquo part. 4. quorum opinio vera est quidquid tentauerit dicere Vldricus. Zas. libr. 2. singularium respon-

forum. Capit. 3. numero decimonono & sequent. [ Ratio huius sententiae est, quoniam ipsi doti annexum est, onus alendi coniuges. l. si cum dotem. §. sin autem in seuisimo. ff. solut. matrimo. Item quia vidua censetur durare in eodem matrimonio. l. finali. C. de bonis maternis. Tertio quia soluto matrimonio, antequam dos solvatur, retinet priuilegia sibi competentia constante matrimonio, vt in. l. etiam cum similibus. ff. de fund. dota. Quemadmodum ergo maritus tenebatur vxorem alere constante matrimonio, ita & eo soluto ante restitutionem dotis, vt probat Antoni. Gomez in dicta. l. 50. Tauri numero. 48. verum nulla ex rationibus supra traditis satisfacere videtur, nam licet constante matrimonio sit onus alendi coniugem doti annexum, hoc fit quoniam vir fructus dotis lucratur. l. pro oneribus. C. de iure doti. viro autem mortuo, vel vxore repudiata, cessat hæc ratio, quandoquidem maritus vel hæredes eius fructus dotis minimè lucrèntur, vt infra repetam, cum ipsa iam non sit vxor, nec deinceps constet matrimonium. Secunda quoque ratio non satisfacit. Nam mulier æque durare censetur in matrimonio cæteris annis ac in primo, vt rectè aduertit Arias Pinellus. in dicta. l. vltim. numero. 7. in fin. C. de bonis maternis. Cæterum nec tertia ratio omnino concludit, quandoquidem priuilegium alendi vxorem, constante matrimonio maritus sit, quam eo soluto ante restitutionem dotis, cum priori casu non cesset, etiam si vxor habeat aliunde vnde aliposset, secundo verò secus: hæredes enim non tenebuntur vxorem alere soluto matrimonio, si habeat bona alia vnde aliposset vt inferius probabo. Quare congruentior ratio reddi potest, iunctis tribus præcedentibus, nempe, quòd humanitatis causa alimenta viduæ inopi præstentur ab hæredibus viri, fructus bonorum mobilium detinentibus, eo anno, qui ad dotem reddendam, iure eis conceditur, ad exemplum & similitudinem alimentorum, quæ maritus constante matrimonio ei reddere tenebatur, siquidem hac in specie censeatur vidua iuris fictione esse sub præcedenti matrimonio, vt in dicta. l. vltim. C. de bonis maternis quæ fictio fundatur æquitate iam dicta, ne vxori inopi dotis restitutio denegetur in eo anno, ex qua aliposset, & alimenta quoque: quod esset profecto iniquissimum & inhumanum, necare enim videtur qui alimenta denegat. l. necare. ff. deliber. agnos. [ Hæc regula ampliatur & extenditur, vt procedat, non solum in bonis mobilibus naturaliter fructuosis, vt in feruis, iumentis, & similibus, verum etiam in pecunia, quæ fructus nullos parit. Nam propter interusurium, anniculæ dilationis tenebuntur hæredes mariti viduam alere, vt asserit Imola. in. l. diuortio. 2. columna. ff. soluto matrimonio & Alexand. consilio. 27. in principio libro. 4. numero. 6. in fine & Antoni. Gomez in. l. 50. Tauri numero. 47. & 48. Antoni. Capitius decisio. Naopolitana. 2. 4. numero. 3. & 4. vbi hoc probat à maiortate rationis, nam si dos consistit in mobilibus naturaliter

fructuosis, alimenta viduæ debentur ratione fructuum ab hæredibus perceptorum, in illo anno dilationis à lege concessæ ad restituendam dotem, & cum eis compensantur, & si qui fructus supersunt, viduæ sunt restituendi, vt Alexand. probat in dicta. l. diuortio & dicam inferius, vbi autem dos consistit in pecunia, hæredes viri consequuntur sibi interesse pecuniæ, nec id restituere tenebuntur viduæ, quatenus excedit alimenta, secundum Bart. in. l. si constante. §. quoties numero. 9. ff. soluto matrimonio: nimirum ergo si hac in specie etiam alimenta debeantur anniculæ dilationis, & maiori ratione, cum iura quæ alendi necessitem ingerunt, id potissimè faciant ob commoditatem, quam hæredes percipiunt medio tempore ex dote, sed maiorem percipiunt ex pecunia commoditatem, quam ex alijs rebus cum quidquid percipiant restituere non teneantur, sicut restituere tenentur quam ex alijs rebus mobilibus percipiunt, vt diximus, & tum potissimum cum hæredes possent, ab onere alimentorum liberari tradendo statim pecuniam, vt infra dicam. 6. limitatione. [ Secundo extendæ regulam istam, vt procedat, etiam si vidua habeat patrem diuitem, qui tunc demum filios alere tenetur, cum eis desit vnde aliàs aliposset, vt in. l. si quis à liberis. §. 1. versiculo sed si filius & §. si vel parens. ff. de liberis agnoscent. sed hæredes vt dixi tenentur viduam alere propter fructus, & commoditatem quam percipiunt ex annicula dilatione, quare nimirum pater ab hoc onere excusabitur, quippe qui de damno vitando, non hæredes mariti qui de lucro captando agunt, secundum Iacob. Butrica. in. l. vnica. §. 1. C. de rei vxorix actio. & ibi Salicet. in. §. exactio, & Alexand. in dicta. l. diuortio in principio numero. 16. ff. soluto matrimonio Antoni. Capitius decisio. 24. numero. 7. [ Tertio extenditur etiam si vidua nolit cum hæredibus commorari, maximè si esset indecens & inhonestum, nam tunc alibi est alenda extra domum hæredum, vt voluit Bart. in. l. diuortio in principio numero. 4. & ibi Iasso. 8. columna versiculo iuxta hanc gloss. hanc attestatus communem. ff. soluto matrimonio Paul. & Angel. quoque in. l. 1. C. de legat. Angel. & Rapha. in. l. cum hi. §. vltimo. ff. de transactioni. Bald. in. l. in annalibus. C. de legat. citans text. in. l. cum hi. §. in causæ. ff. de transactioni. Ioann. de Ana. consilio. 54. Anto. Capitius. d. de cissio. 24. numero. 8. & Raph. Cuma. dixit in. d. l. diuortio hoc quotidie seruari in praxi Antoni. Gomez in. l. 50. Tauri numero. 48. post sextam limitationem, & Iasso. in. dicta. l. diuortio. ff. soluto matrimonio. extendit hanc ampliationem, vt non tantum procedat in alimentis ex legis dispositione debitis, verum etiam si ex testamento debeantur: vtrique enim in specie vxor potest petere alimenta seorsum ab hæredibus, etiam si cum eis non commoretur, quinimo etiam si testator expresse dixerit quòd eis præstentur alimenta in domo, vt in. l. Gayo. §. imperator in fi. & ibi Bart. notat. ff. de alimen. & cibari. legat. Bald. in. l. 1. & in. l. in annalibus. C. de legat. Pau.

Paul. in. l. Titia. ff. de solu. Anto. Cap. d. decis. 24. nu. 8. nec tenebitur mulier hac in specie operari hæredibus ex ratione tradita per Iaso. vbi supra contra Bar. 24. ibi & contra Capi. d. decis. 24. num. 10. [ Quarto exte de hanc sententiã vt procedat, etiam si sit concessa dilatio ad restituendam dotem, partium conuentione, [ quæ pactio est seruanda vt aduertit Anto. Gomez in. d. l. 50. Tauri num. 46. ad fi. vbi attestatur hoc in re gno communiter apponi in instrumentis dilationem triginta dierum ad restitutionem dotis in pecunia numerata vel in bonis mobilibus constitutam, nam bona immobilia statim soluto matrimonio restituuntur, vt in. d. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act. ] adhuc enim intra hanc dilationem conuentionalè est vidua ab hæredibus alenda, vt sentiunt docto. superius citati & expressim voluit Anto. Gomez in. d. l. 50. Tauri num. 48. [ Quinto extendæ, vt procedat in alimentis præteritis ab vxore petitis, secundum Bal. in. l. de alimentis. C. de transf. cuius doctrinam limitat Paul. in d. l. diuortio, num. 6. quando mulier interpellasset hæredes viri, & fuisset in mora, & hac ex causa vxor ipsa mutuo accepisset pecuniam, nam aliàs non diceretur indigere, cui assentitur Alex. in. l. de alimentis. C. de transf. & Anto. Cap. d. decis. 24. num. 9. & Ant. Gomez his minimè citatis in. d. l. 50. Tauri num. 48. Ioan. Neuzani alios citans conf. 74. nu. 3. Iacobi. in d. l. de alimentis num. 5. & dominus Anto. Padilla 26. Præfectus consilij ordinum ibidem num. vlti. [ Hæc tamen communis assertio limitatur & restringitur plurifariam. Primo, vt procedat durante dilatione legali vel conuentionali, intra quam nimirum tenentur mariti hæredes, viduæ alimenta præstare, non post dilationem decursam, iuxta gloss. receptam in. d. l. diuortio & in. d. §. exactio: cum eo dumtaxat tempore fruuntur hæredes fructibus & intersurij dotis, quæ limitationem probat optimè Ari. Pinell. in. d. l. vlti. C. de bon. mater. num. 8. ex mente doctorum supra nu. 20. citatorum contra Ricard. Cyn. & Alberi. in. d. l. vlti. & Hyppo. in. l. vnica. C. de rap. virg. num. 217. dicentes viduam alendam esse ab hæredibus viri, quemadmodum & à viro, si viueret, etiam post dilationem legalem vel conuentionalem, eo quòd durante viduitate censetur esse sub precedenti matrimonio, cui opinioni accedunt Bal. Paul. fulg. & Corn. in. d. l. vlti. quoties vidua est inops, Cuma. etiam & Rom. & Alex. in in. d. l. diuortio. Falsa enim est eorū assertio, nam alimenta viduæ præstatur ab hæredibus mariti propter interusurium annuæ dilationis, vt diximus, qua dilatione transcurra cessat ratio, quare alimenta præstantur, nimirum ergo si cesset quoque alimentorum præstatio. [ Secundo limitatur & restringitur regula hæc in vidua paupere, nam si habeat vnde aliàs aliposset, hæredes mariti non cogentur ei alimenta præstare, secundum docto. supra num. 20. citatos arg. tex. in. l. ex tranco. ff. de ven. in poss. mitten. & in. l. si quis à liberis §. 1. vers. sed si filius. ff. de lib. agno. vbi quoties à lege alimenta debentur, ei non sunt præstanda si habet bona vnde aliàs aliposset, idem voluit Alex. conf. 27. in prin. libr. 4. & Anto. Gomez in. l. 50. Tauri nu. 48. 28. [ Tertio intellige conclusionem si per viduam non steterit quominus dotem exigat, sin autem per cã ste-

terit, quia noluit exigere dotem, cum posset, quia forte ei offerretur intra annum, tunc ei non debebuntur alimenta, ex sententia Innocen. Ioan. And. & Anto. Card. & Panor. in. c. salubriter de vsur. & hosti. in summa de vsu. §. an aliquos vers. quid è contra rio casu, quos sequuntur Bar. & Angel. in. l. atqui natura. §. non tamen. ff. de nego. gest. Anca. conf. 150. Lauren. Rodolph. in. cap. consuluit de vsur. q. 52. Bal. in. l. infulam. §. vsuras. ff. solu. matri. & in. l. fi. C. de bon. mater. Ang. Imol. Lud. Rom. Paul. Alex. & Ias. in. §. conclus. gloss. in. d. l. diuortio in prin. Ioan. Lup. in rep. cap. per vestras notab. 6. num. 8. estque communis opinio teste Alex. conf. 27. nu. 2. & 3. lib. 4. & Anto. Gomez his non citatis in. d. l. 50. Tauri num. 48. in fi. & si hæredes fuerunt in mora restituendi, post dictam dilationem poterit vxor petere interesse secundum præfatos doctores. [ Quarto regula restringitur, vt procedat quoties fructus dotis sufficiunt ad alimèta, vbi autem nulla sit dos, vel fructus eius non sufficiant ad alendam viduam, hæredes viri durante etiam annua seu conuentionali dilatione, non tenebuntur vxori alimenta præstare, nisi vsque ad valorem & quantitatem fructuū dotis, vt in. l. cū vnus. §. vlt. ff. de alimen. & cibari. lega. facit tex. in. l. infulam. §. fructus. ff. sol. matri. hæc fuit sententiã Iaco. Butri. in. l. vni. §. illo procul dubio. C. de cadu. toll. quem sequuntur Paul. in. d. l. diuortio in prin. & ibidem Alex. nu. 19. & Iaso. col. 8. in fi. vers. circa. 3. questionem Bar. Anto. capi. d. decis. 24. nu. 5. sentit ita Sali. in. d. l. vni. §. exactio. C. de rei vxor. actio. quæ sententia verior mihi videtur licet cõtraria placuerit Bar. in. d. l. diuortio in prin. nu. vlti. cui accesserunt Bal. Ang. Imol. Lud. Rom. & Cuma. ibidem. eo quòd Bar. & sequatium fundamenta & rationes sint falsæ, dicunt etenim, quemadmodum si vir viueret teneretur alere vxorem, etiam si fructus dotis ad eam alendam non sufficerent, atque etiam si nulla ei dos data fuisset, vt in. l. si cum nulla. ff. de reli. & sump. fune. notant docto. in. l. quod in vxorem. C. de nego. gest. ita & eius hæredes, qui eum repræsentant & tum potissimum cum durante viduitate censetur durare matrimonium, vt in. l. vlti. C. de bon. mater. nã argumētū hoc nullatenus procedit, datur siquidè plures instat: nã maritus viuēs alere tenetur vxorē diuitē, vt in. d. l. quod in vxorē. C. de neg. gest. ibiq; notat docto. hæredes autē viri viduā alere nō tenentur, etiã durante annicula dilatione si sit diues, aut habeat vnde aliàs se alere possit, vt asserunt gloss. 2. & communiter docto. in. d. l. diuortio in prin. ff. solu. matri. cū cõcordantijs supra nu. 19. traditijs. Præterea vir tenetur alere vxorem, etiam nulla dote intercedente, hæredes autem viri minimè, quia in iure nostro nō reperitur quòd viduam alere teneantur hæredes viri, nisi propter fructus dotis vt ex superius traditis satis expeditur & probat Alex. & Iaso. in. d. l. diuortio in prin. ff. solu. matri. [ Quinto regula hæc limitatur quoties morte viri soluitur matrimonium, nam si morte vxoris solvatur, eius hæredes non sunt alendi à marito in annua dilatione, quoniam priuilegium hoc est personale, atque ido non transit ad hæredes, vt in. l. quia tale. ff. solu. matri. & in. l. vnica. C. de priuill. dot. Anto. Gomez hanc tradens limitationem in. d. l. 50. Tauri nu.



31 num.48. [ Sexto limita quoties hæredes viri velint uti prædicto beneficio dilationis, secus autem si confestim velint dotem restituere, nam liberabuntur proculdubio ab huiusmodi alimentorum præstatione: quia cessat præstationis ratio, secundum Bal. in auth. ei qui iurat. C. de bon. auth. iudi. poss. nu. 39. cui assentiuntur Anto. Gomez in. d. l. 50. Tauri num. 48. limi. 3. & Anto. Capi. d. decis. 24. num. 6. Alex. in. l. Diuortio in prin. num. 21. ff. solu. matri. Gre. Lupi in. l. pen. tit. 11. par. 4. in verbo vn año ad medium. [ Septimo restringitur, nisi hæredes viri tantam velint viduæ restituere partem bonorum dotalium, quæ ad alimenta sufficiant, nam ex hoc liberabitur ab alimentorum præstatione, licet non tradat bona dotalia integre, secundum Pet. & Cyn. in. d. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. & Alex. in. d. l. diuortio num. 18. versic. ex prædictis, quorum opinio mihi placet quidquid dixerint Imol. Aret. & Ias. in. d. l. diuortio & fenserit Capiti. in. d. decis. 24. nu. 6. [ Octauo limita, nisi vxor viro mortuo manserit prægnans, quia tunc in quemcunque euentum, est ab hæredibus viri alenda, siue habeat unde aliàs alii possit, siue non: siue etiam dos sibi fuerit restituta vel non, vt in. l. 1. §. mulier. ff. de ven. in poss. mitem. & in. l. curator eo. tit. adnotarunt hoc in specie Bal. Ang. Imol. Cuma. Paul. Alex. Aret. & Iaso. & Vincen. & ceteri interpretes in. d. l. diuortio in prin. ff. solu. matri. Anto. Gomez in. l. 50. Tauri num. 48. ad finem. [ Nonò fallit, si mulier transeat ad secundas nuptias, nam per huiusmodi transitum amittit alimenta secundum Cynum in. d. l. vlti. C. de bon. mater. idem voluit Pet. Ferr. in practica in forma libelli quo vxor agit ad dotem versic. ac etiam alimenta Ias. in. §. fuerat nu. 25. in. l. de actio. Ioan. à Garro. in rub. C. de secund. nup. numer. 41. poena. 40. in tra. statu de poenis. 2. nubentium num. 17. quorum opinionem sequitur Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. vlti. num. 9. limitans hæc procedere, nisi vir secundus sit pauper, nec habeat unde vxorem alere possit, cogentur enim hæredes, hac in specie, vel vxorem alere, vel dotem statim restituere, quod verum puto, & quod sufficere tantam partem dotis restituere, quæ ad alimenta sufficiat, iuxta per me dicta supra numero. 32. [ Verum, cum de hac legali dilatione hæc agamus, opere præcium erit videre, an hæredes mariti gaudeant commodo fructuum huius annuæ dilationis, an verò vxori eos restituere teneantur. Et quidquid alij dicant, crederem hæc esse veram resolutionem: aut enim dos consistit in rebus immobilibus, aut in mobilibus naturaliter fructuosis, aut in pecunia. Primo casu fructus pertinent vxori, quia hæredes viri bona immobilia dotalia statim viduæ reddere tenentur, vt in. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. Secundo casu, fructibus iumentorum, vel feruorum, aut aliorum mobilium potentur hæredes viri, sed finita annua dilatione, tenebuntur eos restituere ipsi viduæ, vel compensare cum alimentis ei præstitis vsque ad concurrentem quantitatem, vbi autem dos in pecunia consistit, hæredes viri gaudebunt inter usurio medij temporis: nec id vxori restituent post annum, vt in. l. vnica. §. fructibus. C. de rei vxo. actio. tenet Bar. in. l. si constante §. quoties num. 9. ff. solu. matri. Alex. & doct. in. d. l.

36 diuortio, Anto. Gomez in. d. l. 50. Tauri num. 47. Anto. Cap. d. decis. 24. nu. 4. [ Decimafexta additur poena secundo nubentibus, quæ non inuenitur correctæ iure pontificum, nempe, vt si vidua intra annum luctus nubat alteri viro, teneatur vestes viduales ac lugubres hæredibus primi viri reddere, autho. Bal. cõf. 478. lib. 5. cui subscripsit Ioan. Camp. in tra. de doe. 2. par. q. 56 & Ioan. Lupi optimè lateque id probans in rep. rub. de don. int. vi. & vxo. §. 11. num. 8. quin etiã præciosas vestes reddet, vt fensit Bal. generaliter loquens & expressim Alex. in. l. is qui quadringenta. §. vlti. in fi. ff. ad. l. falcid. & Ioan. de Garro. in rub. C. de secund. nup. num. 18. & Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. cap. 3. §. vlti. num. 10. quas vestes viduales lugubres, ac preciosas lucrabatur vxor, in viduitate permanens, vt in. l. verbo victus. ff. de verbo signi. Ang. in. l. decreto. C. ex qui. caus. infra. irroga. Ang. Aret. in. §. fuerat in fi. in. l. de actio. quæ tales esse censentur, attenda qualitate personarum & more regionis, vt ipsi asserunt, easque donare videntur hæredes, si viduæ ipsi sponte dederint, etiã si dare minimè tenerentur, saltem pro tempore viduitatis, secundum Alex. in. l. is qui quadringenta. §. vlt. ad fi. ff. ad. l. falcid. nec viduæ incumbit probatio consuetudinis deducendi has vestes ex bonis mariti mortui, sed illius dumtaxat consuetudinis, qua viduæ his vel illis vestibus solent lugere maritos, vt resoluit Ant. Capi. decis. Neapoli. 26. [ Decimo septimo mater secundò nubens non poterit exemplariter substituere filijs prioris matrimonij, licet aliàs posset ex sententia Bar. in. l. ex facto in prin. ff. de vulga. cui adhærent Angel. Cum. Alex. Aret. & Iaso. ibidem, Bal. etiam in tra. substitutionum in materia exemplaris. 3. colu. Ioan. de Ferr. in titu. de forma libelli quo agitur ex substitutione in glo. in verbo exemplaris. 3. colu. Fran. de Aretio in l. humanitatis. C. de impube. qui hanc dixit esse veriorrem & receptiorem sententiã, & Ioan. Garro. in rub. C. de secund. nup. poena. 22. quorum opinio verior est & magis communis, licet contrarium voluerint Bal. sibi prout assolet contrarius, Sali. & Corne. in. d. l. humanitatis & Ioan. Imol. in. d. l. ex facto. Huic tamen poenæ locus non est in patre secundo nubenti, propter maiorem confidentiam, quam de eo habent legislatores, vt supra diximus num. 16. in fine ita voluit Ang. in. d. l. ex facto, magis frequenter receptus authore Ioan. à Garro. in. d. rub. C. de sec. nup. num. & poena. 22. ad fi. Sed an vicietur exemplaris substitutio à matre vidua facta filijs prioris matrimonij, si deman. ad secundas transferit nuptias tractant Iaso. & moder. ni in. d. l. ex facto. [ Decimo octaua poena. 2. nubenti à iure ciuili imposta nõ est correctæ iure pontificum, nempe, quod bona matris ad secundas nuptias transeuntis sunt tacita hypotheca subnixæ liberis prioris matrimonij, à die quo lucra & largitiones à priori marito habitæ, ad eam peruenerunt, vt in. l. hac edictali. §. his illud versic. omnibus. C. de secund. nup. vbi Ioan. à Garro. concernit siquidem poena hæc fauorem filiorum primi matrimonij. [ Decimanona eadem ratione non corrigitur poena, quæ iure ciuili secundo viro imponitur, nempe, vt eius bona sint tacitè hypothecata pro administratione bonorū filijs prio-

prioris matrimonij spectantium, si mater antequam secundo nubere, non petijt tutorem filijs, nec rationem, & reliqua reddidit, vt in. l. pen. C. in quib. caus. pign. taci. contraha. & in. §. non autem tutelam in auth. de nupt. colla. 4. & hoc nuncupatum voluit gloss. in capit. ex parte de appella. Ioan. à Garro. qui probat non esse hanc poenam correctam iure canonico, in rubri. C. de secund. nupt. de poenis secundo nubentium poena & numero. 28. [ Vigesimo licet aliàs mater administrans bona filij, de modicis rationem reddere non teneatur, si tamen secundo nubat, etiam de modicis rationem reddere non excusabitur, authore Bald. in. l. cum oportet. §. fi. C. de bo. quæ lib. quem ibi sequuntur Paul. Castr. & Iacob. de Amiens. & ceteri, vt attestatur idem Ioan. à Garro. in. d. rubri. C. de secund. nupt. poena & numero. 13. 8. & sequent. vbi reddit rationem, nempe, propter malam fidem quæ in matre præsumitur, potius siquidem amare intelligitur virum secundum, quam filios prioris matrimonij, vt in. l. lex quæ tutores. C. de adm. tuto. cum concordan. ibi traditis. [ Vigesimo primo, licet legitima debeatur parentibus bonorum filij. §. 1. in auth. de hæred. & falcid. nec in ea possit per filium onus aut grauamen aliquod imponi, vt in. l. quoniam in prioribus iuncta gloss. C. de inoffici. testament. vt late resoluit Ioan. à Garro. in auth. ex testamento. C. de secundis nuptijs vbi tamen pater vel mater secundo nupserit, non succedet filio, nisi quoad vsum fructum bonorum, quæ ipse habuit à patre vel matre defunctis, quæ est singul. limitatio ad dicta iura, vt nobis aduertit Ioan. à Garro. in. d. auth. ex testamento. & in rubri. C. de secund. nup. poena & numero. 41. [ Vigesimo secundo, poena secundo nubentium, nullo iure correctæ est, vt amittant ipso iure dominium & proprietatem bonorum, quæ quomodolibet secundo nubens habuerat ex bonis paternis, etiam ex successione filij ad quem per successionem vel aliàs deuenerit, quorum bonorum habebit solummodo vsum fructum, vt in. d. l. formæ. C. de secund. nup. ibi possidendi tantum atque fructum in diem vitæ, non etiam alienandi facultate concessa: & in auth. in donatione. & auth. ex testamento eodem titulo. & l. hac edictali. §. his illud eodem titulo & l. 2. C. de ind. vidu. toll. l. mater. C. ad Tertul. auth. de nupt. §. si vero spectet Cyn. Bart. & doct. in. d. l. formæ. l. 26. titu. 13. part. 5. & non solum non licebit secundo nubenti ea bona alienare, verum nec in testamento vni ex liberis prioris matrimonij magis relinquere, quam alij, nec meliorationem aliquam facere: sed per legem eadem bona æqualiter inter eos diuiduntur, vt in auth. lucrum. C. de secund. nupt. & idem disponitur in patre, vt in. l. sequent. [ Verum hæc reservationum poenæ locum non habent, quando coniux habuit licentiam à coniuge defuncto, vel à filijs prioris matrimonij ad secundas nuptias contrahendas, vt in authen. de nupt. §. duo igitur in fine & §. disponat colla. 4. gloss. iuncto text. in authent. de non eligen. secun. nubent. colla. 1. in verbo copulantur. Ex quibus hanc conclusionem depromit Bald. in. l. filium quem habentem numero. 5. C. fami. & rursus, & ibi Paul. numero

3. & Iasso. numero. 12. cum quadam moderatione Angel. in. l. mater. 2. columna. C. ad Tertulli. Nicol. de Vuald. in tra. de success. abintest. 2. part. 4. column. versic. prædicta autem omnia Matth. Mathesilanus in eodem tra. 2. articul. prin. numero. 19. Socin. in regula. 272. fall. 1. Roma. conf. 219. columna. 1. & 2. & iterum in singul. 268. Cifontanus in. l. 15. Tauri numero 2. limi. 1. & ibi Dida. Castelli ad finem & Anto. Gomez numero. 6. Ioan. à Garro. referens plures concordantes in rubri. C. de secund. nup. titulo de remedijs pro secundo nubentibus, remedio primo & secundo. [ Aliæ autem poenæ, vt infamie vel similibus secundo nubentibus intra annum luctus impositæ corriguntur iure canonico & regio, vt pote quæ in odiu secundo nubentium statutæ fuerint, vt in. l. 1. & 2. C. de secund. nup. quæ vero in fauorem filiorum prioris matrimonij statutæ, vt in auth. eisdem poenis & l. 3. C. de secund. nup. & in. l. vlti. tit. 12. part. 4. non corriguntur iure pontificum, iuxta notabilem & receptam sententiam Innocen. in. c. fi. de secund. nupt. & in specie adnotauit Ioan. à Garro. in rubri. C. de secund. nupt. in titu. de poenis secundo nubentium, poena & numero. 12. cum concordan. supra numero. 1. traditis. [ Sed an leges has poenas statuente in fauorem filiorum prioris matrimonij, vt eorū parentes secundo nubentes reseruare teneantur eidem filijs, quæ ad eos quoquo modo peruenerunt ex substantia & bonis coniugis prædefuncti, locum sibi vendicent in auo, vel auia, vel ceteris descendentibus, & certe crederem idem ius in eis esse statuendum, quandoquidem eadem sit ratio, imo maior in ascendentibus, vt in. l. generaliter in princ. & in auth. si tamen, vbi id expendit Bald. C. de secund. nupt. & Mathesil. in tra. de success. abintest. num. 28. & 29. magis enim debetur hæreditas filiorum parentibus quam alijs ascendentibus, vt in auth. defuncto. C. ad Tertullia. hanc eandem sententiam tenuit ante omnes Hostien. in summa de secund. nupt. §. quare versic. & quod dixit, & Lud. Bologni. in Apollillis ad Mathesil. vbi supra numero. 27. & sequent. Angel. de Aret. in. §. præferuntur in. l. de scna. conf. Tertul. column. penult. Grego. Lupi in. l. 26. in verbo fincan a sus hijos, titulo. 13. par. 5. vbi tamen hoc restringunt quoad bona quæ ad auia peruenerunt ex substantia aui mariti sui, etiam si ea ad nepotes prius peruenerint, quibus abintestato auia successerit: tenebitur siquidem auia secundo nubens, ea reseruare nepotibus superstitibus ex priori matrimonio habitis, secus autem erit si pater vel mater bona aliunde quæ sita filijs suis reliquerit, nam hæc licet ad auiam per successionem abintestato perueniant, non tenebitur auia reseruare nepotibus superstitibus, licet ad secundas conuolauerit nuptias, quod notant doctores superius citati, quibus libenter assentior, fateor tamen casum istum raro accideri posse.

G L O S S. III.

De fueros. Vt in. l. 13. titulo. 1. libro. 3. fori. & foro. iuz. go

go lib.3. titulo.2. per totum.

G L O S S. IIII.

En otras qualesquier leyes. Vt in. l. 1. 2. & 3. C. de secund. nup. l. 5. titulo. 3. part. 6. & l. vltim. titulo. 12. part. 4. di xi supra in gloss. 1.

L E Y. IIII.

Que en los casos que casando segunda vez la muger es obligada a referuar a los hijos del primer matrimonio, la propiedad delo que ouieren del primer marido, assi el marido casando segunda vez.

Don Fernando y Doña Iuana en las leyes de Toro. año de. 1505. cap. 15.

En todos los casos que las mugeres casando segunda vez son obligadas a referuar a los hijos del primero matrimonio la propiedad delo que ouiere del primer marido, o heredaren de los hijos del primero matrimonio, en los mismos casos el varon que se casare segunda o tercera vez, sea obligado a referuar la propiedad dello a los hijos del primer matrimonio. De manera que lo establecido cerca deste caso en las mugeres que casaren segunda vez, aya lugar en los varones que passaren a segundo o tercero matrimonio.

G L O S S. I.

En todos los casos. De quibus supra in. l. precedenti gloss. 3. latissimè diximus.

G L O S S. II.

Addita hereditate per filium effectum est vnicum filij patrimonium.

Hereden de los hijos. Vt diximus supra in. l. precedenti gloss. 2. nu. 42. sed hoc est specialissimum in odium secundò nubentium, & in fauorem filiorum primi matrimonij, nam contrarium esset dicendum hac ratione cessante, quando quidem addita hereditate paterna per filium, iam effectum fuit vnicum patrimonium ipsius filij, vt in. l. sed si plures. §. filio impuberi. ff. de vulga. ibi, iuncta enim hereditas coepit esse, quod est mirandum.

G L O S S. III.

Secundò nubentium poena aequè statuuntur in viro, atque in vxore.

Secundò nubentium poena statuta esse censentur in omnibus ascendentibus ex parte viri, vel vxoris.

Sea obligado. Nota quòd omnes poenae statuta contra mulieres secundò nubentes, praeterquam quae imponuntur propter festinationem nuptiarum, procedunt respectu viri, idem erat statutum iure communi, licet non clarè per leges, sed erat communis opinio teste Boerio decisio. 187. columna. 2. vt aduertit Antoni. Gomez numero. 4. plures citans concordantes & Ferdinan. Tellijs in. l. 15. Tauri Ripa. in. l. foeminae numero. 1. C. de secund. nup. [ Extenditque idè Tellijs legem nostram ad quoslibet ascendentes ex. l. generaliter. C. de secund. nup. citat in specie Alexand. ad Bald. in auth. ex testamento, in verbo consuetudine, & Boerium. d. decis. 187. fi. col. num. 2. tenentur si quidem ascendentes secundò nubentes eandem referuationem nepotibus & descendentibus facere, quam pater facere tenetur filio, secundum Ripam in. d. l. foeminae. 6. quest. num. 7. C. de secund. nup.

L E Y. V.

De los que casan otra vez siendo sus mugeres viuas: de la pena que merecen.

Don Iuan. I. en Birnieca. año de. 387. l. 31. vease la. l. 7. infra. y la. l. 8. tit. 20. li. 8. que al tera es la pena.

Muchas vezes acaece que algunos que son casados, o desposados por palabras de presente, siendo sus mugeres o espòsas viuas: no temiendo a Dios ni a nuestras justicias, se casan o desposan otra vez. Y porque es cosa de gran peccado, y mal exemplo: ordenamos y mandamos que qualquier que fuere casado o desposado por palabras de presente, y se casare y desposare otra vez, q demas de las penas en el derecho contenidas, q sea herrado en la frète cò fierro caliente, que sea hecho a señal de. Q.

G L O S S. I.

Vxores plures habere, an aliquando liceret? Coniux altero absente in remotis locis, non debet cum alio matrimonium contrahere, donec constet de morte veri coniugis, nec valet tale matrimonium.

Con-

Coniux quando dicatur esse certus de morte coniugis, vt excusetur à peccato, & filij sint legitimi?

Matrimonium secundum viuente primo coniuge est nullum, licet bonam fidem contrahens habuerit.

Matrimonij vinculum propter affectatam absentiam coniugis, aut propter molestam cohabitationem, vel haeresim dissolui non potest.

Mulier, qua credens virum mortuum cum alio contraxerit cum primum viuere scierit, ad primum redire tenetur.

Matrimonium secundum mortuo primo viro cum alio factum, tenet: quamuis foemina crediderit primum esse viuum.

O desposan otra vez. Quòd quis possit plures simul habere vxores non fuit licitum iure diuino, vt probauit supra eo. l. i. gloss. 1. num. 15. & constat hodie ex Concilio Tridentino sessio. 24. de sacramento matrimonij canone. 2. cuius verba sunt. Siquis dixerit licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit: Et hoc dicitur impedimentum ligaminis, quod si scienter fiat nulli dubium quin matrimonium sit nullum. Dubium tamen esse potest cum ignoranter factum fuerit, quod expediatur sequentibus conclusionibus. [ Coniux altero absente in locis remotis, non debet alteras celebrare nuptias, donec sibi verè constet de morte coniugis, etsi de facto contrahat est nullum matrimonium cap. in praesentia vbi docto. adnotarunt extra de sponsal. Abb. Soci. & Barba. in cap. quoniam frequenter §. porro extra vt lit. non cont. l. 6. infra cod. Alfonso à Veracrucè in speculo coniugiorum. 1. part. artic. 42. Couarru. in epitome de sponsal. 2. parte cap. 7. §. 3. numero. 3. Nam ex quo primum matrimonium valet, non est sui iuris, non ergo poterit alteri dare quod suum non est, etsi de facto dederit non tenet datio, vt asseuerat Alfonso à Veracrucè d. articulo. 42. nec fat erit, de morte constare aliquot coniecturis, vt ad secundum possit transire coniugium absque peccato: nec imminus erit à primo matrimonio, nisi certò constiterit de morte primi coniugis, secundum Panormita. in cap. in praesentia de sponsal. post gloss. vlti. ibi & est text. in. l. 8. titulo 9. part. 4. quae sententia vera est, quamuis contrarium voluerit gloss. 2. & Praepos. in d. cap. in praesentia, imò quòd fama vel alia similis coniectura sufficiat, vt à poena liberetur: non tamen vt à iudice obtinere possit licentiam nubendi, verum tamen numero prior sententia verior est, vt coniectura & fama non sufficiat, sed requiratur certus nuntius mortis, cuius qualitas est consideranda, vt ei fides adhibeatur, vt notant docto. in. d. cap. in praesentia, Alfonso à Veracrucè, & Couarru. in locis supra citatis, & Antoni. Gomez in. l. 80. Tauri numero. 31. [ Secunda conclusio, coniux dicitur certificatus de morte coniugis, vt excusetur à peccato, vt que filij sint legitimi [ propter eius bonam fidem, iuxta text. in cap. ex tenore extra, qui fil. sint legi. ] cum id iudici visum fuerit: eius enim arbitrio committitur se-

cundum Panormita. & Praepos. in. d. cap. in praesentia, & Aufreri. in decis. capella Tolosana. 316. Hoc tamen iudicis arbitrium instrui debet ex pluribus coniectis per glo. Bart. & Sali. in. l. siquidè. C. solu. matri. & Corsetum in singul. in verbo mors Corn. conf. 10. lib. 1. Alex. conf. 115. lib. 4. & conf. 4. nu. 15. lib. 2. Cassa. in còsue. Burgund. in proemio fol. 10. & Capella Tolos. 312. optimè per Nicol. Boeri. decis. 288. Socin. Iuniorè còf. 26. li. 2. tex. regni nostri in. l. 14. ti. 14. par. 3. Couarru. de sponsal. 2. parte. cap. 7. §. 3. num. 4. Alfonso à Veracrucè. d. art. 42. 1. conclus. in fi. [ Tertia conclusio, mulier certificata de morte viri sufficienter arbitrio iudicis, licet non peccet alteri nubendo, & filij ex secundo matrimonio nati sint legitimi, si tamen vir eius viuabat, matrimonium est nullum, etiam si postea moriatur: nec villo modo subsistere poterit, quam si nouus adit consensus post mortem primi, vt optimè probat frater Alfonso à Veracrucè. d. arti. 42. conclus. 2. [ Quarta conclusio, matrimonij vinculum propter affectatam absentiam coniugis, aut propter molestam cohabitationem, aut propter haeresim dissolui non potest, & qui contradixerit est anathema, vt in concilio Tridentino sessio. 24. de sacramento matrimonij canone. 5. [ Quinta conclusio, mulier que, probabiliter credens virum mortuum cum alio contraxerit matrimonium, cum primum nouerit eum viuum, tenetur ad eum redire secundo viro relicto. c. cum per bellicam. 34. q. 2. & cap. cum in captiuitate ead. causa & quest. vbi statuitur eam esse adulteram, nisi confestim ad primum redierit, non enim deinceps tenebitur debitum reddere, nec poterit exigere, & hoc non solum quando est certum ipsum viuere, verum etiam si de eius morte aut vita dubitetur: quamuis tunc debitum reddere teneatur, vt in cap. dominus extra de secund. nup. Alfonso à Veracrucè in. d. speculo coniugiorum. 1. part. artic. 42. conclus. 3. & 4. diuus Anto. 3. part. tit. 1. cap. 9. Panorm. in. d. cap. in praesentia de sponsal. [ Sexta conclusio, mulier credens maritum viuere, si cum alio contrahat matrimonium, & tunc temporis vir mortuus erat licet ipsa ignorante, tenet matrimonium si verum habuit consensum, sin autem credens subesse impedimentum, non intendebat contrahere, sed fallere, non erit matrimonium. licet verba expressa coram paròcho & testibus interuenerint, vt ex Florètino colligitur. d. c. 9. & Alfonso à Veracrucè. d. art. 42. conclus. 5.

G L O S S. II.

Matrimonium contrahens cum secunda viuente prima grauissime peccat. Nuptias binas contrahentes à iudice seculari puniuntur & ecclesiastico, ibidem. Matrimonialis causa spectat ad iudices ecclesiasticos. Inquisitores fidei cognoscere possunt & corrigere eos qui binas nuptias, contrahunt viuente primo coniuge. Inquisitores quando de hac causa non cognoscant.

Gran peccado. Si quis secundo nupserit primo coniuge viuente grauissime peccat, vt dixi in glo. precedenti. Et quauis ad iudicè secularè spectet huius criminis

minis punitio, vt in l. eum qui duas. C. de adulte. & in hac. l. & duabus sequentibus, & l. 8. titulo. 20. infra lib. 8. [ Et præterea episcoporum & ordinariorum sit cognitio super matrimoniorum vinculis & nexibus. cap. 2. de secund. nup. & in concilio Tridentino sessione. 24. cano. 12. de sacramento matrimonij, cuius verba sunt. *Si quis dixerit causas matrimoniales non spectare ad iudices ecclesiasticos, anathema sit.* [ Inquilitores tamen hæreticæ prauitatis cognoscere per sæpe solent de tali crimine, propter hæresis suspicionem in de emergentem, videtur enim malè sentire de sacramento matrimonij, qui cum duabus matrimonium si mul contrahit, idcirco interrogari potest ab inquisitoribus, & si ita res tulerit, puniri. Quod iustè fieri asserit Lopus in cap. accusatus. §. sanè de hereti. li. 6. vbi & Domi. & Fran. in princ. eiusdem capit. Squilacensis quoque in libro de fide Catholica cap. 15. summa Rose. in verbo hæreticus num. 6. Gonfal. à Villadiego de hæreti. quæst. 9. Felin. in cap. ad abolendam de hæreti. Ioan. Lupi in repe. cap. per vestras in prin. §. 18. num. 25. Couarru. in epitome de sponsali. 2. parte cap. 7. §. 3. num. 6. Alfon. à Castro lib. 1. de iusta hereti. puni. c. 1. Brunus de hæreti. lib. 1. c. 2. Iacob. Septima. in institutionibus Catholic. cap. 40. in prin. & Grego. Lupi in l. vltim. gloss. fi. tit. 17. partit. 7. [ Et tum maxime inquisitores de hoc crimine cognoscunt, cū propter frequentiam opus est grassantibus exemplo. l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de poen. in proemio. 7. part. & cū reus alioqui suspectus erat, quippe qui ex genere erat Sarracenorum, quibus licebat iuxta eorum ritum plures simul vxores habere, vel cū quis palàm cum duabus contraxit matrimonium, qua in specie malè sentire videtur de matrimonij sacramento, publicè illud spernens, eoque abutens. At si colore aliquo sic contrahens excusari queat, nec sit alioqui suspectus, consultius fiet si ordinarijs iudicibus punitio criminis relinquatur, vt puta si secundo nubens præterdat matrimonium primum fuisse nullum ob aliquod impedimentum, vel alia ex causa: vel quòd propter longam absentiam & rumores mortis alterius coniugis, alter ad secundas transferit nuptias, nam & vxorem absentis, quæ priusquam de morte viri certa esset, alteri nupsit, quodammodo venia dignam iudicauerunt patres in. 6. synodo generali canone. 93. eo quòd sepe mors præsumitur, vt colliges ex collectis à Graciano in decretis. 34. quæst. 1. refert Iacob. Septima. d. c. 40. nu. 1.

G L O S S. III.

- 1 *Pœna coniugis qui primo viuente alium duxerit est arbitraria.*  
*Pœna stupri quæ ibidem,*  
*Pœna iure civili inducta aduersus eum qui viuente, prima vxore aliam duxerit, ibidem.*
- 2 *Pœna iure regio & canonico inducta contra eum qui viuente prima vxore aliam duxit.*
- 3 *Pœna hoc libro recollectionis legum inducta aduersus eum qui viuente prima vxore aliam duxit.*

- 4 *Pœna contra virum secundo nubentem, viua prima vxore statuta, an locum habeant in vxore quæ alium maritum accepit viuente primo?*  
*Lex. 8. tit. 9. part. 4. intelligitur ibid.*
- 5 *Fœmina quæ scienter secundas contraxit nuptias, primis non solutis, patietur poenas legibus huius libri impositas viro.*
- 6 *Mulier secundo viro scienter nubens viuente primo, si copula sequatur, potest de adulterio accusari ab eius priore marito, & an patiatur ultra hoc poenas harum legum?*
- 7 *Mulier sine dolo malo credens primum virum mortuum, si cum secundo nupsit, quamuis primus mortuus non sit cessauit pœna harum legum.*
- 8 *Mulier etiam si legitimam certiorationem non habuerit de morte viri, sed famam dumtaxat vel credulitatem, & secundo nupsit, excusatur à poenis harum legum, sed tradetur cum secundo viro, priori in seruitutem.*
- 9 *Mulierem accusans, quòd secundo nupsit, viuente primo, probare tenetur primum virum viuere.*

*Enel derecho contenidas.* Pœna coniugis qui primo viuente alium ducit est arbitraria iure Cæsareo, incurritque infamiam. l. 2. C. de incest. nup. l. 1. §. ff. de his qui notan. in fa. l. quid ergo. §. 1. eodem titulo. l. eum qui duas. C. ad. l. Iul. de adult. vbi statuitur hoc crimen pœna stupri esse puniendum, vt ibi probatur iuncta gloss. in verbo inferitur. Pœna verò stupri est in personis honestis amissio dimidiæ partis bonorum, in vilibus verberatio cum quinquennij relegatione. §. 2. insti. de publi. iudi. Hostien. in summa titulo de strupo. §. & qualiter. l. 2. tit. 19. part. 7. Alexand. consil. 165. libro. 7. & ibi Carol. Molin. nec est verum quod Ludoui. Roma. dixerat singul. 531. & Theophilus in §. affinitatis insti. de nup. pœnam mortis infligi, binas contrahentibus nuptias, primis non solutis, prout aduertit Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 3. num. 6. citans Angel. de malef. in parte Che. me ay adulterato numero. 65. & Grego. Lup. in l. vltim. in gloss. fina. tit. 17. part. 7. Alia pœna iure ciuili inferitur fœminæ nupte quæ cum alio contraxit scienter, nempe, adulterij, simul cum viro qui scienter etiam contraxit cum ea, vt ex. l. eum qui duas. C. de adulte. expendit Couarru. d. cap. 7. §. 3. numero. 6. post princ. alias penas congerit Angel. in tractu maleficiorum in verbo che me ay adulterato numero. 65. & Ioann. Lupi in repe. rubr. de dona. int. vi. & vxor. §. 60. numero. 6. Ioan. Montolon. in promptuario iuris in verbo dulcis. Silua nuptialis lib. 4. numer. 44. Pet. Dueñas in regula. 290. incip. facies hominis, limita. 3. Tiraquel. de legib. connubia. l. 7. nu. 24. & sequent. [ Verùm cū lex nostra referatur ad poenas iure statutas, intelligere oportet de iure nostro regio, non de iure ciuili Romanorum, vt in l. 1. & 2. Tauri & ibi notant earum legum interpretes, dixi in dialogo relatoris. 3. part. cap. 34. numero. 2. & sequen. Grego. Lupi. in l. 6. titulo. 4. part. 3. Ioann. Lupi in intro-

introductione repetitionis cap. per vestras numer. 16. & sequen. Quare [ omisis poenis iure Pontificum statutis, nempe, publicæ ignominie arg. capit. de benedictio. 32. quæst. 1. notat Panormit. in capit. cum haberet de eo qui dux. in matr. quam poll. per adult. col. 2. Couarru. d. §. 3. num. 6. & excommunicationis ipso iure secundum Paul. Grillald. in tracta. de poenis omnifariam coitus quæst. 14. cuius opinio falsa est. teste Didaco Couarru. d. num. 6. ad finem, vt constat ex gloss. 1. quam ibi Cardi. Imol. & alij sequuntur in Clement. vnica de consangu. & affini. Iure nostro regio alie poenæ imponuntur huic crimini, nempe, exilij ad quinquennium, vt in l. 16. tit. 17. part. 7. & confiscationis bonorum omnium quæ in eo loco habebat, vbi matrimonium secundum contraxit primo coniuge viuente, deficientibus filijs vel nepotibus, quibus, si supersunt bona applicantur, iuxta distinctionem tex. in l. vltim. tit. 17. par. 7. [ Iure autem regio nouiori huius libri alie poenæ statuuntur, nempe, confiscationis dimidiæ partis bonorum si ad secundas nuptias transferit, coniuge viuente primo, proditoris enim loco est, aliuos vulgariter nuncupati, vt in l. sequen. & ultra hæc poenam fronti imprimitur. litera. Q. candenti ferro, vt in hac lege, de quo in gloss. vltim. Sed hæc pœna corporalis hodie iure nouissimo immutata est, vt eius loco ad triremes per decennium damnetur secundas nuptias contrahens viuente prima vxore, vt quæ publico pudore afficiatur, equitans per vias publicas in asino cum resti ad collum, & voce præconis, quæ eius crimen, omnibus innotescat, vt statuitur in l. vltim. tit. 20. infra lib. 8. per quam corrigitur lex, 7. in fra hoc eodem titulo. [ Sed an pœnæ huiusmodi locum habeant in fœmina, quæ viuente viro cum alio contraxit? Et Anto. Gomez in l. 80. Tauri numero 28. asserit indubitanter fœminam eadem pœna esse plectendam, eo quòd lex pœnalis & odiosa loquens in masculo, extenditur ad fœminam, quoties vtrobiusque est eadem ratio, vt in l. si quis in tantâ iuncta gloss. magna. 1. quæst. & ibi communiter docto. C. vnde vi, & in l. vnica iuncta gloss. in verbo sponsam. C. de raptu virgi. l. quicumque. C. de ser. fugi. l. si quis id quod, vbi omnes moderni. ff. de iur. om. iudi. Nec obstare ait Anto. si quis dixerit, maritum posse accusare vxorem de adulterio, si cum secundo viro comiscetur, vt in l. 8. titulo. 9. part. 4. ex quo videtur, cessare alias poenas arg. text. cum materia in l. senatus. ff. de accusa. nam illud vti que intelligitur, quando vnicum fuerit commissum delictum, secus si plura, at nostra in specie duo sunt crimina, vnum contractus matrimonij secundi, viuente primo viro, in contemptum ecclesiæ, quod punitur huius legis pœna, alterum est adulterium, si sequatur copula, in offensionem mariti, quare nimirum, si iuxta leges regias puniatur. Grego. tamen Lupi in l. vltim. titulo. 17. partit. 7. in gloss. vltim. asseruerat non esse locum huius legis poenæ in fœmina bis nubente, viuo priori viro, sed poenæ. d. l. vltimæ vel poenæ adulterij si copula sequatur, vt in l. 80. Tauri. [ Ego autem crederem diffiniendam esse hanc controuersiam sequentibus conclusionibus. Prima cõclusio, fœmina quæ sciētē secundas contraxerit nuptias viuente primo viro, punietur huius legis

pœna, propter contemptum diuini præcepti, pœna etiam legis sequentis, iuxta sententiam Antonij Gomez numero præcedenti relatam, nec crederem hac in specie locum esse poenæ. l. vltim. titulo. 20. infra lib. 8. mulier siquidem ad triremes non daminatur. Secunda cõclusio, fœmina scienter nubens secundo viro, viuente primo, sequuta copula, potest de adulterio accusari ab eius priore marito, & pœnâ daminabitur adulterij, & non pœna huius legis, mors siquidem omnia soluit, nisi erit marito pœna condonetur, tunc nimirum procedet sententia Anto. Gomez in d. l. 80. Tauri numero. 2. & ne contemptus diuini præcepti maneat impunitus, poenæ autem legis sequentis, hac in specie locus erit siue pœna adulterij à marito condonetur, siue non. [ Tercia conclusio, fœmina sine dolo malo credens maritum mortuum, si secundas cum alio contraxerit nuptias, primo viuente, cessauit pœna huius legis & sequentis. l. vltim. tit. 20. infra lib. 8. veluti si maritus longè aberat, & de eius morte certiorata fuerit per vnum testem fidedignum, qui in actis præiuramento deposuerit, fama etiam concurrente, vt in authen. vt lice. ma. & auiz. §. quod autem à nobis colla. 8. & ibi notat Bart. Angel. & ceteri. & in authen. hodie vbi gloss. & docto. C. de repud. Quin & iure pontificio, cui est standum, poterit impunè secundo viro nubere, si certum & fide dignum nuncium mortem mariti nunciantem habuerit, vt in cap. in præsentia in fi. de sponsal. & ibi notant Bernard. Innocen. Abb. & commu. doctores text. in capit. 2. de secund. nup. & in capit. quoniam frequenter. §. si autem, vt lite non cont. [ Quarta conclusio, fama publica cum aliqua credulitate de morte viri absque legitima certioratione, excusabit vxorem à pœna adulterij & alijs in hac lege & ceteris huius libri contentis, vt in cap. 2. de secund. nup. & ibi gloss. & docto. notant & in d. cap. in præsentia, faciunt notata per Pet. de Dueñas in regula. 150. limi. 2. si tamen postquam scierit virum priorem viuere, adhæreat secundo, pœna adulterij punietur, vt in l. 8. tit. 9. part. 4. nec est verum quod Anto. Gomez asseruerat in d. l. 80. Tauri numero. 31. ad finem, quòd iure nostro non omnino excusabitur à pœna, quando quidem iuxta. l. 7. tit. 15. libro. 8. ordina. traditur hac in specie cum secundo viro in seruitutem, vt prior vir de ipsis adhibuit disponat, modo non occidat, nam pœna hæc abrogata est, cum ea lex traducta non fuerit in hoc libro, tanquam exorbitans & odiosa. [ Aduertere tamè oportet ei qui accusat aliquem, eo quòd bis contraxerit, primo viuente coniuge, incumbere onus probandi, eo tempore viuere primum coniugem, nec sufficere iuris præsumptionem, quòd quilibet centum annis viuere præsumitur ex doctrinâ Bart. in l. si. inter. ff. de reb. dub. cui accessit Socci. ibidem & Grego. Lup. in l. vltim. tit. 17. partit. 7. in glo. vltim. in fine.

G L O S S. IIII.

**Joyas**, Munda muliebria dicuntur quæ ab spōso spōsæ donantur sponſaliorum tempore, quæ & spōſalitæ largitates nuncupantur: mundi etiam muliebres rectè dicuntur, in cuius nominis appellacione, speculum, in aures, armillæ, anuli, gemmæ, & similia, quibus mulier ornatur, continētur. [ Sponſalitia largitas est, quæ fit inter sponſos de futuro propter spem matrimonij cōtrahēdi, & eius causa, cuius expressio iure. fff. & Codicis ante imperatorem Constantinum exigebatur, aliàs donatio simplex & pura cēſebatur, & statim valebat, vt in l. i. verſi. igitur. ff. de dona. & in l. 2. & in l. si filie & in l. si tibi. C. de dona. ante nup. sed iure Codicis lege Constantiniana nulla causæ requiritur expressio, sed donatio simpliciter facta, ex præſumpta contrahentiū mente, habet in se tacitam conditionē, si matrimonij sequatur, vt in l. cum veterū. C. de dona. ante nuptias vbi glo. Bar. & doctores notāt. & l. 3. tit. II. part. 4. [ Hæc donatio statim pleno iure fit accipiētis, & nunquā reuertitur ad donātem, etiā si matrimonium non sequatur, si ita inter eos fuerit conuentū. d. l. i. verſi. igitur. ff. de dona. at si nulla conuentio huiusmodi fiat, idē erit si matrimonij sequatur. l. cum veterū C. de dona. ante nup. & ibi scrib. omnes: si verò matrimonij ad effectū nō peruenerit facta, vel culpa donantis, perdet quod dedit, & ei per quē nō steterit quōminus ad effectū pducatur, applicabitur, & si culpa donatarij id euenit, restituet quod recepit, vt in d. l. cū veterum, vbi autem per casum, vt per mortem alterius ex cōiugibus matrimonij non peruenerit ad effectū, distinguitur à quo fuerit donatio facta, an ab sponſo an verò ab sponſa. Primò etenim casu repetit donata sponſus, si osculū vel copula sequuta nō fuerit, si verò osculū interuenerit, dimidiā donationis partem lucrabitur sponſa, & reliquā habebit spōsus, si vero copula sequatur nil repetit donator, sed totū spōsæ acquiratur, vel hæredibus eius, quandoquidem per copulā confirmatū sit matrimonij. l. si à spōso. C. de dona. ante nup. & ibi glo. & doct. l. 3. tit. II. par. 4. l. 5. tit. 2. lib. 3. fori, vbi autem donatio facta fuerit ab spōsa sponſo, quod raro euenit, donatio reuertitur ad sponſam, nisi copula sequatur, nā ea sequuta, sponſus donata lucratur. l. si à spōso §. 1. C. de dona. ante nup. & d. l. 13. tit. II. part. 4. & d. l. fori: rationē differētiæ tradit Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. int. vi. & v. §. 3. nu. 3. & Ant. Gomez in d. l. 50. Tauri nu. 2. & 3. & hæc obtinēt in spōsis de futuro & idē erit hodie in spōsis de presenti, vt in l. 4. infra eo. vbi dicā. [ Quod autē diximus sponſam vel spōsum lucrari sponſalitiā largitatē, si copula interueniat, quia ea in specie confirmatur matrimonij, hodie nō procedit, iuxta Cōcilij Tridētini decretū, iuxta quod spōſalia de futuro non conuertuntur in matrimonij de presenti per copulā, nisi consensus exprimitur de presenti corā parochō & duobus vel tribus testibus, vt in seso. 24. eiusdē Cōcilij de reformatione matrimonij cap. 1. cuius expositionem tradidimus supra in glo. rub. tituli primi huius libri nu. 33. & in specie, de qua agimus. nu. 43.

**L E Y. I.**

*Lo que se puede dar en dote y lo q los esposos pueden dar a las esposas en joyas o vestidos.*

*El Emperador Don Carlos y Reyna Doña Juana en Madrid año de 1574. petición. 101.*

**Attenta** la desorden y daños q somos informados que se han recrecido, y rescrescen delas dotes excessiuas que se prometen, auemos mandado a los del nuestro consejo q viesſen y platicassen sobrello: y assi mesmo lo comunicassen con nueſtras audiencias, y con los procuradores de cortes, y otras personas de experiencia. Y auiendo visto los pareceres y acuerdos que sobre ello auido, mandamos que de aqui adelante en el dar y prometer delas dichas dotes se tenga y guarde la manera y orden siguiente. Que qualquier cauallero o persona que tuuiere dozientas mill marauedis y dende arriba, hasta quinientas mil marauedis de renta, pueda dar en dote a cada vna de sus hijas legitimas hasta vn quēto de marauedis y no mas. Y que el que tuuiere menos delas dichas dozientas mill marauedis de renta, no pueda dar ni de en dote arriba de seyscientas mill marauedis: y que el q passare delas dichas quinientas mill marauedis hasta vn quēto y quatrocientas mill marauedis de renta, pueda dar hasta vn quēto y medio de marauedis. Y que el que tuuiere quēto y medio de renta y dende arriba, pueda dar en dote a cada vna de las hijas legitimas que tuuiere la renta de vn año y no mas, con que no pueda exceder de doze quentos de marauedis, no embargante que la dicha réta de vn año sea mas delos dichos doze quentos en qualquiera quātidad. Y mandamos que ninguno pueda dar ni prometer por via de dote si casamieto de hija, tercio ni quinto de sus bienes, ni se entiēda ser mejorada tacita ni expressamente por ninguna manera de contracto entre viuos. Sopena que todo lo que demas delo aqui contenido diere y prometiēre, segū dicho es,

**lo ay perdido y pierda.** Y por que los q se desposan o casan, suelen dar al tiempo q se desposan o casan a sus esposas y mugeres joyas y vestidos excessiuos, y es cosa necessaria q assi mesmo se ordene y moderar, mandamos q de aqui adelante ninguno ni algunos deſtos nueſtros reynos q se desposarē o casarē, no pueda dar ni de a su esposa y muger en los dichos vestidos y joyas, ni en otra cosa alguna, mas delo q mōtare la octaua parte de la dote q cō ella rescibiēre, y por q en esto cesēto dos los fraudes, mādamos q todos los cōtractos, pactos, y promisiones q se hizieren en fraude delo susodicho, sean enſi ningunos e de ningun valor y effecto.

**G L O S S. I.**

- 1 *Reipublica interest, ne quis re sua male vtatur. Rei sue quilibet est moderator & arbiter, ibidem. Re sua abuti cuiuslibet licet, dummodo nō immoderate, ibidem. Curator datur prodigo, & mulieri luxuriosa, ibid.*
- 2 *Locupletes esse subditos, expedit principibus. Legibus prohiberi potest, ne quis re sua male vtatur, ibidem.*
- 3 *Excessiua legibus prohibentur, vt multis constat exemplis remissue.*
- 4 *Dos congrua que dicatur? Dos congrua dicitur, etiam si excedat legitimam, attendente qualitate personarum, ibidem. Dos vt congrua dicatur, an tempus futurum inspiciatur, vel in considerationem veniat, ibidem.*
- 5 *Dos congrua dicitur, que ascendit ad quātitatē legitimam.*
- 6 *Dos an taxari & restringi possit per legem? Vxores que nec ditiores, nec viris sint nobiliores multo, quare oportet, ibidem. Vxores vt viro amatiores, & obsequetiores sint, quas habere oportet qualitates. Vxores freno constringere oportet, ne liberè imperent & quomodo, ibidem.*
- 7 *Dotes excessiuas, reipublice interest, ne quis re sua male vtatur, §. vlt. inſtr. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. 2. & ibi notatur. ff. cod. tit. quamuis enim in re sua quilibet sit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mād. & l. memo. C. de iur. atque ideo quilibet possit abuti re sua, vt in l. sed si lege §. cōsultit. ff. de peti. hæred. non tamen eis licet abuti enormis abusus: quo fit, vt ei qui prodigus est, sine nec modum seruat in expendendo, sed potius propria dilapidat bona, eorum administratio interdicitur, & sub curatore redigatur,*

1. ff. de cura. furi. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. prout & mulieri luxuriosa, vt in l. ff. de cura. furi. [ Expedit etiam principibus, locupletes esse sibi subditos, vt in auth. vt iudi. sine quoque suffrag. §. cogitatio verſi. considerauimus colla. 2. quare legibus ipsi prouidere possunt ne sibi subditi rebus suis male vtantur, ne vè bona pernicioſè dilapident, notatur in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Boeri. ad Dylum in regula certum est quæ est vltima de regul. iur. lib. 6. Pet. Nun. de mandatis exequen. c. 14. nu. 3. & sequētibz Bald. in proemio Gregoriano in verbo rex pacificus nu. 24. [ Quinetiā iuri cōmuni excessiua prohibentur & superflua, vt cōstat exemplis viginti quatuor ab ipso Petro Nunnio traditis in, d. c. 14. nu. 6: quare in lege nostra dotium excessus prohibetur: & quantitas quæ à parentibus dari iuste possit, taxatur. [ Dos autem congrua iure cōmuni imperatorū est, quæ secundum dignitatem personarum earumquē & patriæ consuetudinem, & facultates dotantis, ac numerum liberorum, bonus vir congruam esse iudicauerit. l. quæro cum. l. seq. l. cū post. §. gener. ff. de iure doti. l. filie. vbi Bart. notat. ff. de legat. 3. quæ omnia sunt attendenda quoties quis dotem simpliciter promiserit, atque iuxta dictum arbitrium, qui dotem dare tenetur, est a iudice cogendus, vt optimè probat Albert. Brun. in tracta. de rebus seu dispositionibus dubijs. §. yemo ad dubiam quātitatē qualiter declaretur, vbi multa similia adducit & latissime idem Brunus in tracta. de statutis excludentibus foeminas articulo. 9. q. 1. verſi. secundo casu principali nu. 4. & deinceps, & potissimum num. 6. vbi concord. citat latissime: Fran. de Aret. con. 17. quinto dubio vbi concludunt omnes, cōgruam dotem dici etiam si excedat legitimam si personarū qualitas vel alia inspectione id expostulerit, vt in auth. de restitu. & ea quæ parit. §. quomobrem Bald. Nouellus de dote. 6. par. priuilegio. 17. nu. 3. verſi. vnde arbitrium, vbi late explicat quæ sint consideranda, vt dos dici possit cōgrua & nu. 4. probat inspiciendum & considerandum esse tempus futurū, quod euenire possit tractu temporis, idem voluit Matth. Afflict. in cōsti. regni Siciliæ incip. in aliquibus. 12. q. li. 3. & Casan. in cōsue. Burgū. rub. 7. §. 12. in verbo ne retour ne point ala successiō nu. 22. & 23. Paul. Paris. conf. 63. num. 50. & sequen. lib. 2. & consil. 16. numero. 80. eodem lib. Ioann. Lup. in repeti. cap. per vestras. 3. notab. §. 22. in princ. & §. 23. num. 3. id quod nouissime rectius ceteris explicat Gaspar Bacza in lib. de non meliorandis dotis ratione, filiabus cap. 1. numero. 6. & 9. & cap. 31. vbi probat inspiciendum esse tempus date dotis, vide eum. [ Eademque dicitur congrua dos, quæ ascendit ad quātitatē legitimam iuxta notata per docto. omnes in authen. res quæ. C. cōmuni delega. vbi. d. Anto. Padilla numero. 20. citat concordant. Paul. Paris. etiam consil. 16. numero. 78. & consilio. 63. numero. 51. libro. 2. & consilio. 36. numero. 20. libro. 3. Alexand. consil. 69. libro. 1. numero. 1. & ibi Carol. Moline. quæ autem dicatur immensa seu excessiua dos, dicam in gloss. sequent. [ Sed videtur, legem istam non esse seruandam, vt pote quæ impediatur liberatē matrimonij, dotium quātitatē taxandō, vt probat Hipoly. Marfil. in singula. 89. veram taxa-

tio ista liberatē matrimonij minimē impedit, quādo quidem alios cū minore dote poterit mulier inuenire viros, & quē corū malit eligere. Et lex ista occurrere voluit parentibus, vltra facultates suas dotes promittentibus, viris genere, & diuitijs eos longe superantibus, quare nimirum lex ista iustitiam cōtinet, vt optimē aduertit Couarru. in epitome de sponsal. 2. par. c. 3. §. 9. numero. 3. & Pet. Nun. de manda. exequendis c. 14. num. 6. in fine quod iuuatur ex sententia Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ nu. 58. de cōsti. quod nouissimē comprobat pluribus rationibus Gaspar Vaeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 2. nu. 2. & pluri. sequent. atque ideo non immerito dicat Plutar. in lib. de educatione liberorū in fine, eas parētes spondere debere filijs vxores, quæ nec multo nobiliores nec ditiores sint, cum enim iuxta prouerbiū sit pari nubendum, qui se ipsi, inquit idem author, lōgē ampliores capiunt vxores, non carum maritos, verūm dōtis mancipia fecisse, si se nesciunt. [ Quare qui vxorem habere voluerit, sibi quæ nihil impræstanti neget, nihil recusare audeat, sibi assumat æqualem, aut etiam inferiorem, & genere, & opibus: atquē eam quidem virginem, & tenera ætate, natam parentibus probis, & non elatis moribus, & ex natione, quæ castas, humiles, & viris obediētes producere solet: nō item formosam nimium, non viduam, non vetulari, nec quam ad cō longa ætate præcedat, vt vires cupiditatis vxoris ætati non respondeant, vt latissimē pluribus authoritatibus instituit Tiraquel. in septimā lege connubiali ab initio vsque ad finem commenti. Si igitur hæc oportet habere vxorem, vt freno cōstrin- gi possit, ne liberē imperet, iuxta cōsiliū Euripidis apud Stobæum. c. 2. optima ratiōe per legem nostram dotium excessus prohibetur. Quis ergo iure dicere posset, hanc restrictionem libertatē matrimonij impedire? nemo quidem vt arbitror, sed potius frenū esse, vt libertas viro iure naturali competens, ei minimē auferatur, vt latissimō sermone probat Gaspar Vaeza in libro de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 2. nu. 19. & pluribus sequent.

G L O S S. II.

- 1 Filia poterat iure regio a patre meliorari in tertia & quinta parte bonorum sicut & filius.
- 2 Dos excessiua non dicebatur, quæ legitimam & tertiam & quintam partem bonorum non excedebat iure regio.
- 3 Dotis ex causa an meliorari possit hodie filia iuxta ius nostrum regium? Filia an possit ex causa dotis meliorari a patre redditus annuos habent, vel alias pauperes? Supplicatio explicat rescriptum, legem, vel concessionem, vt iuxta eam interpretetur ibidem.
- 4 Filia an possit meliorari in testamento?
- 5 Neptis an possit meliorari ex causa dotis ab auo? Auus an teneatur dotare neptem diuitem, vel si pater habeat vnde eam dotet: ibidem.

*Lex corr. Et oria tendens in fauorem publicum, extendi potest ex identitate rationis, ibidem.*

6 Filiorum appellatione an contineantur nepotes in correctorijs vel odiosis?

*Nepos potest meliorari etiam si eum precedat filius iure regio, ibidem.*

*Lex nostra optime explicatur, ibidem.*

7 Filia naturalis an possit dotari vltra mensurā in hac lege Madricia prescriptam? vel an possit nomine dotis meliorari?

b Tertio ni quinto de susbienes. Antē legem istam filia capax erat meliorationis tertie & quinte partis bonorum parentū, vt in l. 1. ti. 6. de meliorationibus infra hoc eodem libro & foro legum libro. 3. titulo. 1. §. 9. & eodem lib. tit. 12. l. 7. [ Nec tunc tēporis dos dicebatur excessiua seu inofficiosa, quæ nō excedebat quintam & tertiam partem bonorum patris & residui legitimam, vt ex præcitatīs & alijs legibus expendit Ioan. Lupi in repeti. c. per vestras. 3. notab. §. 22. nu. 11. & 14. docto. in l. 17. Tauri vbi Tellius Fernand. num. 74 & 75. estque text. expressus in l. 3. tit. 8. infra hoc libro sumpta ex l. 29. Tauri. [ Hodie autem per legē istam filia non est capax meliorationis ex causa dotis vel matrimonij, sed legitima tantum ei pro dote assignari potest a patre, sed an hæc prohibitio ad omnes cuiuscunque qualitatis personas extendatur, solet a nostratibus in dubium reuocari. Nam Petr. Nunnus in lib. de manda. exequendis. c. 14. nu. 8. & sequētibus probare nititur legem nostram non extendi ad alias personas, quam ibidem expressas, quæ redditus annuos habent quantitatis ducentum millium quadranti m, vel supra. Hi enim dotes promittebat excessiuas: cui malo mederi voluit lex nostra. Nec iudicio suo, considerauit dotes, ab alijs redditus similes nō habentibus, promissas: vt pote quæ excessiue dici non possent: quod ipse leuibus fundamentis persuadere contendit. Quare verior & receptior est contraria sententia, imo quod prohibitio huiusmodi extendatur ad omnes plures annuos redditus, vel nullos habentes, diuites vel pauperes. Diuitiæ siquidem & magni redditus, vel paupertas non faciunt dotem esse excessiuam, vel congruam, sed qualitas personarum & alia, de quibus in gloss. præcedenti: excessiua enim dos dicitur centum aureorum, si ab habente ducentum dumtaxat in bonis & plures filios promittantur, & congrua dicitur, si triginta millia aureorum promittantur ab habente redditus annuos eius quantitatis vel maioris, iuxta l. quæro. ff. de iure doti. cum alijs in gloss. præcedenti adductis concordantijs. Præterea hoc ex applicatione conuincitur, secundum quam, est interpretanda concessio, vt in §. præterea in l. de inutil. Ripul. & cap. inter dilectos de fide instr. in qua con- tractur, ne vltra legitimam pater possit dotem filie constituere, cui supplicationi respondet legislator generaliter, ne cui liceat vltra legitimā ex causa dotis filie dotare, nec ex ea causa meliorari, & in habentibus annuos redditus, hoc etiā restringit, vt dari nō possit dos vltra taxatam quantitatem, etiā legitimā nō ascendat quan-

quantitas illa, vt constat ex exemplis in hac lege traditis, ex quo clarius constat legem istam quatenus prohibet meliorationem filie ex causa dotis, ad omnes porrigi, imo ad redditus habentes adaptari non posse, cum in his taxata sit quantitas, quæ pro dote possit filie constitui, quæ ad legitimam non ascendit, nam si casus eueniret, in quo legitimā excederet quantitas hinc præfinita, etiā in redditus habente, reduceretur utiq; ad legitime quantitatem, vt optimē probat Gaspar Vac. in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 3. nu. 7. & deinceps vsque ad fi. & Tellius Fernandez in l. 17. Tauri nu. 74. Quare dubio procul hæc est vera sententia, verusque huius legis intellectus: & frequētius receptus: cui accesserunt Hugo Celsus in reportorio legū regni huius in verbo dotes, & sensus Couar. immerito a Petr. Nun. reprehensus, in epitome de sponsa. 2. par. c. 3. §. 9. nu. 3. idē expresse voluit Tellius Fernandez in l. 17. Tauri nu. 74. & latissimē Gaspar Vac. in d. lib. de non meliorandis. c. 4. per totū. quā sententiā non semel vidi in Pinciano senatu in praxi admittā, vt inter viuos melioratio filie ex causa dotis fieri nō potest. [ In testamento vero filia potest meliorari in tertia & quinta parte bonorum, iuxta leges regias. Nec lege ista hoc prohibetur, quidquid dixerit Petr. Nūni. d. cap. 14. in fine versu. & quanquam, quoniam hac in specie cessat ratio prohibitionis, ne parentes in vita sua bonis priuentur, quod innuūt verba legis [ attento los daños que se han seguido &c. cessat ergo hæc ratio in testamento, quod non sortitur effectū, nisi post mortem testantis. l. 4. in fi. ff. de adim. lega. c. cū Marthæ de celebra. missa. l. cum hic status. §. ait oratio. ff. de dona. int. vir & vxo. & hanc sententiam probant verba huius legis, ibi [ contracto entre viuos ] a contrario sensu & ibi dicam. [ Sed an hæc prohibitio meliorationis filie ex causa dotis faciendę extendatur ad neptem? quod videtur, quia appellatione filie cōtinetur neptis & proneptis. l. liberorum. §. sed & Papius. ff. de verbo. signifi. & tum potissimum cum militet eadem & maior ratio in nepte, quippe cui dos a patre debeatur, magis quam ab auo. Nam pater tenetur dotare filiam etiam diuitem. l. fin. C. de dot. promi. auus autem licet similiter teneatur dotare neptē, vt in l. dedit dotem. ff. de colla. bon. l. & ideo. §. vlti. ff. de in rem verso. l. profectitia. §. si filiusfam. ff. de iure do. tamen hæc obligatio est propter patrem, quare si pater habeat vnde eam dotare possit, vel ipsa sit diues, auus ab hoc onere eximetur secundum Bald. & Iasso. in authen. res quæ. C. com. de leg. Salice. in l. fin. numero. 1. C. de do. promi. & in l. si filius. ff. ad Macedo. Bald. in l. pater per illum text. iuncta gloss. ff. de euctio. Areti. conf. 17. numero. 13. Alexand. in l. sed si plures. §. in arrogato numero. 8. ff. de vulga. Segura in repeti. l. cohæredi. §. cum filia numero. 125. ad fin. ff. de vulga. moder. & latius Ioann. Baptista in l. frater a fratre numero. 136. ff. de condi. in deb. licet contrarium voluerit Soci. in l. 1. numero. 47. & sequent. ff. solut. matrimo. & est tex. pro hac opinione in l. 8. titulo. 11. part. 4. vbi Grego. Lupi in gloss. vltim. contrarium asseruit teneri communiter, sed credo eum falli, nam Ripa. in l. 1. numero. 74. ff. solut. matrimo. priorem opinionem asserit communem, idem attesta-

tur plures alios citans Gaspar Vaeza in libro de non meliorandis dotis ratione filiabus. cap. 7. numero. 16. quod hodie iuxta leges regias proculdubio procedit, cum auus non habeat neptem in potestate. l. 8. supra titulo. 1. & ibi dixi in gloss. 2. nec potatur vsufructu bonorum aduentitiorum filij sui, postquam matrimonium contraxit, vt in l. 9. eiusdem tituli. Cum igitur hæc prohibitio facta sit ob bonum publicum, vt ex hac. l. constat, & fatetur Pet. Nun. de man. exeq. c. 14. nume. 7. versu. vltima ergo, extendi poterit ex identitate rationis. l. his solis. C. de reuo. dona. notat Iass. in l. iurisdictionum. §. sed cum nulla colum. 6. ff. de pact. cum concordan. a Pet. Nun. ibi traditis. [ Sed nihilominus his non obstantibus, contraria sententiā verior est, quod prohibitio huius legis de non meliorando filiam ex causa dotis, non extendatur ad neptem vel proneptem, quia in correctorijs appellatione filiorum non continentur nepotes, Bart. in l. liberorum ff. de verbo. signifi. tradunt moderni in l. Gallus. §. institucns. ff. de lib. & posth. nec in odiosis ipsis nepotibus. l. 1. §. quæritur. ff. de vent. inspicien. l. patri. ff. de adulte. l. lex Julia. ff. de ritu nupt. Alcia. post alios in d. l. liberorum numero. 12. & sequent. ff. verbo. signifi. sed nemo negare poterit, hanc legem esse correctoriam & odiosam filie, quare nimirum ad neptem non extendetur. Præterea in nepte est diuersa ratio, nam auus eam dotare non tenetur, sicut pater filiam, nisi pater non habeat vnde eam dotet, vt dixi numero supra proximo, est igitur pura & mera donatio, & liberalitas ea melioratio, quam liberē parentes facere possunt tertie & quinte partis bonorum suorum cuiuslibet ex descenditibus, etiā si alius eum præcedat, vt in l. 2. titulo. 6. de meliorationibus infra hoc libro supra ex l. 18. Tauri. Nec eidē nepti debetur legitima ab auo, prout debetur filie, quā pater necessariō dotare tenetur, vt in d. l. fin. C. de dot. promi. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. quare nimirum si auus neptem ex causa dotis possit meliorare, vt cui nulla legitima debeatur, ex qua possit dotari: filia autem meliorari non possit cum ad eius dotem sufficiat legitima, vel ea quantitas, quæ hic præfigitur, quod tamen intelligerem modo hæc melioratio facta nepti, non excedat quantitatem legitime filie debite. Nec obstant adducta in contrarium, quibus iam satisfactum est, imo in contrarium retorquentur, vt diximus, & ne autoritas nobis deficiat, huic opinioni accessit Tellius Fernandez vir quidem rari ingenij in commento. l. 17. Tauri numero. 75. dicens in nepte filij masculi indubitatum esse, cum pater eius esset capax dicte meliorationis, & in nepte ex filia idem censeret, cum non ex persona matris, sed ex propria persona meliorationem recipiat, relinquit tamen cogitandum. [ Et vltra hoc probatur ex verbis huius legis, ibi [ a sus hijas legitimas, ] a contrario ergo sensu, si non sint legitime, sed naturales, possunt a patre dotari vltra quantitatem in hac. l. expressam, quia nulla obligatione cogente, hoc facit pater, quod latissimē probat Gaspar Vac. in relecti huius legis. c. 13. vsq; ad nu. 10. Nimirū ergo si idē facere possit in psona neptis legitime, ad quā maiorē affectionē habeat auus, vt naturaliter constat, quæ

opinio vera mihi videtur, & equa, licet contraria placuerit Gaspari Vaeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 7. nu. 11. & pluribus sequen. rationibus non spernendis, quibus satisfieri potest propter diuersitatem rationis, vt ex iam dictis colliges.

G L O S S. III.

- 1 Donatio filia facta ex causa dotis non potest excedere legitimam, nec per eam intelligitur filia meliorata, si cut regulariter fit.
- 2 Meliorari poterit filia ex causa dotis in testamento.

c De contratto entre viuos, donatione facta filio cuiuscumque rei, per contractum inter viuos, aut in testamento, censetur ei melioratio facta tertiae & quintae partis, etiam si verba meliorationem denotantia non interueniant, vt in l. 10. tit. 6. infra hoc libro, sumpta ex l. 26. Tauri: quam limitat lex nostra, nisi donatio ex causa dotis filiae fiat a patre, haec quippe legitimam excedere non potest, si fiat inter viuos, quod intellige procedere in omni genere personarum diuitum, vel pauperum dotem promittentium, vt probauit supra eo. glo. 2. num. 3. [ Ex testamento autem poterit fieri melioratio filiae ex causa dotis, vt hic constat, arguendo a contrario sensu, vt in gloss. 2. dixi num. 4. & latius probat Gaspar Baeza in relectione huius legis. c. 20. vbi etiam resoluit nu. 18. & deinceps, quod dispositioni huius. l. locus sit, etiam in donatione causa mortis: ibique recte intelligit hanc legem.

G L O S S. IIII.

- 1 Pena in dubio an censetur applicata fisco vel parti laesa.
- 2 Dotem inofficiosam an possint reuocare fratres viuentis patre?
- 3 Dotem inofficiosam & excessiuam an reuocare possint fratres post mortem patris, constante matrimonio in prauidicium mariti? & an soluto matrimonio?
- 4 Dos constante matrimonio respectu viri est titulus onerosus. Insinuatio non exigitur in dote, ibidem. Lex si. si a focero. ff. quae in fraud. cred. expenditur, ibidem & nu. seq.
- 5 Dos censetur causa lucratiua respectu mulieris, etiam si sit filia dotantis. Dos causa lucratiua censetur respectu mulieris, si ab extraneo dotetur, ibidem.
- 6 Dos ex causa ingratitudinis an reuocari possit?
- 7 Dos inofficiosa quod a fratribus reuocari possit constanti matrimonio iure regio, ac etiam iure communi.
- 8 Dos inofficiosa excedens legitimam hodie iuxta legem regiam nouissimam, an possit a fratribus re-

uocari etiam viuentis patre. & constante matrimonio.

d Lo aya perdido e pierda. Nota ex lege ista patrem promittentem dotem ultra legitimam filiae debitam, amittere excessum, sed cui excessus hic applicabitur? crederem applicari debere ceteris filiis, vt sensit Telliuz Fernandez in l. 26. Tauri in fi. non fisco, nam licet poena in dubio censetur applicata fisco, vt in l. agraria & ibi Bart. numero. 3. ff. de termino amoto Alexand. in l. si quis id quod numero. 19. & 20. ff. de iuri. omni. iudi. cum concordan. per cum citatis, quoties tamen delictum vel culpa seu excessus concernit certas personas, seu aliquis priuatus offenditur, tunc poena parti offensae, non fisco, applicatur, casus est in l. fin. ff. de litigio. Imol. ex ea lege hoc expendit in rubri. ff. de publi. iudi. 2. columna respondetque ad l. iuuenus §. is quoque. C. de sacrosan. ecclesi. quod loquitur in publicatione bonorum quae in dubio fisco applicatur, argumen. eorum quae notantur in l. 1. & 2. C. de bon. vacan. libro. 10. lex autem finalis. ff. de litigio. procedit, cum poena imponitur sub nomine certae quantitatis, prout lex nostra loquitur, cum qua doctrina transit Alexand. in d. l. si quis id quod numero. 21. ff. de iurisdictione. omni. iudi. cum concordan. a Gaspare Baeza traditis in tracta. de non meliorandis dotis ratione filiabus capit. 36. numero. 9. [ Sed quaero an possint ceteri filii reuocare hunc excessum dotis statim, an vero post mortem mariti qui dotem recepit? vel an possint reuocare in vita patris? & certe in vita patris reuocare non possunt excessum ceteri fratres, authore Ioann. Andr. in addi. ad specula. in titulo qui filii sint legitimi. in rubri. in principio, cum nullum ius habeant viuo patre ad legitimam consequendam, nisi tantum spe. l. nec ei. ff. de adop. Bart. in l. is potest. ff. de acquiren. haeredi. huic opinioni accedit Ioann. Lupi in repeti. c. per vestras notab. 3. §. 22. numero. 4. & 5. & Dida. Segur. in repeti. l. coheredi. §. cum filiae numero. 130. ff. de vulga. & in hoc omnes concordant, de quo infra hoc libro titulo. 8. de successione. l. 3. gloss. 7. numero. 4. & deinceps. [ Mortuo tamen patre, & soluto matrimonio filiae, possunt proculdubio ceteri filii agere ad reuocationem dotis immensae, quamuis triginta anni sint elapsi dum pater viueret, vt sentiunt doctores supra citati: constante autem matrimonio reuocare non possunt iure communi dotem inofficiosam & excessiuam, per text. in l. dotis quidem. C. de collatio. Bart. & Angel. in l. vltim. §. si a focero. ff. quae in fraud. credi. Bald. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. Angel. de Areti. in §. si res insti. de lega. Camp. in tracta. de dote. 1. part. quae st. 48. Ioann. Lupi. in repeti. capit. per vestras notab. 3. §. 22. numero. 6. de dona. inter vir & vxor. Dida. Segura in repeti. l. cohaered. §. cum filiae numero. 130. Antoni. Negufan. in tracta. de pigno. 2. parte membro. 4. numero. 50. & docto. communiter. [ Qui reddunt rationem, nempe, quia dos constante matrimonio, respectu viri, est titulus onerosus, ad sustinendum onera matrimonij. l. pro oneribus vbi Bartol. C. de iur. doti. l. finali. §. si a focero. ff. quae in fraud. credi. verfic. in maritum, ibi, non magis quam in cre-

ditorem, & ibi, cum indotatam vxorem ducturus non fuerit, & ita resoluit Bar. ibi, cuius doctrina recepta est secundum Iaso. in §. item si quis in fraudem num. 30. in l. de actio. idem Bar. & Ioan. de Plat. in l. vna. §. lucratiuas. C. de impon. lucrat. describ. libr. 10. Gomez Arias in l. 27. Tauri num. 11. Ioan. Lupi in rep. c. per vestras notab. 3. §. 22. nu. 7. Segura in d. §. cum filiae num. 130. & 149. & sequen. Ari. Pinel. in l. 1. 3. par. nu. 62. versi. infertur. 31. C. de bon. mater. citatis in comprobationem huius opinionis tex. in l. fi. C. de iure doti. vbi insinuatio iure antiquo non requirebatur in dote respectu viri, quippe cuius respectu non donatio gratuita censebatur, sed causa onerosa, tex. in l. ex promissione. ff. de acti. & oblig. quem extollit Iaso. in l. Nensenius num. 4. ff. de re iudi. licet quoad mulierem requireretur, cuius causa dicitur lucratiua, hodie autem statuit lex illa, vt nec quoad mulierem necessaria sit insinuatio, quamuis quoad eam verè donatio sit secundum Alberi. & alios ibi, Deci. consi. 414. num. 15. Anto. de Camar. in tracta. de insinuatio. 2. par. q. 4. nu. 4. Bal. nouell. in l. 1. num. 339. & 342. ff. solu. matri. & in tract. dotis. 5. par. num. 5. cum concord. a Tiraqueo congestis in rep. l. si vnquam in verbo donatione nu. 194. Pinel. in d. l. 1. par. 3. numer. 62. versi. infertur. 31. [ Quoad mulierem autem dos censetur causa lucratiua, etiam si sit filia dotantis, vt probat tex. in l. fi. §. si a focero. ff. quae in fraud. credi. ibi, quia intelligitur ex donatione ad eam peruenisse. quae tex. notat, & extollit Alex. in l. in fideicommissariam column. 2. in prin. ff. ad Trebelli. Ari. Pinel. in d. num. 62. illatione. 31. dicens ad illum tex. non aduertisse qui frequentius in filia contradicunt, arguentes ex l. vlt. C. de dot. promi. & l. qui liberos. ff. de ritu nup. quibus astringitur pater ad dotandum filias, vt arguit Soci. nepos cons. 19. nu. 8. lib. 1. Sed in extraneo dotante ait, sine dubio causam censeri lucratiuam, vt tradit Alex. cons. 71. num. 1. lib. 4. & alij a Molinco citati in libro de donatio. fact. in contra. matrimo. num. 64. & deinceps. [ Ex quo infert Pinelus. d. illatione. 31. dotem non posse reuocari ob ingratitudinem filiae constante matrimonio, quia quoad virum, vt dixi, est causa onerosa, tex. est in l. si dotem. C. de iure doti. & in l. cum post §. patrona. ff. de iure doti. Boer. decif. 27. hoc tradit vt receptum, quoad vxorem autem, cum ad ipsam est dos reuerfa, reuocatur quidem, quando quidem dotem habeat ex causa lucratiua, Ioan. Lupi in l. 31. Tauri nu. 59. Ripa in l. vlti. q. 51. C. de reuocan. dona. quem ita intelligit Pinelus in d. l. 1. par. 3. nu. 62. illatione. 32. dicam infra hoc libro tit. 6. de melioratio. l. 1. gloss. vltim. num. 3. [ Sed quod diximus num. 3. post mortem patris non posse fratres reuocare dotem in officiosam filiae datam, constante matrimonio, ne marito prauidicium fiat, contrarium tenuit Paul. Castr. in l. 1. C. de inoffi. doti. num. vlti. & Ioan. Lupi in d. §. 22. nu. 10. dicens ita fuisse obtentum in regia cancellaria Piniana & Gomez Ari. in l. 27. Tauri. num. 11. vbi hoc confirmat pluribus rationibus, quae opinio verior est, vt pluribus, rationibus & autoritatibus probat Gaspar Vaeza in lib. de non meliorandis. cap. 32. nu. 3. & seq. & iure nostro regio verius est, vt fratres possint reuocationem dotis inofficiosae petere constante ma-

trimonio vt in l. 3. titu. 8. de haereditibus, & earum diuisione infra hoc eodem libro sumpta ex l. 29. Tauri, ibi, [ puesto que sea durante el matrimonio a tornar a los otros herederos del testador aquello en que son inoficiosas para que lo partan entre si, vbi dicam in gloss. 6. num. 1. & deinceps. Ex quo in nostro regno parum nobis prodesse poterunt regula, extensiones, & 20. limitationes a Didaco Segura traditae in d. l. co. haeredi. §. cum filiae a num. 149. vsque ad nu. 240. ff. de vulga. [ Verum in specie legis nostrae quorundam opinio est, non solum constante matrimonio. posse filios post mortem patris reuocare dotem in officiosam sorori suae concessam, verum etiam in eius vita, & hoc praefereunt verba huius legis, lo aya perdido e pierda, nam si pater donata ultra legitimam amittit, prout dicit lex, loco poenae hoc statuitur, quae nimirum parti lese applicatur, iuxta ea quae diximus supra hac eadem gloss. in prin. contrarium voluit Gaspar Vaeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. cap. 36. num. 1. & seq. dicam in l. 3. tit. 8. de successione bus gloss. 7. nu. 4. & 5. infra hoc eod. lib. vbi & gloss. sequen. dicam quae ad dotem huius legis sunt necessaria.

G L O S S. V.

- 1 Statutum an liget forenses? Leges regni nostri non statuta dicuntur, sed leges generales ibidem.

c De los nuestros reynos quare hoc expressit lex ista, cum etiam si non dixisset statutum hoc non ligaret forenses gloss. Bar. & doct. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. catho. Respondeo, Rex noster voluit per hanc legem prouidere subditis, ne bona propria dilapidet, dotes excessiuas promittendo, vel sponsalitia munera largiendo, vt dixi in gloss. 1. in prin. quare hoc expressim statuit, ne lex ista ad forenses traheretur, sed ad regnicolas dumtaxat, quia est lex generalis & non statutum particulare, sed ius ciuile & commune, vt prouaui in dialogo relatoris. 3. parte. c. 34. num. 3.

G L O S S. VI.

- 1 sponsalitia largitas non potest excedere octauam partem dotis.
- 2 Sponsalitia largitas ab extraneo data valet, etiam si octauam partem dotis excedat. Lex cum plures. §. cum tutor. ff. de adm. tuto. explicatur remissiuè. ibidem.
- 3 Sponsalitia non possunt octauam partem dotis vere numerata excedere.
- 4 Sponsalitia an ad mensuram octauae partis metiantur si solum fuerit matrimonium, antequam aduenit dies solutionis dotis. dilatio concernens alicuius fauorem non debet esse damnosa. ibidem.
- 5 Sponsalitia largitas an cedat lucro vxoris, si nulla dos inter



*intercesserit in matrimonio ab eadem contracto?*

**f** *La octava parte.* Nota ex lege ista, quod sponsus non potest mundos muliebres donare sponsæ, seu ei spōtalitia largiri, excedentia valorem octauæ partis dotis sibi traditæ. [ Quod limitat Petrus Nūnius de mā datis exequeri. c. 15. in princ. nisi huiusmodi sponsalitiæ largitæ a focero, vel extraneo dentur ipsi sponsæ, quia tunc donatio valet, etiam si octauā partē dotis excedat, vt ipse colligit ex notatis per Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vxo. §. 6. num. 3. vbi dixit quod iocalla quæ mittuntur a consanguineis viri ipsi vxori, vel ex cōtrario, cēsentur donata ratione cōsuetudinis. arg. l. cū plures. §. cum tutor ibi, solennia munera parentibus cognatisque mittet. ff. de admi. tuto. quem melius ceteris exponit Arias Pined. in l. 1. 3. par. num. 57. C. de bon. mater. facit etiam tex. in l. filiusfa. ff. de dona. hoc voluit Bal. in l. 2. post princ. C. de iure dot. [ Secundò limita legē nostram, vt procedat, quando verè constat, denumeratione dotis, nec sufficiat dotis confessio, vt constat ex verbis huius legis, ibi, [ De] la octaua parte de la dote que con ella recibiere ] consequitur ergo, quod si promissa sunt octo millia aureorum, & non constet, nisi de numeratione quatuor millium, non valet concessio munerum sponsalitorum, nisi vsque ad quingentos aureos. **4** [ Quod autem ex hoc inferat Pet. Nun. d. c. 15. num. 2. vt dote promissa ad certum diem, si ante diem soluat matrimonium, mulier non lucretur sponsalitiā largitatem: quia ad eam lucrādam non habetur ratio dotis promissæ, sed dotis solutæ, quod asserit auctoritate Matth. de affi. in decis. 333. ] verum non est iudicio meo, quia licet non venerit dies soluendæ dotis, cēsis tamen, iuxta l. cedere diem. ff. de verbo. signifi. nec contrarium asserit Affi. d. decis. sed potius probat nostram cōclusionem, dicens quod mulier lucriatur antiphatum dote promissā nōdum soluta: quia nondum venerat dies solutionis, quando soluta fuit matrimonium, ex quo maritus fuit cōtentus, vt dies constitueretur ad dotem soluendā, quæ dilatio mulieris commodum respexit, atque ideo ei nocere nō debuit vt in l. cum tempus. ff. de reg. iur. quare melatet quidem, quomodo decissionem illam in suæ opinionis fauorem Pet. Nū. citauerit, casus autem noster differt ab specie Petri Nunnij. quia solent communiter foceri excessiuas dotes promittere simulatē, ad ostentationem aurē popularis, prout fuit in casu nostro, quia gener contentus fuit dimidiam partem dotis promissæ recipiendo, quo casu nimirum si octaua pars sponsalitorum secundum quantitatem veræ dotis receptæ metiatur. At in casu Nunnij nulla simulatio interuenit, sed exactio dotis fieri nō potuit, quia non dum dies aduenerat. **5** [ Tertio limita legem nostram, vt non procedat eius decissio quoties nulla dos est promissa, nec tradita, prout fieri solet apud rusticos, & in his Indiarum regnis, quia tunc non considerabitur dos, ad taxandum mundos muliebres, seu vestes sponsæ donatas, cū nulla sit quantitas dotis ad quam cōmensurari possint sponsalitia, iuxta nota in l. asse toto. ff. de hære. insti. & est tex. in l. si quis fundum. ff. de contra. empt. l. 10. titu. 5. par. 5. facit glo.

in l. si. C. sine censu, vel reliq. ita voluit Pet. Nun. d. cap. 15. num. 3. & num. 14. alleuerat, hac in specie esse seruadū quod in l. 52. Tauri statuitur, quæ hodie trāscrupta est infra eod. l. 4. Sed iudicio meo, vel nihil habebit vxor ex his largitatibus sponsalitijs, iuxta dispositionem. d. l. si quis fundum, vel taxabitur sponsalitiū arbitrio boni viri, sed primū verius esse censeo considerata mente legis nostræ, quæ habuit respectū ad dotem, si ergo nulla dos viro data fuit, nulla lucrari potest sponsalitia vxor ipsa.

**G L O S S. VII.**

- 1 Nullus est contractus factus contra legis prohibitionē, etiam si per legem non annullatur.
- Fraus fit legi, si per interpositam personam fiat, quod non potest aliquis facere, ibidem.
- 2 Qui per seipsum aliquid facere non potest, nec per alium facere poterit.
- 3 Fraus fit legi de contractu ad contractum, si is qui donare prohibetur, venditionem fingat. Probatio excessus cui incumbat, ibidem.

**5** *Sean ensi ningunos.* Nota contractum esse nullum, si in fraudē corū quæ hinc statuta sunt, factus fuerit, quod procederet etiam si in hac lege expressum non esset. l. contra & l. fraus. ff. de legi. l. non dubium, C. eo. ex cōpla tradi possunt, si per interpositam personam dos vltra legitimam filix detur, vel sponsalitia largitas vltra octauam partem dotis a consanguineis, vel alijs extraneis detur non verè ex eorum bonis, sed ex bonis sponsi, arg. l. si spōsus in prin. ff. de dona. int. vir. & vxo. vbi Bal. Dicitur in c. vl. de reg. iur. in 6. vbi Nicol. Boeri. & latius per eū in cōsuetu. Vituri. ti. de matri. & donatio. c. 1. & 4. & Alex. consilio. 29. lib. 4. [ non enim licet per alium facere, quod per se non licet. l. 2. §. 1. ff. de admi. rerum ad ciui. pertin. l. pupillus §. sed per interpositam. ff. de auth. tuto. l. filium. ff. ad macedo. l. si per impressionē. ff. quod met. causa. ] Idē si fraus fieret de contractu ad contractum, vt quod per donationem non licet, fieret per simulatam venditionem, l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. int. vi. & vxo. gloss. in l. contra. ff. de legi. Din. in d. regula vltima de reg. iur. in 6. cetera ad hanc legem spectantia tradit latissimè Gaspar Vaeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filibus, vbi repetit hanc legem, quem vidit postquam hæc scripseram. & c. 36. tractat cui incumbat probatio huius excessus resoluitque. nu. 16. onus probandi incumbere allegati excessum, quod verum puto.

**L E Y. II.**

*Queno se pueda renunciar la ley del fuero que dispone que no se pueda dar mas de la diezma parte en arras.*

*Don Fernando, y Doña Juana en Toro: año de 1505. cap. 50.*

*La ley del fuero que dispone q̄ no pueda el*

da el marido dar mas en arras a su mujer de la decima parte de sus bienes, no se pueda renunciar, y si se renunciar, no embargante la tal renunciacion, lo contenido en la dicha ley, se guarde y execute. Y si algun escriuano diere fe de algū cōtracto en que interuenga renūciaciō de la dicha ley, mandamos que incurra en perdimiento del officio de escriuania que tuuiere, y de alli adelante no pueda mas vsar del, lo pena de falsario.

**G L O S S. I.**

**a** *La ley del fuero, l. 1. & 2. tit. 2. de arrhis li. 3. fori.*

**G L O S S. II.**

- 1 Arrha iure regio nō potest decimam bonorum sponsi excedere.
- 2 Arrha cōstante matrimonio promitti possunt.
- 3 Minor. 25. annis an possit arrhas promittere sponsæ, et quemodo? & an restituatur?
- 4 Arrha cōiūti possunt si non excedunt decimā partem bonorum, quæ tempore promissionis bona fide possidebat sponsus, licet postea ab alio euincantur.
- Bona nostra dicuntur quæ bona fide possidemus, quamuis aliena sint, ibidem.
- 5 Arrharum in constitutione quod tempus inspiciatur, ad verificandum decimæ excessum?
- 6 Arrha an possint decimā excedere si legi renūcietur, vel cum iuramento remissiuè.
- 7 Arrha si ab vxore possidentur, incumbet onus probandi excessum decimæ hereditibus mariti.
- 8 Arrha si ab alio promittantur, quomodo ab sponso, an possint decimam excedere.
- 9 Arrharum cōstitutionem non excedere decimam bonorum promittentis, cui incumbat onus probandi Glo. in l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui. satisd. cog. intellectus remissiuè, ibidem.
- 10 Arrha titulo venditionis ante matrimonium possunt decimam excedere.
- 11 Arrharum mensura iuxta legem nostram quomodo fiat?
- Bona dicuntur, deducto ære alieno, & deducto etiam onere ibidem.

**b** *Decima parte de sus bienes.* Inter alia discrimina inter donationem propter nuptias & arrhā tradita ab Anto. Gomez in l. 50. Tauri num. 9. & 12. & Greg. Lupi in l. 1. tit. 11. par. 4. traditur vnum, quod arrha iure nō

stro regio non potest excedere decimam partem bonorum viri cam promittentis, vt in hac lege: donatio autem propter nuptias non coharctatur, nisi fiat constante matrimonio, qua in specie quantitatem dotis excedere nō potest. l. ex morte & auth. equalitas. C. de pact. conu. l. vlti. §. si igitur. & auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. l. 2. tit. 11. par. 4. Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 24. nu. 1. & Rod. Xuar. in d. l. 1. tit. 2. de arrhis li. 3. fori colu. 2. [ Extende primo legem istam, vt procedat etiam si constante matrimonio fiat hæc arrharū donatio, potest enim constante matrimonio fieri, cū non sit simplex donatio, sed propter nuptias vt in l. cū multæ §. si igitur & l. si constante, & ibi Bal. & Sal. C. de dona. ante nup. §. est & aliud insti de dona. l. 1. infi. tit. 11. par. 4. l. 87. tit. 18. par. 3. ita voluit Montal. in l. 1. tit. 2. li. 3. fori & ibi latè Rod. Xuar. fo. 8. versi. pone quod tempore, Ioan. Lupi in rep. rubri. de dona. int. vi. & vxo. §. 24. nu. 2. Dida. Castella. in l. 50. Tauri in verbo arrhas & ibi Ioan. Lupi num. 4. & Anto. Gomez nu. 12. infi. Greg. Lupi in l. 1. tit. 11. par. 4. in gloss. magna in princ. Couarru. de sponsal. 2. par. c. 3. §. 7. nu. 12. latius Gaspar Vaeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filibus cap. 5. num. 19. & 20. [ Secundò extende, vt lex ista procedat in minore. 25. annis, qui arrhas potest promittere, vel dare vsq; ad decimam bonorum, nec restituatur in integrum: quia fecit illud quod quilibet maior & homo prudens fecisset. l. non videtur. C. de in inte. resti. l. cum plures. §. si. ff. de admi. tuto. l. 1. C. si aduer. dona. sed hoc intellige si non habeat curatorem, nam si curatorem habeat, eius auctoritas requiritur, iuxta tex. in l. si curatorem habens. C. de in inte resti. & in specie probatur in l. 2. & l. mulier. C. de iure doti. non tamen exigitur iudicis decretū si promissio arrharū consistat in rebus mobilibus, quæ commodè seruari non possunt. l. prædia & l. lex quæ tutores. C. de admi. tuto. d. l. mulier, vel in pecunia cū reputetur inter bona, quæ seruando seruari nō possunt, iuxta glo. communiter receptam in l. 1. §. fuit quæsitum in verbo necessaria. ff. ad Trebel. vbi Alex. & docto. Res autem immobiles donare non potest minor. 25. annis si ne iudicis decreto. d. l. quæ tutores. C. de admi. tuto. vbi autē sine decreto donasset, vel cōstituisset arrhas & post vigesimum quintum annum transfisset quin quenniū, ratificabitur datio arrharū, vt in l. si quando C. si maior factus, ita resoluit. Rod. Xuar. in d. l. 1. tit. 2. de arrhis li. 3. fori fol. 41. versi. sed vtrū minor & Anto. Gomez. in l. 50. Tauri nu. 14. & alij. [ Extende regulam legis nostræ, vt procedat, habita cōsideratione bonorū, quæ bona fide possidet spōsus arrhas promittens tempore promissionis, quamuis pars eorum euincatur postea: bona enim nostra appellamus quæ bona fide possidemus, quamuis aliena sint. l. bonorū appellatio. l. ff. de verb. sig. ex qua id alleuerat Rod. Xua. in d. l. 1. tit. 2. de arrhis li. 3. fo. i fol. 2. versi. nota tamen, Anto. Gomez in l. 50. Tauri nu. 13. Gaspar Vaeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filibus. c. 31. nu. 11. [ Quarto amplia, vt non solum possit decimam partem bonorum quæ tempore promissionis arrharū habet sponsus promittere, & dare, verum etiam eorum, quæ deinceps futuris temporibus acquisierit,

nam tunc attendetur tempus petitionis non promissionis, vt in l. 2. tit. 2. de arrhis lib. 3. fori, notat Roder. Xuar. in d. l. 1. fo. 3. versi. nota vltierus & Anto. Gomez in d. l. 50. Tauri num. 13. qui dicit esse casum nota bilem, & quotidie praticari, Gaspar Baeza in d. lib. 6. de non meliorandis. capit. 31. num. 10. infi. [ Quinto amplia etiam si renuntietur huic legi, vt dicam in glo. seq. Sexto extende etiam si iuramento roboretur huiusmodi arrharum promissio, vel legis nostrae renuntiatio, vt dicam in gloss. seq. [ Septimo amplia decisionem nostram, etiam si recipiens villam aliquam, vel alia bona nomine arrharum, non probauerit ea bona sic tradita decimam bonorum non excedere, hoc enim onus probandi competet hac in specie heredibus mariti, vt optime probat Rod. Xuar. in d. l. 1. tit. 2. de arrhis li. 3. fori fol. 6. versi. circa hac partem in fine, cui accedit insignis Couarru. lib. 2. resolu. cap. 6. nume. 7. infi. dicens ita debere praticari hac in specie, & vltra eam si alij conicetur concurrat, vt ibi latius per eum. [ Octauo procedit haec conclusio etiam si ab alio arrhe promittantur, ne huic legi fiat fraus per interpositionem alterius personae, vt assuevit Did. Castell. in l. 50. Tauri in gloss. ad fi. & ibi Ioan. Lupi num. 5. [ Limita etiam legem nostram primo, vt procedat quoties mulier petens arrhas soluto matrimonio, probauerit non excedere decimam bonorum promittentis partem, nam vbi hoc mulier ipsa non probauerit, haeredes viri & si nihil probauerint, obtinebunt, quandoquidem vxori, vel eius haeredibus hoc onus probandi incumbat, cum deficiente huiusmodi qualitate, arrhas petere non possit vt in d. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori & in hac lege, ergo qualitatem hanc probare tenetur iuxta glo. communiter receptam in l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisfada. cogan. de cuius intellectu plura congerit Couarru. li. 2. resolu. cap. 6. vbi in specie num. 7. attestatur hanc opinionem tenuisse Rod. Xuar. in d. l. 1. tit. 2. lib. 3. fori versi. circa hanc partem, & in praxi esse receptam, quam ipse dubitet an vera sit, ac proinde eam bifariam limitet vt dixi supra num. 7. idem voluit Anto. Gomez in d. l. 50. Tauri. nu. 13. [ Limita. 2. nisi titulo venditionis ante contractum matrimonij bona excedentia decimam bonorum mariti partem, vendantur, na valebit huiusmodi arrharum constitutio vt in l. 2. 46. styli, ita limitat Rod. Xua. in d. l. 1. versi. nota vltierus & Ioan. Lupi in rep. rub. de donatio. int. vi. & vxo. §. 24. num. 4. limitans hoc procedere cessante fraude, na alias fecus vt in l. inter eas. ff. de dona. int. vi. & vxo. [ Lini. 3. vt ad bona non habeatur consideratio, ad astitimandam decimam, nisi prius deducatur aequum: quia quod superest eo deducto dicitur esse in bonis. l. mulier bona. ff. de iu. doti. l. non possunt. ff. de iure fisci. l. subsignatum. §. 1. ff. de verbo. signi. l. si vniuersae. C. delega. & similiter illud dicitur quis habere in bonis, quatenus superest onere deducto, l. non amplius. ff. delega. 1. ex quibus legibus id assuevit Montal. & Rod. Xuar. in d. l. 1. tit. 2. de arrhis lib. 3. fori ille inglo. hinc fol. 2. versi. nota tamē Ant. Gomez in l. 50. Tauri num. 13. & ibi Did. Castell. in verbo arrhas adde Firaq. lib. 2. de retractu in praef. nu. 21. & seq. & Ari. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. nu. 52. illatio. 14.

G L O S S. III.

- 1 Renuntiare non potest iuri prohibitio.
- 2 Iuramentum est omnino seruandum, quoties seruari potest sine interitu salutis aeternae.
- 3 Iuramento firmatur actus prohibitus fauore priuato principaliter, licet secundario resultet publicum commodum ibidem & num. 15.
- 4 Donatio inter virum & vxorem confirmatur iuramento.
- 5 Infamatio non requiritur in donatione cum iuramento facta.
- 6 Arrharum promissio excedens decimam bonorum promittentis partem, iuramento an confirmetur?
- 7 Iuramentum non confirmat actum si simul cum actu iuramentum eidem apponi lege civili prohibeatur, ibid.
- 8 Leges civiles & seculares possunt obligare ad peccatum earum transgressores.
- 9 Leges seculares an in dubio videantur obligare ad peccatum earum transgressores.
- 10 Leges seculares prohibitionem dirigentes in personam an obligent ad peccatum.
- 11 Leges seculares vt obligent ad peccatum, quid requiratur, & ex quo colligatur.
- 12 Leges prohibentes actum & iuramentum simul an praesumantur voluisse obligare ad culpam.
- 13 Iuramentum in praedictum tertij seruandum non est.
- 14 Iuramentum super arrhis interpositum, si excedant decimam partem seruandum non est, ex rationibus supra traditis.
- 15 Legis nostrae prohibitio, quod facta fuit fauore publico principaliter.
- 16 Renuntiare non licet iuri publico, priuato vero sic, ibid.
- 17 Iuramentum non confirmatur actus fauore publico prohibitus.
- 18 Principaliter vel secundario fauor publicus aut priuatus quando per legem consideretur.
- 19 Iuramento an firmetur actus iure civili prohibitus, bonis moribus civilibus repugnans.
- 20 Insinuatio pluribus casibus non est necessaria.
- 21 Dos vltra sumam a lege praecedenti taxatam an firmetur iuramento.
- 22 Renuntiar. Nota quod huic legi prohibenti arrharum promissio non vltra decimam bonorum promittentis, cum sit ius prohibitium ] renuntiare non potest gloss. in l. 1. in verbo fideiusor. C. ne fideius. dot. den. Bar. in l. de his nu. 3. ff. de transactio. Fra. Cur. cof. 68. nec fuit lex haec superflua hac prohibens renuntiationem, quandoquidem lex fori. 1. & 2. tit. 2. de arrhis li. 3. non habebat vim legis nisi in locis vbi eius usus probaretur Rod. Xua. in proemio fori. 1. & 2. col. tex. optimus in l. 3. tit. 1. de legibus supra li. 2. vt tractu aduertit Dida. Castell. in l. 50. Tauri in gloss. 1. vbi casus aliquot congerit quibus renuntiar non

ri non poterit. Caterum dubitari solet, an arrharum promissio decimam bonorum promittentis partem excedens, si fuerit iuramento firmata, valeat nec ne? maxime si cum iuramento huic legi renuntietur? & videtur valere, ex ea generali regula, qua constitutum est, iuramentum esse omnino seruandum, quoties seruari potest sine interitu salutis aeternae. cap. cum contingat cum similibus de iure iurand. cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. Praeterea haec prohibitio principaliter fauorem respicit priuatum promittentis, licet minus principaliter fauorem publicum respexerit, potuit ergo iuramento firmari iuxta doctrinam Bar. communiter receptam in l. si quis pro eo num. 8. ff. de fideiusor. quam pluribus & autoritatibus & rationibus confirmat insignis Couarru. in relect. c. quamuis pactum. 2. par. §. 1. nu. 5. & 6. de pact. li. 6. [ Confirmatur haec sententia ex eo, quod actus a lege prohibitus cum decreto irritante, potest etiam iuramento confirmari, ex communi sententia doctorum, vt attestantur Corne. & Iasso. num. 31. in auth. sacramenta. C. si aduer. vendi. & Altia. in cap. cum contingat nume. 94. de iure iur. post Abb. Anto. & Imol. ibi num. 36. quamuis absque iuramento non possit haec in specie renuntiare legi in alicuius priuati fauorem introductae, vt refert Couarru. licet ipse sit contrariae sententiae in d. cap. quamuis pactum. 2. par. §. 2. num. 6. [ Rursus hoc idem statuitur in donatione inter virum & vxorem, quae quamuis constante matrimonio prohibita sit, nihilominus iuramento confirmatur, vt tradit Bar. communiter receptus in l. si quis pro eo colu. vlti. ff. de fideiusor. vt attestatur Couarru. in rub. extra de testam. 2. par. num. 10. vbi plures cernere licebit concordantes, & Ant. Gomez de contractibus. cap. 14. num. 26. Pet. de Dueñas in regula. 219. colum. 4. ampli. 1. idem ergo constituendum erit in nostra specie, cum nulla maior ratio prohibitionis sit in donatione inter coniuges, quam in constitutione seu promissione arrharum vltra decimam bonorum promittentis partem. [ Quin & renuntiatio insinuationis in donatione quingentos aureos excedere iuramento fieri potest, eritque valida renuntiatio, secundum Ioan. And. ad specula. in tit. de instrum. editio. §. porro, in additione incip. minus: quem ingens copia doctorum sequitur, quos prolixè citat Tiraq. in l. si vnquam in praefatione nume. 143. C. de reuocan. dona. & prolixius Pet. de dueñas in regula. 224. limi. 5. referens Fran. Curt. Iuniorum eam dicentem magis communem in confi. 34. nu. 1. & alios idem attestantes, eandem sequitur Ferdin. Vazquez Mencha. de successorum creatione. §. 29. numero. 18. Riminal. in §. 1. insti. de dona. num. 255. & seq. Tellius Fernandez in l. 22. Tauri infi. poterat hic plura congeri, quae iuramento firmantur, quamuis a iure sint prohibita, quae longo sermone referuntur ab scribentibus in cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. vbi melius ceteris resoluit Couarru. 2. par. §. 1. 2. & 3. et deinceps, & Ferd. Vazquez de successorum creatione. §. 28. & 29. & a docto. in auth. sacramenta. num. C. si aduer. vendi. & alibi saepe, cum ergo in pluribus casibus iuramentum confirmet actus a lege prohibitus, nimirum si confirmet donationem arrharum vltra decimam bonorum promittentis partem excedentem, quare huic opinioni libenter

subscripterunt Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vxo. §. 24. num. 4. v. et sic haec tamen intellige. Dida. Castell. in l. 50. Tauri gloss. 1. Anto. Gomez in libro de contractibus. c. 14. nu. 26. versi. octauo inferitur. Segura in repe. l. 1. §. si vir num. 139. ff. de acq. posse. Dida. Perez in l. 6. tit. 1. lib. 3. ordina. gloss. magna colu. 795. Ferd. Vaz. Menchaquen. de successorum creatione §. 28. num. 33. Ferd. Gomez Arias in l. 48. Tauri nu. 13. [ Contraria tamen sententia cum verior tum receptior est, & in praxi admittitur, cui adherent Motaluus post episcopum ab eo citatum in l. 1. gloss. 1. tit. 2. de las arrhas libro. 3. fori & ibi Rode. Xuar. quest. 3. vir acutissimi ingenij Couarru. in relectione. capit. quamuis pactum. 2. parte §. 2. numero. 7. de pact. in. 6. dominus Antoni. Padilla egregius quidem vir, Praefectus ordinum Senatus, in auth. res quae. C. com. mu. delega. num. 29. denique hac eadem sententia verisimam & prudentiorem esse, magisque communem asseuerat: Gaspar Baeza rari ingenij vir in libro de non meliorandis dotis ratione filiabus. cap. 29. num. 6. & 12. quibus libenter accedo, tum propter tot virorum auctoritatem, tum etiam quia rationibus efficacioribus constat eorum opinio, primum quia lege. 1. tit. de las arrhas libro. 3. foro iuzgo expressim statuitur, iuramentum non confirmare contractum constitutionis seu promissionis arrharum vltra quantitatem lege regia praefinitam, sed quoties lex prohibet contractum, simulque iuramentum, non confirmabitur iuramento contractus, etiam si principaliter ob priuatum vtilitatem prohibeatur, ex sententia Frederici confi. 272. Pauli Cast. & Corne. in auth. sacramenta puberum num. 54. C. si aduer. vendi. idem voluit Anton. in cap. canonum statuta de constitu. fo. n. colum. 4. Imol. num. 9. & Altia. num. 135. in cap. cum contingat de iure iu. Fortunius in tractu. de vltimo fine illatio. 19. & 20. Couarru. in cap. quamuis pactum. 2. par. §. 1. num. 8. de pact. lib. 6. & in specie hoc idem repetit. §. 2. num. etiam. 8. quam attestatur communem Ferd. Vazquez Mench. in lib. de successorum creatione. §. 28. num. 30. licet ipse ex defectu potestatis legis civilis teneat oppositum, asseuerans contractum non confirmari, sed seruandum esse hac in specie iuramentum in vim conuentionis naturalis, quod ipse ab ipso met Couarru. eo tacito accepit. d. §. 1. num. 8. [ Mihi autem hac in specie magis placet, iuramentum etiam in vim conuentionis naturalis non esse seruandum: cum seruari non possit sine periculo salutis aeternae: iuramentum siquidem non debet esse vinculum iniquitatis. c. inter cetera. 22. q. 4. c. quato & ibi doct. de iure iu. l. n. infi. tit. 1. par. 3. At si lege prohibetur haec arrharum promissio decimam bonorum promittentis excedens, etiam si sit iurata, iuramentum inique praestatur, & peccat mortaliter iurans, quia voluntati & prohibitioni legislatoris refragatur, cui obedire tenetur cap. 2. de maiori. & obedi. sed iuramentum inducens peccatum seruari non debet, iuxta comunem sententiam gloss. in cap. licet mulieres de iure iu. tex. in cap. intellectu eod. tit. Altia. hoc ipsum attestatur esse receptum in cap. cum contingat num. 104. de iure iu. quinetiam si peccatum veniale inducat, adhuc seruandum non est, vt optime probat Bal. in §. item sacramenta infi. de pa

ce iura. firman. Greg. Lupi in.l.ii. in verbo, ni de su  
 alma, tit.ii. par.3. Couarruu. in cap. quamuis pactum  
 2. par. §. 2. num. 6. ad fi. versi. 3. hinc constat, de pact. lib.  
 6. [ Et si dixeris leges ciuiles non obligare in foro ani  
 mæ, nec earum transgressionem peccatum inducere ve  
 niale, ne dum mortale, vt fortissimis argumētis pro  
 bare nititur Ioannes Gerson Cancellarius. Parisiensis  
 vir quidem pius magnæque authoritatis & doctri  
 ne, lectio. 4. de vita spirituali animæ: quare iuramentū  
 legis prohibitionem non obstante, confirmauit contra  
 ctum à lege prohibitum? Huic obiectioni, Respondeo  
 negando assumptum, falsa siquidem est sententia Ger  
 sonis, & ab omnibus improbat: omnes siquidem iu  
 risperiti & theologi in hoc consentiunt, leges ciuiles  
 & seculares obligare posse in foro animæ earum trans  
 gressores ad peccatum mortale, ne dum veniale, dum  
 modò sint iustæ, & ab habentibus potestatem cōditæ,  
 & super certò disponant, non super præsumptione, vt  
 ex sententia diui Thomæ. 1. 2. q. 96. art. 4. & 2. 2. q. 60.  
 arti. 3. ad primū, expenditur, hanc sententiam probat  
 Archiep. Floren. in. 1. par. tit. 18. cap. vnico. §. 2. Al  
 fon. à Cast. optimè li. 1. de potestate legis pœnalis. c. 4.  
 vbi rationes Gersonis refutat, Syluester in verbo lex  
 q. 8. Bap. Troyamala in verbo lex. q. 17. Ioan. à Medi  
 na in tractatu de restitutione. q. 36. versi. quo præmis  
 so, Barba. hanc dicens communem in cap. filius nu. 8.  
 de testamen. Greg. Lupi in. l. 16. tit. 1. par. 1. per tex. ibi,  
 dum ait [ y meterse hiã en la carrera de muerte ] Dida.  
 Perez ad Seguram in. l. 1. §. si vir num. 125. ff. de acqui.  
 poss. & latius in præmio legum ordinationum. q.  
 10. Ferd. Menchaquen. de successio. creatione. §.  
 10. num. 660. infi. & num. seq. frater Domi. à Soto lib.  
 1. de iusti. & iure. q. 6. arti. 4. Marti. Azpil. hanc dicēs  
 communem in manuali confessorum. cap. 23. nu. 46.  
 Couarru. in. cap. quamuis pactum. 2. par. §. 2. nume. 7.  
 [ Et licet aliqui ex superius citatis asserant, in dubio  
 præsumi, legem secularem voluisse, earum transgresso  
 res obligare ad peccatum, prout fuit Domi. à Soto. d.  
 arti. 4. colu. 9. versi. quo circa fidissima regula est, &  
 hæc sit communis opinio, vt attestatur Ferd. Mench.  
 d. §. 10. numer. 661. ipse tamen ibi tenet contrarium, &  
 Marti. Azpil. in. d. c. 23. num. 36. [ Quare recurrēdum  
 est ad coniecturas, nec fat erit si verba legis prohiben  
 tis dirigantur in personam, prout Bar. existimabat in  
 l. siquis pro eo num. 9. ff. de fideiuss. eius namque sen  
 tentiam improbat Anto. Abb. num. 6. & Imol. num.  
 36. in cap. cum contingat de iure iur. Feli. in cap. 2. de  
 maio. & obed. Deci. in cap. nam concupiscentiam de  
 consti. lectio. 1. & hos sequitur Corne. & Iasso. in  
 d. auth. sacramenta puberum ille num. 23. & 25. hic nu.  
 51. & Altia. in. d. cap. cum contingat num. 94. Couarr.  
 in. d. c. quamuis pactum. 2. par. §. 2. num. 7. [ Nec suffi  
 ciēt verba præceptiua, vt præcipio, mado, iubeo, prohi  
 beo veto, interdico & similia, nam licet ex eis soleat  
 præsumi voluntas legislatoris obligandi ad peccatum  
 quandoque mortale, & quandoque veniale, prout op  
 timè resoluit Alfonso, à Castro libr. 1. de potesta. leg.  
 pœnal. cap. 5. pag. 17. versi. quidquid in iure canonico,  
 veruntamen imprimis attendere oportet materiam le  
 gis prohibentis, vt ex ea iunctis verbis percipere pos  
 simus, an velit obligare ad culpam. Nam si prohibitio

fit principaliter ob publicam vtilitatem, transgressor  
 peccabit mortaliter, vel venialiter, iuxta qualitatem  
 vel quantitatem commodi, aut incommodi publici;  
 vt constat ex Diuo Thoma. 1. 2. q. 96. art. 4. cui accē  
 dit ibidem Caiet. Adria. quotlibeto. 6. artic. 2. Anto.  
 & Abba. in cap. 2. de maio. & obed. Deci. post alios in  
 cap. nam & concupiscentia, prope fi. de constitu. Ioā.  
 Driedo de liber. Christiana lib. 1. pag. 166. Couarruu.  
 d. §. 2. num. 7. vbi autem aliquod lege seculari prohibet  
 tur principaliter respectu priuatæ vtilitatis, licet mi  
 nus principaliter publica consideretur vtilitas, nullū  
 transgressor contrahit peccatum, vt ex. d. cap. cum cō  
 tingat probat Couarru. d. num. 7. [ Verū & in hoc  
 vltimo casu poterit, lex obligare ad culpam mor  
 talem, vt probaui supra. numero. 8. quod dignoscī  
 poterit, quoties lex prohibuit iuramentum, non  
 enim poterat prohibere, nisi animum haberet le  
 gislator transgressorem obligandi ad peccatum, prop  
 ter defectum potestatis & iurisdictionis, ad sta  
 tuendum aliquid de viribus iuramenti, iuxta tex in  
 cap. venerabilem de electio. & in cap. nouit de iudi.  
 ex quibus id asserunt Host. Imol. & doct. in. cap. quan  
 to de iure iu. Cyn. Sali & Paul. in. l. vlti. C. si contra  
 rius vel vtil. pub. cum concordant ab Alex. & Iasso. tra  
 ctis in. l. vlti. ff. qui sati. cog. quo fit vt leges prohibentes  
 iuramentum in contractibus interponi ex cau  
 sa iusta, ne earum iusta dispositio defraudetur, validæ  
 sint: secundum Imol. Domi. & Couarru. in. d. capit.  
 quamuis pactum. 1. par. §. 3. num. 7. & 8. Ias. in. d. l. vlti.  
 ff. qui sati. cog. Fortu. in tract. de vltimo fine iuris, illa  
 tio. 20. dixi in stylo Cancellariæ tit. 1. præmi. 17. casu.  
 20. declara. 14. quoniam hac inspecie, iuramentum ver  
 get in dispendium salutis æternæ, si seruetur, prop  
 ter peccatum quod contraheret contrahens contra le  
 gis prohibitionem: cuius animus fuit obligandi trans  
 gressorem ad lethalem culpam: quod ex eo constat,  
 quia aliās non poterat prohibere iuramentum, vt di  
 xi, propter defectum potestatis, & ne præsumamus le  
 gislatorem fecisse quod non licuit, contra. l. merito.  
 ff. pro socio, fatendum nobis est necessario hunc ani  
 mum habuisse, vt eius dispositio potius sustineatur  
 quàm corruat, vt in. l. quoties. ff. de reb. dub. & l. quo  
 ties. ff. de verb. oblig. cap. Abbate vbi gloss. de verbo.  
 signi. latè per Alcia. de præsump. regul. 3. cap. 34. qui  
 libet enim præsumitur accomodare volūtatem suam  
 secundum leges. l. quæro. §. inter locatorem, ff. loca. l.  
 quidam cum filium. ff. de verbo. obli. quod examinat  
 idem Altia. d. regula. 3. c. 32. [ Vt potest hæc senten  
 tia ex alio sustineri, nempe, leges, fori ad quas se refert  
 lex nostra, dationem vel promissionem arrharū pro  
 hibentes vltra præfinitam quantitatem, non solum id  
 prohibent respectu & fauore promittentis, verum etiā  
 & eius consanguineorum fauore, quibus leges prædi  
 ctæ deferūt ius huiusmodi excessus repetendi, vt in. l.  
 1. tit. 2. de arrhis libr. 3. fori, cum sic ait, *Es si por ventu  
 ra mas diere los parientes de los parientes del marido, lo  
 pueden demandar por el iuramentum in præiudi  
 cium tertij seruandum* vt in cap. cum contin  
 gat de iur. iu. vbi ab hoc iuramento contractum pro  
 hibitum confirmante, sum. pontifex excipit, cui  
 ius

iuscūq; alterius, qui nō iurauit, præiudiciū: quibus ra  
 tionibus mouetur Coua. & ceteri huius opinionis au  
 thores: licet primā, quæ me magis mouet, nō ita cōfir  
 mauerint. [ Superest vt obiectionibus respondeamus,  
 & imprimis nō obest primū fundamentū, quia verum  
 nō est, qd hac in specie seruari possit iuramentū, absq; in  
 teritu salutis æternæ, nō enim pōt, vt expēdere licet ex  
 rationib<sup>9</sup> numeris præcedētibus traditis. [ Minus oberit  
 quod. 2. dicebamus prohibitionē de qua agimus  
 esse in fauore priuatū principaliter, & secundario publi  
 cū, quo casu iuramentū cōfirmat cōtractū prohibitū le  
 ge seculari, iuxta receptiorem sententiam doctorū. d.  
 auth. sacramenta puberū & d. cap. cū cōtingat & d.  
 cap. quamuis pactum cōmentatium. Nam & si conce  
 damus id prohibitū fauore priuato principaliter &  
 non publico, respondere licebit, vel quod sentētia cō  
 munitis nō procedat in præiudiciū tertij, prout hic fuit  
 vel quod lex prohibens voluit obligare transgresso  
 rem ad peccatū: sicut hac in specie eā esse legis nostre  
 mentē satis superque probauius supra nu. 12. [ Vel  
 negare possumus prohibitionē legis nostre esse factā  
 fauore priuato principaliter: nā si rectè verba legis no  
 stræ inspiciantur, potius fauore publico quā priuato fa  
 ctā esse constabit, negat siquidē lex nostra renūtiatio  
 nē fieri posse, quod vtq; cōcederet si de iure priuato  
 ageret, iuri siquidē pro se introducto cuiuslibet renun  
 tiare licet l. siquis in cōscribendo. C. de pact. l. iurisgē  
 tiū. §. si paciscar & l. pactum. ff. eo. l. si iudex. ff. de mi  
 no. cū similibus: agit ergo lex nostra de iure publico,  
 cui renuntiare non licet lius publicū, ff. de pact. & d.  
 §. si paciscar cū concordā. ibidē citatis. Expedi enim  
 reipublicæ, ne quis rebus suis male vtatur. l. 2. ff. de his  
 qui sunt sui vel alii. iur. §. vlt. insti. eod. tit. ne ve excessi  
 uæ dotes vel arrhæ promittantur, vt latè probaui supra  
 eo. l. 1. gloss. 1. [ Et quamuis Ferd. Vazquez in lib. de  
 succes. creatio. §. 28. nu. 24. neget publicè interesse, quod  
 possessiones, vel pecuniā vnus ex ciuibus habeat, vel  
 alius, mihi profecto non probatur eius sententia, siqui  
 dē non minus boni mores expediunt in republica,  
 quam possessiones & pecuniæ: ei igitur expediet ne  
 quis rebus suis male vtatur prodigaliter bona expend  
 endo, vt diximus in. d. gloss. 1. l. 1. supra eo. si igitur  
 hoc statutū est fauore publico, cōstitutissimū est, iura  
 mentum non confirmare actum prohibitum fauore pu  
 blico ex sententia Bar. cōmuniter recepta in. l. siquis  
 pro eo nume. 7. ff. de fidei. quem ibi docto sequuntur.  
 Idem voluerunt Anto. Abb. & ceteri in. d. capit.  
 cum contingat vbi Alci. num. 83. hanc dicit receptā,  
 sententiam, prout & fatetur Imol. nume. 31. licet ab ea  
 discedat, Couarruu. quoque hanc sequitur & dicit  
 communem in. cap. quamuis pactum. 2. par. §. 1. nu. 1.  
 & 2. de pact. lib. 6. Anto. Gomez de cōtractibus. cap.  
 14. num. 24. Ferd. Vazquez de succes. creatio. §. 28.  
 num. 21. & 23. eam dicens communem, & clarè proba  
 ri in. d. cap. cum contingat, nam si ibi, iuramentum in  
 præiudiciū tertij, statuitur, non esse seruandum. lon  
 ge minus si tendat in præiudiciū totius reipublicæ  
 seruare oportebit, arg. auth. res quæ. C. com. de lega. &  
 cap. si diligenti de foro. compe. & l. priuatorum. C. de  
 iuri. om. iud. [ Nec dicit verè potest in nostra specie &  
 similibus, leges principaliter respexisse priuatorum

commodum, nam si legū finis inspiciatur, principaliter  
 in commune bonum diriguntur, & secundario in  
 priuatum, vt optimè probat Couaru. in. c. quamuis  
 pactum. 2. par. §. 1. num. 6. licet, vt ipse ait, quoad ex  
 ecutionem principaliter lex nostra & similes fauere cō  
 sentur priuatis. Attēta tamen intentione legis, quæ in  
 spicienda est, principaliter intendit fauere reipublicæ,  
 vt expendit ipse Couarruu. ex notatis per Bar. in. l.  
 ambitiosa num. 29. & 30. ff. de decret. ab ord. faciend.  
 & per Martinum Azpilcuc. in c. inter verba. 11. q. 3.  
 conclus. 3. Corolario. 4. nu. 299. pag. 84. & 85. verū si  
 sententia nostra non tibi placuerit lector amatissimè,  
 satisfacturas spero alias coniecturas superius memo  
 ratas, nempe, prohibitionis renunciationis, & ne præ  
 iudicetur tertio. [ Minus oberit sententiæ nostræ,  
 quod de donatio. inter virum & vxorem diximus, &  
 de inuauatione donationis quæ necessaria non est, vbi  
 adest iuramentum secundum receptiores doctorum  
 sententias, nam multi doctores tenuerunt cōtrariam,  
 & eam attestati sunt esse receptiorē, quos refert Pet.  
 de Duñas in regula. 219. ampliatio. 2 & in regula.  
 224. iim. 5. & Ferd. Vazquez de successio. creatio.  
 §. 29. num. 11. 12. & 18. & quamuis adhærere ve  
 lis sententiæ communi in donatione inter virum &  
 vxorem iurata, non fuit ita fortis prohibitio, nec tā  
 forti ratione facta, ac promissio arrharum deci  
 mam bonorum promittentis partem excedens, nam  
 omnes prohibendi eam donationem rationes, quæ mū  
 litabant iure ciuili ceitant iure canonico, vt rectè  
 aduertit idem Ferd. Vazquez loco proxime citato.  
 num. 11. ad finem & in pluribus casibus eodem iure ci  
 uili permittitur, nimirum ergo si iuramento cōfirme  
 tur. Nec leges seculares hac in specie præsumendū est,  
 voluisse donantes ad culpam aliquā obligare, nec præ  
 terea repugnat hæc donatio bonis moribus naturali  
 bus, nec diuini vel canonici iuris, sed tantum moribus  
 ciuilibus: qua in specie firmari potest actus prohibi  
 tus lege ciuili iuramento, secundū receptiorē senten  
 tiam doctorum teste Couarruu. in. d. capit. quamuis  
 pactū in initio. 2. partis nu. 1. & Ferdinando Vazquez  
 de succes. creatio. §. 28. nu. 9. 10. & 11. [ Inuauatio simili  
 ter multis casibus non est necessaria, veluti in dote in  
 donatione propter nuptias, in cōcessione feudī, in do  
 natione remuneratoria vel mutua, in facta ecclesiæ  
 vel pio loco, in donatione facta coram iudice, in dona  
 tione facta in testamento, in donatione causa mor  
 tis, & in pluribus alijs casibus à Petro de Duñas con  
 ceptis in regula. 224. nimirum ergo si necessaria nō sit  
 inuauatio in donatione iurata [ Nec oberit similiter  
 quod diximus in alijs pluribus casibus actus prohibi  
 tos lege ciuili, firmari iuramento, vt in. d. auth. sacra  
 menta puberum & d. c. cū contingat de iur. & d. c.  
 quamuis pactum & alijs iuribus similibus: nā respon  
 deo non mirum esse, quod olim lege prohibitum erat  
 hodie permittū esse, & ex contrario quod antea per  
 missum, hodie prohibitū, atque idē leges mutari pos  
 se, & derogari, rursus etiā restitui, Quare leges aliena  
 tiones prohibentes minoribus, & rerū dotatū, potue  
 runt nimirum mutari, vel limitari per alias leges, vt  
 iuramento interposito alienatio permittā esset,  
 quod tribuendum est legis authoritati, potius  
 quam



quam vi iuramenti, quippe quod non potuit occasio nem præbere peccati, quod contraheret legum transgressor, ex voluntate legislatoris expressa vel subintellecta, nisi alia lege hoc esset cautum, & legi prohibenti in ea specie derogatum. [ Ex superius traditis infero, idem esse dicendum, si iuramento dos filiarum promissa sit, excedens quantitatem lege præcedenti taxatam, reuocabitur siquidem excessus, ex sententia Gasparis Baeza in libro de non meliorandis dotis ratione filiarum. cap. 19. qui hanc sententiam optimis probat rationibus.

**G L O S S. IIII.**

- 1* Poena imposta notario apponenti in instrumento arrharum, huius legis renunciationem, an incuratur, si generaliter fuerit renunciatum omni legum auxilio?
- 2* Poena legis nostræ priuationis officij, an censetur imposta ipso iure?
- d* En perdimiento de officio. Tabellio qui in contractu arrharum apposuerit renunciationem legis nostræ, vel fori, incurat poenam priuationis officij, ut hic, quod intelligit Did. Castelli in l. 50. Tauri, ex qua nostra lex deprompta est, in verbo renunciar, quoties expressim huic legi fuerit renunciatum, secus si generaliter omnibus legibus renunciatur, nam poenam hac in specie non incurat tabellio. arg. l. item apud Labeonem. & hoc edicto. ff. de iniur. vbi quæ speciali nota digna sunt nisi exprimentur non veniunt in renunciatione, maxime in correctorij & penalibus. [ Limitat. 2. idem Castellus in verbo incurra, ut procedat lex nostra, in eius specie & poena videatur ipso iure imposta, ut vult glo. in l. si quis ex argentiariis. & l. ff. de ede. secus si delinquat extra officium, quia tunc priuatur per sententiam, ut etiam voluit Ioan. Lupi in d. l. 50. Tauri num. 7.

**G L O S S. V.**

- 1* Notarius ab officio priuatus non potest instrumenta conficere, nec hoc ei reseruari potest, nisi ex causa.
- 2* Notarius ab officio priuatus non potest ad id redire, & rescriptum in contrarium impetratum esse præsumitur subreptitium.
- Instrumenta à notario confecta qui verè non erat, sed ut talis reputabatur an valeant? remissiuè, ibidem.*
- 3* Instrumenta à notario confecta qui falsitatem commiserat ante sententiam, an valeant.
- 4* Poena ipso iure imposta non incuratur, donec per sententiam declaratur.
- 5* Auditores qui extra districtum exeunt, an amittant officium ante declarationem à rege vel eius consilio factam.

*e* Sopena de falsario. Nota quod notarius ab officio priuatus non potest instrumenta conficere; & hoc iure

communi procedere expendit Bar. in l. eadem lege. & hac lege. ff. ad. l. iul. repetund. per tex. in l. si aliquid. C. de suscepto. & archarijs lib. 10. nec potest illi reseruari facultas conficiendi instrumenta, nisi ex causa, ut probat idem Bar. in l. ex militari. ff. de test. mili. & in confi. 174. & in l. & militibus. C. de testam. mili. vbi idem voluit Alex. & Deci. nu. 16. licet contrarium voluerit Boer. in l. si quis in prin. 6. miles. ff. de leg. 3. las. in l. Barbarius. 12. col. vers. 3. limita. ff. de offi. præ. Sed concorda hoc procedere quando subest causa [Quinimo non poterit semel ab officio priuatus ad id redire, & rescriptum in contrarium impetratum præsumitur subreptitium, ut in l. nullus. C. de diuers. offi. & apparito. iudi. lib. 12. l. 5. tit. 13. par. 2. & l. 2. tit. 7. par. 7. l. Casus. ff. de senato. & si fama ei restitatur per imperatorem, vel regem ad id potestatem habentem, non poterit comes potestatem habens creandi notarios, eum creare notarium, Bal. singulariter hoc asseuerat. in l. nihil per illum tex. C. de man. vind. sequitur & eius dictum exclamat Lud. Roma. in l. si vero. de viro. 38. fallentia. ff. solu. matri. Iaso. in d. l. Barbarius. 12. colu. vers. illud etiam no. sublimitatione. 5. vbi pluribus modis limitat conclusionem communem, quod instrumenta confecta à notario, qui verè non erat, licet communiter pro tali haberetur, non valent. [ Verum dubitari solet, an valeant instrumenta à notario, qui falsitatem commisit in officio confecta. In qua. q. vera resolutio est, quod si condemnatus fuerit & priuatus officio, nihil valent instrumenta postea confecta, ut diximus. & voluit Ioan. Lupi in l. 50. Tauri num. 7. & Dida. Castelli ibidem & cæteri, ante sententiam verò bene poterit officium exercere, & instrumenta ab eo confecta valent secundum Bal. in l. si quis decurio per tex. ibi C. de fals. Alex. in l. prætor. cogentur. ff. de eden. nu. 6. Deci. hanc dicens communem, in d. l. & militibus nu. 16. ff. de mili. testa. Bal. & las. in d. l. Barbarius. 12. colu. l. mi. 2. ff. de offi. præto. Did. Perez in l. 2. tit. 5. lib. 2. ordi. colu. 436 in prin. vers. 14. Marfi. in rub. ff. ad. l. Corn. de fals. nu. 27. & seq. vbi plura congerit. [ Confirmatur hæc sententia, quia poenam ipso iure impositam non incurat quis ante sententiam de claratoriam, etiã in crimine lese maiestatis & diuinitatis vel humane, nendum in alijs cap. cum secundum leges de hæreti. libr. 6. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fisci, cum alijs ab Hypoli. Marfi. in rub. ff. ad. l. Corn. de fals. nu. 24. & pluribus sequen. & ab Anto. Gomez traditis de delictis. capit. 14. numero, 3. vbi tractat an in conscientia teneatur quis ad poenam ante sententiam, & concludit non teneri ex sententia gloss. in cap. fraternitas. 12. q. 2. etiam in crimine lese maiestatis diuinitatis, & hæc dixit communem Iaco. Septima. in institu. Catholicis cap. 9. num. 82. [ Ex quo dicebam, poenam ipso iure impositam amissionis officij per regium rescriptum anni. 1565. auditoribus huius cancellariæ & ceteris officialibus regijs, qui sine regia licentia à suo districtu exierint, etiam præmissa licentia gubernatoris, minime incurri absque ipsius regis declaratione & sententia, posset etenim aliquam legitimam excusationem allegare, vel quod prorex vel moderator cuius licentia profectus est, à rege mandatum habuerit ad id faciendum, vel aliam legitimam causam cuius

cuius cognitio ad regiã cancellariã vel eius præfectum minimè spectat, sed soli regi & eius regio consilio competit, ut est notissimum, & licet cuidam collegæ huius regij senatus aliud visum fuerit, hæc mihi sententia placet, placuit, & placebit donec declarationem regiam viderim contrariam. Refero hic verba regij rescripti, ut magis constet veritas huius opinionis. *Y Por el mesmo caso que alguno de los susodchos viniere o saliere de la dicha prouincia con la dicha licencia, o sin ella, mandamos que quede vaco, y por la presente vacamos el officio de la tal persona, para disponer del, como mas sea nuestro seruiçio.* Ecce regi ipsi reseruatur prouissio eius officij, ergo soli competit declaratio huius excessus, & non alij.

**L E Y IIII.**

*¶ Como las arras las han los herederos de la muger, no asiendo hyos.*

*Don Fernando y Doña Juana en Toro año de 1505. capítulo 51.*

*¶* Si la muger no ouiere hijo del matrimonio en que interuiniere promission de arras, si no dispone expressamente de las dichas arras, que las aya el heredero o herederos della, y no el marido, ora la muger haga testamento o no.

**G L O S S. I.**

*Arrha possunt ab vxore soluto matrimonio liberè alienari, & de eis ad libitum disponere potest.*

*¶* Arras. Nota quod vxor potest de arrhis ad libitum disponere. Contrarium voluit Rod. Xua. in l. 1. tit. 2. de arrhis lib. 3. fori. 2. parte vers. circa hoc queritur, & in l. quonia in prioribus limi. 10. legis fori. C. de inoffi. testa. & Ica. Lup. in rep. rub. de dona. §. 27. nu. 1. quos merito carpit Telli. Fernand. in l. 19. Tauri num. 12.

**G L O S S. II.**

*Arrha an sint vxoris vel mariti soluto matrimonio? gloss. 2.*

*b* *¶* No el marido. Nota, quod arrhe promisse vel recepte mortua vxore pertinent ad ipsius hæredes, & non ad maritum superstitem, siue ab intestato decedat, siue condito testamento. Contrarium statutum erat ab intestato iure fori per l. 1. tit. 2. de arrhis lib. 3. fori & l. 6. tit. 1. li. 3. foro judgo, quæ leges per legem istam corriguntur, ut doctores nostri asseuerant in d. l. 51. Tauri, ex qua lex ista transumpta fuit.

**L E Y IIII.**

*¶ Como la desposada gana las joyas o arras.*

*Ley 2. de Toro.*

*¶* Qualquier esposa ora sea de presente ora sea de futuro, suelto el matrimonio, gane si el esposo la ouiere beñado, la mitad de todo lo que el esposo le ouiere dado antes de consumido el matrimonio, ora sea precioso, o no. Y si no la ouiere beñado, no gane nada de lo que le ouiere dado, y torne se a los herederos del esposo. Pero si qualquier dello muriere despues de consumido el matrimonio, que la muger e sus herederos ganen todo lo que seyendo desposados le ouo el esposo dado, no auiedo arras en el tal casamiento y matrimonio. Pero si arras ouiere, que sea en escogimiento de la muger o de sus herederos, ella muerta tomar las arras, o dexarlas, y tomar todo lo que el marido le ouo dado siendo con ella desposado. Lo qual ayã de escoger dentro de veynete dias, despues de requeridos por los herederos del marido, y sino escogierẽ dentro del dicho termino, que los dichos herederos escojan.

**G L O S S. I.**

- 1* Donatio ante nuptias fieri potest ab sponso de futuro, & ab sponso de presenti hodie iure regio.
- 2* Sponsalia de presenti verè matrimonium dici potest, improprie enim dicuntur sponsalia.

*a* *De presente.* Nota legem istã, ad extensionem iuris communis & legum partitarum & fori, quibus, donatio ante nuptias fieri poterat ab sponso de futuro, ut dixi supra codẽ in rub. gloss. 3. nam per legem istam fieri per mittitur ab sponso de presenti, ut in l. 52. Tauri (vide ista sumpta fuit) notant oes interpretes. Antea enim hæc donatio erat prohibita tanquam inter virum & vxorem. l. 1. & per totum ff. de dona. int. vi. & vx. l. 3. & 4. tit. u. part. 4. l. pen. ff. de dona. int. vi. & vx. ne tuo amore se expolient, ut ibi dicitur. [ Sed sponsus de presenti & sponsa vir & vxor verè dici possunt, quia verè inter eos est matrimoniũ contractum per verba de presenti. c. vlt. in fi. de sponsa duorum. c. 1. c. cum locum. c. tua. c. tua de sponsali. c. si inter virum cod. ti. l. 2. in fi. tit. l. par. 4. vbi dicit tex. improprie hæc dici sponsalia, sed verum potius & legitimum matrimonium.

**G L O S S. II.**

- 1* Sponsa ingrediens religionem an per osculum lucretur dimidiam donatorum partem?
- 2* Sponsalia si sint nulla propter impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, an lucretur sponsa per osculum dimidiam bonorum partem?

*Lex. 3. tit. 11. part. 4. explicatur, ibidem.*

b *Suelto el matrimonio.* Intelligit per mortem alterius, vt in.c. pen. & fi. de secund. nup. Bart. in.l. si quis. ff. solu. matri. Imol. consil. 100. nu. 1. & sequen. Quid autem si sponsus vel sponsa ingressi fuerint religionem, an lucrabitur sponsa per osculum medietatem iocalium? & nostrates cōmuniter in.l. 52. Tauri, vnde lex ista sumpta fuit, resoluunt sponsam lucrari post osculum dimidiam sibi donatorum partem, siue ipsa ingrediatur religionem siue sponsus, glo. est sing. iuncto tex. in.c. de ceta legalia. 27. q. 2. probatur in.l. Deo nobis. C. de epif. & cleri. vbi statuitur, sponsam liberè posse ingredi religionē, nec duplicatas ob id arrhas restituet, & ibi Paul. & doct. auth. de sanctis. epif. §. sponsalibus colla. 9. & ibi notat Ang. Et ibi no. doct. quod pactum lucranda dotis in casu mortis, locum obtinet in casu ingressus religionis, idem voluit Ias. in.l. si decesserit ff. qui sat. cog. nu. 11. hoc voluit Ioan. Lupi in rep. rub. de don. inte. vi. & vxor. §. 3. nu. 5. & in.l. 52. Tauri nu. 3. Did. Castelli in glo. 3. & Cifonta. & Ant. Gom. nu. 8. Corn. conf. 22. lib. 1. Greg. Lup. in. l. 3. in verbo la mitad, tit. 11. 4. par. Couarru. in epito. de sponsa. 2. parte. c. 7. §. 4. nu. 12. [ Verūm huius legis interpretes dubitare solēt, nunquid eius dispositioni locus sit? si sponsalia sint nulla, & inualida iuris prohibitione, vt propter consanguinitatem vel affinitatem, quæ post contracta sponsalia & postquam inter eos osculum interuenerit, detecta fuerit. Ego sic esse resoluendū existimo, si vterque sponsus ignorabat impedimentum, nec erat crassa ignorantia aut supina, sed probabilis, donatio iocalium seu mundorum muliebrium nō valet, quia habet tacitam conditionem si matrimonium sequatur, l. cum veterū. C. de dona. ante nup. l. 3. tit. 11. part. 4. quare hoc placuit Accursio in.l. si ab spōso. C. de dona. ante nup. cui accesserunt ibi Sali. & Fulgos. idem voluit Anto. Gomez in. d. l. 52. Tauri num. 7. & Cifonta. ibidem prope finem. Sed contrarium tenuit Ioann. Lup. in. d. l. 52. Tauri nu. 4. & in rpe. rub. de do. na. int. vi. & vx. §. 36. nu. 7. imo quod soluto matrimonio ratione huius impedimenti, vxor ignorans lucratur propter osculum dimidiam partem iocaliū, & copula interueniente omnia donata lucretur, cuius opinio magis cōsona videtur legi. 3. tit. 11. par. 4. cū sic ait. *Pero siempre se entienda, quel deue tornar aquel que el resbe, si por su culpa finca quel matrimonio no se cumpla.* Ergo à contrario sensu mulier nō amittit donata, nec ea restituet sponso, si culpa sua matrimonium nō dissoluatur, cum ergo in hac quæstione supponimus, spōsam ignorasse impedimentum, non ergo fuit in culpa, quare nimirū si donata nō restituat post copulam, & medietatem post osculum: & hæc mihi verior videtur opinio contra Anto. Gomez. Vbi autem sponsus sciuerit impedimentū, idem erit, quia dimidiam donatorum non restituet, si ipsa ignorabat: si verò sponsa sciebat impedimentum & sponsus ignorabat, donata integra sponso restituet: vbi autem sponsus & sponsa sciebant impedimentū subesse, neuter eorum donata lucrabitur, sed fiscus. l. cū. hic status. §. ff. de don. int. vi. & vxor. l. qui cōtra & ibi glo. & doct. C. de incast. nup. gloss. in. l. eum qui duas. C. de adulte. hoc voluit Ant. Gom. in. d. l. 52. Tauri nu. 7. licet contrarium voluerit Ioa. Lup. in. d. l. 52. imo quod res donatæ maneat

apud donatariū eas possidentē, nam in rep. rub. de do. na. §. 36. nu. 7. vers. si igitur donatio, tenuit idem quod Ant. Gom. probatque hanc decisionem & resolutionem. Alias quæstiones tradit Did. Castelli ibi in verbo *suelto*, vide eum.

G L O S S. III.

- 1 *Donationem iocalium seu mundorum muliebrium lucratur sponsa, siue osculum præcesserit eam siue nō.*
- 2 *Donationem iocalium si copula præcedat donationē, non lucratur vxor.*
- 3 *Donationem iocalium si præcedat copula ante sponsalia, vel osculum non lucratur sponsa.*

c *Befado.* Intelligit siue osculum præcesserit donationē, siue sequatur, modò post cōtracta sponsalia fiat, & ita commniter omnes consentiūt, vt Ant. Gomez in. d. l. 52. Tauri, ex qua hæc sumpta fuit, nu. 6. asserit. [ Extē dens hanc opinionem, vt procedat etiam si copula præcedat donationē, fiatq; contractis sponsalibus, adhuc enim sponsa lucrabitur donata quia vtroque casu militat eadem ratio: quia donare censetur in præmiū pudoris, ergo eadē debet esse iuris dispositio. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de lega. 2. cum simi. Addit Ant. Gom. aliam rationem, nempe, quia in nostra Hispania ex communi vsu loquendi, semper spōsa dicitur ante velationes & benedictiones ecclesie, & communem habitationē, siue cognita fuerit carnaliter siue non, & post prædictas velationes & benedictiones vocatur vxor, sed lex nostra loquitur in spōsa, ergo vtrūque casum cōprehendit, arg. tex. in. l. librorū. §. quod tamē Calsius. ff. de lega. 3. & l. Labeo. ff. de suppell. lega. idē voluit Pet. Nun. de manda. ex eq. c. 15. nu. 6. in fi. Sed salua eorū pace, contrarium videtur verius & receptius, imò quòd si copula præcesserit donationem, nihil lucretur vxor, sed dicatur potius donatio inter virū & vxorem quæ morte confirmatur, & hoc idem sentire voluit ipsemet Ant. Gom. d. nu. 6. post mediū, licet sub dubio id asserat, idē etiā attestat Did. Caste. in. d. l. 52. Tauri in verbo ante de consumido, vers. ex quo habes, & Gom. Arias ibi nu. 20. & Greg. Lup. in. l. 3. in verbo befado, tit. 11. par. 4. & sensit Ioan. Lup. in. d. l. 52. Tauri nu. 14. in fi. & expresse hoc asseruit nu. 2. in fi. quibus ipse subscribo, nā tex. iste hoc clare probat, dum dicit, *Y gane si el esposo la ouiere befado la mitad de todo lo que el esposo le ouiere dado antes de consumido el matrimonio.* Nō ergo lucrabitur quod post cōsumatum matrimoniū sibi fuerit donatū, validissimū quippe est in iure argumentū à cōtrario sensu. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iuri. Et iterum dicit lex nostra. *Pero si qualquier dellos muriere despues de cōsumido el matrimonio, que la muger e sus herederos gane lo que seyendo desposados le ouo el esposo dado.* Quasi lex nostra sentiat tunc verè dici sponsos, cū nondum fuit consumatum matrimonium per copulam, vt videbimus infra eò. glo. 6. vbi ex rationibus ibi traditis corroborabitur hæc sentētia, quæ cōmuniō est & tenēda. [ Verū si ante cōtracta sponsalia osculū vel copula interuenerit, nihil lucrabitur spōsa ex donatio

nibus ei post contracta sponsalia factis, tum quia talis copula & osculum sunt prohibita secūdū glo. not. in Clem. vit. in verbo septimo, de hæret. gl. in. l. 1. ff. de var. & extra crimi. Bald. in. l. si quis non. dicam. ap. re. nu. 1. C. de epif. & cleri. beat. Tho. 2. 2. q. 154. artic. 4. beat. Antoni. 2. part. sua summa. ti. 5. c. 1. §. 7. 8. & 9. Cōfirmatur quia sponsalia de futuro nō transeunt in matrimonium per copulam præcedentem sponsalia, sed quæ sponsalia sequuta est. c. veniens. 2. de sponsa, vbi doct. notant, hoc voluit Ioann. Lupi in. d. l. 52. Tauri num. 8. & 9. Anto. Gomez num. 6. in fine Did. Caste. in verbo befado, Gomez Ari. num. 9. & 10. Bald. in. l. si à spōso. C. de dona. ante nup. Gomez Arias in. l. 50. Tauri. nu. 5. 6. & 7.

G L O S S. IIII.

- 1 *Sponsus vt donata sponsa repetat, quid probare teneatur?*
- 2 *Sponsus an repetat ab sponsa donata, osculo interueniente: quòd nō.*  
*Correlatiuorum eadem est dispositio, nisi diuersa fuerit ratio in vno quàm in altero, ibidem, & nu. seq.*  
*Sponsus copula interueniente repetit ab sponsa sibi donata, ibidem.*
- 3 *Donationis ab sponso factæ sponse, vel ab sponsa sponso differens ratio.*
- 4 *Sponsa donata ab sponso missa, & ab sponsa recepta post copulam, an possint ab sponsa repeti soluto matrimonio?*

d *Le ouiere dado.* Ob causam matrimonij, quòd iure cōmuni probare tenebatur sponsus, & causam nō sequutam secūdū Bald. in. l. si præfidi. C. de dona. ante nup. hodie tamen per. l. istam, causam non sequutam dumtaxat probare tenebitur, sed sat erit probare tempore donationis contracta fuisse sponsalia, nisi ex cōtrario probetur osculū vel copulā interuenisse, ita ex hoc tex. expendunt Ioan. Lupi in. d. l. 52. Tauri nu. 12. & Did. Castelli in verbo lo que el esposo. [ Quid autē si vxor seu sponsa sponso donauerit, an osculo interueniente lucretur medietatem spōsus? Videtur idem esse in spōso quod in sponsa, quia dispositum in vno ex correlatiuis censetur & in alio dispositum. l. fi. C. de indi. vidui. toll. vbi notant Bart. Ang. Ias. & doct. l. 1. C. de cupress. lib. 11. l. fi. de acceptila. Contrarium tamē tenent doct. omnes, imo quod sponsus osculo interueniente non lucretur dimidiam partē rerū ab spōsa donatarum, sed potius soluto matrimonio res donatæ reuertantur integrè ad vxorē seu spōsam, nisi copula interuenerit, quia copula interueniente cōfirmatur donatio per cōditionis adimplementū, vt adnotauit Did. Castelli in. d. l. 52. Tauri in verbo lo que el esposo, & Ant. Gomez ibi nu. 3. vers. si verò, & Ioa. Lupi nu. 13. & in rep. rub. de dona. §. 3. in fi. per tex. in. l. si à spōso §. 1. C. de dona. ante nup. l. 13. tit. 11. part. 4. l. 5. tit. 2. de arrhis lib. 3. foro legū, Pet. Nun. de mada. exequē. c. 15. nu. 4. [ Ad id quod dixi de correlatiuis, respōdeo nō procedere vbi non est eadē ratio sed diuersa, quia tūc dispositū in vno non censetur in alio dispositū, vt in l. curatorē cū ibi not. per glo. Cyn. & doct. C. de inter

di. matri. l. fi. & ibi Sali. C. de rescind. vèd: quod notabiliter discutit Ias. in. l. transigere. 1. col. C. de trans. Euerardus in locis legalibus loco à correlatiuis pag. 481. & quod hac in specie sit diuersa ratio, constat ex eo qd spōsa videtur potius osculū dare, quàm accipere, quare nimirū si ipsa præmiū accipiat, & non sponsus, vt dixit gloss. in. d. l. si à sponso. §. 1. acquirit enim sponsus, & in nullo grauatur, sponsa autem amittit, pudore siquidem afficitur & verecundia, & honestatis amissione. Ob idq; non ita facillè maritū inueniet, hanc rationē diuersitatis tradidit Azo. in summa. C. de dona. ante nup. in. fi. doct. in. d. l. si à sponso. Motal. in. d. l. 5. tit. 2. lib. 3. foro legū, & ceteri supra citati, & tex. in. l. 3. in. fi. ti. 11. par. 4. & hæc vera sunt, & in dubitata, quāuis in vltimo casu quādo copula interuenit, refragari videatur Gomez Arias in. l. 50. Tauri nu. 19. [ Quid autem si sponsus miserit mundos muliebres sponsæ absenti, & ipse prius accessit, & eam osculatus fuit, vel ad eā carnaliter accessit. Deinde peruenit nunciū, & ei donata tradidit, an valeat donatio? & Ioan. Lupi in. d. l. 52. Tauri nu. 14. & Did. Castelli in verbo le ouiere dado, distingunt, aut enim erat nunciū spōsæ aut spōsi. Primò casu valet donatio, quia ex eò tempore perfecta fuit. Secundò casu non valet, quia cū recipit perfectionē ipsa donatio est inhabile tempus, vt post cū consumatū sit matrimonium, citant tex. exprellum in. l. si sponsus in princ. ff. de dona. int. vi. & vxor. vbi id notat Bart. & doct. Verū iure nostro regio iudicio meo ab intio valet donatio, cū mundi muliebres traditi sunt nūcio, nec refert an fuerint sponsi vel sponsæ, quomodo cūque enim appareat de voluntate obligandi, remanet quis obligatus etiā in absentia. l. 2. tit. 16. de contractibus & obligationibus infra hoc lib. 5. ibi. *O que fue hecho el cōtracto o obligaciō entre absentes, o que fue hecha a otra persona privada en nombre de otros entre absentes, mandamos que toda via vala la dicha obligaciō o cōtracto que fueve hecho en qualquier manera que parezca que vno se quiso obligar a otro.* Sed nostra in specie spōsus voluit donare sponsæ quæ ei per nunciū miserat: ex eo igitur tempore manet iure regio obligatus, & contractus ex tūc cēsatur validus, propter voluntatem & animum, quæ tunc vius fuit habere se obligandi, vel ea donandi.

G L O S S. V.

- 1 *Vestes preciosæ à marito vxori traditæ an censentur donatæ? & an soluto matrimonio eas acquirat vxor? & quid in vestibus quotidianis?*
- 2 *Vestes preciosæ ab sponso sponse donatæ, an pro dimidia vxori querantur, si osculum interuenerit? & quid si copula?*
- 3 *Vestes preciosæ vel superflue aut quotidianæ qd dicantur?*
- e *Sea precioso o no.* Solet nō modica esse cōtentio inter doctores, an preciosas vel festiuales vestes vxori seu spōsæ, traditas videatur maritus donare, & an per cōsequens ad vxorem pertineant soluto matrimonio, an verò heredibus mariti? & certè vera & communis resolutio est, quòd vestes preciosæ & superflue, honoris proprii causa, ab ipso marito cōstāte matrimonio vxori traditæ, non censentur donatæ, sed ad vsum

concessa: quare soluto matrimonio per mortem viri non cedunt lucro vxoris, sed hæredibus mariti sunt restituenda. Quotidianæ autem vestes donatæ censeantur, & vxori tradi debent soluto matrimonio. l. mortis suæ causa verfi. 1. & l. ex annuo. ff. de dona. int. vi. & vxor. l. pen. §. 1. ff. solu. mati. vbi Bart. & docto: cõmuniter huic accedunt sententiæ: quia priori casu potest ex traditione vestium alia coniectura sumi, quare donatio non præsumitur. l. cum de indebito. ff. de proba. l. Procula eod. tit. l. si cum aurum. ff. de solu. l. Campanus. ff. de oper. liberto. gloss. Bart. & docto. in l. cum quis. ff. de solutio. posteriori verò casu nulla alia coniectura sumi potest, quare donare præsumitur, idem voluit Bart. Angel. Paul. Alexand. & ceteri in l. si usufructus. §. 1. ff. ad. l. falcid. Bar. in l. 1. §. nec castrense nu. 9. ff. de colla. bono. Bald. Sali. & docto: in l. si vt certo. §. interdum. ff. commoda. Montal. in l. 6. tit. 6. lib. 3. fori Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 6. & 11. Pet. Nun. de manda. exequend. c. 15. in fi. l. 23. in fine & ibi Greg. Lupi tit. 11. part. 4. Dida. Castelli in l. 52. Tauri in verbo sca precioso, & ibi Anto. Gomez nu. 4. Vbi hoc extendit, etiam si maritus tradens vxori vestes preciosas dixerit se donare, quia secundum subiectam materiam visus fuit tantum ad vsum concedere, nisi aliàs constet habuisse animum donandi: citat Imol. hoc asserentem in l. pen. §. 1. ff. solu. mati. arg. text. in l. si cum vno. ff. loca. idem ante eum voluit Bart. in d. l. 1. §. nec castrense. ff. de colla. bono. num. 10. Ancarra. cons. 18. Bald. in auth. ex testamento num. 10. C. de colla. [ Et si huiusmodi vestes preciosæ ab sponso traditæ sunt sponsæ, videtur idem esse, vt non animo donandi, sed ad vsum censeantur concessæ, ad cuius probationem Anto. Gomez. d. num. 4. prope finem appendit text. in l. ob legatum in fi. ff. de legat. 3. in l. si quid eod. tit. vbi nihil refert, an maritus tradat has preciosas vestes vxori, an sponsus sponsæ: nam vtroque casu videntur ad vsum dumtaxat concessæ: ex quo id asserit Ioann. de Imol. in d. l. pen. §. 1. ff. solu. matrimo. col. 3. Sed contrarium dicit esse de iure verius Anto. Gom. d. l. 52. Tauri nu. 4. in fi. Quia in hac specie coniectura nulla alia esse potest, quam donationis ob causam matrimonij, & compensationem dotis, honestatis, & virginitatis: quibus rationibus hoc statutum est lege nostra, nempe, quod sponsa de futuro vel de præsentì lucretur, soluto matrimonio medietatem vestium preciosarum sibi ab sponso donatarum osculo interueniente, & integrè omnia donata si copula sequuta fuerit: modò donata nõ excedant octauam partem dotis, vt in l. 1. in fi. supra eodem & ibi dixi in gloss. 6. atque ita intelligit legem nostram Ioann. Lupi in repe. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 6. in fi. & Dida. Castelli in d. l. 52. Tauri in verbo sca precioso, & Gomez Arias, ibi nu. 16. & Anto. Gomez num. 4. in fi. & alij omnes, ita vt mirer Gregorium Lupi virum tam grauem tantæquæ authoritatis in l. 33. in fi. tit. 11. part. 4. tenuisse contrariū, imò quod lex ista non procedat in donatione vestium preciosarum ab sponso facta, cum vestes istæ nuptiales nõ dentur vt sponsæ, nec vt sponsalitia largitas, sed vt vxori, arg. l. quod sponsæ & l. cum in te. C. de dona. ante nup. quæ nihil faciunt: nec scio quo iure hoc fundet

egregius ille vir, quare tene communis, quod hæc lex procedat tam in donatione vestium preciosarum ab sponso sponsæ facta, quam in donatione mundorum muliebrium, maxime cum in vtraque specie donatio octauam partem dotis excedere non possit, vt in l. 1. in fi. supra eod. [ Quæ autem dicantur vestes preciosæ vel superflue, quæ autem quotidianæ: communis assertio est, vt iudicis committatur arbitrio; vt considerata qualitate personarum id iudicet, secundum Imol. in d. l. pen. §. 1. ff. solu. mati. in fi. Ioan. Lup. in rub. de dona. §. 11. num. 11. Greg. Lupi in d. l. 23. in glo. vlti. in fi. tit. 11. par. 4.

GLOSS. VI.

1. Matrimonium triplex. Et quod consensu contractum est dicitur perfectum copula non interueniente.
2. Matrimonij appellatione quandoque de consumato per copulam intelligitur, & quando?
3. Sponsa nomen amittit sponsæ post copulam, quare postea donata non lucratur.
3. Sponsalitia largitas an fieri possit in die nuptiarum.

f Consumato el matrimonio, Tripliciter dicitur matrimonium, aliud legitimum, aliud ratum, aliud verò consumatum, vt diximus in gloss. 1. rubricæ tituli. 1. de matrimonio supra hoc eodem libro, numero. 131. & sequen. Matrimonium verò consensu contractum iuxta formam Concilij Tridentini, matrimonium perfectum est, licet copula sequuta nõ sit, & lex de matrimonio loquens de hoc matrimonio intelligitur. cap. per tuas qui filij sint legi, cum concondan. supra hoc libro. d. glo. 1. rubricæ nu. 18. citatis. Hos nihilominus rectè sponfos appellamus, quauis etiam liceat coniuuges maritum nempe, & vxorē appellare, vt rectè probat Couarru. de sponsa. 1. part. c. 1. in princ. nu. 3. & 4. [ Quandoq; tamen leges de matrimonio loquentes de matrimonio per copulam consumato intelliguntur, vel ex cõmuni vñ loquēdi, vel ex legis intētionē, quæ colligitur ex materia subiecta, vel ex alia simili causa, vt ex Felino colliges in rub. de sponsal. & ex Tiraquello de legi. connubia, gloss. 2. & Dida. Couarru. in epito. de sponsal. 2. par. c. 1. in prin. nu. 4. [ Matrimonium dicitur consummatum per carnis copulā. c. ex publico de conuers. coniuga. ex quo sponsa nomē sponsæ amittit post copulam, & dicitur vxor. Quare donata post copulā non efficiuntur sponsæ, nisi morte confirmetur donatio: quandoquidē cõsuetur donatio inter virū & vxorē, vt probaui supra eo. glo. 3. nu. 2. [ Quid si donatio vel traditio vestium fiat in die nuptiarum solē nium seu velationum? Anto. Gomez arguit ad partes & concludit locū esse hac in specie decisioni huius legis, vt per osculū acquirat sponsa dimidiam earū partem, per copulam verò integrè omnes consequatur vestes, ita resoluit Anto. Gomez in d. l. 52. Tauri num. 5. citatque duos text. in l. inter eos. ff. de dona. int. vi. & vxor. cuius verba sunt. Inter eos qui matrimonio cõiungēti sunt, ante nuptias donatio facta iure consistit, etiā si eodem die fuerint consequuntur. l. cum in te. C. de dona. ante nuptias.

te nuptias cuius hæc sunt verba. Cum in te simplicem donationem dicas factam esse die nuptiarum, & in ambiguo possit venire, vt rum a sponso an a marito donatum sit, sic distinguendum est, vt si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias videatur facta esse donatio, quod si penes se dedit sponsus retrahi possit, vxor enim fuit. Quem reputat singularem Bal. in auth. ex testamento nu. 10. C. de colla. & ibi alij docto.

GLOSS. VII.

1. Sponsalitia largitas aut arrhas eligere debet vxor, quia vtrumque consequi non potest.
2. Eligens an possit variare? Eligens inutiliter an possit variare? ibid.

g Ayan de escoger. Nota, vxorem vel hæredes eius eligere debere intra viginti dies, postquam maritus vel eius hæredes requisiti fuerint, an velint sponsalitia potius largitatem quam arrhas, quoniam vtrūq; con

TITULO TERCERO DE las mugeres casadas y solteras, y quando pueden estar en juyzio, y obligarse con licencia de sus maridos, o sin ella,

LEY 1.

Que la muger sin licencia de su marido, no pueda repudiar herencia, y aceptar si, con beneficio de inuentario. Don Fernando y Doña Juana en las leyes de Toro año de 1505. cap. 54.

**M**uger durante el matrimonio no pueda sin licencia de su marido repudiar ninguna herencia, que le venga ex testamento, ni abintestato. Pero permitimos que pueda aceptar sin la dicha licencia qualquier herencia ex testamento y abintestato, con beneficio de inuentario, y no de otra manera.

GLOSS. I.

1. Vxor sine licencia viri quare prohibeatur contrahere?
2. Legis nostræ inductiones ad probandam rationē prohibitionis esse in fauore mariti.
3. Durante el matrimonio. Solet in dubiū reuocari, quare mulier prohibeatur legibus nostris absque mariti licentia contractum vel distractum facere, & quidam ob imbecillitatem mulierū prohibitionem fieri asseue

2 sequi non possunt. [ Nec si semel elegerint variare possunt, vt in l. serui electione in princ. & ibi gloss. ff. de lega. 1. & l. apud Aufidium. ff. de optio. leg. l. 25. ti. 9. par. 6. Verum si electio non habuit aliqua ratione effectum, poterit variare, vt in l. qui per salutē & ibi docto. ff. de iure iur. quod intellige, vt late discutit Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi. limi. 1.

Como se ha de pagar la dote prometida por marido y muger, durante el matrimonio lo declara la ley octaua tit. 9. en este libro.

Como se ha de traer las dotes y donaciones propter nuptias a collacion y particion, vease la ley. 3. titulo. 8. deste libro.

La muger durante el matrimonio puede perder por de lieto sus bienes dotales o gananciales. l. 11. titulo. 9. deste libro.

rant, hi sunt, Bart. Bal. & Paul. in l. trasactione. C. de transa. Imol. & Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebell. Sed verius est prohibitionē fieri principaliter fauore mariti, ne ei fiat preiudicium, contractus enim huiusmodi priuatum respicit cõmodum vel incõmodū viri, qui suos facit fructus omnium bonorū vxoris, potestque de illis & bonis mobilibus ipsius, vt libuerit disponere, & hac ratione id asserunt Bald. & Sali. in l. 1. C. vnde vir, & vxor. Tiraq. de legi. connubia. glo. 8. nu. 134. Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 68. nu. 3. & nu. 29. & in l. 55. Tauri nu. 2. Anto. Gom. in l. 54. Tauri nu. 1. Gaspar Baeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 11. nu. 60. [ Probatur etiam hæc sententia lege nostra cum ait. (La muger durante el matrimonio no pueda sin licencia de su marido.) Si hoc prohiberetur ratione fragilitatis vxoris dumtaxat id etiā prohiberetur soluto matrimonio, cū adhuc duraret rō prohibitionis, imò tūc imbecilior esset, vt pote destituta cõsilio viri, & maior ratione prohiberi deberet contractus. Ex quo cõstat alia ratione prohiberi, nempe, ne fiat viro preiudiciū, quod latius probat ipse Tiraq. in legib. connub. glo. 6. nu. 40. & Couarru. de sponsa. 2. par. c. 7. §. 1. nu. 1. additque hoc esse statutū, vt vxor sciat se subditā esse viro, nec posse absque eius cõsensu aliquid facere Did. Per. ad Segu. in repe. l. 1. §. si vir nu. III. vers. & pro decisione. ff. de acq. poss.

GLOSS. II.

1. Vxor sine licentia viri an possit ei praiudicare in querendis supposito statuto?



- 2 Vxor donationem sibi factam, an possit non acceptare in viri praeiudicium?
  - 3 Vxor absque viri licentia iure regio non potest repudiare hereditatem sibi delatam.
  - 4 Vxor hereditatem ab ea absque viri licentia repudiatam potest iterum adire.
  - 5 Servus quare repudiare potest hereditatem invito domino & vxor minime?
  - Vxor subdita est viro quoad quid? ibidem.
  - 6 Vxor bona propria a marito suo administrantur, non ab ipsa vxore.
- b Repudiar nungua herencia. Iure communi aliud statutum erat: nam iuri quæsito renūciare nō poterat vxor sine licentia viri, in locis vbi hæc consuetudo aut statutum vigeat: secus autem in iure quærendo & nōdum quæsito, nā huic iuri quærendo nil obstabat quin renunciari posset. Ius enim adeundi non est in bonis nostris. l. p. xia rerum. ff. ad. l. falcid. nec ex hac repudiatione dicitur quis perdere aliquid de bonis, sed nolle acquirere. l. qui autem. ff. quæ in fraud. credi. nō enim est par eademque ratio lucra nō capere, & quæ sita perdere, l. si sponsus. §. si maritus. ff. de don. inter vi. & vxor. l. fin. C. de codicill. [ Quare expresse respondit Paul. Cast. consil. 171. lib. 2. quod mulier donationem sibi absentem factam, & nondum acceptatā potest repudiare, non obstante statuto quod in alienationibus mulierum interueniant consanguinei cui plures subscripserunt per Tiraquell. citati de legi. cōnubia. gloss. §. nume. 31. quibus conferunt plures differentie inter ius quæsitum & quærendum per Feli. congeste in. c. super his de accusa. & latius per Ioā. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 47. nu. 3. vsque in finem per plures colūnas. [ Verum his non obstantibus lex nostra expressim prohibet vxori repudiare hereditatem absque viri licentia & cōsensu, & si repudiauert, erit repudiatio nullius momenti, vt pote cum lege resistere id fecerit, adeo quod ex huiusmodi actu non oritur ciuili nec naturalis obligatio, ex doctrina cōmuniter recepta Bar. in. l. cū lex nu. 3. & 6. ff. de fideiussio. & ibi Soci. citat concord. idem Soci. conf. 112. lib. 1. repetito in lib. 2. conf. 172. nu. 8. ad finem: hoc fundans ex eō quod his verbis inducitur forma, qua non seruata actus est nullus, Bald. in. l. 1. in fin. C. qui admitti. & traditur in. l. 1. & 2. ff. de lib. & posth. & in. l. cū hi. §. si pater. ff. de transf. Tiraquell. hoc probat latè plures adducens auctores de legib. connubiali. glo. 4. nu. 1. 2. & sequentibus. [ Ex quo hereditatem sic ab vxore repudiatam iterum adire poterit, quemadmodū si nunquam repudiasset, vt in. l. qui superstitis. ff. de acqui. heredi. l. is qui hæres. §. vlt. cod. tit. ad exemplū pupilli, qui absq; tutoris autoritate repudiasset, vt in §. sed neque insti. de autho. tuto. Ferdi. Menchaq. lib. de successiōum creatione. §. 30. nu. 56. versic. inferitur 20. Ex quo ipse inferit non posse vxorem repudiare legatum, quia merum lucrum continet, vt ibi per eum. [ Sed opponitur quod seruus potest domino suo praeiudicare in acquirendis, non enim cogi potest adire hereditatem licet excorietur. l. cū proponas iuncta gloss. C. de here. insti. nec dominus adire potest seruo recu-

sante vt ibi notat Bald. 3. notab. ergo & vxor repudiādo hereditatem sibi delatam nocet a fortiori marito, vt pote qui minorem in vxorem habeat potestatem quā dominus in seruum. Respondeo quemadmodum filiofamilias recusante hereditatem sibi delatā non fit patri praeiudiciū, quippe cui adire hereditatem licet filio recusante, vt in. l. cum non solum in prin. C. de bon. quæ libe. quoniam pater & filius eadem persona censentur, atque ideo instituto filio, & pater institutus censetur: & non solum in bonis aduentitijs in quibus habet vsumfructum, sed & in bonis castrensibus, vt in. d. l. cum non solum. §. similiq; modo. C. de bon. quæ lib. Ita & in specie nostra, cum vir & vxor eadem persona esse censentur iuxta illud, erunt duo in carne vna Genes. 2. & Matthei. 19. estque vxor quodammodo subdita viro, quoad mutuum cohabitatio nem, & reditioem operarū, vt latè diximus supra in gloss. 1. rub. tituli. 1. de matrimonio supra hoc eodē lib. §. nu. 89. 90. & pluribus sequentibus, ex quo bona inter coniuges communia esse iure nostro regio, & non licere mulieri contrahere nec se obligare absque viri consensu in eius viri praeiudiciū, eodem iure esse statutum probauimus, in. d. gloss. nu. 97. nimirum ergo si hereditatem ipsi vxori delatam repudiare non possit, in mariti sui praeiudicium absque eius licentia, & si repudiauert maritus ipse adire possit, vel ipsamet vxor, non obstante repudiatione quæ nulla fuit ob legis prohibitionem, vt superius dixi. [ Quibus non oberunt quæ nu. 2. diximus ex Tiraquell. gloss. §. num. 31. quippe quæ locum non habeant in specie legis nostræ, quia iure nostro regio maritus administrat bona vxoris propria, & non ipsa vxor, vt in. l. 1. & per totum infra tit. nono, vt & in casu consuetudinis Franciæ dicebat Tiraquell. de legi. connubi. gloss. 4. nu. 32. in fi.

G L O S S. III.

- 1 Mulier non conficiens inuentarium tenetur in solidum creditoribus hereditarijs. Mulieres non sunt priuilegiatæ nisi in casibus à iure expressis, ibidem.
- 2 Mulier non potest fideicommissum vniuersale agnoscere absque viri licentia, nisi confecto inuentario.
- 3 Vxor non potest agnoscere legatum à patre in testamento relicto, contra quod querela inofficij competit, absque mariti licentia.
- 4 Vxor non potest absque licentia viri quasicontrahere nec hereditatem adire. Aditio hereditatis est quasicontractus, ibidem.
- 5 Vxor si adiuit hereditatem cum beneficio inuentarij absque viri licentia, & non fecit inuentariū, an praeiudicare possit marito? Verba sunt cum effectu accipienda & non verbo tenus, ibidem.
- 6 Statutum prohibens vxorem obligari absque consensu mariti, an extendatur ad hereditatis aditionem? Vxor an possit adire hereditatem opulentam absque viri licentia? remissiuè, ibidem.

- 5 Con beneficio de inuentario. Nota ex lege ista, quod si mulier adeat hereditatem non confecto inuentario, tenetur in solidum creditoribus hereditarijs: nam si non teneretur non diceret lex ista, cum posse adire hereditatem cum beneficio inuentarij, quia sic adendo non tenebitur creditoribus hereditarijs in solidum: quia inuentarij beneficium ab hoc onere heredem liberat. l. fin. §. et si præfatam. C. de iure delibe. l. §. titul. 6. part. 6. atque ideo non paratur ex huiusmodi aditione praeiudicium marito: constat ergo si absque confectioe inuentarij mulier adiret hereditatem, teneri in solidum creditoribus, non enim inuenitur in iure expressum hoc priuilegium, vt ex facto consultus respondit Bart. conf. 154. nume. 2. cui subscripsit Bald. in. d. l. si in prin. 3. quæst. C. de iur. delib. & Iasso. ibidem numero. 1. A lex. in. l. iuris ignorantiam num. 6. C. qui admitti. & ibi Deci. lectioe. 2. num. 14. quam communè opinionem esse attestatur dominus Anto. de Padilla præfectus senatui ordinum in. l. ne passim. C. de iur. & facti igno. per tex. illū: redigunt enim fœminas ad ius commune nisi in casibus à iure expressis. [ Ex quo in fero imprimis non posse vxorem absque beneficio inuentarij agnoscere fideicommissum vniuersale, quia in fideicommissarium trāsunt onera hereditatis, nō secus quā in heredem vniuersalē. l. 1. §. sublata. l. quia poterat. ff. ad Trebelli. nec hoc vxori licebit, etiam si opulenta sit hereditas arg. §. sed neque insti. de autho. tuto. iuncta. d. l. quia poterat, vt rectè aduertit Ferdi. Vaz. d. lib. de success. creatio. §. 30. num. 56. versic. vnde similiter. [ Idēq; Ferdi. in vers. seq. inferit vxorē nō posse similiter agnoscere legatum à patre sibi relicto in testamento, in quo eam rite sed non rectè exhæredauerat, vt sic querelæ inofficij testamenti locus esset, vt in. l. pen. & si. ff. de inoffi. testa. l. parentibus. C. eo. tit. ne querelæ beneficium ob agnitionem legati amittat, & sic viro praeiudicet, quare eius licentia exquirenda est. [ Nota vltius ex lege ista, mulierem non posse absque licentia viri quasicontrahere, quod expressus in. l. sequen. continetur: nā aditio hereditatis est quasicontractus. l. apud Iulianum. ff. ex qui. caus. in poss. eatur & hic prohibetur hereditatis aditio absque beneficio inuentarij, ergo & quasicontractus, & ex hac decisione tollitur non modica controuersia, quæ erat inter doctores, an stante statuto seu cōsuetudine vxorem contrahere prohibente absque propinquorum licentia, posset quasicontrahere & hereditatem adire, quam recitatis authoribus & rationibus seu fundamentis vtriusque sententiæ longo sermone refert Tiraquell. de legi. cōnubiali. gloss. §. nu. 119. vsque ad nu. 135. Ioann. Lup. in rep. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 68. numero. 8. & pluribus sequen. & potissimum numero. 11. & 12. vbi de aditione loquitur. Ferdinan. Vazquez in. d. libro de success. creatio. §. 4. numero. 46. & 47. Gomez Arias in. l. §. 2. Tauri numero. 4. 7. 8. & pluribus sequen. [ Quid autem si vxor acceptauit hereditatem cum beneficio inuentarij, & non fecit inuentarium congruo tempore, & iuxta formam iuris, an tenebitur ipsa & maritus eius vltra vires hereditarias? Bald. in. l. fin. 3. q. numero. 6. C. de iur. delib. dixit de rigore iuris teneri, sed de æquitate minime, & ei accedit Dida. Castelli in gloss. vlt. vers. quæro mu-

lier. Sed crederem eius negligentiam non posse inferre praeiudiciū marito, nisi ipse fuerit in culpa quia forte vidit, sciuitq; non fieri inuentarium, & id pallus est, nec ipse fecit, tunc enim imputer sibi. Et hoc probat text. iste, dum ad adeundum exigit inuentarium, ne marito praeiudicetur, cum effectu igitur hæc verba sunt intelligenda, non verbo tenus. l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; iur. cum similibus, aliās aditio non valet in praeiudicium mariti, vt hic statuitur. [ Sin autem statutum prohibeat vxorē obligari absque consensu & licentia mariti, non poterit proculdubio hereditatem adire, vt notant doctores. omnes in. l. more & l. mutum. ff. de acq. hered. Alexan. cons. 234. lib. 6. Mathefila. notab. 168. cum concordantijs à Tiraquello traditis de legib. connubiali. gloss. §. nu. 134. & sequen. quæ sententia cōmunis est, & vera, licet cōtrariam tenuerit Signorol. Homod. in conf. 164. Angel. conf. 317. Barba. quoque conf. §. lib. 3. quid in hereditate opulenta dicam infra eod. l. sequenti in gloss. 1. nu. 13. & sequent.

L E Y 11.

Que la muger sin licencia de su marido, no pueda hazer contracto, ni quasicontracto, ni apartarse del contracto, ni estar en iuyzio.

Los mismos en las leyes de Toro. l. 55.

La muger durante el matrimonio, sin licencia de su marido, como no puede hazer contracto alguno, a si mesmo no se pueda apartar ni desistir de ningun contracto que a ella toque, ni dar por quitto a nadie del, ni pueda hazer quasicontracto, ni estar en iuyzio haziendo ni defendiendo, sin la dicha licencia de su marido. Y si estuuiere por si o por su procurador, mandamos que no vala lo que hiziere.

G L O S S. I.

- 1 Vxor iure regio prohibetur contrahere absque licentia viri, ne praeiudicet marito.
- 2 Donatio an sit contractus, & an possit fieri ab vxore absque viri licentia, & an possit donare causa mortis.
- 3 Contractus fieri potest in testamento irrenocabilis. Vxor an possit testari, vel contractum in testamento facere sine viri licentia, ibid.
- 4 Vxor fideiubere confiteri nec pignorare potest sine viri licentia.
- 5 Vxor an possit alienationi cōsentire sine licentia mariti?

- 6. *Vxor an possit transferre possessionem absque licentia viri?*
- 7. *Vxor non potest procuratorem constituere ad contrahendum sine licentia mariti.*
- 8. *Vxor non potest transigere, compromittere, nec litigare per se vel per procuratorem, sine licentia viri.*
- 9. *Vxor an possit presentare absque licentia viri, et si vterque presentauerit, quae presentatio valeat?*
- 10. *Vxor an possit dotem filiae promittere absque licentia viri?*  
*Vxor an possit cum ecclesia vel in pia causam contrahere absque viri consensu ibid.*
- 11. *Vxor contrahens absque licentia viri, an teneatur ad observantiam contractus soluto matrimonio.*  
*Dispositio ab inhabili facta, sortitur effectum si postea fiat habilis, ibid.*  
*Contractus ab vxore factus absque licentia viri est ipso iure nullus, ibidem.*
- 12. *Vxor an possit contrahere vel agere cum marito cum eius licentia, & an contrahendo, vel agendo cum eo, videatur sibi data licentia?*  
*Tutor non potest auctoritatem prestare pupillo secum contrahenti, ibidem.*
- 13. *Vxor contrahens vel agens in iudicio sine viri licentia si obrineat, vel ei sit utilis contractus, an valeat?*
- 14. *Actus sine solennitate requisita factus si sit utilis facienti valet.*
- 15. *Minor vel ecclesia alienantes sine iuris solennitate si sit utilis alienatio, possunt aduersarium cogere ad observantiam contractus adhibita denuo solennitate. Nisi ab initio ex aduerso hoc opponatur.*
- 16. *Minor potest contrahere, & se obligare sine solennitate ad suum commodum, & agere si obtineat.*  
*Alienatio prohibita sine solennitate valet sine ea, si sit utilis alienanti, & traduntur plurima exempla ibidem.*
- 17. *Vxor potest sine licentia viri facere contractum, quem facere tenetur, vel iussu testatoris vel alia ex causa necessaria contractum precedente.*  
*L. 1. §. fi. & l. sequen. ff. de reb. eorum & eius rigida dispositio quod non servari debeat in nostro regno. Et de eius intellectu tractatur ibid.*
- 18. *Contractus ab vxore factus sine licentia viri an firmetur iuramento, concluditur quod non.*

2. *Hæc contracto alguno.* Nota quod mulier absque viri licentia & consensu, non potest contractum aliquem facere: ratio est, vt dixi supra. l. proxima in gl. 1. ne fiat præiudicium marito, est enim omnium bonorum administrator, cum fructus eorum sint communes. l. 1. §. titulo. 9. de lucris coniugum infra hoc libro. 5. quorum ipse est solus administrator, vt ibi statuitur, & cum hac lege concordat. l. vlt. tit. 11. lib. 1. & l. 13. tit. vlt. lib. 3. fori. [Solet dubitari an vxor possit donare in ter viuos absque consensu viri? mouet dubitationem

quia donatio non est proprie contractus, secundum gloss. in l. contractus in prin. C. de fid. instru. per tex. in l. Labeo. §. contractum. ff. de verbo. signi. hanc quaestionem late examinat Tiraq. de legib. conubiali. glo. 5. num. 43. & pluribus sequen. & tandem resoluit non posse donare absque licentia viri: quonia donatio est contractus, vt in l. si donationis. C. quod met. caus. & ibi notant gloss. Alberi. & omnes ferè docto. cum concordantijs per eundem Tiraq. traditis. d. glo. 5. num. 48. & sequen. quod extendit ad donationem tacitam num. 57. & sequen. & ad donationem causa mortis nu. 64. & pluribus sequentibus, quod non examino, quoniam ratio legis nostrae atque etiam verba donatione & omnes contractus comprehendit, & maiori ratione in donatione quam in alijs, cum per eam maius fiat marito præiudicium, quam per alios contractus, vt clare constat, & hoc tenet Ioann. Lup. in repe. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 68. nu. 14. & Gaspar Baeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 11. nume. 24. & 25. & quia text. iste prohibet distractum, & liberationem seu remissionem, quae vim donationis obtinet, vt in l. 1. ff. de transf. & in l. Modestinus & ibi docto. ff. de dona. & l. si quis elegante. ff. de nouatio. vt late probat Alexand. conf. 21. col. pen. & fi. & Deci. in l. si quis obligatione. ff. de regul. iur. cum concordantia Tiraquel. congestis in repe. l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 173. C. de reuo. Dona. donare autem causa mortis poterit iure nostro, vt in l. vlt. tit. 4. de dona. par. 5. vbi qui potest testari potest donare causa mortis, sed vxor potest absque viri licentia testari, ergo & donare causa mortis poterit: & quia facilius permittitur causa mortis donare quam testari, vt in finofa. l. tam. is. §. 1. ff. de dona. cau. mor. ex quo id asserit Greg. Lup. in l. vlt. tit. 4. de dona. part. 5. in verbo donationes. Tu id obserua in distincte, quando donatio fit sine pacto vel stipulatione: licet Ant. Gomez voluerit contrarium [imo quod nullo casu valeat donatio absque viri licentia] tomo de contractibus cap. 4. numero. 16. illatione. 4. & Couarr. in rub. de testamen. 3. part. nu. 12. eam dicens communem, marito enim non fit præiudicium ex huiusmodi donatione, nisi res donata tradita fuerit, tunc enim maritus poterit reuocare, vt non valeat donatio quoad vsum fructum eius quo vti debet maritus. [Et licet vxor testari possit absque viri licentia, vt late probat Tiraquell. d. gloss. 5. num. 93. & sequentibus, non tamen poterit confiteri in testamento, vel alium contractum facere, nam recte contrahitur in testamento, nec reuocari potest contractus in eo factus secundum gloss. Bart. Bald. Paul. Angel. Imol. Aret. & ceteros in l. hæres palam. §. vlti. ff. de testamen. cum concordant. ab eodem Tiraquell. congestis. d. gloss. 5. numero. 101. & sequen. Quinetiam fidei iurare non potest sine viri consensu, vt ipse idem Tiraquell. probat. d. gloss. 5. num. 104. nec pignorare, seu hypothecæ bona submittere. nu. 108. & sequen. nec confiteri, eum & confessio vim donationis obtineat, vt ipse probat num. 112. & sequentibus, [Sed an possit vendenti consentire vxor absque viri licentia, videtur quod possit, aliud est iuramentum facere aliud facienti consentite. l. si pater. §. vlti. & l. si minor. l. ff. de manum. vnde atque ideo qui aliquid facere pro-

prohibetur, poterit facienti consentire, vt ibi notat gl. & Bened. de Plumbino. Ex quo doctores plura in ferunt, quæ late congerit Tiraq. in repe. l. si vnquam in verbo donatione largitus in. 22. q. & in legibus conubial. gloss. 5. num. 136. & sequentibus, vbi tandem concludit, in specie nostra vxorem sine licentia viri non posse consentire alienationi per alium facte, vt pluribus rationibus & autoritatibus insinuat. d. gloss. 5. num. 143. & seq. quod iuxta ius nostrum regium proculdubio procedit, cum ex hoc præiudicare marito minimè possit, perdendo iura sua, quæ amittit alienationi consentiendo, perinde ac si actum illum ipsa met faceret, vt in l. cum quedam. C. de adm. tuto. cum concordant. ab eodem Tiraquello traditis. d. glo. 5. nu. 145. & seq. [Sed an possit transferre possessionem rei suæ absque consensu viri? videtur quod possit, cum ex inutili contractu transferatur possessio. l. 1. §. si vir vxori vbi plene docto. discutunt. ff. de acqui. pos. sed nihilominus contrarium resoluit Tiraq. in d. gloss. 5. num. 164. & nu. seq. Limitat nisi daret vxor possessio nem rei suæ venditæ solenniter, & cum consensu viri, quia absque eius consensu potest possessionem transferre, argu gloss. in l. 3. §. fed vtrū. ff. de mino. & in l. vlti. §. necessitate. C. de bon. quæ libe. in glo. magna post medium & ibi Tiraq. plura similia adducit. [Nec poterit vxor procuratorem constituere ad vendendum absque viri licentia, pe. ea quæ congerit ipse Tiraq. d. gloss. 5. num. 183. & sequentibus. Et an sufficiat consensus in constituendo procuratorem præstitus, vel requiratur consensus etiam in ipso contractu per procuratorem factus? & concludit sufficere primum consensum, num. 187. & 198. cum sequentibus: sed hoc indubie procedit iure regio, cum sufficiat generalis licentia ab ipso marito concessa, vt in l. 3. infra cod. [Verū nec compromittere, nec transigere, nec litigare poterit vxor per se neque per procuratorem absque viri licentia, vt probat ipse Tiraq. de legi. conubial. glo. 5. nu. 202. 205. 206. & sequen. [Sed an vxor habens ius patronatus presentare possit absque mariti consensu, & si vterque presentauit, cuius presentatio præferatur, late examinat Tiraq. d. gloss. 5. num. 221. & seq. & latissime in gloss. 9. num. 5. & sequentibus vbi resoluit, ab vxore presentatum præferri presentato a marito, vt probatur in Rotæ decis. nouis decis. 422. gl. & doct. idē voluerunt in c. ex eo in verbo suffragium in fi. de electio. lib. 6. [Cæterum dubitari solet, an vxor constante matrimonio possit dotem filiae promittere absque licentia viri. Gaspar Baeza vir certè doctus in libro de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 11. num. 48. & pluribus seq. arguit ad partes, & demum concludit, matrem non posse dotare filiam absque mariti consensu, motus ex generalitate legis nostræ prohibentis vxorem contractum aliquem aut quali contractum, vel distractum facere absque viri licentia & consensu. Mouetur etiam auctoritate Bal. in conf. 75. ad fil. lib. 4. & Bar. in disputatione incip. mulier habes Cornei conf. 282. num. 46. lib. 1. B. veri. in consuetud. Vi turicen. tit. de consuetudine matrimonij. §. 1. column. pen. Antonij Gomez in l. 51. Tauri num. 24. vers. 2. ratio, quibus ipse libenter subscribo vnica tantum ratione contentus, nempe, quia prohibitio legis nostræ fit

principaliter fauore mariti, ne ei præiudicium inferatur, vt probauit supra eo. l. proxima in gloss. 1. At vbi cunque lex aut statutum prohibet aliquem contrahere fauore alterius, nunquam censetur talis prohibitio remissa fauore piæ causæ, vt dicit Bar. in l. 1. C. de sacro. eccles. quem sequitur Panor. confi. 63. lib. 1. vbi dicit hoc aperte probari in cap. licet. §. vlti. de sepultu. in 6. de quo late agit Rod. Xuar. in l. 13. tit. 20. lib. 3. fori. q. 1. idem voluit Tiraq. de legi. conubial. gloss. 8. num. 174. applicans consuetudini Pictauiæ, qua vxores prohibentur contrahere absque licentia viri, vt non possint cum ecclesia, vel in piam causam contrahere in præiudicium mariti, cuius causa prohibitio facta fuit, quod ibi resoluit, postquam late tractauerat, an contra here possit cum ecclesia vel pia causa absque viri licentia à nume. 162. vsque ad numerum. 175. gloss. 8. hoc etiã fundamentum, Tiraquello, tacito, vtitur Gaspar Baeza in d. lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus, c. 11. num. 62. & num. seq. addit aliud fundamentum arguens à libertate ad dotem, quod etiam ab eodem Tiraq. authore tacito, mutauit. d. gloss. 8. nu. 166. [Viterius quero, an contractus seu constitutio dotis seu alius actus ab vxore absque licentia viri factus teneat soluto matrimonio? & an ipsa cogi possit ad eius obseruatiam, cum iam cesset ratio prohibitionis? quod videtur, nã quoties aliquid fit à non domino seu aliis inhabili, si is postea effitiatu dominus vel habilis, dispositio sortitur effectum, vt in l. rem alienam. ff. de pignora. actio. l. qui balneum. §. Titia. ff. qui potio. in pig. hab. cum concordantijs à Tiraq. citatis de legi. conubial. gloss. 8. num. 99. & numeris seq. plura congerit in huius sententiæ comprobationem, quorum aliqua summarie refert Gaspar Baeza in d. lib. de non meliorandis. cap. 11. num. 68. & pluribus sequen. & tandem in ea residet sententia, vt in specie legis nostræ contractus non valeat etiam soluto matrimonio, pluribus nixus rationibus, contra Tiraquell. & Senatus Parisiensis decretum ab ipso relatum numero. 109. & ea potissimum, quod contractus sit ipso iure nullus ex defectu potestatis, forme, & solennitatis, vt ipse Baeza probat. d. cap. 11. num. 79. 80. & 81. mulier ergo contractum nullum faciens illum potest improbare. l. 1. & ibi gloss. C. de libe. caus. Bar. in l. post mortem. 1. colum. ff. de adoptio. cum concord. ab ipso Baeza citatis num. 82. probatque num. sequen. huiusmodi contractum nullum ex defectu forme non conualescere, nisi ratificetur tempore habili, vt per totū tit. C. si minor maior factus, & quia si vxor soluto matrimonio teneatur ad obseruatiam contractus, facillimè fieret fraus legi, & passim contractus contra legem celebrarētur, sub spe quod conualescerent soluto matrimonio morte viri, cui proculdubio fieret præiudicium, cum liberè disponere non posset cum ipsa vxore de his bonis in utilitatem sobolis cõmunis, quod posset, si vxor obligationis vinculo non esset alligata. Præterea ex hoc si huiusmodi communes præiudicarentur, ad quos etiam respexit lex nostra, nedum ad patris eorum præiudicium, quare hæc mihi verior videtur sententia contra Tiraquell. sed si soluto matrimonio bona lucrata constanter matrimonio superessent inter coniuges diuidenda iuxta leges regias, crederem mulierem ad obserua-

tionem cōtractus astringi, vel eius heredes soluto matrimonio, quia tunc nemini præiudicium paratur: quia si filij super sunt, iam legitimam susceperunt portio nem maritus autē mortuus est cui nec eorum filijs fit aliquod præiudicium, si vxor ex bonis sibi pertinentibus teneatur cōtractum adimplere, cogitate. [ Sed an maritus possit prestare vxori consensum de quo in hac lege ad contrahendum cum ipso met marito? Tiraquel. de legi. connubiali gloss. 8. num. 11. & sequen. discutit pro vtraque parte & demq; concludit posse cōsensum prestare, sed tutius esse adire iudicem, vt ipse auctoritatem præstet. Anto. Gom. in. l. 55. Tauri num. 3. quærit an si vxor contrahat cum viro suo, vel contra eum agat in iudicio ex aliqua causa à iure permiffa, an eius requiratur licentia, & concludit non requiri arg. tex. iuncta gloss. in. l. si §. necessitate. C. de bon. quæ lib. inglo. magna ad finem. sed sufficiet cōsensu tacitus, & præsumptus, ne id quod in eius fauorē per legem nostram fuit statum, retorquetur contra eum, & in eius odium & lētionem, contra legem quod fauore. C. de legi. & quamuis aliud statuatur in auctoritate à tutore vel alio administratore præstanda, nempe vt præstari non possit, cum cōtractus fit cum minore, vel cum eo cuius bona administrantur vt in. l. 1. in prin. ff. de autho. tut. & l. pupillus in principio co. ti. l. 1. §. fuit quæsitum vbi docto. notant. ff. ad Trebel. cum concordant. a Tiraq. traditis de legi. connubiali. gloss. 8. nu. 113. & à Didaco Perez ad Seguram in rep. l. 1. §. si vir vxori num. 111. in. 2. additione. ff. de acq. poss. Nostra tamen in specie longē secus est, cum non auctoritas sed cōsensu, vel licentia requiratur marito, ne ei fiat præiudicium, vt omnes de cōtores huius regni superius citati asserunt, dempto Petro Nunnio, qui solet vt plurimum corticem literæ inspiciet, & nō spiritu seu animā legis, is siquidē asserit in dictionario suo in verbo. otorgamiento, licentiā de qua in lege nostra auctoritatem esse, non cōsensum cum maritus bonorum vxoris suæ sit administrator, quod verum esset si sexus fragilitatem lex nostra respexisset, quam minime respexit, sed ne marito fieret præiudicium, vt dixi quare verior est, & receptior sententia Antonij Gomez in specie legis nostræ, vt sufficiat cōsensu mariti cum vxore contrahentis tacitus vel expressus, idē voluit Dida. Segura in rep. l. 1. §. si vir num. 111. & pluribus sequentibus, & si concedamus veriorē esse contrariam, eam limitat quinque modis ita vt limitationes pro regula haberi possint, idem etiam probat Ioā. Lupi in rep. cap. per vestras dedona. int. vi. & vxor. §. 27. numero. 4. pagi. 162. Dida. Castelli in. l. 55. Tauri in verbo licentia, & ibi Cifonta. q. 16. Tiraq. de legi. connubia. gloss. 7. num. 24. vbi plures citat concordantes. Ex quo constat hanc sententiam communiter esse receptam, cui libenter adharere licet Pet. Nū. in dictionario suo literæ legis nostræ adhærens, potius quàm mentem, tenuerit contrarium & Greg. Lupi in. l. 5. gloss. vlti. tit. 11. par. 4. versu. item & 4. licet sint opinioniones, qui tamen non negat quoties statutum est fauore mariti, posse cōtractum fieri cum vxore absque alio cōsensu & licentia viri, negat tamen solum ratione & fauore mariti hanc legem conditam fuisse, verum etiā propter sexus fragilitatem, in quo fallitur nam solu-

to matrimonio nulla exigitur licentia, vt ex hac lege & præcedenti expenditur. [ Cæterum hēsitari solet, si cōtractus sit vtilis mulieri vel iudicium, quia obtinuit in causa, an valeat cōtractus, vel sententia etiam si iudicium, vel cōtractus ipse factus fuerit absque mariti consensu & licentia? Et videtur non valere cōtractum sine licentia viri factum, nec iudicium etiam si vtrunque vtile sit vxori, cum idem videamus esse dispositum in ecclesia & minore alienante sine solennitate, ex communi sententia docto. in. l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio. Alcia. li. 1. de verbo. signi. cartha. 4. Fran. de. Ripa in. l. is cui bonis. nu. 47. ff. de verbo obliga. bonum siquidem & vtile fieri non debet, nisi eo modo quo debet, vt in capit. monachi iuncta gloss. 16. q. 1. cum concordant. per Tiraq. traditis de legi. connub. gloss. 8. num. 56. & seq. [ Contrarius tamen verius videtur, nam quoties in actu aliquo requiritur solemnitas fauore alicuius personæ, valet actus absque ea solennitate factus, si tali personæ vtilis reperiat, vt in varijs iuris articulis docto. tradunt Imol. in. l. cum lex infi. ff. de fideiuss. Soci. Junior conf. 28. num. 11. lib. 2. Corse. plura adducens in notab. in verbo pupillus fo. 177. plura in eam rem congerit Soci. in. l. in conditionibus pupillus num. 1. in principi. ff. de cond. & demō. Iasso. in. l. contra iuris. num. 8. ff. de pact. Tiraq. alios citans in legi. connub. i. gloss. 8. nu. 62. & pluribus sequen. Ari. Pine. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 30. & seq. citantque plura iura, nempe, tex. in. l. non ideo minus. C. de procura. 1. nec tutoris C. de contrah. & commu. stipul. 1. vbi Alberi. notat ff. ne quid in loco pub. & in. l. si filius. ff. de ritu nup. & in specie legis nostræ, vel similis statuti vel consuetudinis hoc resoluit Roder. Xuar. in. l. 13. tit. vlti. de las deudas, lib. 3. fori limi. 4. Ioan. Lupi in rep. rub. de donatio. int. vi. & vxor. §. 68. num. 7. Tiraq. d. gloss. 8. nu. 89. citans Bal. conf. 488. post. princ. lib. 1. idem voluit Gomez Arius in. l. 55. Tauri nume. 12. 13. & 14. & ibi Anto. Gomez nume. 2. [ Nec oberunt pro contraria parte adducta de ecclesia & minore alienante sine solennitate, nam plures doctores tenuerunt contrarium quos diligenter refert Tiraq. d. gloss. 8. nu. 62. & Corse. vbi supra & Iasso sibi contrarius in. §. actionum. 43. insti. de actio. eiq; accedit Tiraq. quia non videt bonum responsum ad tex. in. d. l. cum hi. §. eam. ff. de trā fact. & quamuis tenere velis contrariam sententiam, eam limita & intellige nisi minor, vel ecclesia velint stare cōtractui sine solennitate facto, poterint enim noua solennitate adhibita cogere aduersarium stare cōtractui, vt in. l. cum interdite. C. arbit. tute. l. Iulianus. §. si quis à pupillo, ibi, ex vno latere constat cōtractus. ff. de actio. emp. quod vtiliter explicat Iasso. plura referens in. d. l. cum hi. §. eam transactionem Feli. in cap. dilectus. 2. num. 8. versu. 3. de rescrip. Tiraq. de legi. connu. glo. 8. num. 92. cum sequenti. Ari. Pin. in. l. 1. C. de bon. mater. par. 3. num. 32. Quod ipse sublimitat num. seq. nisi pars aduersa ante iudicium, vel actum consummatum opponat defectum solennitatis, tunc enim non erit electio personæ priuilegiatæ volentis actum substinere tanquam sibi vtilem, vt auctoritate Bal. tradit Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 68. num. 7. quos sequitur Tiraquel. d. glo. 8. nu.

8. num. 88. idem voluit Iasso. in. l. non eo minus nume. 1. versu. limita. C. de procu. & Cassan. in confue. Burg. rub. 4. §. 1. num. 27. fo. 128. colum. 4. addit Pinelus. d. num. 33. in corroborationem, non posse ratum haberi gestum à falso procuratore, quando defectus mandati oppositus fuit ante finem actus, vt in. l. licet. C. de procur. & ibi Iasso. notat num. 10. versu. sed tunc, quæ sententia recepta est teste Pinelo ibidem: qui num. 34. resoluit posse quem agere contra priuilegiatum cuius fauore claudicat cōtractus, vt declaret an velit stare cōventioni an ab ea recedere, vt in. l. Iulianus. §. si quis colludente. ff. de actio. emp. quod vtiliter explicat Pinel. [ Et vt redeamus, nostram sententiam [quod cōtractus vtilis vxori valeat absque viri consensu, si sit vtilis ipsi vel marito suo] cōprobat Tiraq. pluribus similibus, quia minor contrahere & se obligare potest ad suum commodum, vt ipse probat. d. gloss. 8. nume. 65. & 66. & omnes quibus interdicta est administratio, vt per doct. in. l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. & Tiraq. d. gloss. 8. nu. 67. & num. seq. probat minorem posse obtinere sententiam, etiam si sine curatore litiga uerit: idem asserit in pupillo, & infante, & in tutore, qui nondum satisfecit & in ecclesia, si litigauerit, & obtinuerit sine auctoritate prælati numero. 69. & 70. Idemque esse si sententia lata fuerit pro fisco absente aduocato fisci num. 71. & in num. 74. probat patris alienationem bonorum aduenticiorum filij pro eius utilitate valere, id quod latius probat Ari. Pine. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 30. & 31. Sed & idē esse in vxore, si agat sine licentiā viri contra eius cōsuetudinem & obtineat, eam si contrahat ad suam utilitatem num. 75. & 76. & num. 77. probat, pupillum posse adire hereditatem opulentam sine tutore, idem que asserit esse in muliere ex statuto prohibita contrahere, & in filiosam. num. 78. & 79. Quin & procuratorem cæsaris posse eo inconsulto facere cōtractum ei vtilem, probat nu. 80. idē in quocūque procuratore priuati, potest enim vtiliter trāsigere, etsi speciali careat mandato: & monachus contrahere vtiliter sine licentia abbatis, & rector ecclesiæ sine auctoritate ordinarij quod probat Tiraq. d. gloss. 8. num. 81. & 82. idem duobus numeris seq. asserit de ebrio, & prodigo, possunt siquidem contrahere ad eorum commodum. [ Poterit tamen vxor vendere sine licentia mariti, quoties à testatore id iussū fuit, cuius heres vxor extitit, vel quoties aliās ex necessitate præcedentis cōtractus id fecerit, arg. tex. notab. in. l. si tibi pecuniam & ibi docto. ff. si cert. peta. l. 1. ff. de contra. & vti. acti. tut. quod vtiliter probat Tiraq. de legi. connubial. gloss. 8. num. 184. & Ari. Pinel. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. part. num. 24. & latius num. 31. & sequentibus, vbi rectē explicat tex. in. l. 1. §. si. & l. seq. ff. de reb. eorum, qui dicit minorem ementem fundum non posse illum pignori tradere venditori, donec precium soluatur: quia licet pignoratatio incontinenti fiat in ipso cōtractu, non tamen potuit habere effectum, donec dominium quæsitum fuerit minori, postquam autem ei dominium quæsitum fuit, non potuit pignori dare sine decreto, quare in. l. seq. dicitur principis rescripto opus esse, vt pignus valeat: quæ decisio adeo dura est & rigida, vt omnibus videatur carere ratione, & contra omnia iu-

ris principia: pactum enim de quo in ea lege, & quod libet aliud in fauorem venditoris appositum pars precij est, vt in. l. fundi partem. ff. de contra. emp. & l. si stertilis. §. si tibi. ff. de actio. emp. de quo latē agit Tiraq. in lib. 2. de retractu in præfatio. ex num. 20. Bar. Iasso. & Ripa in. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebel. quò ergo pacto in lege illa potuit remitti pars precij à iurifconsulto citra cōsensum partium? nam aliās non esset venditurus: quare iniquum est venditorem cogere non accipere precium integrum, vt colliges ex. l. si quis aliam ff. de solu. ibi, non accepisset rem integram & in. l. cū eiusdem. ff. de ædili. edi. ibi, non nisi omnes venditurū fuisse. Et quia tota conuentio vnica esse videtur, vt sic minor aut totam probare, aut à tota recedere deberet iuxta tex. in. l. cum queritur ibi, adolescenti aut in totum. ff. de admi. tuto. & l. Caius. ff. de manumiss. Alia plura aduersus eam iurifconsulti decisionem subtiliter more solito congerit Arius Pinelus in. d. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 51. & 52. & sequen. Quare resoluit ex Cumano, & alijs non extendi vltra casum in quo loquitur, cuius occasione plura decidit notabilia, quæ si libuerit videre poteris: hoc tamen vnum scio si mihi casus obueneret decidendus hoc in regno, libenter discederem ab ea decisione, & contrarium iudicarem, ex eo quòd hoc in regno leges Imperatorum & iurifconsultorum non seruantur vt leges, sed vt dicta prudentum, quatenus morali & æqua ratione mouētur vt in. l. 3. tit. 1. de legibus supra libr. 2. huius resolutionis & clarius in. l. 1. Tauri, vt ipse latius probaui in dialogo Relatoris. 3. part. cap. 34. num. 2. 3. 6. 7. & 8. quæ omnino videnda sunt ad huius sententiæ confirmationem. [ Vltimò quæro an cōtractus ab vxore factus absque licentia mariti iuramento cōfirmetur? Breuiter respondeo nō confirmari in præiudicium mariti, cuius causa contrahere prohibita est. Iuramentum siquidem non confirmat cōtractum prohibitū si tertio præiudicat cap. cum contingat de iure iur. c. quamuis de pact. lib. 6. quæ sententia communis est & recepta, eam tenent Ioan. Lupi in. l. 55. Tauri num. 18. Did. Castelli ibi, in gloss. vlti. & ibi Ant. Gomez nu. 8. & Gomez Arias num. 84. idem voluit Ferdi. Vazquez lib. de successio. creatione. §. 30. num. 56. versu. postremo & versu. vnde etiam & Couarruu. de spons. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 3. Pet. Nunnus in dictionario suo in verbo, otorgamiento prope finem, faciunt tradita per Tiraq. de legi. connubial. gloss. 4. num. 26. vique in finem, qui refert plures tenentes contrarium, qui tamen loquuntur in terminis statuti prohibentis foeminas contrahere sine licentia propinquorum, quòd ratione fragilitatis prohibetur, quare nimirum si iuramento cōfirmetur cōtractus absque ea solennitate factus.

G L O S S I I.

- 1 Prohibitus facere cōtractum absque aliqua solennitate, an possit facere distractum? vel liberationem.
  - 2 Gabella quæ debet ex cōtractu solui iuxta aliquod statutum, an sit soluenda ex distractu.
- Ni desistat de nungun cōtracto. Qui non potest sine ali qua solennitate cōtrahere, videtur quod possit ea nō serua-



seruata distrahere, aut liberationem facere, quia distractus non venit appellatione contractus vt in l. vlt. & id ex ea expendit Bal. C. si tut. vel cura. interue. ex quo gabella non soluitur ex distractu, quæ iuxta statutum esset ex cōtractu soluenda, vt late probat Bar. Bal. & recentiores in l. ab emptione. ff. de pact. Bal. Pau. & Salic. in l. i. C. quādo lic. ab emp. disced. Fran. Cur. Iuni. in auth. sacramenta puberum nume. 42. & seq. C. si adu. vendi. cum concord. à Tiraquello traditis de leg. connub. gloss. 5. nume. 2. & seq. qui tamen nume. 3. & seq. refert plures doctos. contrarium asserentes, imo quod distractum seu liberationem facere non possit absque dicta solemnitate, quod pluribus similibus probat, numeris sequentibus, ad ipsum recurrere. Nec obstat id quod de gabella diximus quia tale statutum est odiosum, & quia iam semel soluta fuit ex cōtractu, quare non debet iterum solui si contractus ipse dissoluatur: vel poteris negare non debere solui gabellam ex distractu, nā multi tenent debere solui ex distractu, hi sunt Guill. de Cu. Ang. & Paul. Cast. in d. l. ab emptione Bal. in l. 3. §. contrarium in ff. de contra. a. et. tut. cum cōcor. per Firmia. adductis in tracta. gabellarum in 3. par. prin. q. 5. & in 3. par. 8. partis princip. in 14. quæstio. Tiraq. d. gloss. 5. nu. 29.

G L O S S. III.

Remissio est donatio. gloss. 3

**c** Ni dar por quito. Si per contractum non potest vxor præiudicare viro, nec poterit remittendo præiudiciū inferre, quoniam remittere est dare. l. peculii in prin. & ibi Bar. ff. de pecul. dixi in gloss. 1. numer. 2. l. i. ff. de transacti. l. Modestinus & ibi doct. ff. de don. cum concordā. à Tiraq. congestis in l. si vnquam verbo donatione largitus nu. 175.

G L O S S. IIII.

Prohibitus contrahere, an possit quasicontractum facere remissiuè.

Quasicontracto, negotiorum gestor & alij quasicontrahunt vt insti. de oblig. quæ ex quasi contractu nascuntur. & an prohibitus contrahere, possit quasicontrahere, quæstio diuisa est & controuersa: plures enim tenuerunt partem affirmatiuam, quod possit quasicontrahere, & maior pars doctorum tenuerunt contrariā quod non possit quasi contrahere, quos & eorum rationes refert Tiraq. in legibus connubiali. gloss. 5. nu. 119. & nu. 125. cum pluribus sequen. hæc lex approbat vltimam opinionem, quare amplius nō examino: sed aduerto eandem rationem hac in specie militare, quæ militat in contractu, scilicet, ne viro fiat præiudiciū, quæ nāq; præiudicatur per cōtractū ac per distractū.

G L O S S. V.

**1** Alienare prohibitus, prohibitus quoque censetur agere & actiones exercere.  
Lex ait prætor. §. 1. ff. de iure delibe. explicatur. ibidē.

*num. seq. non. l. i. de l. i. i. v. m. h. i. 88. m. u. n. 2*  
**2** Quasi contrahitur in iudicio post sententiam.  
**3** Pater bona aduentitia filij alienare prohibitus, quare agere in iudicio non prohibeatur?  
Lex. l. C. de bon. mater. explicatur aliter quā Pinellus intellexerit, ibidem.

**c** Pater præsumit vtilitatē et cōmodū filij sepe velle, ibi. Ni est in iudicio hæc dō ni defendēdo. Alienare prohibitus sine certa solēnitate, prohibitus quoque censetur litigare, & actiones exercere, hoc expressim probatur in hac lege. tex. solet ad hoc allegari in l. ait prætor. §. 1. ff. de iure delibe. cuius verba sunt, quid sit dimissioni videamus? His autē verbis prætor nō tantū alienationē impedit, verū etiā actiones exerceri nō patitur. Est enim, inquit ibi Vlpianus, absurdū ei cui alienatio interdicitur, permitti actiōes exercere. Ex quo ibi notat Bar. quod qui nō potest alienare, nec actiones poterit exercere Deci. citās cōcordates conf. 445. nu. 24. & multis sequē. Tiraq. de legi. cōnubial. glo. 5. nu. 207. & seq. Ari. Pine. in l. i. C. de bon. mater. 3. par. nu. 47. [Qualicōtrahitur enim in iudicio, quia lata sententia incipit quis ex ea obligari, vt in l. 3. §. idem scribit ff. de pecul. l. quoties & l. seq. ff. de noxali. quare nimirū si lege cōtrahere prohibēte vxorē sine licētia viri, nō possit vxor agere, nec se defendere in iudicio sine licētia viri, cū ex hoc possit viro præiudiciū nō modicū inferri, ex quo etiā si hoc expressum non esset in hac lege, sub prioribus verbis cōtineretur, sed ne dubitari possit, hoc legislator expressit. [Sed videtur, regulam supra positam num. 1. nō semper procedere, nā videmus patrem bona aduentitia filij alienare prohibitū, posse agere in iudicio, & actiones pro dictis bonis exercere vt in l. i. C. de bon. mater. vbi Bar. & Bal. nu. 4. & ceteri cōmuniter respōdent, ideo patrē, alienare prohibitum bona aduentitia filij, posse super eis bonis actiones exercere, quia agit nomine filij, secus in specie nostra vbi prohibitus alienare bona propria, prohibetur quoq; agere nomine proprio, quorum cōcordia vera est licet eā impugnare nitatur Ari. Pin. in d. l. i. 3. par. nu. 47. modō rationē differētiæ illis addas, nēpe, quia est diuersa ratio in his speciebus, nam in l. i. C. de bon. mater. ideo permittitur patri agere in iudicio nomine filij, quia filius sine eius cōsensu agere nō potest vt ibidē dicitur, & in cōmodū & vtilitatē filij statutū est, vt pater ei bona administret, & ea alienare nō possit. Similiter & in eiusdē filij cōmodū statuitur, vt eius pater, de quo lex maximē cōfidit, agat in iudicio & actiones exerceat pro filio, cūque in iudicio defendat, crediderūt enim legislatores patrē meliōrē quā ipsum filiū eius vtilitatē & cōmodū inspecturū, vt constat ex l. cū oportet. §. nō aut. C. de bon. que libere est enim magna præsumptio quā habet lex pro cōsilio patris erga filios, vt in l. amicissimos in prin. ff. de excusa. tuto. vt multis insinuat Tiraq. in rep. l. si vnquam in prin. nu. 25. & seq. C. de reuo. dona. & Ari. Pin. in l. i. C. de bon. ma. 2. par. nu. 16. & pluribus seq. si in vtroque casu vtilitas vertitur filij, nimirum si secūdū eius vtilitatem & commodum diuersum statuatur in alienatione, quam in actionum exercitio. At in specie legis nostræ & similibus, vxor sine consensu

su viri alienare prohibetur, ne præiudicet marito, eademque ratione nimirum si agere prohibeatur, cum etiam agendo posset marito præiudicium inferre. Leges enim semper respiciunt, & considerant vtilitatem & commodum eorum, quorum bona administrantur, ita vt actum sibi vtilem permittant, præiudicialē vero prohibeant, vt etiamque alienationem bonorum raro aut nunquam consent esse vtilem: actionum exercitium vel defensionem minime, nisi sit persona de qua lex multum confidat. Et licet Ari. Pinell. in d. l. i. par. 3. num. 47. & seq. timore huius contrarij asserat non esse veram regulam, cui alienatio interdicitur, prohibetur quoque actiones exercere, ob idque aliter eos tex. intellexerit, hunc credo esse verum illorum intellectum, & regulam verissimam.

ille, vt tamen eorum pace dixerim, hoc non probat, iusta siquidem possessio ibi in alio sensu accipitur, nempe, vt si ex iusta causa seruus quæserit possessionē, domino possessio queratur, secus si ex iniusta causa, & per vim vt ibi glo. Bar. & ceteri interpretes explicat. [ Quarto Pinelus & Menchaq. pro eorum opinione citant textum in. l. 2. ff. de adoptio. vbi iustum filium aiunt pro legitimo tantum capi, qualis est adoptiuus. Præterea legitimatos per subsequens matrimonium appellat iustos imperator in. l. cū quis. C. de naturali. liber. Sed id leges ille hoc minimè probant, quandoquidem iuriconsultus. in. d. l. 2. modum explicans & formā arrogatiōis, dicit hæc verba, quia & is qui adoptat, rogatur, id est, interrogatur, an vellet eum quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse, non dicit, text. filium arrogatum iustum esse, sed an velit arrogator eum vt iustum filium habere, & secundum hoc text. ille potius probat contrarium: iustus enim filius non legitimus tantum, nec naturalis tantum dicitur, sed qui legitimus simul & naturalis est, vt plene probauit supra eo, nu. 4. Verū nec tex. in. d. l. cum quis, probat filium legitimatū, iustum dici, sed contrarium aperte, vt eodem num. 4. docuimus. [ Quinto allegant tex. in. l. iusta interpretatione. ff. de verbo. signi. vbi iusta interpretatio sumitur pro legitima, & non propria aut perpetua. Sed si verba & mentem Iuliani eius legis conditoris rectè consideres, nil profecto obstabit nostræ sententiæ, ait siquidem Iulianus, iusta interpretatione sicuti filij appellatione filiam contineri sepe respondimus, ita & nepos videtur comprehendi. Verū hoc non fit ex propria verbi significatione, vt denotat verbum videtur, sed ex iusta, id est, æqua interpretatione propter similitudinem rationis. Intelligitur enim iuxta verbum cui adiungitur, cum igitur iusta iungatur verbo, interpretatione, minimè proprietatem denotare potest, sed interpretationem. [ Sexto adducitur tex. in. l. si senatori. ff. de ritu nup. vbi iusta vxor dicitur, quæ solo rescripto principis vxor fit, refragante lege, & dissiuadete honestate. Sed ab sit, vt hæc tex. ille probet: nam rescriptū principis ibi desideratur, vt senator possit contra honestatem & prohibitionem legis libertinam ducere in vxorem: lege enim Papia id prohibebatur, vt in. l. lege Papia ff. de ritu nup. quamuis hodie cesset hæc prohibitio, vt in auth. vt liber. de cetero. §. si quis colla. 6. Sed hoc impedimento sublato per principis rescriptum, dicit tex. ille, posse libertinam iustam senatoris vxorem esse, seruatis scilicet solemnibus nuptiarum non aliàs. Nil enim aliud obstabat senatori, vt iustam eam habere pollet in vxorem, nisi impedimentum illud prohibitionis: quo per rescriptū sublato, nimirum si iusta vxor efficiatur. [ Septimo iustum, aiunt, in iure nostro appellari, quod extrinsecus formam solēnem habet, licet ob iniquitatem rescindi possit, vt in. l. si ciues C. de appella. & in. l. iuste possidet. ff. de acq. possess. Sed illa iura non memouent, nam in. d. l. ciues, ideo iusta electio seu nominatio dicitur, licet nominatus habeat manifestam excusationem, nec ad eam probandā admittitur nisi ab electione appellauerit, non solum quia ritè facta est, seruataque forma. l. nominationes C. cod. tit. sed quia allegare tenebatur excusationem

vt ibi dicitur & in. l. 8. tit. 23. par. 3. & non allegauit, quare nominatio tenuit, & fuit iusta, nec reuocari potuit. At in. l. iuste possidet, ideo iusta est possessio, non solum quia ritè fuit facta, licet contra ius partis, verū etiam quia possessio postquam est acquisita, est iuris & sic quoad effectus quæ ex vera possessione sequuntur, nempe, quoad fructuum acquisitionem, & prescriptionem inducendam vera & iusta est possessio, vt in. l. certè. §. 1. ff. de precar. & sic secundum verbum cui adiungitur, perfectionem significat, quatenus potest esse perfecta res, cui adiungitur, nec immutare potest naturam eius, vt de iuramento dicitur in. l. si. C. de nō num. pec. Quare si iustum precariū dixerimus, nō ob id perpetuum erit, sed ad libitum reuocari poterit. l. i. ff. de preca. ne eius naturā mutare dicamus: quod probat tex. anemine ponderatus in. l. duo in solidum ibi, nam nec iuste. ff. de preca. [ Vltimò censet Pinelus in interpretationem Alcia. Budæi & aliorum manifestè confundi ex eadem. l. 3. §. de illo, ff. pro socio, cuius legis verba, si aduertissent, nunquam ait, eam interpretationem scriptam reliquissent. Nam ibi casus seu facti species proponitur per verbum iusta, & in dubiū reuocatur, quæ tunc dicitur iusta hæreditas, vt ea veniat communicanda inter socios iuxta conuentionem eorum. Cui quæstioni iuriconsultus respondit, ea verba excludere successione ex testamento, ad solāque legitimam hæreditatē pertinere, & sic cōstat ibi equari omnino iustam, & legitimam hæreditatē, & aperte significari idem respondendum, si conuentione ibi fuisset de legitima hæreditate communicanda, quod sentire asserit Decium conf. 28. num. 8. & colligi ex Bar. & alijs in. l. 3. ff. de lega. 1. idemque sensisse Iacob. à Sancto Geor. in. l. si arrogator nu. 11. ff. de adop. Cui obiectioni respondeo Alciatum, Budæum, & sequaces nō negare, iustā hæreditatē dici quoque legitimam, negat tamen, quidquid est legitimum, id appellari posse iustum, plura enim legitima sunt quæ iusta dici non possunt, vt filius adoptiuus dicitur legitimus, non tamen iustus, vt in hoc & alijs exemplis probauit supra num. 8. Et si dixeris quid respondebimus ad tex. in. d. l. lege obuenerit. ff. de ver. signi, vbi legitima dicitur hæreditas quæ obuenerit ex testamento, quod in. d. §. de illo negari videtur, cum ait, & probabilis est ad legitimam hæreditatem tantum pertinere. Respondeo ex interpretatione voluntatis id fieri, quæ communiter fit ex communi vsu loquendi, vt statim dicam. Et sic resoluo contra Pinelum & adfeclas, quidquid est legitimum non esse iustum, quidquid autem est iustum, illud esse quoque legitimum, & perfectum, iuxta perfectionem rei cui hæc adiectio iusti applicatur: hæreditatemque ab intestato delatam iustā dici & legitimā, eam verò quæ ex testamento defertur, esse dumtaxat legitimam, non verò iustam, nisi cōsanguinei proximiores ab intestato vocati in eo testamento instituantur; [ Verū ne quæstionē de nomine tantum videamus habuisse, quæro nunquid dispositio tex. in. d. l. 3. §. de illo, ff. pro socio, locum habeat, si in dispositione dictum fuerit, quod legitima inter eos communiter hæreditas alterutri eorum delata? Et ni fallor, credere idem esse respondendum, nempe, vt ad eam tantum referatur, quæ ab intestato obuenerit, nō ad eam quæ ex testa-

testamento: non quod ex proprietate verborum ea comprehendendi non possit, potest liquidem, vt in d. l. lege obuenire. ff. de verbo. signi. sed quia communis vsus loquendi qui attenditur magis, quam proprietatis verborum, vt in l. 1. librorum. §. quod tamen Celsus. ff. de lega. 3. ad interpretandam loquentium mentem, vt in l. ex cōventionibus. ff. de verb. signi. cum alijs vtiliter congestis per eruditissimum Didacum Couarr. lib. 3. resolutionū. c. 3. Id in dubio non comprehendit, certū enim est ex frequentissimo legumlatorum vsu legitimā hereditatem accipi tantum pro ea, quæ ab intestato defertur, & vbiq; proponi vt diuersā à successione ex testamento, vt patet ex innumeris iuris locis, in titulo. ff. & C. de suis & legiti. hæredi. & C. de testamēta. & legiti. tute. & ex l. illud. ff. de acq. hæred. & l. si quis ita hæres instituat si legitimus. ff. de here. insti. & l. qui fundum. §. qui filios. ff. ad l. falcid. & ex l. mater decedēs. ff. de inoffi. testa. & l. in arenam. C. eo. tit. & ex d. §. de illo in fi. vt tradit Paul. in l. si ita quæ. §. ea lege ad fi. ff. de verb. oblig. Ari. Pinel. in d. l. 2. num. 7. ad fi. C. de bon. mater. Alias rationes ad coniectandam mentem defuncti tradit Fer. Vaz. de succes. creatio. d. §. ii. num. 42. versi. verum in d. §. vt ibi per eum. [ Atque ita saluari potest concordia glossæ in l. legiti. num. ff. de peti. hæred. Bartholi & fulgosi in d. §. de illo Decij & Curtij in d. l. vnica. C. quan. nō pet. part. quorum opinio receptor est teste Hier. Cagno. in d. l. vnica & Bellone lib. 3. supputationum. c. 7. & Ario Pinelo in d. l. 2. num. 5. C. de bon. mater. dicebat enim d. l. obuenire, intelligi secundum latiore significacionem: tex. verò in d. §. de illo secundum magis strictā, si strictam intelligas ex cōmuni vsu loquendi, vt dixi num. præcedenti. Nec est verum quod Pinel. ibi asseruit, magis proprie verbum legitima, ad hereditatem ab intestato pertinere, minus autem proprie ad hereditatem ex testamento, quando quidem repugnet verbis expressis. d. l. lege obuenire. Vnus autem loquendi nimirum efficit, vt strictius verbum legitima hereditas sumeretur, pro ea tantum quæ ab intestato defertur. [ Aliam etiam addit rationem Pinel. in d. l. 2. num. 7. ad tex. in d. §. de illo, dicens aperte colligi ex verbis conuentionis contrahentes noluisse, vt cōmuni hereditas communis esset. Nam si id voluissent conuenissent per verba vniuersalia, omnis quæcunq; hereditas, vel saltem indefinita, vt hereditas alterutri obueniens communicaretur. Cum autem conuenerint per verba illa qualificata, iusta vel legitima hereditas plane significauerunt, nolle omnem hereditatem communicari, sed illam dumtaxat, cui qualitas illa iuste, vel legitime hereditatis cōgrueret, iuxta regulam vulgatam l. cum prætor. ff. de iudi. & c. nōne de præsump. Prudētissime igitur respondit iurisconsultus in d. §. de illo, ex vsu communi loquendi, quod inualuit, ea verba tantum accipi pro hereditate ab intestato delata: & ex verosimili mente contrahētium. Sed hæc ratio magis adaptari potest ad speciem num. 15. traditam, quoties conuenit de legitima hereditate diuidenda, quam speciei. d. §. de illo, quando conuentio facta fuit de iusta hereditate diuidenda: nam tunc ex propria vi & significacione verbi, iusta, non potuit adaptari conuētio illa nisi ad legitimam hereditatem ab intestato dela-

tam, vel ex testamento proximioribus institutis competentem: & hic est verus intellectus, d. §. de illo quid quid dixerint Pinel. in d. l. 2. nu. 7. C. de bon. mat. & Fer. Vaz. Mench. de succes. creatio. §. ii. nu. 42. Ex quo infert Pinel. num. 9. ad questionem de emphiteusi cōcessa prole & legitimis hereditibus, an tantum venientibus ab intestato, vel institutis ex testamento pertineat, quam non ex animo ad eum recurrito. [ Subdit in diffinitione testamenti Vlpianus, de eo quod quis post mortem suam fieri vult: hoc dixit ad differentiā contractus inter viuos qui ante mortem sortiuntur effectum, testamentum verò non nisi post mortē: quod quibusdam visum fuit contra ius, cum conferat dispositionem in tempus inhabile, nempe; post mortem testatis, quo in tempore nullum ius habebat in bonis, vt probant Iaso. & Deci. in rub. C. qui testam. facer. poss. & Loriotus de additione axiomate. 10. atq; ideo necessaria fuerit legis confirmatio testamentarię successione, secundum eos iuxta sententiam A cursij in l. illa institutio. ff. de hered. insti. cui assentire videtur Pinelus in d. l. 2. de bon. mater. nu. 7. versi. postetque. Sed aliter hoc intelligit Viglius in §. sed prædicta nu. 12. insti. de testam. post Bal. Ang. & Imol. eam glo. in d. l. illa institutio reprehendētes, quæ nihilominus cōmuni. recepta est, secūdu Deci. in l. eum qui nu. 4. vbi optime eā defendit. ff. de iurisd. om. iud. Belloni. in §. 1. insti. de testam. 2. quæsti. d. Ant. de Padilla in l. cū quis num. 13. C. de iur. & facti igno. vbi citat concordā. & Ferd. Vaz. de succes. creatio. §. 2. in prin. Tiraq. de cōstit. 3. par. 2. lim. nu. 5. Iaso. in rub. C. qui testa. face. poss. Cōfirmatur quia non inspicitur initium actus, qui cōfertur in aliud tempus, sed illud ipsum tēpus in quod confertur, ita vt paria sint aliquid fieri tempore prohibito, vel id ipsum conferri in illud tempus prohibētum, & ex contrario. l. eum qui. ff. de iuri. omni. iudi. l. in tempus. ff. de here. insti. d. l. quod spōse cum cōcor. à Tiraq. congestis. d. l. de constituto. 3. par. 2. hmi. nu. 3. & 4. & ex ibi traditis hoc poteris multis modis confirmare: eandem opinionem sequitur Iacob. Septima, de institutio. catholi. cap. 9. num. 141.

G L O S S. II.

- 1 *Vltima voluntas dicitur testamentū & codicilli & donatio causa mortis.*
  - 2 *Donatio causa mortis quot testes requirat.*
  - 3 *Solemmitas testium remissa in testamento an censetur pro portione remissa in codicillis?*
  - 4 *Vltima voluntas informis, & innominata, quæ sit?*
- b *Outra postrema voluntad.* Non solum testamentum dicitur vltima voluntas, sed & codicilli, qui à testamēto in multis differunt, vt dicam infra eod. l. sequi. gloss. 9. [ Donatio etiam causa mortis comprehenditur sub hac lege, in qua nimirum tres sufficientes testes vicini, si coram tabellione fiat, si verò priuatim absque tabellione quinque testes requiruntur, quod iure communi probatur per tex. in l. Marcellus in princi.

prin. ff. de dona. cau. mor. vbi si solēnitas, quæ iure cōmuni exigebatur in testamēto vel codicillis, per aliā nouiore legem remittatur in aliquo vel relaxetur, in donatione quoq; causa mortis remissa cēsebitur, quamuis si solēnitas lege noua augeatur in testamēto vel codicillis, non cēsebitur aucta in donatione causa mortis, vt est author Ludo. Rom. singul. §. 23. tra. etat. latē Marcus Solon Burgensis in l. 1. Tauri num. 814. & sequentibus, dicam infra hoc libro ti. 10. de dona. l. 7. gl. 1. nu. 8. Ceterum si lege noua aliqua pars testii remitteretur in testamēto, vt quæ disponitur quin que sufficere, nō videbitur eo respectu & portione esse remissa in codicillis, vel in donatione causa mortis, vt in eis tres testes sufficiat, ex sentētia Bart. in l. 2. nu. 5. ff. de lega. 1. cuius sententia cōmunis est, vt fatentur nouiores ibi, & Alber. Brun. in tracta. de forma & solēni. §. vlt. q. 10. licet Fran. à Ripa in d. l. 2. in fi. refragetur, & iterū in tracta. de peste. 2. par. particula. 2. in fi. ex textu in d. l. Marcellus, quæ lex ei minime suffragatur, cum id tantum probet, solēnitatis remissionē in testamēto factam per legē nouā, factā quoque videri & in codicillis, non tamen minorem iuxta proportionem. Vnde licet testamētū tempore postis fieri possit coram quinque testibus iure communi, vt ex lege vlt. C. de testam. expēdūt Bal. Sali. & Ias. ibidē, & Deci. cōf. 284. Ant. Rube. cōf. 72. & conf. 165. Ripa. d. par. 2. col. 2. donatio tamē causa mortis nō valebit si corā tribus testibus fiat tēpore postis, licet Rip. ibi, contrariū fuerit opinatus, vt adnotauit Couarr. in 3. par. rub. extra de testam. nu. 21. [ Alia est etiā vltima voluntas informis & innominata, ad exēplū contractuū, qui etiam nominati dicuntur & innominati, qualis est illa quæ fit per pactum reciprocum à cōmilitonibus ad bellum pergētibus, vt in l. licet inter priuatos. C. de pact. quem dicunt singularem Bal. Ange. & Ias. ibi, & Ant. Gom. in l. 3. Tauri num. 66. Alia sunt vltimarum voluntatum informium genera quæ nulla regula cōtinentur, vt latē refert Ferdinand. Vazquez. Mecha. lib. de succes. creatio. c. 11. nu. 44. & seq. & potissimum nu. 54. & pluribus seq.


G L O S S. III.

- 1 *Lex nostra ante legē Tauri, quæ transcripta est in l. seq. an loquebatur de testamento nuncupatio?*
- 2 *Testamentum nuncupatiuum potest coram tabellione & sine tabellione confici. Testamenti nuncupatiui solēnitas iure cōmuni, ibidē. Testamenti nuncupatiui publicatio, ibid.*
- 3 *Publicatio testamenti non requiritur, vbi est cōfectū in publico instrumento.*
- 4 *Testamentū legi debet corā testibus, aliās non valet. Testamentū an lectū præsumatur corā testibus? ibidē. Lex. 13. tit. 25. de tabellionibus lib. 4. explicatur, & an habeat locum in testamento? ibidē. Testamentum nuncupatiuum potest probari per testes quibus non fuit lectum, ibidē.*
- 5 *Testamentum nuncupatiuum quomodo fiat iure regio?*
- 6 *Testamentū iure regio nuncupatiuum an valeat sine tabellione, licet copia eius haberi possit, cum quinque*

testibus vel tribus si plures haberi non possint?

- 7 *Subscriptio testatoris an sit necessaria in testamento nuncupatio?*
- 8 *Subscriptio partis iure regio requiritur in omnibus publicis instrumentis. Testamentū largē inter cōtractus annumeratur, ibid. Contractus in testamento fieri possunt, ibidē.*
- 9 *Testamenta maiorem exigunt solēnitatem, quā cōtractus ad falsitatem euitandam.*
- 10 *Constitutio Neapolitana incip. instrumentorum vobur, quæ de instrumentorum solēnitate loquitur, an extendatur ad testamenta? Lex. 13. tit. 25. de tabellio. lib. 4. explicatur, ibidē & numero sequen.*
- 11 *Generalis dispositio sequens an corrigat specialē præcedentem. Lex noua generaliter loquens non corrigit legem anti quam in casu speciali loquentem nisi ex eius mēte id colligatur, ibidē.*

c *Conscriptio publico.* Inter antiquos regni nostri iurisperitos erat nō modica cōtrouersia, an lex ista formam præbens testamento, intelligeretur in testamēto nuncupatio, an in testamēto inscriptis quā pro vtraque parte examinat Marcus Solonius Burgensis in l. 3. Tauri. 1. par. cōclu. 1. nu. 13. & tandem concludit, ad testamētū nuncupatiuum dūtaxat esse referendā. Non negat tamen quæstionē fuisse admodū ambiguam: at que ideo necessariam fuisse regiam declarationē, vt ipse asserit nu. 34. dicens optinē per illam legē, quæ transcripta fuit in l. 2. infra eo. fuisse decisum legē nostrā, de testamento loqui nuncupatio, non de testamēto inscriptis. [ Et præmittendū est testamētū nuncupatiuum posse corā tabellione & sine tabellione fieri, vt probat lex nostra & l. 102. tit. 18. par. 3. & iure cōmuni imperatorū glo. cōmuniter recepta in l. vlt. in verbō ostēditur. C. de fideicō. Solēnitas iure cōmuni requisita, vt cōmuniter resoluitur, est vt in ei⁹ cōfectione ad sint septē testes masculi, puberes, liberi, & rogati, quæ admodū & in testamento inscriptis, vt dicam in glo. seq. Differunt tñ, quia testes testamēti nūcupatiui au dire & intelligere tenētur testatoris voluntatē, nec se subscribere aut signare astringuntur, vt in l. hac cōsultissima. §. per nūcupationē. C. de testam. vt ibi gl. Pau. Castr. & doct. explicant. l. heredes palā. ff. eo. tit. & §. vlt. insti. eo. Requiritur etiā eius testamēti nūcupatiui publicatio mortuo testatore, vt corā iudice compareat testes, & cū iuramēto deponat eā fuisse testatoris voluntatē: & deinde redigi debet testiū depositio in publicā formā coram iudice & tabellione publico, vt perpetuò plenā fidē faciat, vt in l. vlt. in fi. C. de testa. vbi docto. ita interpretati sunt verba illius legis teste Ant. Gom. in l. 3. Tau. nu. 45. & 46. [ Qui tñ hoc procedere asserit quoties testamētū fit corā iolis testibus, absque vlla scriptura, vel conficitur in scriptura priuata. Secus verò si de eo fiat publicū corā tabellione instrumentū, tunc etenim ipsum publicū instrumentū probat solum, nulla eius facta publicatione seu testium depositione: quemadmodū fit & in testamēto





in scriptis, eademque ratione, vt probat gl. cōmuniter recepta in l. 2. C. quem testa. aperi. glo. item vlt. in l. 1. C. de testam. & in l. hāeres palam. ff. eod. tit. & in l. vlt. C. de fideicō. in verbo ostenditur & docto. ibidē, Bart. & docto. in l. 2. ff. quem. testa. ape. & in l. conficiuntur. §. 1. ff. de iu. codicill. moderni in l. 2. C. de bono. poil. secun. tab. Couarru. in. c. cum esses nu. 1. de testam. l. 1. in prin. tit. 1. & l. 4. tit. 2. & vtrōbique Greg. Lupi part. 6. & in l. 32. tit. 16. part. 3. & in l. 103. tit. 18. ead. part. 3. [ Aliud etiam pro forma requiritur in testamento nuncupatio coram tabellione factō, nempe, vt legatur coram testibus, non enim fat est habere numerum testium à lege requisitum & totum fuisse perfectum, nisi ante mortem testatoris coram testibus lectum fuerit, vt in l. fideicommissa. §. quoties. ff. de lega. 3. quē ibi ad hoc expedit glo. Bart. Bal. & docto. & reputat singularem & vnicum Alberi. ibi, & Bal. in l. vlt. C. de sent. ex peri. recitan. Bar. Bal. & docto. hoc idem asseuerant in l. si quis testamentum per illum tex. ff. de testam. Ferdi. Mencha. lib. de successio. creatione. c. 14. nu. 35. & 36. vbi citat concord. & limitat nu. 41. & 42. estque iure nostro text. in l. 103. in fi. tit. 18. part. 3. ibi, *Et tal testamento deue ser leydo.* [Nec præsumentur in dubio fuisse lectum, nisi probetur secundum Bart. & ceteros in d. §. quoties Felin. in. c. 1. num. 17. de fid. instru. probatur autem fuisse lectum per assertionem notarij expressam, vel tacitam, vt si dicat notarius in fine instrumenti, prout fieri solet, actum & absolutum fuit coram me, hac siquidem in specie lectum fuisse præsumentur, secundum Bald. in auth. quod sine. C. de testam. cum concord. per Couarru. citatis in c. relatum. l. de testam. num. 11. conclus. 1. in fi. prout & in alijs quibusdamque instrumentis & contractibus, vt in l. contractus. C. de fide instru. ibi, & postremo partibus absoluti sunt, quem in id expendant Bald. Ange. & ceteri interpretes, est etiam text. hoc probans in l. vltim. C. plus val. quod agitur, & in l. 54. in fin. tit. 18. part. 3. & in l. 13. tit. 25. de tabellionibus supra lib. 4. ibi. *Los dichos escriuano las lean presentes las partes y los testigos.* Et text. ille de omnibus instrumentis loquitur, in quibus clarum est comprehendendi testamēta, & hāc esse cōmunē opinionē attestantur Ant. Gom. dicens, ita praticari in l. 3. Tauri nu. 107. & Marc. Salō Burgen. ibi, nu. 207. & sequētib. in. 2. concl. 1. partis Did. Couar. in cap. relatu. l. de testam. nu. 11. vbi latē discuit. Et resoluit in. 3. cōcl. caque dicta sunt, de lectione testamenti, accipiēda esse, cum quis probare velit testamētū per scripturā: secus si per ipsos testes probare voluerit testamētū, qui eius cōfectioni presentes fuerūt, probare siquidē poterit in eo cōtēta, licēt eis lectū nō fuerit, quod sequitur Burgen. in. d. l. 3. Tau. nu. 215. [ Iure autē regio si testamētū fiat nūcupatiuū absq; tabellione, vel in scriptura priuata quinq; testes sunt necessarij vicini eius loci vbi fit testamētū, si tamē loc⁹ sit adeo desertus, qd in eo nō adsit copia testiu, sufficiet si tres adhibeātur vicini eius loci. Si verō corā tabellione fiat testamētū nuncupatiuum in publicam formam redactum, tres sufficientes testes vicini eius loci vbi testamentum fuerit confectum, vt in hac lege & in l. sequenti. [ Sed quaestio est, quid si in loco vbi testamen-

tum fit, haberi possit tabellio, testamentum autem nō fuerit coram eo confectum, an sit satis, si quinque testes vicini, vel tres etiam vicini interueniant, si plures inueniri nō possint? Et videtur nō sufficere propter verba huius legis, quae expressa videntur ibi, *mi escriuano.* Ergo à cōtrario sensu, si copia tabellionis haberi potuit, non valebit testamētum absque eo factū. Contrarium tamen voluit Ant. Gomez in. d. l. 3. Tauri nu. 47. vrsi. quāro tamen, imō quod valeat coram tribus testibus factum absque tabellione, eo quod parem vim testes obtineant, ac instrumenta, nec sint restringendae probationes, sed ampliandae, maximē in testamento, iuxta notata in l. in exercendis. C. de fide instru. cui sententiae adhæret Couarru. in. c. cum esses num. 2. de testam. vrsi. admonitus, eo quod à viro quodam eruditissimo fuerit admonitus, quod verba l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinationum, vnde hāc lex de prompta fuit, vitio scriptorū corrupta sunt, vt & attestatur vidisse in libro vetustissimo in bibliotheca collegij maximi Saluatoris reposito. Ex quo ait, excerptisse verū. d. l. 1. sensum, nepe, vt testamētū nuncupatiuū si fiat corā notario tres testes fore adhibendos, si verō nō fiat corā notario, quinq; si in eo loco haberi possint, alioqui sufficere tres. Ex qua decisione colligit, licēt sit in eo loco tabellio, tres sufficere testes sine tabellione, si plures haberi nō possunt. Sed Ferdi. Vaz. Mencha. lib. 3. de successio. creatione. §. 21. nu. 20. & Marcus Solō Burgen. in. l. 3. Tau. nu. 826. contrariū voluerūt, imo quod quinq; testes sufficiant sine tabellione, licet copia tabellionis haberi possit, cōtra Michaelē Cifontanū in. d. l. 3. Tauri & Telliū Fernan. ibi in. 2. par. nu. 14. tres tamē asserit non sufficere licēt alij haberi nō possint, si adsit tabellio in loco vbi testamētū fit, quia tūc corā eo fieri debet testamētū, cum ipse iuxta ius nostrū vicē duorū testium obtineat, & hāc sententia verior est iuxta literā legis nostrae cum sic ait. *Y si no pudierē ser auidos cinco testigos mi escriuano en el dicho lugar, se a lo menos presentes tres testigos vecinos del tal lugar.* Ergo à cōtrario sensu si tabellio adsit in loco, nō sufficientes tres testes, etiā si plures reperiri non possint. [ Sed nō semel vidī cōtrouersum an in testamēto nūcupatiuo corā tabellione, factō, sit necessaria subscriptio testatoris, Et videtur nullā testantis requiri subscriptionē, eo qd in testamētis lex nō exigat, hāc solēnitatē ex frequentiori doctorū sententia in l. hac cōsultissima. §. per nūcupationem & §. sed cū paulatim. C. de testam. l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. quod apertē cōuincitur ex nostra lege, quae hoc nō requirit, & ex l. Taurina sequenti, quae testatoris subscriptionē exigit in testamēto in scriptis: in nūcupatiuo autē, & in codicillis seruari precipit solēnitatē legis nostrae. Nec oberit. l. 13. tit. 25. de tabellio. supra lib. 4. ibi. *Y si las partes las otorgaren las firmes de sus nobres.* Ecce ibi statuitur instrumenta cōficiētes debere ea subscribere in protocholo notarij, quāuis hoc iure cōmuni non requireretur, secundū Abb. Felin. & alios in capit. 1. de fid. instru. lex siquidem illa non loquitur de testamento, quippe quae peculiarem habeat à iure statutā solēnitatem, praterquā nihil aliud est necessario exigendum. Generalis siquidem decisio posterior trahenda non est ad ea, de quibus specialiter

erat prouisum. l. doli clausula. ff. de verbo. obliga. l. talis scriptura in princ. ff. de lega. l. 3. tit. 10. part. 6. vbi Grego. Lupi citat concordan. in gloss. in princ. Ex quibus hanc sententiam tenet nouissimē Petr. Nun. de manda. exequen. 2. part. c. 16. num. 1. vrsi. sep timus casus, & eam tenuit Couarru. in. c. cum esses numero. 2. de testam. asserens ita praticari, licēt postea in secunda editione contrarium attestatus fuerit, vt statim dicam. [ In contrarium tamen vrget plurimū d. lex Complutensis. 13. tit. 25. de tabellio. supra lib. 4. quae partis subscriptionē omnino exigit in omnibus scripturis seu instrumentis publicis, sed appellatione instrumentorum, testamenta & vltimae voluntates proculdubio continentur, ex sententia Accursij in. l. si idem in glossa. 1. C. de codicillis textus, est in l. sicut falsi & in l. si falsos & l. si quis decurio. eo. ti. & l. si à fratre. C. de testa. mil. l. hac cōsultissima in prin. C. de testam. l. 2. §. si dubitetur. ff. quem. testa. aperi. l. ex ea scriptura. ff. de testam. l. 103. tit. 18. par. 3. & l. 54. eod. tit. & lib. Et praterca testamentum largē inter contractus annumeratur, secundum glo. celebrē in. §. item sacramenta in glo. magna circa medium de pace iura. firm. per tex. singularē in l. candē in princ. & §. 1. ff. de duob. reis, ibi, sed & ceteris contractibus, veluti, emptione, venditione, locatione, conductione, deposito, commodato, testamento, idem constat ex l. testamentū. C. de testam. vbi latē Iaso. confirmat, idē las. in l. quae de legato nu. 2. ff. de lega. 1. Guill. Bened. n. repe. c. Rainuntius de testam. in verbo testamentū 3. nu. 5. cum concordant. per Decium traditis cōf. 660. nu. 10. li. 5. per Matth. Affli. in decis. Neapoli. 240. nu. 5. Nicol. Boeri. 260. & decis. 155. nu. 9. Ferdi. Mencha. 100 latius probans lib. 1. de success. creatio. §. 1. num. 2. Marcus Burgen. in. l. 3. Tauri nu. 1061. Nam & cōtractus fieri possunt in testamento & vltima voluntate, secundum glo. Bart. Bald. Ang. Paul. Imol. Fran. de Areti. & ceteros in l. hāeres palā. §. vlti. ff. de testam. concordant. pluribus per Tiraq. congestis de legib. connub. gloss. 5. nu. 101. & 102. [ Praterca eadem, imo fortior ratio militat, ne falsitas cōmittatur: quae ratio magis vrget in testamento quā in contractibus, seu alijs instrumentis. Quapropter in testamentis maior solēnitatis, quā in contractibus requiritur. Atque ideo lex ciuiliis testium solēnitatem inducens in testamētis iusta est, nec iuri diuino contraria: prout latē probat Fortu. Garfia in tracta. de vltimo fine illatio. 15. & Couarru. in. c. cum esses nu. 3. de testam. Probatur etiam quia hic testadi actus grauis est, & mille fraudibus obnoxius. Potuit ergo lex quōtutius & fidelius ageretur, hanc solēnitatem statuere ad totius reipublicae vtilitatem, vt optimē probat Couarru. in. d. c. cum esses nu. 6. si ergo in cōtractibus subscriptio partis requiritur ad euitandam falsitatem, multo ergo fortius & in testamētis auth. multo magis C. de sacros. eccles. [ Hanc etiam confirmat sententiā decisio Neapolitana Matth. Affli. hū. 166. & authoritas Lucae de Poena in l. Mediterraneae. C. de anno. & tribu. lib. 11. glo. Bar. de Capi. And. de Iser. Matth. Affli. in constitutione instrumentorū robur rub. 79. lib. 1. vbi, & alij omnes quotquot dictam constitutionē interpretantur eam ad testamētū extendunt, & alia

quancunq; vltimā voluntatem, dicit enim constitutio illa, quod si instrumentum publicum excedat libram auri, debent ad minus se subscribere instrumento tres testes in eo descripti, quam praecitati doctores extendunt ad testamentum nuncupatiuum corā tabellione factum, vt testium subscriptionem etiā requirant. Et licēt dubium sit, an trium tantum testium subscriptio desideretur in testamento nuncupatiuo, an verō septem, qui ad eius perfectionē requiruntur, quod latē examinata Affli. d. deci. 166. & d. constituto. instrumentorū robur nu. 4. post Luc. de Poen. in. d. l. Mediterraneae, nemo tamen dubitat, eandē constitutionē ad testamenta extendi, sic ergo in specie, d. l. 13. tit. 25. de tabellio. supra lib. 4. quae solēnitatē addit instrumentis publicis, vt à partibus subscribantur, intel ligi oportet, vt in testamento nuncupatiuo corā tabellione factō, eadem testantis subscriptio exigatur: quibus rationibus moti hoc asseuerant Grego. Lup. in. l. 2. in verbo su nome tit. 1. part. 6. & Did. Couarru. in. d. c. cum esses de testam. secunda editione, quia in prima tenuit contrarium, vt dixi, Mar. Solō Burgen. in. d. l. 3. Tauri nu. 1096. & seq. [ Nec oberūt huic sententiā adducta in cōtrariū, nā imprimis lex Tauri sequēs solū explicare intendit numerū testiu nostra lege requisitū, nec fuit animus legislatoris. d. l. 13. supra citatā corrigēdi, sed hūc casum de quo agimus omisit, atque ideo māsit dispositioni iuris cōmunis, iuxta l. cōmodissimē. ff. de lib. & posth. & hęc solutio mihi vera videtur, prout & Grego. Lup. visum fuit, quidē quid refragauerit Burgē. d. l. 3. Tauri nu. 1098. & 1007 aliā tradēs solutionē, quae etiā vera est. Minus oberit secūda ratio, quod generalis dispositio sequēs nō corrigat specialē, quia id ita accipiēdū est, vt quoties in lege aliqua est clausula generalis, nō extendatur ad specialiter statuta in eadē lege, secus si in diuersis legib⁹, ita respōdet Gre. Lup. in. d. l. 2. Sed cōtra hanc euasione vrget nimis glo. cōmunitr recepta in l. sciendū in gloss. magna. ff. qui fat. cogan. dicens quod lex noua generaliter loquens, non extenditur ad leges antiquas in casu speciali loquentes, lex igitur Complutensis. 13. tit. 25. de tabellio. supra lib. 4. robur & solēnitatē addens instrumentis, nō extendetur ad leges antiquas, hoc est, ad l. nostrā, in casu speciali testamētōrū loquentē. Sed glo. illa non obstat nostrae conclusioni, quandoquidē limitatur & restringitur per docto. maximē per Alex. & las. ibidē, nisi appareat de mēte legis nouae, quod velit cōprehēdere omnes casus speciales legū antiquarū, vt in. c. cōtra Christianos iūcta glo. vlt. de hāreti. in. 6. & ex sententia Imolae in l. si vero. §. de viro nu. 5. ff. solu. matr. sed hoc clare cōstat ex. d. l. 13. Cōplutēsi, ex rōne in ea expressa, cū sic ait, *Y si en leydo la dicha nota y registro de la dicha escriptura ra fuere algo añadido o megnado, q el dicho escriuano lo aya de saluar y salue en fin de la tal escriptura ante de las firmas, porque despues no pueda auer duda en la dicha enmienda, si es verdadera o no.* Si in instrumentis cōtra quā ad euitandas falsitates, hāc subscriptio requiritur, quōto ergo magis in testamētis hęc ratio militat. Et quia d. pragmatica sanctio Complutēsi, ex qua. d. l. 13. & sequētes pdite fuerūt, in fine ei⁹ taxat sportulas, & iura tabell-



tabellionum, omnium instrumentorum, sic dicens. Enlos contractos entre partes, y testamentos, y otras escripturas extrajudiciales, &c. Ex quo verisimam esse arbitror hanc vltimam Gregorij Lupi sententiam, quæ in his regnis proculdubio seruatur. Cætera testamentorum solemnia dicam in glossis sequentibus.

G L O S S. IIII.

- 1 Testes testamenti nuncupatiui debent esse presentes cōfectioni testamenti iure regio, & cōmuni imperatorum.  
Testamenti pars non potest per septem testes probari, & altera pars per alios septem, ibidem.
- 2 Testes testamenti intelligere debent, quæ in testamento nuncupatiuo continentur, aliàs non valet testamentum contra Ferd. Mencha.
- 3 Testes testamenti nuncupatiui debent videre testatorem, vt deinceps eum agnoscant, licet antea non agnouerint.
- 4 Testes testamenti an necesse sit esse in conspectu testatoris iure regio? Et quid in contractibus.  
Testium solemnitas iure regio, est probatoria non formalis ex sententia Ferdinan. Mencha. contra communem, ibidem.
- 5 Testis testamenti an cæcus esse possit iure cōmuni, aut regio?
- 6 Testium solemnitas iure regio est formalis & substantialis, ex communi nostratum sententia. & num. sequen.  
Debet verbum importat necessitatem, ibidem.
- 7 Debet verbum importat formam.  
Forma est ordinata series rem ad substantiam deducens, ibidem.
- 8 Forma non sufficit si per equipollens adimpleatur, sed eius omisio in qualibet etiam minima parte vitiat actum.
- 9 Forma vel solemnitas est indiuidua.
- 10 Solemnitas formæ, & solemnitas substantialis, & solemnitas effectualis, si deficiat, actus corrumpit.
- 11 Solemnitas probatoria si deficiat, non deficit actus si aliter probari possit.  
Solemnitas testium testamentorum, est substantialis & formalis, ibidem, & seq.
- 12 Testium numerus testamentorum, iure communi imperatorum est substantialis, & formalis solēntas, qua deficiente deficit testamentum cum communi.
- 13 Testamentum carens testium solemnitate deficere dicitur etiam ex defectu voluntatis, ibidem.  
Testium solemnitatem in testamento esse iure regio, pro forma introducta, & ea deficiente testamentum corrumpere, ibidem.  
Formam non seruans actum illusorium videtur facere, ibidem.  
Lex inutilis, ff. de acceptila, intelligitur ibidem.

- 14 Testamenti forma iure civili inuenta est, quare per aliam legem mutari potest.  
Testamenti substantia est voluntas & consensus, & numeris seq.  
Testamenti forma est solemnitas testium, ibidem, & sequen.
- 15 Consensus est substantia contractuum, ibid.  
Forma contractuum & substantia quæ sit?  
Forma dat esse rei, ibidem.
- 16 Actus omnis consistit in potentia & voluntate.  
Forma cuiusque rei deficiente, substantia eius deficit, ibidem.
- 17 Diffinitio essentiam rei ostendit.  
Hæredis institutio erat olim forma substantialis testamenti, hodie iure regio non, ibidem.  
Testium numerus in testamentis ad evitandas falsitates requisitus, non conuincit esse solemnitatem probatoriam, ibidem.
- 18 Omnino, vel omnimodo, dictio est præcisa & decretum irritans continere videtur.  
Lex nostra intelligitur, ibidem.
- 19 Lex Tauri sequens intelligitur,  
Forma data esse intelligitur, vbi est clausula decreti irritantis, ibid.
- 19 Testes duo ad quolibet actum probandum sufficiunt, quod si plures requirantur, ad solemnitatem & formam exigi intelliguntur.
- 20 Forma omnis à iure tradita censetur esse substantialis.  
Actus quilibet forma non seruata est nullus, etiam si contractus sit aut testamentum, maxime si adsit clausula decreti irritantis, ibidem.
- 21 Testamentum in quo deficit testium solemnitas est nullum, nisi adsit clausula codicillaris.

d Tres testigos alomenos. Nota ex hac lege, testes testamenti nuncupatiui coram tabellione facti debere esse presentes explicationi voluntatis testatoris, patet cum lex ait, *deuen ser presentes a lo ver otorgan tres testigos*. Idem statutum erat iure communi imperatorum, vt in. l. cum antiquitas & in. l. casus, C. de testamen. l. qui testamento. & veteres. ff. eo. vt ex eis expendant Cyn. Bald. Salice. Paul. Cast. Alexand. Corne. & Iaso. num. 8. & 12. in. d. l. cum antiquitas, docto. etiam in. l. furiosum, C. qui testa. face. poss. hæc erat eo iure communis sententia teste Paulo Parisio consilio 33. num. 28. & sequen. lib. 2. & Corne. consil. 238. nu. 3. lib. 4. Ex quo omnes asseuerant iure communi non posse probari testamentum diuim, altera eius pars per septem testes, & altera per alios septem, prout nec iure regio per quinque vel tres, si fiat coram tabellione, si quinque dicant se scire partem eorum quæ in testamento continentur, & alii quinque aliam partem, & præcipue hoc asserunt Bart. & docto. commu. in. d. l. cum antiquitas, vt ibi refert Iaso, nu. 9. & Alex. conf. 177. li. 2. Ferd. Mencha. lib. 3. de success. creatio.

§. 22. numero. 91. & §. 30. numero. 11. & 12. licet ipse ibi teneat contrarium iure regio & male, vt infra probabo. [ Nefatis est eos esse presentes, nisi omnes intelligent & percipiant, quæ in testamento nuncupatiuo scripta sunt, ita vt nullam particulam etiam minimam percipere desinant: non enim sufficit testes omnes testamentum esse presentes, nisi præterea omnia quæ ibi acta fuerint plenè intellexerint secundum Bald. & Paul. in. d. l. cum antiquitas. C. de testamen. quod communiter esse receptum attestatur Corne. consil. 304. numero. 20. lib. 1. Guiller. Benedi. in repe. cap. Raynuntius in verbo in extremis positus nu. 40. cum concordant. per Ferd. Mencha. traditus. d. §. 22. numero. 93. & d. §. 30. numero. 14. & per Ant. Gomez in. d. l. 3. Tauri numero. 49. & 50. [ Quinimo non sufficit testes esse presentes & intelligentes, nisi in conspectu testatoris fuerint, eumque viderint & agnouerint, & licet antea non agnouerint, vt ex visu eum agnoscant, nec aliter quicquam valet testamentum secundum Cyn. Albe. Bart. Bald. Sali. Fulgo. Bened. de Plumbi. Alexand. & Iaso. in princ. & 3. notab. in. l. si non speciali. C. de testamen. per text. ibi, in verbo in conspectu testatoris. & in. l. si vnus in verbo coram testatore. C. de testam. estque cōmunis sententia teste Corneo cōf. 18. nu. 6. & 7. lib. 2. & num. 4. & Deci. consil. 354. num. 1. & Ferd. Vazquez Mecha. lib. 3. de success. creatio. §. 30. numero. 7. & Paul. Paris. consilio. 33. col. 1. lib. 2. & probat clarè lex ista, ibi, *a lo ver y otorgan*. Et licet hoc requiratur, non tamen testatorē cognoscere tenentur testes, vt optimè probat Marcus Solon Burgen. in. l. 3. Tauri numero. 347. & sequen. Sed sufficit vt eum videant tempore cōfectionis testamenti, vt inde eum cognoscere possint, vt ibi resoluit numero. 349. in fine. [ Et licet Ferdinan. Vazquez Mecha. in. d. §. 30. numero. 7. asseueret, iure regio non requiri, quod testes testamenti nuncupatiui sint in conspectu testatoris, nec intelligere teneantur contenta in instrumento, eo quod testamentorum solemnia iure nostro ad probationem tantum, non ad formam deferentur, vt ipse expendit ex lege sequenti quæ erat lex. 3. Tauri, ibi, *no aganse ni prueba*, & ex fine. l. i. tit. 2. lib. 5. ordinationū, vnde lex nostra de prompta fuit, cum ea lex dicebat, *Otro si que vala el testamento que fuere hecho con buenos testimonios*. Hæc tamen verba non sunt transcripta in hoc libro. Atque ideò, inquit, Mencha. non esse in hoc discrimen aliquod iure regio inter contractus & testamenta, nam sicut in contractibus necesse non est, testes esse in conspectu contractuentium, si aliter percipere possunt quæ aguntur ab ipsis secundum veriorē & receptiorē sententiam gloss. in. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqu. plu. arcen. quam communiter esse receptam attestantur Alexand. nu. 6. & Iaso. nu. 9. in. d. l. si non speciali. C. de testam. Canon. in. c. præterea de testib. & c. ex literis de consue. ei etiam accedunt Bar. Imol. & Paul. in. d. §. idem Labeo. Ferd. Mencha. lib. 3. de success. creatio. §. 30. nu. 8. ita etiam iure regio idem est in testamento nuncupatiuo. [ Ex quo ipse infert numero sequē. quod licet testis esse non possit cæcus in testamento de iure communi, secundum veriorē & receptiorē sententiam, vt resoluit Corne. consil. 18. numero. 5. lib.

2. Deci. consil. 354. col. 1. autoritate Cyni, Alberi. Iaco. Butri. Bart. Bal. Sali. Fulgo. Pauli, Cornei, Alex. & Iaso. in. d. l. si non speciali per text. ibi, in verbo in conspectu testatoris, & in. l. si vnus. C. de testam. poterit tamen secundum eum, esse testis in testamento iure regio, quemadmodum & in actibus inter viuos esse testis permittitur, vt Alexand. & Corne. numero. 6. & Iaso. numero. 7. attestantur in. d. l. si non speciali, id quod asseuerant gloss. Bar. Paul. & Imol. in. d. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqu. plu. arcen. Paul. Paris. conf. 33. column. 1. lib. 2. docto. in. l. testium. C. de testibus Panormi. & alij in. c. cum causam eod. titulo [ Et licet idem Ferd. Vazquez in. d. §. 30. numero. 11. 12. 13. & 14. dixerit iure nostro regio, non exigi testes esse presentes toti testamento, sed partem posse probare per quinque testes, & aliam partem per alios quinque. Atque ita sufficeret sufficienter probari, licet formaliter non probetur, non tamen credentem admitti posse in praxi eius sententiam hoc in regno, nec in theorica sustineri, est enim contra communem nostratum sententiam commentatium dictum. l. 3. Tauri, qui omnes concedunt esse pro forma inducā eam testamentorum solemnitatem in hac lege & sequen. traditam, qua deficiente testamenta corrumpunt, vt in. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transf. quod præferunt verba legis nostræ, *deuen ser presentes*, & c. Verbum enim debet, necessitatem importat. l. 1. §. i. ff. quod quisque iur. gloss. in. l. 3. §. 1. in verbo ostendere. ff. ad exhiben. & in auth. quod relictum. C. sine cēsu vel reliq. & in c. proposuit in verbo non debet, & ibi Panor. extra de appell. alia gloss. in Clemen. attendentes in verbo debeant & ibi Cardi. Floren. 9. notab. de statu. mona. & in Clemen. dispendiosam in verbo valeat, de iudi. & in. c. si aliquis in verbo reuocari debet, & ibi Bald. titul. apud quem vel quos. Alberi. in. l. vnus ex familia in prin. ff. de lega. 2. Bar. magistraliter distinguens in. l. 3. numero. 3. C. de pigno. lectione. 2. Feli. in. c. nam concupiscentiam numero. 6. de constitu. Ias. in. l. qui iurisdictioni numero. 8. ff. de iuri. om. iudi. Deci. cōf. 340. in princ. Steph. Bertran. consilio. 211. numero. 6. lib. 4. Gozadi. consil. 51. post prin. Tiraquel. citās concord. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 15. in princ. Peti. Nün. reponso. 14. numero. 2. verif. prima est, consequitur ergo necessario requiri hanc solemnitatem legis nostræ & sequentis in testamentis seruari. [ Præterea verbū hoc debet, importat formā, vt in casu simili asseruit Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 36. num. 29. in specie eius cōsuetudinis in verbo, & acceste fin sera tenu, id est, & adhuc finem tenebitur, & c. Sed forma à lege vel statuto data, in dubio præsumitur substantialis secundum Bald. in. l. comparationes. 3. opp. in fi. C. de fid. instr. qua non seruata corrumpit actus, Bald. in. l. humanum. col. 2. C. de legi. Ange. conf. 89. Pet. de Ancarra, consil. 35. col. 1. Forma enim legis vel statuti est de eius substantia, sicut forma cuiusque rei est de substantia ipsius, prout & fit in quibuscunq; actibus hominum, quia est de substantia ipsorum actuum. Est quippe forma ordinata series rem ad substantiam deducens, secundum Bald. in cap. 1. de no. form. fidei. Alcia. lib. 5. Paradoxorum cap. 16. in princ. eamque aliter diffinit Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 35. gloss. 2. numero. 26. quæ si in ali-

quo actu requiritur, & non interueniat, in causa est, vt is actus ipso iure deficiat. l. qui Rom. §. Flauius. ff. de verbo. obliga. Alcia. vbi supra col. 1. in fi. Alias forma diffinitiones tradit Tiraq. lib. 1. de retra. §. 36. glo. 3. num. 26. [ Quæ vsque adeo vera sunt, vt non sit factis formam per æquipolens adimpleri, gloss. in Clem. 1. in verbo tertio de vita & hon. cleri. cū concord. per Alexand. traditis in l. 1. ff. de libe. & posth. per Marfi. consilio. 27. lib. 1. & in specie notat Bald. Ange. Imol. Paul. Cast. & recentiores in d. l. 1. ff. de libe. & posth. vbi afferunt concordant. Ita quidem vt eius omisio in qualibet vel minima parte, actum vitiet, secundum Anto. & Panormita. in cap. Pisanis de restitu. spolia, cum concordant. per Felin. adductis in cap. cum dilecta num. 10. de rescrip. & Phil. Deci. in cap. prudentiam. 4. notab. de offi. de lega. Guill. Benedi. in repe. cap. Raynuntius in verbo in eodem testamento relinquens. 1. de testam. cum multis concordant. per Tiraq. additis lib. 2. de retra. §. 4. gloss. 6. num. 31. & in specie testamenti, de quo agimus, iure communi imperatorum, id probat Ferdinan. Mencha. de successio. creatio. §. 11. num. 17. & §. 9. numero. 11. & §. 14. numero. 90. & seq. & §. 4. nu. 12. & sequen. dicam latius infra hoc libro titulo. 11. de empt. & vendi. & retra. l. 7. glo. 11. num. 5. Et hæc omisio formæ etiam rusticos, mulieres, minores, milites, & si qui tales sint, non excusat, vt probatur. in l. vltim. C. de testam. iuncta gloss. & in l. ambiguitates eod. tit. Bal. Salice. & alij in l. iuris ignorantia. C. qui admi. cum concordant. ibi per Alex. traditis, & per Tiraquel. lib. 2. de retra. §. 4. gloss. 7. numero. 15. qui reddit rationem num. 16. [ Est item forma indiuidua. l. hæredes palam. §. vltim. l. si is qui & ibi Bald. 1. notab. ff. de testam. cum similibus. Diuisio enim formam corrumpit, vt dixit Bald. in l. si seruus circa mediū in additione. ff. si quis cautio. & in l. Pedius post princ. in additio. ff. de arbi. vbi asseruit formam esse de genere indiuisibilem: quo fit vt quælibet mutatio formæ totam vitiet dispositionem seu actum, secundum Iacob. Butri. in l. certiconditio. 6. quoniam & ibi quoque Alber. ad fi. ff. si. cert. peta. quin & omnis solemnitas est indiuisibilis secundum Bald. in l. si veritas. 2. notab. C. de fideicom. & Alex. in l. is qui quadringenta. ff. ad l. Falci. Deci. conf. 532. column. 1. Tiraq. lib. 1. de retra. §. 1. gloss. 21. numero. 12. & de legib. connubia. gloss. 6. num. 4. vbi, quæ sunt de forma vel substantia, debent inquit, esse contemporanea, & simul explicari, vt in l. causa. §. si prætor ff. de transf. [ Sed, vt hæc melius percipiuntur, non grauabor referre verba Angel. consi. 36. [ Quædam inquit, solemnitas requiruntur ad actus essentiam, & hæc solemnitas substantiæ appellantur, quoniam his deficientibus actus non deducitur in suam essentiam, nec ei congruit, nec conuenit diffinitio eidem attributa. Vnde emptioni nomen non conuenit, nisi ex vna parte precium, ex alia species vendibilis interueniat. §. precium insti. de emp. & vendi. Quædam solemnitas requiruntur ad formam, & hæc appellantur, solemnitates formales, quia eis deficientibus deficit etiam forma, quod habet se per modum ab extra, non autem deficit intrinsecum & materiale: exempla multa patet, modica referam, vnum in transactione & stipula

tionibus. ff. de verbo. obliga. l. 1. ff. de transf. l. cū hi. §. si prætor, aliud in contractu minorū, vt. C. de admi. tuto. l. lex quæ tutores, & de prædi. mino. l. si prædiū, & ff. de reb. eo. l. magis puto. §. non passim, aliud in veditioe propter tributa & debita fiscalia. C. si propt. publ. pens. l. si deferta, aliud in veditioe prædiorum curialium. C. de prædi. curia. l. 1. lib. 12. aliud in sententijs. C. de senten. l. prolatam, aliud in testamentis, de quibus est noster sermo, vt in l. hac consultissima. C. qui testa. face. post. ff. de testam. l. hæredes palam: aliud in rescriptis. C. de præci. impera. offeren. l. si. de rescrip. cap. 1. lib. 6. aliud in gratijs & beneficijs, de præben. cap. quamuis, cap. si eo tempore de rescrip. lib. 6. hæc autem solemnitates formales actus tempore requiruntur, vt decreti & autoritatis interpositio, vt ff. de autho. tuto. l. obligari, §. tutor, insti. eod. titul. §. pen. aut ante actum, vt in iussu paterno aut domini co, qui requiruntur ad additionem hæreditatis filio vel seruo delatæ. ff. de acq. hære. l. si quis mihi bona. §. iustum. C. de hæred. insti. l. cum proponas, insti. eod. titulo. §. pen. Cæterum post actum nullam imaginor posse appellari solemnitatem formalem, quoniam post actum formatum interuenit, si quæ ergo post actum requiruntur, illa appellatur solēnitas effectualis, quoniam robur actui iam formato, & in esse productio tribuit. Exemplum patet in donatione quæ insinuationem requirit, nam & ante illam donatio est, sed in firma, quia si non fiat non fortitur effectum, imo viribus vacuatur, vt in l. fancimus, §. sin autem. C. de dona. ibi, sed hoc pro nō scripto vel intellecto esse creditur, sicut dicimus in testamento vsurarij manifesti, quia nisi cautio idonea præstetur, est ipso iure irritum & inane, vt in c. quanquam de vsur. lib. 6. tenet tamen à principio testamētum & donatio. Sed an irreuocabiliter & cū effectu? Hoc ex futuro pēdet eūtu, quia si præstetur cautio, erit inexpugnabile testamētum, si aliud canonicum nō obstat, similiter & donatio, si insinuatio fiat modo debito, & coram iudice competenti, idem dicimus in actis similiter non reductis in modum, vt in l. gesta. ff. de re iudi. hæctenus

11 Angel. [ Ex superius traditis constat testium numerum, & alias solemnitates testamentorum per legem istam & sequentem requisitas, esse formaliter substantiales, & earum omisiones etiam in minima parte vitiant proculdubio testamēta, contra nouā, & iniustatā Ferdi. Vaz. Mencha. opinionem, quā ipse nobis, vt nouam tradidit lib. 3. de success. creatio. §. 30. per totum: non enim video rationē discriminis inter ius ciuile & regium, nec aliam differentiam præterquam in numero testium, & licet verum sit quod requisita ad probationem tantum, si omittantur, nō vitiant dispositionem, si aliter de re illa cōstare possit, vt ex cōmuni opinione resoluunt Alex. & Iaso. in l. 1. ff. de libe. & posth. per l. 1. §. vlt. ff. de dote prælega. & l. certum. ff. si cert. pet. cum concordant. per Mencha. & l. certum. ff. 3. de success. creatio. §. 30. nu. 5. non tamen verum est solemnitatem testamentorum iure regio ad probationem tantum non ad formam desiderari. [ Nam iure communi idem esse, quod numerus testium sit solemnitas substantialis, & non probatoria dumtaxat, tenent docto. communiter teste Alberto Bruno in tractatu

statū quoduplex sit forma fol. 3. colū. 2. cuius author est Accursius in §. testes in verbo nec impubes ad fi. insti. de testam. & post cum Bart. in l. nemo potest in prin. ff. de lega. 1. quem ibi sequuntur, eius opinionem communiem dicentes, Iaso. l. lectura num. 17. & 2. de testam. nu. 21. & Ripa. nu. 27. Crotus nu. 11. Hæribal num. 144. Alexand. in l. 1. col. 2. & ibi Iaso. nu. 17. ff. de condi. indeb. Deci. in l. 2. C. de bon. poss. secūd. tabu. nu. 5. & 6. & Iaso. ibi numero. 10. Bal. & domi. Ant. de Pa. dila. in l. cum quis num. 11. C. de iur. & facti igno. Tel. lus Fernandez in l. 3. Tauri nu. 21. & sequentibus, & ibi Marcus Sokon Burgenfis, num. 444. hanc dicit cōmuniem, Alcia. hanc attestatus communem lib. paradoxorum. §. cap. 16. prope fi. & cap. 17. in prin. Couar. in c. cum esles num. 8. C. de testam. Pro hac communi sententia citari solet tex. in l. si quis legatum. 2. res. pōso. ff. de falsi. & in l. si vnus, ibi, iure deficit testamētum & l. dictantibus vers. si. ibi, testibus ad efficiendam voluntatem adhibitis, & in l. hac consultissima in fi. prin. ibi pro infirmito haberi conuenit. C. de testam. & in §. ex eo autem insti. quib. mod. testam. in firm. Alias huius sententiæ rationes cōgregat Ripa. in d. l. nemo potest nu. 27. & seq. ff. de leg. 1. & Ferd. Vazquez Mencha. lib. 1. de success. creatio. §. 2. nu. 2. & Tellus Fernandez in d. l. 3. Tauri. 2. part. nu. 21. vsque in finem, & hæc est verior & receptior opinio, licet cōtrarium voluerit idem Bar. in l. cum quis. C. de iur. & fa. igno. nu. 11. & in l. 1. num. 10. vers. & per hoc apparet ff. de condi. indeb. Bald. in l. 1. nu. 54. C. de sacro. eccl. & Ferd. Vazquez hanc dicens veriorcm, & æquiorē d. §. 2. nu. 2. per rationes per eū ibi traditas post Ripā in d. l. nemo potest nu. 29. & seq. ff. de lega. 1. Huius etiā opinionis fuit, Alcia. lib. paradoxorum. §. c. 17. Ad dit tamen quod si legitimus numerus non adfuerit testium, testamētū deficit, nō ex eo quod probari nō possit, sed quia mutata testatoris voluntatē lex firmiter præsumit: nā cum quilibet nosse leges præsumatur, quæ hoc disponūt, vt septem testes adsint, si quis sex tantum adhibuerit, videtur elusoriū actum cōficere voluisse, vt ex plurib. probat ipse Alcia. d. c. 17. & in l. nemo potest. ff. de lega. 1. num. 23. vbi tenet, quod qui solemnitas non seruat in testamento, videtur illusoriū actū facere voluisse. l. an inutilis. ff. de acceptila. Paul. Paris. conf. 19. lib. 2. nu. 61. [ Ego autem ex rationibus Alciati & Ferd. Mencha. ipsorū improbo opiniones, & constanter assero, testium numerum in testamento nūcupatio, tam iure communi imperatorū quam regio requisitum esse vtroque iure formam & solemnitatem substantialem testamēti, simul & probatoriā, atque ideo aliqua etiam minima eius solēnitatis parte deficiente, totum vitari testamētū, non solū propter defectū solēnitatis, sed etiā propter defectū cōsensu. Propter defectū solēnitatis, quia solēnitas est indiuidua. l. si vnus & ibi latissimē Ias. C. de testa. cū pluribus cōcordatijs per Ferd. Vaz. traditis lib. 1. de success. creatio. §. 2. nu. 4. in fi. & §. 3. nu. 4. & §. 4. nu. 18. & seq. cū his que diximus supra nu. 9. Propter defectū cōsensu: quia vbi cūq; actus peccat in forma, agēs dicitur potius delirare, & actū frustratoriū facere, vt in l. nō solū ff. de actio. & oblig. cū sic ait quorū proculdubio in huiusmodi actu talis cogitatio est, vt nihil agi æsumetur

apposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem Ex quo id expendunt Paul. Cast. & Ripa. in l. 1. §. si quis ita nu. 29. ff. de verbo. oblig. & prout Alcia. dixit in loco numero præcedenti in fi. citato, qui solemnitas non seruat in testamento, videtur illusoriū actū voluisse facere, vt in d. l. an inutilis in prin. ff. de acceptila. cuius verba sunt. *Dicit aliquis potest, ergo non esse consensus? Respondeo cū non possit fingamus eum qui accepto se ferbat scientem, nullius esse momenti acceptilationem, sic accepto, tulisse, quis dubitat non inesse pactus, cum consensus pascier. di non habuerit.* Ecce ibi consensus præsumitur abesse, vbi solemnitas acceptilationis non seruantur. Ex quo eam decisionem extendere possumus, ad testamēta & omnes actus, quorum forma inducta est à iure ciuili, prout est acceptilatio, de qua agit d. l. an inutilis, [ Sed testamētum, quoad sui formam esse à iure ciuili inuentum, asseruat omnes iuris ciuilibus profectores, Bart. in l. interdū nu. 7. ff. de condi. indeb. Rom. Fulgo. Corne. nu. 6 & Ias. nu. 6. in l. si testamētum. C. de testam. hanc dicentes cōmunē, Ias. in l. si post diuisionem nu. 11. C. de iur. & fa. igno. Paul. Paris. in conf. 1. num. 49. lib. 2. & conf. 46. nu. 32. lib. 3. cum pluribus concord. per Ferd. Vazq. traditis lib. 1. de success. creatio. §. 1. nu. 1. vers. 3. fuit opinio, Couar. lib. 3. resolutio. c. 6. nu. 7. Ex quo formam testamenti posse eadem lege ciuili & iure regio mutari constat, vt resolutio idē Ferd. Vaz. d. §. 1. nu. 1. vers. vnde. Si igitur ius ciuile dicitur formam conficiendi, forma non seruatā nimirū si testamētū corrumpat, etiā si substantia & materia maneat informis, hoc est, consensus & voluntas testatis, quæ verè substantia est, sine qua formari vel fieri non potest testamētum. Quemadmodū si figulus aut vascularius formare velit testam, aut vas aliquod, sine creta aut argilla, aut sine argento, prius siquidem debet inquiri materia vel substantia, vt ex ea aliquid formetur, forma enim non potest esse sine materia, quia ex nihilo nihil fit secundū Philosoph. l. sed si manente. ff. de preca, nec materia ita tibi vsui esse poterit, ac res ex materia formata: quomodo obscuro cū masa argētea aquā hauries, nisi vas ex ea conficiatur, in quo aqua detineatur, vt inde eā haurire & bibere possis? forma igitur accedere debet substantia vel materie. [ Cōsensu seu voluntas testatoris est, vt diximus, loco substantiæ vel materie, sine qua quis dubitat fieri non posse, nec formari testamētū: Sufficit tamen si expressa sit, vel tacite subintelligatur, quo fit, vt testamētū quod omnē solēnitatē omnēq; formā exactissimē habuit, nil habeat roboris, si aliud præcedat habēs clausulam derogatoriā, quia præsumit lex in posteriori testamēto defuisse testantis voluntatē, & sic eius substantiam, vt in l. si quis in prin. testamēti cū ibi latē traditis per Bar. & moder. ff. de lega. 3. Bar. A lex. Imol. Ias. Zasius Pau. Rom. Aret. & alij in l. si mihi & tibi. §. in legatis ff. de lega. 1. Sic & in cōtractibus consensus cōtrahentium pro substantia accipitur, nō solum in emptione & venditione, & locatione, & cæteris cōtractibus qui cōsensu celebrantur, vt in l. cōsensu. ff. de actio. & oblig. & insti. de obliga. quæ ex consensu, per totū, verū etiam in ceteris cōtractibus qui re, verbis, vel literis celebrantur, vt in l. obligationū substantia. ff. de actio. l. 4. & oblig.

8

9

10

14

15

13

12



& oblig. l. an inutilis. ff. de acceptila. in quibus consensu contractu est substantia contractu. Quod si consensu accedat forma & solemnitas verborum, dicimus formatam esse obligationem verborum, id est, stipulationem. l. 1. in prin. & §. si quis ita. ff. de verb. obliga. in qua consensus non proderit sine verbis, nec verba sine consensu, vt ibi, & in l. consensu. ff. de acti. & oblig. & in prin. in l. de litera. oblig. & l. obligationum substantia in fi. ff. de acti. & oblig. Quod si accesserit res corpora, quale est in mutuo, re contra facta intelligitur obligatio, quod absque consensu minime sufficeret, vt in l. qui. in od. re contra. obliga. Sic & in testamento consensus seu testandi voluntas, est substantia. l. in conditionibus. ff. de cod. & demonstra. de et. in. l. nemo pot. ff. de lega. 1. forma autem est, quae a iure requiruntur in confectioe testamenti, nempe, numerus testium, & quod sint masculi non foeminae, puberes, non impubes, ingenui, non serui, quod non sint haeredes scripti in eodem testamento, vel filij, vel parentes haeredum, quod adsint toto tempore, quo testamtu conficitur, quodque vno contextu fiat, quorum aliquod si deficiat, deficiet quoque testamentum tanquam forma deficiente, quae dat esse rei. l. Iulianus. §. sed si quis. ff. ad exhiben. vbi mutata forma, prope interimi substantiam rei Marcellus scripsit, & licet cu his testibus testamentum probetur, non ideo dicitur solemnitas probatoria dumtaxat, sed forma potius testamenti, ex qua consensus & sic substantia colligitur, non enim videtur velle testamentu facere, qui forma eius non seruat, sed actum frustratoriu. vt in d. l. an inutilis. ff. de acceptila. cu concord. supra traditis nu. 12. & 13. [Praeterea si vas anatum facere praecipias vasulario, ipse autem sine ansis faciat: forma quidem substantialis vasis deficiat, quare nihil egisse videtur vasularius, & ad aliud referendum tenetur, quia non seruauit formam a te per scriptam, vel si malueris reddita tibi masa argentea, si non teneberis soluere precium conuentum. l. 2. §. si iun. et. l. si merces. §. si cond. etor. ff. loca. Sic & in specie nostra lex tibi concedit facultate testadi nuncupatiue coram septem testibus, vel iure regio, coram tribus tantum & tabellione, & quinque sine tabellione, vt in hac lege, si testauerit aliquis coram minori numero testiu, nihil pro facto agere videbitur, quia lex ei permisit facere testamentum de bonis disponendo post morte, quando bona non erat sua, vt ex pluribus probat Ferd. Vazq. de success. creatioe. §. 2. in prin. & alij supra relati gl. 1. in fine. Quare cautiorem firmitatem serua re praecipit, quam in alijs actibus, & cum hac qualitate dedit cuiilibet, potestatem testandi, qua non seruata defecit testatori potestas testandi, & voluntas, prout dixi num. praecedenti. Sed omnis actus consistit in potestate & voluntate, vt in c. cum super de offi. delega. & l. nemo potest. ff. de lega. 1. & autoritate Boetij asseruit Bal. in repe. l. 1. nu. 55. C. de sacros. eccles. At hic non solum deficiat potestas testandi, verum etiam voluntas, quare nimirum si forma & substantia deficiente actus corruat, de quo latius in glo. 10. [Conuincitur etiam, solennitatem testium non solum esse probatoria, verum etiam pro forma substantiali requisita, ex diffinitione testameti ab Vlpiano tradita in l. 1. ff. de testam. de qua nos quoque late egimus supra co. glo. 1. Ex qua diffinitione est

sentia rei ostenditur, vt in l. 1. §. dolo. ff. de dolo. Dicit enim Vlpianus, testamentu est iusta declaratio voluntatis, hoc est, solennis & perfecta, vt ibi exposuimus, si ergo deficiat testium sollemnitas, non erit iusta declaratio: & per consequens dici non poterit testamentum, quauis continet haeredis institutionem, quae iure communi forma erat substantialis. l. 1. §. vlt. ff. de vulga. l. 1. ff. de haer. ed. Insti. §. ante haeredis insti. de lega. l. proxima. ff. de his que in testa. delent. Quauis hodie huc regio hec non sit forma, vt in hac lege deciditur, quae solum exigitur solennis declaratio voluntatis. Forma etiam testameti est, quae fiat vno contextu, nec diuertatur testator ad extraneos actus. l. haeredes palam. §. vlt. ff. de testam. l. si vnus. & l. hac consultissima. C. cod. l. 3. tit. 1. par. 6. Ant. Gom. in l. 3. Tauri. nu. 49. & 50. Ferd. Vaz. d. §. 2. nu. 3. Quod si haec omnia concurrant, testium verò sollemnitas deficiat, nihil agitur, ex communi & receptiori sententia doctoru supra nu. 12. citatorum: licet enim ad falsitates vitandas, sit haec testiu sollemnitas adiuuentia [vt in l. iuuemus & l. vlt. C. de testam. & in l. vlti. C. de fideico. & in §. vlt. insti. de fidei. haer. ed. gl. in c. que in ecclesiaru de costi. communiter recepta secundum Deci: in c. 1. co. tit. nu. 8. post Panor. & Fel. ibi, Ias. etiam dicit communem in l. nemo potest. 2. lectioe nu. 105. ff. de leg. 1. Ferd. Vaz. de success. creatioe. §. 2. nu. 7. & ob id dicitur sollemnitas probatoria non tam ex eo definit esse forma substantialis, vt ex superius traditis probauimus. [Quin etiam iure regio pro forma exigitur testes, vt supra nu. 6. & 7. latius probauimus, & vltra ibi dicta, appedo verba legis nostrae, ibi, tres testigos alomenos. Hoc est, tres testes ad minus requiruntur, quasi dicat testes tres omnino seu omnimodo exiguntur, & non minus, sed dictio haec omnino seu omnimodo, est precisa secundum gl. in l. si cu exceptione. §. sed et si quis in verbo omnimodo, & rursus in §. quatenus eodem verbo, & ibi Bar. ff. quod met. causa, & in l. vbi autem. §. si. ff. de verbo. obliga. vbi est bonus tex. cu concord. a Tirac. cogestis in relecti. l. si vnquam in verbo reuertatur nu. 73. C. de reuo. dona. vbi etiam probat dictioe hanc cessari de cetero in irritate tacite continere, & tollere facultate dispensandi secundum Ant. & Imol. in Clem. 1. super gl. in verbo nullatenus de sequestra. posi. & fruct. Ang. in repe. l. si insula nu. 13. & ibi Alex. nu. 14. ff. de verb. oblig. Barb. col. 64. lib. 4. col. 4. versi. id edicimus. [Praeterea lex Tauri statum sequens continet clausulam expressam decreti irritantis, cum sic ait, *Los quales dichos testamentos y codicillos sino tuuierē la dicha solemnidad, nādamos q no ha gā see ni prueba en juzgō ni suera de l.* Sed vbi que est clausula decreti irritatis, ibi est data forma ex sententia Bal. in l. 1. ff. de li. & posth. cui subscribit Ang. & Imol. ibidem Pet. de Ancar. in reg. ca. que. 12. col. versi. hoc verbum nisi constitutio. de regu. iu. in. 6. & in rep. c. 1. cartha. 13. ibi, quare statuto cauetur quod notarij, extra de constitu. Fel. in c. cu dilecta de rescrip. nu. 6. versi. quintum signu Soci. conf. 45. nu. 5. lib. 1. Deci. conf. 466. nu. 3. Moderni in l. 1. par. 1. quae contra. C. de pact. Ferd. Mencha. dices comunem de success. creat. §. 7. nu. 18. Lud. Gomez. in regula de idiomate. q. 8. Staphile. de literis gratie in preludio. nu. 15. cu concord. per Pet. Nub. traditis respō. 14. nu. 2. ad finem. Nec me mouet quod Ferd. Mencha. expedit ex lege Tauri seq. li. 3. de success. creatioe.

30. nu. 5. du autem no hagan se ni prueba, quasi verba haec innuere videatur testiu numeru non desiderari nisi ad probationem diraxat testameti, atque ideo si ommitatur non vitari dispositione, vt ex communi resolutione attestatur Alex. & Iaso. in l. 1. ff. de lib. & posth. nam his verbis non excluditur nec impeditur, quin testiu solennitas sit formalis & substantialis, & probatoria si mul, vt ex alijs eius & nostrae legis verbis insinuauimus: imo ea verba no hagan se ni prueba, non solum ad probatione instrumenti referenda sunt, sed ad substantia etiam & forma testameti, & codicilloru, vt sint nulla & nullius momenti si solennia defecerint. Nam ad probationem duo testes sufficerent, vt constat ex l. vbi numerus. ff. de testib. & Math. 18. quare si plures desiderantur, hoc non ad probatione, sed ad solennitate & forma referendu est, & hanc opinionem tenet Ioa. Lupi in l. 3. Tauri. nu. 64. Cifontanus. nu. 14. Did. Castelli in verbo no haga see in prin. & Anto. Go. nu. 123. versi. quinto facit, Gomez Arias ibidem num. 48. & 54. & seq. licet ipse eam appellet legem prima, que tamē tertia est, & ibidem Marc. Soló. Burgen. nu. 444. & latius nu. 1368. ibiq; Ferd. Talabe. nu. 34. & Pau. Pari. in specie con. 61. nu. 13. & seq. lib. 3. & Deci. conf. 612. nu. 2. Couar. in c. cu esles nu. 8. de testam. & haec est comunis sententia nostratum, & probatur expressim in l. 13. infra hoc eodem titulo, vbi madatu commissario concessum ad testadu, debet ea testiu habere solennitatem, quam & testamentu, alias non valet madatu, nec fidem aliqua facit: ecce ibi tex. expressum clausulam ponentem decreti irritatis, qua in specie certu est forma induci substantialem, vt diximus. [Qua ommissa in quacunque etiam minima parte testamentum & quilibet alius actus corrumpit vt supra nu. 8. & 9. probauimus: & in dubio omnis forma a iure tradita censetur esse substantialis, vt docet Bal. singulariter in l. comparatione. 3. oppos. C. de fide instru. Deci. col. 466. nu. 13. Bal. conf. 11. in fi. li. 1. & conf. 324. li. 2. Deci. col. 603. nu. 10. & col. 11. nu. 16. & Ferd. Mench. de success. creatione. §. 4. num. 27. & est generale, vt actus factus forma non seruata sit nullus vt in l. Iulianus. §. 1. ff. ad exhib. l. si. ff. de duor. l. cum hi. §. si praetor. ff. de transf. & tum potissimum quando lex actu annullat, si secus fiat, vt in l. 1. §. cu qui ff. de costi. pecu. l. 1. in prin. & §. si quis ita, vbi id obseruat doct. oes. ff. de verb. oblig. l. no dubiu. C. de legi. l. vlti. de iu. codi. l. testadi. & l. si vnus. & l. hac consultissima §. no subscriptu & §. ex imperfecto. C. de testa. l. iubeamus co. tit. l. nemo pot. ff. delega. 1. Idem in contractibus vt in d. §. siquis ita & d. §. eum qui, & in alia quacunque dispositione, que procedat, vel prohibedo, vel precipiendo vel ordinado, imperando, seu disponedo, vt in d. §. eum qui cu cocor. per Ferd. Vaz. traditis de success. creatioe. §. 4. nu. 1. versi. 3. intelligitur. Nec valebit talis dispositio in vim eius dispositionis, que principaliter agitur, nec in vim alterius cuiuscunque. l. 1. ff. de iu. codi. l. si. illud. C. de codici. l. si vnus. C. de testa. secundum communem earum legum intellectum, que tenent Bar. Alberi. Imol. Cum. Paul. Areti. Alex. Soci. Iaso. Ripa. Alcia. nu. 17. & alij in d. l. 1. §. siquis ita. ff. de verbo. oblig. Nec oberunt verba legis nostrae in fine Emandamos que bala el testamento que fuere hecho con buenos testimonios. Quia haec verba no sunt tras

cripta in hoc libro, atque ideo ex eis non possumus arguere. Et quia licet transcripta essent, per ea non fuit visus legislator se incontinenti corrigere, quod ad ea legata. ff. de cond. & demonstra. vbi glo. notat, & docto. Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. Alex. col. 28. in fi. lib. 4. Deci. col. 283. etiam verba aliqua improprie tur secundum Lud. Rom. conf. 104. li. 1. Ex quibus habes, testamentu, in quo defunt testes a lege adstra & seq. requisiti, nullum esse, non solum ex defectu solennitatis & formae, verum etiam ex defectu consensus & voluntatis, presumitur enim qui forma non seruat, caruisse voluntate agendi. l. an inutilis. ff. de acceptila, vt probauimus supra nu. 13. & 15. quin etiam ex defectu potestatis, vt nu. 16. vidimus: Quare suspectu mihi valde redditur, quod contra comunem receptaque nostratu sententia temere ausus fuit affirmare Ferd. Vaz. lib. 3. de successio. creatioe. §. 30. per totu, vbi leui admodum nixus fundamento, asseruit solennitatem testamentorum iure regio informem esse, & ad probationem tantum pertinere, non ad forma, atque ideo eius omissionem non efficere, quo minus voluntas testantis aliter probata, ad vnguem obseruetur. Nam vt doctores non solum est sollemnitas probatoria, sed & formalis etiam & substantialis, ex quo omnia corollaria ab eo tradita falsa esse insinuabimus in glo. 10. Non tamen diffiteor clausula codicillari, vel iuramento, quod vim eius clausula obtinet, apposito in testamento, sustineri iure regio quomodo melius valere possit, quem admodu iure communi Imperatorum sustinebatur, vt late traditur per Anto. Gom. in d. l. 3. Tauri nu. 63. & pluribus seq. & Ferd. Vaz. li. 2. de successio. creatioe. §. 12. nu. 69. dicam in gloss. sequentis.

G L O S S. V.

- 1 Testes testamenti nuncupatiui quare vicini esse debeant eius loci vbi testamentum fit.
- Testium numerus vbi minuitur, equu est addi testibus qualitatem, qua eis magis credatur, ibi.
- 2 Testis vicinus qui dicatur in casu legis nostrae?
- 3 Vicinus an dici possit qui in loco habitat, licet maiori parte anni non habitet?
- Habitator dicitur, qui maiori parte anni in loco commoratur, ibidem.
- Ciuis quis esse potest, licet in ciuitate non habitet, ibidem.
- 4 Correcor seu praeses ciuitatis an possit esse testis in testamento? & an loco ciuis habeatur?
- Habitatio seu conuersatio mul. um operatur in casu legis nostrae, ibidem.
- Testis in testamento nuncupatiuo an possit esse clericus parochus iuxta ius nostrum regium, ibi.
- 5 Testis in testamento nuncupatiuo an possit esse monachus in loco vbi fit testamentum habitans & miles & doctor, ibidem commorantes & stipendiu habentes?
- Ciuis loco an habeatur doctor, miles, & monachus? ibidem.
- 6 Testes testamenti nuncupatiui an sufficiat esse incolae vel non forenses?

16

27

80



- 7. Incola quis dicatur, an qui decennio in loco aliquo habitat; an qui ibi ea mente ad habitandum venit, ut ibi sit perpetuo mansurus? & quomodo id cognoscatur: ibidem.
- 8. Civis quis dicatur vel pro ciue habeatur? ibidem.
- 9. Testis testamenti nuncupatiui, an possit esse iure regio mercator vel scholasticus vel advocatus, vel alius qui assidue in loco ubi sit testamentum conuersetur, & sit in eo notus, ibidem.
- 10. Dominus populi an pro ciue habeatur quo ad pascua? remissiuè ibidem.
- 11. Famulus an possit esse testis in testamento iure nostro regio? Servus an sit de plebe, ibidem.
- 12. Testis testamenti an possit esse famulus iure nostro regio, ibidem.
- 13. Famulus an possit esse civis & an contribuere teneatur, ibidem.
- 14. Miles huius regni soldado appellatus an possit esse testis testamenti nuncupatiui?
- 15. Testes in testamento nuncupatiuo iure nostro regio, an esse possint milites huius regni & ruri habitantes, qui Chacareros nostro idiomate dicuntur? ibi.
- 16. Incola an dici possit qui ruri habitat, ibidem.
- 17. Qualitas vicinitatis testium testamentorum, a iure nostro requisita, an sit probanda & a quo? & nu. seq.
- 18. Civis an presumatur quis eius civitatis, ubi inuenitur, ibidem.
- 19. Qualitas a lege vel statuto prolata seu requisita in teste probanda est, licet presumpcio sit pro ea ex receptiori sententia.
- 20. Testes vicini in testamento nuncupatiuo iure nostro pro forma requiruntur.
- 21. Qualitas testium ab statuto requisita est probanda secus si a lege requiratur, sed hoc reprehenditur.
- 22. Qualitas testium quando est probanda etsi presumpcio sit pro testibus, ibidem.
- 23. Qualitas vicinitatis probari debet adesse tempore testamenti.
- 24. Tabellionis assertioni dicentis testes esse vicinos, an stetur? Testes esse vicinos aut rogatos, an credatur Tabellioni id assertenti? ibidem.
- 25. Tabellioni assertenti interuenisse solemnitate intrinsecam creditur, ibidem.
- 26. Testes quod sint liberi vel vicini sufficit si tempore confessionis testamenti pro talibus habeantur, licet non sint.

27. Vicinos dellugar, donde el testamento se hiziere. Loco numeri testium, qui per legem istam minuitur, ut dixi supra in glo. 3. qualitas testibus per eandem legem addita subrogatur: nempe, ut testes qui testamento adhibentur, sint vicini, seu incolæ eius loci ubi testamen-

tum sit, quibus magis creditur, quam exteris, vt in l. 1. §. 1. ff. de summi. ex qua id expedit Mat. Affli. in. c. 1. §. 1. tres nu. 3. de pace tenē. cōueniēs quidē fuit, leges quib? testiu numerus minuitur, eos exigere testes qui fide digniores sint quibusq; meli? factū probari possit, vt pluribus probat rationibus Deci. cōf. 105. col. 2. & Gre. Lu. in. l. 1. ti. 1. par. 6. in verbo ante fietē testigos, Marc. Solō Bur. in. l. 3. Tau. nu. 354. & 355. Is autē dicitur vicinus in casu legis nostræ, qui loci ubi sit testamētū cuius fuerit seu incola, nec sufficere esse originariū, nisi ibi cū alijs vicinis seu ciuibus cōmorauerit, vel pro ciue seu vicino receptus fuerit, & onera ipsius populi subeat: & sit civis prout consuetudine vulgari assumitur, vt in l. cum delanionis. §. afinā. ff. de fund. inst. l. libro rū. §. quod tamē Calsius. ff. de leg. 3. & hoc pbare nititur Marcus Solō Bur. d. l. 3. Tau. nu. 367. & sequētib? [ Et sufficit testē esse vicinū, & illū vulgus pro tali habeat, vel à populo ad hoc sit receptus, etsi maiore parte anni ibi nō habitet [ quod requiritur vt habitator quis appellari possit, vt in l. cū delanionis. §. Sabinus ff. de fund. inst. ibi, maiori parte anni cōmorentur, & ibi ex eo notant Bar. & Alber. cum concor. à Soci no traditis in rub. extra de foro cōp. col. 3. ] Nā vicinus seu civis quis esse potest, etsi in ciuitate nō habitet. l. ciues. C. de incol. li. 10. l. 1. ff. ad municipa. Alex. cōf. 157. nu. 13. & 14. Affli. decif. 384. nu. 13. & 14. Feli. in. c. quoniā col. 1. de offi. ordin. Boe. deci. 260. nu. 10. Marc. Solō Burg. d. l. 3. Tau. nu. 383. & nu. 386. & pluribus sequen. Sed hoc admittit. d. nu. 386. in si. si vicinus in populo notus fuerit, etsi in eo nō habitet, leges autē quæ de habitatoribus loquuntur locū nō habēt in ciue, qui in oppido nō habitat vt ipse probat nu. 387. & sequenti: inferēs ad declarationē. l. 4. tit. 18. par. 3. de vsu motiū & pascuorū loquentis, ad quē recurrit, quia materia est practicabilis maximē in foro regio Pincia, & Granatensi. [ Sed aduertendū est quod in specie nostra habitatio seu cōuersatio multū est cōsiderāda, vt in auth. de questore in prin. Cassa. in cōfue. Burgū. rub. 13. §. 5. Mar. Sol. Bur. in. d. l. 3. Tau. nu. 397. vbi ex hoc resoluit corrector seu præsidē ciuitatis posse esse testem in testamento nuncupatiuo in eadē ciuitate factō, quia loco cuius habitat, & ibi habitat, & animū habitādū habet, donec ei? officiū durauerit, vt Paris à Puteo. pbat in suo de syndicato tractatu in verbo ciuilitas & Nicola. Boe. plures alios referēs in decif. 260. nu. 18. & 19. Sed & clericū parochū posse eadē ratione esse testem ibidē pbat nu. 398. & pluribus sequē. cū ille recētē dici possit civis. c. cū nullus de tēpo. ordi. li. 6. Fel. in. c. dilectus filius col. 2. de rescri. Boe. d. decif. 260. nu. 20. l. 5. in prin. ti. 2. par. 1. Cass. latē in cōfue. Bur. ru. 13. §. 5. col. 2. vbi latē tractat an possit vti pascuis aliorū ciuiū, & Pet. Nun. de Māda. exequē. c. 4. nu. 19. vers. q. facit & nu. 20. vers. & sicut vicini Couar. in rep. regulā posses for. 2. par. §. 4. col. vlt. vers. quibus addere de reg. iur. in 6. [ Subdit etiam Marcus Solon Burg. d. l. 3. Tauri nu. 45. posse eadem ratione monachū esse testē in oppido quo sit nuncupatiuū testamentum commorantem, auctore Bar. in. l. 1. nu. 12. & 13. ff. ad munici. Inno. & docto. in. c. ex ore de priuileg. Guill. Maineri. in. l. aliud §. refertur nu. 92. ff. de regu. iur. vide Burgen. sibi dicentem ex receptiori sententia nō exigī licētā superio-

ris hac in specie, nu. 408. Sed & num. seq. asserit militem & doctorem ad exercitium militie vel ad legendum in eodem loco cum stipendio, testes esse posse testamenti nuncupatiui in eo loco facti, quod asseuerat numero. 409. & 410. in his enim omnibus militat eadem ratio, quæ in vicinis, & provicinis habetur dū ibidem habitant, scire siquidem possunt melius quàm alij facta & voluntates testantium, & magis agnoscere possunt eorundem personas & substantiam, vt in c. quosdā de præsump. notāt Bal. & alij in. l. 1. ff. si cerpet. & ipsi magis noti sunt, quæ nimirum qualitates supplēt defectū numeri testium. [ Sed dubitari solet, an sufficiat testes testamenti nuncupatiui esse incolas seu habitantes in loco ubi sit testamentum, vt famuli aliorum, vel hoc in regno Peru milites, qui vulgari idiomate, soldados, communiter nuncupantur, vel qui ruri habitant, quos Chacareros, appellamus, an verò ciues dū taxat, qui Indorum obtinēt cōmendā, quos vulgus vicinos appellat? Crederē omnes qui nō sunt forenses admitti posse ad testimonium faciendum in testamento nuncupatiuo, quidquid refragari visus fuerit Marc. Solō. d. l. 3. Tau. nu. 397. vers. nā habitatio ipsa, nam de habitante in eo loco per decenniū nō est dubiū, quandoquidē hic dicitur incola & non forensis l. 2. & ibi glo. C. de incol. lib. 10. Bar. & doct. in. l. 1. & 2. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet: quinimo latē ciuis dicitur qui incolatū vel domiciliū habet in aliqua ciuitate, licet tāto tēpore ibi nō habitauerit, secūdū glo. sing. in. c. statutū. §. cū verò de rescrip. li. 6. in verbo eiisdē ciuitatis, & in verbo vnam dietā, in si. & ibi, Domi. de S. Gemi. per tex. in. l. ciues cum glo. ibi. C. de appella. vbi id notat Bal. & Pau. Cast. in l. in prouinciali. §. si in publico. ff. de no. op. nū. A ugu. post Ang. de Aret. in tracta. malef. in verbo de bononia nu. 5. [ Ceterum incola non solū dicitur is qui decennio in aliquo loco habitauit, sed & is qui cum aduena esset, in aliquam ciuitatē ea mēte ad habitandū venit, vt ibi perpetuū sit habiturus, summāque ibi rerum suarū habeat. l. pupillus. §. incola. ff. de verbo signi. vbi Alcia. ita explicat gl. 1. Subdit eam mentem ex varijs sumi coniecturis, veluti si veditis rebus suis, quas alibi possidebat, in aliam urbē cū familia demigravit, verisimile est sedem suam eo in loco constituturē velle, vt in l. prædia. §. 1. ff. de fundo inst. Ex protestatione quoque animus declaratur, vnde qui statim vbi habitare urbē cōpit, velle se in ea constituere domicilium affirmauerit, absque mora incolatū acquireret secundum Panor. in. c. fin. de paroch. Feli. & alios per eum citatos, qui de his coniecturis loquitur, in. c. dilectus. 2. de rescrip. num. 12. Vel si priuilegium impetrat, quo ius ciuilitatis obtinuit, vt respondit Deci. conf. 283. habetur enim hic pro ciue actiue & passiuē: maximē si in priuilegio dictū fuerit, in omnibus & per omnia, vt latissimē tradunt docto. in. l. 1. ff. de leg. 1. Ang. in. l. 2. §. si furiosus per illum tex. ff. de iure codi. Alex. Iaso. & ceteri in. l. si Rufinus. C. de testa. mili. vel si quis assidue conuersetur in loco aliquo, vt scholasticus vel mercator, vt latē resoluit Feli. in. capit. dilectus. 2. numero. 12. de rescrip. post Bar. & alios per eum ibi citatos, cum concordantijs per March. Solonem Burg. traditis in. d. l. 3. Tauri numero. 424. qui ta-

men non decidit quæstionem, subdit tamen aduocatum, qui non subit onera ciuiū, nec pro ciue est receptus, non posse testem esse in testamento nuncupatiuo, licet in loco ubi sit testamentum habitet, quod verum non credo, sed poterit iudicio meo esse testis, de quo tamen ipse Burgen. num. 429. valde dubitat. Et numero. seq. tractat latē de dominis populorū an pro ciuibus habeantur quoad pascua & alia commoda vicinorū, vsque ad numerum. 511. & qui dicatur ciues seu incola explicat latē Nicol. Boeri. decisione, 260. à nu. 9. vsque in finē. [ Sed & famulus quoque vicini, vicini loco erit, vt possit esse testis in testamento nuncupatiuo, si ibi habitet, vbi sit testamētū, quod suadere videtur tex. in. l. libertus in prin. ff. ad municipa. quem ad hoc ibi expendit Alberi. his verbis. [ Nota contra mercenarios seu scutiferos & famulos, quod non excusantur à collectis, nec alijs oneribus, ex eo quod dicant se morari cū dominis suis] ex quo cōstat famulos esse ciues seu oppidanos, quandoquidem ad onera ciuitatis sunt obnoxij, facit etiam. c. rogationes de cōsecra. distin. 3. ibi, plebs vniuersa conueniat, vbi notat gloss. seruū esse de populo, ergo à fortiori in famulo mercenario, qui liber est, hoc statui necesse erit, vt etiam sit de plebe, quod probat tex. in. l. plebs. ff. de verb. signi. Quis autē dicatur familiaris explicat optimē Ludo. Gomez in regula de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium. q. 13. per totū & infra tit. 5. l. 2. gloss. 3. & 7. hoc eodē lib. 5. Probat etiam ex his quæ nu. præcedenti diximus de assidua conuersatione. Sed Marcus Solon Burgen. in. d. l. 3. Tauri num. 411. hanc. q. examinat: & nu. 418. cōtrariā fulcit, & tadē nu. 420. cōcludit tūc famulū posse esse testem, si in eo concurrat quæ iure seu cōsuetudine necessaria sunt, vt sit loci vicinus, vel quia onera subit vicini, vel ad incolatū admittus est, secus si nō subeat onera ciuiū, vel ad incolatū nō fuerit admittus, quia tūc nō admittetur in testē testamēti nuncupatiui. Quidquid tñ Burgē. dixerit, crederē famulū testē testamēti esse posse iuxta ius nostrū regiū, si in loco ubi testamētū sit habitauerit, & not? fuerit à maiori parte parochia vbi degit, & potissimū si ibi habeat vxorē vel liberos, vel sit tabellio publicus, vel alia ex causa eius notitia habeatur. [ Miles etiam, hoc in regno, soldado, nostro idiomate appellatus, testis esse poterit testamēti nuncupatiui, quæadmodū & is qui cōmēdatarius est, qui vicinus cōmuniter appellatur: nā miles ibi domiciliū habere videtur, vbi inhæret, & si nihil in patria possideat: verba sunt iuriconsulti in. l. municeps. §. vlti. ff. ad municipa. cui conuenit regia lex. 32. tit. 2. par. 3. Bar. in. l. 1. nume. 2. ff. ad municipa. vbi hoc extendit ad clericum parochum Felin. latissimē in. capit. dilectus. 2. de rescrip. nu. 2. & seq. [ De his autē qui ruri habitant, qui Chacareros, hoc in regno, nostro appellatur idiomate, possit magis dubitari, propter decisionē Modestini in. l. scire oportet. ff. ad municipa. cuius verba sunt. [ Scire oportet quoniam qui in agro permanet incola esse non æstimatur, qui enim illius ciuitatis præcipuis non vitur, non æstimatur esse incola. ] Sed nihilominus crederem hos incolas dici posse hoc in regno, cum his vt plurimum in ciuitatibus sacramenta ministrēt, & pro incolis communiter

muniter reputentur, cumque noti sint in ciuitate, quæ admodum & ceteri qui ciuitates colunt, permanētē que & assidue in ciuitatibus conuersantes, cum ergo isti habeantur pro ciuibus gaudere nimirum debent priuilegijs ciuium, ex his que supra num. 7. ad finem diximus, quod late dislerit in alio proposito Ferdin. Vazquez li. 3. de successio. creatio. §. 30. nu. 296. & seq. [Restat inquirere an probanda sit hec qualitas vicinitatis, & cui incumbat onus eam probandi? & videtur nullam eius probationem exigi, quoniam quilibet ciuis esse presumitur eius ciuitatis vbi inuenitur, nisi alienigenam esse ex aduerso probetur, ex sententia Bart. in l. de iure numero. 2. ff. ad muni. per textum in l. in fi. eo. tit. vbi etiam Bar. idem voluit Angel in l. si cum exceptione. §. in hac numero penul. in fi. ff. quod met. cau. Felin. in capit. quoniam numero. 3. de offi. ordin. Angel. de Aretio & Augusti. de Arimi. in tractatu maleficiorum in verbo de Bononia num. 3. Bal. in l. vltim. in fi. C. si a non comp. iudi. Hyppo. Marfi. conf. 57. numero. 12. et seq. Bar. & alij in rubr. ff. soluto matrimonio. Alcia. 2. regula presump. presump. tio. 15. Ex quo Gregorius Lupi in l. 1. tit. 1. in verbo fiete testigos, par. 6. deducit necessariam non esse in nostra specie probationem vicinitatis seu incolatus: quia qualitas ista in dubio presumitur, idem voluit Ioan. a Ligna. & Fran. a Ramponi. & Barba. in capit. tertio loco de probatio. Franc. Curti. in tracta. de testi. conclus. 35. idem Curti. Senior conf. 55. numero. 9. Felin. in capit. cum Ioannes numero. 44. in fi. extra de fide instrum. doctissimus Couarruias in simili casu in cap. relatum. 1. de testamen. numero. 7. in specie eiusdem capit. [Sed nihilominus contraria sententia verior est, vt probanda sit hec qualitas vicinitatis ab eo qui testes producit pro testamento. Nam quoties a lege vel statuto aliquid profertur, cum aliqua qualitate, non solum quod profertur, est probandum, sed etiam qualitas vt notat Bar. in l. 1. §. ait prator. ff. ne quid in flumi. publi. per. l. prator. §. docere. ff. vi bono. rapt. cum concordantijs abunde a Tiraquel lo congestis libr. 1. de retractu. §. 8. gloss. 7. num. 1. & 2. & in testibus recepta est sententia non sufficere eorum probationem, nec esse legitimam, nisi qualitas eorum a lege requisita quoque probetur, ex sententia Angel. in l. 2. §. diem. ff. quemad. testamen. aperian. vbi dicit quod statutum Bononiense ad probationem mortis requirens tres testes bonæ opinionis de fama deponentes, requirere etiam ceteros testes quibus probetur bona opinio testium, qui de morte deponunt, cui subscripsit Deci. conf. 105. lib. 1. num. 4. versic. 2. potest responderi, Bal. & Corne. num. 9. in l. vlti. in prin. C. de iure delib. Alex. conf. 82. numero. 3. lib. 1. Imol. in l. 1. §. si quis neget numero. 10. ff. quem. testa. aperi. Ioan. Crot. in tracta. de testib. numero. 393. Marfil. singul. 187. & in l. si quis ne questio numero. 153. & 154. cum concord. ibi numero seq. traditis & rursus in practi. crimi §. quoniam num. 55. & seq. & nu. 52. & in rub. de proba. numer. 441. & seq. Cepol. conf. 58. ad fi. versic. postremo Deci. conf. 321. numero. 11. Bald. qui in specie loquitur in cōf. 198. col. 1. lib. 2. Soci. conf. 55. lib. 1. Soci. Junior conf. 6. num. 3. lib. 1. Ant. Rub. conf. 77. colu. vlti. hac opinionē sequitur Alci. eā attestatus cōmunē

regula. 3. presump. 2. presump. nu. 9. Couar. in c. relatū 1. nu. 6. de testam. Paul. Paris. conf. 24. nu. 15. lib. 3. Pet. Nun. Auend. responso. 14. nu. 4. Barba. conf. 54. libr. 3. Thom. Gram. conf. 35. hanc dicit cōmunē Marcus Solon Bur. in d. l. 3. Tauri nu. 521. & sequētibz Carreri, regi. in l. obseruare curabis. C. quor. app. nō recipi. nu. 165. et seq. A fl. in cōf. Sicilię li. 1. rub. 27. nu. 54. Felin. in rub. extra de proba. 2. col. cū ergo lex ista exigat expressim testes esse vicinos seu incolas loci vbi fit testamētū, & qualitas hec subrogetur loco pluriū testiū qui in testamento requirebātur, non valebit testamētum, nisi qualitas vicinitatis probetur, quod in specie asseuerat Pet. Nun. responso. 14. & Tellius Fernādez in l. 3. Tauri in 2. eius parte num. 15. & 16. dicens quod licet legi nostrę cum minori numero testiū satisfiat, intelligenda tamen est ita satisfieri si qualitates eius feruentur secundum Ancarra. conf. 241. nu. 6. in fi. nā quoties lex aliquid introducit de nouo, cū certis modificationibus, intelligitur introductū pro forma. citat Deci. conf. 612. num. 2. vbi Deci. asseuerat, quod vbi lex mutat solemnitate testamētorum, quod per eam introducitur, censetur esse forma substantialis. [Sed quod lex nostra requirat pro forma, testes testamēti nuncupatiui debere esse vicinos loci, vbi fit testamētum fatentur Did. Cast. in d. l. 3. Tauri in gloss. 2. paulo post prin. & ibidem Ioan. Lupi numero 6. & Anto. Gomez num. 47. & Telli. num. 15. & 16. & Marcus Solon Burg. numero. 266. & iterum nu. 342. & sequētibz vbi improbat opinionem tenentiū contrarium ex dicta lege Taurina, idem voluit Montal. in reportorio ordina. in verbo testamētum, & Grego. Lupi in d. l. 1. tit. 1. par. 6. in verbo fiete testigos, & Ferdi. Vazquez lib. 3. de successio. creatio. §. 21. nu. 20. & cōstat ex verbo deuen. quod inducit precisam necessitatem ex sententia gloss. in. auth. quod relicum. C. sine cens. vel reliq. & in l. 3. §. 1. ff. ad exhib. cum cōcord. a me traditis supra co. glo. 4. nu. 6. & preterea an nullatio actus per legem sequētē & l. 13. infra eo. inducā, inducit formā iuxta ea que latius dixi supra in gloss. 4. num. 19. [Nec satisfiet, si sententiam Greg. Lupi tenere velimus, de qua. nu. 11. meminimus dicere cōmunē opinionem Angeli & sequaciū nu. 12. relatā, limitari vt procedat, si qualitas ab statuto exigatur, secus si a lege, prout nostra in specie, secūdū Alcia. in regula. 3. presump. presump. 2. nu. 9. vt aliquid additum esse cōseatur iuri communi, quod & Couar. sequitur in d. c. relatū. 1. de testam. nu. 7. versic. 2. respondeo, dicēs hoc esse ex mente omnium supra num. 12. citatorum. Nam hec limitatio mihi non placet, vt pote que sit contra mentem & verba omnium ferē doctorum supra citatorum, & quia nullam video discriminis rationem hac in specie inter leges & statuta. Minus oberit secunda limitatio ibi per eundem Couar. tradita, vt procedat opinio Arg. & cōmunis quā exigat, illos testes admittit, q̄ alioqui nō essēt admittē di, tūc nimirū si nō sufficiat presūptionē iuris allegare, nisi qualitas illa probetur, ex mēte Angeli & sequaciū, sec⁹ si ex alia causa qualitas exprimat & nō ad suppleddā fidē testiū, put in specie ei⁹ capituli relatū requirētis testes, pbatisimę vitę & integre opinionis et famæ

famæ probat ipse Couar. Nam hæc limitatio non cōuenit casui nostro, sed potius cōfirmat comunem sententiam. Constat quippe ex lege nostra, non alia ex causa minui numerum testium iure communi requisitorum in testamento nuncupatiuo, quā quod ea adiciatur qualitas, supplens defectum numeri, quæ mirū in modum auget fidem testium: vicini enim facta vicinorum scire presumuntur, & voluntatem testantiū, notasque habere eorum personas, & bona potius quā alij, vt in cap. quosdam de presump. notat Bar. & alij in l. 1. ff. si cer. pta. Ex quibus concludo hanc vicinitatis qualitatem necessariō esse probādā ab eo, qui testamētum producit, quidquid in contrarium voluerit Greg. Lupi in d. l. 1. tit. 1. par. 6. in verbo, fiete testigos. [Imo & adhuc probare tenebitur, vicinos esse tempore confecti testamēti. arg. tex. in l. ad testium. §. 1. ff. de testam. ibi conditionem testium tunc inspice re debemus cū signant, non mortis tempore, & tex. in l. 1. C. de testam. ibi, cū eo tempore quo testamētum signabatur, ex quibus id asserit Mar. Solon Burg. in d. l. 3. Tauri num. 526. [Limita tamen hæc comunem conclusionem dupliciter. Primō, nisi in testamento a tabellione confecto dicatur, eos testes esse vicinos, quia si hoc asserat, ei credetur, vt Bal. asserit in l. vlti. in prin. C. de iure delib. an. cui ibidem accedit Corne. num. 10. & Paul. Cast. in auth. sed cum testator post prin. C. ad l. falcid. & ita praticari attestat Marcus Solon Burg. in d. l. 3. Tauri numer. 527. Cuius ratio esse potest quia hæc est solemnitas in trinseca, circa quam credi solet assertioni tabellionis ex sententia Bar. & doctorum in l. sciendū, ff. de verbo. oblig. Conuestitur hæc sententia, quia tabellioni asserētī testes testamēti fuisse rogatos creditur, vt resoluit Iaso. in l. hac consultissima in prin. col. 1. C. de testam. post alios eius legis interpretes, & Ferdi. Vaz. plures citans concordan. lib. 2. de successio. creatio. §. 13. in fi. licet rogatus testium sit articulandus & probāndus, quando ex assertione tabellionis non constat, secundum comunem receptissimamque sententiam, vt idem Ferdi. Vaz. resoluit. d. §. 13. num. 59. et seq. & Grego. Lupi in l. 5. tit. 1. par. 6. in verbo, que seā llamados y rogados, vtrūq; asseuerās. [Secūdō limita cōmunē resolutionem, nisi testes ab initio, cū testamētū conficitur, tanquam ciues habebantur, licet postea constiterit ciues non esse, quia hac in specie testamētū valet arg. tex. in l. 1. C. de testam. & §. sed cum aliquis in fit. eo. ti. l. 9. in fi. ti. 1. par. 6. vbi fat est, testē testamēti haberi pro libero, tēpore quo conficitur testamētum, licet postea inueniatur esse seruus, quod ex eis legibus notant Cin. Iaso. num. 3. & ceteri interpretes in d. l. 1. C. de testam. Mayneri. in l. quādiu num. 62. ff. de re gu. iur. Pari. conf. 61. nu. 27. lib. 3. Greg. Lupi in d. l. 1. tit. 1. par. 6. in verbo, ante fiete testigos, Marcus Solon Burg. in d. l. 3. Tauri num. 528. id fulciens ex generali regula, quia interest reipublicæ testamēta conseruari. l. vel negare. ff. quem. testa. ape. cum concord. per Neuiza. traditis conf. 26. nu. 7. & seq. adducitque Bal. in conf. 355. colum. 1. lib. 5. Que omnia nota ad conseruanda testamēta: multa enim corrūperent, nisi hec antidota eis prepararentur. Item fallit in casu, tradito infra eadem lege glo. 9.

G L O S S. VI.

- 1 Testamentum nuncupatiuum fieri potest coram tabellione & sine tabellione.
  - 2 Testamentum nuncupatiuum iure nostro regio fieri potest coram quinque testibus vicinis & absque interuentu tabellionis, etiamsi tabellio adsit in loco vbi fit testamentum.
  - 3 Testamentum nuncupatiuum iure regio fieri nō potest sine tabellione (si in loco adest tabellio) coram tribus tantum testibus, etiamsi plures inueniri nequeant.
- f Si lo hixiere sin testimonio publico. Nota ex hac lege, testamētum nuncupatiuum fieri posse & coram tabellione, & sine tabellione, vt diximus supra hac eadē lege gloss. 3. num. 2. vt primo casu non requiratur testamēti publicatio, in secundo verō sic, vt ibidem probauimus nume. 3. [Secūdō ex eiusdem nostrę legis verbis nota, testamētum nuncupatiuum valere iure nostro regio, si fiat corā quinq; testibus absq; interuētū tabellionis etiā in eo loco possit tabellio inueniri, contra sententiam Cifontani in l. 3. Tauri & Telli Fernandez ibidem in 2. part. num. 14. vt latius probauit d. gloss. 3. num. 6. [Non tamen fat erit si plures quā tres testes reperiri non possint in loco vbi fit testamētum absque tabellione, qui eo in loco adest, vt ibidem insinuauimus ex verbis legis nostrę.

G L O S S. VII.

- 1 Testamentū nuncupatiuum corā quinque testibus fieri potest absque tabellione licet in loco vbi fit testamētum adsit tabellio.
- 2 Testes plures in loco aliquo non posse reperiri quomodo probetur?
- 3 Testamentum nuncupatiuum an possit fieri cum duobus testibus & tabellione in loco vbi plures testes reperiri non possunt. Tabellio an suppleat numerum testium? ibidem.
- 4 Testamentum coram duobus testibus & tabellione quando fieri possit vt valeat. Testamentum quando per testes probetur, si scriptura eius non valet ibi.
- 5 Voluntas testandi an deficere videatur, si instrumentū testamēti solemne non fuit.
- 6 Testamentum factum corā tribus testibus si plures reperiri non potuerunt tempore facti testamēti, valet, licet postea decedat testator quando plures potuit inuenire testes.
- 7 Testamentum factum coram tribus testibus vbi plures reperiri non possunt, an valeat si vicini nō sunt. Argumentum a fortiori validum est ibidem.
- 8 Testes testamēti an debeant esse iure regio omni exceptione maiores, & nu. 10. Testes qui non sunt omni exceptione maiores sufficiunt

ciunt in causis difficilis probationis ibidem.

9 Solemnitas testium ex causa necessaria relaxatur in casibus à iure expressis.

Testamenti à rustico iure facti solemnitas ibidem.

10 Lex si aliud voluisset, expressisset.

8 Tres testigos vecinos de tal lugar. Nota ex lege ista, quando fit testamentum nuncupatiuum absque tabellione sufficere quinque testes, licet tabellio reperiri possit, vbi autem tabellio non reperitur in eo loco, nec plures quam tres testes, validum esse testamentum, si tamē testes vicini fuerint. Quod apperit dubia plurima quæ ante legē istam inter doctores nostros cōtrouertebantur. [ Sed quo pacto probabitur nō posse plures reperiri testes in eo loco vbi testamentum conficitur? crederem ex naturali id esse perpendendum quid enim si ruri fiat vel in loco deserto? nonne præsumentur plures nō posse reperiri testes? nihil prohibet, atque ita accipiendā esse arbitror doctrinā Bar. in l. cōficiuntur. §. 1. num. 4. ff. de iure codicillo, dicentis eo ipso quod quis dixerit nō posse plures testes haberi, fundatam esse eius intentionem, nisi ex aduerso probetur contrarium, vt in l. cum de indebito. ff. de proba. Tutius tamē esse assuevit, quod notariū id attestetur cuius doctrina recepta est secundum Corn. in l. vlti. col. fi. C. de testam. A reti. in tracta. de testamen. gloss. 5. num. 6. in fi. Paris. conf. 32. num. 9. lib. 2. & hanc opinionem sequitur Did. Castelli in d. 1. 3. Tauri in verbo, alomcnos paulo post prin. & Ioan Lupi num. 31. & Marc. Solon Burg. ibi nu. 822. & seq. in oppido autem insigni cessabit hæc præsumptio, vt in cap. statutum in prin. de rescrip. lib. 6. ibi, quā in ciuitatibus vel locis insignibus, vbi potest commodē copia peritorum haberi. l. si duas. §. 1. ff. de excusa. tuto. Bar. in l. idemque erit num. 3. ff. pro socio vbi dixit in locis amplissimis præsumendum esse, faciliter inueniri posse aduocatos, medicos, & procuratores, cui accedit Anan. in cap. significasti. 2. num. 15. de homicid. tunc nimirū incumbet probatio ei qui asserit plures testes inueniri non posse, atque ita esse temperandam Bar. sententiā crederem, licet Burgen. refragauerit. d. nu. 284. in fi. Opinionem tamen nostram tenuit Montal. in repor. ordina. in ver. testamentum & Ferd. Mench. de success. creatio. §. 13. num. 66. [ Sed quid si in loco vbi fit testamentum, adest notarius, sed in eo non possunt reperiri nisi duo testes, an valeat testamentum nuncupatiuum coram eodem tabellione factū cum duobus dumtaxat testibus in eo loco solum repertis, & an tabellio suppleat defectum testis deficientis? & insignis vir Couarru. in c. cum esses nu. 2. de testam. aucter assuevit fat esse testamentum nuncupatiuum fieri coram duobus testibus & tabellione publicum munus exercente, si in loco vbi fit testamentum plures testes facile haberi non possunt, nam tabellio supplebit defectum illius testis qui deest, & publicam auctoritatem habebit testamentum hoc. Constare siquidem ait ex lege nostra, tabellionem supplere numerum duorum testium nimirum ergo si suppleat defectum vnus, & auctoritatem insuper habeat tabellionis, vbi non possunt plures testes actui interesse. Verūm hæc sententia displicet

Marco Burgenfi. in d. l. 3. Tauri num. 829. & num. 668. cum tabellio loco testium non computetur, vt in l. Domitius Labeo. ff. de testam. A lex. & alij in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. quod probant verba legis huius tres testes vicinos exigentis, quando cū tabellione fit testamentum, quæ forma proculdubio est, atque ideo omnino seruanda: quare si vnus testis deficiat, corrumpet testamentum, vt superius latē probauimus hac eadem lege gloss. 4. num. 6. & 7. & 18. 19. & 20. Nec fas erit dicere, tabellionem vnus testis numerum supplere posse, cum aliās duorum vicē suppleat, quia in specie nostra non duorum tantum sed trium testium suppleret defectum, cum quinque requirantur vel tres cum tabellione. Sin autem duo sufficerēt cum tabellione, ipse tabellio suppleret proculdubio defectū non vnus tantum, sed trium testium contra legem istam: & si dixeris, si plures reperiri nequeunt, lex cōtenta est cum tribus dumtaxat testibus, fateor, sed nō debet hac in specie tabellio vt publica auctoritate, sed tanquam testis cum alijs duobus testamento nuncupatiuo interesse, vt mortuo testatore id tanquam testis deponat iuratus corā iudice in testamēti publicatione, quod fulcitur ex cōmuni doctorum sententia, quæ habet, quod tabellio non computatur loco testis, vbi agitur de probando testamento per scripturā, sed tunc loco testis esse poterit, cum agitur de probando testamento per testes, d. l. Domitius Labeo & ibi gloss. & docto. ff. de testam. gloss. etiam & docto. in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. poss. & in auth. de instrum. fide. §. sed infra scriptā notat Bal. in auth. sed nouo. C. si cer. pet. & hanc esse cōmuni opinionem attestatur Alex. conf. 153. num. 17. & conf. 146. nu. 9. li. 2. Guill. Bene. in repe. c. Raynūtius de testam. in verbo testamentum. l. n. mero. 10. vers. nec tunc, & Paul. Paris. conf. 34. nu. me. 4. & 44. lib. 2. dicam infra eo. l. 2. gloss. 4. num. 5. [ Concludo igitur testamentum nuncupatiuum, in loco vbi plures testes reperiri non possunt, fieri posse coram tribus testibus, quamuis alter eorum sit tabellio, modo illud faciat non vt tabellio rogatus, sed tanquam in scriptura priuata, vel sine scriptura per nuncupationem, & tunc oportebit mortuo testatore testamentum publicare corā iudice, vbi ipsemet tabellio cū alijs duobus testibus iuratis deponat de tenore testamēti. Sed si fiat testamentum in forma publica nō valebit, vt instrumētū publicū, sed vt scriptura priuata, & si eius fiat publicatio mortuo testatore, valebit aliās nō. Nam vbi scriptura nō adducitur ad probationem testamēti, nō est de eius solemnitate tractandum, vt probat gloss. insignis in l. hac consultissima. §. sed quia. C. qui testa. fac. poss. dicens testamentum à tabellione iussu testatoris scriptum coram sex testibus nullam fidem facere, nec per eadem scripturam probari quippe quæ sit minus solemnitas vnus testis defectu, posse tamen probari per eosdem testes & notarium, qui numerum faciūt integrum septem testium, quæ communiter est recepta vt ibi attestatur iuniores & Carol. Ruin. conf. 1. num. 21. lib. 2. & Couarru. huic accedens sententiæ in cap. relatum. l. de testam. num. 11. vers. 3. conclusio: quibus ad stipulatur responsum Petri Ancarra. conf. 178. num. 3. et seq. & Phil. Decij conf. 105. num. 5. Pauli Castr. conf. 307. lib.

lib. 1. idem voluerunt And. Pisan. & Nico. de Neapo. in l. fideicommissa. §. quoties. ff. deleg. 3. & A lex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 3. C. de testa. [ Et quāuis hæc sententiā vera sit nō defunt tamē qui cēseant testatorē, qui notariū ad scribendū testamentum vocauerit, cum animū & voluntatem habere, vt nolit actum perficere, nisi omnes solemnitates in eo interuenerint à lege requisitæ, hi sunt Carol. Ruy. parum sibi constans conf. 1. num. 21. lib. 3. & conf. 12. ad fi. lib. 2. atque ideo testibus probari non posse voluntatem, quæ rursus præsumptione defuit, vt ipse cēssit, & ante eū Bal. in auth. quod sine. C. de testa. & Paul. Castr. in l. si quis eo. ti. Verūm rationem istam falsam esse assuevit Cin. Paul. & ceteri in l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. de testam. & Couarru. in d. cap. relatum. 1. detesta. num. 11. vers. 3. conclusio. Non enim admittitur secundum eos hæc argumētatio, testator notarium ad testamentum conficiendum vocauit, ergo instrumentum testamēti solemne facere voluit, ita vt aliter testandi deficiat voluntas, vera siquidem non est, nisi expressē vel ex certis coniecturis constiterit hanc fuisse testantis voluntatem, vt noluerit testamentum perficere, nisi à notario per scripturā publicam & in forma publica solemniter ordinatam, arg. l. contractus, vbi Bal. & alij. C. de fid. instru. At in specie nostra vbi alij testes inueniri nequeunt, crederem potius esse præsumendum non defuisse testantis voluntatem, sed animum testandi habuisse, quare valebit iudicio meo, testamētum, si testibus probetur testantis voluntas. [ Ceterum sat erit, si tempore confessionis testamenti plures quam tres testes non inueniatur, quamuis postea in vita testatoris plures reperiri possent, quia tempus præsens inspicitur quo fit testamentum non futurum, licet multo tempore post testamentum vixerit testator, in quo facile posset mutare testamentum, vel iterum facere cum sufficienti numero testium. arg. tex. in l. vlti. C. de testam. cum similibus ibi à las. citatis colu. 2. & in auth. vt facte nouæ cōsti. verbo & nō accusandos col. 5. Frā. de Arc. cōf. vlt. col. 3. cū cōcor. à Tiraq. cōgēstis in relectio. l. si vnquā in verbo susceperit liberos nu. 279. C. de reuocad. dona. idē voluit Ferd. Vaz. lib. 2. de success. creatio. §. 12. num. 9. & Marc. Solon Burg. idem censuit in d. l. 3. Tauri nu. 543. et seq. & num. 82. & 25. vbi eadem ratione resoluit, tres dumtaxat sufficere testes, licet quatuor reperiantur in loco, si plures reperiri nō possunt. [ Antequam lex ista nobis emendata tradcretur, quæ stionis esse solebat, an quoties ultra tres testes inueniri non poterāt, vicinos esse oporteret, omniq; exceptione maiores, & videbatur incolas esse debere: quia si hanc qualitatem in maiori numero requirebat lex ordinationum, ex qua hæc sumpta fuit, arguendo à minori seu à fortiori, eadem multo magis exigetur, vbi adest minor numerus testium: si enim id de quo minus videtur inesse, inest & id de quo magis. cap. cum in cunctis iuncta gl. & ibi Ioan. And. Panor. Imo. & doct. extra de electio. l. pen. in fi. ff. si quis cautio pulcher tex. in cap. quemadmodum post princ. de iure iurando & in l. 1. in fi. & ibi Accursius Paul. de Castr. & docto. C. de nego. gest. cum concord. per Euerardum traditis in loco à minori pagi. 446. & seq. & hanc sen-

8 tentiam confirmat lex nostra quæ hoc expresse requirit. [ Et quod hi tres testes debeant esse omni exceptione maiores videtur velie Deci. conf. 105. num. 4. post medium, ex eo quod probatio ista testamenti, per tres tantum testes, est extraordinaria & cōtra ius commune & regium, quare nimirum si eos esse omni exceptione maiores sit necessariū, idque probat auctoritate Bal. & Anto. Alexan. in l. qui accusare. C. de eden. quos moderniores sequuntur in l. adinonendi ff. de iure iur. Greg. tamen lupi in l. 1. tit. 1. in verbo, an te siete testigos, par. 6. declarans hoc responsum Decij animaduertit, id plane procedere in testib' infamibus iuris infamia, vel in his qui prohibētur esse testes in testamento, qui enarratur in l. 9. & 10. tit. 1. par. 6. vbi autem testes sunt infames infamia facti tantum, vel non sunt omni exceptione maiores, licet non prohibeantur esse testes in testamento [ prout sunt hi de quibus meminit glo. & Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. & fid. catho. tex. in l. 8. tit. 16. par. 3. & l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib' ] Decij opinio est sic minus singularem, assuevit & menti tenendā, si est vera & secundum eam esse pronuntiatum in cæcellaria Pinciana in causa quæ vertebatur super validitate testamenti in loco deserto facti, vbi tres dumtaxat testes haberi potuerunt, quorum vnus non erat omni exceptione maior, & pronuntiatum fuit non valere testamentum. Ipse tamen Greg. Lupi asserit se dubitasse semper de veritate huius sententiæ, maxime vbi ex natura rei, vel qualitate loci alij testes haberi non possent: cum nihil possit testanti imputari quare alios non adhibuerit, quandoquidem ibi non essent, legibus namque saussit in causis difficilis probationis minori probatione, etiam si testes non sint omni exceptione maiores. l. non omnes §. à Barbaris. ff. de re milita. cum concord. per Luc. de Pena traditis in l. quoties. C. de naufrag. l. 1. nu. 3. in fi. & Alex. conf. 152. li. 5. nu. 9. & 10. [ Verūm quod primo dixeram de qualitate vicinitatis non potest hodie in dubium reuocari, cum lex nostra expresse dicat hac in specie [ cum tres dumtaxat testes in loco vbi fit testamentum, reperiuntur ] debere esse eius loci vicinos. Nec obest sententia communiter recepta, quod si ex causa necessaria solemnitas integra adhiberi non potest in testamēti, solēt solēnia relaxari, vt attestatur Alex. Corn. & Iaso. post antiquiores in l. casus per illum tex. C. de testam. Iaso. in l. fi. num. 3. et seq. C. eod. tit. Paul. Paris. conf. 33. lib. 2. num. 28. qui plures allegat, & rursus conf. 46. nu. 23. et seq. li. 3. Rip. in tracta. de peste in priuileg. vltimarum voluntatum. 1. & 2. colum. Iaso. latē in l. fideiusor. §. si necessaria. ff. qui satis. cogan. & latissime Hannibal in l. nemo potest nu. 72. cum pluribus seq. ff. de leg. 1. Ferd. Vaz. Mēch. lib. 3. de successio. creatio. §. 24. nu. 3. & seq. quoniam hoc intelligitur in casibus in iure expressis non aliās. Ex quo infero in testamento à rustico ruri facti non posse solemnitate legis nostræ relaxari, licet iure cōmuni fieri poterat coram quinque dumtaxat testibus vt in l. fi. C. de testam. & in l. 6. tit. 1. part. 6. vt attestatur Calatayud in d. l. 3. Tauri, quidquid in contrarium dixerit Marcus Solō. Burg. ibidem nu. 629. & pluribus sequenti. fateor tamen valere huiusmodi testamētū si quinque habeat testes licet nō sint vicini vt dicantur latius



latius in gloss.9. [ Quod autem num.8.in fine dicebamus,an debeant testes esse omni exceptione maiores Marcus Solon Burgen.in.d.1.3. Tauri nu. 356. &c. 357. tenet expressim hoc non requiri: sed sufficere,non esse prohibitos,esse testes testamenti,cum nihil aliud lege nostra requiratur, & si lex aliud voluisset, expraessisset vtique. l.1.§.sin autem ad deficientis.C.de cadu.tollē. & cap.ad audientiam de decim. cum similibus,cui sententia libenter accedo:nisi ex alijs coniecturis suspicaretur, eos testes falsum deponere,vel omnes aut maior pars eorum essent suspecti, quod arbitrio iudicantium ipse relinquerem, iuxta celebrem decisionem Calistrati in.l.3.verfi.tu magis scire potes quanta fides sit testibus adhibenda. ff. de testib. & tradita per Alex.conf.4.num.9.& 10.lib.6.& per Maria. Soci. Iuniorum conf.146.num.14.& sequentibus lib.1.& iuxta hanc distinctionem poteris intelligere contrariam opinionem Telli Fernandez in.d.1.3. Tauri,2.part. nu. 13.verfi.sed quando probetur.

G L O S S. VIII.

- 1 Solemnitas testium testamenti licet per legem nouam minuatur,vel mutetur non ex hoc excluditur, qualitas testium per legem antiquam requisita. Subrogatum intelligitur cum qualitatibus eius in cuius locum subrogatur,ibi. Correctum non censetur,quod non exprimitur, ibidem.
2 Lex noua solemnitate testium in testamento minus non videtur derogare qualitati eorum.
3 Testes testamenti masculi & non foeminae esse debent etiam iure regio.
4 Testes testamenti puberes esse debent,non impuberes etiam iure regio. Testes in criminalibus cuius aetatis esse debeant? ibidem.
5 Testes testamenti liberi non serui esse debent. Testes testamenti tempore sufficit quod habeantur pro liberis,licet postea detegatur esse seruos,ibidem.
6 Testes infames & alias prohibiti iure communi esse testes in testamento,non poterunt esse testes iure regio.
7 Testes testamenti nuncupatiui vel in scriptis ex communi resolutione oportet esse rogatos. Testes testamenti ad pias causas non requiruntur esse rogatos,ibi. Testes testamenti iure canonico & regio debent esse rogati,ibidem. Testes testamenti debent esse rogati ab ipso testatore vel a tabellione,ibidem.
8 Testium rogatus an praesumatur. Testes ex quibus causis praesumantur rogati,ibi.
9 Legatarius an sit legitimus testis in testamento iure communi? Legatarius non est legitimus testis testamenti cum ip-

se agit de consequendo legato,secus si causa vertitur inter heredem & venientes ab intestato vel inter eum & alios legatarios,ibi.
10 Legatarius an possit esse testis in testamento in scriptis vel nuncupatiuo,iure regio. Legatarius an sit idoneus testis in testamento eodem iure regio, quo diminutus est testium numerus,ibidem. Testium numerus per legem nouam si diminuat in testamento an possit esse legatarius testis? ibidem. Legatarius quare prohibeatur esse testis,ibidem.
11 Legatarius iure regio,ex sententia auctoritatis poterit esse testis testamenti in scriptis vel nuncupatiui de quo confecta non est scriptura publica.
12 Legatarius petens ab herede legatum non poterit esse testis ad probandam voluntatem testatoris etiam iure regio.

h Teniendo las otras qualidades que el derecho requiere. Nota ex his verbis,quod licet solemnitas iure communi Imperatorum & regio antiquo requisita relaxetur per legem nostram respectu numeri testium, in reliquis vero qualitatibus testium eodem iure requisitis remanet illa sum, nec per legem nostram derogatur qualitati testium, & si negaueris hoc ex lege ista deduci, quandoquidem loquatur in casu,in quo solemnitas iuris communis seruatur quoad numerum testium, tunc nimirum sicetere qualitates testium concurrere oporteat,imo potius in alio casu videatur sentire contrarium. Adhuc tamen concedendum est iure probari praefatam conclusionem, tu quia solemnitas legis nostrae subrogatur loco solemnitatis iure communi & regio antiquo requisita, quare cum omnibus qualitatibus iuris antiqui subrogata esse intelligitur, l. parabolan. C. de epi. & cleri. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. cum ibi a Iasone cogestis. l. 1. §. sed si actio & illic Bal. C. de rei vx. actio. tu etiam quia lex ista correctoria est, atque ideo eatenus corrigere ius commune & septem partitarum intelligitur, quatenus in ea expressum est. l. praecipimus. C. de appella. l. sancimus C. de testam. cum complicitibus, nec eam licebit extendere ex identitate vel maiori parte rationis auth. quas actiones vbi per docto. late. C. de sacros. eccle. [ Et praeterea dispensatio in certa solemnitate testamenti per legem nostram concessa ceteras iuris antiqui solemnitates confirmare videtur, ex doctrina Decij. conf. 610. num. 4. & 5. & hoc in specie respondit Curti. Iunior in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto nu. 10. C. de testam. dicens legem nouam solemnitate testamenti respectu numeri testium minuentem, non derogare qualitati eorum, idem voluit Socin. nepos in. l. sciendum num. 142. ff. de lega. 1. & Paul. Paris. consi. 32. nume. 36. & 37. lib. 2. idem voluerunt Cifonta. in. l. 3. Tauri nu. 12. & Ioan Lupi num. 34. & Didac. Castelli in verbo sietestigos colum. 7. & Marcus Solon Burgen. nu. 546. & Tellius Fernandez num. 14. Anto. Gomez nu. 23. & 25. [ Ex quo inferitur, quod testes in testamento masculi & non foeminae esse debent, vt in. §. testes insti, de te-

de testa. & in. l. qui testamento. §. mulier. ff. eo. tit. l. 1. & l. 9. ti. 1. par. 6. l. 17. ti. 16. par. 3. & hoc procedere stante lege nostra asseuerat Ioan. Lup. in. l. 3. Tauri nu. 24. & Cifonta. nu. 12. & Didac. Castelli in verbo sietestigos, colum. 7. Ant. Gom. nu. 5. & Marc. Solon Burg. nu. 547. Couar. in. c. cum esles nu. 14. & in. c. relatu. 1. nu. 5. de testam. Ferd. Vaz. lib. 2. de success. crea. §. 12. nu. 33. Alfons. a Montal. in. l. 7. in verbo dos testigos tit. 1. part. 6. Telli. Fernan. in. d. l. 3. Tau. nu. 15. nec est vera opinio Fer. Mēcha. de success. crea. §. 30. nu. 26. vers. in summa, dicens, iure regio, foeminas posse esse testes in testamento, quia dixit, legē nostrā omnē solēnitatē testādi adēmō, cōtentā legitima tātū probatione, quē testimoniū foemine nūquā adēmō, vt in. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. Cuius opinio cum ratione communiter damnatur. Videmus enim legē istā, quinq; exigere testes, eosq; vicinos loci vbi fit testamētū, vel si plures nō reperiātur, tres ad minus eosq; etiā incolas & vicinos, & ex hoc nō fuit vīsa excludere alias testū qualitates a iure requisitas. Quare miror profecto virū aliās ingeniosum, vt nobis videretur in opinionibus solus, rarus, mirabilisq; in tātū lapsus fuisse errorē, allucinātūq; in revalde lucida & clara. [ Inferitur etiā, testes debere esse puberes, prout iure communi requirebatur tēpore testamētū, vt videre possint, intelligere, & percipere quae testator enūciauerit. §. testes insti. de testa. l. ad testū. §. 1. ff. eod. l. 1. & 9. ti. 1. par. 6. licet in causis criminalibus debeant esse. 20. annorū, vt in. l. in testimonio & ibi notāt Bar. & doct. ff. de testib. & iure regio debet esse. 25. annorū, vt in. l. 9. ti. 16. par. 3. licet minor ea aetate faceret iudiciū, vt in. l. inuiti. ff. de testib. l. impuberē. ff. de fals. & quod impuberes nō possint esse testes testamenti, etiā hodie iure regio tenet oēs supra numero praecedēti citati. & Ferd. Vaz. de success. crea. §. 12. nu. 70. & pluribus seq. hoc extendit ad omnia testamēta priuilegiata. [ Sed nec serui testes esse possunt testamētū. l. qui testamento. §. serui. ff. de testam. l. 1. C. eo. §. testes insti. eo. ti. l. 1. & 9. ti. 1. par. 6. nisi tēpore cōfecti testamētū cōmuniter reputabatur liber, quia tūc valet testamētū licet postea constiterit esse seruū, vt in. l. 1. C. de testa. & in. l. 9. tit. 1. par. 6. Sed hoc intellige in testamento in scriptis, vel in nuncupatiuo, cuius facta fuit scriptura publica, si verō facta non fuerit scriptura, tunc nō sufficit, si tempore confectionis testamenti habitus erat, vt liber, sed debet reputari vt liber tempore, quo deponit coram iudice de voluntate, & dispositione testatoris, secundum Bal. Paul. & magis communi. docto. in. l. 1. C. de testam. vt attestatur Ant. Gomez. in. d. l. 3. Tauri nu. 27. & 28. Sed verius & receptius est, vt in testamento nūcupatiuo absque scriptura facto sufficiat, seruū liberū reputari tempore, quo fit testamētū, quia in testamētis testes adhibentur ad formā: in contractibus vero ad probationem, vt supra latius probauimus gl. 4. nu. 6. 12. & 13. & quoties testes adhibentur ad formam, inhabilitas postea detecta non viciat talem actum, si autē ad probationē viciatur actus secūdū Din. Iacob. de Arc. & Bar. in. l. ad testū. §. cōditionē. ff. de testam. Bal. Paul. & Alex. in. d. l. 1. C. de testa. Faber in. §. sed cū aliquis insti. eo. estq; cōmunis opinio teste Ias. in. d. l. 1. in fi. & Ferd. Mēcha. in. d. §. 12. nu. 88. per tex. in. c. 1. an remoueri debeant testes in

vsu. feudo. cuius rationē vide per Fer. Vaz. Mēcha. d. §. 12. nu. 88. dixi in gl. 5. nu. 17. [ Inferitur etiā, infames & oēs aliās prohibitos per leges antiquas supracitatas esse testes in testamentis, non posse hodie iure regio nouissimo esse testes, de quibus abūdē tractat Mayneri. in. l. quāuis nu. 55. 56. & 78. ff. de regul. iur. Did. Cast. in. d. l. 3. Tau. in verbo sietestigos Castane. in cōfue. Burgū. rub. 7. §. 4. nu. 7. & seq. fol. 239. Greg. Lup. in. l. 1. & 9. ti. par. 6. [ Sed an testes debeant esse rogati hodie? Et iure antiquo tā Imperatorū quā regio rogatos esse oportebat, alias testamētū in scriptis, vel nūcupatiue factū erat nullū, vt in. l. heredes palā. §. pē. ff. de testa. & in. l. hac cōsultissima in prin. C. eo. tit. & illic Ias. late col. 1. l. 1. & 2. ti. 1. par. 6. l. 32. ti. 16. par. 3. l. 8. ti. 5. li. 3. fori. cū cōcordātijs a Ioā. Lup. traditis in. d. l. 3. Tau nu. 66. & 68. & Marco Burg. nu. 550. & hanc esse cōmunē opinionē tā in testamento in scriptis q̄ nūcupatiuo attestatur Casta. in cōfue. Burg. rub. 7. §. 4. nu. 4. fol. 239. col. 3. Guill. Bene. in rep. c. Rainūtius de testa. in verbo testamētū. 1. nu. 9. & Anto. Bauiera in. §. vlt. insti. de testa. nu. 32. & 33. idē voluit Greg. Lup. in. l. 1. in verbo q̄ scā llamados y rogados. ti. 1. par. 6. & Fer. Vaz. Mēch. de succ. crea. §. 13. nu. 61. 64. & seq. vbi resoluit cōmunē esse opinionē, rogatū testū necessariū esse iure communi Imperatorū, atq; idē esse iure canonico, & in causa pia, vt ipse probat nu. 61. & 62. & iure regio nouissimo nu. 64. & 65. in causa tamē pia cōmunis opinio est in contrariū, vt attestatur Couar. in. c. relatu. 1. de testam. nu. 4. & ab ipso testatore esse rogados ex glo. cōmuniter recepta in auth. rogati. C. de testi. per tex. in auth. de testi. §. & licet. l. 1. ti. 1. par. 6. ibi, E rogados de aq̄ q̄ lo haze, vel a tabellione eius noīe, q̄ cōis est resolutio, secūdū Ias. in. l. hac cōsultissima in prin. C. de testa. Alex. cōf. 47. li. 2. nu. 4. Mēcha. d. §. 13. nu. 77. [ Nec rogatus iste praesumitur, nisi probetur Bar. & Bal. in. l. diu. ff. de testa. mii. Mēcha. d. §. 13. nu. 59. praesumetur tū eos esse rogatos, si testes se subscriperint, vel ex alijs causis a Ias. traditis in. l. sciendū nu. 36. & seq. ff. de ve. b. obli. & in. d. l. hac cōsultissima in prin. C. de testa. & Guill. Bened. in. d. c. Rainūtius in verbo testamētū. 1. nu. 9. Ant. Bauiera in. d. §. vlt. insti. de testa. nu. 42. vers. 2. limita. Alber. Brun. singulariter in tracta. de forma cartha. 21. col. 3. & seq. creditur etiā tabellioni asserenti testes esse rogatos, vt tradūt doct. in. l. optimā. C. de cōtra. & cōmiten. stipu. & per Mar. Ant. Bauiera in. d. §. si insti. de testa. nu. 42. ver. 4. limita. cū cōcordātijs supra eo. gl. 5. nu. 16. & q̄ iure regio stāte lege nostra & seq. debeant testes esse rogati tenet Greg. Lup. in. d. l. 1. ti. 1. par. 6. in verbo rogados. & Mar. Solon. Bur. in. d. l. 3. Tau. nu. 550. & seq. & Mēcha. d. §. 13. nu. 64. & 65. Sed Ioan. Lup. in. d. l. 3. Tau. nu. 66. & seq. dicit iure regio sat esse, testes esse praesentes, licet rogati nō sint, quia eo ipso intelliguntur rogati, vt in. l. Domiti. ff. de testa. idē voluit Did. Casta. in verbo no haga se, col. 2. & Ant. Go. ibidē nu. 29. quorū sententiā credo esse verā, quoties testator permisit describi testes in testamento, vel se subscriperit testamento, nā ex hoc videtur esse rogati arg. l. cū ostēdim. §. si. ff. de fide. tuto. & in specie hoc voluit Bal. & Paul. Cast. in. l. hac cōsultissima in prin. C. de testa. & Greg. Lup. in. d. l. 1. ti. 1. par. 6. in verbo q̄ scā llamados & rogados, [ Sed dubitari solet, an legatarius sit legitimus testis

testis in testamento? Et iure communi Imperatorū videtur legitimū esse, vt in §. legatarij insti. de testam. & in l. dictatibus. C. eod. glo. in l. si quis ita. ff. de reb. dub. & ibi optimè Soci. Quod limita, & intellige pcedere in testamēto in scriptis, vel in nūcupatio, de quo est confecta scriptura publica, secus si de testamēto nūcupatio non sit cōfecta scriptura publica, & opus sit testibus probare voluntatē testantis, quia tunc si principaliter agitur, de causa ipsius legatarij, nō est ipse legitimus testis ad consequendum proprium legatum, vbi autē non agit principaliter ipse legatarius pro cōsequēdo legato, sed est quasi inter hærede scriptū & legitimū super successione vniuersali, vel inter aliū legatariū & hærede, erit profecto legatarius legitimus testis ad probandū non solum solēnitatē testamenti, sed etiam voluntatē testatoris, siue in omnē euentū sit cōsequatur legatū, adita vel nō adita hēreditate, prout statutū est iure regio per legē istā, siue in consequentiā sit comodū legatarij, q̄ testamentū valeat, vt in l. i. ti. 1. par. 6. vbi Greg. Lup. & hęc esse cōmunē resolutionē attestatur Soci. in l. si quis ita nu. 6. ff. de reb. dub. Moderni in l. qui testamēto. ff. de testa. T.lli. Fern. in l. 3. Tau. 2. par. nu. 13. & ibi Marc. Solō Bur. nu. 844. & pluribus seq. Emanuel à Costa in rep. c. si pater de testa. in 6. 2. par. in verbo superflute matre nu. 24. [ At iure regio quid statui debeat, aut quid sit eo iure statutū in hac quæstione, maior est dubitatio, quādoquidē Greg. Lup. vir quidē practica & autoritate insignis in l. i. tit. 1. par. 6. asseruerit, hodie iure regio indistinctē legatariū posse esse testē in testamēto etiā nūcupatio, de quo nō est confecta scriptura publica: quādoquidē et si vitietur testamētū, vel nō adatur hēreditas, ex eo adhuc legata debētur, cū ergo nihil inter sit legatarij, erit ex sua sententiā testis legitimus indistinctē. At Telliū Fern. vir sanē doctus, & in practica præstantissimus in l. 3. Tau. 2. par. nu. 13. vers. recitat nūc, non solū reprehēdit, verū etiā deridet opinionē & rationē Greg. Lup. Nā aut vitium, inquit, cōsideratur nō respectū solēnitatis, vel numeri testiu, sed quia nō fuerit adita hēreditas, vel nullus fuerit hères institutus, quō casu per legē istā valet testamētū, & hic non est casus noster, quia quæstio de legatario hic nō potest cōsiderari: vbi verò agitur de probanda voluntate testatoris per testes, si vnus deficit in numero, vel qualitate à legē requisira, iā non est testamētū, nec voluntas probatur cū legitimis testibus, quare ridiculū est dicere iure regio, siue valeat, vel non valeat testamētum, legata deberi, & cum in testamento nūcupatio validitas eius dependeat à testibus, si legatarius nō est testis idoneus, nō est testamētū, quia deficit probatio voluntatis, & substantia quoque testamēti. Lex ergo nostra nihil immutat: circa solēnia testamēti, quæ depēdēt à testimonio legatarij, ideo necessariō recurrendū esse ait ad ea, quæ iure cōmuni statuuntur. Quinetiam asserit Telliū ex lege nostra, legatariū non posse esse testē in testamēto nūcupatio, de quo non est cōfecta scriptura publica saltem in specie, in qua tres testes sufficiūt, quia plures reperiri nō possunt. Mouetur ex doctrina Ioa Fabri. in §. legatarij. vers. ego credo cōtra, insti. de testam. asserentis, propter diminutū numerū testiu nō admittit legatariū in testē testamēti, & ait Floria. in l. nullus nu.

1. ff. de testib. vers. sed aduerte hinc. Quod si testamētū probatur per duos testes tantū, vt in l. hac cōsultissima §. ex imperfecto. C. de testa. nō admittetur legatarius in testē, ne facilius possit fraudari vōlūtas testantis. Ex quo elicitur cōclusio, q̄ si per statutū aut legem minuat numerus testiu in testamētis, & reducat ad quātitatē, ex qua possit facile fraus ex cogitari, legatarius non erit idoneus testis, quod confirmat Soci. in d. l. si quis ita vlti. colū, vers. postremo circa istū articulū. ff. de reb. dub. Itaq; vbiq̄que ex lege noua aut statuto testamēta fieri possunt corā pauciori numero testiu, legatarius nō poterit esse testis, & limitabitur. §. legatarius & l. dictatibus. C. de testa. vt ibi tenet Ioa. de Mōtesperelo. Quinimo etiam si adsint quinque testes adhuc contēdit ipse Telliū Fern. legatariū eadē ratione, iuxta ius nostrū regū testē esse non posse. Mar. tamē Solō in d. l. 3. Tau. nu. 854. & seq. aliter distinguit asserens, iure regio legatariū posse esse testē testamēti, de quo scriptura publica cōficatur, & vbi quinque testes adhibētur testamēto nūcupatio, de quo nō cōficatur scriptura adhuc legatarius poterit esse testis, respondetque ad doctrinā Ioa. Fabri & Floriani & sequantium, & ad doctrinā Bar. in l. omnibus numero. §. C. de testi. qui idem voluit, q̄ loquuntur, quoties duo tantum testes interueniunt, non vbi tres, vel quinque prout in nostra specie, in qua alia etiā qualitas additur, scilicet, vicinitatis, quæ maius robur addit eorū fidei, & quia non ideo legatarius admittitur in testē, quia alijs multis adiungitur testibus, sed alijs rationibus in §. legatarij insti. de testa. & in l. i. tit. 1. par. 6. expressis, nempe quia legatarius non succedit in iure vniuersali, sed in recerta & sine onere, & quia non principaliter eius interest, quare licet cesset prima ratio, quā doctores fingebant ad fundandā corū opinionem, nō cessant ceteræ in dictis legibus expressæ, atque ideo eorum opinio non procedit: vbi autem tres dūtaxat testes, quia plures reperiri nō possunt testamento nūcupatio adhibentur, non sufficet fortassis depositio legatarij, secundum eum. [ Sed iudicio meo, iuxta ius nostrum regū legatarius omni casu admittetur in testē testamēti in scriptis, vel nūcupatio siue fiat de eo scriptura publica, siue non, prout Greg. Lup. asseruit in d. l. i. ti. 1. par. 6. non ea ratione qua ipse mouetur, sed ex rationibus superius traditis, siue quinque interueniāt testes, siue tres tantum, nisi in vno dūtaxat casu, nempe, cum de eius legato agitur, quia tunc cum principaliter eius interest, equum nō est ipsum admitti in testem ad probandam voluntatem testatoris, de qua scriptura publica confecta non est, prout nu. 9. probauimus.

GLOSS. IX.

1. Legi ordinationū hęc clausula addita fuit, locoq; alterius, quæ sublata est, subrogata.
2. Testamentū nūcupatio potest fieri seruata forma iuris communis coram septem testibus, etiā si vicini non sint eius loci, vbi fit testamētum.
3. Testes testamēti esse vicinos non requirebatur ante hęc legem.
4. Cives populi Romani dicuntur, qui liberi homines sunt, & ingenui, ibidem.

1. Aunque los testigos no sean vecinos del lugar. Hęc clausula addita fuit in hac noua recolezione ad legem ordinationum, & loco alterius clausulæ subrogata, quæ collocata erat in fine legis. E mandamos otro si, que va la el testamento que fuere hecho con buenos testimonios, quæ non modicam controuersiam & contentionē de dit nostratibus, ex ea plura erronea deducuntibus, de quibus latē discutit Marcus Solon Burg. in l. 3. Tauri nu. 1004. & pluribus sequentibus. [ Inter alia inferebant doctores ex illis verbis limitationē optimam ad legem nostram, qua testes vicini in testamento nūcupatio requiruntur, vt testamētum valeat, nam hęc qualitas vicinitatis non exigitur, quoties quis velit testari iuxta formam iuris communis, nempe, coram septem testibus masculis, liberis, puberibus, & rogatis, & non infamibus vel alijs prohibitis, valebit testamētum etiam si testes non sint vicini, ita expēderunt ex illis verbis Anto. Gomez in d. l. 3. Tauri nu. 47. ad fi. & Marcus Solon Burg. nu. 531. & pluribus sequen. vbi arguit pro vtraque parte & concludit hanc esse veriorē sententiam. Telliū Fernan. ibidem in 1. part. nu. 16. Greg. Lup. in l. 22. glo. pen. tit. 1. part. 6. Ferd. Vazq. Mencha. lib. 3. de succell. creatio. §. 21. nu. 19. & 20. quorum opinio lege nostra confirmatur, atque ideo eius examinationem omitto. [ Similiter ex his verbis expenditur, ante legem nostram necessarium non esse testes testamēti nūcupatio ciues seu vicinos esse, quod reuocauit indubium Marcus Solon Burgen. in d. l. 3. Tauri nu. 329. & demū asseruit, absque dubio esse hęc qualitatem vicinitatis iure cōmuni imperatorū, nec iure regio antiquo septipartitarum minimē requiri, ex textu in l. ad testium in princ. ff. de testam. & l. cū antiquitas & l. si. C. eod. tit. & l. donationibus. C. de dona. & l. 1. & 2. tit. 1. part. 6. responditq; ad l. hac cōsultissima in principio. C. de testam. ibi testibus septē numero ciuibus Romanis, quia verba illa interpretantur, & sumuntur pro liberis hominibus iuxta expōsitionem glo. ibi communiter receptæ.

GLOSS. X.

1. Hæredis institutio est caput testamenti iure communi, secus iure regio.
2. Hæredis institutio quare non requiratur hodie iure regio ad validitatem testamenti? Solemnitas requisita in conficiendo testamento eadem requiritur in reuocando, quod limitatur, ibidem.
3. Testamentum iure communi imperatorum, quod carebat institutione hæredis, an suscipi possit in vim co-dicillorum, & quid iure regio? Tabellionis asserioni creditur, ibidem.
4. Testamento priore per errorem reuocato, valet secundum quoad legata, licet eius institutio infirmetur iure communi imperatorum, & validiori ratione iure regio. Lex si. ff. de hæred. insti. & l. 21. tit. 1. part. 6. interpretatur, ibidem.
5. Testamentum solemnne non reuocatur per verbalem

reuocationem coram testibus in testamento requisitis factam, nisi in ea contineatur hæredis institutio, hodie verbo iure regio secus, & nu. 6. Solemnitas requisita in actu construendo requiritur, & in destruendo, ibidem.

6. Testamentū secundum absque hæredis institutione si reuocet primū, & dicat testator se velle decedere in testatum, valet, & primū reuocabitur.
7. Testamentū primū reuocatur, si lapsū fuerit decēniū, et deinde aliud testator fecerit reuocatoriū primū, etiā si in eo nō adsit vlla hæredis institutio iure cōmuni.
8. Testamentū primū reuocatur per secundū reuocatoriū, etiam si in secūdo hæres nō instituat, si testator dixerit hæredem esse indignū, & tūc hæreditas applicatur fisco, iure autē regio vniuersibus ab intestato.
9. Testamentum minus solemnne si duos testes contineat, an obliget in foro conscientie ad eius obseruationem? Hæres legitimus an teneatur restituere hæreditatē hæredi scripto in minus solēni voluntate, cōtinētē tamē duos testes in foro conscientie? & an legata soluere teneatur legatarij eodē foro? ibid. & pluribus seq. Voluntas testatoris constare potest ex inutili dispositione, ibidem.
10. Presumptio legis non attenditur in foro animæ, sed veritas. Solemnitas testamenti requiritur tot testium, ad emittendas falsitates, ibidem.
11. Naturalis obligatio an oriatur, ex testamēto, minus solēni? & nu. 19. & seq. Forum conscientie maxima ex parte respicit obligationem naturalem, ibidem.
12. Annullatio actus an sit pœna? & nu. 35. Pœna an debeat in foro conscientie, ante condemnationem? ibid. & nu. 39. Naturalis obligatio est efficax ad retinendum, ibidem.
13. Hæredem in testamento inutili institutum, & legata viū posse retinere hæreditatē, et legata in foro conscientie, ibid. & nu. 13. referuntur doctō. hęc tenentes.
14. Hæredem in testamento inutili institutum, & legata vios non posse retinere hæreditatē, & legata in foro conscientie, imo teneri eam restituere hæredibus legitimis, & nu. seq. & 38. Leges ciuiles quando obligant in conscientia? ibidem.
15. Leges solemnitatem testamentorum exigentes iustæ sunt, & ligant in foro conscientie.
16. Leges solemnitatem testiu in testamētis exigentes sunt super certo fundatæ, & nō presumptione, & nu. 18. Testamentum minus solemnne, etiam si constet non esse falsum, est inutile, ibidem.
17. Testandi facultas competit ex dispensatione, & cōtra iuris regulas.
18. Lex pœnam imponens non ligat, in conscientia, etiam si pœna sit annulationis actus, quæ verè pœna nō est.

- 19 Conscientia non ligat quos natura non obligat. Testamentum minus solemnne non producit obligationem naturalem, ibidem.
- 20 Naturalis obligatio parit exceptionem. Lex si creditoris. C. de fideicō. exponitur, ibidem.
- 21 Naturalis obligatio geminata actionem producit. Lex si veritas. C. de fideicō. ibid.
- 22 Testator non obligatur naturaliter pro legatis, nec hæreditas iagens, sed hæres ipse ad eundem. Hæres legitimus ad eundem hæreditatem non obligatur naturaliter legatarijs in testamento minus solemnne scriptis, ibidem.
- 23 Naturalis obligatio non oritur ex testamento minus solemnne, nullusque eius respectu obligatur ex sententia authoris. Testandi facultas quomodo potuit à iure civili conferri, ut effectum produceret eo tempore quo iam dominus non erat bonorum? ibidem. Fictio à lege inducta ad observandam testatoris voluntatem locus non est, ubi solemnitas testamēti nõ servatur, ibidem.
- 24 Repetere an possit quis legata quæ soluit scienter, vel ignoranter ex testamento minus solemnne?
- 25 Obligatio ad antidota, an impediatur repetitionem?
- 26 Dubius ignoranti equiparatur. Testibus duobus etiam fide dignis quandoque quis credere non tenetur, ibidem.
- 27 Sententia à iudice competenti lata valet in foro exteriori, & interiori anima.
- 28 Sententia quam scio iniuste latam, non excusabit me à restitutione in foro conscientie.
- 29 Hæres certo sciens defuncti voluntatem in minus solemnne voluntate declaratam, an teneatur in foro conscientie eam adimplere?
- 30 Voluntate testantis minus solemnne, an sit adimplenda ab hærede legitimo qui eam non ignorat?
- 31 Hæres habens falsam conscientiam falso credens teneri ad legata in minus solemnne testamento relicta tenetur in conscientia.
- 32 Solemnitas iuris civilis, an attendatur in foro animæ?
- 33 Ratio impulsiva si cesset, non cessat legis dispositio.
- 34 Præsumptio falsitatis in testamento, an attendatur in foro animæ.
- 35 Actus annullatio an dicatur poena?
- 36 Relicta in minus solemnne voluntate non debent in foro animæ, citantur authores.
- 37 Agens contra testamentum, quia solemnitate caret, non peccat, etiam venialiter.
- 39 Hæres non consciens inuentarium, an teneatur in conscientia ultra vires hæreditarias, si certo scierit nihil subtraxisse ex rebus hæreditarijs?
- 40 Hæres in minus solemnne testamento institutus non potest, in foro exteriori retinere hæreditatem. Legatarius non potest in foro exteriori retinere lega-

- ta in minus solemnne testamento relicta, ibidem.
- 41 Hæres in minus solemnne voluntate scriptus, quod iuste, retineat hæreditatem, quo dicitur eandem iuste etiam retineat hæres legitimus, licet sit communis opinio, tam falsam esse, ostenditur. Contraria duo diversis respectibus procedere possunt ibidem.
- 42 Furtum rei suæ aut sibi debita quando & quomodo permittatur.
- 43 Legatarius vel hæres in minus solemnne testamento scriptus, an possit sibi relicta cõsequi per viam denūciationis evangelicæ?
- 44 Hæres an sit tutus in conscientia retinendo hæreditatem qua privatus fuit per aliud testamēti nudam renouationem continens iure cõmuni aut regio?
- 45 Mater an possit ab hæreditate filij excludi per substitutionem pupillarem in foro conscientie?
- 46 Institutus in re certa nullo dato cohæredere totam cõsequitur hæreditatem.
- 47 Institutus in re certa iure nostro regio loco legatarij habetur, quia dati sunt, cohæredes universales venientes ab intestato per legem istam. Legis nostræ nova declaratio, ibidem.
- 48 Institutus in re certa prohibitus per testatorē aliquid amplius recipere, an tota cõsequatur hæreditatē?
- 49 Ius dicendi nullum an competat iure nostro regio, filio præterito?
- 50-51 Legitima an sit filio relinquenda titulo institutionis iure Digestorum, & iure Codicis.
- 52 Legitima an sit relinquenda titulo institutionis filio iure authenticorum & partitarum? & quare non sequitur. Lex. 5. tit. 8. par. 6. explicatur, ibid.
- 53 Titulus institutionis est honorabilis. Legitima relinqui debet titulo institutionis: limitatur pluribus modis remissive, ibidem.
- 54 Institutus in re certa in quibusdam habetur loco legatarij, in alijs loco hæredis.
- 55 Legitima an sit titulo institutionis filio relinquenda iure canonico, aut regio? & num. 56.
- 56 Hæres iure regio an decedere possit pro parte testatoris, & pro parte intestatus?
- 57 Legitima an possit assignari in re certa alijs filijs hæredibus institutis, vel extraneo? & num. seq.
- 58 Pater an possit testando inter filios eis legitimam in re certa assignare, quoquo relicti titulo? & num. seq.
- 59 Legitima an possit filio relinqui quoquo titulo si in testamento adsit clausula codicillaris? Clausula codicillaris an censeatur appposita in testamento inter liberos? ibidem.
- 60 Legitima non debet relinqui filio titulo legati aut fideicommissi universalis. Filij duobus institutis si alteri certa res legatur, omnes equaliter succedent rupto testamento, & iste loco prælegati quod sibi fuerit relicti cõsequatur, ibid.

61 Legi-

- 61 Legitima si filio relinquatur, an eam censeatur habere titulo institutionis?
- 62 Legitima loco, si res certa relinquatur, an censeatur relicta titulo institutionis? Legitima filij an sit quæ ab honoris vel hæreditis? ibi.
- 63 Clausula codicillaris semper in hoc regno solet apponi in testamentis, ideo censebitur semper apposita.
- 64 Pacta solita poterit tabellio apponere in contractu, & procurator cui data fuit facultas vendendi.
- 65 Notarius cõfetur rogat? clausulas cõsuetas apponere. **k** *Amque el testador no aya hecho heredero alguno.* Hæc lex est notabilis valde, & correctoria non minus partis iuris cõmunis, quæ de vltimis tractat voluntatibus, nã iure cõmuni imperatorum & regio partitarum, caput, radix, & fundamētum testamēti erat institutio hæredis, quæ precedere debebat iure digestorum omnia in testamēto cõtenta, aliàs testamētum erat nullum & irritum, vt in l. 1. c. ubi notatis per Imo. & Cuma. ff. de hære. insti. §. ante hæredis insti. de leg. l. si nemo. ff. de testa. tutela, iure autē nouiori requirebatur necessariò hæredis institutio, sed nihil referebat, præcederet necne, vel seque retur. d. §. ante hæredis & l. præposteri, & l. ambigui. C. de testa. & proœmio tit. 5. par. 6. Hodie iure regio nouiori per legē istā, etiam si defuit hæredis institutio pro forma substanciali, iure antiquo requisita nõ irritatur testamētum, sed validum est, & debetur in eo relicta, & omnia in eo cõtenta sunt omnino adimplenda, vt notat Greg. Lup. in dicto proœmio Marc. Solò Burg in. d. l. 3. Tau. nu. 833. & ibi Telli. Fernã. 3. par. in prin. & ceteri interpretes, id quod & ante hæc legē fuisse statutum refert Arist. Polyticorum lib. 2. c. 7. in hæc verba. *Nunc autē, inquit, donare ex testamento licet cuiusque, etiam si nullo instituto hæredede decesserit.* Ratio huius decisionis est, vt defuncti voluntas adimpleatur, cui omnia iura fauent. l. 1. C. de sacros. eccl. l. in cõditionibus. ff. de cõd. & demonstra. auth. de nupt. §. disponat colla. 4. auth. de hære. & falci. §. si verò expressim. Hanc rationē assignat Ripa. in terminis statuti hoc idem dispositionis in l. 1. num. 45. ff. de lega. l. iniquum quippe esset, vt ipse affirmat, contra defuncti voluntatē, ob id legata nõ præstari, quod hæres in testamento non sit scriptus, vel quod scriptus hæreditatem non adierit, hæc tradidit rationē Marcus Solò Burg. in. d. l. 3. Tauri nu. 834. Ex quo ibi infertur nu. 837. quod iure regio eadem exigitur solenitas in testamento, quo aliquis hæres nõ instituitur, quæ requiritur in eo, quo hæres instituitur, licet iure cõmuni aliud esset, nam illud quinq; testibus cõfici poterat, hoc verò septē exigebat vt traditur in l. si. C. de codici. gl. Pau. Cast. & ceteri notat in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testa. Maineri. in. l. quadiu nu. 70. ff. de regul. iur. Sed hoc sanè intellige, nã testamētum dici nõ poterat, cui hæredis institutio deficiebat, sed appellabatur codicilli, in quibus nimirum quinque testes sufficiebant, nec appellari poterat testamētum, prout Marcus Burg. dixerat, à quo etiam cauendum est, dum ait nu. 388. ex eadem decisione inferri, si testamētum mutetur quo ad institutionem, siue quoad legata, eandem solemnitate exigit in vltima voluntate, qua dictum testamētum mutatur, quauis iure cõ-

muni per codicillos mutabatur testamētum quoad legata in eo cõtenta, qui quinque duxat testibus cõfici poterant. §. 1. insti. de adm. lega. traditur in. d. l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testa. per gl. Paul. & docto. ibi. Nã idē hodie iure regio fieri poterit testamētum siquidem coram septē testibus cõfectum, quod fieri potest, si quis velit seruare solenitate iuris cõmunis, vt in hac lege statuitur, vel si fuerit in scriptis cõfectum poterit mutari quoad legata per codicillos postea factos quinq; vel tres testes, si plures reperiri non possint, cõtinentes. [ Ex hac noua decisione plurima inferuntur. In primis cessare facit disputationē doctorum iure cõmuni imperatorum late discussam per Ferd. Vaz. Mencha. lib. 2. de success. creatio. §. 16. nu. 21. vers. vnde questum. Querebatur etenim, notarius in publico instrumento asseruit, Titium sanè mentis suum condidisse testamētum, in quo hæc declarauit, & tamen legata fecit, in eo tamen nulla reperitur hæredis institutio, an tale testamētum nuncupatiuum in vim codicillorum sustineatur, vt inde legata à legitimis hæredibus præstentur. Iafson asseruit valere in rub. ff. de lega. l. nu. 16. autoritate Bal. & Paul. Cast. quos ipse refert. Cõtrariū tamen sentit idē Iaf. in. l. 1. §. si quis ita nu. 17. ff. de verb. obli. quia sine hæredis institutione vel aditione, omnia in testamento cõtenta corrumpunt. d. §. ante hæredis insti. de leg. l. proxime. ff. de his quæ in testam. delent. l. 1. in fi. ff. de vulga. l. eã quã. C. de fideicõ. l. si nemo. ff. de reg. iur. Et quia testamētum facere volēs, nõ apposita clausula codicillari, hoc est, si valere nõ possit quod hic dispono, vt testamētum, valeat vt codicillus, aut in vim cuiuscunq; alterius vltimæ voluntatis, viciatur dispositio, nec sustineri poterit in vim codicillorum. l. si. §. illud. C. de codici. l. 1. ff. de iure codicillo, & quod voluerit facere testamētum, patet ex assertione tabellionis: cui creditur. l. c. ubi precibus. C. de proba. perinde ac si testator id dixisset, cuius verbis stādum esset. l. nõ aliter. ff. de lega. 3. l. Labeo. ff. de suppl. lega. l. vnica. §. si autē ad defuncti. C. de cadu. toll. Alijs quoque rationibus mouentur, quas tradidit Iaf. in. d. §. si quis ita & Ferd. Vaz. d. §. 16. nu. 21. qui huic accedit sententiæ, respondetque ad. l. vlt. ff. de iur. codi. & ad alia fundamēta per Iaf. adducta in. d. rub. ff. de leg. l. nu. 16. & seq. C. etiam etenim hæc dispositio iure nostro regio, cū per legē istā valeat huiusmodi dispositio nõ in vim codicillorum, prout iure cõmuni erat questio, sed in vim testamēti, quod nullam requirit hæredis institutionē, nec est de substantia testamenti, vt in hac lege statuitur, [ Secundo infero, priore testamento per errorem reuocato [quia testator, cū fecerat secūdum, hæredes in primo institutos mortuos esse credebat, cū esset in viui] secūdum quoad legata sustineri, vt in l. vlt. ff. de hære. insti. l. 21. tit. 1. par. 6. licet quoad institutionem hæredis primū maneat firmum, hæresque in cõscripto succedat, nõ is qui in secundo testamento institutus fuerit, quia sic lex illa interpretatur voluntate testatoris dicentis, quia hæredes quos mihi cõtingere volui, nõ potui & cetera. Ex quibus verbis fingit. d. l. vlt. & l. par. supracitata præcūdum testamētum fuisse institutos hæredes in priori nominatos, & valere secūdum, vt oia in eo relicta adimpleantur, nõ que in priori, & licet hoc iure cõmuni nõ esset absq; cõtentione, ex eo quod in firmata institutione hæredis in secundo testamento facta, oia in cõ-

k g testamēti



testamento relicta infirmari oporteat, iuxta tex. in. l. eam quam. C. de fideicom. l. 2. §. adeo. ff. de vulg. l. sine mo. ff. de reg. iur. huicque obiectio variè respondeatur, vt videre licet per Ferd. Vaz. d. §. 16. nu. 22. attenda verò lege ista, stat clara respõsio negando obiectiõem, valet siquidem testamentum, quoad legata & cætera in eo contenta, licet institutio hæredis desit vel infirmetur. [ Infirmetur tertiõ, quòd licet iure communi, secundùm receptiorem sententiã, hæredis institutio in testamento solemnè facta, nõ reuocetur per verbalem reuocationem & contrariam voluntatẽ testatoris coram legitimo numero testium explicatã, nisi in ea adsit hæredis institutio, quam solemnitate substantialem vocant omnes, sine qua secundum testamentũ in quo reuocatio prædicta continetur, est inutile, inuolidum, & sine effectũ, vt voluit Bar. in. l. si iure. ff. de leg. 2. nu. 3. Areti. in. l. hæredes palãm. §. si quid post. ff. de testam. Paul. Cast. in. l. hæreditas nu. 2. C. de his qui, vt indig. & in. l. sancimus. C. de testam. vbi Alexã. & Ias. & Moderniores, idem Alex. in. l. si ita scriptum. §. regula nu. 3. ff. de lib. & posthu. Bal. in. l. i. nu. 68. C. de sacros. eccles. Imol. in. c. cum esset. 7. q. de testam. Ant. Gomez in. l. 3. Tauri nu. 102. Couar. in rub. extra de testam. 2. par. nu. 21. vers. hinc ergo & illud apparet in fi. 5. conclusionis, qui hanc attestatur communem idem voluit Bald. conf. 34. lib. 5. Mayneri. in. l. quãdiu nu. 109. ff. de regu. iur. Guill. Benedi. in. c. Raynuntius in verbo testamentũ. 2. nu. 8. Quod obtinet, etiam si secundũ testamentũ primũ expressim reuocauerit, secundũ eos, & Ias. in. l. planè in prim. ff. de lega. 1. & Ferd. Vaz. lib. 2. de success. creatio. §. 17. nu. 60. 72. & 73. & hæc cõmunis sententia cõuincitur ex §. ex eo insti. qui. mod. testa. in firm. cuius verba sunt. *Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quòd postea testator id noluerit valere;* & in. l. militis codicillis. §. veteranus. ff. de mili. testam. & in. l. hæredes palãm. §. si quid post. ff. de testam. vbi eadem solẽnitã requiritur in actu destruẽdo, quæ exigitur in eo construẽdo, facit etiam lex. 1. ff. de iniusto rup. & in. l. 1. §. si hæres. ff. si tabu. testa. nulla extab. l. sancimus per locũ ab speciali. C. de testam. cuius sententiæ eã est ratio, quoniam dispositio perfecta non tollitur, per sequentem & imperfectã & inutilẽ, ex qua ius alteri quæri non potest. l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. maio. l. si iure. ff. de leg. 3. l. cum quis. §. si debitorem. ff. de solu. l. si absentis in fi. C. si cer. peta. l. vir vxori vers. sed si promissor. ff. de dona. int. vir. & vxor. l. si me in vacuam in fi. ff. de acq. poss. Sed vltima dispositio in specie, de qua agimus, secundum ius commune imperatorum & regiũ partitarum, est imperfecta & inutilis, eo quòd deficiat hæredis institutio, quomodo ergo infirmabitur primum testamentũ perfectum? [ Iure tamen regio per legem istam cessat hæc ratio, quia vltimum testamentum valet absque hæredis institutione, quare nimirum si testamentũ primũ infirmetur & reuocetur, per secundum, reuocationem primi dumtaxat continens, modò solemnitas legis nõ strã in eo interueniat, quandoquidem solemnitas requisita in actu conficiendo, exigitur & in destruẽdo, vt in. l. hæredes palãm. §. si quid post. ff. de testam. & tũ potissimũ cum secundum legem istam, vocare censetur testator venientes ab intestato, atque ideo eorũ fa-

uore reuocare testamentũ, arg. text. in. l. conficiũtur. ff. de iure codicillo. & hanc sententiã tenet expressim Ant. Gom. in. l. 3. Tauri nu. 104. & ibi Marcus Solon Burg. nu. 842. quæ conuincitur vel ex eo, quòd etiam iure cõmuni prima hæredis institutio solẽniter facta reuocatur per secundũ testamentũ itidem solẽne, etiã si in eo defuerit hæredis institutio, modò priori testamento derogetur, dixeritque testator, se velle decedere intestatum, vt ex. l. 1. §. si hæres iuncta glo. ff. si tabu. testa. nulla. exta. expendit Bar. in. d. l. si iur. nu. 3. ff. de lega. 3. & in. d. §. veteranus, Alex. cõf. 104. lib. 2. & cõf. 30. in. 2. dubio lib. 3. vbi hæc dixit cõmunem sententiã, & cõf. 140. li. 2. & in. l. sancimus pen. col. C. de testam. & in. l. si ita scriptum. §. regula nu. 4. vbi etiã Areti. ff. de lib. & posthu. Corne. conf. 39. lib. 2. Lauren. Calca. cõf. 91. Corn. & Ryminal. in. l. sancimus. C. de testam. Deci. conf. 182. col. 1. vbi hæc profitetur cõmunem, Ant. Gomez in. l. 3. Tauri nu. 103. & ibi Marcus Solon Burg. nu. 842. prope finem Couar. de testamen. 2. part. nu. vltimo vers. 6. conclusio Greg. Lupi in. l. 21. tit. 1. part. 6. in glo. 1. qui omnes attestantur hanc esse cõmunẽ sententiã licet Ferd. Vaz. lapsu linguæ cõtrariã dixerit esse cõmunẽ. d. §. 17. nu. 74. Rationẽ reddũt oēs su pra citati, qui videtur testator heredes instituisse eos, qui eidem successuri erant ab intestato. Sic in specie legis nostræ censentur tacitè vocati venientes ab intestato per legem nostrã, & hæredes per testatorem ipsum instituti. [ Solẽt præcitati doctores alijs modis limitare conclusionẽ cõmunẽ, de qua supra nu. 5. & potissimum, quoties post primum testamentum lapsus fuit decennium, & deinde post decennium prædictum, factum fuerit secundum testamentum solemnẽ, in quo nuda voluntas reuocatoria adsit absque hæredis tamẽ institutione, valebit etenim secundum, & reuocatum esse censetur primum, vt est casus singularis, & non alibi in. l. sancimus, & ibi notãt omnes interpretes. C. de testam. præsertim Bal. Sal. Alex. Corne. & cæteri, idem voluit Bal. conf. 40. lib. 2. Ioan. de Ana. conf. 28. Ioan. Faber. in. §. pen. insti. qui. mod. testa. in firm. 2. colũ. vers. item nec obstat Alex. conf. 105. nu. 7. lib. 4. Bertrand. conf. 281. col. 1. lib. 2. Corne. conf. 149. lib. 2. estq; communis conclusio secundum Iaso. in. l. sancimus col. pen. C. de testam. & Ferd. Vaz. d. §. 17. nu. 73. 74. & 75. nec sufficit lapsus decennij à tempore secundi testamenti, prout Ant. Gomez perperam intellexerat in. d. l. 3. Tauri nu. 103. nisi inter primum testamentum, & eius reuocationem decem præterierint anni, & hæc esse communem opinionem attestatur Ferd. Vaz. d. §. 17. nu. 73. ad finem & Guill. Bened. in repe. c. Raynuntius de testam. in verbo testamentum. 2. num. 8. Hodie autem iure regio hic decennij transuersus non est necessarius, quandoquidem secundum testamentũ omnino valeat reuocans primum, etiam si in eo non instituat heres, atque etiam si decennium non transierit, vt dixi supra nu. 5. & 6. [ Tertiõ prædicta regula fallit quoties testator in reuocatione primi testamenti asseruit, heredem in priori testamento institutum esse demeritum & indignum, quia tunc reuocatio verbalis sufficit, quoad hoc vt hereditas ab herede aufertur, & applicetur fisco, vt in. l. hæreditas. C. de his qui, vt indi. & l. 23. ti. 1. par. 6. quæ tamẽ hoc sublimita nisi in vltimo

in vltimo testamento fuerit alius institutus hæres, quia tunc ei competet hæreditas, nõ fisco. Ex quo ego infero, hodie in hoc regno etiam si in secundo testamento reuocatorio primi, hæres non instituat, aufertur hæreditas ab herede in primo testamento instituto, & acquiratur heredibus ab intestato, qui per legẽ nostram vocati censentur à testatore, qui nullum heredem instituit in testamento, atque ideo sustinetur testamentũ absque vlla hæredis institutione, vt in hac lege. [ Quarto limitat Ant. Gom. in. d. l. 3. Tauri nu. 103. conclusionem nostram, vt non procedat in foro conscientie, quò in foro ait, tutum non esse. heredem in primo testamento institutum, retinẽdo hæreditatem ex vi eiusdem testamenti, quod apparet reuocatum per contrariam testatoris voluntatem, etiam in minus solemnè testamento declarata, citat Bal. in. l. 1. colum. penult. C. de sacros. eccles. Sed hæc quæstio decidetur infra nu. 44. [quia pendet ab hac quã primo expediã, quæ nec facilis est, nec admodum expedita, nunquid legata in minus solemnè testamento relicta in animæ iudicio sint ab herede soluenda, & in sũma, an iuris ciuilibus solẽnitã sit in interiori animæ iudicio seruanda? & an ipse hæres in testamento minus solemnè institutus retinens hereditatem sit tutus in foro conscientie, & an eam restituere teneatur venientibus ab intestato? Et videtur testamentum minus solemnè cum duobus dumtaxat testibus confectum, non obligare heredem in eo institutum in foro animæ, ad restituendum hereditatem venientibus ab intestato, sed eius vigore possit licitè retinere hereditatem, & teneri soluere legata: nam in prædicto foro non consideratur, defectus solemnitate iuris ciuilibus, sed manifesta testantis voluntas, quæ manifesta sit duobus testibus, nam ex inutili dispositione defuncti, de eius voluntate constare potest, vt in. l. vlti. ff. de reb. eorum & in. l. peto. §. matre ff. de lega. 2. Quo fit, vt non solum scriptus hæres in testamento minus solemnè retinere possit in conscientia hæreditatem, verũ & eadem ratione hæres scriptus in testamento solemnè, vel legitimus hæres ab intestato succedens teneatur restituere hereditatẽ ei, qui fuit institutus in minus solemnè voluntate, & legata legatarijs in eadem nõ solẽni voluntate relicta. [ Cui sententiæ suffragatur ratio illa, quòd solemnitas tot testium, quæ in testamentis ciuili iure requiritur, eo tenet, vt euitentur falsitates, quæ cõmitti facile possent l. vlt. C. de fideicom. §. 1. insti. de testamen. sed vbi constat de voluntate testantis, cessat hæc ratio, ergo & iuris ciuilibus decisio. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. c. cum cessante cũ similibus de appella. Præterea lex ciuilibus requirit hæc solemnitate, vt dixi, propter euitãdam præsumptionem falsitatis, at in foro animæ non attenditur præsumptio, sed veritas. c. tua nos & c. is qui fidem de sponsal. Bal. in. l. cum quis numero 34. C. de iur. & facti igno. Panon. & alij in. c. quæ in ecclesiarum de constit. solemnitas igitur iuris ciuilibus maximum testium numerum, exigens seruanda, non est in foro animæ, sed satis erit si fiat probatio iure gẽnũ sufficiens. [ Quarto ex minus solemnè voluntate & testamento prius naturalis obligatio l. vltim. vbi Bal. notat. C. ad l. fidei. l. in testamento. ff. de fideicom. liber. l. fideicommissum. C. de conditi. indeb. gl. Bar. &

docto. cõmuniter in. l. cũ quis. C. de iur. & facti igno. glo. & doct. in. l. 1. ff. de condi. indeb. Imol. in. v. si. de solu. l. 31. tit. 14. part. 5. quam esse receptam sententiam attestatur Ias. in. l. cum quis nu. 43. & ibi dõminus Ant. Padilla nu. 7. idem Ias. in. l. interdum nu. 4. ff. de cõdi. indi. & in. l. si pacto quo pœnã numer. 6. C. de pact. Corn. conf. 137. nu. 3. lib. 2. & in. l. si veritas nu. 1. C. de fideicom. & in. l. 2. C. de fideicom. nu. 1. vbi idem voluerunt Bened. de Plumbi. Fulg. & Paul. Greg. Lupi in. l. 31. tit. 14. gloss. 1. part. 3. at obligatus naturaliter; & in foro animæ tenebitur, obligationem adimplere sub pœna culpæ læthalis secundũ Bart. in extragan. ad reprimẽdũ in verbo denũciationẽ cui accedit Abb. in. c. quia pleriq; col. pen. de immuni. eccles. Ancarra. in regula possellor. de regu. iur. in. 6. q. 1. Couar. in. c. cum esset nu. 5. de testam. nam forum conscientie maxima ex parte respicit obligationẽ naturalẽ, vt quod naturaliter tantum debetur, debeatur quòq; in foro conscientie: quod autem nec ciuilitè, nec naturaliter debetur, minimè in foro conscientie debeat, vt patet ex notatis per docto. in. c. nouit de iudi. per docto. in. d. c. quia pleriq; & in. l. si post diuisionẽ. C. de iur. & facti igno. & in. l. cum quis eod. tit. cum concordantij à Tiraquello congestis de legib. connubia. gloss. 4. nu. 15. Quo fit cõscientiam non obligare illum quæ natura non obligat secundum Bal. in. l. nec in fi. C. de vet. etiga. & com. Augusti. Beroi. latè in. c. 1. de constit. nu. 230. Ripã in. c. 1. de iudi. nu. 89. prope finẽ. [ Quinto annullatio actus est pœna. l. non dubium. C. de legib. & illic scribentes. l. turpia, & ibi latissimè recentiores. ff. de lega. 1. sed in foro conscientie pœnã locus non est etiam ipso iure imponatur, nec veniens contra legem, pœnam soluere tenebitur, donec condẽnatoria, vel declaratoria sententia subsequatur, ex sententia gloss. in. c. fraternitas. 12. q. 2. quã plures sequuntur teste Decio in. c. 1. de constit. ad questionẽ nu. 20. & Dõmini. à Soto lib. 1. de Iusti. & iure art. 6. q. 6. Iacob. Septima. de institutio. Catholi. c. 9. num. 27. & seq. Ferd. Vaz. de success. creatio. §. 10. nu. 672. Sexto constat heredem in testamento minus solemnè scriptum retinere posse hereditatem, & esse tutum in foro conscientie eam retinendo, quia naturalis obligatio potes est iuris ciuilibus autoritate, ad retinendum, licet ad agendum efficax non sit, vt in. l. Stichum aut Pãmphilum §. naturalis. ff. de solu. doct. in. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. Guill. Bened. in repe. c. Raynuntius in verbo si absque liberis. 2. nu. 73. [ Quibus rationibus suffulti hæc sententiã amplectuntur Bar. in tractatu. minoricarum. c. 3. Panon. in relectio. c. cõ esset de testam. nu. 10. & 15. & ibi Couar. attestatur hæc cõmunẽ esse nu. 54. Anto. in. c. nouit de iudi. nu. 66. & in. c. quia pleriq; nu. 9. vers. ex his patet. & ibi Panon. nu. 43. de immuni. eccles. Alcia. de quinq; pedũ præscriptione nu. 34. & pluribus seq. maximè nu. 48. Alberi. Bruñus in tracta. de potetia & effectibus formæ fol. 57. col. 3. & foli 60. col. 1. & 2. Alberi. in. l. cum quis. C. de iur. & facti igno. Floria. in. l. cum de in rem verso col. 3. ff. de vrsi Guido Papz. q. 143. Mart. Laud. in tracta. de cõscientia q. incip. quæro in foro cõscientie Ias. in. l. nemo potest q. lectio. num. 75. & seq. ff. de lega. 1. & in. l. si non sortem in princ. numero. 7. ff. de condi. indeb. Corne. consilio

119. numero. 34. lib. 2. Ioann. Orofius eam sequitur & attestatur comunem in l. omnes populi numc. 65. ff. de iusti. & iu. Alan. Godo. & alij antiquiores quos refert Fortu. Garf. de ultimo fine vtriusque iuris numc. 235. Ancarra in regula possessor numero. 20. de regulis iur. lib. 6. refert consuluiffe se quatuor peritissimos in sacra theologia magistros, atque inter eos præstantissimum quendam Carmelitam, qui omnes huic opinioni consenserunt idem voluit Imol. Alexand. Iaso. & Ioan. de Montefe. in l. nemo potest. ff. de lega. 1. Corn. consil. 119. lib. 2. Felin. late in cap. 1. de consti. nu. 39. & 40. Et è Theologis multi id consenserunt Adria. quot. lib. 6. artic. 1. q. 2. Aug. Clauasi. in summa in verbo hæres. §. 5. modò de voluntate testantis illi constiterit, & in verbo legatum nu. 8. Syluester in summa in verbo testamenti. l. 5. §. 5. & verbo legatum. 4. §. 10. & in verbo hæreditas. 3. q. 7. vbi refert Archiep. Florè. idem tenentè loã. Tabiè. in summa in verbo hæres nu. 4. Bartho. Fume. in eius summa verbo hæreditas nu. 14. & in verbo legatum nu. 16. Medina in Codice de rebus restituendis. q. 23. col. vlt. dum tamè nulla fraus interuenerit, & illam testantis voluntatem esse sciuerit, atque communem apud eos esse testatur Domi. à Soto lib. 4. de i. sti. & iure qua st. 3. artic. 3. colum. 18. & denique eam esse communem attestatur Ferdi. Vazq. Mencha. de success. creatio. §. 1. numer. 23. Alia plura fundamenta pro hac opinione adducit Marcus Solon Burgen. in l. 3. Tauri à numero. 1406. vsque ad numerum. 1426. inclusiuè. Contrariam tamen sententiam, primo quod in foro animæ hæres in minus solemnii testamento institutus, non possit retinere hæreditatem, sed eam teneatur restituere venientibus ab intestato, hæres quoque in solèni testamento institutus, vel legitimus, non teneatur hæreditatem, vel legata in minus solemnii testamento relicta præstare in conscientia, tenere videtur beatus Thom. ab omnibus receptus. 1. 2. qua st. 96. articulo. 4. vbi solidam nobis tradit doctrinam, quòd leges humanæ postiuæ conditæ ab eo qui habet potestatem, ex iusta & rationabili causa super rebus temporalibus, non per fictionem aut præsumptionem, sed super certo disponentes, ligant subditos in foro conscientie, idem vcluit Enriq. quotilibeto. 8. qua st. 22. Bald. in l. cum quis numero. 14. vbi magistraliter distinguit. C. de iur. & fact. igno. idem Bald. Paul. Alexand. & Iaso. in l. pen. §. illo. C. de necess. seru. hære. in situ. Abb. in procmio Decretali. in parte rex pacificus numer. 4. idem Abb. & Felin. numero. 44. & Deci. numero. 8. in c. 1. de constitu. Paul. Aretic. & Iaso. in rub. ff. de acq. hæred. in fi. Ancarra. in regula possessor. 7. col. de regul. iur. in. 6. And. de Yfern. in cap. 1. versu. 1. de pace iura. firm. numero. 19. Floria. in l. ex parte. §. seru. ff. familie arciscunde Iason in. 6. sed istæ numero. 103. in sti. de actio. hanc esse communem sententiam attestatur Couarru. in c. cum esles de testam. nu. 6. & Anto. Gomez. in l. 3. Tauri nu. 123 & ibi Marcus Solon. Burgen. num. 1430. & numeris præcedentibus hoc optimè fundat Ioan. à Turrecremata in cap. quos autem. 10. distinet. Domi. à Soto lib. 1. de iusti. & iure qua st. 4. articulo. 1. Ioann. Ciriere in tracta. primogenituræ lib. 2. qua st. 15. colum. 3. August. Berol. in c. 1. de in integ. resti. num. 168. Tiraquel. in præfatione

retractus Lignagier nu. 73. vbi plures citat concord. Alcia. in c. nouit de iudi. nu. 38. Fortu. Garfia de ultimo fine nu. 260. Marcus Solon Burg. in l. 1. Tauri nu. 453. vbi addit cõcord. Floren. in sua summa. 1. part. tit. 1. §. 4. vbi limitat plurifariam, & Deci. in d. c. 1. de cõf. sti. & moderni in c. quæ in ecclesiarum cod. ti. est que optimus tex. regni nostri hoc probas in l. 16. tit. 1. par. 1. ibi, *Y metexse hian en la carrera de la muerte*, & ibi notat Grego. Lupi Alfonso à Castro lib. 1. de potest. legis pœna. c. 5. docu. 4. & 5. Ioann. à Medina de restitu. q. 36. versu. quo pra misso. Dida. Perez latissimè in procmio ordinationum. q. 10. Ferdi. Vazq. Mencha. de succes. creatio. §. 1. nu. 26. & §. 2. nu. 7. & §. 10. nu. 661. Vbi tamen contra communem tenet, indubio nõ obligare leges ciuiles in foro cõscientie, licet secus sit quãdo cõstat de intèntione legis, quòd voluit obligare ad culpam eius transgressorem, quia tunc absque dubio obligare ait, in foro conscientie numero præcedenti in fine, cui sententiæ subscribere videtur Mart. Azpil. in manuali confess. c. 23. à nu. 46. vsq; ad nu. 64. vbi optimè hoc explicat. At lex nostra & similes tantæ exigentes solemnitate in testamentis iustæ sunt, & super certo fundatæ non super præsumptione, quibus nõ seruatis non oriatur naturalis obligatio ex testamèto minus solèni, quare nimirum si non teneatur quis ad eius obseruantiam. Ex quo hæres legitimus non tenebitur solvere legata in testamento minus solèni relicta, nec hæreditatè hæredi in eo instituto in foro cõscientie, Quòd sint iustæ cõstat, quia factæ sunt ab habènte potestatem, atque ideo autoritate diuina per suos ministros. c. quo iure. 8. dist. c. vlt. in fi. 16. q. 3. Per me, ait dominus, reges regnant & legum conditores iusta decernunt proverbiorum. 8. epist. inter claras. C. de sum. Trini. & fid. cath. c. imperatores. 9. dist. leges itaq; iustæ deriuantur à lege diuina, Sapientia. 11. Aug. ff. in lib. de libero arbitrio. Legibus autè Imperatorum & regis regni nostri testamenta solènitatè testiũ carètia infirmantur, & hæreditas deserit venientibus ab intestato. l. hac consultissima in fi. & §. per nuncupationem. C. de testam. & in l. nostra & sequenti. Quæ leges iustæ proculdubio sunt, quandoquidè hic testadi actus grauis sit, & mille fraudibus obnoxius: potuit ergo lex quo tutius & fidelius ageretur, l. anc solemnitate fratuere ad totius reipublicæ utilitatem, quòd si hæc est publica utilitas, iusta erit lex hoc præcipiès auctore Alfonso à Castro lib. 1. de lege pœnali capit. 5. quod probat Couarru. in d. cap. cum esles de testam. numero. 6. Anto. Gomez in d. l. 3. Tauri numero. 123. & ibi Marcus Solon Burgen. num. 1432. & duobus sequentibus, vbi optimè probat iustas esse huiusmodi leges & Ferdinan. Vazquez Menchaquè. de successio num creatio. 4. 2. numero. 7. si iustæ sunt, quare non seruabuntur in foro cõscientie? Quod non fundentur super præsumptione falsitatis, sed super certo, constat ex pluribus, & primò quoniam præsumptio falsitatis fuit causa impulsua non finalis, nam propter euitandas falsitates tot testes adhiberi oportuit. Quòd fit, vt etiam si certo sciamus fraudem nullam esse adhibitam in aliquo testamento cum minori numero testium factò, non propterea cessabit legis dispositio irritans tale testamentum. l. 2. §. fin. ff. de dona. l. 1. §. se-

xum

17  
18  
19  
20  
21  
xum: ff. de postulan. vt rectè aduertit domi: Antoni. Padilla in d. l. cum quis. C. de iur. & facti. igno. nu. 14. lex enim nostra & similes si in conscientia non ligarent, non consuleretur fini, ob quem institute sunt: annullant siquidem testamentum non habens certam solemnitate testium, etiamsi nulla fraus interuenerit, ad euitandas fraudes, quæ accidere possent: quare & si nulla fraus interueniat, equum est suberti testamentum minus solemnne, ne legislatoris finis fraudetur, ne ue earum dispositio sit frustratoria contra procmiũ Gregorianum, & C. de emenda. Codi. in prin. & contra. l. si quando. C. de inoffi. testa. Præterea hæc testadi facultas iure ciuili & regio ex quadam honestate & conuenientia, quasi ex priuilegio hominibus cõcessa est, contra regulas iuris prohibentes, conferre dispositionem in tempus, quo res non sunt disponentium, vt in l. quod sponsæ cum similibus. C. de dona. ante nup. prout contingit his, qui testatur de bonis suis, vt dispositio eorum sortiatur effectum post mortem quãdo iam non sunt domini eorum: quare nimirum ex gratia, vt dixi, & priuilegio hæc testandi facultas eis conceditur, ex sententia Accursij in l. illa institutio in verbo pendere. ff. de hære. insti. quæ communiter est recepta teste domino Anto. Padilla in l. cum quis numero. 13. C. de iur. & fact. igno. vbi citat concord. cum his quæ diximus supra eo. gloss. 1. in fi. & gloss. 4. numero. 16. & talis conceditur facultas, dummodò in confectioe testamenti seruent solemnitate ipsiusmet legis, quòd si fines mandati excesserit testator, veluti abusus priuilegio sibi concessio, est merito illo priuatus, & propter defectũ potestatis actus corruit, vt attestatur. d. Anto. Padilla. d. l. cum quis numero 13. & diximus supra gloss. 4. numero. 16. Ecce in nostra specie non fundatur lex in præsumptione, sed in veritate, quia sub hac conditione concessa fuit facultas testandi, qua deficiente, deficit quoque potestas ad faciendum actum: quin etiam deficit voluntas, vt similiter probauit. d. gloss. 4. numero. 13. quæ duo, scilicet, potentia & voluntas ad actum conficiendum exiguntur, vt ibidem numero. 16. Rursus quòd lex nostra & similes testamètorum solemnitate plurium testium exigentes non fundetur præsumptione, asseuerat expressim Anto. Gomez in d. l. 3. Tauri numero. 123. & ibi Marcus Solon Burgen. numero. 1471. & quandoque licet lex fundetur in præsumptione obligare in conscientia asseuerat, ex Felino in capit. sicut dignum in fi. de homi. & tum potissimum hac in specie, cum non agatur de seruanda solemnitate in conscientia: non enim peccat testator non seruando legis ciuilis solemnitate, quia lex, pœna testanti imposita annullationis actus (si pœna dici potest) contenta est, vt optimè probat Marti. Azpil. in manuali confess. capit. 23. numero. 36. Sed queritur dumtaxat, an lex excolet à peccato & restitutione eum, qui bona obtinet contra voluntatem testatoris in testamento minus solemnii declaratam? & an obliget in conscientia ad obseruationem legis annullantis testamentum minus solemnne? Et cum hæc annullatio sit certa, & nulla præsumptione fundata, sed super veritate quia verè non seruauit solemnitate requisitam, nimirum si obligetur quis in foro conscientie ad obseruatio-

nem huius annullationis, vt eius virtute non possit quis obtinere nec consequi in eo contenta, quia huiusmodi annullatio non est pœna vt dicam infra numero. 35. [Suadetur item hæc sententia quia conscientia non ligat quos natura non obligat, ex doctrina Bal. communiter recepta in l. 1. in fi. C. de vestiga. & commissi. quem sequitur Deci. in capit. 1. de constitu. 1. lectione numero. 18; in fi. Augusti. Berol. late ibidem numero. 230. Ripa in capit. 1. de iudi. numero 89. prope finem. At ex veriori & receptiori sententia ex testamento minus solemnii non oritur naturalis obligatio. Quod constat arguendo à sufficienti partium enumeratione, prout arguit dominus Antoni. Padilla in d. l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. numero. 10. & sequent. Nam si testamentum factum est, aut non completum, nulli dubium quin naturalis obligatio ex eo non oriatur, cum deficiat voluntas testatoris; ex qua obligatio descendit, ex sententia doctorum tenentium contrariam partem; aut verò testamentum deficit ex defectu solemnitate vel formæ, & tunc, si formam appellas institutionem hæredis, idem erit iure communi, quippe quòd sine ea nil valet testamentum, nec sustineri magis potest, quàm homo sine capite. d. §. ante hæredis insti. de lega. cum concordan. supra numero. 1. hodie autem valet, vt in hac lege, quare licet hæredis institutionem non contineat, oritur obligatio & actio effica ad omnia contenta in testamento. Vbi autem solemnii testamenti deficiunt, quia non sufficienti numero testium vallatum sit testamentum, nulla similiter ex eo oriatur obligatio etiam naturalis, ne dum ciuilis, quoniam in illis consistit substantia, forma, & vigor totius testamenti, & non solum ad probationem testes tot exiguntur, sed ad formam substantialem ipsius testamenti, vt ex receptiori sententia probauit latissimè supra eodem gloss. 4. numero. 10. 11. & pluribus sequentibus. Cum igitur hic substantia deficiat, nulla obligatio nec naturalis oritur. l. 1. §. si quis ita interroget. ff. de verborum obligatio. Hæc eadem sententia, quòd obligatio naturalis non oriatur ex testamento minus solemnii probare videtur, text in l. si creditoris. C. de fideicommissi. ibi iure subnixa, dicit ibi imperator, ita demum competere exceptionem legatarijs aut fideicommissarijs aduersus hæredem, si defuncti voluntas fuerit iure subnixa, hoc est; iuris solemnitate munita, à contrario ergo sensu, si testium solemnitate careat à iure requisita, non pariet exceptionem; si non parit exceptionem ergo nec naturalis oritur obligatio ex testamento minus solemnii, nam vbi adest obligatio naturalis, ex ea oritur exceptio. l. iurifigentium. §. igitur nuda. ff. de pacti. Idem probat text. in l. si veritas. C. de fideicõ. ibi stipulantibus spopodisti. Ecce requiritur stipulatio; adhuc vt debeatur legata in minus solèni voluntate relicta, sed si verita esset obligatio naturalis, pactũ nudũ sufficeret ad producenti obligationem efficacem, cum ex geminata obligatione naturali actio effica produceretur, vt in l. vlti. C. ad l. falcid. & ibi expendunt Iaco. de Rabe. Albe. Bal. Ang. & Salice. & ceteri ibidem Cum in rub. ff. de verb. oblig. num. 8. vbi Iaso. nu. 11. & Ripa num.

k

301



30. eam dicentes communem cum concord. a. d. Anto. Meneses traditis in. d. l. cum quis nu. 11. ubi citat etiam tex. in. l. fideicommissum. ff. de cod. in deb. ibi, in stipulationem deductum. ¶ Dicit præterea, se non videre ubi hæc obligatio radices egerit: nam in ipso testatore minimè, citat Bal. in. l. eam quã nu. 5. C. de fideicõ. ubi probat testatorem proprijs legatis non obligari vt in. l. non minus. §. vlti. ff. de hære. insti. & l. legatum §. alienus. ff. de lega. 1. ubi tamen solum dicitur hereditate non adita, hereditatem ipsam repræsentare personam defuncti, & vice defuncti fugi. Sed eos textus ipse Bal. citavit vt probaret, etiam ipsam hereditatem iacentem nõ esse obligatã legatis, sicut nec testatorẽ, cuius vice fungitur, & nõ hæredis, qui solum tenetur legata soluere, postquam adierit hereditatem propter quasi contractum, quem ad eũdo cum legatarijs facere videtur. l. apud Iulianum. §. fi. & l. seq. ff. ex qui. caus. in poss. eat. §. hæres quoque insti. de oblig. quæ ex qua si cõtra. naf. Verum neque hæres legitimus obligatur ad eũdo hereditatẽ in nostra specie, quoniã nõ succedit ex defuncti volũtate, cũ nõ succedat ex testamento minus solẽni etiãsi in eo fuerit scriptus, sed tanquã alius quidã quã is quẽ testator legatorum nomine prægrauavit. Potest enim idẽ tanquã alius admitti. vt in. l. si pater. §. qui duos ff. de adoptio. Nulla ergo est in hoc casu obligatio naturalis: ex quibus & alijs fundamentis hæc opinioẽ [quod naturalis obligatio ex minus solẽni testamẽto nõ oriatur] tenuerũt Bal. Fulg. Paul. Cast. & d. Ant. Padi. in. d. l. cũ quis nu. 10. & l. 11. C. de iur. & fact. ign. Cin. fulg. & Iaf. nn. 16. in. l. 1. ff. de cod. inde. Iaf. in. l. si veritas & in. l. si creditoris per. eos tex. C. de fideico. Pet. Lorientus de iuris arte tracta. 11. cap. 22. Corne. confi. 137. num. 3. lib. 2. Couarruu. Hispaniæ decus, in cap. cum esses num. 9. de testam. Ferdi. Vazquez de successio. creatio. §. 1. nn. 21. Marcus Solon Burg. hæc dicẽs cõmunẽ in. l. 3. Tau. nu. 1466. licet loquatur quoad hereditatẽ, vt naturaliter non debeat ei qui in minus solemnẽ testamento institutus est, & idẽ voluit Bar. Bal. & alij in. l. si post diuisionem. C. de iur. & facti igno. ubi & d. Anto. de Padilla num. 7. dicens communem Alex. conf. 70. ad si. lib. 2. Vbi addit ex testamento minus solemnẽ non competere ius retentionis, Greg. Lupi hanc dicens communem quoad hereditatem dumtaxat in. l. 31. tit. 14. par. 5. [Quibus adhæreo in vtraque conclusione, nempe, vt nõ oriatur obligatio naturalis ex testamento minus solemnẽ quoad hereditatem ab hærede legitimo restituendam ei, qui in eo institutus fuit, nec quoad legata in eo contenta, tum ex rationibus supra traditis, tum etiam quia deficit testatori potestas testandi minus solemnẽ, cum seruare teneatur formam à iure ciuili traditã vt eius testamentum valeat, quãdoquidem ab ipso iure ciuili potestatem nactus sit testandi, quam sine eius autoritate non habebat disponendi de bonis suis in id tempus quo iam dominus non erat vt in. l. quod sponsẽ. C. de dona. ante nup. Et si dixeris, quo pacto potuit ius ciuile inducere, vt dispositionem possit testator conferre in id tempus quo iam dominus futurus non est? Respondeo id fecisse per fictionẽ, sicut enim lex hereditatem ipsam mortuo testatore esse personã imaginariam substitutamque & intellectualem, quã

vicem substinet defuncti, omnesque actiones ea ex causa in eam transeunt tanquã actiue quã passiuæ. l. hæreditas. in multis. ff. de acqui. rerũ domi. §. 1. instit. de stip. seruo. l. hereditas. ff. de peti. hæredi. l. nihil aliud. ff. de verb. signi. optimus tex. in. l. nõ min. §. fi. ff. de hered. insti. & in. l. legatũ. §. seruo hereditario. ff. de lega. 1. tradit Bar. Bal. Areti. Alex. & Iaf. nu. 3. in rub. ff. de acqu. hered. & Bar. in. l. 3. in prin. ff. de bono. poss. adita autẽ hereditate, hæres eius personam representat, atque eadem persona cũ defuncto esse censetur. l. fi. C. de here. insti. l. antiquitas. C. de usufr. auth. de iure iu. à mori. præsti. in prin. colla. §. l. hereditas. ff. de iur. capio. l. 13. in fi. tit. 9. par. 7. Soci. conf. 24. lib. 3. Ecce ergo, fingitur semper esse dominus testator etiã post mortem, quare nimirum si possit de bonis disponere post mortem, cum fingatur viuere, cui fictioni locus non est ubi deficit equitas. l. nec vtilem. ff. ex qui. caus. maio. At ubi solemnitas iuris nõ seruatur, iniquum esset profecto, legem fingere in fauorem eius, qui eiusdẽ legis præcepta non seruat. Nec hanc opinionẽ offendit tex. in. l. si fideicomissũ. C. de codicet. in deb. & l. 2. & l. si veritas. C. de fidei. l. vlt. C. ad leg. fal. l. vlt. ff. de reb. eor. l. 31. tit. 14. par. 3. ubi si relicta in minus solẽni volũtate soluatur seu legatarijs præstetur, repeti minimè possũt quoniam id obtinet, quoties scienter soluitur, qua in specie præstitus censetur consensus per solutionẽ, ex quo nimirum si naturalis oriatur obligatio, quæ ante solutionem orta nõ erat, atque ideo impediatur repetitio. Quinetiam si per iuris ignorantiam soluit, non repetit, vt in dictis legibus statuitur: quoniam paria sunt scire, vel scire debere, nemo enim præsumitur ius ignorare. l. leges sacratissimæ. C. de legi. l. regula in prin. ff. de iur. & fac. igno. l. 14. tit. 1. par. 1. atque ideo scienter soluisse præsumitur vt in. d. l. 31. tit. 14. par. 5. nisi sit minor, mulier, miles, vel rusticus, vt ibi dicit lex illa & l. 15. tit. 1. par. 1. & d. l. regula. [Vel dic aliter, prout nos docet Couarru. in. d. cap. cum esses num. 9. de testam. Dicens ex testamento minus solemnẽ oriri obligationem quandam ad antidora, quæ ex legis vinculo oritur vt profitetur Bal. in. l. 1. C. de sacros. eccle. num. 55. & in simili specie tradit diuus Thom. 2. 2. q. 107. & q. 106. arti. 4. cuius meminit ipsemet Couar. in. c. cũ in officijs de testam. hæc inquã ad antidora obligatio absque aliqua naturali, sed ex equitate quadam & honestate morali profecta repetitionem impedit, vt in. l. cum is. §. si in ea opinione. ff. de condi. in deb. ibi, relinquitur pietatis causa, ex qua solutum repeti non potest: quod & Fortuni tradidit in. l. 1. §. ius naturale. ff. de iusti. & iur. illatione. 10. & d. Anto. Padilla his tacitis in. d. l. cum quis numero. 13. in fi. & l. 14. C. de iur. & fa. igno. quamuis non operetur effectum retentionis nec exceptionis, quem operatur vera naturalis obligatio, ex ipsa lege naturali propter cõsensum producta, qualis est illa, quæ ex pacto nudo oritur iure ciuili, vt docet idem Couarru. in. d. cap. cum esses numero. 9. de testam. verum receptior opinio glo. & doct. commutet in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. est in contrarium, quod non impediatur repetitioẽ obligatio ad antidora, quã cõmunẽ attestatur Couarru. in cap. cum in officijs numero. 10. de testam. & d. Anto. Padi. in. d. l. cum quis numero. 10. C. de iur. & fa. igno. l. alo. nume.

74. & Orosius numero. 31. in. d. l. ex hoc iure, quare tene priorem solutionem. [Ex alio item constat, ex testamento minus solemnẽ non obligari heredem legitimum, vel in alio solemnẽ testamento institutum ad soluendum relicta in eo quod solemnẽ nõ erat, etiam si coram duobus testibus esset scriptum: quia ignorabat voluntatem defuncti certam an voluisset, vt contenta in minus solemnẽ testamento soluereatur, non enim duobus dumtaxat testibus credere tenebatur, in materia sui natura adeo suspecta & periculosa, & cum dubius sit, ignorantie equiparatur vt in. l. si. C. de codi. in deb. quomodo ergo ignoras an legata relicta esset, potuit adhibuisse consensum, & ex eo obligari naturaliter? Stat ergo firma conclusio, quod ex testamento minus solemnẽ non oritur naturalis obligatio, etiam si duobus testibus sit confectum, nec ad eius obseruationem quis teneatur in foro conscientie. [Pro hac etiã opinione, quod non obliget in foro conscientie testamentum minus solemnẽ, adducitur insolubile argumentum. Sementia à iudice lata ex legitimis probationibus valet nõ solum in foro exteriori, sed & in interiori iudicio anime, quandoquidẽ diuina iudicet auctoritate iudex ipse, vt habetur Prouerbiorum capit. 8. & ad Roma. cap. 13. notatur in. c. omnis anima decens. & in. c. 2. de maiori. & obedi. & in. l. Iulianus. ff. de conditio. in deb. Fortuni in. l. veluti colum. §. ff. de iur. sti. & iu. Couarru. in. c. cum esses numero. 7. de testam. Sed iudex sciens, depositione duorum testium fide dignorum, testatorem fecisse testamẽtum, in quo Titũ heredem instituit, & varia legata fecit, absque vlla fraude, hereditatẽ iuste auferet à Titio & per eius sententiam heredibus legitimis ab intestato venientibus eam adiudicabit, ex eo quod testamentum fuerit nullum ex defectu solẽnitatis, iuxta. l. si vnus & l. ex imperfecto & l. hac cõsultissima. C. de testam. & in hac l. & seq. gloss. & omnes docto. in. l. 2. C. de bono. poss. secundum tabu. quis ergo negabit hoc iudicium valere in foro anime? nemo profecto, nam si hæres legitimus non esset tutus in foro cõscientie, sequeretur leges quibus subiicimur incertas esse, quoad animarũ tutelam, nullumque iustitie ministrum tutẽ nobis à republica exhiberi, vt optime Couarru. aduertit in. d. cap. cum esses de testam. num. 7. & Marcus Solõ Bur. refert in. d. l. 3. Tauri numero. 1456. [Non me lateat sententiam legitimis probationibus latam, in gratiam cuiuspiam, eum non reddere tutum in conscientia, si certo sciat esse iniuste latam, & nõ esse dominum eius rei, quæ sibi adiudicata fuit, nec ius aliquod ad eum sibi competere cap. fraternitas. 12. q. 2. Alcia. de quinque pedũ præscriptione num. 45. Abb. Feli. & Alcia. numero. 46. & docto. communiter in. c. nouit de iudi. Verum in specie de qua agimus, nõ supponimus certum esse heredem legitimum de voluntate testatoris, aliã quam per duos testes, qui hoc casu fidem nõ faciunt iudici, ergo nec litigatoribus. [Vbi autem hæres certò sciret eam esse defuncti voluntatem, quod testamentum minus solemnẽ adimpleretur, cõfortẽ quod ipse testator cum hærede legitimo alloquentus fuerit, teneretur vtique voluntatem defuncti obseruare in foro conscientie, ex sententia Siluestri. in verbo legatum. 4. §. 10. & in verbo hereditas 3. §. 7. idẽ

voluit Medina in codi. de rebus restituendis. q. 23. col. vlt. Barth. Fume. in verbo hereditas num. 14. & Fran. Ripa in. l. nemo potest num. 101. ff. de lega. 1. quibus subscripsit Ferdi. Vazquez. lib. 1. de successio. creatio. §. 1. numero. 24. & §. 2. numer. 9. Mouentur primò, quia rei satis demonstratã frustra adijcitur altera demonstratio. l. 1. §. fi. ff. de dote præleg. l. certum. ff. si cer. peta. vnde hæres legitimus, qui verè de testatoris voluntate certus est, amplius certiorari nõ debet. Secũdò quia testibus septem vel alijs in testamento à lege requisitis fidem adhibere tenetur, licet probatio etiam mille testibus fallax esse possit, vt probat Bar. in. l. admonedi. ff. de iure iu. multo ergo magis fidem adhibere tenebitur conscientie suæ, quæ fallax esse non potest, sed certa est & indubitata, teste Ouidio. 4. fastorum dicẽte, [cõscia mens recti, famẽ mendacia ridet, sed nos in vitium credula turba sumus. [Nec obesse aiunt huic sententie, quod solemnitas testamentorum iusta sit, at quæ ideo iuste possit hæres se cõformare cum legis dispositione: nam hoc procedit quoties hæres est dubius propter penuriam probationis, secus si certus est de vera testantis voluntate, nam tunc eam sequi tenebitur, quemadmodum ipsa quoque lex eam sequeretur, si de vera testantis voluntate certa esset, vt colliges ex l. vlt. C. de fideicõ. & ex. §. vlti. insti. de fideicõ. heredi. Allegat etiam Ferdi. Vazquez pro hac opinione tex. expressum, vt ipse asseuerat, in. l. 1. ff. de lib. & postthu. ubi quamuis in liberorum exheredatione expressio trium nominum desideretur, si tamen per expressionem vnus dumtaxat nominis certi esse possimus, valet exheredatio, nõ secus, quã si tria nomina expressa fuissent. Nam omisio forme legalis, quæ ad solam demonstrationem rei vel personæ desideratur, non vitiat actũ, quoties de illa re vel persona aliã certũ esse possumus: ita eum tex. accipiunt ibi Accurs. Bar. Alberi. Bal. Ang. Imo. Cuma. Paul. Areti. Alex. Soci. Iaso. & Nouissimi. Quare heredi legitimo suadet ipse Ferdi. Mencha. vt eius consulat anime, vt ipse penitissime suam scrutetur conscientiam, & hac in re id faciat, quod sua dictauerit conscientia, quæ cõscium peccatus premere nunquam desinit. [Sed aduersus hæc Ripæ & Mencha. sententiam, inno. quod & si hæres legitimus conscius sit de voluntate testatoris, quia id si bi dixerit, non teneatur in conscientia testamentum minus solemnẽ adimplere quoad hereditatẽ, nec quoad legata in eo relicta, faciunt sequetia. Primò quia in omni actu conficiendo requiritur potentia & voluntas. cap. cum super de offi. de lega. 1. nemo potest; ff. de lega. 1. Bal. auctoritate Boetij id asseuerans in repe. l. 1. num. 55. C. de sacro. eccle. Sed hic deficit testatori potestas testandi non seruata solemnitate & forma iuris, quæ sub ea conditione nõ aliã cõcessa sibi erat humanitatis gratia, & contra ius ciuile & naturale vt supra diximus numero. 23. & gloss. 4. numero. 16. & glo. 1. in fi. qui ergo legem nostram & similes in conficiendo testamento nõ obseruauerit, remanet destitutus à iulio legis, & in prohibitione vteris iuris, quoniam priuilegiũ amittit, qui eo abusus est, vel qui formã legem vel statuto datã nõ seruauit. c. vt priuilegia de priuilegiis. l. auxilium in fi. ff. de mino. l. fi. §. si autem postquam. C. de iu. delib. cum concord. à Tiracque. cõgessis



fitis l. i. de retractu. §. 2. glo. 7. nu. 15. & 16. ex quo satisfi-  
 fit his, quæ ex aduerso obieiebāt Ripa. & Ferdi. Vaz:  
 quibus subdubius tamē cōsentisse videtur Marcus, Sō-  
 lō. Burg. in. d. l. 3. Tau. nu. 1473. Sed contra eos est recep-  
 tior & verior opinio, quam tenuit Calderi. in disputa-  
 tione incipi. Bononiēsi statuto & Ancarra. in regula  
 possessor col. 10. Couar. nostratum primas in. d. c. cū  
 esses de testa. nu. 10. Ant. Go. in. l. 3. Tau. nu. 123. Domi.  
 Soto lib. 4. de iusti. & iure. q. 5. art. 3. & quotquot sen-  
 tētiā, quā tutari conamur, tenent infra citandi num.  
 36. Sed vbi heres non adimplendo testamentū minus  
 solēne, sed iam habeat cōscientiā, credens teneri ad resti-  
 tutionē, nisi cōscientiam deponat, tenebitur restituere  
 ex tēx. in. c. si de p̄scrip. cū similibus & ita respōdit  
 Alex. in. l. nemo potest nu. 24. ff. de le. 1. & Domi. à So-  
 to in. d. q. 5. art. 3. lib. 4. de iusti. & iu. Mar. Solō. d. l. 3.  
 32 Tau. nu. 1479. & nu. 1499. [ Superest, vt eorum qui te-  
 nuerunt cōtrariā sententiā in. q. proposita, fundamē-  
 ta succidamus. Et imprimis nō obest prior obiectio,  
 qua asseruimus in foro animæ nō considerari solēnita-  
 tē iuris ciuiliis, vel eius defectū, sed veritatē dumtaxat  
 & voluntatē testatoris, quia respon. leo tunc iuris ci-  
 uilis solēnitatem nō attendi, cū solemnitas ad proba-  
 tionem actus dūtaxat exigitur, & qui voluntate ni-  
 titur, certō scit disponentis volūtātē, tēcus si solēnita-  
 tas testium exigitur, non ad probationem tantum  
 sed ad formam substantialem actus, prout nostro  
 casu testium numerus exigitur, ad formam sub-  
 stantialem, vt latē deduximus supra eodem glossa  
 4. nu. 11. 12. & pluribus sequentibus tūc enim solēnitas  
 iuris ciuiliis nimirum attenditur quoad forū interius,  
 maximē nostra in specie, in qua deficit testandi pote-  
 stas ei, qui noluit seruare iuris solēnitatem, vt proba-  
 ui supra numero. 17. & gloss. 4. num. 16. [ Ad secundū  
 respondeo, satis non esse, cessare rationem legis solē-  
 nitatem requirentis, ad euitandas falsitates in actu par-  
 ticulari, vt cesset ipsius legis dispositio, quippe quæ la-  
 ta non est ad aliquem priuatum finem, imo eius ratio  
 generalis est & continua, non memētanea, quo fit, vt  
 dispositio legis nostræ & sequentis non cesset, quāuis  
 eius ratio in casu particulari cesset, sed necessum est, ra-  
 tionem legis cessare in vniuersum, vt in Clem. ad no-  
 stram de hereti. & in capit. & si Christus de iure in. ex-  
 plicat Fortun. in tracta. de vltimo fine iuris cano. & ci-  
 uilis, illatione. 15. & 15. & Couar. in epitome de spon-  
 sa. 2. par. c. 6. §. 9. nu. 8. Cum ergo in specie nostra non  
 cesset ratio falsitatis vniuersaliter, non perit ipsius leg-  
 is virtus, & tum potissimum cum ratio falsitatis, non  
 est finalis, sed impulsua, qua cessante, nō cessat legis dis-  
 positio. l. 1. §. 1. sexum. ff. de postulan. l. 2. §. ff. de donat.  
 dixi supra numer. 16. Ratio autem finalis est, ne facile  
 auferantur bona testatoris heredi legitimo, cui legiti-  
 me non facto testamento iure deferuntur, vel ei qui  
 in testamento legitime confecto heres institutus fuit,  
 quæ ratio non cessat, licet constet de voluntate per-  
 datoris, quod nota valde, quia nemo hanc reddit ra-  
 tionem. [ Nec tertia conuincit ratio, quod in foro  
 animæ non attenditur p̄sumptio falsitatis, sed  
 veritas, quia omnis aliorum solutionibus, lex non  
 sua non fundatur in p̄sumptione, sed in verita-  
 211

te, vt probauimus supra eodem gloss. nu. 18. & quia falsi-  
 tatis euitanda causa non fuit finalis, sed impulsua, fi-  
 nalis autem fuit, quam diximus numero p̄cedenti  
 in fine, & quia testandi deficit potestas ei, qui seruare  
 noluit testamenti solēnitas, vt supra num. 32. [ Quod  
 autē dicebant, ex minus solēni testamento oriri natu-  
 rale obligationē, falsum est, nullibi enim probatur, ni-  
 si cōtrariū, vt probauimus supra eo. nu. 19. 20. & pluri-  
 bus seq. Minus oberit, quod annullatio actus sit pœ-  
 na, quæ non debetur in foro cōscientiæ, nam quoties  
 annullatur actus, eo quod nō seruatur forma vel solē-  
 nitas publico fauore introducta, non dicitur pœna ta-  
 lis annullatio, maxime si fiat secundū regulas iuris cō-  
 munis, vt in testamētis & sententijs in quibus solēni-  
 tas non seruatur, nō enim dicitur pœna talis annulla-  
 tio, secundū Bal. in. l. non dubiū nu. 5. C. de legib. &  
 ibi Iaf. 3. nota. Per. de Ancarra. in. c. 1. de constit. car-  
 tha. 1. v. ex p̄dictis habes Alex. in. l. turpia nu. 2.  
 ff. de leg. 1. Panormi. Felin. & Deci. nu. 5. ad finem in  
 capit. 2. de constit. Marcus Solon Burgen. in. l. 3.  
 Tauri numero. 1472. Ioan. Andr. in capit. vltim. de  
 electio. libr. 6. in Nouellis numer. 5. Bal. & Alexan.  
 in apostillis in. l. nemo Martyres in fi. C. de sacro. ec-  
 clesi. & hæc est communis opinio. Ex quo infero ad  
 huiusmodi annullationem teneri omnes in foro consci-  
 entię vt probauimus supra numero. 18. in fi. Idemque  
 respondere licebit ad vltimam obiectiōem & fun-  
 damentum prioris opinionis, quod respondimus su-  
 pra hac eadem gloss. numero. 24. & 25. [ Manet er-  
 go firma conclusio, quod relicta in minus solēni  
 voluntate, siue sit hæreditas, siue legata aut fideicom-  
 missa non deberi in foro conscientię, sed p̄stāda  
 esse heredi legitimo, aut ei qui in priori testa-  
 mento solēni hæres fuit institutus, quam plures  
 sectantur, nempe, Raynerius de Forliuio. in relecti. l.  
 omnes populi numero. 45. ff. de iusti. & iure, quæ re-  
 lectio inter commentaria Alber. reperitur, Ioan. n.  
 Calderi. in disputa. incip. Bononiēsi statuto Bal.  
 in disputatione incip. statuto ciuitatis & in auth.  
 ingressi numero. 15. C. de sacros. eccles. & in. l. cum  
 quis numero. 14. vbi etiam d. Antōde Padilla sequi-  
 tur numero. 12. C. de iur. & facti igno. idem Bal. in. l.  
 1. numero. 55. C. de sacros. eccles. & in cap. si quis per  
 triginta. si de feudo fuer. contro. int. domi. & agna, &  
 in conf. 28. libr. 3. colum. 2. Ang. in disputa. incip.  
 Astensis miles colum. 10. Ancarra. in regula posses-  
 sor colum. 12. Areti. in capit. nouit de iudi. pen. co-  
 lum. Fulgo. & Iaso. numero. 5. in. l. si post diuisionem  
 C. de iur. & fa. igno. vbi hāc dicit receptiorem senten-  
 tiā, Ioā. de Imo. in. l. nemo pōt nu. 8. ff. de leg. 1. & illic  
 Alex. nu. 25. & Iaso. 2. lectio. nu. 96. & seq. & nu. 104.  
 ait sic tenere vtriusq; iuris docto. & ibi Ripa nu. 100.  
 Fortu. Garfia de vltimo. fine illatio. 15. nu. 237. & seq.  
 Alex. cōf. 65. nu. 15. li. 6. & cōf. 119. nu. 22. eo. li. 6. & cōf.  
 209. nu. 7. & 8. li. 2. Iaf. cōf. 67. col. pen. h. 3. Bal. cōf. 388.  
 lib. 3. Tiraq. de legib. conub. glo. 4. num. 22. & seq. vbi  
 citat concordantes Couarru. in. c. cum esses. numer. 8.  
 de testa. Fer. Men. de succes. creatio. li. 1. §. 1. nu. 23. & 6.  
 2. numero. 13. & 14. Anto. Gomez in. d. 3. Tauri nume-  
 ro. 113. & ibi Marcus Solon Burg. numero. 148. &  
 pluribus seq. Bartho. Soci. conf. 97. nu. 2. libr. 1. Domi-  
 à Soto

à Soto lib. 4. de iusti. & iure. q. 5. art. 3. Franc. à Victo-  
 ria vir p̄stantissimus ex instituto. 5. Dominici, vt ab  
 Anto. Padilla citatur in. d. l. cum quis numero. 12. C.  
 de iur. & facti igno. qui huic adhæret sententiæ, quibus  
 ipse subscribo, ex his quæ superius dicta sunt. [ Secun-  
 da conclusio, is qui agit contra testamentum, ea dum  
 taxat ratione quod iuris ciuiliis solēnitate careat, nō  
 peccat venialiter, nedum mortaliter, prout Panormi.  
 existimabat in. d. c. cum esses. 9. notab. de testam. nec  
 tenebitur ad restitutionem eius quod ea actione fue-  
 rit consequutus, vt contra Panor. asseruit Iaso. in. d. l.  
 nemo potest. 2. lectio. numero. 95. & num. 102. & cōf.  
 67. lib. 3. colum. vlti. Fortu. Garfia de vltimo fine nu.  
 248. Couarru. in. d. cap. cum esses num. 10. de testa. Fer.  
 Vazquez. d. §. 2. num. 6. & Marcus Solon Burg. d. l. 3.  
 38 Tau. nu. 1476. [ Tertia cōclusio, heres in testamento  
 minus solēni scriptus, non poterit in foro consci-  
 entię retinere hæreditatem, sed eam tenebitur restituere  
 venientibus ab intestato, quæ opinio communis est, eā  
 quippe tenet Ripa in. d. l. nemo potest numero. 99. ff.  
 delega. 1. & ibi Alex. num. 23. Couarru. in. d. cap. cum  
 esses numero. 10. & Ferdi. Vazquez. d. §. 2. num. 10. qui  
 congerunt concordantes dixi supra numer. 23. vbi idē  
 esse in legatario, ne possit retinere in conscientia lega-  
 ta in minus solēni testamēto relicta asserui, licet plu-  
 res ex supra numero. 36. citatis teneant contrarium, &  
 nuncupatim Marcus Solon Burg. in. l. 3. Tauri nume-  
 1480. & pluribus seq. qui in hærede & legatario in dif-  
 criminatim asseruat, in conscientię foro posse retinere  
 hæreditatem & legata, donec per iudicem eis auferan-  
 tur vt numero. 1492. videre poteris. [ Et hæ conclusio  
 nes extendit, etiam si certō sciat heres legitimus eam  
 fuisse testatoris volūtatem, vt cum Couar. cōtra Ripa  
 & Ferdi. Vazquez asserui supra numero. 29. & pluri-  
 bus sequen. Nec oberit quod Ferd. Vazquez adducit  
 contra hanc extensionem, de hærede non conscientie  
 inuentarium, vt non teneatur in conscientia vltra vi-  
 res hæreditarias, si certō scierit nihil subtraxisse de bo-  
 nis defuncti secundum Bar. Alex. & Iaso. numer. 14.  
 in rub. ff. de acq. hæred. & alios per eundē Ferd. Vaz. ci-  
 tatos in. d. §. 2. nu. 12. & §. 1. nu. 26. hoc quippe fit, ex eo  
 quod lex fundata est in p̄sumptione, quare non est  
 seruanda in foro conscientię ab eo, qui certō scit non  
 esse veram, secundum Innocen. & docto. in. capi. quia  
 plerique de immu. eccle. Ioan. Andr. in cap. quanquam  
 de vsur. in. 6. Panor. & moder. in cap. 1. de constit. nu.  
 9. beatum Thomā. 1. 2. q. 96. art. 6. Domi. à Soto lib. 1. de  
 iust. & iur. q. 6. ar. 4. in fi. in respō. ad. 4. At in specie no-  
 stra quamuis fateamur certum esse hæredem de volun-  
 tate defuncti, nulla obligatio naturalis producitur, cu-  
 ius virtute se tueri possit, retinendo hæreditatem vel  
 legatum relictum in minus solēni voluntate, propter  
 impotentiam testandi sine ea solēnitate, & alia quæ  
 diximus supra hac eadem gloss. num. 19. vsque ad. 24.  
 Ferdi. tamen Mench. d. §. 1. numero. 26. probare nititur  
 contra communem, quod hæres non faciens inuenta-  
 rium, teneatur etiam in foro conscientię vltra vires hæ-  
 reditarias, quæ tamen opinio vera non est, quoniam  
 pœna illa quod teneatur vltra vires hæreditarias qui  
 non confecit inuentarium in foro conscientię, non  
 debetur, donec per sententiā quis fuerit condemna-

tus secundum glo. communiter receptam in. cap. fra-  
 ternitas. 12. q. 2. contra Alfon. à Castro lib. 2. de potesta-  
 te legis pœnalis. capit. 8. qui communiter reprobatur  
 teste Iacobo septimacēsi de institutio. Catholicis. cap.  
 9. numero. 27. & seq. Didaco Couarru. in epitome de  
 sponsalibus. 2. parte capit. 6. §. 8. numero. 10. & seq. Do-  
 mi. à Soto lib. 1. de iusti. & iure. q. 6. art. 6. [ Quarta cō-  
 clusio, heres in minus solēni testamento institutus  
 non potest retinere hæreditatem in foro exteriori se-  
 cundum communem sententiā Alex. & Iaso. 1. lectio;  
 numero. 75. & Ripæ numero. 102. in. l. nemo potest. ff.  
 de lega. 1. atque idem esse in legatario asseruat Couar.  
 in. d. capit. cum esses num. 10. de testam. & Ferdi. Vaz:  
 d. §. 2. num. 14. & Gre. Lu. in. l. 10. gloss. pen. tit. 6. par. 6.  
 licet communiter doctores in legatario teneant cōtra-  
 rium, quod possit retinere legatum, vt attestatur Iaso.  
 & Ripa in. d. l. nemo pōt. Nec vera est sententiā Iaf. ibi  
 in. 1. lectio. num. 75. dicentis contra communem, heredē  
 sicut & legatarium posse vti retentione, cui consensit  
 Ripa num. 102. & Marcus Solon Burgen. in. d. l. 3. Tau-  
 ri numero. 1492. neuter enim eorum poterit retinere  
 in foro conscientię, vt iam diximus numero. 38. [ Ex  
 superius traditis apparet error communis sententiæ,  
 qua asseritur, hæredem scriptum in minus solēni te-  
 stamēto tutum esse in foro animæ, si possideat, rursus-  
 que legitimū heredem tutū similiter esse, si possideat,  
 quæ sententiā in vtroque membro communis est te-  
 ste Iaso. in. l. si post diuisionē in fi. C. de iur. & fa. igno.  
 Fran. Rip. in. d. l. nemo potest numero. 99. vbi & Alex.  
 num. 23. & ceteri scribentes, & Tiraq. de legi. conu-  
 gloss. 4. numero. 22. 23. 24. & 25. nam, vt Couar. inquit  
 in. d. capit. cum esses numero. 10. v. 6. hæc duo parū  
 inter se constant, si enim testamentum minus solēne  
 quod tamen habet solēnitatem iuris gentium, iustā  
 causam p̄bet possidendi, & hæres in eo scriptus pos-  
 sidens tutus est in foro animæ, hæres legitimus quo p̄-  
 cto, ea in specie, tutus similiter esse poterit, cū hære-  
 ditatem impiē & iniuste detineat, quæ ad scriptum  
 iure pertinet? Ex contrario si tale testamentum non  
 p̄bet iustam possidendi causam, si hæres in eo scrip-  
 tus possideat, tutus minime erit in foro animæ, cū de-  
 tineat rem ad hæredem legitimū iure pertinentem;  
 itaque si eorum alter iustam habet causam possiden-  
 di, necesse est vt alter iniuste possideat, alterique iniu-  
 rius sit vt recte probat Paulus iurisconsultus contra  
 Trebatium in. l. 3. §. ex contrario. ff. de acq. poss. atque  
 ideo non fit tutus in foro animæ. Quod argumentum  
 vt nimis debile refutat Ferdi. Vazq. d. §. 2. numero. 18.  
 quoniam mirum videri non debet, in pluribus causis  
 meliorem esse causam possidentis ad retinendum, sic  
 que apud vtrumque plenum esse ius retinēdi; cū apud  
 neutrum plenum sit ius, vel etiam nullum sit ius, vt in  
 cap. in pari causa de regu. iur. in. 6. l. militis codicillis.  
 §. veteranus in fi. ff. de mili. testa. l. mercalē. C. de ebn  
 dicti. ob turp. caus. Sed hac in specie neutri ius integrū  
 vel plenum competit, non scripto in testamento mi-  
 nus solēni, propter imperfectionem testamenti: non  
 etiam legitimo propter p̄sumptam testatoris volun-  
 tatem, atque ideo nimirum si vtrique retentio compe-  
 tat. Sed profecto, iudicio meo, egregius vir D. Couar.  
 non inuicit reprehensionem Ferdinandi, quando qui-  
 dem

dem ipse Ferdinandus non verè retulerit eius verba, que talia sunt. Hæc enim parum inter se constât, siquidem is qui verum ius habet, tutè hæreditatem possidet, is verò qui nullam causam dominij, aut iuris, ex legitima legum sanctione consequitur, restituere omnino tenetur id, quod possidet. Ecce supponit Couarr. integrum ius alteri eorum competere, non prout Ferdinand. Vazquez ei imputabat, quasi non integrum & plenum competeret, quare veram esse cenfeo Didac. Couarr. opinionem & censuram, contra Ferd. Vazq. in. d. §. 2. nu. 18. & licet aduersus eiusdè Didaci sententiã insurgat Mar. Solò Burg. in. d. l. 3. Tau. nu. 1483. & seq. dicēs, duo cõtraria diuersis respectibus procedere posse, vt in. c. non debet de confang. & affi. cū alijs per Rochū de Curte congestis in tracta. de consuetudine nu. 238. & diuersis ex causis aliquid esse rationale, & similiter sibi contrarium secundum Panor. in capit. vltim. de consuetu. 4. colu. cum concordantijs per eundè Rochum de Curte congestis in. d. tracta. de consuetu. nu. 237. & sequentibus. Verùm & hoc minimè obstat, cum procedat quoad forum exterius, secus verò quoad forum animè, in quo semper veritas præsupponitur, nec falli potest, & semper vnus prætenditur finis. Quare in casu proposito fieri non potest, vt hæres vel legatarius testamenti imperfecti ratione solemnitatũ deficiens retineat iustè bona sibi à testatore in minus solemnĩ voluntate relicta, cū supponamus hæredem legitimum ea posse iustè retinere ex communi sententia, & petere in iudicio exteriori, hæc est ipsa veritas.

42 [ Quinta conclusio, hæredes vel legatarios in minus solemnĩ testamento scriptos non posse res hereditarias vel sibi legatas furto subtrahere, quia suæ nõ sunt, nec aliqua obligatione etiam naturali sibi debite, prout supra num. 19. & seq. probauimus, ita censet Couarru. in cap. cum esses de testam. num. 10. vers. 7. & Fer. Vaz. de succel. creatio. §. 2. num. 16. & Marcus Solon in. d. l. 3. Tauri numero. 1497. & d. Anto. Padilla in. d. l. cum quis numero. 16. & 17. C. de iur. & facti. ign. quorum sententia mihi odmodum placet, licet Bal. in. l. 1. C. de testam. mi & ibi Iaso. num. 8. citās concor. & in. l. cū quis. C. de iur. & facti. igno. Sil. ester in summa in verbo hæreditas, 3. 7. Ripa in cap. 1. de iudi. numero. 89. Fer. Talabera in. d. l. 3. Tauri num. 81. teneant contrarium. Nam hac in specie cessat ratio gloss. celebris & ab omnibus recepte in cap. iusgētium. 1. distin. quæ defert creditori facultatem occupandi rem sibi debitã propria auctoritate, cū via iudiciali eam consequi non possit, nam vt dixi hęc non est res propria nec sibi debita ciuilitè nec naturaliter. Sed vt obiter dixerim tunc rem meam seu mihi debitam priuata auctoritate mihi capere licet in interiori foro animè, cū ex iudiciali manu eam habere nõ possum propter paupertatem meam, vel aduersarij potentiam, iudicis uè defectum, vel quia expensę iudiciales superat eius rei valorem, vel quia probationem non habeo, aut alia si mihi causa, scire etiã deo, nec de hoc ambiguus esse, quod res illa mea est, aut mihi debita, quodque hoc mihi licet facere. Requiritur etiam quod citra scandalum id facere possim, ita quod ex subreptione contra me aut contra alium suspitio aliqua, seu famę periculum nequaquam suboriantur, quodque is qui rē meã

detinebat, postquam eum capero moneatur iam non esse ad restitutionem astrictum, quodque per iniuriã aut aliud peccatum pro consequenda ea refacere non intendam, quibus prætermisissis peccatum contrahoz quæ omnia constant ex diuo Thoma. 2. 2. q. 66. arti. 5. & diuo Antonino Archi. Flor. 2. parte summe tit. 1. cap. 15. §. 1. Caietano in summa in verbo furtum Siluestro eod. verbo. §. 12. & 13. Barth. Fume. eodem verbo num. 4. & 5. Domi. à Soto lib. 5. de iusti. & iure. q. 3. ar. 3. Marco Solone Burgen. in. l. 3. Tauri numer. 1498. & gloss. illam in. d. cap. ius gentium ita intelligunt Innocen. in cap. olim. 1. numero. 8. de resti. spolia. & Panor. ibi vlti. colum. Bar. in. l. si alius. §. belisime. ff. quod vi aut clam. Decius alios citās in. l. non est singulis colu. 1. ff. de regu. iur. Ioan. Lupi in rep. c. per vestras 1. notab. §. 1. numero. 14. de dona. ir. vi. & vxo. Ripa in cap. 1. numero. 89. de iudi. Couarru. lib. 1. varia. resolu. cap. 2. num. 15. & hæc esse cõmunem attestatur Adria. Papa in. 4. de sacramento pœnitentiæ titu. de restitutione. 6. sed dubium videtur colu. 1. domi. Anto. Padilla hæc referens in. d. l. cum quis nume. 17. C. de iur. & fa. igno. hanc opinionem extendens, vt non teneatur occupator hic rem ita ablatam restituere ad literas episcopi monitorias, quod probat optime Marti. Azpil. in rep. cap. inter verba numero. 792. II. q. 3. Imo quod si rem meam consequi non possim, æquiualentem illi licebit mihi auferre ex sententia Antonij & Abba. in. d. cap. olim. 1. de resti. spolia. Iaso. in. l. 1. nu. 8. C. de testamen. Sed in specie nostra locus esse nõ potest sententiæ Bal. in. d. l. 1. C. de testam. quandoquidẽ res in testamento minus solemnĩ relicta, est omni iure indebita. [ Sexta conclusio, legatarijs non competit remedium denunciationis euangelicæ ad consequendum rem sibi in testamento minus solemnĩ relictam, nec ad conueniendum hæredem legitimum coram iudice ecclesiastico per viam denunciationis euangelicę, quandoquidem ea denunciatio competit cõtra eum, qui iniuste agit, aut rem cum peccato detinet, vt in. c. nouit de iudi. cum ibi notatis per decto. à quo peccato hæres legitimus immunis est, cū ab eo, nullo iure ciuili, nec naturali, legata in minus solemnĩ voluntate debeantur, vt probaui supra numero. 19. & sequentibus, nec etiam in foro animè vt etiam diximus supra numero. 14. & pluribus sequentibus, ex quo hanc sententiam tenet Bal. in. l. cum quis numero. 6. C. de iur. & fa. igno. & quia aliã hæc lex & similes essent frustratorie, nunquam enim posset hæres legitimus consequi hereditatem, sed hæres in minus solemnĩ testamento institutus, vel legatarij quibus in eo esset aliquid relictum, qui contra leges nostras totũ vel partem hereditatis auferrent hæredi legitimo per viam denunciationis euangelicę, atque ita leges istæ testamentum minus solemnẽ diruentes non fortiterent effectum, causęque inter laicos sapissime coram iudicibus ecclesiasticis penderet: quare hoc in praxi minime admittitur hoc in regno. Et propterea Bal. sequuntur plures, Ange. in. q. Astenis miles & Calderi. in eius disputatione incip. statuto ciuitatis Alex. conf. 209. numero. 8. lib. 2. Couarru. d. cap. cum esses numero. 10. vers. 8. de testam. Ferdi. Vazquez lib. 1. de succel. creatio. §. 2. numero. 17. Marcus Solon Burg. in. d. l. 3. Tauri numero.

1474. & sequen. & Gomez Ari. numero. 106. & 107. domi. Anto. Padilla in. d. l. cum quis nume. 15. C. de iur. & facti. igno. quorum sententia verior est & receptior in praxi. Quamuis contrarium voluerint Anto. in. cap. nouit numero. 66. & ibi Alcia. citans Corne. numero. 30. & 43. extra de iudi. & Panor. in. d. cap. cū esses numero. 10. & ibi Bal. sibi contrarius, de testam. Iaso. in. d. l. cum quis numero. 14. C. de iur. & fa. igno. Quod autem in casu contrario dixit Marcus Solon Burg. in. d. l. 3. Tauri nume. 1494. hæredem & legatarios testamenti minus solemnĩ non esse compellendos per viam denunciationis euangelicę ad bona hereditaria & legata restituenda, quia nec hæres ipse nec legatarij in peccato existunt ea bona possidetes, est falsum: quia in conscientia retinere nõ possunt hæreditatem, nec legata in minus solemnĩ testamento relicta, vt probaui supra numero. 23. & 38. quod in specie voluit Ripa in. d. l. nemo potest nume. 100. ff. de lega. 1. post Calderi. in. d. disputatione: quinetiam coram iudice seculari ea bona poterit exigere hæres legitimus, cum eis non competat ius retentionis, vt probaui supra. num. 40. [ Ex superius tradis infero veram non esse limitationem supra numero. 9. traditam, qua dicebamus ex sententia Antonij Gomez, tutum non esse hæredem in foro conscientie, retinendo hæreditatem ex vi prioris testamenti, quod erat reuocatum per solam & simplicem contrariam voluntatem, coram sufficienti numero testium expositam. Nam licet vera sit limitatio hæc iuxta ius nostrum regium, vt potè quod nulla existit heredis institutio, si testium solemnitas interueniat in testamento, vt in hac lege & seq. statuitur, atq; ideo non solum iure poli, sed etiam iure fori sustineatur testamentum, in quo sola reuocatio primi fuerit contenta, vt probaui supra numero. 5. & 6. Iure tamen cõmuni hæres institutus in primo testamẽto solèni, tutus erit in cõsciẽtia, retinendo hæreditatẽ, & non restituendo eã venientibus ab intestato, quandoquidẽ eo iure non valuit reuocatio sola in vltimo testamento facta, quod valere non potuit absque hæredis institutione, vt supra numero. 5. deduximus: nõ enim potuit vt priuilegio & facultate testandi de rebus, quæ post mortem non erant testatoris, qui noluit seruare formã ab eodem iure statutam, vt diximus supra numero. 17. & gloss. 4. num. 13. & 16. [ Inferitur etiam leges excludentes matrem à portione legitima in bonis pupilli per substitutionem pupillarem expressam à patre pupilli factã, vt in. l. Papinian. §. 1. ff. de inoffi. testa. & in. c. si pater de testam. in. 6. obtinere etiam in foro conscientie secundum Francum in. d. cap. si pater colu. vltim. & Soci. in. l. 2. numero. 21. ff. de vulga, & ibi Ripa numero. 45. asseruit eã communem; idem voluerunt Corn. Lancelo. Deti. & Curti. Iunior numero. 14. in. l. precibus. C. de impub. & alijs. Crotus in. cap. 2. de consti. in. 6. notab. 1. Galiula in. l. Centurio colu. 70. ff. de vulga. Alcia. in. cap. nouit de iudi. num. 41. quã opinionem sequuntur & cõmunè attestantur Ant. Ruben. cõf. 69. Zafi. in tracta. substitutio. titu. de pupill. substi. nu. 22. Couarr. in. d. c. cum esses nu. 11. de testam. qui hæc asserit esse receptiorẽ, quãuis Archi. & Domi. in. d. c. si pater de testa. in. 6. tenuerint cõtrariã, quibus ad hærent Deci. num. 10. & Corrafi. numero. 29. in. l. precibus

bus. C. de impub. & Alcia. de quinque pedum præscri. in princ. Gomez. in. d. cap. 2. de constitu. in. 6. num. 19. qui falso asseuerat hanc vltimam esse receptiorẽ. Verùm enim verò si mater pupilli sit inops, poterit alimenta petere à substituto arg. tex. in. l. si quis aliberis. §. idem rescriptum. ff. de libe. agnoscen. Ripa. in. l. 2. ff. de vulga. nu. 45. Zafi. in tracta. substituto. pupillaris nu. 22. & Couarru. in. d. c. cum esses num. 11. de testamen. 46 quibus libenter accedo in vtrãque opinione. [ Quarto principaliter ex hac legẽ inferitur ad quæstionem, numquid iuxta ius nostrum regium, hæres in re certa institutus nullo alio hærede scripto, totam consequatur hereditatem, prout iure cõmuni Imperatorum & regio partitatu fiesbat, vt in. l. 1. §. si ex fundo & 1. quoties. §. si duo. ff. de hære. insti. & l. ex factu in princ. co tit. & l. 14. tit. 3. par. 6. An verò rem illam in qua est institutus, diuitaxat consequatur, & reliquum hæredes legitimi? Et quid si testator aliquid aliud recipere ex hereditate sua prohibuit? In prima quæstione videtur dicendũ, heredẽ in re certa institutu, nullo alio scripto in testamẽto, totã hereditatẽ esse cõsequaturũ, ne decedat testator pro parte testatus & pro parte intestat. cõtra regulã. 1. ius nostrum. ff. de regu. iur. etsi in specie legis nostræ quis potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sit ex eõ quod nullus instituitur hæres, vel institutus repudiat. vt exposuit Marcus Solon Burgen. in. d. l. 3. Tauri numero. 858. & ibi notat Tellius Fernandez. 3. par. nu. 2. hoc enim casu asserunt corrigi. d. l. ius nostrum. At in lege nostra hæres instituitur, licet in re certa, quare cum iste sit casus omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodi fime. ff. de lib. & posthu. atque ideo totam hæreditatẽ consequetur: & tum potissimum cū excõmuni sententia idem statuatur in milite, cui licet testatum pro parte & pro parte intestatum decedere, vt in. §. inõn autem insti. de here. insti. Sed si miles aliquem instituit in re certa nullo cõhærede relicto, totã ille hereditatẽ consequetur, vt in. l. cogi. §. sed si miles. ff. ad Tre. l. quã quã. C. de test. mili. l. si certarum. ff. co. tit. gloss. Alex. & Iaso. eam dicentes communem & Decius in. l. 1. C. de testam. mili. & si plures teneant contrarium quos refert Mar. Solon in. d. l. 3. Tauri numero. 859. ergo idẽ statui debet in specie nostra stante hac lege, vt ipse ibi asseuerat. [ Verùm, vt dicam quid sentio, lex ista decidit hanc quæstionem, nulla enim requiritur heredis institutio vt valeat testamentum, & omnia in eo contenta: quandoquidem venientibus ab intestato in eõ scripti censentur, vt constat ex his verbis, *Amigüe el testador no ayã hecho heredero alguno, y entõces heredẽ de aquel que segun derecho o costumbre de la tierra ayã de heredar, si el testador no hiziera testamento, y cumplãse el testamẽto.* At quoties quis est institutus in re certa, adiecto cõhærede vniuersali, habetur loco legatarij, vt in. d. l. quoties & ibi glo. & decto. C. de here. insti. & in. d. l. 14. tit. 3. par. 6. Sed iuxta legem istam regiam hæredes legitimi instituti censentur vniuersaliter: quod sit, vt hæc lex corrigat. d. l. 1. §. si ex fundo & l. quoties. §. si duo. ff. de hære. insti. & l. 14. tit. 3. par. 6. Nec est verũ quod dicebant Marcus Solon & Tellius Fernandez quod per legem istam quis dicatur decedere pro parte



re testatus & pro parte intestatus: nã testatus in omnibus dicitur decedere, cum hæredes legitimi scripti censentur & vocati, id enim velle præsumitur testator q̄ leges cum velle præsumit, vt notat Bal.in.l. precibus nu.44.in fi.C.de impub. arg.l. si duo. ff. de acq. hære. præsumetur ergo voluisse cohæredem sibi vniuersalẽ dare eũ, qui ab intestato à lege vocatur ad hereditatẽ, quo herede vniuersali instituto, clarũ est, eũ qui est institutus in re certa, loco legatarij haberi, vt diximus. [In secunda parte quæstionis, nẽpe, quoties declarauit testator heredem in re certa institutum, nihil aliud velle vt ex hereditate & bonis suis consequeretur, fortiori ratione idem dicere oportet, vt iure regio nihil amplius consequatur, sed reliquum heredi legitimo cõpetat, vtpote qui institutus censetur ab ipso testatore per legem istam, vt supra probaui, & hæc est ipsa veritas quidquid iure cõmuni & regio asseruerit in contrarium Gre.Lu. latissimẽ hanc quæstionem discutiẽs in. d. l.14. tit.13. part. 6. in verbo todos los bienes, & Emanuel a Cost.in.c. si pater. i. parte in verbo in re certa numero.14. ex quibus colliges, quid sit respondendum ad ea, quæ ex aduerso adduximus ex Marco Solone. d. l.3. Tau. nu.858. & seq. Et ad id tenẽdũ mouer ex alio, nempe, quia in foro animẽ institutus in re certa, nõ potest succedere in vniuersum, maxime si id credidit testator amplius ex hereditate habere non posse ex sententia Abb.in.c.2. de testam. versi. sed est dubiũ, ne igitur detur occasio, vt anima illa quectur, præcipit lex ista voluntatẽ testatoris ad vnguem fore seruãdam, licet heredem non instituerit vniuersalem, quoniam tacitẽ vocati cõsentur legitimi. [Quinto ex hac lege infero, quod licet filio præterito competat iure communi ius dicendi nullum testamentum patris, in quo non sit institutus, aut nominatim exhæredatus, vt in.l. inter cetera & l. pen. & ff. de libe. & posthu. l.1. ibi nullius momenti. ff. de iniusto rup. & in prin. in sti. de exhære. libe. ibi, quia scilicet ab initio non constiterit testamentum & in.l.10. tit.7. & l.1. tit.8. par.6. & an iure prætorio idẽ sit, tractat latẽ Ferdin. Vazq. de success. creatio. lib.2. §.20. nu.104. & seq.] Iure tamẽ regio nulla requiritur institutio, sed filij ipsi censentur æqualiter vocati & instituti, & testamentum valet, si nullam continet heredis institutionem. Sin autẽ testator alios instituerit heredes, & filium propriũ præterierit, testamentũ erit nullum, sed rupto testamento ex ea causa, cetera in testamento contenta, firma manent, auth. ex causa. C. de lib. præte. quod sentire videtur Ferd. Vazq. de success. creatio. §.20. nu.281. amplia. quinta. [Sexto infero ad quæstionem, an legitima sit filio reliquenda titulo institutionis, an sit satis quoquo relicti titulo in re certa assignare. In qua quæstione consideranda sunt quinque tempora, Digestorum, Codicis, & Authenticorum, Pontificium, & iuris nostri regij. Nam iure Digestorum titulo institutionis legitimam relinqui oportebat, non titulo legati aut fideicommissi etiam vniuersalis. l. inter cetera. ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. in omnibus eo. tit. vt docent Bal. Imo. Alexand. & Iaso. numero.10. in.l. inter cetera. ff. de lib. & posthu. vbi Arcti. hanc esse communem attestatur, & Roderi. Xuar. in rep. l. quoniam in prioribus limit. 15. ad medium fol. 8. colum. 1. docto. omnes in au-

thẽ. nouissima vbi Iaso. numero.14. C. de inoffi. testa. Guilli. Bened. in repe. capit. Raynũtius in verbo in eodem testamento relinquens. 1. numero.15. hanc limitans numero.17. in fi. eam etiam receptiorem esse attestatur Corraf. in.l. filium quem habentem numero.82. C. fami. arciscun. Emanuel à Costa in. d. l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. par. numero. 40. vbi optimẽ defendit communem & in capit. si pater. i. parte. in verbo in instituit numero.2. de testam. in. 6. eam attestatur etiam communem Ferdi. Vazquez de succes. creatio. §.10. numero.189. & lib.2. §.20. nume. 131. licet ipse Corraf. & Ferd. Vazq. contrariũ teneat per. l. Papinianus §. si quis mortis & per legem si non mortis. ff. de inoffi. testam. [Iure tamen codicis omnes in discriminatim asserunt, sat esse legitimam filio quoquo relinqui titulo, vt in.l. omnimodo. C. de inoffi. testa. ex qua id expendant de cõto, omnes & in.l. scimus. §. cum autẽ eo. tit. Emanuel tamen à Costa contrarium probat notabiliter in cap. si pater. 1. par. in verbo instituit numero. 13. & seq. de testa. in. 6. inter quæ iura hoc erat discriminis teste Guill. Bened. vbi supra numero. 18. nam iure Digestorum tenebatur pater relinquere filio integrã legitimam, aliã testamentum erat nullum. l. cum quæritur. ff. de inoffi. testa. Iure autem Codicis & partitarum sat erit filio relinquere minus legitima portione, nec ex hoc testamentum subuertitur, sed agitur ad supplementum legitimæ vt in.l. omnimodo. C. de inoffi. testa. l. §. tit. 8. par. 3. & plenẽ notat glõss. in.l. nam & is ff. de inoffi. testam. [Iure autem Authenticorum tenet omnes indifferenter, quod pater tenetur relinquere legitimam titulo institutionis, & non legati seu fideicommissi, vt in auth. vt cum de app. cognõ. §. aliud quoq; capitulum, & hanc appellat formam substantialem testamenti, qua deficiente nullam vim obtinebit, vt ibi dicitur, estq; communis & receptissima sententia secundum Guill. Bened. in rep. cap. Raynũtius in verbo relinquens. 1. numero. 19. & 23. Iaso. in auth. nouissima numero. 14. C. de inoffi. testa. quod procedit non solũ in filio masculo, sed & in femina, non solum si sit in potestate, verum etiam si sit emãcipatus, siue mortuus ciuilitate, vt quia ingressus fuerit religionẽ, vt probat idem Guill. Bened. in. d. verbo relinquens. 1. numero. 19. Roder. Xuar. in. l. quoniam in prioribus limit. 15. C. de inoffi. testa. Bal. Ang. Imol. Paul. Arcti. Alex. & Iaso. in. d. l. inter cetera. ff. de lib. & posthu. hanc dixerunt communem Imol. in. d. cap. Raynũtius numero. 31. & ibi Bene. de Plum. numero. 3. & Couarr. ibidem. §. 1. in prin. Paul. de Montepico. in. l. in quartam numer. 64. post Bar. ibi numero. 10. ff. ad. l. falci. Viglius in rubr. insti. de in offi. testa. Bal. Paul. Corn. Alex. Iaso. Dec. Curti. Iunior & Corraf. in. l. humanitatis. C. de impub. be. Deci. consi. 105. & 228. Gregor. Lupi per tex. ibi in. l. §. in verbo como a heredero, titulo. 8. part. 6. Ferdin. Vazquez de succes. creatio. §. 10. numero. 193. & hæc est verior & receptior sententia, quidquid dixerint in contrarium Vigli. in rubr. insti. de inoffi. testamen. & Ferdinan. Vazquez, §. 20. numero. 233. & 235. asserentes testamentũ, in quo filio relinquitur legitima titulo legati vel fideicommissi, valere ipso iure, infirmari tamen per querelã in officio testamenti, quod intrẽpide asseruerat Fer. Vaz. fretus authoritate. l. §.

re. l. §. tit. 8. par. 6. quæ in interpretatione iuris communis maiorem habet auctoritatem, quã doctorum cõmunis sententia, quod constare ait ex verbis eiusdem legis, cum sic ait. *Entonces podra quebrantar tal testamẽto.* Sed tamen Grego. Lup. grauisimus iureconsultus in eisdem verbis cõtrariũ asserit imò quod testamẽtũ impugnetur, dicẽdo de nullitate aduersus illud, quẽ deridet Ferdi. Vaz. in. §. 10. numero. 400. vide eũ, quia subtiliter legem par. explicat. [Hanc tamen receptissimam sententiam limitat plurifariam Giller. Bened. in. d. c. Raynuntius, in verbo in eodem testamento relinquens. 1. num. 55. & pluribus sequen. Iaso. in auth. nouissima. C. de inoffi. testam. Ferdi. Vazq. lib. 2. de successio. creatio. §. 20. & numero. 259. & pluribus seq. Rationem huius receptæ sententiæ tradunt docto. superius citati, quia titulus institutionis est honorabilior alijs titulis legati, vel fideicommissi. Sed pater debet filios suos honore prosequi, vt notatur in. l. filium ff. de lega. præst. At magno afficitur honore filius à patre institutus, tanquam patrem suum representans, & pater ipse filium instituendo dulci dicitur fungi officio, & filius à patre dulciter tractatur, & melior extraneis fuisse demonstratur, vt ex. l. 1. in fi. C. de his qui si bi ascrib. in testam. expendit Guill. Bened. in. d. verbo in eodem testamento relinquens. 1. nu. 31. & sequẽ. [Alia & secunda ratio assignatur à doctoribus communiter, nempe, propter emolumentum iuris accrescẽdi: nam hæredi in re certa seu in legitima instituto accrescit tota hereditas, si nullus alius instituat heres. l. 1. §. ex fundo & l. si alterius. ff. de hære. insti. vel alijs institutis repudiantibus. Bart. in. l. ex facto. 2. numero. 2. ff. de hære. insti. cuius opinio communis est teste Iaso. in. l. quoties num. 6. C. de hæred. insti. idem attestatur Alex. ibi. 2. col. & Corraf. in. l. testamento numero. 17. C. de impube. Paul. Cast. in. d. l. quoties numero. 2. & Corn. num. 5. Ferd. Vaz. §. 10. num. 194. Couarru. citans concordant. in. d. c. Raynuntius. §. i. num. 9. de testam. Sed si per viam legati relinqueretur filio legitima, non esset locus iuri accrescendi, quamuis hæredes repudiarent hereditatem, quandoquidem inter hæredes & legatarios iuri accrescẽdi locus non est, vt in. l. si nemo. ff. de testa. tut. & in. l. si nemo. ff. de regulis iuris Bart. in. l. ex facto numero. 1. versic. & nota ff. de hære. insti. Nec oberit quod institutus in re certa loco habetur legatarij, ut in. l. quoties. C. de hæredi. insti. quia non ob id definit esse hæres, quoad hoc, vt ei possit tota hereditas accrescere, vtq; propria possit autoritate legitimam capere, licet à legatis capiat quod non teneatur creditoribus, quodq; per legem falcidiam defalcetur, vt in. d. l. ex facto. 2. vbi Bar. cõmuniter receptus id asserit numero. 2. ff. de hered. insti. Emanuel Costa in repe. capit. si pater de testam. in. 6. 1. par. in verbo in re certa num. 12. [Iure autem Canonico tenet Hostien. in capit. Raynuntius de testamen. satis esse, filio quocunq; titulo portionem legitimam relinqui, nec esse necessarium institutionis honorem, cuius opinio communis est authore Alexand. in. l. inter cetera ad fi. ff. de lib. & posthu. quam in filiabus sequi videtur Ferdi. Vazq. d. §. 20. nume. 234. Sed nihilominus contraria sententia, & verior est & receptior: nulli enim iure pontificio probatur filios

non esse necessario instituendos, iure autem ciuili cõstitutissimum est, eos debere institui in legitima, ergo idem censendum est constitui debere iure canonico, cum nulla differentia constituenda sit inter ius canonicum & ciuile, vbi expressim non reperitur constituta. c. i. cum materia de noui op. nũci. qua ratione id asseruit glo. in. c. si pater per text. ibi, in verbo instituit de testa. in. 6. quam ibi sequuntur Ioan. And. Ancar. Domi. & Fran. glo. etiã in verbo relinquens in. d. cap. Raynuntius, quam cõmuniter esse receptam attestatur ibi Imol. num. 31. & Couarru. §. 1. nu. 1. Fab. & Ias. in. auth. nouissima. nu. 31. C. de inoffi. testa. idem Iaso. in rub. ff. solu. matri. nu. 32. & Corraf. in. l. filium quem habentem nu. 82. C. fami. arcif. Ferd. Vazq. d. §. 20. numero. 234. [Quid hæc in specie constituetur iure regio? Et certẽ si testator nullum fecit heredem, necesse non est de legitima tractare, cum per legem istam filij vel alij hæredes legitimi succedant in omnibus bonis cum onere præstandi legata, & omnia alia in testamento relicta. Et licet Ferdinan. Vaz. lib. 2. de success. creatio. §. 20. numer. 245. & 149. versic. ex quo patet, probare velit in specie legis nostre, testatorem decedere pro parte testatum, & pro parte intestatum, Verius tamen est, eum testatum decedisse tam quoad legata quã institutionem, nam hæredes legitimi censentur scripti, vt constat ex his verbis. *Y entonces herede aquel que segun derecho o costumbre de la tierra auia de heredar, si el testador no hiziera testamento, e cõplase el testamento.* Ecce non dicit text. quod hæres legitimus succedat ab intestato, sed quod succedat is qui non factõ testamento à lege vocatur, & demũ subdit testamentum executioni mandetur, vt dixi supra numero. 47. contra Marcum Solonem & Telli. Ferdinandez in. d. l. 3. Tauri & contra Ferdinan. Vazquez cuius rationibus satisfacit in glõss. 13. [Verũ si testator aliquos ex filijs hæredes instituat, & vni eorum legitimam in re certa assignauerit citra titulum institutionis, iniuriam ei facere videtur; perinde ac si extraneos instituisset, quare testamentum erit nullum quoad institutionem & omnes filij æqualiter succedent, vt in auth. vt cum de app. cognõ. §. aliud quoque capitulum & in. §. ceterum. auth. non licet. C. de libe. præte. vel exhære. & in hoc casu non procedit lex nostra, vt etiam asseruerat Ferdinan. Vazquez in. d. §. 20. numero. 245. quia solum loquitur in casu, in quo nullus hæres fuit institutus; aut cum instituti repudiauerunt hereditatem, tunc mirum si testamentum non rumpatur, licet filio non fuerit relicta legitima titulo institutionis: quãdoquidem ipsi filij hæredes scripti censentur; aliã autem extraneo instituto testamentum erit nullum, & filius, cui legitima fuit relicta titulo legati vel fideicommissi; dicere poterit de nullitate testamenti, vt in. l. §. titulo. 8. part. 3. quæ in hoc remanet incorrecta. [Ceterũ quod diximus nu. præcedenti in prin. non videtur tutum, quandoquidem sit pluriũ opinio in contrariũ asserentiũ, quod vbi quis testatur inter liberos, non tenetur quenquam eorum titulo institutionis honorare, sed quoquo titulo legitimam relinquere, hi sunt Accurs. in authentica nouissima. C. de inoffi. testa. vbi Iaso. eã. sequitur, & pluribus



pluribus rationibus munit, numero .16. Antoni . de Butri.in capit.Raynuntius columna.10. de testamen. Azo.in summa.C.de inofficio. testamen. Corrafi. in l.filius quem habentem numero.82. C. famil. ærciscun. Phili. Probus in capit. si pater de testamen.in.6. Mathesi. notab. 104. Quibus suffragatur ratio illa, quod pater testamētū faciēs inter liberos, nō tenetur seruare superstitionis rigorem iuris ciuili. l.hac consultiissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. l.7. titulo. 1. part. 6. [ Præterea ubi adest clausula codicillaris, scilicet, vt valeat testamentum omni meliori modo quo valere possit, sufficit quocunque titulo filio legitimam relinqui, habet etenim eam vim clausula hæc, vt filius cui aliquid in testamento paterno relictum fuerit, censeatur in eo hæres institutus, ex sententia Bald.in.l.quoties numero.3. C. de hære. insti. cui accesserunt Alexand.in.l.nam quod. §. non omnis numero 9. in fi. ff. ad Trebelli. Iaso. in auth. nouissima numero 16. & sequen. C. de inoffi. testamen. Deci. consil. 14. numero. 4. Hyppoli. sing. 36. Hæc autem clausula appositæ censetur in testamento inter liberos gloss. in l. coheredi. §. cum filiar in verbo non valuit. ff. de vulga. quam ibi sequuntur Imol. Alexand. Aret. & Iaso. numero 18. idem Iaso. in l. vlti. numero. 15. C. de codici. & in. d. §. ex imperfecto numero. 8. & d. auth. nouissima numero. 21. non ergo requiritur in testamento inter liberos, quod legitima eis relinquatur titulo institutionis, cum id lex suppleat. [ Sed his non obstantibus contrariam sententiam probat text. in. d. §. aliud quoque capitulum: ubi generaliter prohibetur patri, filio relinquere legitimam titulo legati, vel fideicommissi etiam vniuersalis, sed filiorum institutio parentibus iniungitur, non facta differentia, an testamentum sit inter liberos conditum, an inter extraneos. Consequitur ergo hanc specialitatem seu limitationem textui illi non quadrare, & hanc opinionem tenuit Cyn. & docto. communiter teste Saliceto ibi & Iaso. numero 16. in. d. authen. nouissima. C. de inofficio. testamen. idem voluit gloss. communiter recepta in capit. si pater in verbo instituit de testamen. in. 6. Alexand. in. l. in quartam numer. 20. & ibi dicit receptiorem Berenga. Fernan. numero. 189. Giller. Benedi. in repe. c. Raynuntius in verbo in eodem testamento relinquens. 1. numero. 136. de testam. & ibi Couarru. §. 1. numero. 2. asserentes hæc esse receptiorem sententiam Anto. Ruben. conf. 72. Phili. Probus in. d. cap. si pater Carol. Moline. in Alexand. conf. 168. lib. 5. numero. 5. Corrafi. in l. filium quem habentem numero. 82. C. fam. ærciscun. Emanuel à Costa in. d. cap. si pater. 1. part. in verbo instituit numero. 24. citat Guido. Papæ decis. 425. idem voluit Curti. Iunior in. l. hac consultiissima. §. ex imperfecto numero. 13. C. de testamen. Ferdinan. Vazquez de successio. creatio. §. 20. numero. 228. & numero 253. Ad fundamēta Iaso. in contrarium adducta respōdent Couarru. & Ferdi. Vazq. in locis proximè citatis, ad quos lectorem relego. Quare verum est, & communiter receptum, quod dixi supra num. 57. in princ. modò id ita intelligas, nempe, vt is cui res certa relicta est, loco prælegati eam habere oporteat præcipuam, iuxta text. in. l. ex facto. 2. ff. de hære. insti. Ex quo id expendit Fulgo. in. l. i. numero vlti. C. si aduer. transa.

Emanuel à Costa in. d. cap. si pater. 1. part. in verbo bonis suis numero. 5. de testamen. in. 6. & ita procedet. l. 8. tit. 6. de meliorationibus infra hoc libro, vbi dicam in glo. 1. nu. 10. & 9. [ Verū vt intelligas lector amatifime, hoc in regno in omnib⁹ ferè casibus legitimā posse filio relinqui quoquo relictū titulo, etiā si filius non instituat, referā duas limitationes, quæ omnes ferè casus, qui hoc in regno accidere possunt, cōprehēdūt. Et imprimis regula prædicta limitatur, vt non procedat, quoties testator in testamento dixit, relinquo filio meo legitimam, aut partem legitimam, tunc enim titulo institutionis reliquisse videtur, ex sententia Bart. Bald. & Fulgos. in auth. vnde si parens. C. de inofficio. testamen. idem voluit Bart. in. l. fi. ff. de pecu. lega. & in consilio. 151. Franc. Tigrinus consilio 132. inter consilia Bart. Corne. consilio. 35. numero. 8. lib. 2. Bart. & Curti. Iunior. 3. column. in. l. humanitatis. C. de impub. vbi Alexand. & Deci. numero. 3. hæc esse cōmunē opinionē attestantur, idem voluit Bal. in l. quoties numero. 3. de hære. insti. Cuma. in. l. his verbis. ff. eod. ti. Roma. in. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad Trebelli. Cardin. c. Raynuntius de testam. Corrafi. in d. l. humanitatis numero. 14. Alex. consil. 17. lib. 3. Corne. consil. 298. lib. 1. vbi ab hac opinione asserit, non esse recedendum in iudicando & consulendo, idem attestatur Ferdinand. Vazq. d. §. 20. numero. 254. & sequētib⁹ hanc opinionem extendit plurifariam, idem voluit Grego. Lupi attestaturque hanc esse receptiorem sententiā in. l. 5. ti. 8. par. 6. in verbo como a heredero, & Couarru. asserit communem, & ab ea non esse recedendū in iudicando & cōsulendo, licet ipse contrariā esse censeat veriore in. d. cap. Raynuntius. §. 1. nu. 6. Ego verò veriore & receptiorem esse censeo limitationem, quamuis contrarium voluerit Salice. in. l. quoties vlti. q. C. de hære. institu. & in. l. humanitatis. C. de impube. & in. d. auth. vnde si parens Imol. & Barb. numero. 13. in. d. c. Raynuntius & ibi Guiller. Benedi. in verbo in eodem testamēto relinquēs. 1. nu. 58. ibidē que Couarru. §. 1. nume. 6. & Mathesi. notab. 139. Alexand. conf. 70. lib. 2. & in. l. nam quod. §. non omnis numero. 7. in fi. ff. ad Trebe. & in. l. i. in prin. ff. ad. l. falcid. & in. l. humanitatis vbi etiam Corne. C. de impube. [ Aduertendum tamen est, aliud esse domum pro legitima filio relinquere, prout proponit speciem Couarru. d. §. 1. numero. 6. aliud cum relinquatur filio legitima, verbum enim relinquo adiectum certæ rei, non refertur ad hæredis institutionem, nec videbitur hoc casu filius institutus, vt ex communi sententia probat Alexand. in. l. nam quod. §. non omnis numero. 7. ff. ad Trebell. Iaso. in auth. nouissima numero. 31. C. de inofficio. testamen. Lancelo. Gallia. in. l. Centurio numero. 436. verfic. breuiter. ff. de vulga. Emanuel à Costa in repe. d. cap. si pater. 1. part. in verbo bonis suis numero. 14. de testam. in. 6. hanc dicens cōmunem, & ita intelligas quod diximus numer. 57. & 60. quare nimirum in exemplo ab ipso Couarru. tradito d. c. Raynuntius. §. 1. numero. 6. est vera eius opinio cōmunis. At vero in specie nu. præcedēti proposita, vbi relinquatur legitima filio, verbum relinquo adiicitur vniuersitati bonorū, quare nimirum si ad institutionē hæredis referatur, vt notatur in. l. his verbis. ff. de here insti.

insti. & declarat optime Bald. in. l. quoties numer. 3. C. de heredibus insti. legitima autem est quota bonorum ex receptiōri sententia, quam tenet Bart. in. l. ex facto, magna numero. 1. in fi. ff. de hære. insti. Alexand. in. l. quia poterat numero. 10. ff. ad Trebelli. & in. l. ita tamen. §. si patronus columna. 2. ff. eodem titulo. Iaso. in. l. Gallus. §. 1. numero. 14. ff. de lib. & posthu. & in. l. pro hærede. §. si quid tamen nu. 12. ff. de acq. hære. Dida. Segura in. l. 3. §. si. numero. 128. ff. de lib. & posthu. vbi Dida. Perez ad eum citat concordantes, idem Segura in. l. cum patronus numero. 49. vbi hanc dicit cōmunem, ff. de lega. 2. Bald. in. l. quoties numero. 1. C. de hære. insti. Deci. in. l. humanitatis nume. 3. & ibi Corrafi. numero. 14. C. de impube. Paul. Picus in. l. in quartam numero. 48. ff. ad. l. falcid. & ibi Carol. Ruy: numero. 26. & Ferdi. Berengar. dicit communem numero. 114. Ferdi. Vazq. de success. creatio. §. 20. numero. 211. Lancelo. Gallia. in repe. l. Centurio numero. 77. ff. de vulga. Maria. Socin. in rep. rub. ff. de lega. 1. numero. 58. Ioann. Corrafi. in repe. l. qui liberos. ff. de ritu nup. nu. 47. Couarru. lib. 2. variarum resolu. c. 18. numero. 9. Iaso. in. l. re coniuncti numero. 244. ff. de leg. 3. Emanuel à Costa in repe. d. c. si pater de testam. in. 6. in. 2. part. in verbo subsequenter & filia, numero. 23. dicens hanc esse receptiorem sententiam, quamuis Corrafi. in. l. heres instituta ad fi. C. de impub. dixerit contrariam esse cōmunem sententiam, quod legitima sit quota hæreditatis, & nō bonorum, & hanc vltimam probare nititur Ferd. Vaz. d. §. 20. nu. 211. cuius sententia mihi semper placuit, eius tamen examinationē modò omitto. [ Secundo limitatur conclusio supra tradita nu. 52. vt nō procedat quoties testamento adiicitur clausula, vt valeat omni meliori modo, quo valere possit, tunc enim quidquid filio relinquatur, vel legatur, vt illud habeat pro legitima, censebitur relictū titulo institutionis, vt actus sustineatur & non pereat, secundum Bal. in. d. l. quoties nu. 3. C. de hæred. institu. cum concordantijs traditis supra nu. 59. At hæc clausula hoc in regno semper apponi solet in testamentis, quare & si in aliquo appositæ non fuerit, per legem suppletur, & censebitur appositæ, arg. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. edil. l. vlt. C. de fidei. l. si prius. §. rectè placuit, vbi hoc notat Bar. ff. de acq. plu. arce. Bald. in. l. huiusmodi in prin. ff. de lega. 1. & in. l. fi. C. de fidei. Per illum text. dicit idem Bal. quod notarius simpliciter rogatus, rogatus censetur clausulas consuetas apponere, quod dictum ornauit Barba. in. c. quod translationem. 9. col. de offi. delega. Ex quo Guiller. Bened. in rep. c. Raynuntius in verbo in eodem testamento relinquens. 1. numero. 48. de testamen. dixit, quod testator in dubio voluisse præsumitur testari secundum communem tabellionum consuetudinem. [ Dicebat etiam Flori. in l. qui erat. ff. fami. ærcif. quod si alicui est concessa facultas vendendi bona fiscalia, poterit in instrumento venditionis apponere, & inferre pacta etiam poenalia, in tali instrumento apponi solita, quamuis in concessione hoc non fuerit dictum, imo, quod magis est, poterit bona fisci obligare pro obseruantia contractus, allegat text. in. l. bene à Zenone. C. de quadri. præ. quod apte eum voluit Ang. in. l. 2. ff. de iuri. om. iudi. quos sequitur idem Guiller. Bened. in. d. verbo

in eodem testamento relinquens. 1. nume. 49. [ Denique hæc est vera & communis sententia, quod notarius semper rogatus censeatur, vt clausulas consuetas apponat, quod & vltra præcitatos voluit Socin. post Alexā. in. l. Gallus. §. idē credendū. ff. de lib. & posthu. Iaso. in. l. certiconditio. §. si numos numero. 24. ff. si cert. peta. dicens tex. meliorem esse de iure hoc probantem in. d. l. fi. C. de fideiusso. Socin. consil. 101. lib. 3. Bald. & Felin. numero. 6. & Deci. cōlum. 2. in cap. cum. M. Ferrā. per text. ibi de constitu. Iaso. in. l. fi. C. de iure emph. fo. notabi. Alexand. in. l. huiusmodi in fi. princ. ff. de lega. 1. Cattellanus Corta in vltimis memor. dictione notarius, Deci. in. l. vt liberis numero. 18. C. de collatio. Dida. Segura in. l. 3. §. si. nu. 31. ff. de libe. & posthu. & ibi Dida. Perez ad eum. Tirraquel. in. l. si vnquam in princ. numero. 169. C. de reuo. dona. Hyppol. sing. 123. Socin. consil. 85. numero. 5. lib. 1. Deci. in. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. Alexād. consil. 1. lib. 5. numero. 22. dicens, clausulas consuetas præsumi esse appositæ ex mente contrahentium, Euerardus in locis legalibus. c. 63. Ferdi. Vaz. de success. creatio. §. 6. numero. 53. verfic. denique is tabellio Couarru. 2. parte rubri. extra de testam. numer. 14. qui lectorem admonet, verba instrumēto adiecta, que notarijs communia, ac frequētissimè obuia sunt, tunc demum præter voluntatem contrahentium adiecta censeari, quando ipsum actum, qui geritur, immutant, & in aliam speciem trāsferunt, aliamque assumit actus naturam: ex quo plura inferit, que aliās opportunius tractabuntur. [ Ex quibus deduces, hoc in regno legitimā relinqui posse quoquo relictū titulo, nec corrueat testamentum, ex eo quod titulo institutionis, non relinquatur, tum propter clausulam codicillarem, quæ communiter solet apponi in testamentis, tum etiam propter text. in. d. l. 5. titulo. 8. part. 6. iuxta intellectum Ferdinan. Vazquez. in. §. 10. numero. 400. vt dixi num. 52. in fi. & per legem nostram, que non exigit hæredis institutionem, sed censetur vocati ipsi filij. Et in regia cancellaria Pinciana hoc semper vidi praticari, vt filius cui aliquid quoquo titulo fuit relictum, non impugnet testamentum, sed agere possit ad supplementum legitime, iuxta. l. omnimodo & l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testamen. & licet non agat ad supplementum, vidi regiosenatores, ita pronuciare, vt sibi legitima suppleatur,

G L O S S. XI.

1 Successionis ab intestato materia remissiuè.  
2 Hæredes legitimi non succedunt ab intestato; sed ex testamento iure regio facto testamento sine hæredis institutione.  
3 Aquel que segun derecho. Materiam successionis ab intestato, & qui succedere debeant, & quo ordine dicemus plenè infra hoc eodem libro titulo, 8. de hæreditatibus

ditibus & successioneibus, l. i. & sequentibus. [ Hic autē non succedunt ab intestato hæredes legitimi, sed ex testamento, in quo nullus fuit institutus hæres, propter voluntatem, & vocationem tacitam ab hac lege præsumptam, vt probauimus supra in gloss. præcedenti numero. 47. & 56. & dicam infra in gloss. 13. & vide potissimum, quæ dicam infra hoc libro tit. 8. l. 12. quia ad intellectum legis nostræ spectant.

GLOSS. XII.

Succesionis ab intestato ex consuetudine remissiuè.

m *O costumbre de la tierra.* Quomodo ex consuetudine succedi possit ab intestato dicā, infra hoc eodem lib. titulo. 8. de hæreditatibus & successione. l. i. gloss. vlti.

GLOSS. XIII.

1 *Intestatus non dicitur decedere iure regio, qui fecit testamentum absque vlla hæredis institutione.*  
Legata iure communi à succedentibus ab intestato relinqui possunt, ibidem.  
2 *Codicilli absque testamento fieri possunt.*  
Intestatus decedere dicitur, qui non fecit testamentum? ibidem.

n *Y cumplase el testamento.* Ex his verbis expenditur, testatorem qui fecit testamentum solemne, absque tamen hæredis institutione, non deceisse intestatum, censentur enim scripti venientes ab intestato, seu ab eo tacitè vocati, vt probaui supra eodem gloss. II. numero. 2. & gloss. 10. numer. 47. & 56. Nec oberit, quòd fit in iure notissimum, legata à succedentibus ab intestato possere relinqui, licet quis ab intestato succedat, vt in l. conficiuntur. ff. de iure codicillo, notatur in. l. cam quam. C. de fideicom. l. 2. & l. sine scriptura. C. ad Trebelli. quare nimirum si in specie nostra, dicatur quis decedere intestatus quoad successione, & censentur à successoribus legitimis legata relicta, prout asseruit Ferdinan. Vazq. lib. 2. de successio. creatio. §. 20. nume. 149. & 245. [ Nam respondeo illud procedere confectis codicillis, qui absque testamento fieri possunt. l. si quis cum testamento. ff. de iure codicillo. & l. conficiuntur eodem tit. hoc enim casu decedere dicitur intestatus. At hic cum testamento decedit vt text. dicit, ibi. *Y cumplase el testamento*, non enim voluit testator facere codicillos, sed testamentum. Quomodo ergo dicemus cum intestatum deceisse, cum intestatus decedere quis dicatur, qui non facto testamento deceisset. l. i. ff. de iniusto rup. in prin. insti. de here. quæ ab int. de fe. l. i. tit. 13. part. 6.

GLOSS. XIII.

1 *Testamenti perfectio quadruplex est.*  
Testamentum imperfectum ratione voluntatis nõ va-

let, etiam ad pias causas, ibidem.  
Hæredis institutio caput est, & substantia testamenti, ibidem.  
2 *Testamentum morte confirmatur, & efficitur irrevocabile.*  
Testatoris voluntas est deambulatoria vsque ad mortem, ibidem.  
3 *Aditio hæreditatis est vltima testamenti perfectio iure communi Imperatorum.*  
Hæreditas iacens representat defunctum, ibidem.  
Hæres & defunctus vna eademque persona censetur, ibidem.  
4 *Aditio hæreditatis hodie iure regio, non requiritur ad validitatem testamenti.*  
5 *Aditio hæreditatis hodie iure regio, an requiratur ad legatorum confirmationem saltem venientium ab intestato? & nu. seq.*  
Aditio hæreditatis venientium ab intestato, an iure communi requiratur, quoties in testamento apposita est clausula codillaris non adita hæreditate per hæredem scriptum, ad confirmationem legatorum? ibidem.  
6 *Aditio hæreditatis venientium ab intestato, an requiratur, vt valeant legata pia? & numero. 8.*  
7 *Legata & fideicommissa quare iure nostro regio debeantur, etiam si hæreditas non adeatur per venientes ab intestato?*  
Hæredes ab intestato censentur vocati ex lege nostra, vbi hæres scriptus non est, vel non adit hæreditatē, ibidem.  
Lex si voluisset, expressisset maximè rem magni momenti, ibidem.  
9 *Aditio venientium ab intestato quare requiratur iure civili, & non iure regio?*  
Lex nostra intelligitur, ibidem.  
10 *Lex. 2. ff. de fideicommissis. liberta. explicatur.*  
Curator dari potest hæreditati iacenti, & quomodo? & an ipse poterit conveniri à legatarijs? ibidem.  
11 *Legata peti possunt iure communi Imperatorum, & regio partitarum triplici actione, ex testamento, hypothecaria, & rei vindicatione, & hodie etiam iure nouiori regio, si hæreditas aditur.*  
12 *Actio ex testamento vtilis competit iure regio pro legatis, vbi non aditur hæreditas.*  
13 *Quasi contractus inducitur ex aditione hæredis.*  
Condictio ex lege competit hodie pro legatis iure regio, ibidem.  
14 *Officium iudicis non competit pro legatis contra Grego. Lupi.*  
Lex nostra explicatur, ibidem.  
Condictio ex lege oritur, vbi lex noue inducit obligationem absque aliquo actu vel contractu, ibidem.  
15 *Legatarius proponere potest actiones sibi competentes contra curatorem bonis datum?*

16 *Actio ex testamento competēs pro legatis naturam habet bonæ fidei*  
Condictio ex lege competens hodie pro legatis naturā habet bonæ fidei, ibidem.  
Actio quæ sui naturā est stricti iuris, sapit naturam eius cuius loco subrogatur, etiam si actio subrogata in aliquo discrepet, ibidem.  
17 *Actio hypothecaria competit hodie pro legatis, licet hæreditas non adeatur.*  
18 *Actio hypothecaria non requirit necessario personalem in qua fundetur, ibidem, & nu. 19.*  
20 *Rei vindicatio hodie competit iure regio pro legatis, etiam non adita hæreditate.*  
21 *Legatorum fructus & accessiones ante mortem testatoris non debentur nisi in duobus casibus.*  
22 *Fructus legatorum an à tempore mortis debeantur iure communi legatarijs, an verò spectent ad hæredem?*  
23 *Legatorum dominium fictè transit in legatarium à morte testatoris iure communi.*  
24 *Fructus rei legata non debentur nisi à die aditæ hæreditatis ex receptori sententia iure communi.*  
25 *Fructus rei legata quibus casibus iure communi debeantur, ante aditam hæreditatem.*  
26 *Fructus rei legata à tempore moræ, vel litis contestationis cui debeantur? & numero. 27. & 28.*  
29 *Fructus rei legata cuius dominium verè queritur, debentur ante aditā hæreditatem.*  
Dominium fictum non est efficax ad fructuum acquisitionem, sed verum, ibidem.  
Legato grege veniunt partus à tempore testamenti ibidem.  
30 *Fructus rei legata iure regio debentur à tempore mortis.*  
31 *Dominium verum legata rei queritur iure regio legatario statim mortuo testatore.*  
32 *Hæres an præsumatur scire contenta in testamento?*  
33 *Fructus rei genericæ, vel alienæ à testatore legata, à tempore moræ debentur.*  
34 *Fructus rei legata à tempore quo legatario queritur dominium, verè debentur, non antea.*  
35 *Fructus legati vsusfructus à quo tempore debeantur? & nu. 36. 37. & 38. limitatur num. 39.*  
37 *Lex. 1. §. dies. ff. quando dies lega. vsusfru. ced. explicatur.*  
38 *Vsusfructuarius an dici possit dominus, & an ei cõpetat rei vindicatio?*  
40 *Querela inofficiosi testamenti, an hodie competat nõ adita hæreditate?*  
42 *Querela inofficiosi testamenti contra quos proponi possit?*  
45 *Successorio edicto an locus sit in querela non adita hæreditate per institutum iure regio? & nu. seq.*  
6 *Ius dicendi nullum, an competat nepoti præterito, si*

filii sui ex hæredatus? & nu. seq.  
47 *Lex si quis posthumos. §. si filium ex hæredauero & l. illud. §. 1. ff. de bon. poss. con. tab. exponuntur.*  
Nepos quando admittatur ad ius dicendi nullum? & numero. 48.  
49 *Ab intestato succedit, is quem nemo præcedit.*  
50 *Nepoti præterito nõ cõpetit ius dicendi nullum patre emancipato instituto aut ex hæredato, & nu. 51.*  
52 *Nepos hodie iure regio nec suus est, nec in potestate, & numero. 53.*  
54 *Successorio edicto, an sit locus in iure dicendi nullum, & numero. 55.*  
55 *Ius dicendi nullum competit emancipato?*  
56 *Successorio edicto, an sit locus in bonorum poss. contra tabulas & nu. 57. & 62.*  
58 *Liberis in potestate vel emancipatis præteritis, vel ex hæredatis, quod remedium competat?*  
59 *Emancipationis & patriæ potestatis, an sit sublata differetia, tã ab intestato quã ex testamento, et nu. 61.*  
60 *Querela inofficiosi testamenti quando filio competat?*  
Bonorum poss. gratia litis agnoscendæ quando competit? ibidem.  
63 *Querela an cõpetat nepoti ex successorio edicto, ex persona patris sui, vel propria, & nu. 64.*  
65 *Querela non preparata an transmittatur?*  
66 *Lex si quis filium. C. de inoffi. testamento explicatur, ibidem, & nu. 67.*  
68 *Querela competit ei cui iniuria illata est.*  
69 *Nepos præteritus patre ex hæredato admittitur ad querelā ex propria persona per successorium edictum.*  
70 *Lex si is qui in prin. ff. de inoffi. testa. explicatur.*  
71 *Lex. 3. §. si emancipatus. ff. de bon. poss. cõtra tab. m. rē & nouè explicatur. & nu. 72. & 73.*  
72 *Filius in potestate iure civili Romanorum cõtrahere matrimonium nõ potest sine licetia patris, aliàs filij eius non sunt iusti.*  
Filius emancipatus an possit cõtrahere matrimonium sine licetia patris? ibidem.  
73 *Filius emancipatus propter capitis diminutionem de finit suus hæres esse, sed ius pratorium rescindit hanc capitis diminutionem.*  
74 *Successorio edicto loc' est in querela inofficiosi testamēti. Etia iure regio nõ adita hæreditate. et nu. 75.*  
76 *Successorio edicto locus est in querela, etiam si filius expresse approbauerit testamentum paternum.*  
77 *Successorio edicto an sit locus vbi filia renunciauit cum instrumento hæreditati paternæ? & nu. 78.*  
79 *Præterito nepotis quæ pater præcedebat, filio ex hæredato habetur pro ex hæredatione.*  
ergo casus includet. Similiter ratio legis nostræ hoc suadet, æque enim militat in legato vsusfructus, ac in cæteris legatis, quam tradidimus supra numero. 7. & gloss. 10. numero. 2. [ Nec oberit tex. in. d. l. 1. §. dies. ff. quan. dies vsu. leg. ced. nec lex si seruo hæreditario. ff. qui. mo. vsu. ami. nam si rationem eius attendamus potius probat contrarium, dicit enim iuriconsultus in d. §. dies, tūc enim constituitur vsusfructus, cum quis iam frui potest. Sed hīc legatarius potest frui & vti re legata statim mortuo testatore, nulla hæredis scripti vel legitimi aditione spectata, vt supra satis superque probatum est. numero. 7. & 8. ergo absque aliqua hæreditatis aditione debetur vsusfructus legatū, & quod ibi dicit tex. non cedere legatum nisi ab adita hæreditate, iam per legem nostrā est correctum, quippe quia à morte testatoris non solum cedit, sed & venit dies legati vsusfructus & alterius cuiuscunque rei. Nec me mouet quod vsusfructus formalis non potest incipere, donec sit dominus, qui patiatur vsusfructuarium vti frui, vt in. l. 3. §. dare. ff. de vsufr. quoniam ipsa hæreditas representat defunctum, vt in. §. seruus autem alienus insti. de hære. insti. l. hæreditas enim & l. hæreditas in multis. ff. de acqui. rer. domi. & in eius ficta personae vel in curatore bonis dato manet proprietas, in legatario verò vsusfructus, qui eo vti & frui potest statim mortuo testatore. Nec oberit. d. l. hæreditas in fine & d. l. 1. §. dies verfi. ff. & l. si seruo hæreditario. ff. si serui. ami. Vbi vsusfructus, qui sine persona cōstitui non potest, hæreditati per seruum non acquiritur, sed heredi, adita per ipsum hæreditate, quamuis cætera legata hæreditati iacenti acquirantur per seruum. Nam hoc ideo fit, quia ante aditam hæreditatem nō est persona, quæ vti & frui possit vsusfructu, vt dicit tex. in d. §. dies in fine & in. d. l. si seruo hæreditario. Vel poteris respondere, eas leges etiam esse correctas per legem nostram, qua nulla exigitur aditio ad conseruanda legata etiam vsusfructus, propter generalia verba legis, nimirum ergo si in persona ficta hæreditatis [ licet defuncti personam non hæredis representet, vel curatoris bonis dati ] legatum actiue & passiuè sustineatur, actiue, si seruo hæreditario legatus sit vsusfructus ipsa hæreditas vel eius curator vti & frui poterit legato, passiuè, si vsusfructus alicui fuerit legat⁹, poterit enim hæreditas vel curator eius proprietatem habere, & legatarium pati vti & frui, legatarius autem poterit vti & frui re legata, [ Et si dixeris quomodo legatarius poterit vti & frui re legata mortuo testatore, cum eius nactus non fuerit dominium, vt in. l. rectè dicimus. ff. de verbo. signifi. Respondere licebit cum Bar. in. l. in venditione. ff. de bon. autho. iudi. possid. quod vsusfructuarium dicitur dominus respectu vsusfructus, nō respectu rei, idem voluit Bar. in rub. C. de vsufr. numero 1. Alexan. in. l. naturaliter. §. nihil commune numero 6. ff. de acq. poss. Pincl. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. part. numero. 2. vbi optimè explicat, & iterum in. 2. par. nu. 18. dum tractat, an vsusfructuario competat reuendicatio: & concludit, quod si dicat se dominum rei, vel dominum simpliciter, & agat reuendicatione, nō obtinebit, secus si simpliciter diceret se dominum, nec exprimeret reuendicationem, quia tūc censetur referre ad dominium iuris vsusfructus, & ideo obtine-

ret, hæc fuit resolutio Bal. in. l. qui vsusfructum. ff. de vsufr. quem ibi sequitur fulgo. Alexan. in. d. §. nihil commune numero. 6. & ibi Ripa numero. 27. Claudi. Marme. numero. 46. Fabius numero. 34. Deci. numero. 19. Rube. numero. 119. Alcia. in. l. rectè dicimus. ff. de verbo. signifi. Iacob. à S. Georgeo in rub. ff. de reuendi. nu. 8. Igne. in. l. 1. §. domini. i. colu. antepen. ff. ad Sillani. Sed verius est competere vsusfructuario reuendicatio nem, vt in. l. vti frui. §. 1. ibi, in rem actio fructuario. ff. si vsufr. pet. Bar. in rub. C. de vsufr. vide omnino Pine lum. d. 2. par. numero. 18. optimè hoc resoluentem. Ex quibus concludo, legatarium vsusfructus alicuius fundi vel alterius rei posse vti & frui fundo, etiam si hæreditas ab hærede scripto, vel legitimo non adeatur iuxta ius nostrum regium. [ Hanc tamen conclusionem limita, nisi testator conditionem testamento nullo ex causa præteritionis vel exheredationis apposuerit, si hæreditas adeatur, tunc enim legatum vsusfructus, vel quodlibet aliud legatum non sustinetur, si adita non fuerit hæreditas ab scripto heredede, etiam si à legitimis adeatur, secus si testamēto valido apposta fuerit, quia cum de iure inest, nihil operatur secūdu Bal. in auth. ex causa numero. 51. C. de lib. præ. vel ex hære. & ibi Corn. numero. 41. & seq. Bar. & Moder. in. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. Telli. Fernan. licet inuoluntate loquatur in. d. l. 3. Tau. 3. par. numero. 12. [ Ex precipua legis nostræ conclusione inferitur tertio, quærelam inofficiosi testamenti competere hodie iure regio, si hio causa inserta exheredato, etiam si ab instituto non adeatur hæreditas. Nam licet iure communi & regio Partitarum requiratur aditio hæreditatis pro confirmatione exheredationis, vt tunc possit quærela proponi per filium iniuste exheredatum, vt in. l. filium §. sed cum exheredatio, vbi gloss. & commu. docto. ff. de bono poss. cōtra ta. & l. si patronus. 2. §. ex testamēto. ff. de bon. liberto. & non ante aditam hæreditatem, quia antea non nascitur quærela, vt in. l. Papinianus. §. si cōditioni. ff. de inoffi. testa. & ibi notant Bar. Albe. Bal. Paul. Ang. & commu. docto. l. 2. titulo. 7. par. 6. & hoc pluribus rationibus erat eo iure statutum. Prima, quia quærela inofficiosi testamenti dirigitur contra defunctum, vnde necessario exigitur, vt contra heredem, qui hæreditatem adiuit, proponatur: quippe qui ante aditam hæreditatem non representet defunctū, vt in prin. huius glossæ diximus, hæc rationem reddit Iac. But. in. l. scimus. §. illud. C. de inoffi. testa. Secūda, & hæc est efficacior, quia quærela non cōpetit nisi in subsidiū, vt in. l. qui de inofficio & in. l. pater filiū. ff. de inoffi. testa. & in. §. cū autē insti. eo. ti. l. 1. §. generali ter, ff. ad Carbonia. At si hæreditas nō aditur, testamētū est nullū, & filius succedit ab intestato, merito ergo ante aditionē non competit quærela, ita Bar. in. l. scimus. §. illud. C. de inoffi. testa. Tertia ratio redditur per Angel. in. l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testa. dicentem, quod quærela ordinatur ad rescissionem testamenti, testamētum autem non est efficax ante aditam hæreditatē. Ex quo, hac in specie, proprie tractari non potest de impugnatione, cum priuatio præsuponat habitum. l. decem. ff. de verbo. obliga. nec potest esse effectus, antequam sua causa, vt in. l. mansu misiones. ff. de iusti. & iure, ita Bal. in. d. l. scimus. §. illud



41 lud C.de inoffi. testa. [ Et si quis dixerit, quare ergo competit filio bonorum poss. contra tabulas, quamuis hære ditas per heredem scriptum non adeatur, vt nota tur in.l. vt liberis. C. de colla. & in.l. quod vulgo. ff. de contra tabulas. Respondeo, illud ideo fieri, quia in tali iudicio de iure testamenti nõ queritur, prout in que rela inofficiosi testamenti, sed de iure filij, an filius sit, & an præteritus in testamento patris, vt in.l. filio. §. 1. ff. de inoffi. testa. [ Item licet ex hoc inferat Antonius Gomez tomo. 1. variarum resoluti. c. 11. numer. 18. hac lege regia, non corrigi ius commune & partitatu: quippe quæ, non adita hære ditate, non conseruet dispositiones priuatiuas, prout est ex hære datio, sed dispositi uas, vt legata, & fideicommissa: atque ideo asserat per legem istam non posse proponi querelam inofficiosi testamenti ante aditam hære ditationem. Adhuc tamen mihi videtur, iuxta dispositionem legis nostræ, quæ ad subsistentiam contentorum in testamento nullam requirit hære ditationem, atque ideo iure nostro querela iam non ordinetur ad rescissionem testamenti, sed pro iure dumtaxat filij querelantis, ad consequendam portionem hære ditationis filio debitam, posse querelam proponi, & si hære ditas ab hære de scripto non adeatur, poterunt siquidem eam adire venientes ab intestato, prout disponit lex ista vbi nullum testator instituit heredem, cum paria sunt nullum heredem instituere, vel institutum non adire, & contra tales aduertes filius ex hære datus proponere poterit querelam infra quinquenium, a die aditæ hære ditationis per eos numerandum. Nec mirum videri debet quod querela detur contra alium, quam hære dem scriptum contra. l. 1. & in.l. circa. ff. de inoffi. testa. & l. 2. tit. 8. part. 6. quia huiusmodi hære des legitimi, scripti censentur per legem nostram, & subrogatur loco hære dis scripti in testamento, quippe cum ex eius repudiatione hære ditatione sunt consecuti huius legis beneficio, potest ergo contra eos querela proponi, quemadmodum proponitur contra fideicommissarium vniuersalem, loco scripti subrogatum, vt in.l. 1. C. de inoffi. testa. & sicut fit in casu. l. filium, §. sed cum ex hære datio vers. sed quemadmodum. ff. de bon. poss. con. tab. vbi ex hære datione querela competit aduersus præteritum, qui rupto testamento auocauit hære ditationem & successit loco hære dis scripti, vt ibi explicat Bar. & Grego. Lupi in.l. 4. in gloss. pen. in fi. tit. 8. part. 6. Vel si nemo adierit ex hære dibus scriptis, vel legitimis poterit querela proponi contra curatorem hære ditationi iacenti datum, iuxta praxim supra numero. 10. 15. & 18. & numero. 37. vbi probaui competere vtilem contra curatorem bonis datum ei, cui contra heredem competebat directa, vt in. l. 2. ff. de curato. bon. dan. hæc fuit sententia Grego. Lupi in l. 4. gloss. pen. tit. 8. par. 6. cui licet plus placeat prior intellectus, vt intentari possit contra hære des ab intestato aduertes, vterque tamen verus est, & vltimus mihi magis applaudit. [ Superest ad rationes supra nu. 40. traditas respondere, quas Ant. Go. fatetur in specie legis nostræ adhuc militare. Et primo non oberit quæ querela tendit contra defunctum, non ergo poterit proponi contra heredem, qui non adiuuit, cum non representet defunctum ipsum, antequam adeat hære ditationem, quoniam fateor querelam non posse proponi contra

hære dē, qui nõ adiuuit, sed poterit nihilominus proponi contra aliū eius loco subrogatum, vt resoluti nu. præcedenti, vel contra curatorem hære ditationi iacenti datum vt ibidem dixi. [ Minus oberit secunda ratio, quia negamus testamentum esse nullum, non adita hære ditate per heredem scriptum, valet siquidem iure nostro regio, quoad omnia in eo contenta, vt constat ex his verbis, y cumplasse el testamento, non ergo succederet filius ab intestato, quia ex hære datus fuit, quare opus est querela, vt non probatis causis ex hære dationis hære ditationem consequatur, vel portionem eius sibi debitam. Nec obstat tertia ratio, verum siquidem non est iure nostro, quod querela ordinetur ad rescissionem testamenti, & minus verum, quod testamentum non est efficax ante aditam hære ditationem, efficax quidem est etiam si non adeatur hære ditas, vt disponit lex nostra ibi, y cumplasse el testamento, atque ideo non agitur ad eius rescissionem, sed pro iure filij querelam proponentis, vt dixi in bono. poss. contra tabulas supra numero. 41. [ Ex quo subinfertur ad aliam non minus difficilem quæstionem, nempe, cum ad firmitatem ex hære dationis nulla exigatur hære dis aditio, vt supra numero. 40. probaui, an in huiusmodi querela sit locus successorio edicto, etiam si per scriptum hære dem hære ditas adita non fuerit, & sic an sequens in gradu poterit querelam intentare ex persona sua? quod videtur Gregorio Lupi in.l. 1. gloss. l. tit. 8. par. 6. Verum quia quæstio ista est pro vtraque parte disputabilis & subtilis, secundum Iaso. in.l. in suis nu. 52. ff. de libe. & posthu. & de apicibus iuris secundum Bal. in. l. si quis filium. 2. q. in fi. C. de inoffi. testa. & Anto. Gomez variarum resolutionum tomo. 1. cap. 11. numero. 21. cam libet examinare sequentibus quæstionibus. Imprimis quæro, pater filium ex hære dauit, & nepotē ex eo præterijt, an competat nepoti ius dicendi nullum testamentum aui? Respondeo distinguendo, aut enim filius ex hære datus mortuus est antequam pater eius, & nulli dubium quin nepos ex eo rumpat testamentum & succedat, quippe qui agnasci videatur auo, & primum locum in successione per mortem patris nactus sit, atque ideo proximior reperiat tempore mortis aui sui, vt in.l. posthumorum. §. 1. ff. de iniusto rupto. §. posthumorum insti. de ex hære d. libe. l. 2. C. de libe. præter. l. si emancipatus in prin. ff. de bon. poss. con. tab. l. si quis filio vers. plane. ff. de iniur. rup. ibi, nam agnascendo quidē is rumpit, quem nemo præcedebat mortis tempore, & hæc est communis & indubitata opinio ab omnibus carūdem legum interpretibus recepta. [ Aut filius ex hære datus superuixit patri suo, & tunc nepos præteritus non habet ius dicendi nullum aui testamentum, nec contra tabulas bonorum possessionem, cum eius pater eum præcedat tempore mortis aui, vt in.l. si quis post humos. §. si filiū ex hære dauero. ff. de libe. & posthu. cuius verba sunt. *Si filium ex hære dauero, nepotemque ex eo præteriero, & alium hære dem instituero, & superuixerit filius post mortem meam, licet ante aditam hære ditationem decesserit, non tamen nepotem rupturum testamentum Iulianus & Marcellus scribunt.* Ecce iuris consulti excludit nepotem præteritum a iure dicendi nullum, si eius pater ex hære datus auo superuixerit quam-

quamuis ante aditam hære ditationem decesserit: quia tēpus mortis, non aditæ hære ditationis inspicitur, vt quis proximior dicatur ad rumpendum testamentum, vt ibi scribitur, estque ad id tex. in.l. illud. §. 1. ff. de bon. poss. con. tab. cuius verba sunt. *Si quis filium, quem in potestate habuit, instituerit hære dem, vel ex hære dauit, & ex eo nepotem omisserit, bonorum possessioni locus non est: quia non esset nepos suus hære s futurus.* Deinde subdit tex. ille, eadem sunt & in sequentibus gradibus, tertio stringit tex. in.l. si quis filio ex hære datione in prin. ff. de iniusto rup. vbi si filius fuit ex hære datus & extraneus institutus, & ante aditam hære ditationem filius moriatur, & nepos posthumus in vita aui conceptus nascatur ex filio ex hære datione, non rumpit aui testamentum, cuius rationem reddit ibi iurisconsultus in hæc verba. [Cum neque ex hære dari huiusmodi nepos deberet ab auo, quem pater præcedebat,] & ex his legibus hoc expendit gloss. 2. in.l. posthumorum. ff. de iniur. rup. Bar. 1. oppos. Bal. paulo post prin. Paul. nume. 3. & 4. Ang. & Imol. numero. 3. & 4. Alexan. numer. 3. Iaso. notab. 3. & communiter omnes in.d. l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de libe. & postu. Areti. conf. 49. nume. 2. Rod. Xuar. in repe. l. quoniam in prioribus. 10. amplia. nu. 54. Emanu. à Costa in repe. l. Gallus. §. & quid si tantum 3. par. numero. 204. post. prin. Et quamuis Anton. Gomez. 1. tomo variarum resolutio. cap. 11. numero. 21. hæc quæstionē inuoluat cum ea, an in querela sit locus successorio edicto, & asserat communem opinionem esse in contrarium: verius est hanc esse communem opinionem, quam tenet ipse Ant. Gomez. Nec citati per eū dicunt contrarium, loquuntur siquidem in querela, de qua statim agemus. [ Extendit primò conclusionem istam, etiam si filius ex hære datus querelam repudiauierit, adhuc enim nepos non efficitur suus, nec propter præteritionem rumpet testamentum, cum mortis tempore alius eum præcesserit, vt in.l. si quis posthumos. §. si filium vers. quod si moriente. ff. de libe. & posthu. & ibi eum tex. expendunt docto. potissimum Iaso. 3. notab. Qui fortiter opponit aduersus hanc receptam sententiam dicens, ex hære datus habetur pro mortuo. l. 1. §. si pater. 1. ad fi. ff. de coniungen. cum eman. libe. eius, facit. l. 1. §. si. ff. de cont. tab. ergo non obstat nepoti, quominus primum locum obtineat in successione. Cui obiectioni respondet ipse idem Ias. pluribus modis, & denique sibi placet concordia Bar. in. l. qui in aliena. §. interdum. 3. opposi. nume. 1. ff. de acq. hære. nempe, quia ex hære datio non assumit effectum nisi post mortem testatoris, & aditam ab hære de instituto hære ditationem. l. filium. §. sed cum ex hære datione. ff. de contra tab. l. Papinianus. §. si cõditioni. ff. de inoffi. testa. Cū ergo filius in vita patris, quauis ex hære datus, non excludatur a iuritate & cõtinatione domini, nepos nõ poterit succedere in iuritate, cū in vita patris nõ obtineat primū gradū. §. sui insti. de hære d. quali. & differ. l. in suis vbi Bar. & doct. ff. de libe. & posthu. l. 1. §. & generaliter. ff. de suis & legi. hære d. Guill. Bene. in rep. c. Raynūtius de testa. in verbo mortuo itaq; testatore. 2. nu. 11. Quod procedit etiā iuxta. l. nostrā regiā, qua ex hære datio morte cõfirmatur absq; aditione, authore Grego. Lup. in.l. 2. tit. 7. par. 6. & dixi supra nu. 42. quia vt

get eadē ratio. [ Extēde secūdo cõclusionē istā, vt pro cedat etiam si filius fuerit emancipatus, & nepos in potestate aui retentus: nam in specie proposita, non admittetur nepos ad ius dicendi nullum, ex eo quod tempore mortis pater, licet ex hære datus & emancipatus, eum præcedebat. Nam licet ante nouam Iustiniani cõstitutionē. l. meminimus. C. de legi. hære d. nepos & ceteri descendentes in sui hære dis locum succederent, si præcedens emancipatione vel morte sui hære dis locum amisisset, vt in.l. Gallus. §. & quid si tantum & §. videndum & l. posthumorum. ff. de libe. & posthu. §. sui insti. de hære d. quali. & differ. §. ita demum insti. de hære d. quæ ab int. defer. Hodie tamē nepos non efficitur suus hære s auo, etiam si pater eius per emancipationem vel aliās de patris sui potestate exeat. Nam cum olim prætor filium emancipatum, ad similitudinem sui hære dis admitteret ad bonorum possessionē, nõ tamē potuit efficere, vt nepos, qui in potestate aui manserat, suus hære s non esset. Lex quippe ciuili sola hære dem facit, non prætor, vt in. §. quos autem insti. de bono posse. & iure ciuili is solum qui in potestate erat, suus hære s esse intelligebatur. §. emancipati insti. de hære d. quæ ab int. defer. At postquam Iustinianus in.d. l. meminimus, eisdem verbis, quibus & prætor, sed vtique maiori potestate, emancipatum ad similitudinem sui hære dis vocauit, hære dem eum fecit, qui antea hære s nõ erat: nimium ergo si nepos in potestate aui existens non sit suus hære s, vt pote quem filius emancipatus iure ciuili antecedit. Cūquē sui hære dis proprium sit, viuo parente, quodammodo dominum existimari, et in hære ditate intestati primum esse successorium, vt in.l. in suis. ff. de libe. & posthu. §. sui vers. sic. sed si sui, insti. de hære d. quali. & differ. quod in nepote locum non habet, cum eius pater, ab auo emancipatus, iure ciuili succedat, & nepoti præferatur, vt in. d. l. meminimus. C. de legi. hære, & in auth. de hære d. ab intest. §. nullam colla. 4. [ Præterea iuris ciuili regula est, eum ab intestato quasi suum hære dem posse succedere, cui & non alij ante eum est delata hære ditas, l. si quis filio vers. ab intestato. ff. de iniusto rup. Cū igitur patri emancipato, prius fuerit delata hære ditas negare constanter possumus, eam postea nepoti ipso iure acquiri, quasi suo. Nec refert quod hære ditas patri delata proponitur, qui suus hære s non erat, satis quippe est, quod ei delata fuerit, ex Vlpiani traditione in d. vers. ab intestato. d. l. si quis filio. ff. de iniur. rup. vt in alia specie subtiliter insinuant Raph. Cuma numer. 2. & Areti. 2. colum. vers. sed contra in.l. si filius hære s ff. de libe. & posthu. ex eadem. l. si quis filio. ita censuit subtilis Costa Lusitanus in. d. §. & quid si tantum. 3. par. numero. 214. & pluribus sequi. non tamē negat nepotem succedere, contentus tamen aditionem ei fore necessariam ad hære ditationem aui acquirendam, & transmittendā, quasi id non possit vigore iuratis efficere. [ Sed et id procedere autumat, etiam si filius emancipatus hære ditationem repudiauierit, contra Pauli Caltr. sententiam in.l. qui se patris numero. 7. C. vnde libe. freti authoritate Bal. ibidem numero. 15. qui tamen id non dixit, eiusdem Pauli in.l. ventre præterito numero. 4. ff. de acq. hære d. & contra Mathesi. in tracta. de successio. ab intest. in prin. numero. 9. & Guill. Bene. in rep.

in rep.cap. Raynuntius in verbo & vxorem decif. 5. numero. 52. & contra Iaso. in l. si emancipati. C. de collatio. nu. 36. & in d. 5. & quid si tantum lectio. 1. nu. 53. & lectio. 2. numero. 19. & contra Dida. Segu. in rep. l. cohæredi. §. cum filii nu. 10. ff. de vulga. & contra Fer. Vaz. lib. 2. de success. creatio. §. 19. nu. 14. Verior tamen & receptor est sententia Coste, quam tenuit Alex. in d. l. qui se patris nu. 14. & Iaso. num. 46. Curti. Iun. num. 49. & Sebast. Papia. nu. 40. C. vnde libe. & Ang. de Perigl. in rep. l. in suis. q. 5. nu. 11. ff. de libe. & posth. [ Ex quo aparet, veram esse illationem & secundam extensionem supra nu. 48. traditam, licet enim pater filium emancipatum in testamto instituerit hæredem, aut ex hæredauerit, & nepotem ex eo in sua potestate retentum præterierit, non competet nepoti ius dicendi nullum, satis enim est quod parens erga eum qui præcedebat, quamuis emancipatum, sollemniter testatus sit, eum instituendo, vel ex hæredando arg. l. inter cetera & l. si quis posthumos. §. si filium ex hæredauero. ff. de lib. & posth. cum cõplicibus, & hoc Bar. pluribus probat argumentis in d. §. & quid si tantum nu. 8. cuius sententia receptissima est teste Costa ibidem. 3. par. nu. 217. pagi. 150. & Ferd. Vazq. lib. 2. de success. creatio. §. 19. num. 14. ad fi. vers. quod si is. Et licet Bar. loquatur quoties pater filium emancipatum instituit, idem est secundum eos, quando ex hæredauit eadem ratione, & eorum sententia vera est & communis in vtroque casu, quidquid Alciat. reclamauerit lib. paradoxorũ. 3. cap. 10. in fine. [ Hæc tamen extensio à nume. 48. huc vsque tradita, in Hispaniarum regnis contingere nõ potest, quippe quorum legibus, filius contracto matrimonio, ecclesiæ benedictionibus sequutis, quasi emancipatio sui iuris efficitur. l. 8. tit. 1. de matrimonio sup. hoc eod. l. 5. & in legibus Lusitanie l. 1. ti. 67. §. 4. quo fit, vt regulariter nepos in aui potestate nõ nascatur, sed patre mortuo, sui iuris efficitur. Itaq; nullo casu nepos suus esse potest auo, nec potest auus pupillariter substituere, iuxta tex. & ibi notata in l. 2. ff. de vulg. quare extensio præfata iure nostro regio indubitabilis est, & non solum ea ratione, quia non obtinet nepos primum locum, suus esse non potest, sed quia non est in potestate aui. Nam hæc duo sinitas requirit, nec sufficit alterum eorum vt in l. in suis. ff. de lib. & posth. & ibi omnes scribentes notant & supra diximus. [ Quo fit vt iure nostro regio locus non sit limitatio per Iaso. traditæ in d. l. si quis posthumos. §. si filium. 3. notab. ff. de libe. & posth. dicentem, quod tex. ille & similes, quibus statuitur nepotem ex filio ex hæredato ab auo præteritum non esse suum hæredem, procedit ab intestato vel contra testamentum, nam si ab auo instituat heres, erit suus heres auo, etiam viuente patre suo ex hæredato, vt in l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acqu. hered. qui casus mirabilis est secundum eum & alios per eum citatos: ita ex eo expendit ibi Bar. 3. opp. & communiter scribentes: nam cum nepos hodie esse nõ possit in aui potestate, vt in d. l. 8. tit. 1. de matrimonio supra hoc eodem libro & d. l. Lusitanie, esse nõ potest suus. [ Secundo ad explicationem illationis supra nu. 40. propositæ hesitari solet, an in iure dicendi nullum sit locus successorio edicto? finge filium in potestate & nepotem ex eo à patre præteritos, filiumq; vel repudiatio

netacita vel expressa, vel alia causa exclusum à iure dicendi nullum, an nepos ex eo admittatur per successorium edictum ad ius dicendi nullum? & certe magna fuit cõtentio inter doctores in hac questione. Nam quidam eorum confunduntur non recte distinguentes casum & quæstionem hæc à præcedenti, nec attendentes in præcedenti questione nõ posse tractari de successorio edicto, quippe cui locus non est, vbi idem ius priori delatum nõ est, vt Paul. Castr. aduersus Bal. obseruat in d. l. si quis posthumos. §. si filium. 2. col. ff. de lib. & posth. & Emanuel Costa in d. §. & quid si tantum. 3. par. nu. 204. In specie autem, quã modò proponimus, vbi filius & nepos fuerunt præteriti, apte queritur an nepos qui post filium sequitur, possit admitti ad idem ius dicendi nullum, semel filio delatum? cui quæstioni in specie alij respondet nepotem posse admitti ex successorio edicto, hi sũt. Bal. in l. infamia col. vlt. C. de decurio. l. 10. Ange. in l. 1. C. de success. edi. Paul. Castr. in d. l. si quis posthumos. §. si filium. ff. de lib. & post. & ibi Areti. col. 1. & Alex. nu. 4. & Iaso. num. 13. idque frequetius videtur, vt Alex. scripsit in rub. C. de success. edi. & Costa in d. §. & quid si tantum par. 3. nu. 204. Corne. nu. 2. & Sebast. Papia num. 11. in d. rub. C. de success. edi. Quãuis Rod. Xuar. in d. l. quoniam in prioribus ampli. 10. nu. 34. ad finem contrarium asseret. & Curti. Iunior in d. rub. C. de success. edi. numero. 16. & communem esse opinionem, vt Areti. testatu confi. 49. 1. & 2. colum. quãuis in diuersa specie loquantur, nempe, vbi filius fuit ex hæredatus, & nepos præteritus, qua in specie, vt dixi, de successorio edicto tractari nõ potest, cum successio esse non possit, vbi idem ius priori delatum esse non proponitur. [ Alij non pauci in diuersa sunt opinione, imò quod in iure dicendi nullum nõ sit proprius locus successorio edicto, quam vt magis communem amplectitur Alex. in l. si quis posthumos. §. si filium nu. 14. ff. de lib. & posth. & ibi Iaso. nu. 12. idem Iaso. in l. si filius heres numero. 10. eod. titulo Ema. Costa. d. §. & quid si tantum. 3. part. numero. 204. Curti. Iun. in rub. C. de success. edi. nu. 16. & in l. qui se patris nu. 42. C. vnde libe. Ferd. Vazq. lib. 2. de success. creatio. §. 20. nu. 131. in casu ergo proposito num. præcedentis, nepos ad intestati hereditatem admittetur per successorium edictum, non ad ius dicendi nullum. Nam intestatus dicitur decedere, qui præterito filio testamentum non iure fecit, vt in principio insti. de hære. quæ ab intest. de fer. coniuncto prin. insti. de ex hæred. libe. Proinde si præteritus filius, cui patris intestati hereditas deferrebatur, eam minime vendicauerit, nepos ex eo per successorium edictum videtur admittendus secundum notata in l. qui se patris. C. vnde libe. allegabitque nepos testamentum nullius fuisse momenti, & patrem eius vel nolle, vel non posse succedere, aumaque intestatum deceffisse, omnes siquidem quorũ interest, possunt dicere testamentum præteritione filij fuisse iniustum, idque nõ propriè iure edicti successorij, sed quia testamentum ipso iure nullum est: & propterea obstare non debeat his, qui ab intestato per successionem admitti se postulauerint ex doctrina Ang. in l. 1. C. de success. edi. quam refert Philip. Cor. in rub. C. de success. edi. numero. 2. versic. tu potes dicere, sequitur Eman. Costa in d. §. & quid si tantum. 3. par. numero,

ro. 204. quorum sententia mihi applaudet, quã nemo dubitet posse in praxim deduci, iuxta leges nostras regias, quibus nepos in potestate aui esse nõ potest, nec per consequens suus hæres auo existere, cum supponamus coniugatum esse filium, vt nepos ex eo legitimus sit, atque ideo ambo sunt soluti à patria & auita potestate, & sic sui iuris vt in d. l. 8. tit. 1. de matrimonio supra hoc eodem libro. Nõ tamen ob id desinunt emancipati præteriti, vel sine causa legitima ex hæredati, iure authenticorũ & partitarũ habere ius dicendi nullum, vt in auth. nõ licet. C. de lib. præte. vel ex hære. & ibi cõmuniter doct. dicã infra hac glo. nu. 57. l. 10. tit. 7. part. 6. vbi Greg. Lup. in verbo [ca de otra guisa no valdria. [ Tertio quero, an in bonorũ possessione cõtra tabulas, quæ competit filijs emancipatis præteritis, vt in l. 1. & per totum. ff. de cõt. tab. ] sit locus successorio edicto? Et sic an nepos ex filio emancipato admittatur per successorium edictum ad bonorũ poss. contra tabulas, si pater eius, & filius testatoris eam repudiauerit, aut intra annum non agnouerit, aut iure eã accipere nõ potuerit propter ingrati tudinẽ verè cõmissam. Et certè cõmuni & magis recepta opinione admissum est, edicto successorio locum esse in hac de qua agimur cõtra tabulas bonorũ possessione, huius opinionis fuit Azo Accurs. Dyn. Alb. & Bar. in l. illud. §. 1. ff. de bon. poss. cõ. tab. idem Accurs. Rayne. & Alberi. in l. si ex duobus. §. 1. ff. eo. tit. Dyn. & Alb. in l. 3. §. si emancipatus eo. tit. Bart. in rub. C. de success. edi. nu. 2. & Alex. ibi nu. vlt. & Deci. nu. 7. Ange. Paul. Castr. & Alex. nu. 4. in d. l. si quis posthumos §. si filium. ff. de lib. & posth. Areti. in d. l. in suis si. col. 1. eo. ti. hæc dixit cõmunẽ Ias. in d. rub. C. de success. edi. col. vlt. & Curt. Iun. nu. 15. Ferd. Vaz. lib. 2. de success. creatio. §. 20. nu. 132. quibus ipse adhæreo, licet Bald. in repe. d. l. in suis & Fulg. & Corn. in rub. C. de success. edi. & ibidẽ Sebast. Papia. col. vlti. & Costa. in d. §. & quid si tantum. 3. par. nu. 201. & pluribus seq. tenuerint contrariã. Et pro cõmuni allego tex. non solitum allegari in l. si emancipatus. §. 1. ff. de bon. poss. con. tab. cuius verba sunt. *Quod si filium & nepotem emancipauerit, viuente quidem filio, nepos non veniet, post mortẽ autẽ eius ad bonorum possessionẽ aui veniet.* Denique idem ipse Costa in d. §. & quid si tantum 3. par. nu. 206. in si postquam dixerat locum non esse successorio edicto in bonorum poss. cõtra tabulas, subdit hæc verba. Hodie fortassis in proposta questione dici poterit, edictum successorium ad hanc cõtra tabulas bonorum possessionem inducendum, vt emancipato filio, qui cõ causa præteritus fuit excluso, liberi eius fauorabiliter admittantur. Cũ enim hodie causa legitima præteritioni adiecta, & ab scripto herede cõtra præteritum probada, bonorũ possessionẽ contra tabulas simillimam reddiderit querelæ: nõ absurdum erit, exemplo successione, quæ in querela locum habet, edictum successorium ad hanc speciem inducere. Quæ cõparatio eò rẽ perducet, vt quãuis filius emancipatus testamentum patris cõprobauerit, nihilominus sequentes admittantur, sicuti in querela receptum est: hætenus Costa, & quod præteritus causa inserta in testamento, & per hæredem probata, habeatur pro ex hæredato probat text. in auth. non licet. C. de libe. præteri. & in auth. vt cum de app. cogn. §. aliud quoque capitulum colla. 8. l. 10. titulo. 7. part. 6. in verbo, o por-

que no hazia enmiente dellos, & ibi id expendit Grego. Lupi, contra gloss. in auth. de hære. & facti. §. ex hæredatos in verbo noluit cõmuniter receptam teste Alexand. in d. auth. non licet col. 4. & Antonio Gomez tomo. 1. variarum resolu. c. 11. nu. 2. & 3. & Dida. co Couarru. qui legis regie non meminit in c. Raynuntius in princ. num. 1. & 2. de testamen. [ Sed vt hære. etius percipiatur, inuestigandum est, quodnã remedium competat filijs, vel nepotibus emancipatis præteritis, vel ex hæredatis aduersus testamentum paternum vel auitum? Et iure antiquo præteritis cõ causa, vel sine causa, cõpetebat bonorũ possessio cõtra tabulas. l. 1. & per totum. ff. & C. de bon. poss. cõ. tab. Hodie verò filio vel nepoti emancipato præterito sine causa cõpetit ius dicendi nullum, aduersus patris vel aui testamentum, propter formã non seruata, & in hoc non differt à suo, per tex. qui generaliter loquitur in omnibus filijs, vel decedentibus in auth. vt cõ de appell. cogn. §. aliud quoque capitulum, colla. 8. & in auth. non licet. C. de liber. præte. l. 10. ti. 7. par. 6. & hæc esse cõmunẽ opinionẽ attestatur Ias. in l. vlt. nu. 8. C. vnde legitimi, & Curti. Iunior in auth. ex causa. C. de liber. præte. num. 44. & ibi Ioan. Igne. nu. 60. Couar. in d. c. Raynuntius in princ. nu. 4. Si verò cum causa fuerit præteritus, competet filio emancipato contra tabulas bonorum possessio, & hac in specie remedium hoc remanet incorruptum, nec in alia specie potest verificari ex sententia gloss. singularis in auth. de hæredati, & facti. §. ex hæredatos verbo noluit, vers. idem de emancipato filio, quam ibi expendit, sequitur, & cõmendat Bart. numero. 4. in §. præcedenti, & ceteri interpretes, reputat vnicam Imol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. columna numero. 39. ff. de liberis & posthumis, & in l. filio præterito numero 15. vbi etiam Bartol. magistraliter numero. 18. verlic. si vero queris de filio emancipato & numero. 19. & ceteri Scribentes. ff. de iniur. rup. Bald. in l. vltima numero. 27. C. vnde legi. Bartol. in l. Gallus. §. in omnibus numero. 2. ff. de liberis & posth. & in l. si filius emancipatus & ibi communiter docto. ff. de minor. idem Bartol. in d. auth. ex causa numero. 12. & ibi Cyn. & Albe. & Bald. numero. 12. & Paul. Castren. numero. 7. Corne. numero. 29. Iason. numero. 8. & Franc. Curti. Iunior numero. 44. C. de liberis præte. Alexand. in authenti. non licet numero. 9. eodem titulo Antoni. Gomez tomo. 1. variarum resolu. num. capit. 11. numero. 34. [ Ex quo ipse Antoni. Gomez infert, quod quemadmodum iuxta cõmunes traditiones, est hodie in successione ab intestato sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis, vt in §. nullã in auth. de hæredati. ab int. veni. colla. 9. & in l. si emancipati. C. de collatio. Ita etiam est sublata factõ testamento, quoties filius est præteritus, vel ex hæredatus sine causa, vt in specie declarat Bald. in d. authenti. ex causa numero. 12. & ibi ceteri interpretes. Quinimo etsi præteritus sit cum causa, si causa per institutum hæredem probetur, nulla est inter emancipatum, & in potestate constitutum differentia: vtroque enim casu habetur pro ex hæredato, & valet testamentum, causa vt dixi probata, iuxta versorem, & lege huius



ius regni confirmatam sententiam, licet contraria sit receptior, vt vidimus supra numero. 57. in fi. Cæterum in quibusdam casibus manet hodie differentia inter emancipatos & suos extra causam successione, & limitatur tex. in d. §. nullā in auh. de hered. ab int. veni. colla. 9. quos refert Dida. Segura in repe. l. colzredi. §. cum filiæ numero. 8. & pluribus sequen. ff. de vulga. & succinte Anto. Gomez. d. c. 11. numer. 34. versi. sed his non obstantibus. [ Si verò filius emancipatus fuerit exheredatus causa expressa, vel non expressa, iure antiquo ei competeat bonorum poss. gratia litis agnoscendæ: qua ei præparabatur querela inofficiosi testamenti, & efficiebatur habilis ad eam proponendam, vt in l. 2. C. de inoffi. testam. & ibi gloss. & communiter docto. Hodie verò iure authenticorum liberis sine causa exheredatis competit ius dicendi nullum, licet sint emancipati, quia non fuit seruata forma, & hæc esse receptiorem sententiam attestatur Couarru. in d. c. Raynuius in princ. numero. 6. licet quibusdam displicet. Si verò fuerit exheredatus cum causa, testamentum micro iure valet, sed filio competit querela inofficiosi testamenti ad illud rumpendum: nisi causa ingratitudinis probetur, sicut competet filio in potestate constituto, vt in d. §. aliud quoque capitulum, & in d. iuth. non licet. C. de libe. præte. Sed iuxta communem sententiam emancipatus tenetur proponere prius bonorum poss. gratia litis agnoscendæ. & deinde querelam, vt declarat Bart. Bald. Ang. Corn. & docto. communiter in l. certum in fi. C. vnde legi. & hanc esse communem attestatur idem Corne. in d. auth. ex causa numero. 30. & ibi Franc. Curtius Junior numero. 43. & Anto. Gomez. d. tomo. 1. cap. 11. numero. 34. versic. hodie. Qui tamen his non obstantibus tenet non requiri dictam bonorum poss. proponere, citat text. expressum in. 6. sed hæc quidem insti. de exhereda. libero. quod & ante eum voluit Bart. in l. filio præterito numero. 28. in fi. ff. de iustro rup. vbi nulla constituitur differentia inter suum & emancipatum, quoties fuerint exheredati cum causa vel sine causa: sed idem ius constitui in vtraque specie: idem voluit Sali. in l. certum numero. vltim. C. vnde legi. & Paul. Castr. in l. 2. numero. 3. C. de inofficio. testam. Curti. Junior in auth. ex causa numero. 43. C. de libe. præte. vel ex hære. vbi Bart. numero. 12. potest hoc videri sensisse, Emanuel Costa in d. §. & quid si tantum part. 3. numero. 232. quod probat à cessante ratione, quibus assentior. [ Verum enim verò resoluendo, quæ diximus à numero. 38. huc vsque, sit regula constitutissima, nullam esse differentiam inter suos, vel emancipatos liberos, in successione ab intestato, vel contra testamentum, nisi in vno dumtaxat casu, nempe, quoties fuerint præteriti cum causa, quia tunc filius suus habet ius dicendi nullum, vel contra tabulas, donec probetur causa in testamento inserta, nam ea probata excluditur à iure dicendi nullum, & à cõtra tabulas bonorum possessione, secundum Paul. Alexand. & docto. in d. auth. ex causa. C. de libe. præteri. Grego. Lupi in l. 10. in verbo, o porque non hazia in miente dellos tit. 7. part. 6. emancipatis verò præteritis cum causa competit bonorum possessio contra tabulas dütaxat, & non querela, prout nouiter dicebat Anto. Gomez. d. c. 11. nu-

mero. 34. versi. sed his non obstantibus. At causa probata per hæredem excluditur à contra tabulas bonorum possessione, & censetur rite & rectè exheredatus, secundum veriorem sententiam & dicta lege. 10. tit. 7. par. 6. confirmatam, vt dixi supra numero. 57. in fi. [ Nunc ergo vt redeamus, intelliges veram esse assertionem Emanuelis Costæ in d. §. & quid si tantum 3. part. numero. 206. in fi. supra numero. 57. relatam, vt iure nouissimo sit locus successorio edicto in bonorū possessione contra tabulas, quæ emancipatis liberis competit, quoties cum causa fuerint præteriti, vt si causa probata exclusi fuerint, vel si expresse paternum testamentum approbauerint, sequentes in gradu ex eisdem descendentes per successorium edictum admittantur, ad exemplum querelæ, in qua idem statutum est, vt dicā in sequenti questione. [ Quarto quæro, an in querela inofficiosi testamenti sit locus successorio edicto? si filium in potestate, vel emancipatum, fuisse ritè exheredatum causa exheredationis inserta, & extraneum quempiam fuisse hæredem institutum, nepote ex eodem filio præterito, an competat nepoti querela? Et crederem distinguendum esse: aut enim queris, an nepoti competat querela ex persona patris sui, aut ex persona propria: priori casu, siue hæreditas fuerit adita, siue non, competit nepoti querela ex parentis persona, qui post testatoris mortem, etiam nondum adita hæreditate obiit; & si apertissimis probationibus hæres non ostenderit filium ingratum fuisse testatori, nepos, testamento remoto, ab intestato succedet, nisi patri eius relicta fuerit pars aliqua etiam minor legitima, tunc siquidē repletionis remedio nepoti consulitur, vel nisi pater in vita repudiauerit querelam, vel per quinquennium tacuit, à morte numerandum, iuxta legem nostram regiam, quia tunc nepos ex persona patris exclusi à querela ad eam non admittitur: casus est in l. si quis filium C. de inofficio. testamen. quam ibi ita interpretantur docto. communiter. [ Secundo casu, cum queritur, an ex persona propria nepoti competat querela ex successorio edicto, hoc est, an excluso ab ea filio exheredato per repudiationem, vel lapsum quinquennij, vel morte, vel per sententiam quæ in rem transiit iudicatam, quia probatæ sunt causæ ingratitudinis, nepos ex eo admittatur ad querelam ex propria persona proponendam ex vi successorij edicti? Et non adita hereditate iure communi nemo dubitat successorio edicto locum non esse, eò quod nondum erat delata filio, vt in l. Papinianus. §. si conditioni. ff. de inofficio. testamen. & l. filium. §. sed cum exhereditio. ff. de contra tabulas, quoniam successorio edicto locus non est, nisi in iure delato, vt in l. 1. in princ. in verbo delatam. ff. de successio. edi. quare nimirum, si hac in specie locus non sit successorio edicto. Adita vero hereditate, filio exheredato mortuo, vel querelam repudiante, est maius dubium, an nepos ex propria persona ad dictam admittatur querelam per successorium edictum. In quo articulo legum interpretes in factiones diuisi sunt: quidam negarunt nepotem admitti, quorum signifer est Accursius in l. si quis posthumos. §. si filium, in verbo fuerit. ff. de liberis & posthumis & in l. posthumorum.

65 morum. ff. de iniur. rup. Per. de Belaper. Jacob. de Arc. Guill. de Cun. Iaco. Butri. & Salice. in l. si quis filium C. de inoffi. testam. Areti. in l. 1. C. de successio. edi. Alcia. lib. 4. paradoxorum. c. 16. Anto. Gomez. tomo. 1. varia. resolu. c. 11. numero. 21. [ Mouentur potissimum per text. in d. l. si quis filium. C. de inoffi. testam. ibi. *Omne adiutorium nepotem dereliquit.* Ecce ibi nouiter ideo Imperator statuit, quod querela non preparata per filium exheredatum transmittatur ad nepotē præteritum, quia antea eidem nepoti nullum competeat remediū, quomodo ergo nepos admitti posset ad querelam per successorium edictum? Si enim posset, nõ re- 66 tē dixisset Imperator omni adiutorio nepotem fuisse destitutum, & inhumanè id fuisse statutum. Huic argumento solet dupliciter responderi. Primò textū illum procedere, vbi nepos velit ad querelam admitti ex persona patris exheredati, non ex propria persona, quod cõstare auit ex eo, quod ibi agitur de meritis, vel demeritis filij exheredati, non nepotis. Secundo, quia in fine dicit Imperator, repudiata querela expressè vel tacitè per lapsum quinquennij, nepotē nõ admitti, aperte ergo loquitur, quando querelam proponere vult ex persona patris, non propria: quia si ex propria veniret, non excluderet hos casus, cum successorium edictū propriè competat quando primus fuit exclusus repudiatione, vel tempore. l. si is qui in prin. & l. qui repudiantis. ff. de inoffi. testam. l. 2. in prin. ff. de bon. liberto. Hac itaque in specie, quoties nepos admitti desiderabat ad querelam nomine patris exheredati ante aditam hereditatem, verè erat destitutus omni auxilio seu remedio, atque ideo ea lex statuit, quod querela non preparata ad nepotem transmittatur cõtra regulam. l. posthumos. §. si. & l. seq. & seq. ff. de inoffi. testam. [ Angel. tamen de Periglis in repe. l. in suis. 45. col. & Areti. ibi & Iaso. fortiter obijciunt aduersus hanc solutionem, subtiliter appendentes text. illum in d. l. si quis filium in hæc verba. *Et supervixit auo pater eius, vt nec ex lege Velleja possit in locum patris succedere. & rumpere testamentum.* Ecce [ inquit ] text. ille loquitur iuxta legem Vellejam: quæ nepotem admittit ex persona propria ad testamentum rumpendum, patre eius defuncto ante mortem aui, vt docet Bart. & communiter docto. in l. 2. ad fi. C. de libe. præte. Quare dic legem illam procedere, vbi pater decessit ante aditam hereditatem, vt constat ibi. *Deliberante verò scripto hærede, filius decesserit.* Hoc casu, inquit, text. omne auxilium nepotem dereliquit, ita vt nec proprio, nec patris nomine admitti ad querelam possit: proprio non, quia non erat filio delata, quippe qui ante aditam hereditatem decesserit, quod erat necesse, vt successorio edicto locus esset. l. 1. in princ. in verbo delatam. ff. de successio. edi. dixi supra numero. 64. nec ex lege Velleja, quæ nepotem admittebat ex persona propria, patre eius mortuo invita aui: quia in specie prolata. d. l. si quis filium, supervixit auo filius, quare legi Vellejæ locus esse non poterat. Ex persona etiā patris minimè admitti potuit, quia pater eius decessit ante aditam hereditatem, & sic antequam pater posset ei præparare querelam. Vnde inquit text. ex speciali & nouo beneficio huiusmodi querela etiā

non præparata transmittitur ad nepotem, vt eam proponere possit ex persona patris, ita vt si hæres scriptus non probauerit filij exheredati ingratitudinem, testamento rescisso, nepos ab intestato succedat, & iste est verus eius legis sensus, nunquam ab aliquo, quem viderim sic enodatus. [ Secundo pro hac opinione appendunt text. in l. scripto ad finem prin. ff. vnde libe. vbi dicit text. quod filius exheredatus moriens obstat nepoti in causa testati, quamuis in causa intestati non obstarer, si ergo filius exheredatus moriens obstat nepoti præterito, querela proculdubio nõ transiit ad nepotem per successorium edictum: quod magis ex eo textu constat, cum subdat, scriptum heredem posse adire hereditatem mortuo filio exheredato, intelligitur ergo cum effectu. l. 1. §. si. ff. quod quisque iur. quoniam si hæredis aditio per querelam exinaniri posset, & infringi, nulli dubium quin hæres adire potuisset, etiam viuo filio exheredato, imo eius aditio requireretur, vt querelæ locus esset. l. Papinianus. §. si cõditioni. ff. de inoffi. testa. l. filium. §. sed cū exhereditio. ff. de bon. poss. con. tab. aditio ergo illa, de qua in eo textu importat, vt cū effectu fieri possit, & sic vt ad heredē scriptū hereditas cū effectu spectet. Et omisa Alex. solutione in l. si quis posthumos. §. 1. ff. de lib. & posth. Respondeo ex mente Ias. in d. l. in suis nu. 50. ff. de lib. & posth. vt ea lex loquatur in eodē casu, quo lex si quis filium. C. de inoffi. testa. nēpe, vbi filius exheredatus à patre, mortuus est deliberante herede scripto, & sic ante eius aditionem, & per consequens antequam ei fuisset querela delata, qua in specie iure antiquo locus nõ erat successorio edicto, donec edita fuit, d. l. si quis filium, quæ filio exheredato defuncto ante aditionē hæredis transmittit ad nepotē præteritū querelæ, vt ex persona patris sui eā proponere possit, licet antea nullū remediū eo casu nepoti cõpeteret, nec ex persona propria, nec patris sui, vt in d. l. scripto ad fi. prin. ff. vnde libe. & ita illū tex. intelligere voluit Accurs. ibidē in verbo adiri poterit, qui cõtrariū dicebat falso allegabatur: cõstituit ergo lex illa duos casus eodē themate retento. Thema tale est, filius à patre exheredatus mortuus est ante aditam hereditatē per heredē scriptū. Primus casus est, hoc themate supposito, quando hæres scriptus repudiavit hereditatē post mortē etiā filij. Primò casu, statuit nepotē admitti ad hereditatē aui ab intestato, tanquā suū, & merito cū pater ei in successione intestati eū nõ præcesserit. Secundo casu nihil est, quod hæredi scripto obstat adire & acquirere hereditatē cū effectu, cū querela nõdū fuisset delata filio, quippe qui mortuus fuit herede scripto deliberante, & sic ante eius aditionem, quod eo iure exigebatur, vt posset ad nepotem transmitti, & eodem iure & nouissimo, vt in ea possit esse locus successorio edicto, vt ex superius traditis factis superque constat, quamuis hodie iure regio necessaria non sit hæc aditio, vt infra subiiciam, [ Tertio solet pro hac opinione adduci ratio hæc, querela competit ei, cui iniuria illata est. l. Papinianus in prin. ibi, ipsius enim iniuria est. ff. de inofficio. testamen. Sed nepoti, quem pater præcedebat tempore mortis aui, nulla iniuria facta est, quia nec tempore conditi testamenti, nec tempore mortis testatoris obtinebat primū



locum, quod esset necessarium, vt iniuria ei fieri diceretur, vt in l. Gallus. & in omnibus, & l. si quis posthumus. §. i. ff. de libe. & posthu. & l. si quis filio exheredato. ff. de in iur. rup. non ergo ei competet querela. Cui respondere licebit negando, non esse factam nepoti iniuriam, nam licet testator satisfecerit solemnitati iuris, filium exheredando. l. inter cætera cum similibus ff. de libe. & posthu. atque ideo non possit, neq; præteritus dicere testamentum nullum, vel contra tabulas bonorum possessionem proponere, vt probauit supra ista gloss. num. 46. & seq. non tamen satisfecit debito naturali, quando quidem naturali iure delictum patris nocere non debet filio, iuxta illud, anima quæ peccauerit, ipsa morietur, & alibi, non portabit filius iniquitatem patris. Quare nimirum attentata æquitate naturali, siue sit nepos exheredatus, siue præteritus, poterit ex propria persona cõqueri de testamento aui, & hoc appellatur successorium edictum, vt in alio proposito aduertit Paul. Cast. in l. si filium. C. de inoffi. testam. in fi. cui accessit Rode. Xua. in. l. quoniam in prioribus eod. tit. amplia. 10. num. 57. & hoc remedio vti poterit nepos patre exheredato mortuo post aditam hæreditatem, vel si viuus querelam repudiavit, vel quinquennio tacuit, vel aliàs ab ea fuit exclusus. Duo siquidem exiguntur, vt competat successorium edictum. Primum quod sit ius delatum ei, qui præcedebat in gradu. Secundum, quod ab eo sit aliqua ex causa exclusus, vt constat ex titulo de success. edi. per totum. [ Alij frequenter asseuerant in querela locus esse successorio edicto, & sic quod nepos præteritus admittatur ex propria persona ad querelam patri eius delatam, & ab ea quacunque ex causa excluso, & nisi ab hærede scripto probeur ingratus vincere, etiã si filius dicatur approbasse patris testamentum, quorũ primipilus fuit ille fons legum Azo in summa. C. de inoffi. testa. cuius asseclæ fuerunt Dyn. in regula non debet aliquis de regu. iur. in. 6. & in l. 2. §. si emancipatus filius. ff. de bon. poss. ff. contra tabu. idem Dy. Bart. Bald. & latè Arct. parum sibi constans in d. l. in suis. ff. de lib. & posthu. vbi etiã Iaso. numero. 52. hanc dicens communem & Arge. de Perigl. ibidem in repe. col. 3. & 6. sequentibus gloss. Bart. Bald. & Arge. in l. pater filii. ff. de inoffi. testa. Bart. Ange. Imol. & Alexand. numero. 3. & Iaso. in. l. si quis posthumus. §. i. ff. de libe. & posthu. vbi Alexan. attestatur hanc esse communem sententiam, & ab ea in praxi non esse recedendum, licet articulus sit inuolutus, glo. Cyn. Bart. Bal. Paul. Salice. & communiter omnes in d. l. si quis filium. C. de inoffi. testam. Rode. Xua. qui hanc communem esse attestatur in rep. l. quoniam in prioribus. 10. amplia. num. 56. & 57. & ibi Bernard. Diez à Luco in eius Apostolis. Bart. Bald. & frequentissime omnes in rubri. C. de success. edi. teste Decio ibi numero. 6. & Alexand. colum. vltim. & Curtio Iuniore numero. 11. & Iafone numero. 5. & Scabastano Papia. colum. penult. & Cornco ibidem col. 2. in fi. qui omnes eam sequuntur, Viglius etiam in prin. insli. de inoffi. testa. nu. 3. Emanuel Costa in. d. §. & quid si tantum. 3. par. nu. 202. & hanc receptiorem sententiã esse asseuerant Alcia. lib. paradoxorum. 4. vlt. Ferdinan. Vazq. de successio. creatio. lib. 2. §. 20. numer. 133. & Anto. Gomez tomo. 1. variarum resolutio. capit. 11.

70 numero. 21. licet ipsi tres contrariæ fuerint factionis. Pro hac receptiori sententia citari solet text. expressus in l. si is qui in princ. ff. de inoffi. testam. cuius verba sunt. *Si is qui admittitur ad accusationem nolit, aut non possit accusare, an sequens admittatur videndum est, & placuit posse, vt fiat successioni locus.* Et licet subtiles Vltimontani respondeant, quod ibi sequens in gradu erat similiter exheredatus, vnde inter exheredatos nimirum si querelæ locus sit ex propria persona nepotis exheredati, & sic sit eo casu locus successorio edicto, nos autem loquimur in nepote præterito: non tamen est admittenda eorum responsio, quãdoquidem sit diuinuatoria, & textum illum restringens nimis, qui simpliciter statuit sequentem admitti ad querelam, vt sit successioni locus. Item nepos viuo patre non erat necessario exheredandus, aut instituendus, cum pater eius eum præcederet, vt in l. si quis filio exheredato. ff. de in iur. rup. non ergo est verisimile eum fuisse exheredatum, qui præteriri poterat. [ Secundo stringit text. in l. 3. §. si emancipatus. ff. de bono poss. cõtra tabulas, cuius verba sunt. *Si emancipatus filius, vxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit sortitus: deinde nepos, patre iam mortuo, ad bonorum possessionem aui velit venire, admittere dicitur ad eam: non enim per rescissionem, is qui filius iustus est, efficitur nõ filius. Cũ rescissio quo magis admittatur, nõ quo min⁹ adhibeatur: nõ etsi tã ignominiosã duxerit vxore filius, vt dedecori sit, tã ipsi, quã patri mulierẽ talem habere: dicemus, et ex ea natam ad bonorum possessionem aui admitti, cum possit auis iure suo vri, eũque exheredare. Nec enim minus in hoc nepote, is qui de inofficio cogniturus est, merita nepotis, quã patris eius delicta perpendet.* Ex quo text. doctores communem sententiam sectantes expendunt, filio emancipato iustè exheredato, quia fortè ignominiosam duxit vxorẽ in scio patre eius, & ob id ab hæreditate excluso, nepotem ex eo natum præteritum querela inofficio agere posse aduersus aui testamentum, qua in specie iudex de inofficio cognoscens, merita nepotis, & non de merita filij dumtaxat perpendet. Et ex hoc constare, aiunt, nepotem ea in specie admitti ad querelam ex successorio edicto, cum text. ille merita nepotis esse considerata aduertat: nõ si ex persona filij exheredati admitteretur, demerita filij perpendentur, vt in l. si quis filium. C. de inoffi. testa. Sed miror profecto tot patres in intellectu illius legis allucinatos, & vt verum sensum explicemus, oportet omittere varios interpretum intellectus, ne à vero iudicio aberrantes perturbemur, & confundamur. Præmittenda ergo nobis sunt quatuor iuris axiomata. Primum, filium in potestate iure ciuili Romanorum non posse matrimonio contrahere sine patris consensu. l. 2. ff. de ritu nupt. l. nuptiæ eod. tit. l. si vt proponis. C. de nup. Secundum, filios ex eo matrimonio natos, non esse iustos seu legitimos. l. Paulus. ff. de statu h. emi. Tertium, filium emancipatum posse absque patris consensu impunè matrimonium contrahere. l. filius emancipatus. ff. de ritu nuptia. Quartum, si filius emancipatus ignominiosam duxerit vxorẽ, quæ sibi patrique suo dedecori esset, posse eodem antiquo iure à patre suo iustè exheredari, & non

73 non solum ipse, sed & filius eius & sic nepos, licet iustus seu legitimus sit filius, vt clare probat text. in d. l. 3. §. si emancipatus, de cuius intellectu agimus, & d. l. filius emancipatus. ff. de ritu nup. Sed hodie causa ista non est sufficiens ad exheredandum filium vel nepotem ex eo genitum, quia non continetur in causis traditis in auth. vt cõ de app. cogno. §. aliud quoque capitulum & §. causas colla. 8. & quia nepos puniri nõ debet ex delicto patris sui, nec alieno odio exheredari, licet olim posset, vt in l. si quis in suo. §. legis. C. de inofficio. testam. Areti. in d. l. in suis pen. col. in princ. ff. de lib. & posthu. [ His suppositis text. ille in d. l. 3. §. si emancipatus. ff. de contra tabu. continet duas partes & duos casus sub eodem themate, finge primum, filius emancipatus vxorẽ non ex voluntate patris duxit, ex qua filium habuit, auus eius mortuo filio testamentum fecit, in quo extraneum instituit hæredẽ nepote præterito. Dubium erat an nepos iste admitti possit ad bonorum possessionem cõtra tabulas aui? & respondet Vlpianus admitti debere. Et in versi. nõ enim per rescissionem, respondet tacitæ obiectiõni, quæ in hunc modũ proponi posset, rescissio capitis diminutionis (qua affectus erat filius emancipatus, propter emancipationem. §. minima insti. de capi. dimi. Iquæ rescissio operatur, vt quoad successione prætoriã, non videatur amisisse ius patriæ potestatis, sed illud conseruare, quoad se & filios suos, vt in l. sed cum patrone. §. bonorum. ff. de bono poss. ibi. *Quamuis enim iure ciuili, deficiant liberi, qui propter capitis diminutionem deserunt sui esse hæredes: propter æquitatem rescindit eorum capitis diminutionem prætor.* Hęc inquam rescissio capitis diminutionis & conseruatio patriæ potestatis, videbatur alium operari effectum, nempe, vt nepos ex eo natus non sit iustus seu legitimus filius, vt pote qui natus sit ex illegitima matre, quam inuito auo & absque eius licentia filius duxerat. l. Paulus. ff. de statu homi. quod maius esset obstaculum nepoti, ad succedendum auo suo. Cui obiectiõni respõdet Iurisconsultus, dicens huiusmodi rescissionẽ capitis diminutionis, nequaquam ob stare nepoti, nec eum efficere posse illegitimum, qui absque ea rescissione legitimus erat, inducta siquidem ad augmentum non debuerunt diminutionem operari, & quod in eius fauorem fuit introductum, non debet ad incommodum trahi, atque ideo bonorum possessio nepoti competens ad impugnandum aui testamentum, à prætore sibi concessa est, quo magis admittatur ad bona aui consequendum, nõ quominus, manebit ergo iustus & legitimus filius, sicut antea, proindeque ad bonorum possessionem aui admittetur. Deinde iurisconsultus in secunda parte, in versi. (nam et si tam ignominiosam) eodẽ themate retento, extẽdit decisionẽ in priori parte traditam, ad alium casum, in quo maior erat dubitatio, nempe, vbi filius emancipatus absque patris sui consensu ignominiosam duxisset vxorẽ, quæ tũ sibi, tũ etiã patri suo dedecori esset [ qua in specie eodẽ iure digestorum tam filius ipse, quã nepos ex eo iuste poterat exheredari, vt præmissimus numero præcedenti] adhuc etenim filio mortuo ante mortem patris sui, dabitur nepoti ex ea muliere nato contra tabulas bonorũ possessio, ex qua, testamento aui rescisso, eius bona obtine-

bit. Nam licet hac in specie videbatur, nepotem illegitimum filium esse, vt pote natum ex muliere ignominiosa contra voluntatem aui ducta, non tamẽ, inquit, Vlpianus ob eam causam illegitimus erit, sed bonorũ possessio contra tabulas ei competet, imputet enim sibi auus, qui nepotẽ hac ex causa exheredare poterat, iuxta ius antiquũ digestorũ, & non exheredauit, quæ si exheredasset, à iudice, qui de inofficio cogniturus erat, non minus essent perpendenda merita nepotis, quã patris eius delicta, & eorum compensatio facienda, ita vt si excederent nepotis merita, iniuste fuisset exheredatum pronuncietur, delictum siquidem patris aboleri potest meritis filij. At si delicta præponderent, definiat iudex iuste fuisse nepotem exheredatum, atque ita hæc vltima verba legis intrepertanda esse sensit Areti. in l. in suis antepe. colum. in princ. ff. de libe. & posthu. quæ interpretatio mihi placet, licet ei refragetur Eman. Costa in. d. §. & quid si tantũ. 3. part. numero. 206. prope finem. [ Et secundum hanc interpretationem, quæ iudicio meo verisimã est, & literæ consona, & à nemine, quẽ viderim, huc vsque sic enodata, non probat text. ille in d. §. si emancipatus communem sententiam, vt in querela locus sit successorio edicto, loquitur enim in casu diuerso, vt vidimus, quãdo filius mortuus est ante patris sui mortem, & tunc nimirum si nepos præteritus ad bonorum possessionem contra tabulas admittatur, quippe quem nemo præcedat, nec in eo textu constat, filium fuisse exheredatũ, nec villo tempore ei querela delata fuit, vt traciari possit, an nepoti querela cõpeteret ex successorio edicto. Minus etiam probat text. ille, in bonorum possessione contra tabulas locum esse successorio edicto, eadẽ ratione: nam cum filius viuo patre decesserit, non fuit ei delata bonorum possessio, quare non potuit eam ad filium suum transmittere ex edicto successorio, vt rectè aduertit subtilis Costa in. d. §. & quid si tantum 3. part. numero. 206. Vera tamen est nihilominus communis conclusio, vt in querela locus sit successorio edicto, quam probat text. in l. pater filium. ff. de inofficio. testamen. Cuius ratio est, quam ex Paulo Castri, tradidi supra numero. 68. aliam rationem reddit Bal. in d. l. pater filium in lectura, & Imola eo tacito, in l. si quis posthumus. §. si filium & ibi Alexand. numero. 6. ff. de liberis & posthu. Corne. in rubri. C. de success. edi. in fine Roderi. Xua. in repeti. l. quoniam in prioribus. 10. ampliatio. numero. 57. ad finem: quia inhumanum visum fuit legislatori, extraneo instituto, & filio exheredato, & à querela excluso repudiatione, lapsu temporis, vel sententia, sequentem in gradu non admitti ad querelam ex sua persona, modò ex sua ingratitudine repelli non posset nepos. [ Isthæ communis sententia ampliatũ, vt procedat hodie iure regio, etiam si per hæredem institutum hæreditas non adeatur, mortuo siquidem auo, statim per legem istam delata est filio cum causa exheredato querela inofficio testamenti: à qua si repudiatione, vel sententiã fuerit exclusus, sequens in gradu admittitur per successorium edictum secundum Grego. Lupi in. l. i. gloss. 1. titulo. 8. partit. 6. dixi supra numero. 45. [ Secundo extenditur vt procedat, etiam si filius expresse approbauerit

testamentum patris: nam quid interest obsecro, tacite an expresse illud approbet? At cum repudiat querelam, clarum est tacite approbare testamentum, & est locus successorio edicto, ut in l. si is & in l. qui repudiantis. ff. de inofficio. testam. ex quibus id expendant interpretes communiter, idem ergo eadem ratione statuendum erit, ubi filius expressim approbaverit patris testamentum post eiusdem patris mortem. Item quia eo ipso quod filio exheredato delata est querela, aperta est via cæteris descendentes, cam proponendi filio excluso in d. l. si is qui & in l. qui repudiantibus, iuxta receptiorem intellectum, approbando ergo expresse testamentum eis præiudicare non potuit. l. si post mortem. §. vlti. ff. de bon. poss. con. tab. hanc ampliationem obseruat Alex. in l. si quis posthumos. §. filium num. 5. vers. quam tamen primo limita. ff. de libe. & posthu. & Iaso. in rub. C. de success. edi. prope finem, & in l. in suis ante pen. colum. vers. tenendo communem sententiam. ff. de libe. & posthu. ubi idem tenuit Areti. §. col. & Ange. de Perigliis. 44. colum. Rode. Xuar. in repe. l. quoniam in prioribus 10. ampl. numero. 60. C. de ineffi. testam. quorum opinio vera est, licet Bald. voluerit contrarium in d. l. in suis. ii. oppo. per text. in l. filio præterito. ff. de in iust. rup. & l. Papinianus in princ. in ratione sui. ff. de inoffi. testam. quem sequi videtur Alex. sibi parum constans in l. posthumo num. 9. C. de contra tab. verum qui contra Bald. tenent respondent ad l. filio præterito, quod casus ille est exorbitans, atque ideo non extēdendus, vel quod ibi filius præteritus potuit quoad sui præiudicium approbare testamentum, quod per approbationem reconualescit de equitate prætoria secū dum receptiorem sententiam, sed non in præiudicium aliorum fratrum, qui possunt dicere testamentum nullum, ut ibidem assueciant Imol. Cum. & Paul. Cast.

77 [ Ceterum in hac edicti successorij materia non omit tam referre limitationem optimam, & in praxi conducibilem, quam tradit Bal. in l. vlti. nu. 16. C. de pact. Finge, inquit, filiam renūciasse hereditati paternæ cū iuramento, dote recepta, ita ut nihil opponi possit contra renunciationem, iuxta tradita in c. quamvis pactū de pact. lib. 6. nunquid hæc renunciatio præiudicet nepotibus ex filia renūciante, an vero admittantur ad aui successione ab intestato, vel contra testamentū ex successorio edicto? Et certe si filia supervixit patri suo, de cuius successione agitur, nepotes minime admittuntur ad successione, quando quidem non possunt alio iure auo succedere, quam ipsius matris, quod tamen extinctum est per renunciationē: nec unquam fuit mortuo auo matri delatum, & ab ea repudiatum, quare locus esse non potest successorio edicto, licet nepotes velint iure proprio admitti, hæreditas siquidem paterna non deferitur filie renūciantis: his, qui ex eius persona & iure velint succedere, accrescit tamen fratribus renūciantis, & ius accrescendi excludit successorium edictum. l. 1. C. quan. non peten. par. Bal. in l. meminimus per eum text. C. de legi. hæred. Et præterea hac in specie locus esse non potest alia ratione successorio edicto, quoniam filia recepit dotem pro sua portione, quod perinde est ac si patri successisset: qua propter nepotes ex ea non admittuntur per successo-

rium edictum, ut notat Bald. in l. duobus. ff. de lega. §. idem Bald. in l. pactum dotali. 2. quæstio. & ibi Salicet. Alexand. & Deci. numero. 18. C. de collatio. Couarru. in relec. capit. quamvis pactum. 3. part. §. 3. numero. 7. de pact. in. 6. Rode. Xuar. hanc dicens cōmunem in repe. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. ampli. io. numero. 62. & rursus in. 4. limi. legis regiz numero. 8. & sequen. Paul. Imol. Roma. Areti. & alij communiter in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære. Antori. Gomez in l. 22. Tauri numero. 10. vers. 2. casu prin. Qui hanc sententiam limitant, ut procedat concurrentibus fratribus, vel filijs fratrum sororis renūciantis, qui sunt descendentes eius, de cuius successione agitur, secus si transfuersales eiusdem superstitis, & nulli descendentes, tunc enim eis proculdubio præfertur nepos ex filia renūciante, imo & ipsamet filia renūcians, sed hoc vltimum latè examinat Antoni. Gomez. d. l. 22. Tauri numero. 11. & omnium latissimè & præstantissimè, more solito, Couarru. in relec. io. c. quamvis pactū. 3. par. §. 3. nu. 4. ubi pluribus conclusio-ribus hanc controuersiam resoluit ad eum recurruto.

78 [ Vbi autem filia renūcians mortua fuerit ante mortem patris, nepotes ex ea nati proculdubio admittuntur ex successorio edicto, ut pote quos nemo præcedat tempore mortis aui, ut attestantur Bald. in d. l. pactum dotali. 2. quæst. C. de collatio. quem ibi Alexand. & ceteri sequuntur, Paul. quoque Imol. & Areti. in d. l. qui superstitis Tiraquell. in traq. de primigenijs quæst. 40. numer. 117. George. Natan in d. capit. quamvis pactum numero. 56. ibique Couarrub. 3. part. capit. 2. numero. 4. & vlti. Thom. Gramma. decif. 57. nu. 39. dicens hæc opinionē cōmunē esse prout, & attestantur Guiller. Bei ed. in repe. cap. Raynutius in verbo duas habens filias numero. 20. de testam. & hæc est verior & receptior sententia, quidquid auer sus cam dixerint Roma. in d. l. qui superstitis, & licet cam veriore esse censeat Deci. consil. 181. numero 7. & in l. pactum dotali numero. 18. C. de collatio. & Guiller. Benedi. in d. capit. Raynutius in verbo duas habens filias numero. 181. & Anto. Gomez hoc latè contendens in d. l. 22. Tauri numero. 10. & Anto. Rube. consil. 42. numero. 6. [ Diximus & resolui-  
mus supra numero. 69. & sequentibus in querela in officiosi testamenti locum esse successorio edicto quoties filius fuit exheredatus, & nepes ex eo præteritus. Restat inquirere quo pacto competere potuit querela nepoti, ex persona sua cum non fuerit exheredatus, sed præteritus? querela siquidem competit exheredato. l. 1. 2. & per totum. ff. de inefficio. testam. non autem præterito. l. si post mortem. §. exheredati. ff. de bon. poss. con. tab. l. non putavit in princ. & §. 1. eodem titulo nam præterito competit ius dicendi nullum, vel contra tabulas. l. maximum vitium. C. de liberis præte. Cui obiectioni satisfacit Bartol. & Iason. in l. in suis vltima quæstio. ff. de liberis & posthu. Quod ex quo filius exheredatus præcedebat nepotem tempore mortis aui, [ & sic nepos non erat suus, quippe qui non tenebat primum locum, & consequēter non continuabatur in eū dominiū ] nepotis præteritio habebatur pro exheredatione, sicut & præteri-

tio matris. §. mater in sti. de exhereda. libe. in qua est eadem ratio: Vnde excluso filio exheredato, succedit nepos in querela per successorium edictum, quippe cuius præteritio loco exheredationis habeatur, idem repetit Bart. in l. pater filium in lectura numer. 4. & in repe. numer. 10. & 11. ff. de inoffi. testam. & in l. si quis filium. C. eod. cuius sententiam defendit Iaso. in d. l. in suis pen. col. ab impugnatione Bald. Ang. & Alex. in locis ab eo citatis, ibi alias rationes assignat, ut ibi videre licet, eundem Bart. sequutus est Rode. Xuar. in repe. d. l. quoniam in prioribus. 20. amplia. numero 56. ad fi. C. de inoffi. testam. [ Quartò ex eisdē nostræ legis verbis infero quinquennium exheredato, competens ad proponendam querelam inofficij testamenti, ut in l. si quis filium in sti. & l. scimus. §. illud C. de inoffi. testam. & l. 4. tit. 8. part. 6. non currere à die aditæ hæreditatis, prout statutum erat iure cōmuni & regio Partitarum. l. Papinianus. §. si cōditioni. ff. de inoffi. testa. l. 4. tit. 8. part. 6. sed à die mortis testatoris, cum ab eo tempore querela competat. iuxta legem nostram, ita dubie tamen asserere videtur Grego. Lupi in d. l. 4. in verbo entrado cula heredad, ti. 8. parti. 6. Mihi autem videtur vera sententia, & in trepidè tenenda, nam si querela competit exheredato, etiamsi hæreditas non adeatur per institutum, ut latè probauimus supra nu. 40. & sequētibz, & hoc tempus quiniij incipit currere à morte testatoris, quo in tempore querela proponi poterat contra curatorem hereditati datū, nemine ex heredibus scriptis vel legitimis adēute, ut ibi dixi. [ Quintò infero, substitutionem pupillarem & exemplarem filio exheredato factam, conseruari rupto testamento patris ex causa exheredationis, vel præteritionis per eundem filium, cui facta fuit substitutio, quod iure communi per auth. ex causa C. de lib. præte. asserbant Bart. Alexand. & Iaso. in l. 1. §. vltimo. ff. de vulga. Ripa in l. 2. numero. 32. eodem titulo Vldri. Zasi. de substitutione pupillari numero. 21. Politus eodem tractatu numero. 34. qui hanc profitetur communem esse, quam Curti. Iunior sequitur in d. auth. ex causa numero. 53. cam attestatur etiam communem Anto. Gomez in l. 24. Tauri numero. 5. & Grego. Lupi in l. 10. titulo. 5. partit. 6. in verbo se defataria. Et quamvis doctissimus Couarruias contrariam conetur defendere sententiam, tam iure communi quam regio, in capit. Raynutius. §. 6. numero. 3. & 4. de testamen. fræus autoritate Dyni, Petri à Belaper. & Ioannis Ignei in d. auth. ex causa. C. de libe. præte. ubi etiam Bald. numero. 3. cam etiam defendit Corraf. in l. si testamento numero. 22. C. de impube. & alijs. Verior tamen est communis, cui accedit Grego. Lupi in l. 10. titulo. 5. partit. 6. in verbo se defataria. Dyn. & ad seclē nituntur suam tueri opinionem sequentibus argumentis. Primò, quia testamentum paternum necessarium est ad sustinendam pupillarem substitutionem. §. liberis in sti. de pupill. substi. l. 2. §. prius. ff. de vulga. Irritato namque patris testamento, irritatur & pupillaris substitutio in eo contenta. d. l. 2. §. plane. ff. de vulga. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inofficio. testam. d. §. liberis & l. 10. titulo. 5. part. 6. Nec quicquam obest decisio auth. ex causa. C.

de libe. præte. non enim conseruantur per eam, quæ præcisè exigunt præuiam hæredis institutionem, prout exigit pupillaris substitutio, & quamuis appellatione ceterorum contineatur substitutio, ut in l. qui plures liberos. §. vltimo. ff. de vulga. & in l. nam quod. §. 1. in fi. ff. ad Trebellia. tamen ea verba addita sunt ab Yrnerio, prout eleganter aduertit Couarru. Verum, iudicio meo, eadem vel equi-  
potentia verba continet text. in authen. ut cum de appe. cogn. §. sed hæc, vnde. d. auth. ex causa sumpta fuit, ibi. *Et ceteris testamenti capitulis in suo robore permanentibus, & in §. si vero contigerit, ibi, Vel quælibet alia capitula concessa legibus nominari, quæ verba non poterant, ni fallor, in alio verificari, quam in substitutione pupillari, in qua patri licet filio suo herede cōstituire, quæ malit, ut in prin. & per totū in sti. de pupill. substi. [ Alia item ratione suam conantur, defendere sententiā, hæpe, quia lex parti. 10. tit. 5. par. 6. expresse destruit communem sententiam, dicens, non valere pupillarem substitutionem rupto ex quacunque causa patris testamento, quæ leges ius civile ut plurimū & scstantur, & interpretantur, nec id corrigunt, sed potius cum eo consonant. Quare videtur per nouellā constitutionem rupto testamento ex causa præteritionis vel exheredationis, pupillarem substitutionem non conseruari. Sed huic rationi respōdetur, cam fuisse ante Bart. communem de ceterorum interpretationē: nunc autē communem esse in contrariū, ut dixi, imo quod conseruetur pupillaris substitutio, quam vltra præcitatos tenuerūt Iaco. de Arc. & Oldra. & omnes secundū Bar. in d. l. 1. §. fi. nu. 3. ff. de vulg. quin & ipse Dyn. mutata in melius sententiā correxit opinionē suā in d. l. 1. idem docuerūt Rayn. Guill. de Cun. & cōmuniter omnes illius ætatis docti, ut retulit Alb. in rub. ff. de vulg. nu. 31. & cōmuniter Nouieres teste Ias. in d. l. 1. §. fi. nu. 8. ff. de vulg. Corn. in d. auth. ex causa nu. 38. Emanuel Costa in rep. c. si pater. 3. part. in verbo censendū nu. 9. de testam. in. 6. vbi & nu. sequentibus hæc conclusio nem extendit, recurruto ad eum, quia singulariter & doctè procedit ad d. l. parti. respōdet, optime Tell. Fernan. in l. 3. Tauri. 4. par. nu. 8. & seq. [ Ceterum iure regio per legem istam corrigitur ius antiquum Partitarum, & commune Imperatorum, per eam quippe non adita hæreditate; non solum legata confirmantur, & fideicommissa, sed & cetera in eo contenta, quibus verbis planè comprehenditur & datio tutelæ, & pupillaris substitutio, & exemplaris, ut dixi numero. 21. per text. in l. qui plures liberos. §. vltimo. ff. de vulga. & l. nam quod. §. 1. in fi. ff. ad Trebellia. Et si dixeris legem hanc in diuerso casu procedere, nempe, ubi in testamento heres scriptus non fuit, vel ubi scriptus repudiavit hereditatem; non quoties ex causa præteritionis, vel exheredationis testamentum rumpitur, quia casus tanquam ommissi remanet in dispositione iuris antiqui; cōmōdissimè. ff. de libe. & posthu. Respondeo iure communis maior defectus erat ommissio institutionis hæredis, vel aditionis hæreditatis, quam præteritio vel exheredatio. Quandoquidem priori casu legata minime debebantur, sed totum corruebat testamentum, ut probauimus supra eodem gloss. 10. in princ. & hæc*

eadem gloss. in prin. in vltima verò specie solū quoad institutionem hæredis corruebat testamentum, non quoad alia capitula in testamento contenta, vt in d. auth. ex causa. C. de libe. præte. Maiori ergo ratione lex nostra disponens propter defectum aditionis, vel institutionis testamentum non rumpi quoad alia omnia in testamento contenta, extendetur ad aliam speciem, quæ minorem habebat dubitationem iure communi, nempe, vbi propter exheredationem, vel præteritionem testamentum irritabatur. Paria enim sunt institutionem non facere, vel inutilem fecisse. c. inter corporalia de transla. episco. l. si aut nullum. C. de legi. ti. hæred. Paria item sunt non facere, vel inepte facere. l. 2. & ibi notat Bald. C. de success. edi. in qua sententia residet Greg. Lupi in l. 10. in verbo se defataria, titul. 5. part. 6. & in l. 5. in verbo de aquella edad, titulo. 5. ca. part. 6. & Marcus Solon Burg. in d. l. 3. Tauri numero 993. ad fi. [ Cui non oberit, quod Couarru. respondet ad l. istam asserit, dicens eam intelligi debere in his, quæ præcisam hæredis institutionem non requirunt, ea nimirum cõseruantur non adita hæreditate: scus verò in his, quæ absque hæredis institutione minime subsistunt. Tradit exemplum, in fideicommissis & legatis, quæ in codicillis relinqui possunt, vt in prin. & per totū insti. de codici. & in dationibus tutellarū, quæ non adeò hæredis institutionem requirunt, imò absque ea quandoque consistunt. l. 3. ff. de confir. tutore, nam cõtrarium asseuerat Greg. Lupi in d. l. 10. in verbo se defataria, tit. 5. part. 6. ad fi. dicens hanc legem procedere in his, quæ necessariò hæredis institutione exigunt, nec debere restringi ad ea, quæ ab intestato in codicillis relinqui possunt, quoniam tutela non potest ab intestato relinqui. l. 1. ff. de testamen. tute. Sed nihilominus cõseruatur ex auth. ex causa. C. de libe. præte. quod autem Ripa & Ioan. Igne. & Couarru. obijciebant, dicentes tutelam etiam sine testamento vt iliter dari solere in hoc, vt confirmetur, vt in d. l. 3. ff. de confir. tuto. diluitur per text. in auth. vt cum de app. cognosci. l. si verò cõtigerit, quatenus probat tutelam ita competere testamentariam, vt nulla egerat iudicis confirmatione, vt rectè expendit Areti. in d. l. 1. §. vlt. numero. 7. versic. sed ad hoc respondetur. ff. de vulga. & Emanuel à Costa in d. c. si pater. 3. par. in verbo cõsendum numero. 9. in fi. vbi pluribus rationibus hoc confirmat, de testamen. in. 6. cum quibusdam ampliationibus. Telli Fernandez in. l. Tauri quarta parte per totum qui optimè defendit nostram sententiam, quem vidi postquam hæc scripseram. Cõseruantur etiam si defectus institutionis hæredis, vel aditionis hæreditatis, iuxta legē nostram interueniat, vt & Grego. Lupi attestatur in l. 2. tit. 7. part. 6. in verbo entrar la hæredad, & Telli Fernandez. vbi supra numero. 18. & sequen. quinetiam idem erit in substitutione exemplari, vt colliges ex his quæ Couar. docet in d. c. Raynuntius. §. 6. numero. 2. & seq. [ Sexto infertur, verbū lego adiectum vniuersitati bonorū non inducere hæredis institutionem, etiam nullo alio hærede instituto, quia ad cõseruationem & validitatem testamenti, iure isto, nulla hæredis institutio requiritur, vt in hac lege statuitur. Quinetiam idem esse iure communi Imperatorum fatetur Bar in. l. Centurio numer. 19.

ff. de vulga. per text. in l. verbis legis. ff. de verbo. signi. & l. mulier. §. vlt. ff. ad Trebellia. quibus tamen nõ probatur Bart. opinio. Eam tamen nihilominus receptio rem esse attestatur Iaso. in d. l. Centurio numero. 37 & Galiula ibi col. 60. & Iaco. Niger. in rub. ff. de lega. 1. fol. 6. col. 3. qui longè disputat hanc quæstionem, & similiter Crotus ibi, & Fran. Ripa in d. l. Centurio numero. 97. contrariam tamen probat text. in cap. Raynaldus extra de testam. vbi Raynaldus patruo suo, & eius filijs dimidiam quorundam bonorum partem, & reliqua bona paterna legauit, idque legatum appellat text. ille in fi. institutionem, vt ex eo expendunt glos. Card. & Couarru. ibi §. 1. nu. 5. idem Card. & Imol. nu. m. 49. & 53. in c. Raynuntius eodem tit. Bald. in l. inter omnes prope finem. C. fami. xrcif. Phil. Fran. in c. si pater numero. 46. de testam. in. 6. & ibi Acofta. 1. part. in verbo bonis suis num. 14. vbi citat concordanti dixi supra eod. glo. 10. num. 62. Verum has opiniones conciliare videtur gloss. in d. c. Raynaldus dicēs in eo cap. verbum lego allumi propriè & impropriè, respectu atuncolorum, impropriè verò respectu patrum, ne corrumpat vltima Raynaldi voluntas. Ex quo Abb. & Barba. ibi fol. 27. & Couar. §. 1. numero. 5. versic. quæ obrem, colligunt, verba testamentorum etiam impropriè allumi, ne dispositio subuertatur, quod & in alijs actibus regulare est, vt in c. cõstitutus iuncta glo. de relig. domi. Ex quo deducit ibi Couarru. quod verbum lego adiectum vniuersitati bonorum, nullo alio hærede instituto, inducit hæredis institutionem, quoties si eam non induceret, testamentum corruebat: alio qui sensisse Bernardum, non inducere hæredis institutionem, atque ita potest Bart. decisio accipi, nã in substitutione verbum lego adiectum vniuersitati bonorum, potest operari fideicommissariam institutionem, quare nulla cogit necessitas prædictum verbum ad directam substitutionem esse cõtine, quam conciliationem tradit nuncupatim Galiula in d. l. Centurio columna. 60. [ Ex quibus ipse Couarru. infert in d. cap. Raynaldus. §. 1. nu. 5. in fi. & 6. quod verbum lego adiectum vniuersitati bonorum in codicillis, aut in testamento, in quo est apposta clausula codicillaris, non significat institutionem hæredis, sed fideicommissum, cum actus hic validus sit absque hæredis institutione. Infert etiam iuxta l. nostram, quod si in testamento nihil contineretur, quod præcisam exigeret hæredis institutionem, eam minime inducere, quia ad illum actum necessaria non esset. Sed ego iure nostro regio hanc illationem extendo, vt procedat, etiam si actus cui hoc verbum adijcitur, præcisam hæredis institutionem iure communi exigeret: nam per legem istam nullus casus inuenitur, qui aditionem hæredis ad sui firmitatem exigat, cõsentent enim instituti venientes ab intestato, vt latè probaui supra eodem gloss. 10. numer. 47. & sequentibus, quæ omnino vide.

GLOSS. XV.

Aditio hereditatis etsi deficiat, cõseruantur nihilominus dationes tutela, et substitutiones pupillares, & exemplares, & cetera in testamento contenta quamuis

quamuis iure communi præcisam exigat hereditatis aditionem ad eius firmitatem.

**P** Ten las otras cosas que en se contienen. His verbis probantur liquido quæ diximus in glo. præcedenti, nempe, nullo hærede in testamento scripto, vel si scriptus fuerit, non adita per eum hereditate, cõseruari legata in testamento scripta & relicta, & cetera omnia in cõteta, siue sit datio tutelæ, siue pupillaris aut exemplaris substitutio, siue quid aliud quod ad eius confirmationem iure communi præcisam exigat hæredis scripti aditionem, vt in præcedenti scholio latè deduximus numero. 81. 82. 83. & 84. & Telli Fernandez in l. 3. Tauri. 4. parte per totum & resoluit numer. 21. ex Corneo in d. auth. ex causa numero. 116. C. de lib. præte.

GLOSS. XVI.

- 1 Legata nutu & signis relinqui possunt.
- 2 Hæredis institutio nutu & signis fieri non potest. Testator si articulate loqui non potest an valeat testamentum, & quid si potest? ibidem.
- 3 Hæredis institutio ad pias causas vel inter liberos nutu, vel signis fieri potest. Testamentum factum ab eo qui intellectum amisit nõ valet. ibidem.
- 4 Hæredis institutio an ad interrogationem alterius fieri possit? & num. seq. Hæredis nomen à testatore est nominandum, ibi. Forma an per æquipolens adimpleri possit? ibi.
- 5 Confessio ad alterius interrogationem facta, non videtur ex propria emanasse voluntate. Per alium explicare an possit, qui aliquid propria manu facere tenetur? ibidem.
- 6 Lex hac cõsultissima, & at cum humana. C. qui test. face. poss. explicatur. Voluntas magis deliberata præsumitur, quoties quis ad interrogata respondet. ibi.
- 7 Lex iubemus. C. de testam. declaratur & l. 6. titul. 3. parte. 6. Forma requisita ad certitudinem alicuius rei habendæ satis est, si per æquipolens adimpleatur, ibidem. Demonstratio frustrata adijcitur rei demonstrata, ibidem.
- 8 Lex. 1. §. in causa. ff. de quæstio. Tormentorum metu falsa quis confitetur, vt plurimum maxime si interrogetur specificè, ibi.
- 9 Institutio hæredis ad interrogationem alterius facta quo casu valeat, & quo casu sit inuvalida?
- 10 Articulate vel inarticulate loqui quando quis dicatur.
- 11 Fideicommissum an nutu vel signis relinqui possit.
- 12 Testatori si legatur testamentum, & interrogatus an sic velit testari, & responderit quod sic, an valeat

testamentum.

- 13 Legata non viciantur, si testator se referat ad scripturam priuatam penes alium existentem. Hæredis institutio si testator se referat ad scripturam priuatam non valet: nisi priuata scriptura sit indubitata, ibidem. Expressio videtur nominatim facta, si scriptura ad quam fit relatio sit certa & indubitata, ibi. Paria sunt quid esse expressum specificè, vel per relationem ad aliud, ibidem.
- 14 Hæreditas non adita non transmittitur, & quare? Legatum non agnatum transmittitur, & quare, ibidem.
- 15 Transmissio hereditatis quare regulariter non fiat. Declaratio animi non potest ad hæredes transmitti, ibidem.
- 16 Hæreditas non adita transmittitur ad hæredes in 6. casibus, & numero: 17. 18. 19. 20. & 21.
- 19 Hæreditas non adita nullo vnquam casu transmittitur ad hæredes, sed ius adeundi, & numero: 21. in fine. Ius adeundi semper transmittitur ad hæredes, nisi cū lex præsumit hæredem noluisse adire, ibi.
- 22 Legatum non agnatum quare ad hæredes transmittitur, & hæreditas non? Differentia plures inter legatum et aditionem hereditatis remissiuè, ibidem in fi.
- 23 Legatum rei alienæ scienter factum valet. Hæredis institutio de re aliena scienter, vel ignoranter facta non valet, ibidem. Hæredis institutio de re aliena de consensu domini valet, nec per pœnitentiam renocatur, ibidem.

**¶** Por heredero o le garye. Nota legem istam quæ hæredis institutionem æquiparat legatis, sed hoc speciale est in specie legis nostræ, vt intra in glossis sequentibus aperiam: nam vt plurimum in multis differunt. Imprimis legata nutu & signis relinqui possunt ab eo, qui propter infirmitatem impeditur vel omnino vel articulate loqui, modò hoc impedimentum cessaret infirmitate cellante. l. nutu. ff. de lega. 3. gloss. & Couarr. in c. cum tibi numero. 3. extra de testam. Alex. Rimida. & Corneo in l. iubemus, C. de testam. Iaso. in l. si is qui pro emptore numero. 174. ff. de vlti. cap. Anto. Gomez. in l. 3. Tauri numero. 111. per text. in l. & in epistola. C. de fideico. & in l. cum proponeretur. ff. de lega. 2. & in l. Labeo. §. si. ff. de sup. pell. lega. [ Hæredis verò institutio fieri non potest nutu vel signis, nam si testator amisit loquelam, ita quod clare & articulate, seu intelligibiliter loqui non possit, non potest testamentum facere, nec hæredem instituere, etiam si nutu vel signis exprimat voluntatem suam, debet siquidem vocè propria hæredem nominare. l. iubemus. C. de testam. l. ibi, si enim talis testator, qui neque scribere, neque articulate loqui potest, mortuo similis est & falsitas in eologis committit.



committitur, ex quo id expendant Bar. Bal. Pau. & communiter doctores, Bal. paul. & ceteri in l. 2. ff. de testam. At si penitus non amisit loquelam, sed loqui potest tardè balbutiendo & minus articulatè, ita quòd quodammodo intelligi potest, poterit testari, & heredem instituire, non tamen nutu aut signis id face re libet. l. quoniam indignum. C. de testam. ibi, quæ fortè seminecis & balbutiens lingua profudit, quem expendant Bal. Ang. & communiter docto. & reputat vnicum Iaso. ibidem. Ang. Imo. & doct. in l. in ad uerfa. ff. de testam. & in l. in fraudem. §. 1. ff. de mili. te stam. Roma. in l. 1. 2. colu. ff. de verbo. oblig. Bal. in c. 1. §. vassalli. numero. 6. de pace constan. in vsib<sup>9</sup> feudo. Ang. Areti. in §. 1. insti. de testam. pen. column. Anto. Gomez in l. 3. Tauri numero. 110. qui pro hac sententia appendit tex. in c. Raynutius de testam. ibi in extre mis positus condidit testamentum, vbi hoc resoluit Guill. Bened. in d. verbo in extremis num. 27. tex. etiã in cap. nos quidem co. tit. ibi, de hac luce migrante, & in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de lega. 3. ibi, in discrimine vitæ constitutum, & in l. Scya. §. si. ff. de dona: cau. mort. vbi statuitur contra etum fieri posse in vltimo vitæ spiritu, si memoria non sit lesa. tex. est etiam expressus in l. discretis versic. vltimo. C. qui testam. fac. poss. dicit ibi Imperator eum, qui casu, morbo, seu infirmitate superueniente cõmutuit, vel lingua eius sit impedita, testari non posse, nisi sciat scribere: si vrò penitus non amisit loquelam, sed tardè & balbutienter loquatur, licet non articula te, testari posse & heredem instituire, hanc esse com muncem sententiam attestatur Couarr. in cap. cum ti bi numero. 4. ff. de testam. quæ confirmatur. l. 6. tit. 3. par. 6. [ Ad pias tamen causas nutu testari quis poterit, ex sententia gloss. in cap. cum tibi de testam. quam ibi expendant doctores teste Didaco Covarr. ibidem nu. 6. & Corneo in d. l. iubemus. C. de testam. cum dixit vnicam Bal. in l. 1. num. 59. C. de sacros. eccles. eidem accedunt Antc. Gomez in l. 3. Tauri numer. 110. in fi. Gregor. Lupi in l. 6. gloss. 2. tit. 3. par. 6. Guill. Bened. in rep. c. Raynutius in verbo extremis numero. 28. qui idem esse asseruat in testamento inter liberos. Vbi au tem testator amiserit intellectum, nec heredis institu tio, nec legata valebunt. d. l. iubemus. C. de testam. l. cõficiuntur. §. 1. ff. de iure codicillo. ex quibus id obser uant Bar. & communi. doct. in d. l. nutu. ff. de lega. 3. Cin. & ceteri in l. 1. & in epistola. C. de fideico. Quod nõ præsumitur, licet in continenti post cõditu testam entum decedat, vt probat Anto. Gem. in d. l. 3. Tau ri numero. 112. contra Pet. de Belapert. in d. l. 1. & in epi stola. C. de fideic. [ Sed quæstionis esse solet, si quis in terroget testatorem coram testibus, an cum vel alium ab eo nominatum instituat heredem; cui testator res ponderit quod sic, an valeat institutio? Et videtur nõ valere, vt in l. iubemus. C. de testam. & in l. 6. tit. 3. par. 6. vbi pro forma testam. cri. & falsitate euita requiritur, quòd testator exprimat voce propria nomen he redis, qua non seruata corrumpit testamentum: non ergo satis erit formam per equipolens adimpleri, iuxta ve ram receptamque sententiam teste Alex. in l. 1. nume ro. 3. ff. de libe. & posth. qui alios plures citat, & ibi Iaso. numero. 14. Deci. in l. hac cõsultissima col. 2. C. qui

testam. face. poss. & conf. 612. numero. 3. Bal. Ang. Pau. Soci. & alij communiter in d. l. 1. Paul. Paris. conf. 36. libr. 3. colum. 1. & conf. 33. numero. 24. lib. 2. & conf. 97. numero. 23. lib. 4. cum concord. per Ferdin. Vazquez congestis lib. 1. de success. creatio. §. 4. numer. 12. & seq. Qui num. 15. hoc esse verum probat ex mente docto rum supra citatorum, etiam si non præcesserit prohi bitio, sed præceptum dumtaxat legis præcipientis seu disponētis, & deinde sequatur annullatio actus, prout in specie de qua agimus, eamque attestatur veram, cõ muncem, & receptissimam sententiam, quam tenent omnes docto. superius citati per. l. si vnus. C. de testa. & l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto eodem titulo & l. 1. ff. de iure codicill. & l. 1. in princ. & §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. & l. 1. §. cum qui. ff. de consti. pecu. [ Secundo pro hac sententia solet citari tex. in l. heredes palam. ff. de testa. vbi scribitur, heredes esse palam à testatore nuncupandos, ita quòd à testibus ex audiantur, vel propria manu eostenetur scribere. Ter tio facit l. 1. §. in causa versic. sic qui quæstionem. ff. de quaestio. vbi confessio vnus ad interrogationem alte rius facta, non dicitur ex perfecta voluntate emanasse nec admodum libera, quasi ab eo incitatus respondeat Quarto adducitur text. in l. iubemus in verbo ma nu sua. C. de eroga. mili. anno. lib. 12. vbi is qui manu voce, & persona propria aliquid facere tenetur, non potest id per aliũ explicare. l. vnica. §. ne autè. C. de ca du. toll. l. 2. C. de his qui veni. zeta. impe. Quinto pro bari expresse videtur hæc sententia in l. hac cõsultis si ma versic. at cum humana fragilitas. C. qui testam. face poss. vbi si testator committit voluntatem suam alicuĩ scribendam, ipsique expressam & declaratam, scriptã que coram testatore & testibus legat & recitet, valet tale testamentum, à contrario ergo sensu, si ei non reli quislet scriptam & declaratã minime valeret, ex reli quis hanc sententiam tenent Abb. Papiens. quæ refert. Ioan. And. in addi. ad specul. tit. de testamētis. §. impri mis, & Nico. de Mathesila. & Bal. in l. iubemus. 3. col. C. de testam. Paul. Castr. in d. §. at cum humana, 2. col. Corne. conf. 77. numero. 1. lib. 4. Iaco. de Aren. in d. l. heredes palam. ff. de testam. Salic. & Fulgo. in auth. & non obseruato. C. de testam. Anto. in. capit. cum tibi cod. tit. Roder. Xua. in allegatione. 1. fol. 6. colum. 2. pa gin. totius operis. 116. & seq. [ Verum his non obstan tibus contraria sententia verior est & receptior, imo quod si quis coram testatore exprimat nomen heredis, dicēs, vis Petri heredem instituire, ipseque respõ deat sic, valeat huiusmodi institutio, quã optimè pro bat tex. in l. nemo dubitat. ff. de hered. institu. vbi si te stator in præsentia cuiusdã dicat hunc instituto heredem, valet proculdubio institutio, etiam si heredis no men non exprimat. Sic & nostra in specie, cum con ficit testatorem voluisse eum relinquere heredem, quæ alter neminauit, sufficit vt eius valeat institutio. Libe rum siquidem est iure gentium & civili cui libet testa ri, quemodocunq; velit, modo voluntas eius exprimat, vel intelligatur, & percipiatur à testib<sup>9</sup>, qui in testamento interuenire debent, vt in l. 1. C. de sacros. eccles. Secundo hanc sententiam probat tex. in l. 1. §. si quis ita interroget. ff. de verbo. oblig. & in l. si defen sor. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. actio. §. præte

rea insti de inutil. stipul. §. quoties cod. ti. Tertio strin git tex. in l. Pamphilo. §. propositu. ff. de leg. 3. ibi, etiã ipso testatore interrogato an ea dixisset. Quarto facit tex. in l. 1. ff. C. si quis aliq. test. prob. vbi verbis & blan ditijs potest quis testatorem inducere, vt eũ instituat. Quinto accedit tex. in l. hac cõsultissima. §. at cum hu mana. C. qui test. fac. poss. ibi, quam susceptom testato ri recitauit tabellarius, simul & testibus, & eloquium ipse suum profiteatur agnoscere, & ex animi sui quæ lecta sunt, disposuisse sententia. Ecce ibi, licet ore pro prio non nominet testator heredem, nec illum scribat propria manu, valet heredis institutio: quia ipse & testes certi sunt de eius nomine, nimirum ergo si idẽ sta tuatur in specie, de qua agimus. Huius sententię autho res sunt Ioann. And. ad specul. in tit. de testamen. §. 1. versic. quid si is in additio. incip. quidam Pileus, & ante eum glo. ordinaria in l. iubemus in verbo, quem admodum. C. de testam. & ibi Cin. Pet. Iacob. Butri. Alberi. Iaco. de Bellouisa Ricard. Malumb. quos ipse Alber. refert, Bar. Ang. Sali. & Alex. idem Bar. in d. l. heredes palam. ff. de testam. in fi. & ibi Imo. & Aredè Bar. Paul. & Moderni in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. Ang. in l. in fraudem. §. 1. ff. de testa. mili. est communis opinio, vt attestatur Alex. & Iaso. numer. 10. in d. l. iubemus. C. de testam. Imol. & Couarru. nu. 4. in c. cum tibi de testam. eam sequuti & receptiorem asserentes Alber. Brun. de implemento forme colu. 2. Deci. conf. 489. numero. 3. Alex. conf. 12. numero. 6. lib. 1. & conf. 47. numero. 7. lib. 2. Paul. Paris. conf. 19. num. 3. lib. 3. Soci. in l. si ita scripsero colu. 1. ff. de cond. & de mōst. Fer. Vazq. plures citans concordantes libr. 2. de successio. creatio. §. 17. num. 52. & 54. Qui hæc attestatur receptiorem sententiam, tam in testamento in scrip tis, quam nuncupatiuo: ex eo quòd licet testator ad interrogationem alterius responderit, nõ ideo minus arguitur, voluntatem eius fuisse deliberatã, quinimo magis deliberata videtur arg. l. 1. in prin. & §. seq. ff. de verbo. oblig. vbi communiter docto. id expendant & in rub. eo. tit. dum modò verbis respondeat, & non nu tu capit, & alijs signis arg. d. l. 1. in prin. eandem esse receptiorem attestantur & sequuntur Anto. Gomez in d. l. 3. Tauri numero. 109. & Gregor. Lupi in l. 6. in gloss. 1. tit. 3. par. 6. Et Maria. Soci. Iunior conf. 183. nu. 2. lib. 2. Petr. Duenas in sua allegatio. numero. 5 & seq. quibus libenter assentior [ Nec ob erunt adducta in cõ trarium. Ad primum respõdeo quòd. d. l. iubemus. C. de testam. & l. 6. tit. 3. par. 6. procedunt quando nõ præ cessit interrogatio alicuius, & licet ibi pro forma exi gatur nominis heredis expressio, quo circa adimpleri non posse videatur per equipolens, ex communi om nium sententia, adhuc non obstat, nam licet prætermis sio formæ regulariter vitiet ipso iure dispositionem, nec satis sit equipolenter adimpleri, limitatur tamen & restringitur, vt procedat, quoties forma desideratur ad perfectionẽ & cõsumationem actus, de quo agitur, secus autem est, vbi aliquid requiritur ad dubitationẽ seu incertitudinem vitandam, nam tunc non vitatur actus ipso iure propter defectum eorum, quæ ad certi tudinem requiruntur, si aliàs per equipolens certi eius rei esse possimus: quæ sententia vera est & communis & eam latè defendunt Alex. in l. 1. numero. 8. & Soci. numero etiam 8. Iaso. numero. 5. & 11. & Alcia. nume.

vel diuini: quo testimonium in ore duorum consistit Deuteronomio. c. 19. Apосто. ad Corinth. cap. 14. & Matthei. 18. C. nouit de iudi. d. §. ex imperfecto & ibi omnes interpretes. l. fi. C. fami. arciscu. gloss. communiter recepta in. l. fi. §. in omni, in verbo excepto. C. de codicil. l. 7. tit. 1. par. 6. quæ addit testes debere esse rogatos. [ Quod extendit ex receptiori sententia, vt procedat etiam in aequaliter testetur inter liberos, modò in aequalitas non sit excessiua secundum Boer. Decis. 240. numero. 9. & seq. Marcus Solon Burgenf. in. d. l. 3. Tauri numero. 38. hoc late differuit pro vtraque parte ibidem à numero. 54. & Telli. Fernand. ibidem. 1. par. numero. 21. & seq. & licet Greg. Lupi in. d. l. 7. tit. 1. par. 6. dixerit nolle super hac quæstione insistere, cum iuxta nostrum ius regium nullius possit esse vtilitatis, dicit tamen Burgenf. quoad alia priuilegia testamenti inter liberos posse hoc esse magni ponderis & momenti. Extendit etiã hanc conclusionem Anto. Gomez in. d. l. 3. Tauri numero. 53. vt procedat in testamento materno, & in filijs emancipatis, imo & in naturalibus tantum, & quando filius testatur inter patres, vt ibi per eum numero. 54. licet hoc vltimum contradicat Burg. in. d. l. 3. Tauri numero. 281. & sequen. vide cum & latissime per Ferdin. Vazquez. libr. 3. de success. creatio. §. 21. numero. 45. & pluribus sequen. & per eos limitatur hæc sententia pluribus modis. [ Iure tamen regio nouissimo per. l. istam omnia hæc corriguntur, nã testamentum nuncupatiuum inter liberos factum eandem exigit solemnitatem, quam alia testamenta extraneorum, vt ex hac lege expèdunt Cifon. numero. 7. & Ioan. Lupi numer. 4. Did. Castel. in verbo entre los hijos, & Ferdi. Ari. gloss. 2. numero. 5. & Anto. Gomez numero. 59. Calatayud, & Marcus Solon in. d. l. 3. Tauri numero. 64. & 113. & Telli. Fernand. ibidem. 1. part. numero. 13. Rod. Xuar. in rep. l. quoniã in prioribus. 9. & vltima. q. princ. numero. 10. C. de in offi. testa. Grego. Lupi. in. d. l. 7. in verbo a los hijos, tit. 1. par. 6. & hæc est cõmunis & recepta opinio. [ Sed dubitari solet, an lex nostra equiparans solemnitatem testamenti inter filios cõfecti & inter extraneos, procedat in testamento in scriptis? & videtur constitui debere discrimen inter testamentum in scriptis inter liberos confectum, & inter id quod inter extraneos conficitur, iuxta ius commune Imperatorum & regium partitarum, quod lex nostra corrigit expresse quoad testamenta nuncupatiua, non ergo est extendenda ad testamenta in scriptis etiam si eadem sit & maior ratio, vt sepius diximus ex auth. quas actiones & quæ ibi notant docto. C. de sacros. eccles. nam quod nõ mutatur quare stare prohibetur? l. fancimus. C. de testa. l. precipimus. C. de appella. his & alijs non minus leuibus, futilibus, & arundineis argumentis hanc sententiam amplectuntur Calatayud, & Marcus Solõ Bur. in. d. l. 3. Tauri numero. 64. & pluribus sequentibus plura inutilia effundens, idem probare nititur Ferd. Vaz. lib. 3. de success. creatio. cap. 21. numero. 13. 14. & 15. cum quodam tamen moderamine. [ Verum his non obstantibus contraria sententia verior est & receptior, nempe, quod testamentum in scriptis inter liberos confectum eandem obtinere debet solemnitatem, quam id quod fit inter extraneos, huic opinioni subscribunt

Cifonta. in. d. l. 3. Tauri numero. 7. & eam testatur esse in praxi receptam, & Ferdi. Gom. Ari. ibi numero 5. & pluribus seq. vsque in finem gloss. 2. Dida. Castel. ibidem in verbo entre los hijos, & Anto. Gomez numero. 59. & 60. & Greg. Lupi vir magnæ autoritatis in. l. 7. in verbo a los hijos tit. 1. par. 6. & nostratum primas illustrius Couarru. in epitome de sponsali. 2. par. c. 8. §. 4. numero. 13. in fine, quibus libenter adheo. Moeor ex lege ista, nam postquam de testamento nuncupatiuo agens, adæquauit solemnitatem eius, siue inter filios fiat, siue inter extraneos, subdit hæc verba. Pero en el testamento cerrado que en latin se dize in scriptis: mandamos que interuengan al menos siete testigos. Quæ necessario referenda sunt ad testamentum in scriptis inter liberos factum. Quoniam verba continuata inducunt repetitionem precedentium. l. in repetendis ff. de lega. 3. l. auia in prin. ff. de condi. & demonstra. Cui non obstat dicitio aduersatiua pero, quæ aduersari solet in iure & in facto. l. patris & filij vbi gloss. & docto. communiter maximè Iaso. numero. 6. hanc dicens communem. ff. de vulga. & l. nam cum vterque versu. sed & fortius. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi exim. & ibi docto. & l. sed si lege in prin. ff. de peti. heredi. quia clausula hæc satis aduersatur in facto cū diuersa sint testamenta in scriptis & nuncupatiua, & in iure: quia diuersa solemnitas in vtroque requiritur & constat hanc fuisse mentem legis nostræ, cum ab initio de solemnitate testamenti nuncupatiui loqui inceperit conditi inter liberos vel extraneos. Diuersitas ergo verificatur in re & in facto, prout dixi, in his quæ in hac lege exprimuntur. Cùm igitur in versu. pero en el testamento, generaliter loquatur, nec in eo sit posita aliqua restrictio quoad testamētū inter extraneos vel inter liberos, consequitur generaliter de vtroque debere intelligi. Nam vbi lex nõ distinguit & c. Et ita satisfiet his quæ Marcus Solon tradit pro cõtraria opinione in. d. l. 3. Tauri numero. 85. & 86. [ Secundò constat veritas huius sententiæ ex maiorate rationis in hac lege expressa, quæ eque militat in testamento in scriptis, quàm in nuncupatiuo inter liberos condito: quia testamentum in scriptis maiorem exigit solemnitatem quàm nuncupatiuum, vtpote in quo maior sit suspitio falsitatis, cum testibus non legatur, prout nuncupatiuum legi solet arg. tex. in. l. hac consultissima iū eto. §. per nuncupationem. C. de testam. & expressim hinc videmus maiorem solemnitatem requiri in testamento in scriptis quàm in nuncupatiuo. Sed si in testamento inter liberos in scriptis facto sufficeret duo testes iuxta ius nostrum regium, prout iure communi sufficiunt vt in. d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto secundum communem intellectum. C. de testam. & in. l. 7. tit. 1. par. 6. & in testamento nuncupatiuo eodem iure regio inter liberos confecto, maior testium numerus lege nostra requiritur, nempe, quinque aut tres, vt in lege nostra statuitur, esset profecto contra omne ius omnemque rationem, quæ maiorem, prout dixi solemnitatem exigit in testamento in scriptis quàm in nuncupatiuo, quare ad euitandam huiusmodi absurditatem, necessario concedendum est; verba ista legis nostræ, aora sea entre hijos, aora sea entre estranos, referenda esse ad vtranque testamentum,



mentum, & nuncupatiuum & in scriptis factum, vt vtraque in specie nulla fiat differentia quoad solemnitate in hac lege & l. precedenti expressam, fiant necne inter extraneos aut liberos. [ Quod vtrique vero consonum est, maximè cum in fine huius legis sit apposta clausula decreti irritantis omnia testamenta, de quibus antea meminerat comprehendens, tam nuncupatiuè quàm in scriptis facta inter extraneos vel inter liberos, ac etiam codicillos, ea omnia cassans & annullans, si præfata testamentorum cauerint: his verbis, *Los quales dichos testamentos y codicillos, sino tuieren la dicha solemnidad de testigos, mã damos que no hagan fe ni prouea, en iuxta ni suera del: Tu* quia clausula ista in fine posita refertur ad omnia capitula præcedentia. l. 1. C. de libe. præte. vbi latè Iaso, & docto. Dida. Segu. in rep. l. 3. §. ff. de libe. & posth. num. 81. & 84. & Did. Perez in apostulis ibidem num. 3. tum etiam quia oratio indefinita negatiuè concepta in vniuersum est accipienda, vt in l. si is qui duceta. l. vtrum. ff. de reb. dub. gloss. quam ibi notat Fulgo. in liuris gentium. §. sed si fraudadi. ff. de pact. Deci. conf. 3. & col. 490. Philip. Probus in cap. vt circa de electio. in. 6. Dim. in rub. de reg. iur. in. 6. Hieron. Cagno. in l. 1. num. 8. ff. de reg. iur. cum concordant. & rationibus per Couarrub. adductis. lib. 1. resolutio. cap. 13. numero. 7. Itè indefinita à lege proiata equipolet vniuersali glo. commu recepta in. cap. vt circa de elect. in. 6. Bar. in. l. si pluribus. ff. de lega. 2. cum similibus per Couarr. traditis. d. cap. 13. nu. 8. Cum igitur in lege nostra dicatur *los quales dichos testamentos, debet intelligi de omnibus tam inter extraneos, quàm inter liberos conditis, tamque in scriptis, quàm nuncupatiuis, vt si aliqua ex solemnitatibus in ea descriptis deficiat, irritum sit testamentum.* [ Præterea clausula illa, *ahora sea entre los hijos & c.* in medio posita refertur tam ad præcedentia quàm ad sequentia, vt in cap. secundo requiris de appella. Segura in repe. l. 3. §. ff. numero. 86. ff. de libe. & posth. & Did. Perez ad eum numer. 3. addit plures concordantes, ex quibus tolluntur obiectiones supra tradita. Et quamuis Ferdin. Vaz. d. §. 21. numero. 16. temperet hanc sententiam, dicens non sufficere duos testes in testamento in scriptis inter liberos, sed eos omnes qui per leges nostras exiguntur in testamento nuncupatiuo, nullam tamen reddit rationem, nisi quod hæc lex ita sentiat. Ex qua tamen id colligi non potest. [ Quare alia ex causa eius sententia sustineri poterit, si tamen eam quoquo modo restringas, nempe quia testamentum inter liberos factum censetur habere clausulam codicillarem, etiam si in eo apposta non fuerit ex sententia gloss. singularis in l. cohæredi. §. cum filiar in verbo non valuit. ff. de vulga. quam sequuntur & singularem esse attestantur Ioan. Imol. ibi. 2. col. in fi. & Aret. num. 8. & Iaso. nu. 18. A lex. in. l. si. num. 4. & Ias. nu. 5. C. de codici. idem Alex. in. d. §. ex imperfecto in fi. & ibi Iaso. num. 8. Cor. Curt. Iunior & ceteri, alia glo. similis in l. filij patris. C. fami. xrcif. quam ibi expendit Fulg. & ceteri interpretes, & hanc esse communem sententiã asseuerant Ferd. Vaz. d. c. 21. nu. 64. & Anto. Go. in. d. l. 3. Tau. nu. 62. & ibi Mar. Sol. nu. 178. citas plures cõcor, Curti, Sen. col. 75. nu. 12. Sed clausu-

la codicillaris duplicè operatur effectũ. Primũ circa solenitatẽ, vt si testator nõ adhibuit septẽ testes in testamento, sed tantũ quinque, qui sufficiunt iure comuni ad codicillos faciendos, valeat testamẽtu in vim codicillorum l. si. §. illud. C. de codi. quẽ clausula si apposta nõ esset, vitaretur testamẽtu vt in. d. §. illud, & in. l. nõ codicillũ. C. de testa. Secũdũ effectũ producit hæc clausula codicillaris respectu voluntatis, nempe, vt institutio vel substitutio directè in testamẽto facta obliquetur, & valeat in vim fideicommissi, ita vt heredes legitimi teneantur hereditatẽ restituere hæredi in eo testamento scripto detracta quarta Trebellianica, vt in. l. ex ea scriptura. §. iuncta glo. ff. de testa. l. querebatur. ff. de milita. testa. vbi id notat Oldral. Cin. Bar. Alberi. Bal. Ang. & doct. comu. facit tex. optimus in. l. posthumus §. si paganus. ff. de iniusto rup. vbi Bar. & ceteri id expẽdũt, gl. & doct. in. l. ex testamẽto. C. de fideicõ. Bar. & docto. in. l. 1. ff. de iure cod. Anto. Go. in. l. 3. Taur. nu. 76. & 77. vbi congerit plures effectus clausule codicillaris. [ Hos duos effectus operabitur hodie iuxta ius regiũ testamẽtu in scriptis inter liberos conditũ, etiã si clausula codicillaris in eo apposta nõ fuerit, tacite si quidẽ cõsetur apposto, vt p̄bauĩ nu. p̄ced. quo circa si testamẽtu huiusmodi quinque habeat testes, valebit vt codicillus, vt sic modo loqui liceat, & obliquabitur institutio in eo facta, vt etiã dixi. Quod singulariter & subtiliter docuit Anto. Go. in. d. l. 3. Tau. nu. 65. & Calatayud ibidẽ col. 12. vers. hodie tamen, & ante eos Ioan. Parisi. in. l. 1. tir. 2. li. 5. ordi. cuius verba refert Mar. So. in. d. l. 3. Tau. nu. 180. licet ipse teneat cõtrariũ cõtinuã errorẽ, quẽ asseruerat nu. 64. & pluribus sequod lex ista nõ corrigit iura antiqua in testamẽto in scriptis inter liberos condito, quẽ supra reprobauim⁹ nu. 5. & seq. Nõ tamẽ sufficet hac in specie tres testes vicini seu incolẽ eius loci vbi sit testamẽtu, qui cũ tabellione sufficiunt hoc iure regio ad cõficiendos codicillos nuncupatiuè, vt in hac lege, quoniã codicilli in scriptis quinque testes desiderat iure comuni Imperatorum & regio Partitarũ. l. si. C. de codicil. Gre. Lup. in. l. vlt. in gl. mag. tit. 12. par. 6. Ant. Go. in. d. l. 3. Tau. nu. 65. & 66. Sed iudicio meo fat erit, si codicillus cõtineat tres testes cũ tabellione, vel sine eo si alij reperiri nequeũt, iuxta ius nostrum, sustinetur enim testamẽtu eo modo quo melius valere possit virtute clausule codicillaris, & sic vt codicilli nuncupatiui. [ Stat ergo resolutio vera & recepta, quẽ iure nostro regio eadẽ solẽnitatis exigitur in testamento in scriptis inter extraneos factũ, quẽ inter liberos. Sustinetur tamẽ virtute clausule codicillaris subintellecta cũ quinque testibus si inter liberos fiat, vel cũ tribus iuxta ius nostrũ, vt codicillus nuncupatiuè factus. Superest ergo vt respõdeam⁹ ad ea quã pro priori adduxim⁹ sententiã. Et primũ, quod hæc lex sit correctoria, atq; ideo nõ extẽdenda ex identitate vel maioriãte rationis, nõ obest quoniã hoc falsum, vbi ratio noue legis esset expressa in eadẽ lege correctoria, & militaret in casu ad quẽ volum⁹ facere exceptionẽ secũdũ glo. Bal. & doct. in auth. quas actiones C. de sac. eccl. vt ibi attestatur Ias. nu. 19. & pluribus seq. idẽ Ias. in. l. stipulatio hoc modo cõcepta nu. 12. ff. de ver. obli. & in. l. humanitatis nu. 6. C. de impub. vbi Alex. nu. 5. Cor. nu. 15. & Cur. Iun. nu. 15. Purpu. in. l. si.

nume:

nu. 23. C. de pact. vbi Cur. Iun. n. 9. & Deci. nu. 15. Fort. Garfia. in. l. Gallus. §. & quid si tantũ col. 87. ff. de lib. & posth. Crot. in. l. si cõstare. ff. solu. ma. 2. lectura super 7. q. Bar. Ripa. in. l. nemo potest num. 50. ff. de lega. 1. & ibi Hanibal nu. 349. Couar. in. c. Raynuti⁹ de testa. §. 3. nu. 6. Gre. Natã in. c. quamuis pactũ de pact. in. 6. nu. 32. per tex. in. l. his solis. §. si. ibi, tacite cautũ putamus C. de reuo. dona. & l. cũ mulier. ff. solu. mat. vel quãdo illa ratio pro expressa habeatur, quia vnica tantũ assignari potest gloss. & docto. in. l. quãuis per tex. illũ. C. de fideicõ. & in. c. suggestũ de appel. & in. l. 2. vbi doct. ff. de lib. & posth. & alibi sepe: sed ratio qua fundatur lex nostra, in ea exprimitur, nempe quia maior solẽnitatis exigitur in testamẽto in scriptis quã nuncupatiuo, vt falsitas euitetur, quod de maiori solẽnitatẽ diximus exprimitur in hac lege, quod de euitadã falsitate satis tacite cautũ putamus, cũ nulla alia assignari possit ratio, sed hæc ratio eque militat in testamẽto inter liberos ac inter extraneos, ergo idẽ ius statui oportebit in vtraq; specie. Aliẽ rationes quẽ adduci solẽt pro cõtraria opinione nihil obstat, leuiore enim sunt quã nostra solutione & refutatione egeat. [ Querit hic Mar. So. Bur. in. d. l. 3. Tau. vnde hæc supra fuit nu. 113. an p̄ legẽ istã correctã maneat dispositio. l. si. C. fami. xrcif. cum. quã permittitur patri diuisionẽ bonorũ suorũ facere inter filios corã duobus testib⁹. l. 7. tit. 1. par. 6. Arguit ad partes & deniq; cõcludit correctã esse duplici ratione. Prima, quia cũ pater sub nomine quotẽ diuisionẽ bonorũ suorũ inter filios facit, videtur facere testamẽtu vt dixit glo. magis cõmuniter recepta in. l. quoties. C. fami. xrcif. quã ibi sequuntur Iaco. But. Albe. Bal. Ang. Sa. Paul. Cast. estq; cõmunis resolutio teste Fulgoso in. l. filij patris vbi glo. idẽ tenet. C. eo. ti. Albe. Brun. col. 43. col. 2. Quin & si diuisio fiat, nõ per quotas, sed per singulas res, glossa & doct. superius citati dicunt, talẽ diuisio. e. eputari vt codicillũ, & erit in eo simili rei loc⁹ dispositio huius legis, vt fieri nõ possint cũ duobus testibus, tantã liquidẽ solẽnitatẽ exigit codicillus, ac testamẽtu per legẽ istã, Secũdò mouetur Marc. ne frustrari possit facilius lex ista, si diuisionẽ bonorũ facere possit pater inter filios corã duobus testibus, essetq; falsitati locus, quã euitare p̄tendit lex ista, ex quibus mihi vera videtur eius sententia. [ Telius Fer. in. d. l. 3. Tau. 1. par. nu. 13. & Mar. So. Bur. ibi nu. 134. & sequentibus aduertit circa huius legis intellectũ, quod in testamẽto inter liberos solũ immutatur per legẽ nostrã, quod attinet ad numerũ testiu, in ceteris verò ius comũne manet illẽsũ: vnde specialiter cõcessa testamẽto inter liberos remanẽt in sua obseruatia: quoniã dispensatio circa vnã solẽnitatẽ testamẽti, nõ derogat in alijs solemnitatibus iuri communi, ex doctrina Decij col. 610. nu. 4. & 5. imo lex noua minuens testamentorum solemnitates respectu numeri testium, non derogat qualitati eorũ, vt latè probat Curti. Iunior in. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto nu. 10. C. de testam. & Maria. Socin. Iunior in. l. sciendum numer. 142. ff. de legat. 1. & Paul. Paris. consilio. 32. numer. 36. & 37. lib. 2. Præterea cũ per hanc legem derogentur priuilegia filiorum & parentum quoad numerũ testium, quoad alia omnia ip̄a priuilegia cõprobata & cõfirmata censentur, vt in. l. tribunus. §. cum aliquis &

ibi notat Bal. ff. de milita. testa. tex. in. c. cum capella de priuileg. l. si quis argentum. §. sed siquidem & illic Bal. C. de dona. & quia in eo lex ista corrigit ius comũne, quod in ea exprimitur. l. præcipimus. C. de appella. l. sancimus cum vulgatis. C. de testam. quod potissimum in priuilegijs procedit vt in. l. de curionibus C. de silentiar. lib. 12. & in. l. dotalem & ibi notant docto. ff. de testa. mili. & in. c. tua de dccim. cum concord. à Iaso. cõgestis in. l. sicut certi de mili. testa. nu. 11. Quare Telli & Marci doctrina mihi admodum placet, modo eam intelligas in alijs priuilegijs, non in his quẽ ad solemnitatẽ testium spectat, in his siquidem seruandã esse censeo in omnibus solemnitatibus per legẽ istã & præcedentem requisitam in testamento inter extraneos, inductã siquidem ad augmentum non debent operari diminutionem. l. 3. §. si emancipatus. ff. de contratab. lex aut̄ nostra voluit augere testium solẽnitatẽ in testamento inter liberos, vt falsitas omnino euitetur, non diminuere, vt exemplis infra apparebit. [ Inferunt ex præfata conclusione præcitati doctores in. d. l. 3. Tauri Marc. nu. 142. & Telli, Fer. 1. par. nu. 15. & Ant. Gomez. nu. 53. quod femina potest esse testis hodie in testamento inter liberos, quandoquidẽ iure comũni hoc idem cõstitutum erat, vt nobis insinuãt glo. Bal. & docto. cõmuniter in auth. quod sine. C. de testam. & in. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto vbi Iaso. num. 6. docto. in. l. si. C. de codicil. docto. in. c. relatum. de testamen. Guido papæ quæsti. 538. A lex. col. 70. num. 15. lib. 2. & conf. 128. col. 1. lib. 7. dixit cõmunẽ eã sequutus Guill. Bene. in rep. c. Raynu. in verbo testamẽtu. 1. nu. 65. prope finẽ & 26. Mayne. in. l. quandiu. nu. 96. de regu. iur. vbi ait docto. ita tenere Curti. Senior col. 75. nu. 11. vbi hanc attestatur esse cõmunem Fran. de Ripa in tracta. de peste. 2. partis. q. 2. nu. 19. Deci. in. l. femina nu. 31. ff. de reg. iur. & in. c. quoniam nu. 7. de testib. & ibi Moderniores, cõmunem etiam appellat Gratus conf. 90. nu. 3. lib. 2. Tira. de legibus cõnubialibus. l. 9. num. 47. sed lex nostra nihil immutat nisi in his quẽ attinent ad numerum testiu, non verò ad qualitatem corũ, vt constat ex eius verbis, *La solẽnitad de la ley del ordenamiento del señor Rey don Alonso que dispone quantos testigos son menester, en el testamẽto se entienda.* & c. [ Sed nihilominus contraria sententiã mihi probabilior videtur & in praxi receptior, imo quod femina hodie iure regio nõ admittatur in testes in testamento inter liberos ex rationibus supra nu. 13. in fine traditis, quã obseruat Did. Castell. in. d. l. 3. Tau. glo. in verbo, siete testigos col. 7. & Gre. Lu. summe auctoritatis vir in. l. 7. tit. 1. par. 6. in verbo, a los hijos. Mouemur triplici ratione. Primũ quia leges regni nostri quibus hoc in regno iudicadũ est, vt in. l. 3. tit. 2. de legibus supra li. 2. nõ permittunt villo casu feminas testes esse posse testamẽti, imo id generaliter prohibet, vt in. l. 1. & l. 9. tit. 1. par. 6. & l. 17. tit. 16. par. 3. etiã si sint bonæ famæ vt ibi statuitur, generaliter ergo sunt intelligendẽ l. de precio. ff. de publi. l. nõ distinguemus. ff. de arbit. Secũdò quia non sunt leges iuris communis imperatorũ, quã hoc permittat, sed opinioes doctorũ supra nu. p̄cedentẽ citatorũ quib⁹ nõ pauci cõtraducunt hi sũt Cur. Iun. in. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto nu. 10. C.

10. C. de testam. & Barbati. in capi. relatum colum. 7. **verfi.** non obstat extra de testamen. At iure regio nō astringimur etiam leges Imperatorum, nedum communem opinionem doctorum obseruare in iudicādo nisi quatenus earum ratio nos impellat vt in. d. l. 3. tit. 1. de legibus supra. l. 2. huius recollectionis. Ratio autē quare communis doctorum caterua foeminas in testes testamenti inter liberos admittebat, ea erat, quia solemnitas eius testamenti reducebatur per eos ad ius gentium, quo iure duo dumtaxat testes etiam foeminae sufficiebant, ita assueverant Bar. Paul. & Iaf. num. 6. in. d. §. ex imperfecto & ceteri superius citati num. 14. quę ratio hodie cessat, cum per legem istam in testamento inter liberos non sufficiat solemnitas iurigenitium, quia quinque testes vel tres cum Tabellione exiguntur, cessante ergo hac ratione, nimirum si cesset doctorum communis doctrina, & tum potissimum, cum tractemus de priuilegio, qua in specie in regno nostro non sufficiunt doctorum opiniones, nec leges iuris communis Romanorum, sed lex regni nostri specialiter requiritur, & ita practicatur in regia cancellaria Pincia, saltem in priuilegijs seu exemptionibus personis concessis. [Tertio hæc opinio conuincitur ex verbis legis nostre, la solēnidad de la ley del ordenamiento que dispone quantos testigos &c. ex quibus constat per legem nostram confirmari solemnitatem in lege ordinationum legis Alfonso traditam in testamentis nuncupatiuis extraneorū, & extendi ad testamenta parentum inter liberos condita, nec restringi ad numerū dumtaxat testium, & illa verba quantos testigos, gratia exempli posita sunt, quæ non arctant regulam. §. hæc exempli insti. de excep. l. scire oportet. §. vlti. vbi Bart. numer. 7. citat concord. ff. de excusa. tuto. & gratia demonstrationis apposita etiam censetur, vt de lege ad quam fit relatio constaret, hoc enim sufficit, licet omnia verba legis ad quam fit relatio, non inferantur, quia nulla alia lex ordinationum regis Alfonso tractat de solemnitate testium præter illam arg. tex & quę ibi notatur per docto. in. l. 2. ff. de lib. & posth. & quod demonstrationis causa fuerint apposita, constat ex dictione quę, est quippe dicitio relatiua apud Latinos, quę refert in alio loco contenta, cum suis qualitatibus. l. a filio. §. testator. ff. de alim. & ciua. lega. l. 1. §. sed cū plures & ibi Bar. ff. si fam. fur. fe. dica. l. 1. in prin. ff. de recep. cū cōcord. per Deci. traditis cōf. 539. nu. 9. & cōf. 449. col. 1. per Tiraq. de legi. connub. glof. 7. numero. 183. Rip. in. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iu. & ostendit summarie quę in eo continetur, quę admodum de dictione videlicet dicit. Bal. in. l. 1. ff. quando actio de pecu. annal. est & Curtius Senior cōf. 51. nu. 18. ad mediū. Sed si lex nostra diceret. *La ley del ordenamiento, en quanto dispone quantos testigos son menester se entiendo &c.* Procederet fortē sententia Antonij Gomez & Marci Burgenis & Telli Fernandez in. d. l. 3. Tauri numeris numero. 14. citatis, vt coartaretur eius legis dispositio ad numerum tantum, non ad qualitatem testium, dicitio siquidem quatenus seu in quantum, est dicitio restrictiua, vt ad expressa tantum referatur, non ad alia. Sed hoc non dicit lex ista quę alia verba continet videlicet. *La solemnidad de la ley del or*

*denamiento del Rey don Alonso.* [Et quia ex hoc non erat nota lex, plures siquidem leges fecit Alfonso ad eam demonstrandam & insinuandam subdit hæc verba] *que dispone quantos testigos, &c.* quod quidem verbum quātos, non ad numerum testium solum refertur, sed ad qualitatem, & fidelitatem eorū ex propria significatione & ad magnitudinem, vt probat optime Alcia. in libro de eo quod interest. c. 2. nu. 5. ex quibus dā locis Virgilij, & ex iuriscōsulto in. l. quāte. ff. de publicā. ibi, quāte audaciz quāteque temeritatis sint publicanorū factiones, cui adde Cicero. ad Atticum li. 2. dicentē [videre mihi videor tantā dimicationē quāta nūquā fuit, & iterum pro Milone, scio, inquit, quanta, & quam sollicita cupiditas sit consulatus] & Terenti. in Heuton. quanta de spe decidi. Tiraq. lib. 1. de restra. §. 1. glof. 21. numero. 3. alijs legum autoritatibus hoc idem probat, licet Alciatum immerito reprehendat, quatenus constituit discrimen inter quantum & quantitatem. Et hoc clarius ex lege nostra expendes si consideres eius præcipuam decisionem non tam ad testamenta inter liberos referri, quā ad testamentum nuncupatiuum inter extraneos conditum, vt de eo lo qui intelligatur lex ordinationi, non de testamento in scriptis, in quo plus quā notissimum est non sufficere quinque vel tres testes, nisi sint vicini seu incolę eius loci vbi fit testamentum, sint quę masculi & non foemine vt in. l. precedenti latius probauimus. Quomodo ergo in testamento inter liberos, de quo incidēter loquitur, hæc verba ad numerum tantum testium referemus? In vtroque enim casu idem statuere debemus quod Marcus Burgenis sibi parum constans in eadē. l. 3. Tauri nu. 266. & seq. asseuerat scilicet, q̄ in testamento inter liberos testes debent esse vicini & bene fundat. Nec oberunt adducta in contrarium per eundem Marc. Solon. & Tellium Fer. quippe quorum rationes falso fulciuntur fundamento, non enim est lex ista correctoria iuris communis, sed communis opinionis, seu vt recti⁹ dixerim erroris. [Sed quęro, quæ sit ratio decidendi legis nostre? Respondeo quia leges iuris communis opinionesque doctorum, quibus solēnitas testamentorum relaxabatur, in testamentis inter liberos conditis in eorum fauorem, potius dampnū quā fauorem liberorum præ se ferbant, quandoquidem irrito factō testamento ex causa deficientis solēnitatis legata non debentur: nec alia contenta in testamento, vt in hac lege dicitur in fine, & hoc liberis accrescet quia vniuersa bona inter eos equaliter diuidētur, cum ab intestato succedāt. Atque ideo visum fuit legislatori æquius, vt eadem solēnitas in testamentis inter liberos interueniat, quę in testamentis extraneorū. Ex quo inferitur q̄ testamētū inter liberos tūc censetur habere clausulā codicillarem, & clausulam derogatoriam, & tunc rumpere testamētum habens clausulam derogatoriam, [iuxta notatā in. l. coheredi. §. cū filiz. ff. de vulg. & in auth. hoc inter liberos. C. de testam.] quando filio ytile fuerit non aliās, quia hæc priuilegia non corriguntur per legem nostram, vt latē probat Marcus Solon Burgenis in. d. l. 3. Tauri num. 177. & seq. & num. 183. & 184. & seq.

GLOS.

**G. L. O. S. III.**

1. *Testamentum sui natura non exigit scripturam.*  
 2. *Contractus sui natura nō exigunt scripturam, ibi.*  
 3. *Testamentum in scriptis quomodo fiat? & de eius solēnitate iure communi requisita.*  
 4. *Testamenti in scriptis solēnitas iure regio, & in quo corrigatur ius commune.*  
 5. *Testium subscriptio pro omnibus quomodo fiat, ibi.*  
 6. *Testium signacula in testamento in scriptis non exiguntur hodie.*  
 7. *Hæredis nomen an debeat scribi in testamento in scriptis, ibidem.*

**b** *Testamento cerrado.* Testamentum est actus, qui sui natura scripturam nō magis exigit, quā quilibet actus inter viuos, hæc est vera & receptissima sententia secundum Soci. cōf. 142. lib. 1. & Gre. Lupi in. l. 2. tit. 1. par. 6. in verbo en poridad, idem attestatur Ferdin. Mencha. lib. 3. de success. creatio. §. 25. numero. 21. & seq. Ex accidenti tamen, id est, ex voluntate testatoris in scriptis testari volentis, testamentum exigit scripturam, & solēnitate. l. hac consultissima. C. de testa. & legis nostræ, quemadmodum & actus seu contractus inter viuos celebratus, qui sui natura nullam exigit scripturam, ex accidenti tamen, & sic ex voluntate contra hēriū scripturam exigit, vt in prin. insti. de emp. & vē di. l. contractus. C. de fid. instru. l. 6. tit. 5. par. 5. quando autem id velle dicantur contrahentes, explicat Greg. Lupi in. d. l. 6. glo. 1. & 2. Anto. Gomez qui melius ceteris loquitur, tomo. 2. variarum resolutionum capit. 2. numero. 17. Sed caue ab his quę dixit Ferd. Vaz. lib. 3. de success. creatio. §. 26. numero. 22. [Testamentum in scriptis fit vt plurimum in scriptura priuata clausa vel sigillata, cuius solēnitas apponi debet supra eam dem scripturam, nempe, septem testes iure communi masculi, puberes, liberi, rogati quę cū signis & subscriptionibus eorum, & coram eis testator vno eodemque tempore dicere & asseuerare tenetur, eam scripturam suam esse testamentum, & si scribere sciat manu propria se coram eis subscribere, at si ignoret octauus adhiberi debet testis, qui pro eo subscribat, vt in. l. hac cōsultissima. C. de testam. l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. de quo latē tractat Anto. Gomez in. l. 3. Tauri numero. 23. & seq. [Sed iure regio per legem nostram aliqua immutatur, non enim hæc lex exigit testium rogatum, nam licet alias solēnitates dinumerat, huius non meminit, hæc fuit sententia Ioan. Lupi in. d. l. 3. Tauri num. 66. cui assentiuntur Anto. Gomez ibidem numero. 29. & Did. Castelli in glo. vlti. colu. 3. quibus accedo hac in specie, quia testes se subscribunt, atque ideo censentur rogati, vt ex communi opinione resoluiamus supra eo. l. 1. glo. 8. numero. 8. atque ita concordari possunt opiniones nostratum tenentium contrarium vt ibi dixi. Iniquum enim esset omisionē a legis solēnitatis subuertere testamenta, quę mortuo testatore restaurari nequeunt contra. l. 1. C. de sacro. eccles. & quia loco huius leuissimę solēnitatis subrogatur alia grauior,

quod interueniat tabellio, vt in glof. 4. apparebit, qui ante communi, non desiderabatur, quando quidem testamentum in scriptis absque tabellione fieri potest, modo testatore mortuo publicaretur secundum Soci. cōf. 226. numero. 3. lib. 3. & est communis sententia teste Ferd. Mencha. lib. 2. de success. creatio. §. 15. numero. 18. Tertio legitiostra immutatur, quod si testator subscriptionem facere ignoret, vel non possit, non est necessario adhibendus octauus testis, qui pro eo subscribat, sed satis est, quod vnus ex septem testibus pro eo subscribat, vel pro alijs testibus ignorantibus, vt ex lege nostra expendit Anto. Gomez in. d. l. 3. Tauri, vnde hæc sumpta fuit, numero. 31. qui mouet pūbicum dubium, an in huiusmodi testamento in scriptis sufficiat vnica subscriptio testis, quam facit pro se & alijs scribere nescientibus. Et arguit ad partem, & denique concludit attenda dispositione legis nostre, vnica subscriptio non sufficere, sed octo interuenire debent subscriptiones, eiusdem & septē pro se & ceteris testibus, & vnā pro testatore scribere ignorante, quod verum esse existimo, idem sentire videtur Marcus Soto in. d. l. 3. Tauri numero. 183. & sequ. & responderet ad l. nostrā, quod pluralitas resoluitur in singulari, item l. falsa. §. si quis. ff. de cond. & demonstra. cum alijs, ibi citatis: & viginti casus quibus testium subscriptiones non exiguntur, refert Fer. Vazquez lib. 2. de success. creatio. §. 14. numero. 119. & sequen. [Quarto hodie nō requiruntur testium signacula, sed subscriptiones eorū dumtaxat, quamuis iure communi Imperatorum & regio Partitarū id exigeret vt in. d. l. hac cōsultissima. C. de testam. & l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. ita ex lege nostra expendit Anto. Gomez in. d. l. 3. Tauri numero. 33. qui numero seq. probat etiā hodie id exigi, vt vno eodemque tempore, & cōtextu coram testibus testator asserat, illud esse suum testamentum, prout in. d. l. hac cōsultissima & d. l. parti. desiderabatur, nec satis erit dicere hodie coram tribus testibus, hoc esse suum testamentum & cras coram quatuor id repetere: Nec hodie exigitur, quod testator in instrumēto signato manu propria scribat nomen hæredis, etiam si scribere nō ignoret, nec per alium si ipse nesciat, prout requirebatur per. d. l. hac cōsultissima, nec quod voce propria nuncupet coram testibus, vt in. l. iubemus. C. de testa. sed sufficiat quod per alium nomen hæredis scribatur in scriptura signata vt in auth. & non obseruato. C. de testa. & in corpore vnde sumpta fuit vt sponsali. largi. §. quia vero ante colla. 9. l. 2. tit. 1. par. 6. glof. & cōm. docto. in. d. l. hac cōsultissima & d. l. iubemus. C. de testam. Vide tamen quæ circa hæc signacula dicam infra in glof. §. numero. 2.

GLOS. III.

1. *Testium qualitates in testamento in scriptis an hodie requirantur?*  
 2. *Testes esse vicinos loci vbi fit testamentum in scriptis non requiritur hodie iure regio.*  
 3. *Siete testigos.* Hi septem testes qualitates habere oportet iure communi & Partitarum requisitas, quod sunt masculu-



in seculi, puberes, liberi, & cetera supra eo. l. 1. glo. 8. per totam. [ Non vero requiritur quod sint vicini seu in colle eius loci, ubi fit testamentum, quia licet in l. 1. precedenti hoc exigatur in testamento nuncupatio, in hac lege hoc non requiritur in testamento in scriptis, vt optime probat Marc. Solon Burgen. in. d. l. 3. Tauri numero. 5. 1. & pluribus seq. quod hodie est declaratum per l. precedentem.

G L O S S. IIII.

1. Testamentum in scriptis an possit fieri absque tabellione iure regio, & numer. seq.

2. Testamentum in scriptis absque tabellione fiebat iure communi & partitarum, sed tunc egebat publicatione, ibidem. & nume. seq.

3. Lex publicati. C. de testam. an corrigatur per l. nostram? & num. 4.

4. Lex nostra interpretatur.

5. Tabellio an loco testis adhibeatur?

6. Testamentum in scriptis quando fieri possit absque tabellione iure regio?

7. Necessitas facit, vt aliquid de solemnibus relaxetur, ibidem.

8. Tabellio an debeat esse rogatus.

9. Tabellio quando presumatur rogatus? vide tres casus. numero. 7. & 9.

10. Tabellionis loco ubi non inuenitur an sufficiat adhiberi octauum testem in testamento in scriptis vel cecis?

d. Con uenescibano. Ex his verbis collige, quod testamētum in scriptis hodie iure regio non pot. fit fieri absq; tabellione. Sed videtur contrarium esse verius, imo quod possit fieri absque tabellione in scriptura priuata, sequuta post mortem testatoris publicatione legitima, prout iure cōmuni & legibus Partitarum fieri poterat. l. publicati & illic docto. C. de testam. l. 3. tit. 2. par. 6. glo. ab omnibus recepta in. l. 2. in prin. cui ibi assentiuntur Bar. & docto. ff. quem. testa. aperi. Inno. & alij in cap. vlti. de fide instru. cum concord. à lasone cōgestis in. d. l. publicati. 2. col. & à Didaco Castelli in. d. l. 3. Tauri in verbo nuncupatio colu. 4. [ Præterea lex nostra tractat de scriptura publica testamenti in scriptis, ad hoc enim vt valeat huiusmodi testamētum sine publicatione, exigitur tabellio, non autem corrigit. l. publicati, & leges parti. cum ea concordantes, sed hūc casum omisit, quādo quis testari vellet in scriptis absque tabellione, iuxta ius commune Imperatorū & regium Partitarum, hac enim in specie valet testamētum, si post mortem testatoris fuerit publicatum, ex quo videtur, ita debere intelligi legem nostram, ne probationes restringātur, leges siquidem, ampliari non restringi, præcipiunt, vt in. l. 1. ff. de testib. l. ad monendi. ff. de iure iu. l. bonæ fidei. C. de reb. credi. & quia vertitur publica utilitas in cōseruandis testamentis, & iustis testatorum voluntatibus, l. Gallus. §. quid si is, ubi glo. notat in verbo vtilitate, ff. de lib. & posthu.

& ibi Bal. Paul. & ceteri interpretes. l. vel negare. ff. quem. testa. ape. l. 2. C. vt in poss. lega. l. in testamentis, ff. de reg. iur. non ergo videtur irritandum esse testamētum in scriptis, licet tabellio in eius confectione non interuenerit. Inducitur etiā lex nostra quatenus irritat testamēta non habētia testium solemnitate in ea scriptam, non autem irritat, quæ tabellione caruerint, si ergo absque eius interuentu cōficiatur testamētum in scriptis seruata solemnitate iuris cōmunis, valebit si mortuo testatore solemniter publicetur, & hāc sententiam tenet Ioan. Lupi in. l. 3. Tauri nu. 14. 23. & 55. & 52. & Did. Castelli in verbo, testamento cerrado, & Marcus Solon Burgen. ibidem num. 1029. & seq. & Greg. Lupi in. l. 3. in verbo debent & in. l. 4. in verbo scripto tit. 2. par. 6. & expressius in. l. 1. in verbo otro si dezimos, ti. 1. eadem par. 6. [ Verum his minime obstantibus contrarium probabilius & receptius videtur, nempe, quod iure nostro regio non valeat testamētum in scriptis absque tabellione. Hęc etenim lex pro forma tabellionem requirit in testamento in scriptis & eius signum, enarrans quippe eius testamēti solemnitates, tabellionis interuentum, & eius signum exprimit requiri. Sed lex plura requirens ad perfectionem cuiuspiam, actus omnia pro forma exigere videtur, vt que adeo vt si quid eorū deficiat corruat actus l. cum hi. §. si prætor ubi Bar. & ceteri interpretes. ff. de trāsa. l. constitutionibus. ff. ad municipa. l. Iulianus. §. si quis rem versi. mutata. ff. ad ex. iben. l. magis puto. §. nō passim & quali per tota in legē. ff. de reb. cor. l. qui Romę §. Flavius. ff. de verbo. obliga. Secundo hoc probat lex nostra, ex eo quod exigit octo adhiberi subscriptiones, septem testium, & ipsius testatoris, & insuper signum tabellionis, interuenire ergo debet tabellio. Nec oberit si dixeris, ideo tabellionem hac lege requiri in testamento in scriptis, vt valeat vt instrumentum publicum & absque vlla publicatione, non tamē ex hoc prohibet lex, valere testamētum in scriptis absque tabellione, vt scriptura priuata, quæ exigit publicationem, vt sustineri & fidem facere possit: quoniam hoc refellitur, si consideres eam legem hoc non aperire, nec huiusmodi distinctionem facere, sed pro forma requirit tabellionis interuentum in testamento in scriptis, eiusque sigillum, ergo absque tabellione non valebit. [ Nec obstat. l. publicati. C. de testam. nec lex par. cum ea concordans, quia antiquatę sunt, & per legē nostrā correctę. Nec poterit dici casus iste cōmissus sed expressus cum expresse dicat lex ista. *Pero enel testamento cerrado, que en latin se dice in scriptis mandamos que interuengan alomenos siete testigos cō vn escriuano.* Quasi sentire velit lex nostra, non alias fieri posse testamētum in scriptis, nisi coram tabellione & septem testibus, lex siquidem præcedens, ad quam se ista refert, dederat formam faciendi testamētum absque tabellione, quam egredi non licet, quare dici nō potest, probationes ex hoc restringi. nec debet aliquid ex sol. mibus relaxari, etiamsi in testamētorum cōseruatiōne publica versetur utilitas. Nec me mouet vltima appensio legis nostrę, quandoquidem in eius initio tractat de testamento nuncupatio, & codicillis, & multipli genere vltimarum voluntatum: in quorum quolibet peculiaris desideratur forma, nec in omnibus qui

quiritur tabellio, atque ideo in vltima clausula actū annullatiua non repetit hanc solemnitate, sed testū dumtaxat, ne forte quis deciperetur, credens in omnibus actibus, de quibus antea tractauerat, tabellionem exigi, ita respondet huic obiectioni Anto. Gomez in in. d. l. 3. Tauri nu. 41. Sed mihi non satisfacit respōsio, poterat enim legislator omnia comprehendere, si solū dixisset, si præfatę solemnitates quoquo modo defecerint fit actus nullus, absque eo quod exprimeret testium solemnitate. [ Poteris tamen respondere, quod tabellio loco testis adhibetur. l. Domicius Labeo iuxta glo. vlt. ff. de testam. & ibi Bar. nu. 3. l. hac consultissima. §. sed quia. C. qui testa. face. poss. iuncta glo. in verbo octauum, auth. de fide instru. §. oportet colla. 6. Et si quis obiecerit, hęc procedere, ubi agitur de probādo actum per testes non per instrumenta, vt tūc tabellio loco testium computetur, vt in. d. l. Domitius notant gl. & doct. secus ubi agitur de probādo actū per instrumentū, vt in specie nostra, quia tunc non cōsumatur inter testes, iuxta notata per glo. & docto. in. d. l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss. & in auth. de instru. fide. §. sed infra scriptā iuncta gl. notat Bal. in auth. sed nouo. C. si cer. pet. & hęc est communis opinio teste Alex. conf. 133. nu. 17. & cōf. 146. nu. 9. lib. 2. idem asseuerat Guill. Bened. in repe. c. Raynūtius in verbo testamētum. t. nu. 10. vers. nec tunc, extra de testam. Paul. Paris. conf. 34. nume. 4. lib. 2. Respondere licebit, quod licet non computetur tabellio numero testium ad validitatem scripturę requisitorum: lex tamen vltra testes in scriptura requisitos habuit cōsiderationē ad tabellionē, quem reputauit loco vnus, imo & duorum testium, vt probatur in hac lege, vt ex ea expendit Couar. in. c. cum elles nu. 2. de testam. & Ioan. Lupi in. l. 3. Tauri vnde hęc sumpta sunt nu. 44. ubi autem tabellio interuenit in testamento, vel in alio instrumento vt testis, non vt tabellio de instrumento rogatus, vicem habet vnus tantum testis, vt in. c. nuper de testib. Ioan. Lupi ubi supra. [ Ex quibus firma manet conclusio nostra, quod iure regio requiritur tabellio in testamento in scriptis: hęc fuit sententia Cyfontani in. d. l. 3. Tauri nu. 2. & Antonij Gomez ibi numero. 38. & tribus sequent. quibus accedit Ferdi. Vaz. Mencha. lib. 2. de successio. creatio. §. 15. numero. 17. & latissime lib. 3. §. 21. nu. etiam. 21. vers. sed verior, quorum sententia mihi admodū placet. Limitatur tamen, vt procedat, quoties reperitur tabellio in loco ubi fit testamētum, sin autem in eo non reperitur tabellio, fat erit hac in specie, si testamētum fiat in scriptura priuata iuxta formam. d. l. hac consultissima. C. de testamē. & d. l. 1. & 2. tit. 1. part. 6. & mortuo testatore publicetur, & in publicam redigatur formam, iuxta formam. d. l. publicati. C. de testamē. quod voluit Ioan. Lupi in. d. l. 3. Tauri. num. 55. quod tamen intelligo, si testator propter grauitatem infirmitatis non potuit commodē nuncupatiōe testari, sed scripturam priuatam quam habebat dixit esse suum testamētum, tunc nimirum si propter necessitatem de solemnibus relaxatur, prout fieri solet, secundum Corne. Alexan. & Iaso. post antiquos ibi in. l. casus per illum text. C. de testamē. idem voluit Paul. Paris. confil. 33. numero. 28. lib. 2. vbi plures

allegat & conf. 46. numero. 23. & 24. lib. 3. Iaso. & Hannibal in. l. nemo potest numer. 23. & pluribus sequent. ff. de lega. 1. cum concordant. per Ferdinand. Vazquez triditis lib. 3. de successio. creatio. §. 24. numero. 3. Conuenitur hęc sententia, quia in grauiori specie, hoc est, ubi deest copia testium, solet testamētorum solemnitas relaxari, vt resoluit idem Paris. conf. 32. numero. 2. & 17. & melius confilio. 33. numero. 28. 29. & 30. latē. Deci. conf. 284. columna. 2. in prin. Corne. Alexan. & Iaso. & ceteri omnes in. l. fi. per illum text. C. de testa. & hęc est cōmunis opinio teste Ferdinand. Menchaquens. d. §. 24. numer. 5. Nimirum ergo si propter necessitatem possit testamētum in scriptis fieri absque interuentu tabellionis, sed in scriptura priuata, quæ post mortem publicetur. Quomodo autem fiat huiusmodi publicatio, tradit optime Anto. Gomez in. d. l. 3. Tauri numero. 35. 36. & 37. aliquos congerit Marcus Solon ibi numero. 1036. à quibus hęc materia latē discutitur. [ Sed est quæstio, an tabellio coram quo fit testamētum in scriptis debeat rogari necne, vt testamētum valeat? Et communiter doctores censent, esse rogandum, aliās testamētum vitiabitur & corruet, secundum Alexand. conf. 133. num. 7. per tex. in auth. de tabellio. §. nos autem colla. 4. & ibi notatur, & in cap. cum. P. tabellio, ubi gloss. & doct. extra de fide instru. Ferdinand. Vaz. lib. 2. de successio. creatio. cap. 15. nume. 9. Neque tabellio præsumitur rogatus, nisi hoc constet testibus vel coniecturis. Sunt autem coniecturę quibus hoc presumemus, si tabellio in instrumento asserat se fuisse rogatum, secundum Innocen. & alios in. c. 1. de fide instrum. specul. & Ioan. Andr. in titulo de instrument. edi. §. breuiter, idem voluerunt Bart. & alij in. l. sciendum. ff. de verb. oblig. l. 54. tit. 18. par. 3. ibi. *E por ruego e mandado dellos escrebio esta carta publica, &c.* Quam sententiam communem esse attestatur Alex. d. conf. 133. nu. 9. li. 2. & in. d. l. sciendū nu. 42. & ibi Ang. & Imol. idē Ange. in. l. quæcunq; §. vlt. ff. de publicia. & in cōf. 206. Ferd. Vaz. lib. 2. de successio. creatio. c. 15. nu. 10. Paul. Paris. cōf. 28. nu. 51. 52. & 53. lib. 2. Deci. cōf. 11. nu. 13. [ Quinetiam præsumitur rogatus si notarius scribit & subscribit testamētum, ita cōsultat Anto. de Prato veteri inter cōsilia Alex. conf. 73. nu. 7. lib. 1. idem Alex. conf. 48. lib. 5. & Bald. in rub. C. de fide instru. col. 3. & in. c. cū in iure peritus in fi. de offi. delega. & conf. 22. in fi. lib. 1. & confilio. 158. lib. 2. Sali. in auth. nisi rogati. C. de testib. Imol. in. l. hæredes. §. 4. in testamētis. ff. de testamē. Egid. de Bellamera decif. 267. gloss. & Bart. in auth. de tabellio. §. nos autem, decif. Tolosa. 182. Areti. & Iaso. in. d. l. sciendum ff. de verbo. oblig. Corne. conf. 151. lib. 1. Anto. Ruben. conf. 45 in fi. Lamplan. in rep. c. quoniam cōtra verbo testū depositiones nu. 40. de probati. quę sententia vera est & cōmunis, secūdū Carol. Molin. ad Alex. d. conf. 133. nu. 9. lib. 2. & in fortioribus terminis hoc respōdit Deci. cōf. 11. nu. 17. vers. 5. & hęc opinionē vsus approbavit, cōsuetudo, & stylus notariorum in nostro regno, qui omnino attendendus est & seruandus, iuxta tradita per Deci. d. conf. 11. num. 12. quam cōsuetudinem probare poteris ex inspectione plurium instrumentorum, vt inquit, Bal. in. l. 1. col. vlt. vers. sed hic quæro. C. ad Velleya. Ang. confil. 140. columna. 2.



9 Deci. d. conf. ii. n. m. 9. vers. ad hoc fundamentū. [Præsumetur etiam notarius rogatus si in protocollo scripserit se publicasse testamentum, ex sententia Bart. in l. sciendum nu. ii. ff. de verbo. oblig. cui assentitur Paul. Paris. d. conf. 28. nu. 54. & sequen. lib. 2. Ferdinand. Vaz. d. 6. 13. nu. 10. cuius limitationes necessarię non sunt secundum opinionem supra numero præcedenti traditam. [ Verum hic advertere oportet non sufficere adhibere octauum testem loco tabellionis, vt in testamento cæci statuitur in l. hac consultissima. & c. m. humana. C. qui testa. fac. poss. non enim faciet fidem, vt scriptura publica, prout autumat Ioan. Lupi in. d. 1. 3. Tauri nu. 55. sed vt priuata scriptura publicari debeat, iuxta sententiam Marci Solon. Burgen. ibi nu. 1037. & sequen. eo quod idem censeant in testamento cæci Nicol. Matth. Bald. Sali. Fulgo. Alex. & Corne. & cæteri interpretes in. d. 5. at cum humana.

GLOSS. V.

- 1 Subscriptiones testatoris & testium, an iure communi exigebantur in testamento in scriptis? Firma an sit idem quod subscriptio ibid. & nu. seq.
  - 2 Robur testatoris & testium, in quo nomen & cognomen apponitur sub quibusdā characteribus, an loco subscriptionis, an verò loco signaculorū successerit.
  - 3 Testamenti in scriptis sigill. ab l. ca. sunt apud nos. Subscriptio testatoris an præcedere debeat subscriptionem testium ibidem.
  - 4 Subscriptio testatoris in testamento in scriptis introclusa an sufficiat, an verò oporteat subscriptionē facere supra testamentum? Subscriptiones fieri debent corā tabellione et testib⁹ ibi.
  - 5 Subscriptiones testatoris & testium, an collocare sufficiat in papiro albo, an debeant supra testamentum ipsum in scriptis collocari?
- Ellos y el testador. Mouet hic dubium Marcus Solon Burgen. in. d. 1. 3. Tauri nu. 1080. & seq. an subscriptiones testium, & testatoris ante legē nostrā essēt necessarię in testamēto in scriptis, & concludit subscriptionē requiri, sed nō, quā Hispano sermone dicimus firmā latine robur, quoniā hæc postquā edita fuit pragmatica sanctio Complutensis, quę est. l. 13. tit. 25. de tabellio. supra lib. 4. huius recollectionis, in omnibus instrumentis exigitur, antea verò subscriptio hæc erat, ego Titius profiteor me fecisse hoc testamētū, prout in hac cartha est scriptū, & subscriptio testium sub hac fiebat forma, ego Petrus sum testis huius testamenti à Titio me præfente confecti. vt in. l. 1. & 2. tit. 1. part. 6. Dicit item idem Marcus Solon loco subscriptionum prædictæ formæ, quæ non sunt in vsu, subrogatas fuisse firmas. [ Sed iudicio meo firma hæc in qua nomen propriū, & cognomen testatoris, vel testium apponitur sub quibusdā characteribus, & signis propria manu factis, loco signaculi iure antiquo requisiti subrogatur. E sub scriptio antiqua, de qua num. præcedenti minimus. Hodie etiā à notario ipso ponitur sub hac forma. En la ciudad de la Plata a tantos dias de tal mes, y tal año en presencia de mi el escribano, y testigos de yuso escritos, su lano vezino de tal lugar, estando a lo que parescia enser-

mo & c. dio y entrego a mi fulano escribano, ante los testigos aqui contenidos, esta escriptura cerrada y sellada, la qual dixo, que es su testamento y vltima voluntad, & c. Ecce formā cōfectionis & subscriptionum à tabellione relatā, [quod iure fieri potest, iux. text. & ibi tradita per doct. in. l. iubemus. C. de testam.] quod suis postea sigillis seu firmis roborant testator ipse & testes, scribendo nomē propriū eorū & cognomē, sub dictis characteribus & signis, tabellio autē alio signo cōfue to robur suum adijcit instrumento. De robore autem seu subscriptione testatoris alibi diximus, nēpe, in. l. præcedenti. gl. 3. nu. 7. 8. & sequentibus: adde Aymon Crauette de antiquitate temporū. 1. par. nu. 166. vsque ad numero. 193. [Nec huic mæ cōsiderationi obstat, sigilla per leges antiquas requisita abolita esse, vt censent Ioan. Lupi in. d. 1. 3. Tauri nu. 52. & Dida. Castellin in verbo enzima, & Marcus Burg. nume. 1120. & 1121. Greg. Lupi in. l. 14. tit. 1. par. 6. C. c. ar. in. c. cum c. l. col. 2. de testa. quoniā vera est eorū sententia, cui nō repugnat quod dixim⁹ loco signaculorū subrogatū fuisse robur, quā Hispanè firmā dicimus, cui nomen propriū & cognomen sub signis, & characteribus apponitur, eod. enim hæc duo tendunt, nēpe, ad designandum personā testatoris vel testium. Nec refert an robur hoc & subscriptio testatoris antecedit testium subscriptiones, vel eas sequatur, vt resoluit Marc. Solō in. d. 1. 3. Tauri nu. 1125. & seq. solet tamē cōmuniter subscriptio testatoris præcedere. [Has præterea subscriptiones supra testamētū fieri præcipit lex nostra, nec sufficiet subscriptionē testatoris intra ipsum testamētū adesse, debet liquidē testes, & tabellio videre robur propria manu supra testamētū adiectū, aliās tabellio non pot, eius subscriptionis, & roboris & cōsensu fidē adhibere quia nō vidit introclusam subscriptionē, quod latè probat Marc. Solō Bur. asseritq; se ita obtinuisse in causa ardua in. d. 1. 3. Tau. nu. 1145. & pluribus seq. Quā extēdit nu. 1156. etiā si testator corā tabellione, & testibus asserat illā subscriptionem introclusam fecisse, & postea subscriptio introclusa inueniatur, quia hæc testatoris assertio, non sufficit, nisi subscriptione & robore proprio confirmetur corā tabellione & testibus, vt in. d. 1. 3. tit. 25. de tabellio. supra lib. 4. l. hac cōsultissima. in prin. & l. cū antiquitas, & l. si nō speciali. C. de testa. l. 2. ti. 1. par. 6. notat Gofre. in. l. ad testium. & si quis ex testibus nu. 48. ff. de testa. A. f. d. c. 143. At si subscriptio introclusa fiat corā testib⁹ & tabellione, sufficere credere, quicquid dixerit Marc. Solō in. d. 1. 3. Tau. nu. 1158. & seq. quia hæc verba legis supra testamētū, posita sunt à cōmuniter accedentibus, si tamē legislator fuisset interrogat⁹ de hoc casu, qui raro cōtinget, verisimiliter respōdisset & hoc sufficere, ergo id dispositū esse cōfessur gl. cōmu. recepta in. l. tal. pactū in fine. ff. de pact. [Attēdēdū etiam est solēnitatem istā subscriptionū testamētū in scriptis, nō in papiro albo esse collocandā, sed à tergo testamētū scripti, ita, vt nō sit vllus falsitati locus, vt cōstat ex verbis legis nostrę. Encima dela escriptura del dicho testamēto, & l. fi. ti. 2. par. 6. & l. 3. ti. 2. par. 3. & l. 2. tit. 1. par. 6. & l. hac cōsultissima. C. de testam. ex quibus hoc probat Marc. Solon Burg. in. d. 1. 3. Tauri nu. 1161. & seq.

GLOS.

GLOSS. VI.

- 1 Alternatiua in copulatiua quandoque resoluitur. Actus quilibet scientiam requirit & potentia, ibi.
  - 2 Testis scribere ignorans non poterat iure communi per alium se subscribere testamento in scriptis. Testis vnus pro alijs & pro testatore scribere ignorantibus, potest subscriptiones facere iure regio, ibid.
  - 3 Testis octauus adhibendus erat iure communi, qui pro testatore ignorante subscriberet, iure regio non, sed quilibet ex septem testibus potest pro testatore subscribere. Testator vel tabellio non potest pro testibus scribere ignorantibus se subscribere, ibidem. Testis vnus an pro omnibus subscriptiones facere possit ibidem, remissiuè.
  - 4 Subscriptio per testatorem an fieri possit, alio gubernante eius manum palpitantem? Subscriptio an fieri possit per eum qui scribere nescit, vel manum non habet alio gubernante? ibidem.
  - 5 Subscribens se actui pro alio debet nomen propriū subscriptioni apponere, non eius pro quo se subscribit.
  - 6 Subscriptio si pro alijs fiat in testamento, an vnica sufficiat subscriptio vel plures, ita quod octo subscriptiones, & non minus in eo adsint? Officio duplici qui vtitur, nō sufficit vnus actum agere, sed binos facere oportet, ibidem.
  - 7 Testamentum factum in vna cartha à vno simul & vxore, an duplicem exigit testium solemnitatem, vel vnā tantum? remissiuè. Testamentum à duobus confectū, an confirmetur morte vnus? ibidem.
- Y si no supieren y el testador no pudieren firmar. Quando lex nostra loquitur affirmatiuè ponit coniunctionem. Y. dicens si supieren y pudieren firmar. Vtrunque enim copulatiuè requiritur, quod sciant & possint se subscribere, licet in codicibus antiquis erat alternatiua in lege. 3. Tauri posita, quæ etiam in copulatiuam resoluebatur, secundum Ferdinand. Talauera in. d. 1. 3. Tauri numero. 46. & Marc. Solon Burgen. ibidem numero. 1168. argumen. text. in. l. l. xpe. ff. de verbo. signi. & l. pen. C. de impub. l. Quintus. i. ff. de auro & argen. leg. cum his quę tradit Socin. in. l. 1. col. vltim. ff. de reb. dubijs, non enim sufficit scientia, nisi & adsit potentia in quocunque actu. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi, quid enim scientia prodest, vbi deficit potentia? [Iure communi Imperatorum non licebat testi scribere scienti, pro alio ignorante subscriptionem facere in testamento in scriptis, ex sententia glossæ in. l. pen. ff. de testamen. cui subscribere Bart. Imol. Paul. Castr. & docto. ibidem Alberi. Cyn. Paul. Sali. & Alex. in. l. vlt. C. eo. ti. Ang. & Marc. Anto. Bauc. in. 5. possunt insti. de testa. Egid. Bellamera consilio. i. columna. 3. & 22. Iure tamen regio antiquo & nouissimo per hanc legem aliud constituitur, nempe, quod vnus testis pro alijs scribere nescientibus

possit subscribere, & robur nomine proprio expresso testamento adijcere, quod constat etiam ex. l. 1. & 2. 4. tit. 1. par. 6. & Grego. Lupi in. d. 1. 1. in verbo lo puede hazer, hoc idem ex eadem lege expendit & Marc. Solon in. d. 1. 3. Tauri nu. 1173. & 1174. Pro testatore autē scribere ignoranti octauus testis erat iure communi Imperatorum adhibendus, vt in. l. hac cōsultissima. 9. quod si literas. C. de testamē. ibi, octauo subscriptore pro eo adhibito. Iure autem Partitarum & nouissimo regio, si testator scribere ignorat, vnus ex testibus instrumēti, vel alius qui sciat scribere, pro eo subscriptionē faciet, vt hic & in. d. 1. 3. tit. 15. de tabellionibus supra li. 4. expresse deciditur. Et licet hoc de testatoris seu contrahentis mandato fieri oporteat, vt in. l. 1. ti. 1. par. 6. sufficit tamen, quod hoc asserat tabellio, eius siquidem assertio standum est, si dixerit testatorem literarum ignarum, vel subscriptionē facere impeditū, vt probat Egid. de Bellame. conf. i. col. 13. & Marcus Solō in. d. 1. 3. Tauri nu. 1176. & 1177. ipse vero testator pro testibus, nec tabellio pro testatore vel testib⁹ subscriptionem facere non potest, refragante lege nostra & l. 13. Cōplutensi tit. 25. de tabellionibus supra lib. 4. quæ alios testes qui subscribant pro literarum imperitijs exigit, vel alios qui sciant scribere, qua dictione & testator & tabellio excluditur, quicquid in contrariū somniauerit Marc. Solō in. d. 1. 3. Tau. nu. 1186. & seq. Sed an vnus pro omnibus scribere possit: dixi supra eo. glo. 2. nu. 3. in fi. [Intellige tamen legem nostrā quod sufficit testem aut testatorem nescire, aut nō posse scribere, vt alius possit pro eo subscriptionem facere, vt probat idem Marc. Solō in. d. 1. 3. Tauri nu. 1170. & seq. alterum enim sufficit, vel quod sit ignarus, vel quod sit infirmitate aut tremore manu scribere nō possit, & hoc vltimo casu fati erit, si manu ab alio gubernata subscriptionem fecerit ex sententia singulari Lucæ de Poena in. l. nulli verbo omnia. C. de numeris & actua. lib. 12. col. vlt. id concedētis si subscribens sit sanæ mentis, & eo mandante, & corā testibus hoc fiat, cui Matt. A. f. l. assentitur decif. 166. nu. 7. & Greg. Lupi dicens, fortè alibi non reperiri eā doctrinā, in. l. 1. ti. 1. part. 6. in verbo lo puede hazer, & Mar. Burg. d. 1. 3. Tauri nu. 1190. & 1191. Vbi hoc extendit, etiam si testator hoc non præcipiat, sufficit enim, quod eius voluntate, & consensu manus trahatur per aliū ad subscriptionem faciendam. Extenditur etiam ad eū, qui scribere nesciebat, & qui manu caret, potest enim scribere alio manū vel brachiū gubernante, vt ibidē Mar. Burg. resoluit nu. 1194. & 1195. & seq. [Advertere tamē oportet, quod licet testis pro alio se subscribat, sufficit in subscriptione seu robore nomen propriū & cognomē ponat, nec est necesse aliud nomē ei⁹, pro quo subscripsit apponat secundū Marc. Bur. in. d. 1. 3. Tau. nu. 1197. imo hoc iure nostro regio minime fieri posset per hūc tex. qui dicit, quod alius subscribat pro eo, idē statuitur in. l. 13. ti. 25. de tabellio. supra li. 4. cōstat ergo debet de nomine & cognomine eius, qui pro alio subscribit, vt cōstat pro eo subscripsisse, qui scribere ignorabat. [ Quid si vnus testis pro duobus testibus literarū ignaris, vel p testatore se subscripsit, vnā tantū subscriptionē pro eis faciēs an sufficiat? Quod videtur, quia vnus vicē duorū vel pluriū habere posse cōstat. l. si cōsul. ff.

de adop.l.Domitius Labeo. ff. de testam. c. postulasti vbi Panor. notat de concess. præben. Sed contrarium probabilius est, quia lex ista octo subscriptiones pro forma exigit in testamento in scriptis, dum sic ait. *E que los vnos firmen por los otros, de manera que sean ocho firmas.* Atque ideo non vnam pro pluribus subscriptionem, sed pro vnoquoque vnâ fieri sancit, quæ fortia substantialis est, ob cuius minime partis omissionem actus vitatur. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactio. & hanc sententiam expresse instruit tex. in l. 1. & 14. tit. 1. part. 6. Nec obstat quod de vno qui gere re potest plurium officium diximus, quoniâ qui duplici fungitur officio, nō potest pro vtroque vnū efficere actum, sed binus actus conficiendus est, vt in. c. cum inter vniuersas in fi. de electio. Deci. in. c. ex literis si. colum. de proba. Marcus Solon Burgen. huic ad hærens sententiæ in. d. l. 3. Tauri numero. 1206. & sequentibus. [ Quid autem si vir & vxor in eadem cartha testantur, an septem sufficiant testes, an duplicari debeat solemnitas? et an alterius morte testamentum superuicentis confirmetur? tractat latè idem Marcus Solon in. d. l. 3. Tauri numero. 1213. & seq. & nu. 1218. & sequentibus vsque ad numerum. 1240.

GLOSS. VII.

- 1 Tabellionis signum iure communi an requiratur in testamento in scriptis, vel alia scriptura publica?
- 2 Tabellionis signum iure regio in quolibet instrumento exigitur.
- 3 Tabellionis signum iure regio in protocollo etiam apponendum, & quando? Et quid iure communi?
- 4 Tabellio ultra signum an debeat se in testamento subscribere robore appposito quo nomē et cognomē eius exprimat sub caracteribus consuetis?
- 5 Signum tabellionis & eius robur seu subscriptio ad idem tendit, ibidem.
- 6 Tabelliones duo si rogentur à testatore, an vtriusque signa sint apponenda in testamento in scriptis?
- 7 Testamentum in scriptis an irritetur, si tabellio nō dedit fidem, quod testatorem agnoscebat, vel duos testes, qui eum cognoscerent, non examinauerit?
- 8 Dies, mensis, & annus domini an apponi debeat in testamento, vel alia publica scriptura?
- 9 Testamentum in scriptis an diem, mensem, & annum continere debeat iure regio? & an locum confecti testamenti? & quid in testamento priuato?
- 10 Locus an sit exprimendus in instrumento publico? ibidem.

7 *Y mas el signo del escribano.* Iure communi Imperatorum ex receptoria sententia signum tabellionis non exigitur in testamento in scriptis, sed de generali cōsuetudine signum apponitur, & sine eo instrumentum quodlibet subuertitur, vt probat Couar. h. præti. quest. capit. 20. num. 5. lafo. & docto. moderniores in. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verbo. oblig. Mar-

cus Solō Burg. in. l. 3. Tauri nu. 1240. & pluribus seq. vbi citat concordantes. [ Iure autem regio signum tabellionis exigitur in quolibet instrumento originali, vt hic & in. l. 13. Compluti edita ti. 25. de tabellionibus supra lib. 4. huius recollectionis. l. 54. tit. 18. part. 3. ibi, *7 hazer su signo,* & ibi Grego. Lupi in eodem verbo, & in. l. 55. eo. ti. ibi. *Y en fin de la carta deue y poner su signo* l. 10. l. 10. tit. 19. part. 3. ibi, *E puse enella mi signo.* [ In protocollo autē iure regio signū tabellionis apponi debet quolibet anno in qualibet scriptura illi anni. l. 12. ti. 25. de tabellionibus supra li. 4. Quid autē fieri oportebat iure cō. num. vide Paris. conf. 2. nu. 92. lib. 2. Deci. conf. 447. col. 2. Alex. and. conf. 14. nu. 8. lib. 6. docto. in. c. 1. & c. cum. P. tabellio de fide instr. l. 54. tit. 18. part. 3. [ Solet etiam hæsitari, an vitra signum hīc requisitum teneatur tabellio eius nomen sub caracteribus in testamento vel alijs instrumentis apponere? Quod latè discutit Marcus Burg. in. l. 3. Tauri nu. 1245. & pluribus seq. & denique concludit cum Dida. Castello in verbo el escribano, quod talis subscriptio non requiritur, quia text. iste octo dumtaxat subscriptiones exigit testatoris & testium, non tabellionis, sed solum eius exigit signum. Contra ium tamen sentire videtur insignis Couarru. in. cap. cum eiles numero. 1. de testamen. dicens, quin & ultra præmissa Taurina lex 3. requirit tabellionem, qui subscribat testamento, proprio nomine & signo: cuius sententiam verior em esse existimo, nam licet diuersis nominibus nuncupetur subscriptio, firma Hispano sermone dicta, & signum seu sigillum tabellionis, vtrumque tamen sub sigilli appellatione comprehenditur, & nunquam sigillum vidimus absque subscriptione prædicta, nomen enim & cognomen apponere solet tabellio sub caracteribus & signis, & confectum sigillum, nō enim cognoscitur sigillum, nisi nomen eius in subscriptione scriptū fuerit. Omitto eius fundamenta, quia fragilia sunt & quoad ius nostrum regium parum attentantia. [ Quarrit etiam idem Marcus Solon, quid si testator duos rogauerit tabelliones, an vtriusque sigilla requirantur in testamento in scriptis, an sufficiat vnum dumtaxat? & concludit vnum sufficere nu. 1253. & pluribus seq. & an sigillum possit postea apponere, etiam si quo tempore testator & testes subscripserūt, illud non possuerit? Et concludit hoc licere, numero. 1278. & deinceps. [ Sed an tabellio teneatur testatorem agnoscere, & de hoc fidem exhibere in testamento in scriptis? Iure communi hoc necessarium non est, secundum Ias. qui alios citat in. l. si. in prin. nu. 4. C. de iure delib. Carol. Ruy. conf. 19. nu. 17. lib. 1. Marc. Solon in. d. l. 3. Tauri nu. 280. & seq. qui satisfacit legibus Partitarū in contrarium adductis: quia & si testes eū cognoscentes nō examinauerit, nec fidem cognitionis adhibuerit, ad huc nō annullari testamentū affirmat nu. 1284. & seq. etiam si leg. 14. tit. 25. de tabellionibus supra lib. 4. hoc fieri statuatur, quia notitiam testatis habuisse præsumitur, vt ex. l. si quis decurio. C. de falsi. probat & auctoritate Alciati de præsumptionibus regula. 3. & præsi. mp. 3. cuius sententiam verā esse existimo, sed modo non examino. [ Sed an in testamento in scriptis apponi debeat dies, mensis, & annus Domini? Et iure cōmuni annum à natiuitate Domini esse apponendum tenet

tenet gloss. in capit. inter dilectos de fide instrumentorū, verūm hoc iure non probatur, sed consuetudine secundum gloss. in auth. vt præpo. nom. Imp. quam sequitur Panor. in proemio Gregori. col. 5. idem Abb. Felin. & Deci. in. c. 1. de fide instr. Barba. in rep. rub. eiusdem tituli nu. 42. Couarru. practicarum questio. c. 20. nu. 2. Gofred. in. l. ad testium. §. si quis nu. 18. ff. de testam. Grego. Lupi in. l. 54. tit. 18. part. 3. in verbo la era, videndus est tamen Dida. Couarru. in. c. 12. variarum resolu. qui egregie docet, quomodo apud Hispanos & alias nationes annorum & inductionum fiat computatio, ad quem recurrere, Dies etiam iure communi, in quo tabellio fuit rogatus est apponenda, & mensis quoque glo. in. l. 1. §. editiones. ff. de eden. & ibi Bar. in. §. si initium num. 23. & ibi ceteri interpretes glo. per text. ibi in auth. vt præpo. nom. Imp. & in. l. generali. C. de tabular. lib. 10. Rom. sing. 235. Barb. in. d. rub. de fide instr. nu. 68. Felin. & Deci. in. c. 1. de fide instr. estque communis opinio teste Didaco Couarru. in. d. c. 2. nu. 20. vers. 4. in practi. quest. [ Iure autē regio dies mensis & annus domini est apponendus in quolibet instrumento publico, & consequenter in testamento in scriptis, alias non valet instrumentum. l. 54. & l. 11. titulo. 18. part. 3. & ibi Grego. Lupi. l. 1. & 9. tit. 19. part. 3. l. 2. tit. 8. lib. 1. fori. l. pen. tit. 2. par. 6. tex. in. l. 13. titulo. 25. de tabellionibus supra libro. 4. ibi, *Y el dia y mes y año, y el lugar o casa adonde se otorgan,* & in fine legis subdit, *Sopena que la escriptura que de otra manera se diere signada sea en si ninguna.* idem voluit Anto. Gomez in. l. 3. Tauri. nu. 42. Vbi hoc limitat procedere in testamento in scriptis coram tabellione facta, secus si absque interuētū tabellionis factum fuerit in scriptura priuata, quod fieri posse ob necessitatem & defectum tabellionis probauimus supra eo. gloss. 4. nu. 6. in hac siquidem priuata scriptura non requiritur dies, mensis, nec annus, nec locus, vt in. l. cum tabernam. §. 1. ff. de pigno. l. scripturas. C. qui potio. in pigno. hab. & vtrouique gloss. & docto. Antoni. Gomez in. d. l. 3. Tauri nu. 42. 43. & 44. dicens qd in publicatione eiusdem testamenti constabit de die mense, & anno & loco vbi factum fuerit, vt ibi per eum, locus etiam exprimi debet in scriptura publica, vt in. d. l. 13. titulo. 25. libro. 4. supra & est communis opinio iure communi Imperatorum, vt attestatur Couarru. in. d. cap. 20. practicarum quest. numero. 2. vers. quinto, vbi concordantes allegat.

GLOSS. VIII.

- 1 Testamentum cæci quinque testes desiderat iure regio, et iure communi septem.
- 2 Testamentum cæci nuncupatiuum quæ solemnitas exigat? quia in scriptis fieri nō potest, & nu. seq.
- 3 Tabellio an requiratur in testamento cæci nūcupatiuo? & num. 4.
- 4 Testium sigilla aut subscriptiones in testamento cæci, an requirantur? ibid.
- 5 Testamentum cæci an possit fieri absque tabellione octa uo adhibito teste?
- 6 Testamentum cæci an valeat si non incipit ab hæredis institutione?

*Præuilegio non derogatur per dispositionem generalē nisi in casu in quo persona vel causa præuilegiata, nō habet præuilegium, ibidem.*  
 7 *Testamentum cæci minus solemne, an valeat inter liberos? Et quid iure regio? nu. 8.*  
*Testes testamenti cæci an oporteat esse vicinos? ibid.*

h *En el testamento del ciego.* Nota quod in testamento cæci quinque debent interuenire testes, iure tamen communi Imperatorum & regio Partitarum septē testes exigebantur. l. hac cōsultissima. C. qui testa. face. post. l. 14. tit. 1. part. 6. §. cæcus instr. qui non est permi. face. testa. & lex nostra quoad nūmerū testium est iuris cōmunis correctoria, alijs solemnitatibus iuris cōmunis & Partitarū in suo robore manētibus, secūdu Cyfon. in. d. l. 3. Tau. nu. 9. & Marc. Bur. ibi nu. 1299. in fine & Tell. Fernā. 4. par. nu. vit. & Gre. Lup. in. d. l. 14. tit. 1. par. 6. in verbo elcribir su nome. [ Debet enim interuenire sequentia. Primum licet testetur nūcupatiue, quia in scriptis non potest, debet interuenire tabellio simul cum quinque testibus supradictis, vt in. d. l. hac cōsultissima & d. l. 14. & corāeis debet hæredes nominare, ita quod de eis dubitari non possit, vel expressa dignitate vel officio, vel alio signo, quo facile agnosci possint, vt in. d. l. hac cōsultissima expressim statuitur, quod exprimi necesse non est, si aliās cōstit de eorum personis, vt cōmunis schola scribētium allicuerat in. d. l. hac cōsultissima, maxime Ias. & Nouiores, vt refert Marcus Solon in. d. l. 3. Tau. nu. 1296. & sic in hoc nulla est differentia inter ius commune & regiū Partitarum, quidquid in cōtrarium senserit Marc. Solon. Debet etiā testator ipse declarare, quid legatarij, vel fiduciarij ex eius bonis sint percepturi, vt in. d. l. est statutū. [ Verū nec poterit cæcus nūcupatiue testari corā quinque testibus sine tabellione, prout autumat Greg. Lup. in. d. l. 14. tit. 1. par. 6. in verbo elcribir su nome, in fi. lex enim. 14. par. in hoc non est correctia per hanc legē, vt plerique ex nostratibus fatentur: requiritur etiā, quod tabellio hæc omnia scribat corā testibus, vel si antea erant scripta, debent ab ipso tabellione legi corā testatore & testibus, & testator ipse debet asserere & profiteri, illud esse suū testamētū & vltimam voluntatē, vt in. d. l. hac cōsultissima & d. l. 14. par. Subscriptiones etiā testiū exiguntur, quibus nomen vnusquisque inscribat testamento, vel alius pro eo qui scribere nescit per. d. l. par. licet hoc nō esset cautū iure cōmuni, vt alius pro ignorante subscriberet. Cæcus autē eū nō possit subscriptionē facere, sufficit qd alius pro eo faciat, iuxta disposita in. l. 13. ti. 25. de tabellio. supra lib. 4. vbi generaliter hoc statuatur in quolibet instrumto publico, cæcus autē nec potest nec scit scribere, quod expressim probat Marc. Solō in. d. l. 3. Tau. nu. 1301. Quod autē de sigillis testiū dicit prædicta lex. 14. tit. 1. par. 6. Gre. Lup. ibi dicit esse immutatū. Nō enim sunt necessaria sigilla testiū, quia recesserūt ab vsu hoc in regno. Sed tamē verū est, loco sigillorū subscriptiones & robora successisse, quib⁹ nomē & cognomē corū apponitur sub quibusdā signis seu caracteribus, qui Hispano sermone firmas nūcupatur, vt dixim⁹ supra eo. gloss. 5. numero. 2. & 3. illi enim characteres loco signi,

4 signi, & nomen testis loco subscriptionis sunt. [ Et qd subscriptiones testium requirantur, dubium non est, vt probat Marc. Solon in. d. l. 3. Tauri numero. 1302. & 1303. post Cyfon. ibi, vbi respondet ad rationes Gregorij Lupi in. d. l. 14. titulo. 1. part. 6. in verbo escrebir in nome, qui tenuit contrarium, dubitans tamen: subscriptio, etiam & signum tabellionis requiritur, vt in d. l. 14. tit. 1. part. 6. & lucidius hoc deciditur in. l. 13. tit. 25. de tabellionibus supra lib. 4. vbi in quolibet instrumento publico hoc requiritur, idem censuit Marc. Solon, licet quidam ab eo citati iure communi contradicant, in. d. l. 3. Tauri nu. 1300. [ Verum enimvero licet cum quinque testibus testari non possit nuncupatiue, vt supra nu. 3. in princ. resoluius contra Gregorium Lupi, poterit tamen cæcus coram septem testibus octauo adhibito teste loco tabellionis, cum tabellio reperi non possit, qui scribat testamentum, vt in. d. l. hac cõsultissima. C. de testam. & d. l. 14. ad fi. tit. 1. par. 6. quia hoc non est immutatum: quare ergo stare prohibebitur. l. præcipimus. C. de appell. l. sancimus. C. de testa. Hac tamen in specie testamētum cæci, vt priuata scriptura publicatione eget, vt fidem faciat, iuxta. l. publicati. C. de testamen. ita censent Bald. Saic. Corne. Ange. & Alexand. in. d. l. hac cõsultissima. C. qui testa. fa. poss. in hac tamen quaestione se inuoluit, & non recte explicat, quid sentiat Marc. Solon in. d. l. 3. Tauri numero. 1304. & sequen. non tamē sufficere post quinque testes adhibere, qui scribat testamentum. Sed hac in specie seruandum erit ius cõmune & Partitarum, vt cum septem testibus octauus adhibeatur, iuxta. d. l. 14. vt iam diximus. [ Cæterum in testamento cæci dubitatur, an sit necessarium ab hæredis institutione incipere, prout in. d. l. hac cõsultissima. C. qui testa. face. poss. statuitur, & an si aliter fiat, sit nullum testamentum? Quod videtur ex rationibus à doctoribus communiter traditis. Hanc quippe sententiam tenuerunt Cyn. Bart. Abb. & Fulgo, in. d. l. hac cõsultissima & ibi Deci. numero. 7. Bald. in. §. ante hæredis insti. de lega. Ange. de Areti. in. §. cæcus insti. qui. non est per. fa. test. Cœpola cautela. 128. dicit hanc communem Emanuel Costa in repe. l. Gallus. §. & quid si tantum. 3. part. numero. 86. ff. de liberis & posthumis & in repe. cap. si pater. 1. parte in verbo adijciens numero. 8. 9. & 10. de testamen. in. 6. Contrarium tamen imo, quod idem sit in testamento cæci, quod in alijs, & licet legata præcedant hæredis institutionem, non vitietur testamentum cæci, voluerunt Bald. Paul. Roma. & Alexand. numero vltim. Corne. numero. 1. & Iaso. numero. 1. in. d. lege hac cõsultissima. C. qui testa. face. poss. idem Iaso. consilio. 26. numero. 1. lib. 1. Vigli. in. d. §. cæcus numero vltim. post specula. in titu. de instru. edi. §. vt autem. versi. illud quod non ignorandum Eman. Costa in. d. §. & quid si tantum. 3. part. numero. 86. & in. d. capit. si pater. 1. par. in verbo adijciens numero. 8. & 9. pagi. 106. Ferdinand. Vazquez lib. 1. de successiõnum creatio. §. 9. numero 14. Caro. Ruy. consilio. 68. numer. 2. lib. 2. Boeri. decif. 140. numero. 20. prope si. Marc. Solon in. d. l. 3. Tauri numero. 1298. ex quo constat hoc esse receptius. Cuius ratio est, quia quod præcedere deberet, hæredis institutio non erat speciale in testamento cæci, sed genera-

le in omnibus testamentis. Quare nimirum per Iustinianum in. d. §. ante hæredis fuit correctum, quæ correctio ad omnia testamenta etiam cæci extenditur, argumen. l. in fraudem. §. ff. de mil. testa. & quæ latè tradit Deci. in. l. ex testamento. C. vnde lib. nu. 5. Vbi limitat regulam, quæ habet, quod generalis dispositio non derogat speciali priuilegio alicui competenti, vt notat Bart. in. l. decurionibus. C. de silentiar. lib. 12. cū adductis per eundem Deci. Feli. & Moder. in cap. 1. de rescrip. vt procedat, nisi in casu, in quo persona priuilegiata non habet aliquod priuilegium, quia tunc dispositio generalis ineludit personas & causas priuilegiatas, vt in. d. l. in fraudem in fi. vbi ex eo tex. hoc notat Bal. & in. §. si quis se scribat eiusdem legis, idem voluit Deci. conf. 5. & Alcia. lib. 4. paradoxorum cap. 10. Et hæc sententia potissimū procedit iure regio, quia per. d. l. 14. titulo. 1. part. 6. non præcipitur, quod testamentum incipiat ab hæredis institutione, vt ibi dixit Ferdinand. Vazquez qui respondet ad. §. cæcus insti. qui. non est permi. fa. test. prout ante eum respondit Emanuel Costa vbi supra. [ Sed an si testetur cæcus inter filios, sufficiat iure cõmuni duos adhibere testes? Et quid iure regio? Et certè iure communi receptor est sententia, quod valeat testamentum cæci inter liberos conditum cum duobus testibus, ita voluerunt Bal. Ange. Paul. Salice. Alexand. & Deci. numero. 37. in. l. hac cõsultissima. C. qui testa. fa. poss. & Iaso. ibi numero. 4. asserit hoc esse commune scribentium placitum, huic sententiæ accedunt Ange. Areti. in. §. cæcus col. vltim. insti. qui. non est permi. fa. test. Montalius & Grego. Lupi in. d. l. 14. tit. 1. part. 6. Boeri. decif. 240. numero. 20. Guiller. Bene. in repe. c. Raynutius, verbo testamentum. 1. nu. 79. Curti. Iunior. d. §. ex imperfecto numero. 8. Ioan. Lup. in. d. l. 3. Tauri numero. 1309. & ibi Marc. Solon Burgen. numero. 1308. Ferdinand. Vazquez de successiõnum creatio. §. 21. nu. 66. Contrariam sententiam, quod non sufficiant duo testes, sed sit necessaria solemnitas, de qua in. l. hac cõsultissima C. qui test. fac. poss. licet cæcus testetur inter liberos aliàs non valeat testamentum, tenuerunt expressim Alberti. Fulgo. & Roma. in. d. l. hac cõsultissima, idem Fulgos. consil. 41. & 91. Ioan. Maior in. re. l. et. d. l. hac cõsultissima nu. 2. Paul. Cast. conf. 362. lib. 2. Calatayud. in. d. l. 3. Tauri. [ Quid autem statui oporteat hac in quaestione iuxta ius nostrum regium? Crederem nifallor, in testamento cæci inter liberos solemnia huius legis & l. 14. tit. 1. part. 6. esse seruanda, vt voluit Calatayud in. d. l. 3. Tau. vbi & Gom. Talauera & Marcus Solõ Bur. nu. 1313. & 1314. idem resoluunt, eo qd in testamento cæci maior exigitur solemnitas, quam in testamento eorum, qui impediti non sunt, vt constat ex legibus supracitatis, at si testamentum cæci inter liberos fieri posset coram duobus dumtaxat testibus, & testamentum alterius qui cæcus non est, exigeret iure regio ad minus tres testes cum tabellione, esset profecto absurdum, & contra veteris & noui iuris prudentiã, vt rectè aduertit Marcus Burgen. loco paulo antea citato. Quorum sententia vera est, & iuri nostro consona. Et vt idè Marcus probat nu. 1315. quinque testes in testamento cæci requisiti, nõ exigitur, quod sint vicini seu incolæ eius loci vbi sit testamentum, quia lex nõ requirit.

GLOS.

GLOS. IX.

- 1 Codicilli à testamento differunt iure communi quoad solemnitatem.
- 2 Codicilli iure regio non differunt solemnitate à testamento nuncupatiuo, etiam ante legem Tauri? Codicilli appellatione vltima voluntatis continentur, ibi.
- 3 Solemnitas diminuta in testamento seruabitur & in codicillis. Codicilli testamento nuncupatiuo equiparantur, ibid.
- 4 Codicilli in scriptis an testamento comparantur, & an eandem solemnitatem exigant, quam testamentum nuncupatiuum, & nu. 5. 6. & 7.
- 5 Codicilli in scriptis eandem exigunt solemnitatē, quæ iure antiquo exigebatur.
- 6 Lex veniens ad declarationem alterius, interpretationes recipit easdem, quas lex interpretata.
- 7 Illatio non fit ex diuersis.
- 8 Fœmina an possit esse testis in codicillis? vsque ad numerum. 15.
- 9 Lex nostra intelligitur, & num. seq.
- 10 Lex noua aliam declarans recipit omnes interpretationes, quas lex interpretata recipiebat.
- 11 Relatum dicitur esse in referente cū omnibus suis qualitatibus.
- 12 dictio iuxta, secundum, vel prout demonstratiue & causatiue ponuntur, non conditionaliter. Et quando non, sed conditionaliter? & num. 13.
- 13 Secundū quod tui prædecessores habuerunt, vel secundū quod dare cõsueuerunt, quid importet hac uerba? ibi. Lex nostra optime interpretatur.
- 14 Codicillis fœminas non esse admittendas in testes, & numero. 15.
- 16 Codicillis dari neque adimi potest hereditas iure directo, iure communi Imperatorum. Codicillis per quæ uerba obliqua dari possit hereditas? ibidem.
- 17 Codicillis facta institutio uerbis directis obliquatur iure communi.
- 18 Codicillis an iure regio dari possit directo, & adimi hereditas? & nu. 19. 20. 21. 22. & 23. Codicillis non potest hereditas directo filio relinquere iure communi, ibidem.
- 19 Testamentum facere videtur licet codicillos appellauerit, si in eo instituit heredes testator. Verba inappropriantur vt deseruiant intentioni, ibid.
- 20 Codicilli testamento adequantur non solum quoad solemnitatem, sed quoad substantiam iure regio. Lex supra eod. interpretatur, ibidem, & seq.
- 21 Codicillis quare dari non possit hereditas iure directo iure communi Imperatorum? ratio triplex traditur.
- 22 Ratione vna cessante ex pluribus quando cessare videtur dispositio?
- 23 Codicillis dari potest hereditas iure directo, iuxta ius

nostrum regium resoluitur.

- 24 Codicillis iure regio quando non detur hereditas?
- 25 Codicillorum validitas ex testamento dependet iure communi, secus iure regio.
- 26 Codicilli vltimi per priores nõ reuocantur, nisi expresse à testatore cautum fuerit.
- 27 Testamentum prius per posterius reuocatur, etiam si prius plures contineat testes, modo secundum solemnitatem iure requisitã contineat, etiam si sit ad pias causas factum coram duobus testibus.
- 28 Codicilli non rumpuntur agnatione posthumi, testamentum sic.
- 29 Codicilli duo si duplicem hæredis institutionem contineant, quid sit agendum? Codicillus si continet hæredis institutionem, & testamentum eius factum alia, quid præualebit? ibidem.

1 Codicillos. Lex nostra æquiparat codicillos testamento quoad solemnitatem: sed iure communi in multis differunt. Primum in solemnitate: nã testamētum in scriptis & nuncupatiuum iure communi Imperatorum & regio Partitarum septē exigit testes, & alia, de quibus fuisse diximus in hac lege & præcedenti. Codicilli autem eodem iure, quinque dumtaxat exigunt testes, siue in scriptis fiant, siue nuncupatiue, vt in. l. vlt. C. de codicil. & in. l. vlt. C. de fideicõ. §. vlt. de fideicõ. hæredi. l. 32. tit. 16. part. 3. l. 1. tit. 12. par. 6. testes etiam codicillorum nõ requiritur esse rogatos, vt in. d. l. vlti. C. de codicil. & in. l. 1. & ibi notat Grego. Lupi tit. 12. part. 6. nec eorum sigilla requiruntur, sed subscriptiones tantum, vt. l. fi. ti. 12. part. 6. [ Hodie autem iure regio nouiori per hanc legem eadem solemnitas in codicillis exigitur, quæ in testamento nuncupatiuo, nempe, vt si coram tabellione fiant tres testes incolæ eius oppidi, vbi conficitur testamētum, si verò absque tabellione quinque requiruntur etiam vicini prout in. l. 1. præcedenti statuitur in testamento nuncupatiuo. Sed videtur, hanc legem in hoc esse superfluum, quandoquidem & si hanc æquiparationem non faceret, per legem præcedentē hoc idem erat statutum, vt constat ex verbis legis ibi, Otrã posttrimerã uoluntad. Quibus uerbis codicilli continentur, vt latè probat Guill. Bene. in. d. c. Raynutius in verbo testamētum. 3. nu. 1. quod in specie tenuit Ioan. Paris. in. d. l. 1. tit. 2. lib. 5. ord. cuius uerba refert Marc. Solõ Bur. in. d. l. 3. Tau. nu. 1330. & hæc sunt, Posttrimerã, idest, codicillũ, vel donationẽ causa mortis, & nota hic circa numerum testium, testamētũ, & codicillũ equiparari. Ecce doctor ille antiquus esse ex dicta. l. ordinamẽ, eadẽ solẽnitatẽ habere debere & codicillos, quã & testamēta nuncupatiua. [ Præterea hæc suadet septētia, quia quoties lex noua restituit solemnitatē testamenti ad duos vel tres testes, eadẽ solẽnitatem seruanda erit, & in codicillis, vt elegat, decidit Bal. in. l. vlt. nu. 6. C. de testam. & inibi Sali. in. §. arg. tex. in. l. si quis in principio. §. miles. ff. de leg. 3. & in. l. cum hic status. §. si miles. ff. de dona. inter vi. & v. & Paul. Alex. & Ias. in. l. 2. ff. de lega. quibus conferat hunc text. iuxta gloss. in. l. Marcellus. ff. de dona. v. & mor. Anto. Gomez in. l. 3. Tau. nu. 67. & ibi. Illi. Fr.



mand. 4. part. nu. 12. citans Socinū nepotem in. d. l. 2. ff. de lega. 1. nu. 142. & 136. idem voluit Guiller. Bened. in repe. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nu. 3. Alber. Bru. in tracta. de forma. §. fi. Couarru. in rub. de testam. 3. part. nu. 21. sed nihilominus cenfeo hanc legem non esse superfluum, quoniam non clarè hoc decedum erat per legem ordinationum, quæ transcripta fuit in lege præcedēti, quare necessaria fuit declaratio expressa legis nostræ ad tollendam omnem ambiguitatē iuris antiqui, vt voluit Marc. Solon in. d. l. 3. Tauri nu. 1332. in fi. & nu. 1334. in fine. Ex quo manet satisfactū priori rationi nu. 2. traditæ. Minus oberit secunda ratio, quia lex regia non solum minuit numerum testiu in testamento nuncupatiuo, sed ei numero addit qualitatem vicinitatis, quare necessaria fuit lex nostra, quæ declararet eandem solemnitate in codicillis requiri, quæ in testamento nuncupatiuo exigitur, vt comprehendere non solum numerum testium, verum etiam qualitatem vicinitatis, vt rectè explicat Telli. Fernā. in. d. l. 3. Tauri. 4. par. nu. 12. Sed hæc intelligas quoties codicilli fiunt nuncupatiuè. [ Quid autem si codicilli fiant in scriptis, an iure regio aliquid ex solemnib' iuris communis Imperatorū immutetur? Et videtur sufficere solemnitate in testamento nūcupatiui à lege præcedente requisitam, in codicillis in scriptis interuenire, nempe, tres testes cum tabellione, & quinque absque tabellione: quod probari videtur lege nostra, quæ postquam enarrauit solemnitate in testamento nuncupatiui, & testamenti in scriptis, dixit quod in codicillis eadem obseruetur solemnitas, quæ in testamento nuncupatiuo, nec vllam differentiam constituit inter codicillos nuncupatiuè aut in scriptis factos, prout in testamentis distinxit, clausula ergo hæc codicillorum & testamenti solemnitate æquiparans, non solum ad proxima refertur sed ad omnia præcedētia cōiuncta seu cōtinuata in scriptura prolata. l. fi. ff. de reb. dub. c. inquisitioni & cap. 2. requirris de appella. Præterea quia anteriora iurā minorem solemnitate in codicillis in scriptis exigerent, quā in testamento nuncupatiuo, vt constat ex. l. hac consuetissima. §. per nuncupationem. C. de testam. iur. et. l. vlti. C. de codi. & in. l. 1. & 2. tit. 1. par. 6. iuncta. l. 1. & fi. tit. 12. part. 6. At si codicilli in scriptis solēnitatem antiquam quinque testiu exigerent, sequeretur absurdum, quod maiorem solēnitatem exigerent quā testamentum, quippe quod iure regio tres dūtaxat testes cum tabellione exigat, quare dicendum est codicillos in scriptis, quoad solēnitatem testamento nuncupatiuo æquiparari, quod asseuerat Marc. Solō Burg. in. d. l. 3. Tauri nu. 1360. His tamen non obstantibus contraria sententia est verior & receptior, imo quæ æquiparatio legis nostræ codicillorum & testamēti nuncupatiui, non extendatur ad codicillos in scriptis factos: sed de nuncupatiuis dūtaxat loquatur. Quoniam lex nostra interpretari voluit legem ordina. præcedentem, vt in testamēto nuncupatiuo procedat, & non in testamento in scriptis, cuius etiam explicat solemnitate. Et deinde trāsit ad alia capitula, scilicet, ad testamētū cæci & codicillos, cōtinuans explanationem legis præcedentis quæ de testamento nuncupatiuo loquitur. Patet quia cæcus nō potest, nisi nuncupatiuè testari, vt in. l. 4. tit. 1. part. 6. eo.

sequitur ergo de codicillis nuncupatiuis loqui legem illam, non in scriptis. Quo fit vt casus iste ab hac lege omisus maneat in dispositione iuris cōmunis, iuxta. l. cōmodissimè. ff. de libe. & posth. [ Rursus quoties lex vna venit ad interpretationem alterius, omnia relata in lege interpretata, censentur repetita in. l. interpretante, vt in. l. nihil. ff. de cōiungen. cum emancip. lib. eius, & in auth. de fili. ante dotal. instrum. nat. §. 1. docet egregiè Bar. in. l. prætor. 2. §. eritque hæc differentia in fi. ff. vi. bono. raptio. Soci. cōf. 188. nu. 4. lib. 2. Ripa. in. l. 2. nu. 18. ff. de vulga. Lud. Rom. cōf. 345. nu. 18. 19. & seq. vbi plura cōgerit, Ex quo fateri oportet hodie iure regio in codicillis in scriptis quinque exigat testes eorūdem quæ subscriptiones, licet nō sigilla, vt in. l. vlt. C. de codicill. & in. l. fi. tit. 12. par. 6. quidquid in cōtrariū dixerit Ferd. Vaz. de succes. creatio. §. 23. nu. 23. siue corā tabellione fiant, siue non: erit tamen inter hæc duo differentia, vt si corā tabellione fiant, nō exigatur publicatio, secus si absq; tabellionis interuentu, prout in testamento diximus: ex quibus hanc sententiā tenuerūt Cyfonta. in. l. 3. Tauri nu. 10. & ibidē Ant. Gom. nu. 69. & Greg. Lup. in. l. vlti. tit. 12. par. 6. in gl. mag. quibus ipse libenter accedo. [ Ad allegata in cōtrariū respōdeo legē nostrā esse intelligendā, prout supra nu. 5. resoluim' & sic nō oberit primū fundamētū: nec etiā secundū, quia ex diuersis nō fit illatio. l. Papinianus. ff. de minor. & l. vlt. ff. de calūnia. licet enim verū sit quod si per legē nouā minuitur solēnitatis testamēti nūcupatiui, codicilli cōficiēdi sunt eadē forma & solēnitatis, si nūcupatiuè fiāt ex sententiā Bal. cōmuniter recepta in. l. vlt. nu. 6. C. de testa. cū cōcor. supra nu. 3. cōgēstis sec' autē si codicilli in scriptis fiāt, itaq; de testamento nūcupatiuo ad codicillos, nuncupatiuos argumentari licet vel de testamēto in scriptis ad codicillos etiā in scriptis factos, nō verò de testamēto nuncupatiuo ad codicillos in scriptis, propter diuersitatē & separationē specierū, prout dicit Bar. in. d. l. Papinianus nu. 2. [ Sed dubitari solet an fœmina possit esse testis in codicillis iure nostro regio? Quod videtur, quia nulla lege statuitur contrariū, imo ex cōmuni opinione doctorū fœmina potest esse testis codicillorū, cū nullo iure prohibita videatur, ita asseuerat gl. in. l. fi. C. de codici. cui accēdit doctor. teste Fulgoso & Iaso. ibidē fi. col. glo. etiā in. l. quæ testamēto. §. mulier in gl. 1. vbi Bar. Paul. & doctor. idē asserūt. ff. de testa. & in. §. testes insti. de testa. vbi Vigli' in verbo sed nec mulier nu. 5. hæc testatur cōmunè Deci. in. l. fœmine. ff. de reg. iur. nu. 27. & seq. vbi refert cōcordates. Nec æquiparatio quā facit lex ista testamēti & codicillorū, impedit, quin in alijs præter in hac lege contentis differre possit, cum differentia ex alijs legibus depromatur, quod probat Mar. Solon in. d. l. 3. Tauri nu. 1350. ex. l. si creditores iuncta gl. ff. de separatio. iūcta. l. d. debitor. §. quid ergo eo. 11. & ex. l. si idem iūcta gl. ff. ad Velleya. cū alijs per Modernos adductis in. l. 1. ff. de leg. 1. ex quibus ipse Marcus huic licet anceps, adheret sententiæ, & Cyfonta. in. d. l. 3. Tauri nu. 12. & ibidem Ioa. Lup. nu. 34. & Ant. Gomez numero. 71. dicitque idem Marcus sic audiuisse, fuisse iudicatum in regio prætorio Plinciano. [ Verum his non obstantibus contraria sententia probabilior videtur, quod iure nostro regio fœminæ testes esse nō possint in co-

in codicillis, si solemnitate iure nostro requisitam in testamento nuncupatiuis velis adhibere, quandoquidem lege nostra statuatur, eandem solemnitate in codicillis exigat, quæ in testamento nuncupatiuo requiritur per. l. præcedentem, sed in lege præcedēti resoluimus in gloss. 8. numero. 3. ex communi nostrorum opinione, fœminas esse non posse testes testamenti nuncupatiui iuxta nos nostrū, licet in ea lege hoc non exprimat, tacite tamē subintelligitur, cū per alias Partitarū leges ibi citatas hoc fuerit antea constitutū, & illa verba, *La misma solemnidad que se requiere en el testamento nūcupatiuo, o abierto, conforme a la ley del ordenamiento.* Intelliguntur tam de solemnitate ibidē expressa quā de tacite subintellecta ex lege. 3. vbi Soci. notat. ff. si cer. peta. [ Rursus hæc lex venit ad interpretationem legis præcedentis, cui hoc adijcit, nepe, vt codicilli habeant eandem solemnitate, quam testamentum nuncupatiuum iuxta dictam legem præcedentem. Sed quoties lex noua addit vel detrahit legi antiquæ, hæc lex noua recipit omnes interpretationes & restrictiones, quas lex antiqua recipiebat, vt in auth. de fili. ante dotal. instrum. nat. colla. 3. ibi, [ cū omnibus manifestū sit oportere ea quæ adiecta sunt per interpretationem in illis valere in quibus & interpretatis legibus sit locus, vbi glo. dicit nota mirabile verbum. Et ibi ex co. tex. expendit Bar. quod omnia quæ habent locum in lege interpretata, intelliguntur repetita in lege interpretante, idem probat tex. in. l. nihil vbi etiam notat Bar. ff. de cōiungen. cum eman. lib. eius, idem Bar. in. l. prætor. 2. §. 2. ff. vi. bono. raptio. in fi. Soci. cōf. 188. numero. 4. lib. 2. Ludo. Rom. cōf. 345. numero. 18. & 19. & seq. vbi plura congerit, & optime Fran. Ripa in. l. 2. numero. 18. ff. de vulga. Paul. Paris. cōf. 69. num. 34. vbi dicit quod lex aliam declarans debet intelligi secundum naturam & qualitatem legis declarate, Areti. cōf. 155. numero. 1. cum ergo lex antiqua ordinationum, quæ est transcripta supra eod. l. 1. ex cōmuni interpretatione doctorum huius regni in testamento nuncupatiuo non admittit fœminas in testes, vt resoluimus supra eo. glo. 8. numero. 3. eandem igitur interpretationem facere debemus in lege nostra, quæ illam interpretatur & ad codicillos extendit. [ Præterea lex nostra se se refert ad. l. præcedentem, at relatum esse dicitur in referētē eum omnibus suis qualitibus, secundum Rotam in decis. vlt. in antiquis Soci. d. cōf. 188. numero. 4. lib. 2. & cōf. 227. nu. 9. & cōf. 251. numero. 2. eodem lib. 2. Deci. cōf. 532. nu. 4. Tiraq. de legi. cōnubi. gloss. 6. nu. 177. vbi citat cōcordan. Paul. Paris. cōf. 2. nu. 32. & 33. & cōf. 39. nu. 5. lib. 3. & numero. 4. dixit dictionem secundum, esse relationem Areti. cōf. 76. num. 5. in fi. hoc autem quod in hac lege dicitur, conforme a la ley del ordenamiento, latine dicitur iuxta vel secundum legem ordina. [ Ad hæc, ea verba. *Y en los codicilos interuenga la misma solemnidad que se requiere en el testamento nūcupatiuo, conforme a la ley del ordenamiento.* Habent hunc sensum latine, & in codicillis eadem interueniat solemnitas, quæ in testamento nuncupatiuo exigitur iuxta vel secundum legem ordinationis, hæc verba iuxta, vel secundum, vel prout, causatiue ponuntur in hac lege, vel demonstratiue, non conditionaliter, nec restricti-

uè iuxta doctrinam bar. communiter receptam in ex traug. ad reprimendum in verbo prout, versi. ad cuius intelligentiā, quom. in lese Mai. cri. proceda. dicens, quod in legibus, contractibus, priuilegijs, & sententijs quæ fiunt animo aliquid disponēdi, dictio prout, iuxta, vel secundum stant causaliter & demonstratiue, vnde si in priuilegio aut in cōtractu, dicitur concedo tibi vestigal centum aureorū prout, hæc tenus exigi consuevit, exponitur id est, quia sic est consuetum, idē voluit Areti. cōf. 76. numero. 5. quia aliquid certum continetur in referente, ex quo dixit Bar. in. l. cum qui. §. Iulianus per illum tex. ff. de consti. pccun. quod si in sententia dicitur condemnō te, vt quōtānis præstes Titio vnum par caponum, secundum quod tui antecessores dare consueverunt: ista verba non faciunt conditionem, sed pure condemnatus censereberis, idem censuit Ioann. And. ad specu. tit. de feudis. §. si regitur in. 1. addi. dicens, quod si princeps concedit alicui feudum, prout genitor eius suis antecessoribus concessit, non tenetur vasallus primam concessionem ostendere. Alia exempla congrunt Iaso. & Deci. numero. 2. & alij Moderni in. l. pen. C. de insti. & substi. sub cōndi. fa. Feli. a quo ipsi habuerunt latius omnibus in cap. 2. numero. 10. & 11. extra de rescrip. Moderni, in auct. si quis in aliquo. C. de eden. Iaso. in. l. admonendi nu. 30. & seq. post. A lex. ibi. ff. de iure iur. Thom. Gram. decis. 59. numero. 22. a Marco Solone citatus in. l. 1. Tauri numero. 396. & seq. per. cap. abbate S. Siluani de verbo. signi. [ Et si dixeris, contrarium tenuerāt omnes supra citati & alij a Felino adducti in. d. cap. 2. numero. 11. versi. aliquando, quoties lex vel priuilegium nō disponit quid certum, sed se refert ad aliam legē vel priuilegium, prout hic fit, tunc hæc verba secundum, vel iuxta, seu prout, ponuntur conditionaliter ita vt donec constet de instrumento, ad quod refertur, non valeat talis dispositio, vt in. l. si sic. §. 1. & ibi Din. notat & Bar. ff. de lega. 1. & in. l. legauit. ff. de libe. lega. Respon dere licebit, in hac lege quid certum disponi circa codicillos, nempe, vt eandem habeant solemnitate, quā testamētum nuncupatiuum. Hęc regula certa est, nec restringitur, si lex nostra se referat ad legē ordinamēti quod attinet ad solemnitate in testamento nuncupatiui, ita vt ea dūtaxat solēnitatis, quæ ibi continetur præcisse seruetur in codicillis, & nō alia, quæ per leges regni nostri anteriores in eo exigebantur ad qualitatem testiu pertinentes, quæ per legem ordinamēti non erant correcte, qualis erat quod fœmina non possit esse testis: itaque verba illa iuxta vel secundum legem ordinationis, causatiue & demonstratiue ponuntur, vt intelligamus adæquationem legis nostræ solēnitatis codicillorum & testamenti, ad eam principaliter referri, quæ in. d. l. ordina. ponitur, quæ numerus testiu minuitur in testamento, non tamen se restringit, ita vt alias quoque testamēti nūcupatiui solēnitates, quæ per legem ordina. non erant correcte, ad codicillos validitatem non admitteret: quia vt dixi adæquatio huiusmodi fuit certa quæ nulla egebat, declaratione, quare lex ordinationis ad quam demonstrationis, ita se referit: lex nostra non potuit, adæquationem huiusmodi restringere ad solemnitate ibi expressam. [ Ex alio item hæc nostra suadet sententia, quia in nostrum

nostrum regium non admittit leges Imperatorum feruari in hoc regno, nisi, quatenus ratione legibus nostris non aduersanti fulciuntur, vt probauit supra eo. glo. i. numero. 15. multoque minus doctorum opiniones, vt ibidem dixi, Sed per legem præcedentē numerus testium diminuitur non solum testamenti, sed codicillorum, quia tres sufficiunt cum Tabellone, quare ergo admittemus foeminas? Quin etiā si lex illa vicinos esse exigit eius loci, vbi fit testamentum, & hæc qualitas, nemo negare poterit, quin & in codicillis exigatur, prout & Mar. Solō fatetur in. d. l. 3. Tau. nu. 1376. vers. quinta. quo pacto ad foeminas poterit hæc qualitas vicinitatis referri. [ Præterea si in codicillis directio hereditas dari potest, & adimi iure regio, prout & idē Marc. Solon fatetur in. d. l. 3. Tauri numero. 1338. quomodo testes foeminas codicillis adhibebimus? hæc sententiam tenuit Did. Castelli in. d. l. 3. Tauri in verbo siete testigos colum. 7. licet eam nō ita fundauerit, cui libēter accedo ex his, quæ diximus numeris præcedētibus & supra eo. glo. i. nu. 15. & 16. Quibus non oberūt in contrarium adducta per Marc. Solonem, quoniam ex prædictis patet respōsio, probauimus enim adæquationem codicillorum & testamēti in hac lege factam, non cohartari nec restringi ad contenta & expressa in lege præcedenti, ad quam lex ista se refert, sed extendi ad solemnitates testamenti per alias leges regni requisitas, quæ per dictam ordinamenti legem non sunt correcta, vt probauimus supra eo. numer. 12. & 13. [ Differunt secundo testamētū & codicilli, quia licet in testamento dari possit, & adimi hereditas, non tamē dari poterit directio nec adimi in codicillis. §. directio & §. codicillis insti. de codi. l. si idem & l. si hereditatem C. eo. nec confirmari vt in. l. 2. §. vlti. ff. de iu. cod. l. 2. tit. 12. par. 6. Per obliquam autem dari potest codicillis & adimi hereditas per verba denotantia fideicommissum, qualia sunt, rogō, volo, mado heredibus meis, vt restituant Petro hereditatem, valet siquidem hæc dispositio, & heredes retinebunt quartam Trebellianicā, vt in. d. §. codicillis & d. §. directio insti. de codi. & in. l. si idem. C. eo. & in. l. 2. tit. 12. par. 6. Quin etiam verba directa ex benignitate ad conseruandam defuncti voluntatem trahuntur ad fideicommissum: vt tradunt Accurs. & Bar. in. l. Sceuola. ff. ad Trebelli. & in. l. cum quis decedens. §. Seyam. ff. de lega. 3. quod intellige esse verum, quando constiterit testatorem voluisse codicillos condere. Ex sententia Azonis in summa C. de codicill. cui subscripsit Alexan. in. l. hereditatem numero vlti. C. eo. glo. & docto. in. l. verbis ciuilibus ff. de vulga. Grego. Lupi in. l. 2. in verbo derechamente, & in verbo semejantes tit. 12. par. 6. [ Et non modò hæc conclusio obtinet, cum substitutio fit verbis directis, verum etiam cum fit substitutio verbis directis in codicillis, valet enim in vim fideicommissi, vt in. l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil. Ex quo id ibi expendant Alberi. & ceteri interpretes antiquiores & in. l. cum quis decedens. §. Seyam. ff. de lega. 3. vbi Bar. & Albē. dicunt eam decisionem vix alibi reperiri, Paul. Castr. Cor. Alex. & Moderni in. l. hereditatem. C. de codicill. Imo in. l. si in. ff. de iur. iur. rup. Anto. Gomez in. l. 3. Tauri numero 1338. ad fi. & numero 1377. Sed hoc vltimum ipse intelligit, vbi codicilli sunt nullo præ-

cedente vel sequuto testamento, tunc nimirum si institutio obliquetur, & venientes ab intestato grauati censentur hereditatem ei restituere, quod mihi probat tex. egregius in. l. illud. §. tractari. ff. de iure codicil. Atque hac in specie procedere arbitror sententiā Pauli Cast. in. d. l. hereditatem. C. de codicill. & hoc idem sentit idem Anto. Gomez in. l. 24. Tauri numero. 3. Si tamen præcessit testamentum, & non constat expresse voluisse codicillos facere, præsumitur voluisse facere testamentum, atque ideo nec valebit iure directo, nec obliquum, vt in. l. non codicillum. C. de testam. quemadmodum: cum constat quod voluit testari, vt in. l. 1. ff. de iu. codi. declarat optime Ferd. Vaz. de success. crea. §. 25. numero. 19. vbi optime distinguit, quem omnino vide. [ Sed pulchrum dubium est, nunquid hodie iuxta ius nostrum regium possit quis in codicillis hæres institui directè, & an valeat institutio iure directo? Et videtur, non valere huiusmodi institutionem ex eo quod notant Bal. & Sali. in. l. filij circa finē. C. fami. c. ciscu. nempe, patrem non posse in codicillis filium in potestate sua constitutum heredem instituere directè, sicut nec facere poterit quilibet extraneus, vt supra probauimus. Nam hoc specialiter militi permittitur, vt in. l. militis codicillis. ff. de mili. testa. Ergo in contrarium est ius commune, idem voluit Bal. in. l. humanitas num. 56. C. de impub. Imol. in. l. 2. ff. de iniusto rup. quorum sententiam probat optime, & communioem esse attestatur Ferd. Vazquez de success. creatio. §. 25. numero 7. licet Bar. in. d. l. militis codicillis voluerit contrariū, & tamen constat, valere testamentum inter liberos cum duobus testibus duntaxat vt in. l. hac consultissima §. ex imperfecto. C. de testam. l. 7. tit. 1. par. 6. vnde videtur, institutionem valere in codicillis filio factam a patre, sed nihilominus communis conclusio est in contrarium, ergo nec in specie proposita. [ In contrarium tamen vrget, quia voluit testator testamentum facere, quamuis codicillos appellauerit, eo quod institutionem fecit heredis, vt in. l. illud. §. tractari & ibi Bar. notat. ff. de iur. codi. l. non codicillum. C. de testam. valebit igitur vt testamentum, non vt codicilli, quoniam verba impropriantur vt deseruiant intentioni, vt in. l. insulam. ff. de prescrip. verb. l. sed & si possessori. §. itē si iurauero. ff. de iure iu. d. l. nō codicillum cum ibi notatis per Iaso. & Modernos. Quare nimirū valebit institutio in codicillis facta, quia testamentum esse censetur, & tum potissimum cum nulla maior solemnitas in testamento nuncupatio quam in codicillis iure nostro regio requiratur, vt in hac lege statuitur. Valebit ergo iure isto talis institutio, quod voluit Grego. Lupi in. l. 2. in verbo heredes post principi. tit. 12. par. 6. Quam tamen sententiam limitat ipse Grego. nisi ex alijs constet, testatorem codicillos facere voluisse, & non testamentum, tunc enim institutio non valebit. [ Verum nihilominus crederem, iure nostro regio institutionem heredis in codicillis factam valere iure directo, nulla facta distinctione voluerit nec ne facere codicillos, tum quia nulla maior solemnitas in testamento nuncupatio exigitur, quam in codicillis, vt in hac lege & præcedenti statuitur, tum etiam quia ius nostrum regium non exigit iuris ciuilibus subtilitates in testamentis, sed ea omnino adæquat codicillis, tum quod ad solem-

ad solemnitatem & formam eorum, tum etiā quoad substantiam, hoc est, quoad hæredis institutionem seu aditionem hereditatis. Nulla siquidem hæredis institutio nec aditio hereditatis exigitur ad conseruationem testamenti, vt in lege præcedenti statuitur, quem admodum nec in codicillis exigebatur iure cōmuni. Pari ergo ratione codicilli continere poterunt heredis institutionem, quæ valebit iure directo, perinde atque valeret si in testamento fieret, quod etiam constat ex verbis legis præcedentis ibi, [ Si aliquo ordinare su testamento o otra posttrinaera voluntad & c. ] codicillos & aliam quamcūque vltimam voluntatem compræhendentibus. Præterea maior defectus testamenti erat institutionis heredis, quam in codicillis heredis institutio, aut ademptio, quandoquidem priori casu testamentum nullum erat quoad omnia in eo contenta, secundo verò casu codicilli non irritabantur quoad legata, sed solum quoad institutionem heredis, quæ iure directo non valebat, sed in vim fideicommissi vt supra deduximus, nimirum ergo si quemadmodum testamentum sine heredis institutio. ne hodie valet, & cōseruatur, ita & valeat heredis institutio in codicillis facta iure directo, nec ex eo vitiatur codicilli. [ Suadetur ex alio hæc sententia, nempe, quia ratio finalis quare in codicillis dari non potest hereditas directè, nec adimi iure communi Imperatorum, est triplex. Prima quia maiorem eo iure exigebat solemnitatem testamentum, quā codicilli, vt constat ex traditis supra in principio huius glo. Quare nimirum si eo iure in codicillis dari nec adimi posset hereditas iuxta l. 2. cum complicibus C. de codi. Alia secunda ratio est in lege expressa, scilicet, ne confundatur ius testamentorum, & codicillorum, neue ita immisceatur, vt vnum ab altero dignosci non possit. Nam si vtrūque idē esset, cur diuerso nomine nuncuparetur? vt in. §. codicillis insti. de codi. & l. si idē. C. eo. Tertia ne per codicillos, qui ex testamento vires sumunt, & institutio & aditione hereditum confirmantur. l. quod per manus. ff. de iure cod. ipsum testamentum confirmari videretur, quod esset absurdū, & licet aliæ nouen rationes addantur per Ferdind. Vazquez. lib. 3. de success. creat. §. 25. numero. 2. nō sunt finales, sed persuasiuæ. [ Hæc autē rationes omnes cessant iure nostro regio, quippe quo correctæ sunt, & antiquate, nimirum ergo si cesset, & correctæ similiter censeatur antiqua iuris communis dispositio, glo. in. l. 1. in prin. & ibi Alex. ad Bar. ff. de leg. tuto. & in. l. 1. C. eo. & l. 1. §. 1. gloss. vlti. ff. de dona. cau. mor. glo. in. l. 1. in prin. glo. 1. ad fi. ff. de coniug. cum eman. lib. ei. & in. l. 2. in prin. in verbo præcedente ff. de vulga. tex. in. l. generalis iuncta auth. ingressi. C. de sacros. eccle. cum cōcordan. per Tiraq. late citatis in libr. causa cessante. 1. par. numero. 127. & pluribus seq. vbi hanc dixit communē opinionē, quin & cessatio seu correctio vnius causæ facit cessare effectum & dispositionem, etiam si plures sunt, quarum quælibet sola non sufficit ad producendum illum effectum, sed omnes simul considerantur, vt deduces ex textu notabili in. c. quoniam frequenter. §. porro iuncto. §. sin autem & ibi Panor. in fi. extra. vt lite non contest. Nicol. Euerard. in locis legali. loco à contrario sensu col. 11. vers. primo vt procedat. Ripa in. l. ex facto numer. 14. ff. de vulg. Marfi.

in. l. si quis viduam colu. 1. per illum tex. ff. de quæstio. Tiraq. d. lib. causa cessante limi. 22. numer. 12. vbi citat concordan. [ Prior ratio corrigitur per. l. istam, quæ statuitur eadem solemnitate in codicillis requiri, quæ in testamentis requiritur nuncupatio iure regio. Secunda verò cessat, quia licet quoad hunc effectum confundantur & idem significant, in alijs tamen differunt vt consistim dicam. Tertia quoque ratio correctæ est per. l. præcedentem, vt dicam infra numero sequenti, Quare nimirum si codicillis dari & adimi possit hereditas directè iure nostro regio, quod nuncupatio probat lex præcedēs, ibi [ E si aliquo dexare a otro en su posttrinaera voluntad por su heredero ] Ecce ibi legislator antea loquutus fuerat de testamento, deinde loquitur de quolibet vltima voluntate, quare ea verba, vt differant à superioribus intelligenda sunt de codicillis. Nam quorsum loquendi modum mutasset legislator, si de testamento loqui voluisset? hanc opinionem sentire videtur Grego. Lupi in. l. 5. tit. 8. par. 6. in verbo eodem el heredero, dicens, iure regio patrem posse in codicillis declarare, quod legitima in testamento relicta valeat iure institutionis, licet iure communi esset in contrarium communis opinio. Et magis in specie hæc conclusionem firmat Marcus Solon Burgen. in. l. 3. Tauri numero. 1338. asseritque alium causarum patronū egrum cancellariæ Pincianæ eiusdem fuisse sententiæ, & ita ibi fuisse iudicatum, quam non ita fundat. [ Sed si hæc velis tenere sententiam, dupliciter est intelligenda, primum vt tales codicilli testamentum reputentur, & quamuis codicilli appellentur, sint in effectu testamentum ex his quæ Bal. & Sali. notant in. l. testa. C. de test. & Ang. in. l. illud. §. tractari. ff. de iure codi. l. 1. in. l. non codicillum. C. de testam. Secundo intellige, nisi codicilli fiant in scriptis, & testamentum quoque in scriptis, vel nullum præcedat testamentum, quoniam prima in specie, cum contricant diuersas solemnitates, vt dixi, supra ista glo. num. 4. 5. 6. & 7. institutio facta in codicillis iure directo valere nō poterit, nisi per obliquum, prout erat iure communi statutum: procedet ergo sententia nostra in codicillis nuncupatio factis. [ Differunt. 3. codicilli & testamentum, quia licet verū sit, quod codicilli fieri possunt absque eo, quod præcedat vel sequatur testamentum, & tunc heredes legitimi grauati censentur restituere legata & fideicommissa in codicillis relicta, vt in. §. non tantum insti. de codicil. l. si quis cum testamentum & l. ab intestato. ff. de iu. codicil. si tamen testamentum præcedat, vel sequatur, firmitas codicillorum dependet ex testamento, quoniam si hereditas non adatur, vel alia ex causa testamentum irritetur, infirmantur & codicilli d. l. ab intestato & l. si quis cum testamentum. §. si. ff. de iu. codi. verum hæc differentia hodie per legem præcedentem omnino tollitur, valent siquidem legata & fideicommissa in testamento relicta, et si heres nō adeat hereditatem, vel alia quacūque ratione testamentum solemne irritetur, eadem igitur ex causa valebunt legata in codicillis solemnibus relicta, vt pote quæ absque testamento valere possunt, quoties nullum est factum testamentum, quoniam censentur rogati venientes ab intestato. l. si quis cum testamentum nullum. ff. de iure codi. idem si quis in codicillis rogauit heredes legitimos



timos vt soluerent legata, non enim irritantur hac in specie codicilli, etiam si ex quacunque causa testamentum non valeat, vt in l. ex testamento & l. eam quam C. de fideico. Bar. in l. 1. C. de codicill. numero. 9. vbi hoc extendit ad casum notabilem. Idem ergo statutum censetur vbi lex vocat venientes ab intestato, quoties heredes scripti adire noluerint, vel in testamento instituti non fuerint vt in l. precedenti statutum. Nimirum ergo si iure nostro regio codicillorum validitas non pendeat ex testamento, quod dubitans tamen, more solito, asseruit Greg. Lupi in l. si. glo. penult. 12. par. 6. cuius sententiae accedo. [ Differunt quartò quia potest quis plures codicillos facere, vt omnes valeant l. Dui. §. codicillis. ff. de iure codi. nec priores posterioribus reuocatur, nisi hoc expresse cautum fuerit vt in §. vlti. insti. de codi. & l. cum proponatis. C. eo. l. vlti. tit. 12. par. 6. nec hoc hodie immutatur iure regio vt recte aduertit Marc. Solon in l. 3. Tauri numero. 1343. In testamentis autem aliud videmus decum, prius siquidem per posterius reuocatur. l. 1. §. cum in secundo ff. de iniur. rup. l. si quis priore, ff. ad Trebellianicam l. si quis cum §. vlti. ff. de vulga. §. posteriori insti. qui, mo. test. infirm. l. 21. tit. 1. par. 6. Quod procedit etiam si heres in vltimo testamento scriptus hereditatem non adierit, quia noluit, vel non potuit, vel decessit in vita testatoris, solum enim attenditur quod testamentum posterius sit perfectum & solenne, ita quod hereditas ex eo possit adiri, quamuis adita non fuerit, vt in d. §. posteriore vbi glo. & docto. & d. l. cum in secundo. l. pater filio, ff. de hered. insti. Paul. Cor. & Alex. in si. in l. sanctus. C. de testam. Bal. & Imo. in l. sed si in conditio ne §. vlti. ff. de here. insti. contra. Bar. ibi, idem Alex. conf. 37. lib. 1. dicens hanc opinionem communem esse Couarru. in rub. extra de testam. 2. par. numero vltim. 7. conclus. Anto. Gomez in l. 3. Tauri numer. 92. Gre. Lupi in d. l. 21. glo. 1. tit. 1. par. 6. [ Extenditur secundo, vt primum testamentum coram viginti testibus confectum reuocetur per vltimum habens numerum à iure requisitum, vt notant Bar. & docto. in l. heredes palam §. si quid post numero. 3. ff. de testam. per tex. optimum in l. militis codicillis. §. vlti. ff. de mili. testa. Alex. cof. 103. lib. 4. Pau. Cast. conf. 37. lib. 1. dicens, testamentum ad pias causas factum coram septem testibus tolli per secundum, etiam ad pias causas coram duobus testibus factum, quam sententiam sequitur Iaso. in l. si ita scriptum numero. 29. ff. de lega. 1. Alexander. consilio. 146. lib. 2. Couarr. in rub. extra de testam. 2. par. numero 1. Qui numer. 2. & seq. resoluit idem esse si primum testamentum coram supremo principe factum esset, nã & reuocabitur per secundum, dicam aliqua infra eod. l. 13. glo. 1. numero. 2. Sed an per secundum testamentum rumpatur primum clausulam habens derogatoriam, discutit optime Couarru. in d. 2. part. rub. de testam. numero. 19. & seq. Anto. Gomez in l. 3. Tauri numero. 92. in si. & sequentibus. Gregor. Lupi in l. 22. tit. 1. par. 6. ad quos lectorem relego. [ Quarto differunt, quia codicilli non rumpuntur agnatione sui heredis, vt in l. pen. ff. de iur. codicill. & l. vlti. tit. 12. par. 6. testamentum verò sic vt in l. posthumo nato. ff. de bon. poss. con. tab. l. 3. ff. de iniur. rup. §. posthumo & §. posthumorum insti. de exhered. libe. l. 20. tit. 1. par. 6. [ Ceterum

si in duobus codicillis nuncupatiue factis duplex fuerit heredu institutio facta, an vltimo prior reuocetur? Et crederem reuocari, cum loco sint testamtorum iuxta tradita in l. non codicillu. C. de test. & dixi supra eod. nu. 19. & seq. nisi in eis expresse cautum fuerit contrarium prout communiter in codicillis dicitur, scilicet, *Quedando en su fuerza e rigor qualquier testamento o codicillo que antes de ahora aya hecho.* Quoniam hac in specie censetur primus rogatus restituere secundo, & sic hac in specie valebit secunda institutio iure fideicommissi, & primo heredi quarta Trebellianica debebitur iuxta ea quae diximus supra hac eadem glo. numero 16. & 17. idem per omnia crederem, si post primum testamentum codicilli subsequatur, in quo articulo Mar. Solon nihil decidit, nu. 1343. sed alia cogitanda reliquit,

G L O S S. X.

- 1 Testamentorum solemnitas iure nostro regio non est probatoria sed forma dicitur substantialis atque idem esse iure communi.
- 2 Testamentum minus solemnne non solum quoad institutionem heredum, sed quoad legata & alia omnia in eo contenta evertitur.
- 3 Testamentum in scriptis si quis facere destinauit, in quo solemnitatem adhibuit nuncupatiui dumtaxat, an valeat vt nuncupatiuum.
- 4 Testamentum in scriptis quando quis dicatur facere voluisse vel non. *Clausula codicillaris operatur, vt valeat testamentum omni meliori modo quo valere potest, ibidem.*
- 5 Testamentum primum in quo extraneus est institutus solentiter factum an reuocetur per aliud coram quinque testibus non vicinis confectum iure regio? vel coram tribus tantum absque tabellione.

k No hagan fee ni pruenca en iuyzio, ni suera del. Ex his verbis adnotare solet Ferdinandus Vazquez lib. de successio. creatio. §. 11. numero. 15. & §. 30. numero. 3. & alibi sepe, maxime in §. 2. & §. 3. quod solemnitas testium iure nostro requisita per legem istam & precedentem est probatoria & non substantialis. Quod verum non esse ostendimus supra eo. l. 1. §. 4. nu. 18. & 19. imo quod sit forma substantialis, quae sententia communis est & à nostratibus recepta, quin & iure communi idem esse probaui. d. glo. 4. numero. 12. & seq. [ Et intellige testamentum & codicillos carentes solemnitate huius legis & precedentis fidem non facere quoad omnia in eis contenta. l. ex testamento. C. de fideicommissi cum alijs ibi à Iasone congestis, & conf. 82. numero. 2. lib. 3. post Scribentes in l. si iure. ff. de leg. 3. & in l. sanctus. C. de testamen. Ex quo constat, non bene dixisse Ioannem Lupi in l. 3. Tauri numero. 6. testamentum carens solemnitate, de qua in his legibus, quoad institutionem dumtaxat subuertitur non quoad legata in eo contenta, falsissimum quippe est, & omni iuri contrarium, cum text. iste & omnia

omnia iura superius citata dicant contrarium. Quare eius doctrinam improbant Did. Castelli in d. l. 3. Tauri in verbo no haga fee. colum. 2. & Fed. Talauera ibidem numero. 94. & Marcus Solon numero. 1366. quibus adhaereo, ex his quae diximus supra eo. l. 1. glo. 4. numero. 11. 12. & 13. [ Solet nimium controuerti inter doctores, an testamentum in scriptis habens solemnitatem nuncupatiui, valeat vt nuncupatiuum: in qua questione omnis disputationibus & varijs opinionibus, haec est vera resolutio, & magis communiter recepta. Si testator voluerit testari in scriptis & non nuncupatiue, & testamentum caret solemnitate, quae in testamento in scriptis exigitur, licet habeat solemnitate testamenti nuncupatiui, non valet vt nuncupatiuum: at verò si non constat de hac voluntate, in dubio valebit vt nuncupatiuum quia id voluisse testatorem, in dubio est presumendum, ne actus subuertatur, quod velle nemo vnquam praesumitur vt in l. 3. ff. de testam. l. 1. Scuela. ff. ad Trebellianicam cum alijs quae Alcia. congerit de praesump. regula. 3. praesum. 34. Albe. Brun. de reb. dubijs numero. 36. Deci. in c. quoniam Abbas numero. 5. de offi. de lega. vers. 2. limitatur, & in capit. cum super numer. 12. eo. 11. vers. extra istos casus, ex quibus & alijs rationibus hanc sententiam & resolutionem tenuerunt Ioan. de Blonisco doctor antiquus in libello de actionibus in rub. de actione ex testamento Iacob. Cin. Albe. Ioan. Fab. Pau. Cast. Fuigo. Cor. Alex. & Iaso. in l. hac consultissima §. per nuncupatiuum. C. de testa. Paul. & Soci. colum. 2. in l. si ita scripto. ff. de condi. & demonstra. Paul. consi. 39. libr. 1. in si. Ang. & Imol. in l. 1. §. fin autem. ff. de here. insti. Bar. in l. vlti. ff. de iure cod. Pet. Rau. in eius alphabeto in verbo testamentum col. 3. Matth. Affli. decis. 143. col. vlt. dicens ita fuisse obtentum in Neapolitano consilio, & iterum decis. 69. numero. 3. Soci. consi. 142. libr. 1. colum. 2. & conf. 173. colu. 2. lib. 2. Paul. Paris. conf. 46. & conf. 19. lib. 3. colum. 1. Boeri. decis. 240. numero. 6. Thom. Gram. decis. 62. numero. 15. Carol. Ruy. conf. 1. numero. 44. libr. 3. Ludo. Gozad. conf. 3. numero. 4. 11. 16. & 27. vbi asseruerat hoc esse commune doctorum placitum, Albe. Brun. in tracta. de reb. seu dispositionibus dubijs numero. 27. & 37. Gre. Lupi in l. 2. tit. 1. par. 6. in verbo en poridad Cifon. l. 3. Tauri ad si. & ibi. Mar. Solon numero. 71. Ferd. Vazq. qui hoc pluribus rationibus instruit libr. 2. de succes. creatio. §. 11. numero. 11. ad si. & numero. 12. & pluribus seq. [ Dubium tamen magis controuersum est, quando quis dicatur testari voluisse in scriptis, vel non. Quod fuisse examinatum Marcus Solon in d. l. 3. Tauri numero. 1375. cum nouem numeris seq. Et tandem numero. 1385. [ vt opinionum conflictum euadamus, consulit, vt in quocunque testamento apponatur clausula codicillaris, quae hoc in regno communiter apponi consuevit, quae haud dubie operatur, vt valeat omni meliori modo, quo valere potest, videndus est etiam Ferdi. Vazq. in d. §. 11. numero. 12. & deinceps. [ Ceterum ex verbis legis nostrae potest decideri quaestio, quae iure communi Imperatorum constat, quo iure si in primo testamento coram septem testibus nuncupatiue facta, vel coram quinque vicinis iuxta ius nostrum regium, esset institutus haeres extraneus, & deinde fieret aliud ab eodem testatore testamentum,

quinque tantum cotines testes non vicinos neque incolas eius loci, vbi sit testamentum, in quo venientes ab intestato essent instituti, reuocabitur proculdubio primum iuxta regulas iuris communis, vt in l. hac consultissima §. si quis autem. C. de testam. & l. 22. in si. tit. 1. par. 6. & hoc procedere iuxta ius nostrum regium asseruerat constanter Gre. Lupi in d. l. 22. in glo. pen. Et licet Anto. Gomez in d. l. 3. Tauri numer. 100. expresse asserat, dispositionem d. l. 22. & d. §. si quis autem minime procedere posse in testamento nuncupatiuo, sed in testamento in scriptis dumtaxat: verior tamen est sententia Greg. Lupi, vt in testamento etiam nuncupatiuo verificari possit. Non tamen diffiteor veram esse eiusdem Antonij Gomezij sententiam. d. numero 100. traditam, dicentis stante lege nostra & precedenti, non posse reuocari testamentum nuncupatiuum coram quinque testibus vicinis sine tabellione factum, [ in quo extraneus quispiam fuerit institutus ] per vltimum coram tribus tantum testibus absque tabellione factum, etiam si in eo venientes ab intestato fuerint heredes instituti, quia hoc vltimum est nullum per legem nostram, & alijs rationibus ab eo traditis.

L E Y. III.

¶ Que el condemnado por delicto, pueda testar de sus bienes, y no de los applicados ala camara, o a otro:

¶ Don Fernando, y doña Juana en Toro año de 1505. l. 4.

● Mandamos que el condemnado por delicto a muerte civil o natural, pueda hazer testamento y codicillo, o otra qualquier vltima voluntad, o dar poder a otro que lo haga por el, como si no fuese condemnado. El qual condemnado, o su comisario puedan disponer de sus bienes. Saluo de los que por el tal delicto fueren confiscados, o se ouieren de confiscar, o aplicar a nuestra camara, o a otra persona alguna.

G L O S S. I.

- 1 Seruus poenae quis dicatur, iure communi? Condemnatus ad mortem an efficiatur seruus poenae, ibidem.
- 2 Condemnatus ad mortem civilem vel naturalem, iure regio non efficitur seruus poenae, sed testari poterit etiam si sit libertinus, vel spurius.
- 3 Por delicto. Iure communi Romanorum damnatus ad mortem naturalem vel civilem seruus poenae efficiebatur,



ciebatur, & testari non poterat post sententiam, etiam si non dum fuerat executioni mandata, propter dilatam executionem ex causa à iure permiffa, vel aliàs. l. eius qui. §. 1. ff. de testam. l. qui ultimo. ff. de poen. §. poenæ seruus insti. qui. mod. ius pa. pot. selui. l. 1. §. titu. 1. par. 6. Bar. & doct. in. d. l. qui ultimo & d. l. eius qui. §. 1. ff. de testa. Ang. & Imo. in. l. si quis filio exheredato. §. irritu. ff. de iniur. rup. Quod procedit etiã iure auth. quoties quis est damnatus ad mortem naturalem, nã si ad civilem, puta, ad deportationem, vel in metallum, nemo bene natus eo iure seruus efficiebatur poenæ auth. de nup. §. quod autem prius colla. 4. auth. sed ho die. C. de dona. in. vir. & vxor. vbi glo. Pet. Cin. Odo. Bar. Bal. & comm. docto. idem Bar. & docto. in. l. qui ultimo. ff. de poen. [ Iure autẽ regio damnatus ad mortem civile vel naturalẽ, nõ efficitur seruus poenæ, sed liber est, sicut & ante cõdensationem, & testabilis, etiã si libertinus sit, vel spurius, vt in hac lege, quod ex ea notat Antonius Gomez numero. 2. & sensit Ioan. Lupi in. d. l. 4. Tau. nu. 4. Greg. Lupi in. l. §. in glo. magna ad fi. tit. 31. part. 7. Tell. Fernand in. d. l. 4. Tauri nu. 31.

G L O S S. II.

- 1 Mors ciuillis que dicatur.
- 2 Damnatus ad membri mutilationẽ testari potest omni iure.
- 3 Religionẽ ingressus dicitur mortuus ciuilliter, & plusquam ciuilliter.  
Mors ciuillis in casibus à iure expressis æquiparatur naturali, non in alijs, ibidem.  
Mors naturalis expectatur eius, qui restituere erat grauatius fideicommissum post mortem, licet ingressus fuerit religionem, nec hoc casu succedit monasterium, nec excludit substitutum, ibidem.
- b Ciuilio natural. Ciuilis mors dicitur, quoties quis per sententiam est deportatus, vel bannitus glo. in. §. re. legati insti. qui. mo. ius pat. po. solui. Bar. in. l. illicitas §. qui vniuersas. ff. de offi. prafi. Idem si ad trirremes quis sit condemnatus, vt Antonius Gomez sensit in. l. 4. Tauri in prin. bonus tex. in. l. 4. tit. 24. infra lib. 8. & l. 6. eo. tit. & expresse hoc tenet Greg. Lupi in. l. 4. tit. 31. par. 7. in verbo o labrado. [ Atque ideo dixit lex nostra de damnato ad mortem, quia in eo qui ad mutilationẽ mēbri dānatus erat, nõ erat dubiũ, poterat si quidem iure ciuili testari, vt in. l. qui manus vbi Bart. Bald. & alij. ff. de testamen. tunc siquidem mutilatio membri auferebat testamenti factionem, quoties fiebat ex causa infamatoria, & quæ sufficiens erat ad auferendam facultatem testandi, non aliàs, vt notabiliter decidit Bart. in. d. l. qui manus & l. is qui lege. ff. de testam. Ioan. Lupi in. d. l. 4. Tauri num. 5. & ibi Castellus in verbo, a muerte. [ Ex hac lege nota duplicem esse mortem, ciuilem & naturalem, quæ æquiparantur, vt hĩc. Tu adde tertium genus mortis plusquam ciuillis, quæ prouenit ex ingressu religionis, vt notatur in auth. si qua mulier. C. de sacros. eccles. & in. cap. in presentia de proba. nihilominus tamen debet eius mors spectari ad petendum legitimam, vel ad petendum restitutionem fideicommissi post mortem

monasterium ingressi relicti, secundum Bar. Salic. & Paul. Cast. in. d. auth. si qua mulier & Feli. post alios per eum citatos in. cap. in presentia num. 56. de proba. non enim valet argumentum de morte naturali ad civilem, nisi in casibus à iure expressis, vt ibi probat. Feli. in. eodem numero. 56. & Deci. numero. 67. Bar. singulariter in. l. cum pater. §. hæreditatem. in. fine. ff. de lega. 2. Emanu. Costa hanc dixit communem alios citans in relectio. cap. si pater. 1. par. in verbo si absque li beris, numer. 70. & 2. par. in verbo testatore. mortuo, infra nu. 6. & 7. Fortu. Garfia in. l. Gallus. §. & quid si tantum numero. 75. versic. distingue, & ibi Lancelo. Galiaula attestatur communem numero. 19. nec hac in specie monasterium excludit substitutum, prout perperam sensit Greg. Lupi in. l. 10. in verbo de xase hijos tit. 4. par. 6. versic. item quid si grauatius ingressus est religionem.

G L O S S. III.

- 1 Testamentum an sit de iure gentium an de iure ciuili? & numero seq.  
Testamentum esse de iure gentium inuentione, sed solemnitate eius de iure ciuili, communis opi. ibidem.
- 2 Testamenta & omnes successiones esse à iure ciuili inuentas, verior sententia.  
Deportatus est capax eorum que sunt iuris naturalis, vel gentium, ibi.
- 3 Testari permiffum est, ex gratia non ex iustitia.  
Lex si testamentum. C. de testa. & l. nostra intelligitur, ibidem.
- 4 Testamentum factum à condemnato ad mortem ante condemnationem, an valeat.  
Licentia data ad testandum, an extendatur ad testamentum antea factum? ibi.
- 5 Testandi facultas per legem vel principem concessa, an finiatur primo actu. & an possit post illum aliud ferre testamentum.
- 6 Damnatus ad mortem an possit capere ex testamento.  
Damnatus ad mortem hodie iure regio, non efficitur seruus poenæ, ibidem.  
Seruus quis esse non potest quoad vnum effectum, & liber quoad alium, ibidem.  
Capitulus apud hostes existens, an possit testari vel ex testamento capere? ibidem.
- 7 Testari an possit damnatus ad perpetuum carcerem: Carcer perpetuus morti æquiparatur, ibidem.
- c Pueda hazer testamento. Notat Did. Castelli in. d. l. 4. Tauri ex his verbis, quod testamenti factio actiua est de iure gentium inuenta, quia deportati & qui condemnantur ad mortem civilem retinent ea, quæ iuris gentium sunt, licet quæ iuris ciuillis sunt, amittant, vt in. l. quidã. ff. de poen. in. fine, cum ait, vt ea quidẽ quæ iuris ciuillis sunt, non habeant, quæ vero iuris gentium sunt habeant. Verum hæc quæstio nimium fuit con trouerfa,

ab vtriusque iuris interpretibus quidã enim asseuerat testamenta esse iuris gentium quoad inuentionem, licet quoad formam & solemnitate sint iuris ciuillis & positiui, hi sunt Bar. in. l. interdum numero. 7. ff. de condict. indeb. Ang. conf. 88. & conf. 126. Ant. in rubr. extra de testam. Calderi. in disputa. incipi. Bononien si statuto & Barba. in. d. rub. de testam. colu. 81. Roma. Fulgo. & Iaso. numero. 5. & Corne. num. 2. & 3. eam dicentes communem in. l. si testamentum. C. de testa. idem Fulgo. & Iaso. in. l. ex hoc iure numero. 46. ff. de iusti. & iur. Theophi. in. §. ius autem ciuile insti. de iust. & iur. Vigli. in. §. sed predicta numero. 4. insti. de testam. Alex. numero. 4. & Iaso. numero. 14. in rub. ff. de acq. hcredi. Fortun. in. l. Gallus. §. & quid si tantum col. 133. ff. de lib. & posth. Paul. Cast. in. l. testadi. C. de testa. Ias. in. l. si post diuisionẽ. nu. 11. C. de iur. & fact. ign. Guill. Bened. in repe. c. Raynutius in verbo testamentum. 1. numero. 2. de testam. Alexand. conf. 2. nu. 7. & 19. & conf. 209. numer. 6. lib. 2. Deci. conf. 1. in nouis numero. 13. & conf. 403. numero. 14. & 16. numero 6. & conf. 608. numero. 5. & 357. numero. 5. Paul. Paris. consilio. 1. numero. 49. lib. 2. & consilio. 46. numer. 32. lib. 3. & hanc esse receptiorem sententiam, asseuerat & eam sequitur Couarruias libr. 3. resolutio. cap. 6. numer. 7. Mouentur ex lege si testamentum. C. de testam. vbi testamentum iure perfectum si heres in eo institutus est capax, non rescinditur per rescriptũ. Quod non ob aliud inquit fieri, quã quod iuris gentium est testamentum. Nam si à iure ciuili esset, per rescriptum principis rescindi posset. [ Alij non pauci asserunt, testamenta omnesque successiones esse à iure ciuili positiuo, non gentium, quorum primas obtinet Accurs. in. l. ex hoc iure in verbo dominia. & ibi Bart. num. 5. versic. vltimus oppono. ff. de iusti. & iur. & hanc attestatur communem Guill. Bene. in verbo: testamentum. 1. nu. 2. & 6. Christoph. Porcius in prin. & §. 1. insti. de testam. & Corne. conf. 137. nu. 5. lib. 2. & conf. 150. num. 5. eod. lib. Ang. in auth. vt noua facta cõsti. in prin. idem voluit idẽ Guill. Bene. in. d. c. Ray nutius in verbo & vxorẽ nomine Adelfianu. nu. 43. & 226. & 387. Bal. in. d. l. lege. 12. tabularũ. C. de legi. hare. vbi subdit, omnes omnino successiones esse iuris ciuillis, & positiui, suadente tamen ratione naturali, quam opinionem veriore esse censet Corne. in. d. l. si testa mentum. nu. 2. C. de testam. & Paul. Cast. in. l. 1. ff. ad l. falcid. Cassan. in consuetud. Burgundia. rub. 7. §. 3. in verb. à fayre. testament. nu. 1. Fernan. Vazq. Menc. lib. 1. de succel. creati. §. 1. nu. 1. & 2. vbi probare nititur testamentum esse iuris ciuillis positiui, vel iuris gentiũ secundarij quod varijs & successiuis tẽporibus adnif sum fuit ab eis dumtaxat gentibus, quæ legibus mori busque regebantur, & deinde paulatim processit ad aliàs gentes, atque ideo ius gentium securi darium appellatur, quod verius ciuile & positiuum appellari potest. Et vltra ea citat in comprobationem huius opinionis tex. in. l. si. C. quo. bono. iuncto. §. respõsa insti. de iur. natu. vbi prudentum responsis successiõnem ad nullam receptamq; dicimus, & sic iure positiuo non de iure gentium primeuo. l. lege obuenire. ff. de verb. signi. l. verbis legis eo. tit. & l. nihil aliud. eo. ti. vbi Al cia. numero. 14. id ex ea expendit, licet transire videa

tur cum communi. tex. etiam in auth. vt cum de appella. cog. §. aliud quoque capitulum ibi legibus debitam & in auth. de here. & Falcid. §. primum itaque auth. nouissima. C. de inoffi. test. in verbo lege iuncto verbo debeatur in rub. & fere per totũ. ff. & C. de legit. hered. & insti. de legi. agna. success. Item quia de portatus est capax eorum, quæ sunt iuris naturalis vel gentium, vt in. l. quidam. ff. de poen. & tamen non est capax successiõnis, vt probauimus supra eo glo. 1. ergo successio non est iuris naturalis vel gentium, sed ciuillis. c. ius quiritum. 1. distin. §. si insti. de vsu & habita. vbi Imperator dixit hucusque diximus de acquisitione iure gentium, deinde dicemus de acquisitione iure ciuili, & deinde tractat de testamentis, quare necessario inferitur acquisitionem ex testamento civilem esse. l. 1. in prin. ff. ad. l. falcid. [ Sed vltra præcitatos doctores hæc vltima sententia confirmatur, quia non ex iustitia, sed ex gratia permiffum est testari, & ex benignitate potiusquã ex iuris rigore, eo quod testam. mortuo testatore confirmatur. c. cum Marthe de celebra. miss. l. 4. ff. de adi. lega. quo in tẽpore cũ dominus non est testator, quia mortuus est, & mors omnia soluit auth. de nup. §. deinceps coll. 4. nec refert vtrum actus fiat tempore prohibito, vel permiffio si tamen effectus confertur in tempus prohibito. l. 1. l. quod sponsa. C. de dona. ante nup. atque ideo de iuris rigore nõ valere huiusmodi dispositionem concludit communis schola docentium, quemadmodum non valeret concessio quam quisque de rebus alienis faceret, quarum quondam habuisset dominiũ, glo. in. d. l. illa institutio. ff. de here. insti. quam communem esse constat ex his quæ diximus supra eo. l. 1. glo. 1. in fi. & glo. 10. numero. 23. vbi probauit id admittere legem per fictionem, fingendo testatorem viuum, cum ipsa hæreditas iacens eius personam representet secundũ Deci. in. l. eum qui numer. 4. ff. de iuri. om. iudi. Nec obstat lex nostra ex qua Dida. Castelli deducebat nostram conclusionem, quoniam per eam condemnatus ad mortem ciuilem non efficitur seruus poenæ, atque ideo non desinit esse capax eorum, quæ à iure ciuili dependent, vt omnes legis. 4. Tauri interpretes sentiunt, maxime Tellus Fernan. ibi. nu. 31. Nec oberit. l. si testamentũ. C. de testa. quia ibi erat iã quæsitũ dominiũ hæredi, quod est iuris gentium licet ex causa ciuili acquiratur, atque ideo rescriptum impetratum hæredi nocere non potuit ex communi sententia doctorũ in. §. & quid si tatum & in. c. quæ in ecclesiarũ de cõstitũ. [ Secundo collige ex lege nostra, testamentum ante commissum delictum vel ante condemnationem factum validum esse, quod constat ex his verbis, o se ouerem de confiscar. ecce non erant bona confiscata, nec lata sententia, & nihilominus statuit lex nostra te stamentum valere, quod ante hanc legem dubiũ erat: non enim ex eo quod damnato ad mortem permitte retur per statutum testari, confirmabatur testamentũ ante condemnationem factum, vt Paul. Paris. respon dit conf. 46. numero. 15. lib. 3. motus ex eo quod per. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto rup. dānatus ad mórtem testari prohibebatur, & testamentum quoque ante factum erat irritum, si ergo primus casus corrigi tur per statutum, non extenditur correctio ad sequen dum

dum, verum hæc opinio Parisij vera non est, etiam iuxta ius commune. Nam cui data est licentia testandi, si antea fecerat testamentum, à fortiori confirmatum esse censetur, vt docet Bar.in.d. §. irritum in fine & ibi Imol in principio Paul. Castr. numer. 4. & idem Pau. in.l. si iam facta. ff. de condi. & demonstra. vbi Socin. numero. 5. assentitur sententiæ Pauli Castren. non tamen rationi, quã sententiam limitat, idem voluit Iaso. de Socino nullam faciens mentionem in.l. & militibus. ff. de milita. testam. eandem sententiam sequitur Alexander in .d.l. & militibus numer. 2. & Deci. nu. 11. & 12. Iaso. in.l. quominus nu. 129. & duobus seq. ff. de flumi. vbi plura ex hoc infert, plurima Anto. Gomez in.l. 42. Tauri numer. 2. quem omnino vide, quod tamen non examino, cum lex nostra hoc tollat dubium, vt dixi, dicam fortè alibi oportunius. [ Tertio colligit ex hac lege Telliuz Fernandez in.d. l. 4. Tauri numero. 2. & 6. quod facultas per legem nostram concessa damnatis ad mortem ciuilem vel naturalem, non spirat, nec consumitur per primum testamentum, sed durat quoties opus fuerit: poterit siquidem plurima testamenta facere, quia hæc est lex generalis & non statutum, estque fauorabilis, non odiosa. At in legibus non est locus regulæ. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. quia lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hærer. durat ergo facultas testandi vsque ad mortem, citat Socinus consilio. 117. libro. 1. & consilio. 91. libro. 4. Cuma in.l. si cum dotem. §. 1. ff. soluto matrim. Deci. consilio. 287. Quod autem tractat, an idem dici possit, si alicui episcopo fuerit concessa licentia testandi, an consumetur semel facto testamento, concluditque non consummi, sed alia facere posse testamenta vsque ad mortem, optime loquitur cõtra Deci. & Soci. Iuniorum & Couarruuiam per eum citatos, vide eum, [ Quærit etiam idem Telliuz Fernandez. in.d. l. 4. Tauri numero. 21. & seq. & late discutit, an lex nostra quæ permittit damnato ad mortem testari, videatur quoque eis permittere capere ex testamento, & refert tres doctores regni nostri, quorum alter probat partem negatiuam, nempe, non licere ei capere ex testamento, hic est Cifontanus in.d. l. 4. Tauri numero. 2. alter vero tenet partem affirmatiuam, hic est Antonius Gomez ibidem numero. 6. & 7. tertius reliquit cogitandum, hic est Gregorius Lupi in.l. 15. tit. 1. par. 6. quorũ omnium fundamenta reprobat Telliuz, & denique concludit licere damnato ad mortem capere ex testamento, prout & resolverat Antonius Gomez vnico dumtaxat fundamento arguendo a cessante ratione & causa, quæ ante hanc legem vigeat, propter quam leges vetabant facere testamentum, & capere ex testamento: nempe, quia sic damnatus efficiebatur seruus poenæ: quæ ratio hodie cessat, quandoquidem seruus poenæ minime efficitur, vt constat ex lege nostra, & expressum asseuerat Gregorius Lupi in.d. l. 15. tit. 1. par. 6. & clarius in.l. 5. tit. 31. in glo. magna post medium versu. in contrarium tamen facit par. 7. Nimirum ergo si cessante causa prohibitionis, cesset prohibitio, vt in.l. 1. & ibi notat Bal. C. si rector p̄quin. & in.c. non debet verific. cum ergo prohibitiones de consang. & affini. & §. his omnibus & capit. Neophitus quod confessim sequitur & ibi gloss. in verbo causa Archi. Domi. &

Cardin. Alexand. 61. distincti. cum concor dan. à Tina quell. traditis in libello causa cessante. i. par. numero. 215. & quia eo ipso quod damnato licet testari, eũ supponimus liberum, nam si seruus esse t, testari non poterit, poterit ergo similiter capere ex testamento tanquam liber: aliàs sequeretur absurdum, quod ex vna & eadem damnatione seruus quis esset quoad vnum effectum, & non seruus quoad alium: quod est impossibile vt in.l. si pariter. C. de liber. causa. Ex quo infert Telliuz Fernandez numero. 33. quod captiuus apud hostes existentes non possunt hodie testari, cum propter captiuitatem efficiantur serui, vt in. §. serui autem insti. de iure perso. quare prohibentur testari, vt in. §. si. insti. qui non est permi. fac. test. nec poterunt capere ex testamento, si ibi decedant. [ Sed an dānatus ad perpetuum carcerem possit condere testamentum? Bal. in.l. 1. C. qui ad liber. perue. non poss. dixit esse actiue & passiuè intestabilem. Hodie tamen per legem nostram poterit testari, & ex testamento capere, quia equiparatur damnato in metallum secundũ Panormita. in capit. quod sedes de offi. ordi. Ioann. de Plat. in.l. nemo carcerem numero. 9. C. de exact. tribu. libr. 10. & quia morti æquiparatur secundum Bald. in.l. 1. numero. 22. C. de sacros. eccles. & in.l. Imperium. 1. lectura nu. 6. ff. de iuri. omni. iudi. ex quibus hoc in specie decidit Episco. Calagurrita. in practica criminali canonica. capit. 129. Greg. Lupi in.l. 4. in verbo a que homie libre, tit. 31. part. 7. Couar. latissime examinans in rubr. extra de testam. 3. part. numero. 27. versu. ex qua cessat.

G L O S S. IIII.

Testandi facultatem habens poterit & codicillos facere.

d Codicillo. Videtur, hanc legem in hoc esse superfluã, nam cui conceditur facultas testandi, à fortiori concessum videtur codicillos facere. l. 2. & ibi notat Bart. & Iaso. in princi. ff. de lega. primo. l. 13. tit. 1. par. 6. iuncta. l. 1. tit. 12. eadem par. 1. Diuus. §. codicillos. ff. de iu. cod. Bar. in.l. in tantum in prin. ff. de seruo corrup. Verum ob id dici non poterit dispositionem legis nostræ esse superfluam, quandoquidem id procedit, quoties alia lege non est expresse prohibitum, codicillos facere, tunc etenim necessaria fuit expressio, vt hic aduertit Castellus, at per leges par. supra citatas constat esse prohibitum ergo &.

G L O S S. V.

e Quo loco hanc per el. De huiusmodi commissarijs & eorum potestate tractabimus latè infra eo. l. 5. & 6. sequentibus.

G L O S S. VI.

1 Damnatorũ ad mortẽ ciuilem vel naturalem bona confiscata esse censebatur, & quibus personis pars eorum reseruetur

seruetur iure communi?  
2 Confiscatio bonorũ vbi venit in consequentiam poenæ ex benignitate legũ hæredibus legitimis applicatur.  
3 Auth. bona damnatorum. C. de bonis proscrip. per.l. nostram corrigitur.  
Lex part. tit. 31. l. 5. part. 7. corrigitur per legem nostram, ibidem.  
4 Damnatus ad mortem licet bona eius confiscentur testari potest iure regio, ibidem.  
Pronomen suus denotat dominium, ibidem.  
5 Damnatus ad mortem an possit vnum ex filijs meliorare in bonis non confiscatis, an vero ea bona reseruare teneatur hæredibus legitimis?  
Bona per leges filijs & hæredibus legitimis reseruata, non possunt inter eos inæqualiter diuidi, ibid.  
6 Damnatus ad mortem si ab intestato decedat, cui competant eius bona, quæ per leges vel iudicem, non fuerunt confiscata?

f Puedan disponer de sus bienes. Nota legem istã, quæ ius corrigit commune, & antiquum regni nostri, nã olim bona damnatorum ad mortem naturalem vel ciuilem publicata esse censebantur. l. 1. ff. de bon. damnata. cuius verba sunt. Supplicij damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut ciuitas, aut seruilis conditio irrogatur. l. eius qui. §. si cui. ff. de testa. sed per. d. l. 1. tũc de mum bona publicantur, cum filios legitimos non habet condemnatus, nam si duos habeat, eis manebit dimidia bonorum pars, si vero plures supersint, omnia bona consequentur excluso fisco, vt in.l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. damn. Iure vero Codicis omnia bona publicabantur, etiam post condemnationem acquisita, vt in.l. in metallũ & l. deportati. C. de bon. dāna. l. deportatorũ. C. de poen. Lex autem si deportatus. C. eo. tit. statuit bona deportatorũ pro parte esse filijs reseruanda, siue sint emancipati. siue filiarũ dotatę, modò conferant dotem. Per legem autem vlt. C. eo. tit. bona dānati, cui nulli supersunt liberi, nec superesse sperantur, fisco quæruntur: si autem ei supersint liberi, si sit curialis, masculi occupant omnia bona, fœminæ dimidiam partem eorum, si nulli supersunt, curia occupat, si non sit curialis, dimidia pars liberis reseruatur, & alia dimidia confiscatur. Iure vero authenticorum per text. in auth. vt nulli iudi. §. si. colla. 9. & auth. bona damnatorum. C. de bon. proscrip. bona damnatorũ seu proscrip. nō publicantur, nec iudicibus aut eorũ officijs applicantur, sed descendētibz vel ascendētibz, aut collateralibus vsque ad tertium gradum, si supersint applicantur, aut vxori in eorum defectum, vtrum his deficientibus bona fisco quæruntur. l. 5. tit. 31. part. 7. [ Sed hæc omnia ita accipienda sunt si bona expresse non publicantur per legem ex aliqua causa, nempe, criminis læsę maiestatis diuinæ vel humanę vel alia, quia tunc nihil liberis quæruntur, sed tum demũ cum in consequentiam poenæ venit confiscatio iuxta. d. l. 1. ff. de bon. damnata. vbi Bar. ita explicat Rogeri. pulchrẽ in.l. si cui nu. 17. cũ seq. ff. de testam. quæ explicatio communis est teste Boerio in tractu. de seditionis. 7. notab. nu.

30. idẽ asseruit Telliuz Fern. in.l. 4. Tauri nu. 15. Greg. Lupi in.l. 5. in verbo. señalados tit. 31. part. 7. per text. ibi, hoc clare probantem. [ Iure autem fori regni nostri damnati ad mortem ob delictũ, quod meretur confiscationẽ bonorũ, testari possunt vt in.l. 5. tit. 3. de legatis lib. 3. foro legum. Ex quo Montal. ibi, in verbo deuan perder, & Rode. Xua. in. l. quoniam in prioribus in interpretatione legis fori. 10. limi. eiusdẽ legis fori nu. 3. & 4. à cõtrario sensu id expendũt, nempe, quod si omnia bona non confiscantur, poterunt condere testamentũ, asseruntque ita practicari. Demũ per. l. nostrã hoc clarius statuitur: quod damnatus ad mortẽ ciuilem vel naturalem possit de bonis suis, quæ nõ confiscantur, vel alia personæ applicantur, condere testamentũ, per se vel commissarium, & de eis disponere ad libitũ. Ex quo collige auth. bona damnatorũ & legẽ Parti. & ceteras leges antiquiores esse antiquatas, & per legẽ nostram correctas. Imprimis corrigitur lex a. ff. de bon. dam. & d. l. eius qui. §. si cui. ff. de testam. quãdoquidẽ ex condẽnatione mortis ciuilis vel naturalis, non subsequitur bonorum publicatio, nec applicatio filijs, aut ceteris cognatis, sed bona condemnati sunt propria ipsius, quod præferunt verba illa, de sus bienes. Illud enim pronome suus denotat dominium Bart. in.l. Quintus. §. argento. ff. de auro argentoque lega. Bal. in rub. C. de verbo. signifi. Itaque hodie ex condẽnatione mortis, non sequitur publicatio bonorum, quia cessat ratio propter quã bona publicabatur, nẽpe quia eo iure efficiebatur seruus poenæ, vt Gre. Lupi asseruerat in.l. 5. tit. 31. par. 7. [ Infertur ex hoc auth. bona dānatorũ. C. de bon. proscrip. & d. l. 5. tit. 31. par. 7. similiter esse correctas per. l. nostrã qua statuitur, damnatũ ad mortem habere bona propria, de quibus ad libitũ potest disponere, cessat ergo beneficiũ liberis, & alijs cognatis damnati concessum per. d. auth. bona damnatorum, & per. d. l. par. quod à lege consequentur, non ab ipso damnato, quare nimirum si de eis testari non posset, nec alterum ex filijs meliorare, prout voluerunt Rode. Xua. in rep. l. quoniã in prioribz in lectura legis fori. 10. limi. nume. 3. & 4. vbi refert se ita cõsuluisse in causa cuiusdã nobilis de Mutina, cui subscripsit insignis Couar. in rub. extra de testa. 3. par. nu. 27. versu. premissa tandẽ Taurina lege, quia de illis bonis per. d. auth. filijs reseruatis disponere, nõ poterat dānatus etiã ad pias causas, nec alio quouis modo, ex sententiã Bar. in rep. l. 1. nu. 26. C. de sacros. eccle. quẽ ibi ceteri sequuntur. eiusque sententiã esse cõmuniter receptã attestatur Abb. in rub. extra de testa. si. col. & ibi Couar. 3. part. nu. 27. Iure tamẽ regio per. l. nostrã poterit dānatũ ad mortẽ testari, & meliorationẽ seu prælegatũ facere alteri ex filijs: quia bona de quibus testatur, sunt propria, nec per legẽ alijs applicata, prout erãt per. d. auct. & l. par. quod voluit Gre. Lupi in.d. l. 5. in glo. magna tit. 31. par. 7. & nouissimẽ Telliuz Fern. in.d. l. 4. Tauri nu. 17. versu. mea sententiã & nu. 18. multa verba effudẽs, dicit etiã idẽ esse stãte lege fori lib. 3. ti. 5. de legatis. l. 5. ibi, Que deua perder lo q̄ h. i. qua iuxta cõmunẽ intellẽ, etũ testamentũ fieri pmittitur dānato ad mortẽ de bonis proprijs, quæ nõ sunt cõfiscata. poterit ergo eũ sine propria, alterũ ex filijs meliorare, cõtra respõsum Roderici, & Dida. à Couar. imo & ipse Greg. Lup. qui

hoc esse verum asseruit iuxta legem nostram non autē iuxta legem fori, quæ eius iudicio non corrigebat athen. bona damnatorum nec legē par. sed iudicio meo sententia Tellij Fernan. verior est, quamvis ei refragari videantur verba legis nostræ vltima, *Aplicar a nuesta camara o a otra persona alguna.* Non enim obstat, vt dicam in gloss. vltim. [ Inferitur similiter, quod si condemnatus ad mortem ab intestato decesserit, succedent hæredes legitimi ab intestato per legem vocati in bonis proprijs ipsius damnati, quemadmodū si non fuisset dānatus, non ex vi reservationis sibi factæ per auth. bona damnatorū. C. de bonis proscrip. & d. l. 5. tit. 3. par. 7. prout Gre. Lup. ibidē & Ioā. Lupi in. l. 4. Tau. nu. 16. somniauerunt, sed ex vi legis nostræ, quæ sibi ipsi damnato bona reseruat, vt quemadmodum si damnatus non fuisset, de eis disponat, si ergo nō dispo fuerit, vocati censentur tacite ab intestato venientes. l. conficiuntur. ff. de iu. codi.

G L O S S. VII.

- 1 Testari licet ei, qui nulla bona habet, dummodo non sit incapax, & nu. 2.  
*Testari potest is cuius omnia bona sunt confiscata. Confiscatio non comprehendit bona futura & ibidem. Confiscatio an includat bona sub cōditione debita? ibi.*
- 3 Testari an possit hæreticus, vel alius cuius bona ipso iure publicantur?
- 4 Testari an possit Sodomita ante vel post sententiam & numero. 5.  
*Sodomita an prohibeatur testari? ibid.*
- 6 Tempus delicti, an sententia inspiciatur ad condemnationem faciendam?  
*Confiscatio bonorum alicui ipso iure irrogata, an comprehendat bona acquisita post delictum, & ante sententiam? ibidem.*
- 7 Pœna confiscationis vel alia, vbi est certa inspiciatur tempus delicti, etiā si bona non publicentur ipso iure.  
*Pœna confiscationis vel alia vbi est arbitraria, vel venit certificanda per sententiam attenditur tempus sententiæ, ibidem.*  
*L. 1. ff. de poen. & l. pen. ff. si ex noxa. cau. aga. & l. si is qui. §. si cui. ff. de testamen. explicantur & conciliantur nu. 6. & 7.*
- 8 Fuereñ confiscados. Scilicet omnia bona vel pars eorū, vtroque enim casu poterit damnatus testari, licet non de bonis confiscatis, quod notat ex lege ista Anto. Gomez in. d. l. 4. Tauri numero. 4. nec mirum videri debet, cum nulla habenti bona liceat testari, vt in. l. he reditas etiam. ff. de peti. heredi. Qui verò nulla habet, nec potest habere, vt quia intrauit religionē, testamentum facere nequaquam poterit, vt in auth. ingressi. C. de sacro. eccles. vbi ita resoluit Bar. nu. 62. & Bal. nu. 3. & cæteri interpretes Alexā. in rub. ff. de acq. her. nu. 9. Ludo. Roma. in. l. stipulatio hoc modo cōcepta nu. 37. ff. de verbo. oblig. Ant. Gom. in. l. 3. Tau. nu. 17. [ Cū verò licet bona non habeat, potest tamē habere & acquirere, non prohibetur testari, vt ibi dicunt præcita-

ti doctores. l. is qui soluendo & l. qui soluendo. ff. de he re. insti. Areti. & cæteri in. l. lex Cornelia. ff. de vulg. Bal. in. auth. incestus. C. de incest. nup. Quo fit, vt in specie nostra is cuius omnia bona sunt confiscata, nō prohibeatur testari per legē istam, quia bona futura, quæ condemnatus acquirere potest, non veniūt in cōfiscatione arg. text. in. l. si tibi mandauero. §. is cuius bona. ff. mand. Bar. in. l. si ita. ff. de auro & arg. lega. Sali. in. l. si deportati. C. de bon. proscrito. Bal. Ang. & la so. in. l. 3. §. illud quoque. ff. quod quisq; iur. Iacob. Septimacē. de institutio. Catho. c. 9. nu. 113. & licet nulla bona habeat, poterit tamē tutorē relinquere filijs suis l. 1. & per totū. ff. de testam. tute. & substituere eis pupillariter, secundū Bal. & Modernos in rub. ff. de acq. hered. & Ant. Gom. in. d. l. 4. Tauri nu. 5. hæres etiam succedet in bonis testatori debitis sub cōditione ex testamēto, isthęc enim nō veniūt in cōfiscationē, ex sententiā singulari glossē in. l. nō ad ea. ff. de cōd. & demōstra. quā ibi sequuntur & cōmendant Bar. Paul. & docto. & dixit vnicā Bal. in. l. etiā. C. ad. l. fal. secus in bonis sub cōditione debitis ex cōtractu, quia hęc publicatū, sicut & alia bona, cum ad hæredes trāsmittātur, vt in. §. ex conditionali insti. de verb. obliga. & per cōsequens ad fiscum, vt declarat idem Anto. Gomez in d. l. 4. Tauri numero. 4. & Guiller. Bened. in. d. c. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelasiam nume. 840. vsque ad nu. 850. [ Sed an lex ista procedat in eo, cuius bona ipso iure confiscantur, vt testari possit, modo de bonis confiscatis non testetur? Dida. Castelli in d. l. 4. Tauri in verbo confiscado, tenet procedere, & ponit exempla in eo, qui de crimine lese maiestatis diuinę vel humanę damnatur: Ioan. Lup. ibidem nu. 17. tenet oppositum. Imo quod is cuius bona ipso iure publicantur, non possit testari. Tellius Fernandez ibidē nu. 34. & 35. & sequentibus tractat de hæretico, & Sodomita, resolutq; in hæretico de iure canonico, quod debet attendi, non posse testari à die commissi criminis vsque ad sententiam, vt in. c. excōmunicamus. §. credētes de hæreti. citat Grego. Lupi in. l. 7. titulo. 7. part. 6. Alfonso. à Castro de iusta hereti. puni. cap. 6. colum. 10. versic. ex hoc etiam dominio. Dicitque ex die declarationis esse intestabilem, non ex die commissi criminis autoritate eiusdē religiosi lib. 2. de iusta hære. puni. tit. 9. colum. 11. licet iure communi Imperatorum, & regio Partitarum hæreticus non esset intestabilis, si filios haberet, vt in auth. vt cū de appel. cogno. §. si quis de prædictis parentibus vers. generalem autē & l. 4. tit. 26. part. 7. quia leges prædictę iure canonico abrogatæ sunt secundum receptam sententiam glo. & doctorū in. c. cum secundum leges de hære. lib. 6. cum concord. per Iaco. Septimacē. in libro institutionū catholi. c. 9. nu. 2. & seq. Ioā. Lup. in rep. c. per vestras de dona. int. vi. & vxo. §. 72. nu. 15. [ In Sodomita autē distinguit, nā post cōdēnationē nō posse testari, ait esse indubitabile, ante sententiam verò cum à die commissi criminis sint bona ipso iure confiscata, ab eo die prohibebatur testari ex communi sententia, quam auctoritate gloss. in. §. testes in verbo intestabiles insti. de testa. tenuit Iac. de Beloui. & Bar. prope finē in auth. vt nō luxu. cōt. natu. specul. in tit. de instrum. edi. §. cōpendiosē nu. 6. vers. tertio decimo. ob crimē famosum, puta

puta de crimine contra naturam Anastasius Mediolanen. inter consilia Barbatij conf. 65. lib. 1. numer. 20. & & 24. Ioan. de Plat. in. §. si insti. qui non est permi. fa. testa. Soci. in. l. quidam relegatus num. 1. ff. de reb. dub. Decius in. l. 1. nu. 7. C. de securi. nup. Guill. Bened. in rep. c. Raynutius de testam. in verbo mortuo, itaque testatore. l. nu. 134. Alcia. in. l. inter stuprum in prin. ff. de verbo. signifi. Cassane. in consuetu. Burgund. rub. 7. §. 3. in verbo a faire testament numero. 4. & 5. pagin. 134. Verum ipse Tellius Fernā. in. d. l. 4. Tauri nu. 36. & sequen. probare nititur contrariam sententiā, imo quod valeat testamentum ante sententiā factum per ipsum Sodomitam: & potissimum cum hoc iure communi permittebatur hæretico, vt in. d. auth. vt cū de appellatione cognoscitur. §. si quis de prædictis & d. l. 4. titulo. 26. part. 7. Quod iure communi verum esse contendit, & non per legem nostram: nam si teneas sententiam Anastasij, & aliorū supra citatorū, qua Sodomita testari prohibetur, adhuc stante lege nostra testari nō poterit, quippe quæ solū permittit dānato testari, non autem illi, qui ante damnationem erat prohibitus alio casu, quā damnationis: nam lex ista solū, inquit, aufert effectus serui pœnæ, non tamen effectus resultantes ex facto, quod de iure reddebat eum intestabilem: quia lex generalis superueniens non cōprehendit casum specialem antea per aliam legē antiquior statutum gloss. in. l. sciendum. ff. qui sati. cogat. tra dit Castan. in conf. 7. nu. 24. [ Ego autem crederē, saluo meliori iudicio, à lege nostra non solum comprehendit casum, in quo quis est condemnatus ad mortem ciuilem, & naturalē in cuius consequentiā veniebat iure antiquo confiscatio bonorum, eo quod efficiebatur seruus pœnæ, quam seruitutem tollit lex nostra ] verum etiam ab hac vltima parte legis comprehendit casus, in quibus ipso iure, vel per sententiā bona alicuius publicantur ibi, *Saluo delos que por el tal delicto fueren confiscados*, scilicet, ipso iure, o se ouieren de confiscar e aplicar a nuesta camara, o a otra persona, scilicet, per sententiam, vt rectē sensit Did. Castelli. ita que in omnem euentum, is cuius bona ipso iure confiscantur, poterit ante vel post condemnationem, vel iudicis declarationem, testari de bonis postea acquisitis. quæ non veniunt in confiscatione, vt dixi supra numero. 2. etiam in hæretico, vt aduertit Iacob. Septima. de institutio. Cathol. c. 9. nu. 113. Non verò poterit testari de bonis confiscatis, vel confiscandis, vt hic statuitur, quod proculdubio procedere autumo in Sodomita, & alijs quorum bona ipso iure publicantur. vt in Sodomita constat ex. l. 1. tit. 21. de crimine nephando infra lib. 8. Sed an hoc procedat in hæretico, cæteris relinquo cogitandum, video enim textum iuris canonici, cui est standum, eum expresse testari prohibentem in capit. statuimus. §. credētes, de hereti. Et an sit limitandum, vt procedat quoad bona publicata dumtaxat, alij discernant quid senserint. [ Cæterū dubitari solet vbi bona publicantur ipso iure, vel per sententiam iudicis, vel in consequentiā cōdēnationis ad mortem iuxta ius antiquum, an censentur bona publicata, quæ habebat delinquens tempore delicti, an verò eaque habebat tempore sententiæ? Et omnis ver

bois distinctionibus Telli. Ferdi. in. d. l. 4. Tauri numero. 47. crederem quæstionem nostram ex mente communis sententię doctorū in. l. pen. ff. si ex noxa. cau. agat. sic esse resoluendam. Vbi pœna confiscationis imponitur ipso iure, tunc quia est pœna certa, inspiciatur tempus commissi criminis, quia ipso facto contrahitur quare status qui erat in delinquente tempore patrati sceleris inspiciatur, ex sententia Guill. de Cun. Iaco. Burti. & Rayne. in. l. pen. ff. si ex noxa. cau. aga. quin & Bar. ibi & in. l. 1. ff. de poen. nu. 3. idem in effectu dicit, nullam faciens differentiam inter crimina publica & priuata, prout Guille. faciebat, sed solum fecit discrimen inter pœnam certam & arbitrariam, cui accessit Paul. Cast. & Iac. in. d. l. pen. hanc dicens communem: Cū ergo hac in specie bona publicentur à die commissi criminis absque sententia vlla condemnatori, sed solum declaratoria criminis. l. eius qui delatorem, & ibi notat Bart. ff. de iure fisci, ibi. *Verum oportet conijta re prius. & de crimine pronunciare. c.* cū secundum leges de hære. in. 6. l. 4. & ibi Grego. Lupi titulo. 2. par. 7. l. 2. ti. 18. de proditiombus infra lib. 8. l. 1. quifquis in prin. & §. emancipationes. C. ad. l. Iul. Mar. l. 1. tit. 21. de crimine nephando infra lib. 8. bona post delictum commissum quæ sita non veniunt in confiscatione, cū ab eo tempore à lege iudicatū sit, & bona futura non veniunt in confiscatione, vt dixi supra numero. 2. cū traditis per Riminal. conf. 135. nu. 7. lib. 1. quod in crimine Sodomix tenet Telli. Fernand. in. d. l. 4. Tauri numero. 48. dubitans tamen, quia reliquit cogitandum, Excipit tamen crimen hæreseos, quia cum in hæreli maneat vsque ad sententiam, quotidie dicitur delinquere, quod verum esse censeo in vtroque casu & indubitanter assero, tempus commissi criminis inspici non solum in Sodomia, sed & in crimine læsæ maiestatis humanæ, & in alijs criminibus, in quibus ipso iure fit publicatio bonorum, vt bona dumtaxat, quæ tempore commissi delicti habebat veniant in confiscatione, non postea quæ sita. [ Quinetiam non solum vbi bona ipso iure confiscantur, verum etiam si lex ea publicari præcipiat, & ad eius publicationem sententiā requiratur, quia pœna sit certa, & à iure declarata, hoc sufficit vt tempus patrati sceleris inspiciatur, & non sententiæ, casus est in. l. 1. ff. de poen. ibi. *Sed eam causam sustinere, quam sustineret, si eo tempore esset sententiam passus, cum deliquisset.* Et ibi expressim expendant Guillelm. Bartol. & docto: commun. teste Iason. in. d. l. penultima. ff. si ex noxa. cau. aga. quod vbi pœna à iudice infligenda est certa tempore commissi delicti, id tempus est spectandum, non tempus sententiæ. Vbi autem pœna est arbitraria, & sic certificanda per sententiam, tunc nimirum si tempus sententiæ inspiciatur, quia antea non erat certa, idque communiter resoluunt præcitati auctores per text. in. l. penul. ff. si ex noxa. cau. aga. & sub hoc membro includitur, quando publicatio bonorum veniebat iure antiquo in consequentiā condemnationis ad mortem ciuilem vel naturalem, tunc quia tempore delicti, non erat certa pœna, sed pendebat à condemnatione per iudicem fienda, ad mortem inspiciebatur tempus sententiæ, in



quo tempore poena certificabatur, vt in l. eius qui §. si cui. ff. de testamen. ibi, bona quoque que tunc habuit, cum damnaretur publicabuntur. Quæ sic est interpretanda, non prout Telli. Fernandez in. d. l. 4. numero. 47. explicuit, dicens ideo tempus sententiæ ibi spectari, quia condemnatio respicit totum patrimonium, atque ita vnico verbo sensisse Alberic. in. d. l. 1. ff. de poen. nullam tamen reddidit rationem differentia, deridetque euasiones Riminaldi. d. consilio. 136. ad illud tex. in. d. l. eius qui §. si cui. ff. de testamen. quæ magis vero consonant, quam ab ipso Tello tradita. Quæ omnia memoriæ figitur, non enim vidi ab alio sic explicata: fortè latius quæstionem istam repetam in materia criminis læsæ maiestatis, vel criminis nephandi, vbi maiori deliberatione resoluum.

GLOSS. VIII.

Verbum seu participium futuri temporis denotat canonem ferenda sententiæ.

h Se ouieren de confiscar. Scilicet, per sententiam, nam verbum & participium futuri temporis est canon ferendæ, non latæ sententiæ, secundum gloss. Bart. Bal. & ceteros interpretes in l. iubemus nulli, C. de sacrosanct. eccles. in §. economus, gloss. in l. 1. C. ne liceat. poten. & in l. in criminali, vbi Bart. Bald. Ange. & Paul. notant. C. de iuri. om. iud. gloss. in cap. si diligenti & ibi Anto. & Panormi, de foro comp. in verbo causam perdant, cum pluribus concordat. per Tirraquell. congestis in repe. l. si vnquam in verbo reuertatur nu. 32. & pluribus seq. vbi plurifariam limitat. C. de reuocand. dona.

GLOSS. IX.

Legis nostræ intellectus nouus in prin. Damnatus ad mortem de bonis fisco non applicatis ad libitum potest disponere, & testari etiam filios meliorando, non vero de hæredibus occisi applicatis, ibidem. Fiscus an habeat hypothecam in delictis, ante vel post sententiam? vemi siuè.

i A otra persona alguna. Videtur sentire lex nostra, quod damnatus ad mortem non possit testari, non solum de bonis fisco applicatis, verum nec de bonis filijs vel cognatis eius per auth. bona damnatorum C. de bon. dam. & per. l. 5. titulo. 31. part. 7. applicatis, Quo fieri videtur, vt non possit alterum ex filijs meliorare, prout censuerunt Rode. Xuares & Couarru. in locis supra gloss. 6. numero. 4. citatis. Verum prout ibi dixi verior est sententia contraria, imo quod. d. auth. bona damnatorum & l. parti. sint correcte, nec aliqua pars bonorum damnati referretur filijs, vel consanguineis, nec vlla bonorum confiscatio in consequentiam fiat condemnato ad mortem: sed de omnibus bonis possit ad libitum disponere, vt pote proprijs. Cui sententiæ non obest lex nostra in his vlti-

mis verbis, loquitur enim in alio casu, nempe, quoties, non ex consequentia damnationis ad mortem, sed ex alia causa, vel ipso iure sunt bona confiscata, vel per sententiam iudicis, & per eandem sententiam pars eorum alicui personæ applicata, veluti hæredibus occisi, nam de hac parte eis addita dicit lex nostra, quod damnatus non poterit testari, & iste est verus intellectus legis nostræ à nemine hucusque, quem viderim, tactus. [Tractat hic Telli. Fernandez plurima circa materiam confiscationis bonorum, quæ alibi referuo, cum opportunius materia ex postulauerit. Egre gieque examinat nu. 61. an fiscus habeat tacitam hypothecam in bonis sibi ex crimine applicatis, ante vel post sententiam, quod discutit singulariter, & vtiliter post Alexand. & docto. in. l. rescriptum. ff. de pact. vidi que hoc in regio senatu causam nimis controuersam, quæ paribus suffragijs calculisque fuit adæquata, vulgo, partitam vocant, & ad regium senatum remissa adhucque sub iudice lis est.

L E Y. IIII.

Que el hijo familias de hedad legitima pueda testar.

Ley. 5. de Toro.

El hijo o hija que esta en poder de su padre seyendo de hedad legitima, para hazer testamento, pueda hazer testamento, como si estuuiesse fuera de su poder.

GLOSS. I.

- 1 Patria potestas propria est ciuium Romanorum, non aliarum gentium, & quomodo intelligatur?
- 2 Patria potestas non est talis apud Gallos, & Hispanos, & alias gentes, qualis apud Romanos.
- 3 Patria potestas apud Gallos, & Hispanos, & Lusitanos minor est, quæ apud Romanos, et legibus et moribus recepta fuit apud eos, quemadmodum apud Romanos.

a Que esta en poder de su padre. Nota quod filius ex legitimo matrimonio natus est in patris sui potestate in regno nostro, & quamuis patria potestas proprium sit ciuium Romanorum, vt in. l. 3. & 4. ff. de his qui sunt sui, vel alic. iur. & §. 1. in. l. de patri. pot. ex quo ibi infert gloss. Gallos, & alias gentes, non habere hoc ius patriæ potestatis. Accursius tamè fallitur, proprium siquidem ideo ibi appellatur ciuium Romanorum, quia non acceperunt ab alijs, non autem proprium, vt non sit apud alios, vt Conanus adnotauit in com-

mementarijs iuris ciuilibus libro. 2. capit. 13. ad finem, apud alias enim nationes legitimus fuisse ius patriæ potestatis, vt constat ex Cæsare in commentarijs & Syluest. in princ. insti. de patr. pot. & Costallio in. l. 3. ff. de his qui sunt sui vel alic. iur. & Valduino ad leges Romuli in princ. quos refert insignis Pinelus in. 2. part. rubric. C. de bonis maternis numero. 9. [Subdens auctoritate Valduini in princip. insti. de patr. pot. Iustinianum ibi non negasse prorsus illud ius alijs gentibus, sed nõ talem esse patriam potestatem apud alios, qualem apud Romanos, Apud Gallos siquidem, ex antiquissima consuetudine filij non acquirunt patribus, nec inter eos impediuntur conuentiones & iudicia, vt attestantur Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 9. numero. 60. dicens ex generali consuetudine Gallia filios sibi acquirere, non patribus, vel quia patria potestas in eo regno non habeat locum, aut certè modicum, Cassane. in consuetu. Burgun. rubric. 6. §. 3. in princip. numero. 21. pagina. 213. dicens in parlamento Parisiensi fuisse quoddam arresto iudicatum, quod filij Gallo-rum, & Francigenarum sint in potestate patris, & iterum in eadem rubric. § 5 in verbo, & fait les fruiers des heritaiges, numero. 4. pagina. 219. Cona. lib. 2. c. 13. in fi & Costal. & Eguinari in. d. l. 3. ff. de his qui sunt sui, vel alic. iur. Pinel. d. numero. 9 & 10. dicens ita saluari gloss. in. d. princip. insti. de patr. pote. licet Syluester ibi, & alij alibi indistinctè gloss. reprobent, vt Deci. in. l. qui separatis numero. 4. & ibi Fabius numero. 34. C. vnde lib. & Ripa in. l. 2. numero. 21. ff. de vulga. Galia. in rubric. ff. de verbo. obliga. numero 187. & Politus in tracta. substi. pupilla. Aduertitque idem Pinelus sæpe lapsos fuisse Alexand. & Iaso. credentes apud Gallos non esse locum substitutioni pupillari, & filiosfam. posse testari indistinctè, quod esse falsum insinuant præcitati auctores, & And ab Exea de pact. numero. 492. Corrafi. in. l. si testamento numero 19. C. de impub. [Apud nos autè patria potestas non habet tantum roborem, quantum apud Romanos, nam per matrimonium exit filius à patris potestate. l. 8. titulo. 1. de matrimonio supra hoc eodem libro, potest etiam testari, licet sit in patris potestate, vt in hac lege statuitur. Sed nihilominus ius patriæ potestatis in alijs hoc in regno est admissum, sicut & in regno Fræciæ, & Lusitaniæ asseuerant supra citati auctores, maxime, Pinelus in. d. 2. parte rubr. C. de bonis maternis numero. 12. quandoquidem regna hæc non recognoscunt superiorem, vsuque & moribus in his regnis recepta est patria potestas, non secus ac olim apud Romanos, dixit iurisconsultus in. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alic. iur. Inno & legibus huius regni hoc statutum est, vt in. l. 1. & per totum titul. 17. part. 4. adde Arium Pinelum in. d. 2. parte rub. C. de bonis maternis numero. 12. vbi & numeris sequentibus tractat de patria potestate, & eius effectus tetigit in. l. 2. titulo. 1. de matrimonio supra hoc eodem libro in gloss. 2. & sequen.

GLOSS. II.

Ætas legitima ad testandum.

b De hedad legitima. Aetatem dicitur habere legitimam ad testandum maior quatuordecim annis, si est masculus, & maior duodecim, si est femina, & sufficiat completè hanc ætatem, vt in. l. qua ætate. ff. de testamen. l. 13. titulo. 13. part. 6.

GLOSS. III.

- 1 Filiusfam. in potestate patris existens iure communi Imperatorum testari non potest, etiam cum consensu & licentia patris.
- 2 Filiusfam. iure regio testari potest. & codicillos & donationem causa mortis facere.
- 3 Filiusfam. in potestate patris constitutus, an possit testari de vsufructu bonorum aduentitiorum ipsi patri pertinenti? vsufructus bonorum aduentitiorum filij competit patri etiam mortuo filio, ibidem.
- 4 Filiusfam. effectus clericus, vel religiosus, non potest testari de vsufructu bonorum aduentitiorum, quæ habebat ante clericatum in præiudicium patris.

c Pueda hazer testamento. Hæc lex corrigit ius commune Romanorum, & antiquum regni nostri, quo iure filiusfamilias in potestate patris existens, non poterat testari, etiam cum licentia eiusdem patris, vt in. l. qui in potestate. ff. de testam. & l. tam is. §. 1. ff. de dona. l. 3. §. 1. C. qui testa. fac. poss. §. 1. insti. qui. non est per. mi. fac. test. l. 13. titulo. 1. par. 6. Rationes refert Antonio. Gomez in. l. 5. Tauri numero. 1. [Iure autem regio per. l. nostram filiusfam. poterit testari, vt hic, & per consequens codicillos facere, secundum Bart. in. l. iur. tantum in fi. princip. ff. de seruo corrup. Bald. in. l. si. versic. quid si statutum. C. de testam. Socin. in. l. 2. numero. 3. ff. de de legatis. 1. Didac. Castell. in. l. 5. Tauri in verbo pueda hazer testamento. & ibi Ioan. Lupi numero. 19. & Telli Fernand. numero. 1. poterit similiter donare causa mortis, vt Bald. notat in repe. l. 1. nu. 10. C. de sacro. eccles. Guill. Bened. in rep. c. Raynutius in verbo matrè in super Clera nu. 6. Tell. in. d. l. 5. Tauri. nu. 2. [Sed an filius in potestate patris constitutus possit testari de bonis aduentitijs, in quibus pater habet vsufructum, & sic de ipso vsufructu patri pertinenti, iuxta legem cum oportet. C. de bon. quæ libe. & l. 5. tit. 17. part. 4. omisis disputationibus, vera est & communis sententia, non posse hodie in hoc regno testari de vsufructu patri pertinenti in bonis aduentitijs, quippe qui ei competit etiam mortuo filio. l. si. versic. pen. C. ad Tertullia. l. fancinus in f. C. com. de success. l. 3. & l. vltim. §. filijs autem. C. de bon. quæ lib. gloss. & docto. in. l. 3. C. de vsuf. & in. l. 1. C. de bon. mat. vbi Pinel 1. par. nu. 39. hanc attestatur comùnè Anto. Gom. in. l. 48. Tau. nu. 5. dixi in. l. 9. glo. 1. nu. 6. ti. 1. de matrimonio supra hoc eodem lib. Quare nimirum si in patris præiudicium filiusfam. testari non possit de vsufructu sibi pertinenti: nã quoties lex permittit testari alicui, qui nõ habebat testamèti factione, intelligitur

vt secundum ius testetur, vt n. l. si quando. C. de inof-  
 cto. testamen. ex quibus hanc sententiam amplecti-  
 tur Bart. in l. i. numero. 21. C. de sacrosanct. eccles. di-  
 cens, quod si permittatur filio testari, intelligitur sine  
 damno patris, & in terminis statuti id permittentis  
 hoc tenuit Bald. in l. si quæramus in fi. ff. de testamen.  
 Imol. expressim in capit. quia ingredientibus nume-  
 ro. 28. de testamen. Ange. in tract. de testamen. nume-  
 ro. 12. Philip. Fran. in rubri. de testamen. in. 6. numero  
 45. Guillerm. Bened. in. d. capit. Raynutius, in verbo  
 matrem insuper Cleram numero. 24. Et in terminis  
 legis nostræ hoc asserunt Grego. Lupi in. l. 13. titulo. 1.  
 partit. 6. in verbo que esta en poder. Pinel. in. d. l. 1. C.  
 de bon. mater. 1. parte numero. 44. Telli Fernandez  
 hos referens, & communem opinionem dicens in. d.  
 l. 5. Tauri numero. 3. & 4. respondetque ad fundamen-  
 ta satis debilia Antonij Gomez in. l. 6. Tauri numero  
 14. qui aucter tenuit contrarium. [ Quamuis ali-  
 bi, nempe, in. l. 48. Tauri numero. 7. expresse asserue-  
 rit, quod licet iure communi ante nostram legem fi-  
 lius tami. clericus poterat testari de his, quæ habuit  
 ante clericatus gradum, vt in. l. sacrosanctæ & auth.  
 præbyteros. C. de episco. & cleri. non tamen po-  
 terat patri præiudicare in vsufructu patri quæsito  
 ante clericatum, quod & voluit Roderic. Xuares in  
 quæstio maioratus penultima columna versiculo ego  
 crederem Deci. in capit. in præsentia numero. 64. de  
 proba. Couarruias in capit. quia nos numero. 2. de  
 de testamen. Pinel. in. d. l. 1. parte numero. 43. C. de  
 bonis maternis, sicut & quando ingreditur religio-  
 nem, vt his & alijs citatis probat Telli. Fernandez  
 in. d. l. 5. Tauri numero. 5. & 6. respondetque ad fun-  
 damenta Antonij Gomez. Limitatque in commodi-  
 tate vsufructus, quam pater habet in bonis maio-  
 ratus, nam hæc spirat mortuo filio, vt optimè pro-  
 bat Gome. in. d. l. 48. Tauri numero. 4. ad finem, nec  
 huic sententiæ obstat lex nostra in fi. cui satisfac-  
 ciam in gloss. sequent.

G L O S S. IIII.

Lex nostra explicatur.

Filius tami. non potest testari de vsufructu bonorum  
 aduentitiorum, ibidem.

d Como si est uie se fuera de su poder. Ex his verbis pro-  
 bari videtur sententia Antonij Gomez in. l. 6. Tauri  
 numero. 14. de qua supra eodem gloss. præcedenti nu-  
 mero. 3. & 4. meminimus, asserentis filium posse testa-  
 ri de vsufructu patri pertinenti, nam si esset emancipa-  
 tus, nulli dubiū, quin possit de vsufructu testari quip-  
 pe qui cū proprietate esset iam consolidatus. At dicit  
 lex nostra, quod potest testari, tanquam si esset eman-  
 cipatus, ergo poterit de vsufructu testari. Verum res-  
 pondeo, hæc verba ad facultatem testandi, de qua lex  
 tractat, esse referenda dumtaxat, quasi patriæ potesta-  
 tis impedimentum velit lex tollere, non autem ob id

voluit patri præiudicare in vsufructu bonorum fi-  
 lij ei pertinenti, quoad hoc enim non est liberatus  
 filius à patria potestate, post mortem siquidem du-  
 rat vsufructus ipsi patri, vt probaui in gloss. præce-  
 denti numero. 3.

L E Y. V.

¶ Que el comissario para testar no pueda nom-  
 brar heredero, ni mejorar, ni substituyr sino  
 tuuieie poder especial.

¶ Ley. 13. de Toro.

¶ Porque muchas vezes acaesce que al-  
 gunos, porque no pueden, o porque no  
 quieren hazer sus testamentos, dan po-  
 der a otros que los hagan por ellos, y  
 los tales comissarios hazen muchos  
 fraudes y engaños con los tales pode-  
 res, estendiendose a mas de la volun-  
 tad de aquellos que se lo dan. Por en-  
 de por euitar los dichos daños, orde-  
 namos y mandamos, que de aqui ade-  
 lante el tal comissario no pueda por  
 virtud de tal poder hazer heredero en  
 los bienes del testador, ni mejora del  
 tercio ni del quinto, ni desheredar  
 a ninguno de los hijos, o descenden-  
 tes del testador, ni les pueda substituyr  
 vulgar, ni pupillar, ni exemplarmente,  
 ni hazerles substituciō alguna de qual-  
 quier calidad que sea, ni pueda dar tu-  
 tor a ninguno de los hijos o descen-  
 dientes del testador: salvo si el que le  
 dio el tal poder para hazer testamen-  
 to, especialmente le dio el poder para  
 alguna cosa de las susodichas, en esta ma-  
 nera. El poder para hazer heredero  
 nombrando el que da el poder por su  
 nombre a quien manda que el comissa-  
 rio haga heredero, y en quanto a las  
 otras cosas, señalando para que le da el  
 pader, y en tal caso el comissario pue-  
 da hazer lo que especialmente el que  
 le dio el poder, señalo y mando, y no  
 mas.

G L O S.

G L O S S. I.

- 1 Captatoria voluntas tripliciter dicitur.  
 Captatoria voluntas dicitur si conferatur in liberam  
 alterius voluntatem, ibidem.
- 2 Captatoria voluntas dicitur si quis committat alteri  
 testamenti factionem, etiam si expresse nomi-  
 net testator heredem, quem instituat, secus iure  
 regio.  
 Voluntas alterius mea dici non potest, ibidem.
- 3 Captatoria voluntas in institutione, vel legatis quan-  
 do dicitur?
- 4 Captatoria voluntas iure nostro regio permitti-  
 tur.  
 Captatoria voluntas an possit per legem, vel statu-  
 tum permitti, ibidem.

a Que los hagan por ellos. Nota legem istam, quæ cor-  
 rigere videtur materiam captatoriæ voluntatis,  
 quæ ex communi resolutione tripliciter dicitur. Pri-  
 mum si omnino conferatur in voluntatem alterius,  
 vt puta instituo Titium, si Scyus voluerit, talis  
 enim institutio à iure reprobatur. 1. illa institu-  
 tio. ff. de hæredibus instituendis. l. captatorias. C. de  
 testament. milit. & ibi ponit hoc exemplum glossa  
 communiter recepta teste Decio ibidem numero. 5.  
 6. 7. & 8. 9. & 10. l. in. titulo. 3. part. 6. [ Et sub hoc  
 membro includitur, si quis Titio mandauerit, vt te-  
 steur pro eo & Titium instituat heredem. hac enim  
 in specie dicitur captatoria voluntas, & à iure repro-  
 bata, licet per legem istam approbetur, vt in. l. si quis  
 Semproniu. ff. de heredibus instituendis. & ex. d. l. illa in-  
 stitutio expendit Bald. in. l. exccutorem. 2. columna  
 versic. restat quæritur. C. de exccu. rei iudi. Roderic.  
 Xuares in tractatu de captatoria voluntate columna  
 2. versic. & Bald. testamentum siquidem fieri debet  
 per ipsam testatorem, non per alium: quia testamen-  
 tum est voluntatis nostræ iusta sententia, vt in. l. 1.  
 ff. de testamen. Quo fit, vt testamentū dici nō possit,  
 vbi non esset voluntas nostra, sed alterius, nam  
 quod voluntas alterius mea sit, possibile non ma-  
 gis est, quàm quod anima alterius anima mea sit, vt  
 inquit, Bald. in. l. captatorias. C. de testamen. mili. Ex  
 quibus id asserunt Bartol. in. l. qui in potestate ad fi.  
 principij. ff. de testamen. Bald. in. d. l. exccutorem &  
 in. l. 1. columna penulti. C. de sacrosanct. ecclesi. An-  
 ge. consilio. 201. in princip. Iason. in. l. Senium nume-  
 ro. 5. C. qui testa. face. possu. Roderic. Xuares vbi su-  
 pra Deci. consilio. 494. numero. 6. Tiraquell. de legi-  
 bus connubialibus. gloss. 5. numero. 55. Calcan. consil.  
 107. numero. 1. & consilio. 108. numero. 3. Couarruias  
 in capit. cum tibi de testamen. numero. 1. & 2. Ferdin-  
 and. Menchaquen. de successio. creatione. §. 17.  
 numero. 81. & sequen. Maria. Socin. Iunior ab eis non  
 citatus consilio. 100. numero. 29. & 30. libro. 1. Grego.  
 Lupi in. l. 11. in gloss. magna versic. limita. 4. titulo. 3.  
 part. 6. Corne. consilio. 156. libro. 2. numero. 5. & se-

3 quent. [ Voluntas enim seu dispositio testatoris nō  
 debet pendere ex alieno arbitrio & voluntate libe-  
 ra, vel si malueris credere Iunioribus, negantibus  
 hanc esse captatoriam voluntatem, quos refert Co-  
 uarru. in. d. capit. cum tibi nun. cro. 2. de testamen. sal-  
 tem est vitiosa, & inutilis, tanquam captatoria, hoc  
 enim nemo negat, & hæc in institutione hæredis  
 procedunt, in legatis autem, licet eorum dispositio  
 pendere non debeat ex aliena voluntate, tamen ex  
 alieno arbitrio, quod ad arbitrium boni viri redu-  
 citur, pendere potest, vt in. l. senatus. §. legatum. ff.  
 de legatis. 1. vbi Zaf. & docto, & in. l. 1. ff. de legatis. 2.  
 & in. l. nonnunquam. ff. de cond. & demonstra. & l.  
 fideicommissa. §. quanquam. ff. de legatis. 3. l. si sic in  
 princip. ff. de legatis. 1. l. fideicommissa. 2. §. quanquam  
 ff. de fideicommiss. liber probat optimè Antoni. Pa-  
 dilla in. l. 1. ff. de legatis. 2. numero. 49. vbi numeris se-  
 quentibus limitat. [ Iure autem regio hæc captato-  
 ria seu vitiosa dispositio permittitur, si fiat iuxta  
 formam in hac lege requisitam. Quod iure permitti  
 posse, asserunt latè Alexand. Socin. Iason. Ripa,  
 Alciat. & alij nouissimi in. l. 2. in princip. ff. de vulga.  
 Tiraquell. de legibus connubialibus gloss. 5. numero  
 97. Ange. Inol. Alexand. numero. 2. Iason. numero  
 4. Deci. numero etiam. 4. in. l. captatorias. C. de te-  
 stamen. mili. dominus Antoni. Padilla in. l. 1. numero  
 52. & sequent. ff. de legatis. 2. Iohann. Lupi in. l. 31.  
 Tauri numero. 26. Ferdinand. Vazquez de successio.  
 creatio. §. 17. numero. 88. & 89. vbi hanc communem  
 opinionem defendit ab impugnatione Aieti. & Iaso.  
 in. d. l. 2. ff. de vulga. & Dida. Couarruias in. d. capit.  
 cum tibi de testamen. numero. 13. dicentium non po-  
 se per legem vel statutum captatoriam voluntatem  
 substineri, cuius contrarium videmus permissum per  
 legem nostram, vt Ferdinand. Vazquez. & do-  
 mi. Anton. Padilla rectè aduertunt, & sensit Grego.  
 Lupi in. l. 11. gloss. magna ad medium titulo. 3. part. 6.  
 quorum opinio vera est, quidquid in contrarium as-  
 seruerit Telli. Ferrandez in. l. 31. Tauri numero. 7.  
 quod ostendā latius in glossis sequentibus, & de alijs  
 modis captatoriæ voluntatis.

G L O S S. II.

- 1 Captatoria voluntatis alij modi duo.
  - 2 Comissarius testamenti, an possit eligere heredem  
 vnum de certis, ex facultate à testatore ei ita con-  
 cessa?
  - 3 Captatoria voluntas dicitur eim substantia testamen-  
 ticommittitur alterius voluntati, secus si electio  
 tantum personarum committatur.  
 Electio hæredis vnius de certis an possit committi com-  
 missario, ibidem.
- b Hazer heredero en los bienes del testador. Nota ex lege  
 ista, quod non valet testamentum in quo testator  
 commisit alteri nominationem hæredis, dicens insti-  
 tuo heredem, quem Titius voluerit, hic erat iure com-  
 muni secundus modus captatoriæ voluntatis ab Ac-  
 curso traditus in. l. captatorias. C. de testam. mili. vbi  
 P 4 Deci.

Deci nu. 11. & 12. sequitur communem dicens. Tertius inodus captatoriz voluntatis, & prior ceteris est, quoties quis aliu instituit spe reciproce institutionis, vt instituo te heredem, si me institueris, hec dicitur captatoria, & deceptoria voluntas. l. illa autem. ff. de hære. insti. glo. & doct. comuniter in. d. l. captatorias. C. de testa. milit. teste Decio ibi nu. 14. & Dida. Couar. in. d. c. cum tibi nu. 1. & 2. de testam. potest siquidē alter alterum decipere reuocando testamentum: quare vt captatoria volūtas improbetur, hi duo modi captatoriz voluntatis non reprobantur per. l. istam, nec per mittuntur, sed quoad eos remanet illęsum ius commune. [ Sed quod lex nostra dicit necessarium esse, quod in mandato sit expressa, & declarata persona heredis, quem mandatarius seu commissarius debeat instituire, an intelligatur quod debeat in mandato exprimi certa & determinata persona, an verò sufficiat certas personas exprimi, ex quibus vnā debeat commissarius eligere? Et in terminis legis nostrę hoc reuocauit indubiū. Ema. Costa in rep. c. li. pater de testa. in. 6. par. i. in verbo pauperes nu. 6. pag. 174. & resoluit questione nē, dicēs esse certam omnino personā nominandā, quā præcise teneatur commissarius heredem instituire, nec sufficiat quatuor, vel plures nominare, ex quibus vnā eligat ipse commissarius, quādoquidem commissio per legem nostrā cōcessa commissario à testatore descripto, vt pro eo testetur, sit exorbitans à iuris communis regulis, vt refert tenere omnes huius legis interpretes, quare potius esse restringendam, quā ampliandam. [ Cui sententię videtur ob stare text. in. l. vtrum. §. cū quidam. ff. de reb. dub. l. cum quidam ita caussit & l. cum pater. §. hæreditem filij. ff. de leg. 2. quibus regula restringitur captatoriz voluntatis, vt procedat, vbi substantia dispositionis confertur in alterius volūtatē, scilicet si non substantia, sed electio vel declaratio dumtaxat personarū in arbitriū alterius conferatur, hæres enim incertus de certis potest in alterius declarationem committi, secundū Cyn. Bart. Alexā. Deci. & Iaso. in. d. l. captatorias. C. de testam. mili. est que comunis opinio teste Paulo Parisio cōsil. 38. nu. 32. lib. 3. & Rode. Xarez in tract. de captatoria voluntate col. 2. & 3. vt si testator dicat instituo vnū ex seruis meis, quem Titius elegerit, Couarru. in cap. cum tibi nu. 11. de testam. Qui hoc limitat nisi genus, ex quo esset eligendum, esset ita amplum, vt si omnes venient non facta electione dispositio esset vana & illusoria, secundum Paul. Cast. in. d. l. captatorias Paul. Paris. d. conf. 38. nu. 33. & 49. nam præfata regula ideo sustinetur, quia substitutio in omnem euentum rata esse debet, siue eligat ille siue non, nam eo non eligēte omnes manent hæredes, vt in. d. l. cum quidam. ff. de leg. 2. cū alijs supra citatis, at vero tot esse possunt, quod dispositio sit inanis. Verūm satisfieri poterit huic obiectioni, si intelligas iure cōmuni non esse permissum, quod alter per alterum testetur, vt in glo. præcedenti probauimus ex receptiori interpretum sententia. Iure autē regio sic per legem nostram. Ceterum iure communi Imperatorum permissum erat [ Non testari per alium] sed electionem heredis in alterius voluntatē conferri: nempe, vt eligeret vnū de fratribus, vel patris, vel seruis, & sic incertū de certis, secundum communem sen-

tentiam supra relata, quod etiam iure regio fieri posse arbitror, sed hæc electio committi non poterit per testatorem ei, qui pro eo testandi mandatum habuerit concurrent quippe plures specialitates.

G L O S S. III.

- 1 Persona heredis instituendi à commissario, vel exheredandi, aut meliorandi, aut substituendi, an sit specialiter nominanda à testatore? & numero sequen.
- 2 Captatoria voluntas quomodo intelligatur in commissario?
- 3 Lex nostra explicatur contra Telli. Fernandez,

c Ni meiora del tercio ni del quinto: Nota ex lege ista, quod testor potest committere & mādare commissario, ab ipso nominato ad faciendū pro eo testamētū, q̄ meliorationem faciat tertię & quintę partis bonorū suorum alicui ex liberis, vel decedentibus ipsius testatoris, conferendo eius voluntati, & arbitrio nō solū electionē [id quod iure cōmuni fieri poterat] verū etiam substitutā meliorationis, vt ipse eā faciat, cui voluerit. Fitque hoc in textu differētia inter heredis institutionē & meliorationē, vt in illa mandatū testatoris debeat esse specificū nō solū ad instituendū heredē, verū etiā ad instituendū talē heredē, quē in mādato & cōmissione specificē nominare tenetur. In melioratione autem sufficit, si in mandato dicatur, quod meliorare possit alterum ex filijs vel decedentibus: quod præferunt verba text. nostri ibi. Saluo si el que le dio el tal poder para hazer testamento, especialmēte le dio el poder para alguna cosa de las susodichas, en esta manera, el poder para hazer heredero, nõbrando el que da el poder por su nombre a quien manda que el commissario haga heredero, y en quanto a las otras cosas señalando para que le da el poder. Ecce in cōstitutione heredis exigit lex nostra, vt testator in mandato speciali ad instituendum heredem nominet heredem, quem vult institui nomine proprio, in alijs vero rebus supra nominatis, nempe, in melioratione, exheredatione, & substitutione, solum mandatū exigit speciale ad meliorandū, vel exheredandū, vel substitutionem faciendū: vt pote non sint tanti momenti quanti institutio, quippe quæ de omnibus testatoris bonis disponat in primo gradu, nō sic in melioratione, vel substitutione: exheredatio etiam nil operatur, nisi postea ab heredē causæ exheredationis probentur, vt infra dicam. [ Quod verum esse censeo, quidquid in contrarium dixerit Telli Fernandez in. l. 3. Tauri numero. 1. & 2. existimans hanc legē iuxta ius commune esse intelligendam, ita vt vbicūque substantia dispositionis committitur, siue sit institutio, siue melioratio, siue exheredatio, aut substitutio, sit necessaria indiuiduæ personę expressio, in qua debet conferri dispositio, nec in incertum de certis committi potest, quia aliās esset captatoria voluntas, quæ à iure

à iure reprobatur etiam in legatis, & in hac specie loquitur secūdū eū lex nostra in omnibus casibus in ea traditis. Est enim commissio circa substantiam dispositionis, quare merito, ait, esse personam in indiuiduo nominandam: quia ex nominatione indiuidua cessat captatoria voluntas, cum præcise commissarius illud facere teneatur, aliās, lex habet institutionem seu meliorationem pro facta, vt in. l. 7. infra eod. Quando vero non substantia, sed executio vel nominatio alicui committitur, tunc non est necessaria expressio personę, sed effectus ad quem constituitur commissio, & hoc ait esse dispositum per hæc verba [en quāto alas otras cosas,] & antea variando dixerat hæc verba en quāto a las otras cosas, intelligi de alijs vltra ea quæ in textu exprimuntur, ita quod institutio, melioratio, exheredatio, & substitutio fieri non possint per commissariū, nisi nomē in indiuiduo eius exprimat, qui institui, exheredari, meliorari, aut substitui debeat. [ Sed iudicio meo expresse loquitur Telli contra verba legis nostrę, & contra mentem eius. Nam postquam dixerat in initio institutionem, exheredationē, meliorationem, & substitutionem non posse à commissario fieri absque speciali mandato, dixit hoc ita esse accipiendum, vt institutionem heredis facere non possit, nisi à testatore exprimat nomen eius, in ceteris vero, hoc est, in exheredatione, melioratione, substitutione & tutoris datione, sufficere mandatū ad id faciendum speciale, quā in specie non exigit vt nomen proprium meliorati, substituti, exheredati, aut tutoris exprimat. Nec sanē dici potest, quod in hoc vltimo casu loquatur lex de alijs rebus & dispositionibus, non de exheredatione, melioratione, substitutione, & tutoris datione, quia contrarium constat ex litera text. quā doquidem de his quinque dispositionibus dumtaxat loquatur. Nec diuinari potest, quod in hoc vltimo versiculo loquatur text. mutando facti speciem, quando executio seu electio non substantia actus committitur commissario, prout perperā asserit Telli, quippe qui ingenuē fatetur in primo casu substantiam actus ei committi, in quo verum dixit, non tamen in eo, quod subdit, ideo non esse captatoriam voluntatē, quia etiam noluerit heredem nominatum instituire ipsa lex habet eum pro instituto vt in. l. 7. infra eod. captatoria enim adhuc dicitur vel saltem à iure communi reprobata, cum in ceteris rebus testetur commissarius pro ipso, qui ei mandatū dedit, vt in. l. illa institutio. ff. de hære. insti. cum alijs supra in glossis præcedentibus traditis, & dicam infra eo. l. 7. glo. 7. ex qua hic noster intellectus verus apparebit: quem expresse tenet Emanuel Costa vir equidem rarę eruditionis in relectione. c. si pater de testa. in. 6. par. i. in verbo pauperes numero. 6. & 7. pag. 174. Ioan. Lupi in. l. 31. Tauri numero. 71. & 85. & videtur idem voluisse idem Telli Fernan. in. l. 33. Tauri numero. 3. 4. & 5. vbi aduertā.

G L O S S. IIII.

Exheredatio an sit nominatim facienda per testatorem iure regio?

d Ni exheredat. Imo videtur, quod exheredari nemo possit, nisi qui à testatore nominatus fuerit: hæc enim expressio iure communi requiritur pro forma. l. 2. ff. de lib. & posth. Quare ergo in hac lege contrarium statuitur, imo quod possit testator exheredationem alij committere specificam, etiam si persona quæ est exheredanda non nominetur? Respondeo hoc in hac lege statuitur contra ius commune: quia modicum hoc eueniet filio præiudicium, si causa exheredationis ab heredē non probetur, & si causa probatur sibi imputet, filius qui talia patrauit. Et quamuis testator nō nominet expresse filium, qui debeat à commissario exheredari, ipse commissarius ex vi mādati specialis ad exheredationē vni ex filijs, quem cognouerit ingratum, facit eā, ipsum nominatim exheredabit, & ita legi. 2. ff. de liber. & posth. satisfiet.

G L O S S. V.

- 1 Substitutio est secundus gradus à quo incipere potest testamentum. Commissarius absque mandato speciali non potest substitutionem aliquam facere, ibidem?
- 2 Commissarius an possit substitutionem facere, si in mandato speciali ad hoc faciendum non nominet testator personam, quæ sit substituenda.

e Substitutio aliqua. Nota commissariū non posse substitutionem aliquam facere vulgarem, pupillare, exemplarem compendiosam, nec aliam quamcūque absque mandato speciali, & merito quidem, cum sit secundus gradus institutionis. l. 3. §. & si pepererit. ff. de liber. & posth. glo. in rub. insti. de vulg. & ab ea possit capere vires & incipere testamentum. l. si filiusfam. ff. de hære. insti. l. ex facto. §. Lutus. ff. de vulg. l. & si pepererit. §. si. ff. de lib. & posth. [ Non tamen ex hoc recte inferbat Telli Fernandez in. l. 31. Tauri numero. 1. versic ad primum, necessario esse à testatore nominandū eum, qui substituendus est, vt id liceat facere commissario, quandoquidem satis sit, mandatū habere ad substitutionem faciendam, licet non nominetur à testatore is, qui substituendus est: hæc enim expressio solū in heredis institutione, vt pote quæ magis sit præiudicialis, & maioris momenti, quā substitutio, à lege nostra exigitur, vt in gl. 3. resoluimus.

G L O S S. VI.

- 1 Tutor certus dari debet filio in testamento, aliās incertitudo vitiat tutoris dationem.
- 2 Tutoris datio filio an possit committi per patrem non nominando tutorem?

f Ni pveda dar tutor. Certus enim dari debet tutor quare incertitudo quæcūque vitiat tutoris dationem vt in. l. tutor incertus & l. duo sunt Titij. ff. de testam. tute. rationem inter legata & dationem tutoris reddit glo. in. l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de lega. 1. P § quim



Quin quidquid legatarius cōsequatur ex incertis, cōsequitur commodum, filius autem maximè præiudicaretur, si eius bona tutor administrasset suspectus forte, de quo non sensit testator, Bar. in l. quidam relegatus numero. 4. ff. de reb. dub. [ Atque ideo cū de maximo agatur præiudicio, nisi specialiter concedatur commissario, non poterit tutorem nominare: quia cōpetit iure patrię potestatis vt in l. i. ff. de tut. Nihilominus tamen hoc poterit specialiter committere commissario, licet testator non nominet tutorem, ipse enim commissarius, de quo testator confidit, nominabit idoneum, vt in hac lege statuitur, licet Tellius Fernandez refragetur, vt dixi in gloss. 3. & sequen.

G L O S S. VII.

- 1 Nominatio vbi pro forma requiritur in aliquo actu non sufficit, etiam si certus sit qui nominandus est per aliud equipolens.
- 2 Nominatio hæredis quem debeat instituere commissarius sufficit, vt fiat per signa vel equipolens, ita vt certus sit hæres.
- 3 Por su nombre. Sed an sufficiat, quod aliàs certus sit hæres, de quo senserit testator, licet eum non nominet? Et si pro forma requiritur in aliquo actu nominatio, non sufficit, nisi expresse sit nominatus, nec per equipolens adimpleri poterit, ex doctrina Alex. in conf. 141. numero. 10. lib. 2. cui accedit Iaso. plura citans in l. 1. numero. 7. & seq. ff. de lib. & posthu. Lud. Gomez in regula de annali possessore quaest. 30. vbi rectè loquitur. [ Tellius tamen Fernandez in d. l. 31. Tauri numero. 3. ommissis disputationibus interpretum in l. hac confulissima. C. qui testa. fac. poss. resoluit quod etiam si per hanc legem expressio hæredis requiratur, sat erit, si certitudinaliter exprimat, ita quod certus esse possit is, de quo sensit testator, vt resoluunt docto. in l. 2. ff. de lib. & posthu. & ibi potissimum Iaso. numero. 6. quia hoc ideo fit, ne falsitas cōmittatur in hæredis nominatione, atque ideo sufficit quod certus sit hæres, de quo testator sensit arg. l. 1. & 2. ff. de lib. & posthu. idem voluit Did. Castellus in d. l. 31. Tau. in verbo por su nombre, & ibi Cifontanus numero. 7. & Gomez Arias ibidem numero. 4.

G L O S S. VIII.

- 1 Commissarius potest substituere, & exheredare etiam si non nominet testator exheredandum, vel substituendum.
- 2 Commissarius an possit alterum nominare & substituere absque mandato? Procurator quando possit substituere, ibi.
- 3 Commissarius quando possit alium substituere ex mandato sibi à testatore dato?
- 4 Commissarius an possit executores testamenti nominare?
- 5 Fœmina an possit esse commissaria vel executrix te-

stamenti?

6 Monachi an possint esse commissarij vel executores testamenti?  
Minores fratres seu monachi an possint executores esse testamenti?

- h Señalando para que le da el poder. In his vltimis dispositionibus non tenetur testator nominare meliorandū, vel substituendum, vel exheredandum, aut tutorem quem filijs dare committit, prout in hæredis institutione exigitur, sed sat erit, si testator dicat in mandato seu commissione, quod commissarius possit meliorare aut exheredare vnum vel duos ex filijs aut descendentibus, vel quascunque substitutiones facere, eas nominando, quauis substituendum non nominet, vt latius deduxi, & probaui in glossa. 3. & sequentibus. [ Verum in hac materia solet dubitari, an commissarius alterum possit subdelegare in potestate testandi sibi à testatore commissa? Et videtur posse hoc alteri committere, quia censetur procurator ad negotia, qui potest alium loco sui substituere vt in l. si procuratorem. §. i. ff. manda. l. 19. ad fi. tit. 5. par. 3. licet procurator ad iudicia non possit alium substituere ante litem contestatam vt in l. quod quis. C. de procura. d. l. 19. tit. 5. par. 3. His tamen non obstantibus, contrarium est hac in specie probabilius, imo quod commissarius nō possit alium substituere: quia non est constitutus, nisi ad negotium particulare, qua in specie non habet locum tex. in d. l. si procurator. §. i. ff. mand. & quia est actus nudi ministerij, quo casu locus non est substitutioni vt in cap. si. §. i. de offi. delega. & quia est electa industria personę ipsius commissarij, de quo maxime testator confidit, vt ex eodem tex. colligere poteris & ex cap. tua de testam. ex quibus hanc conclusionem tenet Bald. in l. nulli. C. de cepi. & cleric. Bertachi. in tract. de episco. in. 6. par. circa vltimas voluntates numero. 3. & 4. & nuncupatim Cifonta. in l. 31. Tauri numero 5 Gomez Arias numero. 6. Anto. Gomez numero vltim. Tellius Fernan. numero. 4. [ Ex his aliud insurgit dubium, nunquid commissarius possit alium commissarium eligere, si testator hoc ei specialiter commissit in casu, quo ipse nollet pro eo testari? Et crederem, si commissario data fuit potestas nominandi alterum commissarium absque alia expressione & declaratione, non posse eum constituere, sed tunc demum cū incertum de certis nominauerit, vt vnum de collegialibus sanctę crucis arg. eorumque notat Bar. & doct. in l. quidam relegatus. ff. de reb. dub. ita vt eo non eligente, omnes venire possint iuxta tex. in l. cum quidā ita cauisset. ff. de leg. 2. cum moderamine supra in glo. 2. numero. 3. tradito. [ Sic etiam testator non poterit committere commissario, vt faciat quoscūque executores testamenti voluerit, secundum Bal. in l. executorum numero. 5. C. de execut. rei iudi. Nec vt in locum executoris morientis alterum subroget, vt idem Bald. censet in l. i. in lectura numero. 7. versu. subsequenter verò quęro. C. de sacros. eccles. etiam si executio sit facienda ad pias causas Bertachi. in tract. de episco. in. 6. par. de autoritate episcopi. q. 2. idem ante eos voluit Ioan. And. in cap. 1. de procura. in. 6. Si autem testator

commissit

commissit commissario non factionem, sed nominationem dumtaxat executoris, valebit eius nominatio secundum Bal. in l. i. quod pauperibus numero. 15. versu. modò iuxta prædicta. C. de epi. & cleri. cum concordant. traditis infra eo. l. 14. glo. 1. numero. 3. Quod verū est, dummodo nominatio committatur in vnum in certum de certis, quem commissarius eligere malaerit, vt vnum de collegialibus talis collegij, secus si commissio nominationis esset indiffinita secundum Bar. in l. quidam relegatus numero. 7. ff. de reb. dub. & ibi Soci. numero. 16. Rom. in d. l. captatorias numero. 3. C. de testa. mili. & ibi Corn. ita concordans opiniones Bart. & Bal. colum. vlti. versu. dici potest Imol. Paul. Alexā. & Iaso. post glo. ibi in l. si quis à filio. §. si quis plures. ff. de lega. 1. vbi idem concludunt in tutore, de quo valet argumentum ad executorem testamenti secundū glo. in l. antepen. ff. de tutel. l. vxorem. §. i. ff. ad l. Corne. de falsi. Bar. in d. l. quidam relegatus numero. 5. & hac opinionem tenuit dicens communem Roder. Xuar. in d. tracta. de captatoria voluntate colu. 5. & 6. versu. ego teneo & versu. fundamenta. Soci. in d. l. quidam relegatus numero. 8. Telli. Fernan. in d. l. 31. Tauri numero. 5. & 6. Qui tamen limitat, nisi personę, ex quibus debet eligere, essent incerte, ita quod si omnes venirent, dispositio redderetur clatoria, videlicet, quādo hi quos designauit testator, ex quibus commissarius potest eligere vnum vel duos executores testamenti, essent ex vicinis Bononię vel vnius regni, nam hoc casu illo nō arbitrante omnes admitti non possent: quare tunc nominare non possiet commissarius, quod firmat auctoritate Pauli Castren. in d. l. captatorias numero. 3. C. de testa. mili. Soci. in d. l. vtrum. §. cum quidam numero. 8. ff. de reb. dub. Pauli Paris. conf. 38. lib. 3. & numero. 33. & numero. 47. & 48. [ Sed an fœmina possit esse commissaria ad faciendum testamentum? Quod placet Ioāni Lupi in l. 31. Tauri numero. 36. & seq. & Cifontano numero. 3. quos sequitur Antonius Gomez ibidem numero. 4. & Tellius Fernandez in fine, quod probat arguendo ab executore ad commissarium, potest enim fœmina esse executrix testamenti, vt in l. à filio vbi Bar. numero. 1. & docto. notant. ff. de alimen. & cibarij. leg. c. nos quidem de testam. gloss. in. cap. 2. vbi Ioā. And. & doct. communiter de testam. in. 6. Bart. & ibi Deci. numero. 21. in l. 2. ff. de regulis iur. Oldendor. de executoribus vlti. volun. tit. 5. specula. in tit. de instru. editio. §. nuc. verò numero. 76. dicens hoc seruari consuetudine, Couarruias in cap. tua numero. 5. hanc dicens communem de testam. Deci. conf. 91. nu. 1. Quod procedit, etiam si fœmina contrahat secundas nuptias, nam etsi amittat tutelam filij, non tamē amittit hoc executricis munus secundum Bar. in d. l. à filio numero. 2. ff. de alimen. & cibarij. leg. Bal. in auth. eisdem poenis C. de secun. nup. ad fi. Oldendor. d. tit. 5. Deci. in d. l. 2. numero. 21. ff. de regulis iur. Couarruias vbi supra. [ Possūt etiam esse executores testamenti, & per consequens commissarij religiosi obseruantes, & claustrales, & canonici regulares, cū licetia tamen superioris gl. in c. si religiosus de testam. in. 6. Deci. conf. 499. numero. 2. & hac in specie conueniri poterunt coram ordinario de fraude & culpa, atque vt rationem reddant administrationis, vt in Clem. 1. de testam. minores verò

etiam de consensu superioris esse non possunt commissarij, neque executores testamenti, vt in Clem. exiui. §. vltim. etiam versu. verumtamen de verbo. signi. & ibi Card. & docto. Couarruias in d. cap. tua in principio Telli. Fernandez in d. l. 31. Tauri in fine. Quod limita vt per Couarr. in d. cap. tua numero. 1. Gregor. Lupi quem vide in l. 2. in verbo frayles, tit. 10. par. 6. di cam infra eo. l. 14. glo. 1. numero. 2. & 3.

G L O S S. IX.

- 1 Mandati fines sunt custodiendi.
- 2 Restituere vel distribuere inter pauperes grauatus post quatuor menses, an possit ante tempus distribuere? Restituere post mortem grauatus potest ante mortem restituere, ibidem.

- 1 Señalo y mando, y no mas. Fines enim mandati diligenter sunt obseruandi, aliàs non valet quod agitur. l. diligenter. ff. manda. l. 19. tit. 5. part. 3. quare commissarius vel executor tenetur sequi omnino testatoris voluntatem. [ Ex quo executor testamentarius nequaquā poterit præuenire ab ipso defuncto designata ad exequendum testamentum, & aliquid pauperibus distribuendum, vt si dixit post quatuor menses exequutores mille distribuant inter pauperes, non enim poterit ante distribuere secundū Bart. in l. cum pater. §. à filia per tex. ibi. ff. de lega. 2. ne fiat præiudicium pauperibus post diem istam futuris, idē voluit Ang. & Alex. in l. stipulatio ista. §. si quis dolum colu. 2. ff. de verbo. oblig. Iaso. in l. post mortem. C. de fideicō. vbi hanc fatetur communem, idem etiam attestatur Deci. in l. cū tempus. ff. de regu. iur. ab ea tamen ipse discedit quibusdam considerationibus nō contemnendis, quas refert, & opinionem eius sequitur Couarru. in cap. tua numero. 5. de testam. subditque idem voluisse Ancar. conf. 202. & Abb. conf. 11. dubio. 1. libro. 2. arg. tex. in l. vxorem. §. Sceuola. ff. de lega. 3. vbi post mortem restituere grauatus hereditatem, poterit viuens cū voluerit eam restituere. l. post mortem. C. de fideicō. Sed hæc iura nihil faciunt, quia iuri pro se introducto potuit hæres renuntiare, quia nulli ex tali restitutione ante mortem præiudicium inferitur. At in casu proposito supponimus, præiudicium pauperibus futuris inferri, quare nimirum si volūtas testatoris sit omnino adimplenda, quod tamen latius examinabo infra cod. l. 14. gloss. 1. numero. 37. & pluribus sequentibus.

L E Y. VI.

Que es lo que el comissario por virtud del poder general puede hazer de los bienes del difuncto.

Ley. 32. de Toro.

Quando el testador no hizo heredero, ni

ni menos dio poder al comissario que lo hiziese por el, ni le dio poder para hazer alguna cosa de las dichas en la ley proxima, si no solamente le dio poder para que pueda por el hazer testamento: el tal comissario mādamos que pueda descargar los cargos de consciencia del testador que le dio el poder, pagādo sus deudas y cargos de seruiçio, y otras deudas semejantes, y mandar distribuyr por el anima del testador la quinta parte de sus bienes, que pagadas sus deudas montare. Y el remanente se parta entre los parientes que vinieran a heredar a aquellos bienes ab intestato. Y si parientes tales no tuuiere el testador, mandamos que el dicho comissario dexādole ala muger del que le dio el poder, lo que segun leyes de nuestrs Reynos le pueda pertenescer: Sea obligado a disponer de todos los bienes del testador por causas pias, y prouechosas al anima del q̄ le dio el poder, y no en otra cosa alguna.

G L O S S. I

- 1 *Executor testamentarius cui exoneratione conscientie defuncti commissaria est, an debita prescripta vel que naturaliter tantum debentur possit soluere.*
- 2 *Debita prescripta tunc per executores solui possunt, cum alia debita testanti non supererant.*
- 3 *Dispositio si in vno dumtaxat casu verificari potest, habetur pro expresso casu ille, ibidem.*
- 4 *Debita que prius sint per heredem vel commissarium seu executores ex soluenda? & numero. 5.*
- 5 *Creditorum anteriores seu potiores quando contra heredem seu commissarium vel executores primo venientibus soluentem poterunt habere recursum.*
- 6 *Cargos de consciencia. Ex his verbis notat Tellius Fernandez in. l. 32. Tauri numero. 5. quod commissarius cui a lege ista concessa est facultas exonerationis conscientie testatoris, eiusque debita soluendi, poterit debita naturaliter tantum, vel alia debita mala fide prescripta soluere, que in foro iudiciali sunt inexigibilia, iuxta ea que dixi in stylo cancellarie tit. i. preminē. 17. casu. 20. declaratione. 4. legis Toleti. §. i. glo. 1. nu. 17. 18. & sequentibus idque probat Tellius ex doctrina Pauli Castri. in. l. quibus diebus. §. dominus numero. 2. ff. de conditio. & demonstra. dicentis, quod si quis*

mandauit solui debita sua, & exonerari conscientiam suam, poterit soluere debita prescripta, que cum conscientia retineri non possunt, eumque sequitur Socin. ibi numero. 11. versi & hoc de plano. [ Idem alia ratione voluerunt Ioan. Lupi in. d. l. 32. Tauri numero. 1. & Dida. Castelli in gloss. i. nempe, ex doctrina Bar. in. d. §. dominus post gloss. ibi, afferentis quod si testator iusserit soluere eius debita, & nulla alia erant debita præter prescripta vel naturaliter debita, illa sunt soluenda, quoniam ubi dispositio in vno dumtaxat casu potest verificari, ille habetur pro expresso, ac si in indiuiduo de eo fuisset facta mentio, vt in. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instru. l. pediculis. §. item cum quæreretur. ff. de auro & arg. l. g. & hæc est communis sententia teste Socino in. d. §. dominus numero. 4. & 9. qui materiam hanc explicat conclusionibus, vide eum Tellius tamen Fernandez licet opinionem sequatur Ioan. Lupi, eius tamen improbat rationis applicationem legi nostre, eo quod ubi lex debitorum meminit, intelligitur de eis, que exigui possunt, vt in. l. si is cui. §. Flavius versic. respondi liquidem. ff. de solutio. [ Tu vero hanc conclusionem limita & restringe, vt valeat in vim legati, & sic in præiudicium heredis, non autem in præiudicium creditorum, quippe quibus præiudicium inferre nequit huiusmodi dispositio testantis, nisi vere probetur debitum. Primum enim soluenda sunt debita exigibilia, & que iure civili debentur, quam quæ naturali tantum debita sunt, quinimo prius debita titulo oneroso, quam quæ lucratiuo debentur. Sed & quæ hypothecam habent, & quam personalia, & inter personalia, quæ priuilegium habent, atque inter hypothecaria, que priora sunt tempore, & si secus solum fuerit per heredem, qui inuentarium confecit, licet contra eum non habeant recursum creditores potiores, poterunt tamen ab his qui receperunt repetere, vt in. l. si §. & si præfatam versic. in vno creditorum & versic. licentia. C. de iure deliberan. vbi docto. ita declarant: [ Contra heredem tamen tunc poterunt habere recursum, cum ex aduerso fuerit probatum, ipsum habuisse notitiam æris alieni, tunc enim si cautionē ab his quibus soluit non receperit, tenetur potioribus creditoribus de sibi debitis satisfacere, & scientia non presumetur nisi in herede usurarij secundum Archid. in cap. non sane. 14. q. 1. Lapum & Doni. in. c. quanquam de usur. in. 6. Paul. Castren. in. l. vlti. §. & si præfatam numero. 4. per gloss. ibi. C. de iure delib. & ibi Alex. numero. 7. & Corne. nu. 1. vlt. tertia utilitas est quod heres potest satisfacere creditoribus primo venientibus & c. Grego. Lupi. in. l. 7. in verbo que las deban tit. 6. par. 6. Verum nec aduersus emptores rerum hæreditariarū poterūt potiores creditores, hypothecaria vel alia actione agere, vt in. d. §. et si præfatam, & ibi latius explicat doctores. Quod limita vt per Telliū Ferr. in. d. l. 32. Tau. nu. 9. [ In executoribus autem vltimarū voluntarū idē esse omnino cōset Gre. Lu. in. d. l. 7. tit. 6. par. 6. in verbo que las debā vt cr. quid aut in executorib?.

G L O S S. II.

*Probationes per cōiecturas sufficiunt in restitutionibus pro exoneratione conscientie defuncti per commissarium faciendis.*

Y otras

b *Y otras deudas semejantes. Vt si commendatarij Indorum huius regni aliquid extorserunt ab ipsis Indis ultra tributa ab eis debita, vel si personali seruitio vfi fuerunt, hæc enim in specie & simili sufficient probationes per cōiecturas, licet non sint plene & integre, arg. eorum que notat Bal. in. l. d. quod pauperibus numero. 24. & 25. C. de epi. & cleri. Sed hoc intellige quoad præiudicium hæredum, nõ creditorū, poterit enim hac in specie vltra quintam partem bonorum in huiusmodi debitis expendere, modo non constet in fraudem fecisse, quod conuincitur ex his, que in glossa præcedenti diximus, facit quod à Bal. traditur in. l. si quis ad declinandam. §. in omnibus numero. 23. C. de epi. & cleri. an debeatur quarta episcopo ex relictis per restitutionem male ablatorum.*

G L O S S. III.

- 1 *Testamentum iure canonico quando possit in alterius voluntatem conferri. num. 2.*
- 2 *Testamentum fauore piæ cause an possit quoad legata & institutionem in alterius voluntatem conferri?*
- 3 *Commissarius cui absolute committitur libera testandi facultas pro alio iure regio de quinta bonorum parte dumtaxat potest disponere & quomodo?*
- 4 *Lex nostra & cap. cum tibi de testam. explicatur optime.*
- 5 *Commissarius non censetur heres ad distribuendum bona inter pauperes heredibus legitimis deficientibus, sed censetur esse testator ad disponendum de bonis in causas pias non ad distribuendum, ibidem.*
- 6 *La quinta parte de sus bienes. Præmittendum est iure canonico, nõ solum cum quis alteri committit voluntatem suam, vt disponat de bonis suis ad pias causas, verum etiam quando simpliciter & absolute committit alteri, vt disponat de bonis suis ad eius libitum & voluntatem, valet & tenet huiusmodi dispositio ex equitate canonica, & commissarius censetur heres institutus nomine tenus, teneturque omnia bona testatoris inter pauperes diuidere & distribuere, vt in. cap. cum tibi de testamen. cuius verba sunt. Qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere intestatus. Quem tex. ita intelligunt Innocen. Ioan. And. hosti. Anto. Abb. Car. Ancarra. Imo. & communiter docto. Bar. in. l. 1. numero. 64. C. de sacros. eccl. [ Qui tamen intellectum communem limitat, quoties commissio fit per verbum denotans arbitrium, secus si meram voluntatem commissarij denotet, sed tamen communiter reprobat hæc limitatio teste Anto. Gomez. in. l. 32. Tauri numero. 1. Verum enimvero Anto. Gomez profecto fallitur, nam limitatio Bar. sequitur Alexan. in. l. captatorias numero. 6. & Corne. numero. 4. & Iaso. numero. 10. C. de testam. mili. imol. in. l. captatorias numero. 4. ff. de here. insti. Paul. Paris. conf. 38. numero. 21. libr. 3. atque ideo eam communem esse existimat Couarru. in. d. capit. cum tibi numero. 10. de testam. [ Fauore tamen piæ cause quo*

ad legata testamentum potest in alterius voluntatem conferri, ex communi doctorum sententia in. d. capi. cum tibi, vt ibi attestatur Couarr. numero. 12. Corne. Alexan. Iaso. & Deci. idem asseuerant in. d. l. captatorias. C. de testam. mili. cum concordant per Paul. Paris. congestis conf. 38. numero. 24. libr. 3. & conf. 83. colum. pen. lib. 2. idem etiam quoad institutionem fieri posse contendit egregius ille nostratum primas Couarru. in. d. cap. cum tibi numero. 12. extra de testam. vbi respondet ad tex. in. l. fideicommissa. 2. §. quod si ita. ff. de fideicom. liber. ad quem lectorem relego. [ Ceterum iure nostro regio quoties quis simpliciter & absolute committit alteri voluntatem & dispositionem suam, vt pro eo testetur, poterit de quinta bonorum parte dumtaxat disponere ad pias causas pro anima defuncti, solutis prius debitis & alijs, que testatoris defuncti conscientiam aggrauat, iuxta formam supra in glo. 1. traditam: reliqua vero pertinent ad heredes ab intestato, quibus deficientibus, commissarius poterit bona omnia inter pauperes distribuere, vt in glossis sequentibus constabit latius, atque ita restringitur dispositio tex. in. d. cap. cum tibi de testa. & intellectus Innocen. ibi communiter receptus, vt aduertit Anto. Gomez in. d. l. 32. Tauri numero. 1. conclus. 3. & Couar. in. d. c. cum tibi numero. 10. versi. regia vero lex. [ Qui dubitans tamen dixit, aliud esse quando quis propria bona alterius dispositioni committit, qua in specie communis conclusio procedit, aliud vero quando quis alteri committit, vt eius nomine testetur, prout lex nostra præmittit, tunc enim non potest commissarius hic se ipsum, nec alium instituere hæredem vt in. l. præcedenti, nec videtur à committente factus heres, cuius opinio mihi applaudet, licet ipse alterius iudicio censendam committat, ius enim nostrum regium nullam ad testamenti validitatem heredis institutionem vel aditionem exigit vt in. l. 1. & 2. supra hoc eodem titulo. Quare nimirum si testamentum commissarij absque vlla heredis institutione sustineatur. Quod potissimum conuincitur ex lege nostra, que hac in specie hæredes vocat legitimos: quibus deficientibus tenetur disponere ad pias causas de omnibus bonis testatoris, non alijs, non dicit tex. tenetur distribuere, sed disponere, & sic lex facit eum testatorem, non heredem, quod est singulare & verum, quidquid in contrarium dixerit Tell. Fernandez in. d. l. 32. Tauri numero. 1. & 2.

G L O S S. IIII.

- 1 *Ab intestato venientes vsque ad que gradum succedant?*
- 2 *Intestatus non dicitur decedere hoc iure regio qui per se vel alium fecit testamentum nullo scripto herede.*
- 3 *Ab intestato. In transuersalibus vsque ad decimum gradum de iure civili Romanorum. §. vlti. insti. de legitima. success. & iure regio vsq; ad duodecimum vt in. l. 6. tit. 13. par. 6. vel secundum veriorē literam vsque ad decimum, secundum emendationem Grego. Lupi per regem nostrum approbatam, in ascendētib; & def-*

cen.

cedētibus vsque in infinitū succedūt ab intestato secū dum Bal. & Fel. in. cap. postremo de appella. [Et nota ex hac lege testatorē nullo instituto heredē per se vel commissarium factō, non decedere intestatum, quia ipsi hāredes legitimi vocati & scripti censentur, vt la tius dixi supra eo. l. 1. gloss. 10. numero. 47. & 56. & glo. 13. quod verum est quidquid dixerit Telli Fernan. d. l. 32. Tauri numero. 3.]

G L O. V.

- 1 Vxorī quid pertineat iure regio marito dcedente?
- 2 Vxor & fiscus quare in specie legis nostrae excludantur a successione deficientibus legitimis & nu. 3.

c *Dexandole ala muger.* Quod iure nostro pertinet ad vxorē, est dos, arrhē, & sponsalitia largitas vt in. l. 1. 2. & 4. ti. 2. de dotibus & arrhis supra hoc eodē libro, & dimidia pars bonorū constante matrimonio acquisito rum. l. 2. 3. & per totum tit. 9. de bonis constante matrimonio quāsius infra hoc eodem libro: & hoc iure habere debet siue hēredes legitimi extant siue no. Si vero dotem vel alia, quae modo diximus, non habuerit, propter eius paupertatem extantibus filiis vel alijs hē redibus, lex ei cōcedit quartam partem bonorum mariti sui iuxta formam traditam in auth. praeterea. C. vnde vir & vxor. Sin autem nulli hēredes legitimi super sunt, succedit vxor viro, & ex contrario vir vxori. l. 1. C. vnde vir & vxor. [In specie vero legis nostrae quō ties testator dedit cum testamento faciendo per cōmissarium, in quo hāredem non scripsit, vel scribere iussit, consanguineos venientes ab intestato vocati censentur, quibus non extantibus non succedit vxor, nec fiscus iuxta formā. l. 1. & 4. C. de bon. vacan. lib. 10. & l. 1. 5. diuus ff. de iu. fisci. & l. 6. in fi. ti. 13. part. 6. sed ipsi vxori relinquitur dos & cetera, quae iure nostro ad eā pertinet, siue testatus maritus dcedat siue intestatus, & cetera bona in piam causam sunt eroganda, vt hīc statuitur. [Doctores tamen nostri hīc se inuoluunt, valdeque mirantur, anxie inquirentes causam, quare vxor & fiscus excludantur hīc a successione, quae per legem ab intestato defertur vxori & fisco non extantibus legitimis. Cuius prodigij non ita mirarentur, si considerassent, quod in glo. praecedenti in fine adnota uimus, nempe, defunctum in casu legis nostrae testatū, nō intestatum decessisse, ipsosque hāredes legitimos consanguineos institutos censeri, vt probaui supra eo. l. 1. glo. 10. numero. 47. & 56. & glo. 13. Quomodo ergo hac in specie locus esse poterit legibus, quae in hē reditate ab intestato delata deficientibus legitimis vocant vxorem, & ea deficiente, fisco? nam in casu nostro non dicitur decedere intestatus vt dixi, sed cum testamento, quare nimirum ex interpretatione voluntatis defuncti post hēredes consanguineos legitimos, vocati censentur pauperes vt infra dicam in glo. seq. Et si istes, hēredes legitimi & venientes ab intestato dicuntur vir & vxor atque etiam fiscus, vt ex legibus supra citatis deducitur: respondebo per legem nostrā non vocari hēredes legitimos vel venientes ab intestato simpliciter, sed consanguineos ab intestato succes-

suros, vt constat ibi, *Entre los parientes que viniera a heredar aquellos bienes ab intestato.* Et si dixeris non dicit vinieran, sed vinieren, quasi sentire videatur tex. non ex testamento, sed ab intestato venire ad successionem hac in specie iuxta intellectum communem, respondeo erratam esse literam vt constat ex. l. 1. ibi auia de heredar, supra hoc titulo, vel si hoc non admisseris, nil refert quoad id, de quo agimus sit litera vinieren o vinieran, quia in vtraque specie consanguinei vocati censentur, non vir & vxor nec fiscus. Et hunc credo esse verum & genuinum legis nostrae intellectū quidquid anxie turbati censuerint Ioan. Lupi in. d. l. 32. Tauri numero. 11. & 12. & Gomez Arias ibidē nu. 18. & Telli. Fernandez. nume. 4. quod non refero hoc enim curē fuit ipsi Tello.

G L O S S. VI.

- 1 Legitimi hēredes vocati censentur, & eis deficientibus causa pie vbi testator commissarium fecit absque nominatione hēredis ad faciendum pro eo testamentum.
- 2 Vxorī an debeat quarta authentica praeterea. C. vnde vir & vxor, in specie legis nostrae?
- 3 Commissarius generalis non instituto hērede deficientibus legitimis an censetur institutus hēres?
- 4 Commissarius an possit executionem testamenti facere & bona ad hunc effectum vendere, ibidem.

f *Por causas pias.* Nota ex lege ista quōd ex generali cōmissione alicui facta vt pro eo testetur, si hāredem nō nominauerit, censentur nominati cōsanguinei qui succelluri essent ab intestato, & eis deficientibus pauperes instituti censentur, & in causas pias est tota hēreditas eroganda, vt recte sensit Ioan. Lupi in. d. l. 32. Tauri numero. 11. & 12. & Telli Fernan. ibi numero. 4. sed vxori hac in specie relinqui debet dos, & cetera quae iure ei competunt vt dixi in glo. praecedenti. [Non autem quarta quae ei debetur iuxta dispositionem auth. praeterea. C. vnde vir & vxor. quia hēc ab intestato debetur, non verō testamento factō, prout in specie nostra factum fuit, nisi tanquam pauperi ei a commissario praestari iubeatur: hoc quippe ei licebit, quemadmodum licet in alias pias causas erogare, vt per Bald, in. l. id quod pauperibus a numero. 34. & deinceps & in. l. si quis ad declinandam numero. 5. C. de ep. cleri. [Item nota ex lege ista, cōmissarium non esse hāredē, etiam si in defectum venientium ab intestato teneatur in causas pias disponere, quemadmodum in executoris statutur in cap. cum tibi de testam. vt dixi supra eod. gloss. 3. in fine. Nam lex testatorem non hēredem facit commissarium, cum dicit, *Sea obligado a disponer de todos los bienes del testador por causas pias.* Non dicit tex. ad distribuendum, sed ad disponendum, quare sal litur iudicio meo Antonius Gomez in. d. l. 32. Tauri numero. 3. dum asserit commissarium posse bona testatoris distribuere inter pauperes, vel pias causas in casu legis nostrae, & excludetur fiscus, nisi quatenus vtitur verbo distribuere, intelligas, id est, disponere. Nam distributio

tributio non pertinet ad commissarium generalem sed ad executorem, nisi hoc esset commissario speciali ter a testatore iniunctum. [Quo fit vt non recte hīc incidat quēstio, an commissarius habeat potestatem vendendi, quam exāminat Telli. Fernādez in. d. l. 32. Tauri numer. 6. nam quēstio hāc potius ad executores testamenti referenda est, nam commissarius exequi non potest, sed disponere vt dixi, nisi speciale mandatum a testatore obtineat: si non potest exequi testamentum, ergo nec bona vendere.]

G L O S S. VII.

- 1 Commissarius non potest in res prophanas bona testatoris erogare in casu, in quo potest in pias causas distribuere.
- 2 Ecclesia an possit relinquere aliquid ex his quae inter pauperes sunt distribuenda?

¶ *Ino en otra cosa alguna.* Non enim poterit commissarius bona testatoris expendere in res prophanas, sed in causas pias vt Did. Castilli aduertit in. l. 32. Tauri in gloss. vltim. [Sed an possit commissarius loco pauperum ecclesiae aliquid legare, vel an dicatur in hoc excedere? Ioan. And. in. cap. vlti. de testam. in. 6. in nouella decidit, hoc impune facere posse, quia appellatione pauperum ecclesia continetur. l. omnes qui in principi. vbi Bal. notat numero. 7. & in. l. si quis ad declinandā numero. 10. & in. l. id quod pauperibus numero. 33. C. de ep. & cleri. Ang. in. §. si verō in fi. in auth. de non alienam. Ex quibus locis plures quēstiones huc spectantes poteris deducere, & ex traditis per Gregorium Lupi in. l. 3. in verbo tuuere por bien tit. 10. par. 6.]

L E Y. VII.

¶ *Dentro de que termino el commissario a de disponer para que valga lo por el mandado.*

¶ *Ley. 33. de Toro.*

¶ *El commissario para hazer testamento o mandas, a o para declarar por virtud del poder que tienelo que ha de hazer de los bienes del testador, no tenga mas termino de quatro meses, b si estaua al tiempo q se le dio el poder en la ciudad, villa, o lugar, donde se le dio el poder. Y si al dicho tiempo estaua ausente, pero dentro de stos nuestrs Reynos, no tēga, ni dure su poder mas de seys meses. Y si estuuiere fuera de los dichos Reynos al dicho tiempo, tenga termino de vn año y no mas. Y passados los dichos terminos, no pueda mas hazer que si el poder no le fuera dado. c Y venga los dichos bienes a los que los auian de auer, muriendo el testador.*

ab intestato. d Los quales terminos mandamos que corran al tal commissario aunque diga y alegue que nunca vino a su noticia e que el tal poder le auia sido dado. Pero lo que el testador le mando señalada y determinadamente, señalando la persona del heredero, o señalando cierta cosa que auia de hazer el tal commissario, mandamos que en tal caso el commissario sea obligado a lo hazer, f y si pasado el dicho termino no lo hiziere, que sea auido como si el tal commissario lo hiziesse o declarase. s

G L O S S. I.

¶ *Commissarius quemadmodum potest facere testamentum, ita & codicillos.*

a *Testamento o mandas.* Nota quōd quemadmodum testator potest testamenti factionem committere alteri, ita & codicillorum. Itaque si testator iam fecerat testamentum, & mortis praesura grauatus non potuerit codicillos facere, poterit id alteri committere. Nec hoc mirum videri debet, quando quidem cui cōceditur testandi facultas, concessa etiam videtur & codicillos faciendi vt in. l. 2. & ibi notat Bar. & doctō. ff. de lega. 1. cum concordan. supra eo. l. 3. glo. 4. vbi est tex. expressus hoc probans in fine.

G L O S S. II.

- 1 Commissarius differt ab executore etiam in praefixione termini.
- 2 Executori testamentario quod tempus ad exequendum praefiniatur? Episcopus quando in negligentiam executoris substituitur ad executionem testamenti? ibidem.
- 3 Commissario quod tempus praefigatur ad testamentum faciendum. Tempus a testatore praefixum commissario vel executori seruandum est, ibidem.

b *Termino de quatro meses.* Vidimus in legibus praecedentibus discrimen non modicum esse inter commissarium ad conficiendum testamentum pro alio deputatum, & inter executorem testamentarium, vt expēdimus ex. l. praecedenti in glo. 6. numero. 3. quare improprie nostrates adaptare nituntur in. l. 33. Tau. vnde hēc lex sumpta fuit, terminum a lege nostra praefixum commissario executori, vt intrepide asseruit ibi Anto. Gom. numero. 1. [Sit ergo vera conclusio in executoribus testamentarijs nullo tempore eis a testatore praefixo ad exe-



ad executionem faciendam testamenti annum habere [a quo tempore currat dicā infra eo.gl.5.] tex est in l.nulli.C.de epi & cleri.c. nos quidem de testam. l.6. tit.10.par.6. quo anno elapso ad episcopum transfertur ius exequendi, vt ibidem probatur, & latē probat Felin.in.c. si quis. contra. 2. col. de foro compe. nisi testator in casum negligentie alium executorem substituerit, tunc enim non exequetur episcopus, sed executor substitutus, secundum Bald. in. l. si fundum. §. Stichum. ff. de legā. 1. & in. l. i. in prin. 2. col. C. de cadu. toll. & in auth. licet. C. de epi. & cleri. Cœpola cautela. 294. Barba. in. c. tua nobis. nu. 14. de testam. Couarr. in. c. nos quidem. cod. ti. nu. 2. Ad exequenda verō legata pia sex mensium tempus à lege definitur, quod cedit à die inuentionis testamēti, vt in auth. de eccl. ti. §. si legatum. Panor. & doct. oēs in. d. c. nos quidem de testam. Ioan. à Canibus in tractatu de executio. vltim. vol. 2. part. q. 3. [ Commissario verō ad faciendū testamentum prefigitur per. l. nostra tempus quatuor mensium, si tempore commissiois presens erat in loco vbi facta fuit, & sex mensium, si erat tunc temporis absens, & vnus anni, si erat eo tempore extra regnum. Quod tamen intelligas, nisi à testatore aliter sit prouisum, & maius vel minus tempus ei fuerit prefixum, quia illud omnino seruandum est ab execute-tore, vel commissario, vt in. l. statu liberos. §. si quis heredi. ff. de statu lib. modō adita iam sit hereditas, vt ibi dicitur. De quo infra latius in glo. 5. & quod voluntas testatoris circa temporis assignationem sit seruanda in commissario, atque in execute-tore testamenti asserūt Dida. Castell. in. l. 33. Tauri. §. l. 1. & Ioann. Lup. nu. 6. Anton. Gomez. nu. 2. Telli Fernandi. nu. etiam. 2. Couarrub. in. c. nos quidem. nu. 1. de testam. Gregor. Lupi in. l. 6. in verbo hasta vn año tit. 10. part. 6. & in glo. 2. in prin.

GLOSS. III.

- 1 Commissarius lapsō termino ab hac lege prefinito an possit moram purgare & facere testamentum?
- 2 Mora purgatio non admittitur vbi est apposita dies & poena, secus de iure canonico quod seruandum est hoc in regno.
- 3 Mora purgatio non admittitur quoties executio fit ab ipsa lege priuante vnum, & admittentem ob negligentiam alium.
- 4 Si el poder no le suera dado. Nota ex lege ista, quod licet regulariter elapso termino purgari possit mora vt in. l. si insulam & in. l. continuus. §. item qui insulam & vtrobique latē docto. ff. de verbo. obliga. hoc tamē fallit in commissario, cui concessa est potestas faciendi testamentū, nā si illud nō fecerit intra tēpus à testatore vel à lege ista constitutū, non valet testamentū, perinde ac si nullū fecisset. [ Cuius ratio esse potest, quia quoties in aliquo actu vel dispositione ponitur dies & poena, locus nō est purgationi morę. l. magnam. C. de contrah. & commi. itipul. l. traicititiz. §. de illo ff. de actio. & obliga. l. 1. verū nisi forte. ff. de penu legata. l. qui fundum. l. ff. de contrah. emp. l. 2. §. confestim. ff. ad Tertul. l. qui ob rem nō defensam. ff. de con-

dist. indeb. auth. hoc amplius. C. de fideicomis. capit. nos quidem de testam. l. 35. ti. 11. & l. 8. ti. 14. par. 5. vbi Grego. Lupi. [ Vel dici potest, ideo non admitti morę purgationem in specie legis nostrę, quia elapso termino à lege vel testatore constituto, priuatur executor iure exequendi & transfertur in alium, scilicet, episcopum, vt in. d. cap. nos quidem de testamen. & l. nulli. C. de epi. & cleri. At quoties executio fit à lege priuante aliquem aliquo iure sibi competente & transfertur in alium, prout nostra in specie, non admittitur purgatio morę, vt in. l. quandiu. 3. ff. de acq. heredi. l. si §. sed et si quis. C. commu. de lega. Bar. & doct. in. l. si insulam. ff. de verbo. obliga. 4. q. ex quibus hoc nuncupatim asseuerant Did. Castelli in. d. 33. Tauri in verbo. no le fuere dado, & Ioan. Lupi. numero. 7. & Antonius Gomez numero. 3. quibus adhæreo, non ex corū fundamentis [ quia hoc vltimum non facit ad propositum, cum hic non subrogetur alius loco commissarij, vt patet ex hac lege. Prima etiam ratio nihil vrget, cū iure canonico quoties nihil interest, semper admittitur purgatio morę. c. suam de poen. cui potius adhere-re debemus hoc in regno, cum legem non habeamus eiusdem regni morę purgationem non admittentem vbi est dies & poena, vt nuncupatim asseuerat Grego. Lupi in. l. 8. glo. 2. ti. 14. par. 5. Sed quia hoc in hac lege expressim cauetur his verbis. *Y passados los dichos terminos, no pueda mas hazer que si el poder no le suera dado.* Quod notabis valde.

GLOSS. IIII.

Testatus quis decessisse intelligitur etiam quoad heredis institutionem, qui nullum fecit vel facere mandauit heredem, quia instituti censentur qui successuri erant ab intestato.

d *E vengā los bienes a los que los auian de auer muriendo el testador ab intestato.* Ex his verbis clare deducitur, testatorem testatum decessisse in specie legis nostrę etiam quo ad heredis institutionem, licet nullum fecerit vel facere mandauerit heredem, censetur siquidem institutus is, qui successurus erat, si ab intestato decessisset testator, ergo nō decessit, de quo supra eo. l. 5. gl. 4. & l. 1. glo. 10. numero. 47. & 56. & glo. 13.

GLOSS. V.

- 1 Executori testamētario tēpus à lege vel à testatore constitutū à quo tēpore currere incipiat, an à die mortis, an aditionis, an scientiæ, an à monitione iure communi & regio? & num. 2. 3. & 4.
- 4 Executori testamētario iure communi Imperatorū currit annus ab adita hereditate & scientiæ, & nu. 5.
- 5 Ignoranti quando currat tempus prestitutum ad actū faciendum, vel non & nu. 4.
- 6 Lex. 6. & vlt. ti. 10. par. 6. ad concordia reducuntur. Executoris testamētarij monitio quando requiratur, ibi.
- 7 Executori testamētario iure regio currit annus à tēpore mortis & scientiæ.
- 8 Commissario ad faciendum testamentum currit tem-

pus

pus ab hac lege constitutum à die mortis testatoris ante aditam hereditatem, etiam ignorati & impedito, iure nostro regio.

¶ *¶ Anque diga y alegue que nunca vino a su noticia.* Duo hic oportet inuestigare, à quo tēpore currat dilatio data commissario; aut executori testamētario? & imprimis quoad executorē variz sunt opiniones, alij dicūt à die aditę hereditatis currere, quia iure cōmuni ab eo die sumit effectū testamētū, & antea impeditur executio testamenti, etiā si quis intestatus decesserit, secū dum glo. in. l. qui filio. §. 1. ff. de hered. insti. quā vt fin gul. & vnicam sequitur Socin. in. l. 1. nu. 13. & 14. ff. de lega. 1. & enoftris Ant. Gom. in. l. 24. Tau. nu. vlti. & Greg. Lup. in. l. 37. ti. 9. par. 6. in verbo frutos cū cōcor dātis à me traditis supra eo. l. 1. gl. 14. nu. 5. & seq. quo nixi fundamētō id asseuerāt Bal. Imol. & Soci. in. l. si in diē. ff. de cōd. & demōstra. Abb. & Couar. nu. 3. in c. nos quidē de testam. [ Iure verō regio Partitarū tēpus hoc executoribus testamentarijs à lege prefixum currit à die mortis testatoris, vt in. l. 6. ti. 10. par. 6. ibi. *A lo mas tarde hasta vn año despues de la muerte del testador.* [ Alij dicūt qd annus iste incipit currere à die monitionis à iudice factę, vt asserūt doct. per tex. ibi in. c. nos quidē de testam. Card. Ancar. Abb. Imol. & Couar. ibidē nu. 2. Bal. in. l. id quod pauperibus nu. 11. C. de epi. & cleri. Jacob. à Canib<sup>9</sup> in tractatu de execu torib<sup>9</sup> vlt. volū. 2. par. q. 3. nu. 11. hęc dixit cōmunē opi nionē Bal. in. d. l. id quod pauperibus nu. 11. Abb. cōf. 59. li. 1. & cōf. 11. li. 2. Rochus de Curte de iure patrona. in verbo cōstruxit. q. 10. Barb. cōf. 8. li. 1. licet ibi & in d. c. nos quidē nu. 33. teneat; qd currat à die mortis testa toris, cuius opinio cōfirmatur per. d. l. 6. ti. 10. part. 6. [ Alij censent hoc tēpus currere etiā ignorati & impedito, quia in fauorē corū; quibus aliquid relinquitur statuitur, vel fauore eōsciētę defuncti, ita cēsuit Spe cula. in tit. de instrumē. edi. §. nūc verō aliqua nu. 39. se quitur Card. in. d. c. nos quidē de testam. Bal. in. l. cap tatorias nu. 12. & 13. C. de testa. mili. Gom. Arias in. l. 31. Tau. nu. 13. Telli. Fern. in. l. 33. Tau. nu. 1. in fi. [ Mihi autē videtur, quod iure cōmuni Imperatorū currat hoc tēpus executori prestitutū à die aditę hereditatis & sciētę, etiā si per cōstitutionē episcopale statuatur currere à die mortis, quia ante aditā hereditatē, vt dixi nu. 1. impeditur executio testamenti, sed impedito agere nō labitur tēpus prefixū ad aliquid agendū. c. quia diuersitatē de cōcess. preb. l. 1. C. de annali excēp. auth. nisi tricenale. C. de bon. mater. vbi Pinel. melius ceteris explicat à nu. 42. quare ignoranti, aut aliās im pedito non currit annus iste. [ Nec oberit quod tēpus ad aliquid agendū prefini-tū, currit ignorati, & impedi to, si in eius fauorē fuerit cōstitutū, secūdū gl. in. c. statu-tū de preb. in. 6. l. 8. ti. 11. infra hoc lib. cū cōcordā. per Tiraq. traditus li. 1. de retrāctu. §. 35. gl. 4. nu. 25. quo niā hoc procedit, quoties datur dilatio in merū fauo-rē alicuius, qui actū facere tenetur, secus quādo consti tuitur etiā ad cōuincendū alicuius negligentia, vt res-pōdent Abb. Imol. & Couar. in. d. c. nos quidē nu. 4. Ex quibus hęc opinioem, quod annus currat à tēpo-re scientię & aditę hereditatis tenēt Abb. & Couar. nu. 3. & 4. in. d. c. nos quidē & Lud. Rom. cōf. 228. col.

2. hanc dicens cōmunem Bar. in. l. genero. ff. de his qui not. infam. Bal. conf. 171. li. 3. Alber. Brun. in tracta. sta tutōrū in verbo executio Oldendor. in tracta. de exe cutione vlt. volun. ti. 7. Greg. Lup. in. d. l. 6. ti. 10. par. 6 in verbo hasta vn año. Quod autem dicūt monitiōē requiri, vt ab eo die currat tempus intelligitur, si epis-copus voluerit, quod dictus executor ante annum te statoris voluntatem adimpleat, tunc enim bis eū me-nerere debet, vt in auth. de eccl. tit. §. si autē qui hoc facere, specul. in. d. §. nūc verō aliqua nu. 82. Iaco. à Canib<sup>9</sup> in. d. tractatu de execu. vlt. volū. 2. par. q. 3. Abb. & Couar. nu. 5. in. d. c. nos quidē de testam. Gre. Lupi in. l. vlt. gl. 1. tit. 10. par. 6. vbi ita concordat eam legem cum. d. l. 6. eiusdem tituli. [ Hodie verō iure nostro re-gio cū substantia & valor testamenti, nō dependeat ab aditione hereditatis, vt in. l. 1. supra hoc eo. tit. cur ret annus executori assignatus à die mortis testatoris, & scientiæ, probatur expressim in. l. 10. infra eo. vt ibi dicā in gl. 6. Greg. Lup. in. d. l. 6. tit. 10. part. 6. in verbo hasta vn año, ad mediū, & Telli. Fern. in. d. l. 33. Tauri nu. 1. in fi. In eo tamen quod dicit scientiā nō requiri, falsa est eius opinio, nisi dicas loqui in cōmissario dū taxat, quod tamen verba eius non patiūtur. [ Iti cōmissario autem recte loquitur Telli. Fernan. in. d. l. 33. Tau. nu. 1. in fine quod nulla monitio, nec scientia, nec aditio hereditatis spectetur, sed quod currit tempus ei ab hac lege prefini-tum à die mortis, vt expēdit ex verbis legis, ibi. *Anque diga y alegue que nunca vino a su noticia.* In quo omnes concordant, errant tamen, dū hoc applicāt executori, vt sæpius dixi. Nec commissarius ignorās contra lapsum temporis poterit restitui, vt probat Anto. Gomez in. d. l. 33. Tauri nu. vlti.

GLOSS. VI.

- 1 Executor testamētarius nō cogitur acceptare officiu, sed postquā acceptauerit officiu tenebitur adimplere
- 2 Commissarius an praxisse cogatur facere testamentū?
- 3 Obligado a lo hazer. Videtur ex hac lege colligi, com-missariū ad faciendū pro alio testamentum constitutū, cogi debere ad officiu sibi commissum exequendum, quod profecto durū esset, cum executor testamēti ad acceptadū officiu non cogatur, licet postquā acceptauerit, ad executionē faciendā compelli possit, nec possit amplius renūciare, secundū Bar. in. l. at si quis. §. po test tamē. ff. de religio. & sump. funer. cui accedit Bal. in. l. Labeo. §. 1. ff. de arbitr. nu. 2. Deci. conf. 91. nu. 2. Cy fonta. in. l. 31. Tauri nu. 4. & ibi Ioan. Lup. nu. 3. & Telli. Fern. nu. vlt. [ Respondeo, commissarius hic non praxisse compellitur facere testamentū pro eo, qui faciēdi munus sibi iniungit, sed causatiuē ponūtur hęc verba. *Sea obligado a lo hazer, quæ statim declarantur, dum lex subdit, y si pasado el termino no lo hiziere, q sea auido como si el tal commissario lo hiziesse e declarasse.* Ecce supponit textus iste casum, in quo cōmissarius non fecit testamentum sibi commissum, & statuit lex isto casu, vt profecto habeatur in his, quæ expresse te stator dixerit, & ei commisserit, vt faceret, vt statim dicam in glos. sequen. quare non potest dici praxissa cōactio, de qua lex ista loquitur, Q GLOS.

GLOSS. VII.

- 1 Commissarius potest meliorare vnum ex filiis vel nepotibus, si sibi est concessa facultas specificè, licet persona melioranda à testatore non nominetur.
- 2 Melioratio vel exheredatio quomodo habebitur pro facta à commissario, qui eam noluit facere, si testator non nominavit meliorandū vel exheredandū? Lex nostra explicatur, ibidem.
- 3 Sea auído como si el tal commissario lo hiziesse o declarasse. Telli. Fernan. in. l. 33. Tauri, vnde hæc sumpta fuit, nu. 3. confirmat quod in. d. l. 31. Tauri dixerat, nempe per legem istam declarari, & limitari dictam legem. 31. Tauri & sic legem. 5. supra eod. vt non solum hæres instituentus à commissario sit specificè nominandus, sed & filius vel descendens, qui ab eo est meliorandus vel exheredandus, nam aliās non possēt melioratio haberi pro facta, si persona melioranda nō esset specificè nominata, quod tamen improbauit supra eod. l. 5. glo. 3. in fi. [ Nec me mouet lex ista, potius enim probat contrarium, cum sic ait. Pero lo que el testador le mando señalada y determinadamente, señalando la persona del heredero, o señalando cierta cosa que auia de hazer el tal commissario. Facit enim differentiam inter hæredis institutionem, & meliorationem, vel exheredationē, aut substitutionem, vt primo casu hæres specificè nominetur, in ceteris verò non. Et si dixeris quomodo ergo poteris cognoscere, quis sit meliorandus substitutus, aut exheredandus, vt habeatur pro facta melioratio, vel exheredatio, si commissarius eam non fecerit? Respondeo si testator dixit, volo vt meliorationē facias vni ex nepotibus meis, censentur omnes meliorati. l. cum quidam. ff. de lega. 2. & in alijs exemplis à Tello. Fernan. hic traditis nu. vlt. quod extendit, vt dicam infra eod. l. 10. glo. 5. num. 2.

LEY VIII.

Que el commissario no pueda reuocar el testamento hecho por el testador sin poder especial.

Ley. 34. de Toro.

El commissario por virtud del poder que tuuiera para hazer testamento, no pueda reuocar el testamento q̄ el testador auia hecho, en todo ni en parte: saluo si el testador especialmente le dio poder para ello. b

GLOSS. I.

- 1 Testamentis duobus decedere nemo potest, nisi miles. Testator dans facultatem alteri ad faciendū testamentum, an videatur reuocare primum, ibidem.
- 2 Procurator non potest reuocare factum à domino.
- 3 Solemnitas requisita in actu consuecundo, requiritur et in destruendo.

- 4 Testamentum sumit effectum à morte testatoris. Testamentum an possit esse mutabile, post mortem & à voluntate alterius pendere? ibidem.
- 5 Testamentum à defuncto factum & ab eius commissario, eo mortuo, an sit vnum vel plura? Testamentis duobus quando iure communi possit quis decedere, vt ambo valeant? ibidem.

- 1 No pueda reuocar el testamento. Ratio dubitandi ad legem nostram est, quia nemo potest cum duobus testamentis decedere, nisi sit miles. l. 1. C. de testam. mili. §. posteriore insti. quib. modis testam. in fin. Sed testator fecerat vnum testamentum in specie legis nostræ, & deinde aliud per commissarium, & an hoc statuitur hæc in lege valere, ergo cum duobus testamentis decedit: nam testamentum per commissarium factū, ab ipso testatore censetur factum arg. tex. in. l. vñ ex familia. §. si de Falcidia. ff. de lega. 2. & ex eo ibi notat interpretes, & Socin. in. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. vbi persona electa ex commissione à testatore facta, dicitur electa à primo testatore, quinimo videtur potius voluisse recedere à primo testamento, dādo facultatem faciendi aliud, arg. d. §. posteriore. [ Ratio tñ decidendi fuit triplex. Prima, quia commissarius est procurator, qui nequit reuocare factū dñi ex doctrina Bal. in. l. 1. C. qui admittit. 29. opposi. ex qua id asseuerant Didac. Castelli in. l. 34. Tauri gloss. 1. & ibi Ioan. Lupi in princ. & Gomez Arias numero. 1. [ Secunda ratio decidendi est, quia solemnitas quæ in actu aliquo construendo, & consuecundo requiritur, eadem requiritur in destruendo, & reuocando. l. hæres palam. §. si quid post. ff. de testam. l. 1. & per totum, ff. de iniusto rup. At commissarius non potest testamentum facere, vel hæredem constituere sine expressa licetia & facultate defuncti, vt in. l. 5. supra co. nimirum ergo si absque dicta licetia, & expressa commissione, non possit testamentum à defuncto factum reuocare, vt arg. eorum quæ doct. notant in. l. vñ ex familia. §. sed si fundum. ff. de lega. 2. tenuit Dida. Castelli in. d. l. 34. Tauri gloss. 1. ad fi. & Ant. Gomez ibidem in fine. [ Tertiam rationem, his refutatis & immerito quidem reddit Telli Fernandez ibidem nu. 1. dicens q̄ testamentū à testatore factum effectum sumit à morte testatoris. c. cum Marthæ de celebra. missa. l. 25. tit. 1. par. 6. facultas etiam testatoris ab ipso testatore concessa similiter: sed mortuo testatore iniquum, & absurdum esset, testamentum esse mutabile, & ab alterius voluntate pendere: quod est impossibile, vt in lillæ institutiones. ff. de hære. institu. Sed hæc infirmior ratio est, quàm dux supra proximæ: non enim esset impossibile iuxta ius nostrum regium, vt firmitas testamenti dependeat à voluntate alterius mortuo testatore, potest siquidem hoc fieri, testatore hoc specialiter permittente aut præcipiente, vt in hac. l. in fi. vbi dicam. [ Ad id quod diximus numero. 1. non posse quenquam, qui miles non sit, cum duobus testamentis decedere, sed per vltimum necesse esse, vt primū reuocetur, respondet Telli Fernandez in. d. l. 34. nu. 2. quod hæc non dicuntur duo testamenta, sed vnum dumtaxat, vltimum enim à primo dependet. Iure quippe

aliud facere? & nu. 5. & 6.  
Actus inutiliter factus an possit iterari? ibidem.  
Notarius an possit errorem corrigere.

quippe regio non est necesse, quod vno cōtextu fiat, prout iure communi exigebatur, vt in. l. hæres palam. §. vno cōtextu. ff. de testam. vt expresse probatur in. l. 11. infra eo. ibi enim permittitur, quod testator incipiat facere testamentum, & quod post eius mortem commissarius perficiat. Dicit quoque Telli hoc idco permitti, quia testator voluit non reuocare primū testamentum ab eo factū, vt patet ex fine huius legis, ibi. Saluo si el testador le dio especialmente poder para ello. At iure communi cōseruatur secundum testamentū, & primum etiam, quando in secundo adest voluntas, vt vtrunque conseruetur: valent etenim quatenus se compatiuntur, vt in. l. si quis priore versi. & hoc ita intelligendum. ff. ad Trebell. explicat Alcia. in. l. si filius eius nu. 4. ff. de libe. & posthu. vel potest dici aliud esse testamentum, & quod commissarius fecerit sint codicilli, vt dixi supra eod. l. 1. glo. 1.

GLOSS. II.

- 1 Testamēta duo quibus casibus cōseruetur, si ab vno fiat?
- 2 Testamenti firmitas pendere potest à voluntate tertij post mortem testatoris explicanda.

- b Le dio poder especialmente para ello. Nota quod licet regulariter iure cōmuni Imperatorum, nemo possit cū duobus testamentis decedere. Iure tamen regio per hanc legem hoc permittitur, vt quis decedere possit, cum duobus testamētis, & vtrunque est seruandum, nisi quatenus sunt contraria, vt in glo. præcedenti dixi. [ Nota etiam ex hac lege, quod firmitas testamēti potest, volente testatore, dependere à voluntate tertij post mortē testatoris explicanda, quod est mirabile.

LEY IX.

Que el commissario no pueda reuocar lo que vna vez ouiere dispuesto.

Ley. 35. de Toro.

2. Cabexalero. Nomen hoc in nostra Hispania denominatur a capite, eo quod ante omnia debent legata solvere, postquam debita persolverint, antequam heredes bona capiant, ut in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testam. Montal. in l. 1. glo. 2. tit. 5. lib. 3. fori, qui asseuerat executores testamentorum pluribus nuncupari nominibus, dicuntur enim diuifores, distributores, dispensatores & ministri, teste speculato. in tit. de instrum. editio. §. nunc vero aliqua col. 3. vers. porrò. Montal. vbi supra & Gre. Lupi in l. prima tit. 10. glo. 1. part. 6. dicuntur etiam fideicommissarij secundum Huber. de Bobio in l. nulli. C. de episcopo & clero. & Accursus, in l. uxorem. ff. ad l. Corne. de fals. & in l. si quis pro redemptio, C. de dona. & in l. diuus. ff. si cui plus quam per. l. Fal. tex. in l. 1. ti. 10. par. 6. Hispanie autem appellantur cabexaleros, manesores, testamentarios, y albaceas. l. 1. & 7. tit. 10. par. 6. [ Et quia materia executorum practicable est, tria circa ea libet examinare, primum, qui possint executores esse, secundum, quot sint genera executorum & de eorum officio, tertium, tempus ad exequendum constitutum. Quoad primum scire oportet, omnes indiscriminatim testamentorum executores esse posse, laicos, clericos seculares, & religiosos. c. tua de testam. Sed ea constitutione non obstante, verius est, monachos executores esse non posse, nisi impetrata superiorum licentia ut in capit. 2. de testamen. in. 6. & in Clem. 1. cod. tit. vbi monachi hanc suscipientes provinciam testamenta exequendi, coram ordinarijs iudicibus conveniri possunt de fraude & culpa, atque ut rationem reddant administrationis C. de religiosus de testam. At monachi qui sunt ordinis fratrum minorum ab hoc arcentur munere, ut in Clem. exiui. §. verum de verb. signi. quamvis designari possint in testamentis ad consilium exhibendum executoribus ultimarum voluntatum, ut in eadem Clem. statuitur, dixi supra eo. l. 5. glo. 8. numero. 6. [ Sed an monachis ordinis minorum possit committi ius eligendi pauperes? Quidam negant eis electionem committi posse, nempe, Cardi. in Clem. exiui. §. verum de verbo. signi. & Domi. & Fran. in d. capi. 2. in prin. de testam. in. 6. quibus, nec immerito quidem, Bar. refragatur in tracta. minoricarum lib. 3. cap. 4. dicens huiusmodi electionem eis committi posse, quippe que facti sit, potius quam iuris, atque ideo fieri potest per eum, qui executor testamentarius esse non potest, ut in l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. 2. vbi ius eligendi non perimitur per deportationem. l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. ff. ad Trebelli. notat expressim Roma. cof. 409. colum. 2. sensu Bal. in auth. ingressi. numero. 20. C. de sacros. eccles. & in l. id quod pauperibus numero. 9. C. de epi. clero. & hanc sententiam vltro amplectitur Couarru. in cap. tua numer. 1. de testam. eo quod ratio, d. §. verum ceter in hac electione faciendae. Imo arbitratur posse eadem ex causa committi monacho minoris ordinis executoris electionem, quamvis contrarium censuerint Donu. & Fran. in d. cap. 2. de testam. in. 6. eo quod executor debeat esse certus, ut tradunt Ioan. And. & docto. in cap. 1. ad fi. de procura. in. 6. quorum ratio friuola est, eo quod certitudo in alterius voluntatem conferri optimè poterit, Paul. Castr. in l. 1. colu. pen. ff. de procura. Bal. in l. id quod pauperibus nume-

15. C. de epi. & clero. Couarr. in d. cap. tua numero. 1. in fi. de testam. Greg. Lupi in l. 2. in gloss. pen. tit. 10. par. 6. Quod verum esse intellige, quando testator commissit ei electionem incerti de certis ut vnum de collegio, ut latissime probavi ex communi receptiorique sententia supra eo. l. 5. glo. 8. numero. 4. vbi latius vide, & aliquid refert. d. Anto. Padilla in l. cum quidam nu. 2. ff. de lega. 2. [ Quid si religiosus alterius ordinis quam minorum non obtenta superioris licentia, executoris munus assumpsit, nunquid valeant gesta per eum? & valere asseuerant magis communiter doctores, nisi expressa praecesserit prohibitio seu contradictio, ita consultus respondit Federi. conf. 293. ad fi. & Ludo. Rom. conf. 409. 2. colum. & in singul. 242. ad exemplum militis, qui non potest esse procurator, si tamen a iudicio non repellatur, tenent gesta per eum. l. filius fami. §. veterani. ff. de procura. ex quo idem voluit Deci. in l. in ambiguis. §. non est. ff. de regu. iur. & Fel. in. capi. 2. col. 1. de iudi. Quod etiam procedit in executione per fratrem ordinis minorum facta, quam sententiam receptiorem esse attestatur Deci. conf. 494. in fine & conf. 499. numero. 12. vtrouque tamen ab ea recedit ex eo quod actus contra iuris prohibitionem factus est nullus. l. non dubium. C. de legi. idem voluit Fran. in d. cap. 2. in prin. de testam. in. 6. per illum tex. & Couarru. in d. cap. tua de testam. numero. 2. Grego. tamè Lupi in l. 2. tit. 10. par. 6. in. glo. pen. sustinet comunè; respondetque ad fundamenta contraria, cui accedo.

5. [ Foemina etiam executrix testamenti esse potest ut probabimus supra eo. l. 5. glo. 8. numero. 5. vbi videas.

6. [ Minor etiam. 25. annis maior verò decem & septem poterit esse executor testamèti ex ratione tex. in cap. qui generaliter. §. vlt. de procur. in. 6. vbi minor. 25. annis si decimumseptimum compleuerit, potest esse procurator ad negocia, ad idem est tex. in l. 19. in. fi. tit. 5. par. 3. & ibi Greg. Lupi in verbo diez y siete años, dicens hanc fuisse opinionem Pauli Castr. in l. 1. §. pupillus. ff. de acq. posse. Vbi asseruit minorè decem & septem annis non posse procuratorem etiam ad negocia constitui, licet Phil. Francus in d. cap. qui generaliter §. vlti. de procu. in. 6. dixerit minorem etiam. 17. annorum posse procuratorem ad negocia constitui per tex. in l. sed et si quis. §. vlti. ff. de instito. atque ita interpretatur tex. in d. §. vlti. cuius sententiam sequuntur magis communiter doctores. contra sententiam Pauli Castr. teste Alexan. in l. exigendi. C. de procu. Greg. Lupi in d. l. 19. in fi. glo. antepe. & Iaso. in l. 3. §. item acquirimus numero. 36. ff. de acq. posse. Sed nihilominus sententia Pauli verior est, ut attestatur Couarru. in c. tua de testam. & approbat in d. l. 19. in. fi. tit. 5. part. 3. & quod minor. 25. annis, si maior sit. 17. designari possit executor testamenti, sensu glo. communiter ibi recepta in cap. 2. in prin. de testam. in. 6. & Couarru. in d. cap. tua numero. 4. id expressim asseuerat & Gregorius Lupi in l. 2. tit. 10. glo. pen. par. 6. nullibi enim prohibitum est minoribus hoc munus, licet dubitet Specula. in titu. de instrumen. edi. §. nunc verò aliqua numero. 75. & contrarium potius probare conetur Ioan. Oldendor. in tracta. de executoribus vlti. voluntatū capit. 4. [ Quoad secundum, quod examinare promissi, quot sint genera executorum, & quae ad eorum offi-



officium spectent, scire oportet quosdam executores esse vniuersales, quosdam vero particulares. Executor vniuersalis dicitur quasi hæres, quoties pauperes instituantur, vt pote cui in cumbat onus distribuendi omnia testatoris bona inter pauperes, vt in l. si quis ad de clinandam. C. de epi. & cleri. idem si pauperes, nec aliqua alia persona hæres fuerit instituta, adhuc enim executor loco heredis habetur ad distribuendum bona inter pauperes, inter quos distribui præcepit testator, vt in l. alio, & ibi ex ea id expendit Bar. à contrario sensu nu. 6. ff. de alim. & cib. lega. c. cum tibi vbi Innocen. notat, de testam. Alex. conf. 4. numer. 16. lib. 2. Paul. Paris. qui pluribus modis limitat conf. 74. lib. 3. numero. 39. & seq. & numero. 58. & deinceps. [ Executor particularis dicitur, qui particulariter ad exequendum testamentum relictus est, cum potestate vendendi res testatoris vsque ad satisfactionem integram relictotum, & in testamento contentorum secundum Bar. in l. alio numero. 7. ff. de alim. & cib. lega. Denique executoris potestas dependet à facultate, eis per testatorem concessa secundum Bal. in l. id quod pauperibus numero. 14. C. de epi. & cleri. Greg. Lupi in l. 2. & l. 4. glo. pen. in principi. tit. 10. par. 6. per. tex. in l. si pluribus, & in l. quidam. §. si scriptus. ff. de lega. 1. Couarru. in cap. Ioannes numero. 5. de testam. [ Modo videamus, si placet, de officio & potestate executoris vniuersalis: & certe cum loco heredis habeatur, vt in l. si quis ad declinadã. C. de epi. & cleri. poterit bona testatoris vendere tãquã hæres, vt ibi dicit tex. & ex eo id notat Bar. in d. l. alio. ff. de alim. & cib. leg. quod nõ licet executori particulari, nisi ei à testatore licentia concedatur, vt in d. l. alio & infra latius, ita distinguit Couarru. in d. cap. Ioannes numero vltim. de testam. Telli Fernad. in l. 32. Tauri numero. 6. Imo poterit hic vniuersalis executor bona vendere coniunctis suis, si id palam faciat & bona fide secundum Iaco. Butr. & Bal. in l. id quod pauperibus numero. 20. C. de epi. & cleri. Filio autem in potestate existenti hac in specie vendere non licet secundum Bal. in rep. l. 1. C. de sacro. eccles. numero. 30. versi. ex his concludo. [ Sed an executor, cui testator electionem commisit pauperum, teneatur eligere pauperes domiciliij testatoris? Et videtur eos eligere debere, & distributionem facere inter pauperes eius loci, vbi domiciliũ habebat testator ex sententia glo. in cap. si pater in verbo pauperes de testamen. in 6. quam ibi sequitur Phil. Fran. eam dicẽs singul. & Eman. Costa in. 1. par. in verbo pauperes nu. 11. Feli. in cap. sicut tuis. 2. colum. de simonia & cap. vltim. de foro comp. quod instruitur ex. l. nulli. C. de epi. & cleri. & ex. l. hæc conditio. §. si. ff. de cond. & de monstra. idem voluit Bar. in l. 2. numero. 2. C. de anno. ciuil. li. 10. cũ alijs quẽ adducit reuerendissimus. dom. Dida. Couar. in cap. cum tibi num. 14. de testamen. & Tiraq. in tracta. de priuil. piẽ cause priuilegio. 36. col. 2. Anto. Gomez. in l. 31. Tauri. numero. 4. dom. Anto. Padilla in l. cum quidam ita caussit numero. 4. ff. de egal. 2. Et licet tex. in l. 20. tit. 3. part. 6. dicat in dubio pauperes intelligi institutos eius loci, vbi cõditum est testamentum, intelligit Couarru. vbi supra hoc esse verum, cum testator in loco sui domiciliij condit testamentum, ne refragetur legibus superius citatis, quod

frequentius fit: atque ita lex illa ad id quod frequentius accidit adaptatur. Limitat tamen hanc conclusio nem ipsemet Couarr. d. numero. 14. vt procedat, præter quã si testator dedit executori pauperum electionẽ, tunc enim non tenebitur executor ipse pauperes domiciliij testatoris eligere, sed alios quoscunque, quod probat autoritate Ioã. And. Domi. Lapi, & Franci. in. c. si pater de testamen. in. 6. & decissionis. 128. capel le Tolosanẽ & Colletarij in. cap. Ioannes numer. 10. de testamen. & tex. in l. cum quidam, §. 1. ff. de lega. 2. Mouentur etiam hac ratione, episcopus, cui iure deu luto competit dignitatis ecclesiẽ collatio, tenetur eligere clericum eiusdem ecclesiẽ, quem maluerit cap. ne pro defectu de electio. compromissarius tamen ad eligendum liberẽ potest eligere clericũ, etiam exterum, licet non sit eiusdem ecclesiẽ, cap. si compromissarius de elect. in. 6. ex quibus hanc limitationem tenuit Gregorius Lupi in l. 20. in verbo de auel lugar, ad mediũ tit. 3. par. 6. dominus tamen Couarr. in d. cap. cum tibi numero. 14. de testam. aduertit non temere hæc esse accipienda, quandoquidem in electione pauperum iura multum fauent pauperibus domiciliij testatoris, quin & ipsius testatoris mens in hoc se inclinare vide detur, quamobrem cautẽ esse seruandam hanc communem sententiam asseuerat. [ Cæterum hæsitari solet, an executor vniuersalis vel particularis testamẽti possit filium suum pauperem eligere, si pauperum sibi est commissa electio? Et videtur nõ posse, vt in auth. quibuscunque modis. C. de sacros. eccle. vbi res ecclesiẽ alienari permissa, prohibetur in echonomum vel eius coniunctos alienari, arg. tex. in l. filius & l. impuberẽ §. i. ff. ad l. Corn. de fall. Præterea pater est minister, vn de non potest ex distributione commodũ sibi reportare arg. l. qui testamento in principio. ff. de testamen. & in l. quidam testamento, §. si scriptus. ff. de lega. 1. & l. si quis Titio. 2. & l. codicillis in prin. ff. de lega. 2. iun cta glo. ibi & l. creditor, §. si intra. ff. manda. l. mulier ff. de dona. int. vi. & vxo. Paul. Paris. conf. 26. numero 22. lib. 4. Rursus hæc electio videtur potius ex affectio ne quam ex ratione procedere. l. Nensenius. ff. de neg. gest. Verum his minime obstantibus verior est opinio contraria, quod pater filium pauperem possit eligere, & filius patrem, vt inde ali possint, non verõ poterit totam hæreditatem filio vel patri assignare vel erogare. cap. non satis. §. 6. distin. verbo, cæterum traditio est Dei, vt prius pascas parentes. capit. aurum in fi. 12. q. 2. ibi per minutas enim erogationes, hæc fuit sententia Bal. in rep. l. 1. numero. 29. C. de sacros. eccle. & ibi Celsus in apostillis ad eum & ad Panor. in capit. 1. in fi. in verbo pauperibus de cohabi. cleri. vel mulic. idẽ Bal. in l. tutor. §. 1. ff. de excuf. tuto. & in l. illa institutio. ff. de hære. insti. vbi asseruit posse distribuere inter proprios consanguineos verẽ pauperes, in quibus maior est pietas, modõ in omnibus cesset fraus, quẽ facili pre sumetur propter nimiam affectionem & cõiunctionẽ, idem voluit Ang. ibi & Imo. numero. 5. & Ancarra. cõf. 337. Quin etiam in spurium testatoris filium poterit erogare, modõ non excedat alimenta, quẽ ei competunt iure Pontificio. cap. cũ haberet, de eo qui dux. in matr. quam pollu. per adult. vt doctores supra citati resoluunt. Idem in omnibus hoc numero dictis voluit

luit Geger. Lupi in l. 3. glo. vlti. tit. 10. par. 6. qui etiam asseuerat, si pluribus fuit data electio pauperum, posse vnũ ex se ipsis eligere, si egeat nimis, vt Abb. voluit in cap. cum in iure column. 2. de elect. Cardi. in Clem. 1. de testamen. q. 22. & ibi Imol. colum. pen. versi. nunquid executor Paul. Paris. d. conf. 26. numero. 22. lib. 4. [ Ex quo Din. & Bar. in d. l. cum quidam. 2. numero 3. ff. de lega. 2. aiũt, quod si commissa fuerit electio pauperum priori fratrum prædicatorum, poterit fratres suos eligere, si commissio facta fuit per verbum quibus voles Paris. d. conf. 26. numero. 24. li. 4. secus si per verbum inducens arbitrium boni viri, quia tunc tenetur eligere eos pauperes, qui referuntur in l. nulli & in l. si quis ad declinandam. C. de epi. & cleri. Quod vltimum non placet Bar. quandoquidem ea in specie sufficit, quod executor testamenti non eligat indignum, non enim reprobat electio, licet possit digno rem eligere per tex. in d. l. cum quidam ita: nec peccat hac in specie, quandoquidem locus sit gratificationi, vt in l. si quis seruũ. §. si inter duos. ff. de lega. 2. l. si quis in grau. §. si cum omnes. ff. ad Sillani. l. si duas. ff. de excusa. tuto. Bal. in rep. d. l. 1. numero. 31. in fi. C. de sacro. eccle. & in l. id quod pauperibus numero. 34. C. de epi. & cleri. Greg. Lupi in d. l. 3. glo. vlti. ad medium titul. 10. par. 6. [ Quare etiam solet, an executor seu distributor pauperum possit vnũ dumtaxat eligere pauperem, an inter plures diuidere teneatur? & Bar. in l. 1. ff. de optio. lega. censuit, primum ei non licere, sed inter plures teneri distribuere, idem voluit Bal. in rep. d. l. 1. numero. 31. C. de sacros. eccle. vbi Cels. idem asseruit & Alex. in l. 2. §. sed si vnus. ff. vi bon. rapt. Greg. Lupi in d. l. 3. glo. vlti. tit. 10. par. 6. [ Vidimus hætenus de executore vniuersali, superest vt de officio & potestate executoris particularis aliqua pertractem: cuius potestas, vt in initio dixim, dependet ex potestate sibi à testatore concessa, nam si alienandi bona testatoris sibi non conceditur facultas, alienare nõ poterit, vt dixi supra numero. 8. Couarru. in. cap. pen. in fi. de testamen. tex. in l. 4. & ibi ex ea expendit Greg. Lupi in verbo queda libte poder ti. 10. par. 6. & venditio est nulla Telli. Fernan. in l. 32. Tauri. numero. 6. Et vt re cius executoris particularis manus exaninctur, explicare oportet verba, quibus ei committitur executio: qua talia sunt. Sunt executores huius testamenti Petrus & Ioannes & quilibet eorum, quibus concedo licentiam & potestatem vendendi de bonis meis cum bannimento & sine, vsque ad satisfactionem integrã premissorum, vt refert Bar. in l. alio numero. 7. ff. de alim. & cib. lega. Per cõcessionẽ licetia, nõ libera volũtas importatur, prout credidit Innocen. in cap. cum ad monasterium de statu monacho. super glo. in verbo licentiam prope finem: sed arbitrium boni viri secundum Bar. in d. l. alio numero. 8. nam licetia, inquit, descendit à verbo licet, sed hæc verba liceat tibi, arbitrium boni viri important, vt in l. fideicommissa. §. quanquam. ff. de lega. 3. & in l. si sic. §. 1. ff. de lega. 1. & l. fideicommissaria. ff. de fideico. liber. instruitur ex. l. 1. C. de sacros. eccle. ibi, habeat vnusquisque licentiam decedẽs bonorum quod optauerit relinquere, & c. Nõ tamen ex hoc ei datur libera facultas, vt pro libito disponat, debet enim iura seruare, nec patri permittitur

iniuste filium exheredare, vt ibi Bar. explicat numero. 48. & seq. [ Diximus præterea in cõmissionis forma & potestate] hæc potestas refertur etiam ad arbitrium boni viri, vt in l. nepos proculo. ff. de verbo. signi. l. qui explicandi & ibi Bal. C. de accusa. nisi testator adiderit, cõcedimus vobis plenam & liberam potestatem vendendi & c. quoniam hac in specie in eius liberam voluntatem videtur collatum, vt in l. fideicommissaria libertas. ff. de fidei. liber. Bar. optimẽ resoluens in d. l. alio numero. 9. ff. de alim. & ciba. leg. Quẽ autem verba importent liberam voluntatem vel arbitrium boni viri, explicat latẽ Alexan. in l. si sic in prin. à numer. 1. vsque ad numerum decimum octauũ & ibi Fran. Curti. in apostillis & Iaso. latissimẽ num. 27. & pluribus seq. ff. de lega. 1. Paul. Paris. conf. 26. nu. 26. 27. & 28. lib. 4. [ Dixi vltorius, [vendendi de bonis suis] hoc ideo diximus, quia vendendi facultas non cõ petit executori testamẽtario particulari, nisi id specia liter committatur: vt dixi supra numero. 8. & 14. Verũ iure communi Imperatorum, non poterit executor bona vendere, ante aditam hæreditatem ex testamento delatam, vt in l. si nemo. ff. de testam. tute. & in l. si nemo. ff. de reg. iur. vel ab intestato ab heredibus legitimis vt in l. 2. ff. de fideico. liber. & l. vlti. in principi. C. de manu. testam. l. qui filio. §. 1. & ibi notatur. ff. de hære. insti. l. quod purẽ in fi. ff. quan. di. leg. ced. quẽ admodum igitur tutelę datio, quã fauorabilis est, nõ valet nisi adita hæreditate, ita potestas data executoribus non valet, nisi aditione sequuta, vt decidit Bart. in l. alio numero. 7. ff. de alim. & cib. legat. Sed cum iure nostro regio aditio hæreditatis necessaria non sit ad firmitatem omnium contentorum in testamento, vt in l. 1. supra eod. crederem testamentarium executorẽ abique vlla aditione heredis, posse testamentum exequi. Id quod hoc in regno & in omnibus Indiarũ prouincijs fit vigore regij mandati ad has prouincias directi: eliguntur siquidem à testatoribus executores his in prouincijs degentes, & licet hæredes sint in Hispania vltra mare, & non adiuerint hæreditatem, imo nec fortẽ sciuerint, eam sibi fuisse delatam, poterunt bona vendere & testamentum exequi, vt latius resoluam infra hac eadem glo. numero. 26. & 36. vbi hoc limitauit, & numero. 50. & sequentibus. [ Sed an executoribus licet permutare, vel in solutum dare, vel obligare? Et videtur non id eis licere, vt in l. si pupillorum §. si prætor. ff. de reb. eor. vbi si prætor permisit vendere tutori, non poterit obligare bona pupilli, nisi id expressim iudex permisserit, aliã non valet obligatio. In contrarium facit tex. in l. sicut. §. si debitor ibi, sed si permisit. i. ff. quib. mod. pig. vel Hypo. solui. vbi si vnus actus alienationis permittitur, videtur quoque omnis illi similis permittitur, eundem producens vel meliorem effectum, secus si peiorẽ vel deteriorẽ secundum Bar. in d. l. alio nu. 11. ff. de alim. & cib. lega. vbi hanc diluit controuersiam, dicens, aut permissio vendendi fit à iudice & debet strictẽ intelligi, vt in d. §. si prætor. Si verõ fit ab alio priuato, tunc appellatio venditionis continet omnem alienationem: & tũ maxime cum in permissione venditionis adijcitur & alienationis, quod verbum generale est comprehendẽs omnem alienationis modum, vt in l. 1. statuliberi & ceteris

teris. §. Quintus Mutius. ff. de statuli. [ Querit etiam  
Bart. in d. l. alio. ff. de alim. & cib. lega. numero. 12. an  
executor possit agere contra heredes, vt exhibeant  
res hereditarias ad videndum, quas vendere expediat  
& putat posse agere, vt in l. si tibi electio. §. vlti. ff. de  
optio. lega. & l. 2. §. 1. ff. de triti. vino oleoque lega. Sed  
vera & communis resolutio est, quod ad soluenda le-  
gata pia executor possit mouere actiones contra he-  
redes vel contra debitores hereditatis, ad effectū exe-  
quendi contenta in testamento, vt in l. nulli. & l. si  
quis ad declinandam. C. de ep. & cleri. l. si vero nō re-  
munerandi. §. si. cum. l. seq. ff. mand. hoc censuit Bald.  
in l. id quod pauperibus num. 18. C. de epif. & cleri. il-  
lustrissimus. D. Couarr. in c. Ioannes num. 5. de testam.  
l. 4. tit. 10. par. 6. idē si legata fuerint alimenta vt in d. l.  
alio & d. l. 4. At si legata nō fuerint pietatis vel alimē-  
torum causa relicta, executor merus non aget aduer-  
sus heredem, vel aduersus alium quemlibet possessorē  
rem. l. Lutus. §. Meuia. ff. ad Trebelli. vbi Paul. & do-  
ctor. & d. l. 4. tit. 10. par. 6. Officiū tamen iudicis poterit  
implorare, vt heres aut quilibet possessor cogatur  
ca bona tradere, vt executio testamenti fieri possit, vt  
in l. hereditas. ff. de pen. hered. l. Quintus. ff. de annu.  
lega. Bar. in l. si quis Titio. ff. de lega. 2. Bal. & Sali. nu.  
1. in l. nulli. C. de ep. & cleri. Greg. Lup. in d. l. 4. glo.  
vltim. tit. 10. part. 6. D. Couarr. in d. capit. Ioannes  
numero. 5. de testam. Mixtus vero executor, cui vel  
pars legati, vel integrum legatum competit; licet cum  
onere institutionis agere potest aduersus heredē vel  
alium quemcunque. l. si quis Titio. vbi Bar. ff. de lega.  
2. d. l. 4. tit. 10. par. 6. que lex ita hanc resoluit quēstio-  
nem Abb. & Did. Couarr. nu. 5. & ceteri interpretes  
in d. cap. Ioannes de testamen. Oldendorp, de execu-  
toribus testamen. tit. 6. Card. q. 1. & Imol. col. vltim.  
in Clem. vnica de testam. Bar. in l. nu. 2. & seq.  
C. de ep. & cleri qui vnanim consensu fiuntur, execu-  
torem in distincte agere possit, si hac facultas a testa-  
tore ei fuerit concessa. l. si a pluribus & l. quidam. §. si  
scriptus ff. de lega. 1. [ Expensas autem quas executor  
fecerit in exigendo bona testatoris, & fructus eorū  
ad peragendam executionem, poterit ex eisdem vel  
alijs bonis hereditarijs iustissime petere & exigere se-  
cūdū Archi. Ioan. And. Domi. & Philip. Frā. col. pen.  
in c. si de testam. in 6. Paul. Paris. cōf. 26. nu. 18. libr. 4.  
D. Couarr. in d. c. Ioannes in fi. de testa. quibus adde  
Bal. omnino videndum in l. id quod pauperibus in fi.  
ne. C. de ep. & cleri. [ Sed an executor possit agere no-  
mine suo, an vero nomine legatariorū? Bal. nu. 18. q. 5.  
in d. l. id quod pauperibus. C. de ep. & cleri. arbitrat-  
ur nomine suo vel officij agere posse. Quia si nomine  
ageret legatariorū, teneretur cauere de rato, vt in l. 3.  
§. si forte. ff. iudi. soluti. itē nō posset solutionē recipere,  
vt in l. nō solū. ff. solu. matr. quod est falsum. Agit  
ergo proprio nomine, & hac quoq; ratione poterit p-  
curatorē ante litē cōtestatā constituere ad lites, arg. l.  
sed si vnus. §. procurator. ff. de iniuri. Bal. in d. l. id quod  
pauperibus nu. 19. & in d. l. nulli nu. 3. etiā si merus  
executor, quidquid in cōtrariū dixerit Sali. in d. l. nul-  
li nu. 16. [ Sed an executori liceat vendere rē, quā velit  
ex hereditate, nunc bona sint exhibita, vel nō? Bart.  
in d. l. alio. ff. de alim. & cib. leg. num. 13. distinguit, di-

cēs, aut executori nō fuit cōcessa libera alienādī facul-  
tas, sed per verba importātia arbitriū. Etenim viri cui fuit  
cōmissio facta, & hoc casu nō sunt vt dicitur bona te-  
statoris arbitrio executoris, sed iudicis, vt in l. magis  
puto. §. ne passim. ff. de reb. eorū. l. a diu. Pio. §. in vēdi-  
tione. ff. de re iud. vbi Bar. & Bal. in l. ordo. C. de exec.  
rei iud. Abb. in c. que ad cōsultationē de re iud. Bar. &  
Alex. ad eū in d. l. alio nu. 13. Aut executori fuit cōces-  
sa plena & libera potestas vēdēdi adhibitū & volūta-  
tē suā, & adhuc libera volūtas restringetur, vt bona si  
defaciat, l. creditor. §. Lutus. ff. māda. ita vt si rē mag-  
ni valoris modico vēdere velit precio, facere non pos-  
sit bona fide, vt in l. magis puto. §. ne passim vers. nec  
nō. ff. de reb. eor. atq; idē irritū esse vēditionē; reuoca-  
ri vē posse, ex sentētia Accursij in l. pen. C. quā. dere.  
opus nō est. l. creditores. ff. de distractio. pig. Et hec ser-  
uāda sunt in ea qua stione, an executor possit res testa-  
toris vēdere pro precio ad libitū suū, vt ibi dixit Bar.  
nu. 14. cū quo ceteri trāsūt, & Bald. in l. cū nō solū. §.  
fin aut legata. C. de bon. que libe. dixi latius in stylo  
cācellarię tit. 1. p. 17. casu. 20. declaratione. 2. c. 2. gl.  
3. nu. 2. [ Ceterū in dubiū solet reuocari hac in tracta-  
tione, an heres sit requirēdus, quoties executor vēdit  
bona testatoris? Et videtur nō oportere requiri: quia  
executor potest inuito heredē res hereditarias vēdere  
ad exequēdū testatoris volūtatē, ergo & eo ignoratē,  
vt in l. 4. §. illud. ff. de fidei cō. lib. l. qui pōt. ff. de reg.  
iur. Pręterea quoties quis cōstituit procuratorē aliqūē  
ad vendendū, dñs potest cū reuocare, quoties libuerit,  
sed non tenetur dñm requirere, vt i. relens lit. vel ven-  
ditioni cōsentiat, vt in l. mādatū & l. si mādan. q. tibi  
ff. māda. Bar. in d. l. alio. nu. 16. vbi in cōtrariū citat tex.  
in l. 4. C. de distractio. pign. & in l. legatū. ff. de v. satr.  
lega. & in l. §. cū dicitur. ff. si cui plus quā per. l. Falcid.  
& l. hac edictali. §. omnib. C. de secū. nup. Cuius occa-  
sione distinguit Bar. sic dicēs, aut executores assū-  
pti fuerūt, vt boni viri, & tūc pculdubio, est requiren-  
dus heres, vt in l. si quis arbitratu. ff. de verb. obli. & l.  
Theopopus. ff. de dote pra. lega. Aut executio testamē-  
ti in eius cōmittitur liberā volūtatē: seu potestatem,  
& similiter heres erit requirendus, vt in l. creditor. C.  
de distractio. pigno. & in d. l. §. cū dicitur. ff. si cui plus  
quā per leg. Falcid. Pet. de Ancar. in c. tua nobis de te-  
stam. quia heredis presentia posset executores trahere  
ad aliā rem vendendā vel pro alio precio, debent er-  
go requiri arg. l. si in tres & l. sicuti. ff. de arbi. Pręter-  
ea hac libera potestas non excludit bonam fidem,  
vt dixi, at qui ad eum facit nō requisito co, qui con-  
tradicare potest, clanculū & mala fide facere videtur,  
vt in l. clam possidere in princip. ff. de acq. pos. &  
in l. prohibere. §. clā. ff. quod vi aut clam. atq; idē acti-  
nō valet secūdū Bar. in l. alio nu. 17. & ibi hoc opti-  
mē resoluit. ff. de ali. & cib. leg. Caro. Ruy. cōf. 84. nu.  
13. li. 2. & Pau. Par. cōf. 74. nu. 53. li. 3. Gre. Lup. in d. 4. in  
verb. queda libre poder. tit. 10. par. 6. [ Si verō heres est  
23 presentia executoris, poterit tūc executor absente  
herede, imo & contradicente officio suo fungi: quia  
iuxta eius cōscientiā, nō heredis exequi debet, vt in l.  
pē. ff. de dona. Bal. in l. nulli nu. 7. C. de sacro. eccl. p. st  
Jacob. de Aren. ibidem Ale. cōf. 62. n. 5. li. 2. & hec erit  
24 prima limitatio. [ Limitat secūdō Bal. & Bartoli sen-  
tentiā

tentiā quoties executor indiget heredis informatione,  
vel suę volūtatē ex ploratione, secus si ea nō indigeat, quā  
poterit tūc heredē irrequisito vēdere. Quia nō est iu-  
dex, vt indigeat partis citatiōe, sed executor volūtatē  
defūcti, vt ipse latius resoluit in l. captatorias in fi. C. de  
test. mili. refert & sequitur Alex. cōf. 62. nu. 4. li. 2. Gre.  
Lup. in d. l. 4. in verbo, queda libre poder. tit. 10. par. 6.  
[ Tertio limitat Alex. in d. cōf. 62. nu. 3. li. 2. nisi pupil-  
lus esset heres, quia tūc necessaria nō est monitio vel re-  
quisitio pupilli, cū in eo cesset rō quę in maiore, quip-  
pe qui quod videt ignorat. l. 1. C. de fal. mon. l. si. ff. rē  
pup. sal. fore, cui assētitur Gre. Lup. in d. l. 4. [ Quarto  
limitat, vt cōclusio ista nō procedat iuxta ius nostrū re-  
giū, quo requisitio heredis nō exigitur, cū aditio here-  
ditatis nulla requiratur sine qua executio volūtatē  
defūcti fieri pōt, vt dixi supra nu. 16. & tū maxime, cū  
heres est absens & in remotis locis, quā in specie pmit-  
titur per leges & ordinationes regias Indiarū execu-  
toribus testamētorū bona testatorū vēdere irrequisitis he-  
redibus, & volūtatē defūctorū adimplere. l. 68. in ordi-  
na. cācellarię Argētinę regni Peru, quę seruari præci-  
pit regiū mādatū ad Indiarū regna emissū, in quo hec  
cōtinentur, [ Pro expeditionē huius secūde partis in-  
quirendū est, an heres requisitus, vel nō requisitus pos-  
sit venditionē rerū hereditariarum impedire, & quo  
modo? Bar. in d. l. alio nu. 19. respondet duobus modis  
impedire posse huiusmodi venditionē, vel offerendo  
pecuniā necessariā p solūdē legatis arg. l. vlt. §. sin aut  
C. de iure domi. impetrā. vers. & liceat ei creditori. l.  
42. tit. 13. par. 5. vel si heres ipse offerat se paratū vēdere,  
& ex precio satisfacere legatarijs & alijs quib⁹ execu-  
tores testamētarij satisfacere velint infra terminū cō-  
petētē, datis ad id idoneis fideiussoribus, & hac in spe-  
cie heres in vēdēdo præfertur executoribus, vt in auth.  
de litigio. §. & hoc, & §. ab hoc, & in auth. hoc ita. C. de  
pigno. vel si alicui⁹ rei velit venditionē impedire, alia  
oblata quę cōmodius vēdi possit; vt sic executor in  
mala fide cōstituit, vel si rē ab executorē vēditioni ex-  
positā maiori precio vēdēdā insinuat, & eū qui illud of-  
ferat ostēdat, vt si executores licitationē non admis-  
serint, in mala fide cōstituantur, ita docet iuris ille lucer-  
na Bar. in d. l. alio nu. 19. cui⁹ sentētia vera est & recep-  
ta. [ Verū enim uerō illud sēper memorię teneas, quod li-  
cet executor pleno iure mādatū habēs a testatore pos-  
sit res hereditarias vēdere, eptor tñ ne vnquā pati pos-  
sit cōtrouersia ab heredē, heredē requirat, & si renue-  
rit, mediāte iudice cogat vt ratificet vēditionē sibi ab  
executorē factā, quod iure facere pōt arg. l. apud Iulia  
nū. §. idē Iulian⁹. ff. ad Treb. & in auth. si captiuū vers.  
captiuū si redierint, & ibi ad hoc notat Bal. nu. 6. in fi.  
C. de ep. & cle. Alex. ad Bar. in d. l. alio nu. 16. ff. de ali.  
& cib. leg. Gre. Lup. in l. 4. tit. 10. par. 6. in verbo, queda li-  
bre poder. [ Cui⁹ occasione hęc examinare oportet, an  
executor, cui plena potestas vēdēdi a testatore cōcessa  
fuit, possit rerū vēditarū trāsferre dominiū vel posses-  
sionē in emptorē? Et Bar. in d. l. alio nu. 20. asseruit pos-  
se, vt in l. si quis prohibuit, aliās incipit Papinian⁹. ff.  
de publicia. & quia testator ei cōcessit alienādī licentiā,  
sed alienatio & domini trāslatio fieri nō pōt absque  
traditione, igitur id pmittere videtur, cui⁹ sentētia ve-  
ra est iure regio, antequā heres ad eam hereditatē, vel iu-

re cōi post eā aditā, si heres possidēs nō cōtradicat, vel  
si executor possidet, licet heres cōtradicat. Heredē aut  
possidētē rē ab executorē vēditā, & vēditionē cōtra-  
dicētē, solet iustus dubitari, an executor possit domi-  
niū trāsferre aut possessionē rei vēditē? Quod videtur  
ex notatis in l. 2. C. quā. decre. op. nō est, & l. alio. ff. de  
alim. & cib. leg. & quia heres nō pōt officiū impedire  
executoris, nec rescindere primū testatoris propositū,  
vt in l. sed si ego. §. 1. ff. de iure doti. & in l. cū pater. §.  
Meuio. ff. de leg. 2. Sed nihilomin⁹ cōtrariā sententiā te-  
nuit Bal. in d. l. id quod pauperibus nu. 30. C. de ep. &  
cler. quoniā herede nō discedētē a possessione eā non  
amittet nec dominiū, arg. l. fistulas. §. fūdū. ff. de cōtra.  
emp. & licet executor habuerit potestātē ab ipso testa-  
tore, nō tñ poterit facere testator, quod dominiū ex cōtra-  
tu trāsferat absq; traditione & possessione. Quare Bal.  
cōsultit emptori, vt agat ex cōtractu cōtra heredē, &  
cōsequatur dominiū & possessionē iudicē mediāte, vt  
in l. qui vniuersas. §. item cū emptor. ff. de acq. poss. nō  
enim poterit executor per vim expellere heredem de  
possessione, vt in l. nō est singulis. ff. de reg. iur. [ Item  
queri solet an executor possit a creditoribus, vel lega-  
tarijs cōueniri? Et ex traditis per doctores collige hęc  
distinctionem, aut nō agnouit officiū, & nulli dubiū,  
quin cōueniri nō possit, cū neque acceptare præcisse  
munus cogi possit. c. cū Ioānes & ibi notat Ioā. And.  
Abb. & docto. commu. teste dom. Did. Couar. ibidem  
nu. 3. extra de testa. quāuis amittat legatū sibi in testa-  
mētō relicto, si officium recusaucrit auth. de hered. &  
Falcid. §. si quis aut colla. 1. & de eccle. tit. 6. sin aut colla.  
9. Card. in Clem. 1. q. 4. de testam. l. si quis sepulchrū. §.  
funus. ff. de relig. & sumpt. fune. l. vlt. ff. de cōf. tuto. l.  
post legatū. §. amittere. ff. de his qui. vt indig. Bal. in re-  
pe. l. 1. col. 6. ff. de leg. 2. nisi cōiunctus fuerit ipsi testato-  
ri, tunc enim in dubio nō amittet legatū. l. tutor. §. que  
tutoribus. ff. de excusa. tuto. Rom. singul. 646. Barb. nu.  
17. D. Couar. nu. 3. in d. c. Ioānes de testa. Postquā verō  
expresse vel tacite officiū acceptauerit executoris, om-  
nino cogēdus est, id exequi, vt in d. c. Ioānes de testa.  
& ibi notat Panor. nu. 3. & Card. q. 4. & Couar. nu. 7.  
Nec ex eo agnoscere videbitur, quod sit præses designatio-  
ni, & tacuerit, secūdū Abb. & doct. cōm. in d. c. Ioānes  
vt ibidē attestātur Barb. nu. 11. & D. Couar. nu. 4. nisi  
fuerit cōiunctus, vel amicus testatoris, quā in specie ex  
ex sola presentia, & taciturnitate munus executoris  
agnoscere videtur, secūdū Bal. in l. inuitus in fi. C. de  
procura. quę ceteri interpretes ibi sequuntur, Rom. &  
Ias. in l. quę dotis nu. 72. ff. solu. matr. Mar. Ant. in tra-  
cta. de compromisis par. 1. q. 1. nu. 36. Lāphran. in tra-  
ctatu de arbitris col. 5. per text. in l. si seruus cōmunis  
ff. de don. int. vi. & vxo. D. Couar. in d. c. Ioānes nu.  
31 4. [ Qui idem esse assererat, si præter presentiam, &  
taciturnitatem aliquem fecerit actum, ex quo expen-  
di possit mādatum accepisse: quos actus recensent do-  
ctores superius citati. Sed tu collige vnum ex. l. filius-  
fami. absentis. ff. ad Macedo. & ex Clem. 1. de pro-  
curato. nempe, si executor mortuo testatore rece-  
perit testamentum, idque legerit & tacuerit, nam  
ex hoc agnouisse munus videtur. Et ea iura in id ex-  
pendit Matthes. not. 22. Imol. in cap. cum. M. Ferrari.  
de constituto. & ibi Felin. nu. 36. & Deci. numero. 23.  
R & Ripa



& Ripa numero. 131. Bar. & Paul. Cast. in. l. que enim  
 ff. rem rat. hab. Anto. Rub. in. l. non solum. §. morte  
 nu. 327. ff. de no. op. nun. post Alexand. ibi, Hypoli. in  
 rub. C. de probatio. num. 246. Soci. conf. 63. lib. 4. Abb.  
 & Dida. Couar. numero. 4. in. d. cap. Ioannes de testa-  
 ment. qui ex hoc infert ad intellectu. l. 1. ti. 10. par. 6. que  
 52 statuit testatorem posse executores designare tā ab-  
 sentem quam presentem. [ Aut verò executor testa-  
 mentarius agnuit officium, & tunc si est mixtus exe-  
 cutor, quia commodum percipit ex testamento,  
 conueniri potest actione ex testamento, vt voluntatē  
 defuncti exequatur. l. si a pluribus. ff. de leg. 1. l. Imper-  
 rator in princ. & §. cum quidam. ff. de lega. 2. sed actio-  
 nem cedendo liberatur, vt in eadem. l. in princip. Aut  
 est merus & simplex executor, quia nullum ex testa-  
 mento sperat commodum, & tunc si est vniuersalis, de  
 quo tradidi supra nu. 7. tanquam hæres conuenitur actio-  
 ne ex testamento. l. si quis ad declinandam. C. de epis.  
 & cleri. Aut non sustinet vicem hæredis, quia est exe-  
 cutor particularis, & tunc aut non habet bona aliqua  
 hæreditaria, quia ea nondum fuit ab hærede conse-  
 quutus, & hac in specie si sunt legata pia, conueniri  
 poterit iudicis officio, vt exequatur, sicut potest agere,  
 vt in. l. nulli & ibi glos. Bald. Salice. & docto. C. de  
 episc. & cleric. Si legata non sunt pia, iure ciuili con-  
 ueniri non poterat, nisi sibi data erat potestas agen-  
 di, quia vbiunque executor potest agere, potest &  
 conueniri, vt docet Bald. in. d. l. nulli numero. 2. au-  
 thoritate gloss. ibi & Oldra, Idem si sibi concessa esset  
 facultas soluendi, vel in solutum dandi, prout hodie  
 communiter fit hoc in regno. Nec tunc liberatur  
 executor cedendo actiones, secundum Sali. in. d. l. nulli  
 nu. 10. quia ea in speciem conuenitur executor solum  
 propter actiones quas habet, sed etiam propter faculta-  
 tem alienandi, & in solutum dandi sibi a testatore con-  
 cessam. Ex quo infero cum hodie hoc in regno, execu-  
 toribus liceat, etiā non adita hæreditate per hæredes,  
 bona hæreditaria vendere, & testamentum exequi, q̄  
 poterunt indistinctē a creditoribus & legatarijs conue-  
 niri: quo iure hoc in regno quotidie vtimur, quia hæ-  
 redes sunt in regnis Hispaniarum ab hoc longē distā-  
 tibus. Sed vbi per hæredē res sunt traditę executori,  
 actione ex testamēto conueniri non potest executor,  
 vt in. l. Firmio. §. 1. ff. quā. di. leg. ced. Sed vel ex stipula-  
 tu, si stipulati fuerint legatarij, vel vtili depositi, si ea  
 res deposita fuit, vt in. l. si res. ff. ad exhiben. sed re te-  
 statoris legata & ei tradita reuendicatione conueni-  
 ri poterit a legatario. l. 1. & 2. C. commu. de lega. hæc  
 distinctio colligitur ex traditis per glo. Dyn. & Bart.  
 in. l. Firmio. §. 1. in fi. ff. quan. di. lega. ced. & Bald. in. l.  
 nulli nu. 2. & Sali. nu. 10. C. de epis. & cleri. vbi Bal. de-  
 clarat quis dicatur nudus minister & executor, dicēs  
 eum dici nudum ministrum, qui nullum commodum  
 percipit a testatore, quod si percipiat, dicetur lega-  
 tarius, vel fideicommissarius, sed vbi legatum execu-  
 tori est causa officij relictum, adhuc dicetur nudus  
 minister & executor, vt in. l. si quis Titio. ff. de lega.  
 2. idem vbiunque officium est causa legati, quia re-  
 linquitur sibi aliquid pro labore executionis facien-  
 dę, tunc si quidem non dicetur mixtus, sed merus  
 executor & nudus minister: allegat in argumentum

quod de tutoribus simile statuitur in. l. tutor petitus  
 33 §. qui cum tutoribus. ff. de excusa. tuto. [ Sed an pro-  
 missio de euictione, quam faciunt executores testa-  
 mentarij emptoribus rerum hæreditariarum, obliget  
 hæredes? Et Bart. in. d. l. alio numer. 25. ff. de alim. &  
 cib. lega. respondit, si promissio fiat iuxta consuetudi-  
 nem loci, vbi fit, eos obligare, vt in. l. si pignore. §. in.  
 ff. de pigno. actio. & l. Iulianus. §. si procurator. ff. de  
 actio. emptio. & l. 1. & per totū, C. credi. cui est. pigno.  
 non debet. vbi gloss. Bart. & Bald. dicunt, quod quoties  
 quis vendit ex officio sibi iniuncto, ipse non tene-  
 tur de euictione. l. qui erat hæres vbi Bart. numero. 3.  
 & l. si pignori. ff. fami. herciscun. Telli. Fernand. in. l.  
 34 32. Tauri numero. 6. [ Vterius diximus in forma cō-  
 missionis supra numero. 14. in fine tradita, cum ban-  
 nimento vel sine, hoc ideo dixi, quia executor testa-  
 mentarius res vendens testatoris, tenetur bannimenta  
 facere, & in publica subhastatione vendere, secundum  
 Bart. in. d. l. alio numero. 21. idem voluit Luc. de Pœ-  
 na in. l. si tempora in fi. C. de fide instrumen. & iure  
 hactē fisca. lib. 10. Fauia. de Monte in tracta. de emp.  
 & vendi. 3. part. versic. sequitur de solemnitate sub-  
 hastationis numero. 84. & 85. dixi latē in stylo can-  
 cellarię titulo. 1. præ eminentia. 17. casu. 20. declara. 2. c.  
 2. gloss. 3. numero. 2. Quemadmodū & in publica sub-  
 hastatione vendere tenetur executor sententię, vt in  
 l. ordo. C. de execu. rei iudi. l. edicto. C. si aduers. fiscū  
 l. 2. & vlti. C. de fide instrumen. & iure hactē fisca. lib.  
 10. idemque erit, & si executores testamentarij habeat  
 liberam vendendi potestatem, ad exemplum tutorum  
 & curatorum qui habent liberam, vt in. l. mādato ge-  
 nerali. ff. de procura. & tamen res pupilli in publica  
 subhastatione vendere tenetur, vt in. l. et si sine. §. 1. ff. de  
 mino. ita docet Bart. in. d. l. alio nume. 21. ff. de alim. &  
 cib. lega. verba ergo ista cū bannimento & sine, ope-  
 rantur, vt executori liceat bona hæreditaria vende-  
 35 re absque bannimēto seu publica subhastatione. [ Se-  
 quitur in eadem forma commissionis, vsque ad satis-  
 factionem omnium præmissorum, ex quibus verbis  
 videtur, executores non posse bona hæreditaria ven-  
 dere habita fide de precio, sed præsentī pecunia, quod  
 latissimē examinaui in stylo cācellarię titulo. 1. præ-  
 mi. 17. casu. 20. declara. 2. cap. 2. gloss. 3. numero. 9. Quid  
 autem si executor cōfiteatur se recepisse precium, nec  
 aliās constat de numeratione, an hæredi præiudicet?  
 Hoc latē examinat Bar. & Alex. nu. 13. & Iaso. nu. 12.  
 & sequent. in. l. a diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de rei iudi.  
 idem Iaso. latius in. l. 2. §. vltim. ff. si cert. peta. quos  
 vide. Bart. tamen in. d. l. alio numero. 23. dixit per con-  
 fessionem de recepto non satisfieri verbis testatoris,  
 quia non conuertitur precium venditionis in execu-  
 tionem voluntatis testatoris, vt in. l. sed Iulianus. §.  
 proinde. ff. ad Macedo. & quod non sufficiat confes-  
 sio de recepto probatur in. l. si ex cautione & ibi no-  
 tatur, C. de non nume. pecu. l. 1. §. quod si in lite & §.  
 quod si mutuum. ff. si quid in frau. patro. Querit etiā  
 ibi Bar. nu. 24. quid si in instrumento dixit tabellio,  
 quam pecunię quantitatem recepit venditor in mei  
 præsentia & testium infrascriptorum, sed nō apparet  
 quod legatarijs sit satisfactū, an sit securus emptor? Et  
 respondit esse securum: quia cū testator ob hęc cau-  
 sam

fam executori permiserit bona suauēdere, sat est emp-  
 toribus ob eā soluisse causā, quāuis executor in aliā cō-  
 uerterit, vt in. l. 1. §. nō autē. ff. de exercito. l. 7. ti. 1. par. 5  
 melior tex. in. l. si. in fi. ff. de exercito. cuius verba sunt.  
 Et sufficere si in hoc crediderit, nō etiā illud exigendū, vt  
 ipse curam suscipiat, in hęc rem pecuniam erogatam esse.  
 Eoibi notat Pau. Cast. quod sumē nota, quia quotidie  
 36 videbis in praxi. [ Superest modō, vt quod tertio exa-  
 minare promissi, opere cōpleam, nēpe, intra quod ten-  
 pus exequi debeāt testamēta, & an in executorū negli-  
 gētiā episcopi vel alij iudices admittātur, quod sequē-  
 tibus illustratur cōclusionibus. Prima cōclusio, testato-  
 ris voluntas est ab executore ab eo deputato executio-  
 ni mādāda intra tēpus ab eo præfinitū, idque currit  
 iure Romanorū ab adita hæreditate, vt in. l. statulibe-  
 ros. §. si quis hæredi. ff. de statulib. Bar. in. l. genero. ff.  
 de his qui notā. inf. Alex. in. l. si mihi & tibi. §. 1. ff. de  
 leg. 1. Panor. & D. Coua. in. c. nos quidē nu. 1. de testa.  
 1. 6. in prin. & ibi Gre. Lup. in. gl. 2. ti. 10. par. 6. Sed iux-  
 ta ius nostrū regiū, quo nulla hæreditatis aditio requi-  
 ritur ad firmitatē legatorū, vt in. l. 1. supra eo. curret tē-  
 pus a testatore designatū executori a die mortis testa-  
 toris, si eo tēpore hoc sibi fuerit notū, nō aliās, vt infra  
 aperiā, & probaui supra nu. 16. & 26. [ Secūda cōclusio,  
 37 vsque adeo executores tenentur diligēter exequi testa-  
 toris voluntatē, vt nō possint præuenire diē ab ipso te-  
 statore designatā ad eiusdē voluntatis executionē: vel u-  
 ti si testator iussit bona sua, vel partē eorū inter paupe-  
 res distribuī post mortē hæredis, nō poterit p̄fecto in  
 vita ipsius distribuere, vel si iussit distribuī post annū,  
 nō poterit ante annū distribuere, hæc fuit sētētia Bar.  
 cui Pau. & Imol. & cōmu. doct. subscribūt in. l. cū pa-  
 ter. §. a filia. ff. de leg. 2. per illū tex. nā si restituēda sunt  
 pauperibus ex voluntate defuncti cētū post annū, resti-  
 tutio ante illud tēpus facta infert præiudiciū pauperi-  
 bus post illud tēp̄ futuris, idē voluerūt Ang. & Alex.  
 in. l. stipulatio ista. §. si quis dolū. ff. de verb. obliga. idē  
 Bar. Ang. Paul. Sali. & Ias. hæc dicēs cōmunē in. l. post  
 mortē. C. de fideicō. Bal. Ang. & auj doct. in. l. filius fa-  
 milias. §. dñs secur. ff. de leg. 1. Ang. Imo. & cōmu. doct.  
 in. l. sed si alio. §. si quis sub cōditione. ff. ad Treb. quod  
 instruere videtur tex. in. l. vxori vsu fructū vilij. ff.  
 de vsu. lega. Contrariā opinionē, imo q̄ ante tēpus  
 a testatore designatū possit distributio inter pauperes  
 fieri, tenuit Bal. in. d. l. post mortē nu. 10. C. de fideicō.  
 & ibi Pau. Cast. 2. col. Imol. in. d. l. filius fa. §. dñs Seue-  
 rus vlt. notab. ff. de leg. 1. Panor. cōsa. l. 1. 2. Anca. cōf.  
 202. Dec. 10. l. cū tēpus. ff. de reg. iur. D. Couar. in. c. tra-  
 nos nu. 3. de testa. Anto. Goman. l. 17. Faua. nu. 7. Ferd.  
 Vazq. Mēcha. l. 1. de success. crea. §. 7. nu. 19. & Grego.  
 Lup. in. l. 6. in gl. 2. ti. 10. par. 6. mouentur per tex. in. l.  
 stipulatio ista. §. inter certā. ff. de verb. obliga. vbi qui  
 post diē certā dare tenetur, is cū diē præuenire & ma-  
 turius prestare nō prohibetur, per text. etiā in. l. post  
 mortē. C. de fideicō. vbi hæres restituere rem aliquam  
 grauatus certē personę post mortē suā, nō impeditur  
 in vita restituere; at nostra in specis licet persona sin-  
 gularis, vel particularis sit incerta, vniuersalis tamen  
 est certa & necessaria, id est, collegiū pauperū, arg. tex.  
 38 in auth. omnes peregrini. C. cōmu. de successio. [ Ter-  
 tio quia testator ita disponēs salutē potius animę res-

pexit, q̄ tempus executionis, quod fortē adiecit exissi-  
 mās, ante illud non posse absque detrimento rei fami-  
 liaris hanc distributionē fieri, & sic in fauorē heredis,  
 cui fauori licet renunciare. l. si quis in conscribēdo. C.  
 de pact. l. si quis in cōscribēdo. C. de epi. & cleri. Quia  
 to hoc pbat tex. in. l. vxorē. §. 5. ceuola. ff. de lega. 3. vbi  
 hæres restituere rogatus eū vellet, cōfetur rogatus, vt  
 post mortē restituat, sed in vita nō cōpellitur restituere,  
 licet spōtē possit, vt ibi dixit gl. [ Quinto facit, nā  
 licet mādātū sit in specifica forma implēdū, nec liceat  
 39 eius fines egredi, l. diligenter. ff. mand. §. is qui exequi-  
 tur insti. eo. tit. nō tñ propterea prohibetur ei trāsgre-  
 di mādātum, modō plenius & vtilius voluntas adim-  
 pleatur mādātis, vt in. d. §. is qui exequitur, sic fit  
 in specie nostra, plenius quippe obseruatur testātis vo-  
 luntas, si maturius fiat distributio in cr pauperes: quid  
 enim obstat, vt dies a testatore designatus ad bona in-  
 ter pauperes distribuēda præueniatur? & tum potis-  
 simū cū animæ cōsulere voluerit defunctus, quæ tāto  
 pleniori beneficio afficietur, quāto maturius distribu-  
 40 tio inter pauperes fiet. [ Sexto, quia dispositio testato-  
 ris, legis, vel principis in vnū collata casū, eque procedit  
 in alio omisso, si testator vel legislator de eo inter-  
 rogatus idē respōdisset, vt in. l. tale pactū. §. vlt. vbi gl.  
 vlt. Bal. Paul. Ias. & cōmu. doct. ff. de pact. reputat sin-  
 gularē cā sequutus Marfi. in. l. si quis viduā nu. 9. ff. de  
 questio. idē expēditur ex. l. si. ff. de hered. insti. & l. cū  
 res vers. ff. de leg. 1. & l. Titius. §. Lutus. ff. de libe. &  
 posthum. & l. si ita scriptum eodem titulo. l. cum auris  
 ff. de condi. & demonstra. Scuola & l. ex facto. ff. ad  
 Treb. l. si. C. de postli. hære. insti. l. 3. C. de inoffi. testa.  
 l. cū acutissimi. C. de fideicō. l. si vnquā. C. de reuo. do-  
 41 na. vbi Tiraq. in prin. nu. 55. & seq. [ Septimo & vlti-  
 mo, quia testator hac in specie nullā videtur habuisse  
 affectionē ad psonas certas seu particulares, sed magis  
 ad genus personarū, & paupertatis vel pietatis qualita-  
 tē: quare nimirū quocūque tēpore poterit distributio  
 fieri nō spectata morte heredis, vel alio tēpore a testa-  
 42 tore præfixo. [ Nec huic sententię obstat tex. in. d. l. cū  
 pater §. a filia. ff. de leg. 2. vbi repositū est vnūquē funda-  
 mētū corū, qui cōtrariā fouēt sētētiā, quādoquidē pro-  
 cedit in electione faciēda psonę incertę ex certis. Nos  
 verò loquimur, qñ electio est faciēda inter omnino in-  
 certos de incertis: inter quos casus magnū est discrimē,  
 nā priori casu fieret præiudiciū eis, inter quos fieri de-  
 bet electio ante tēpus eligēdo, cū electus antea possit  
 mortē obire ante tēpus a testatore præfixū, quā in spe-  
 cie tenēbatur vnū ex reliquis eligere, quare tēpus ele-  
 ctionis debet spectari, nō sic in secūdo casu, quādoqui-  
 43 de vno vel plurib⁹ mortuis nūquā pauperes deficiūt,  
 ex quibus electio fiat; quare nemin præiudiciū fit, si  
 antetēpus eligatur. [ Vel poterit secūdo respondere,  
 quod ibi fuit cōditionale fideicōmissū in tēp̄ mortis  
 collatum, qui dies incertus loco cōditionis habetur. l.  
 dies incertus. ff. de cond. & demonstra. quo fit, vt non  
 possit ante implementū cōditionis efficaciter eligere,  
 nec bona restituere, vnde meritō poterit ante mortem  
 electionē & restitutionē reuocare arg. tex. in. l. sub cō-  
 ditione. ff. de condi. indch. l. sufficit & l. qui promissit  
 eo. ti. & l. 1. vlt. ff. quā. dies vsu. leg. ced. l. si quis reū  
 §. Iulianus. ff. de libera. lega. l. grege. §. si. ff. de pigno.

44 & ibi docto. Ex quibus expenditur, quod si electus decedat in vita ipsius grauari, vel eligere debentis, non transmittit fideicommissum ad heredes, cum possit grauius reuocare electionem, & variare vsque ad mortem, vt ex dictis legibus deducit Ant. Gomez in. l. 17. Tauri nu. 6. Sed hęc solutio non eneruat difficultatē, sed potius limitat opinionem vltimam, vt non procedat, quoties post mortem heredis executor tenetur bona distribuere inter pauperes, sed quando aliud tempus à testatore assignatur. [ Minus oberit text. in. l. vxori vsufructu villæ. ff. de vsufr. lega. vbi si testator vxori suæ legauit fundi aut villæ vsufructum per quinque annos, ita vt elapso, quinquennio ex tunc fundus ille, vel villa pertineat ad quosdā liberos, conuenit, vt vxor decederet intra quinquennium, decidit iurifconsultus ibi, non statim fundum vel villam pertinere ad liberos, sed demum transacto quinquennio. Ex qua decisione inferebat Ludo. Roma. in. l. si quis hæres. 2. ff. de acq. hæred. & Deci. in. l. si mater nu. 6. C. de institu. & substi. sub cond. fact. quod si testator instituit vxorem, vel ei aut alij legatum reliquit, sub conditione si non nupserit vel alia, rogauitque vt post mortem restitueret Titio, vxor autem nupserit vel aliās heredes aut legatarios non paruit conditioni, is ad quē hereditas vel legatū peruenerit, tenetur restituere Titio mortua vxore vel alio hærede vel legatario, & non antea. Verum in hac specie contra Ludo, Rom. & Decium tenent magis comuniter scribentes in. d. l. si quis hæres & in. d. l. si mater teste Antonio Gomez tomo 2. de contractibus. c. 11. nu. 34. imo quod possit & debeat statim defecta conditione restitui, rationibus de quibus ibi per eū respōdetque ad. d. l. vxori vsufructum villæ. ff. de vsufr. lega. quod dictio ex tunc ibi posita denotat extremitatem, & vltimum implemētum temporis, quare nimirum si ante tempus non debetur, sed requiritur implemētum conditionis & temporis arg. text. in. l. 4. §. i. ff. de condi. & demonstra. ita intelligit illum text. Bart. Alberi. & Lancelo. Deti. ibidem. Aliter respondet Fran. de Aret. in. d. l. si quis hæres. 2. ff. de Acq. hæred. vlt. colum. quod ibi testator apposuit certum & determinatum tempus, quo casu ait totum esse spectandum, secus si incertum mortis tempus assignetur, quod non ita afficit & astringit dispositionem, idem sentit Iaso, in. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. Anto. Gomez de contractibus d. c. 11. num. 34. sed prior responsio verior est & receptior: quare nisi aliud ex coniecturis possit à voluntate testantis colligi, verior est vltima opinio cōtra Bar, in. d. §. à filia vt attestatur. D. Couar. in. d. c. tua nu. 5. in fi. de testamen. que inter doctores Hispanos receptior est, cui libenter accedo, modò hæc restitutio fiat, ex voluntate heredis. Contra eius tamen voluntatem credrem ante tempus restitui non posse, ne fiat hæredi præiudicium propter interusurum medij temporis, quo potiri poterit iuxta testatoris voluntatem. Et hac in specie procedere poterit communis doctorum exterorum sententia, vt restitutio seu erogatio inter pauperes non possit fieri ante tempus à testatore designatum. [ Tertia conclusio, nullo tempore à testatore designato ad exequendum contenta in testamento, à iure datur annus hæredi aut executori testamentario

ad soluenda quæcunque legata, quæ non sint pietatis causa relicta, & ad exequendum in cæteris rebus vltimam voluntatem, vt in. l. nulli. C. de episco. & cleri. cap. nos quidem de testamen. l. 6. tit. 10. part. 6. dixi supra eodem. l. 7. gloss. 2. numero. 2. Quo anno elapso ad episcopum deuoluitur ius exequēdi. d. l. nulli, & cap. nos quidem & cap. si hæres de testamen. vbi Cardi. & Barb. nu. 3. & Did. Couarru. num. 4. asserunt comuniter esse receptum, hanc curam, vt testamenta executioni tradantur, episcopo incumbere, etiam si legata non sint pia, idem fatetur Anto. in cap. Ioannes eodē titulo & Alexan. conf. 239. ad fi. lib. 6. Fallit tamē hæc conclusio, vbi testator in casu negligentie alium substituerit, tunc excluditur episcopus, donec substitutus constituatur in negligentia, secundum Bald. in. l. si fundum. §. Stichum. ff. de leg. 1. & in auth. licet testator. C. de sacros. ecclesi. Barb. in cap. tua nobis nu. 14. de testa. Cæpo. cautela. 294. dom. Dida. Couar. in cap. nos quidem numero. 2. de testamen. Grego. Lupi in. l. 7. tit. 10. part. 6. gloss. pen. dixi supra eo. l. 7. glo. 2. nu. 2. [ Quarta conclusio, non modò ad episcopum cura pertinet, vt vltimæ exequantur voluntates, sed & ad diocesana, etiam si episcopus non sit, cap. Ioannes & ibi comuniter docto. teste dom. Dida. Couarru. ibi numero 1. de testamen. Diocesani dicuntur Abbates vel Archidiaconi, qui iurisdictionem episcopalem habere solent ex priuilegio, vel prescriptione. c. auditis de prescrip. cap. accedentibus de excessib. præl. hos appellat diocesanos gloss. in Clement. vnica in verbo diocesani de foro compe. ibique Ioā. de Imol. & Cardi. Ioan. And. Abb. Barb. & dom. Dida. Couarru. in. d. cap. Ioannes de testamen. Feli. in. c. cum olim colum. 1. de prescrip. dicentes, quoad ea quæ iurisdictionis sunt, appellatio ne diocesanorum contineri inferiores episcopo, habentes tamē iurisdictionem episcopalem: quāquam quoad alia exigentia officium episcopi dici non possint diocesanis, atque ita procedere asseuerant gloss. in Clem. 1. de vita & honestate clerico, & in Clementi. 1. de iure patrona. & Imol. in cap. de monachis. 2. colum. de præben. dicentes appellatio ne diocesanis episcopum tantum contineri, non alium inferiorem, etiam si is habeat iurisdictionem episcopalem, quod ita resoluit dom. Dida. Couarru. in. d. cap. Ioannes nu. 1. [ Quinta etiam ad canonicorum collegium, quod vulgò dicitur capitulum, sede episcopali vacante spectat munus compellendi executores testamentarios, vt testamenta vltimasque defunctorum voluntates exequantur, & eis negligentibus ipsum collegium exequatur, cum hoc ad iurisdictionem spectet episcopalem, secundum Ioan. Andr. Ancarra. Cardi. Abb. & Couarru. numero. 2. in capit. Ioannes de testamen. idem voluit Calderi. consilio. 12. de testamen. Cardina. in Clementina vnica columna. 3. de testamen. dicens hanc sententiam comunem esse, idem eam sequutus attestatur Fran. Pauinus in tracta. de potestate capituli se de vacante. 2. part. quæst. 7. Barba. in. d. capit. Ioannes licet ab ea discesserit numero. 15: Ex quo infert Couarru. d. numero. 2. prælatum episcopo inferiori iurisdictionem episcopalem habentem, excluso episcopo, non tantum cogere posse executores ad testamentorum executiones, sed & eis negligentibus vltimas

48 vltimas exequi voluntates. Quod dubium non est, quoties is prælatus non est episcopo subditus, sed ab eius iurisdictione exemptus, sin autem non sit exemptus, sed ab eo ad episcopum potest appellari, forsam non poterit vltimam exequi voluntatē executoribus negligentibus, sed id munus episcopo competet, vt sentit Cardi. in Clem. 1. q. 8. de testa. Couar. d. c. Ioannes nu. 2. qui tamen non negant, posse hunc prælatum inferiori ab executoribus rationem exigere, iuxta constitutionem. d. Clem. 1. de testam. [ Quinta conclusio, executores testamentarij cogi possunt per episcopum exequi vltimam testamentum voluntatem, etiam si testator interdixerit episcopo hanc coactionē, ea enim prohibitio illicita est, atque ideo non seruanda, secundum glo. Abb. & Couar. in. d. c. tua nu. 6. de testa. Imo nec licet testatori prohibere episcopum se intromittere in executione sui testamēti, etiam si executores neglexerint illud exequi intra annū, vt in. d. c. tua & ex eo ibi expendit Barb. nu. 4. & dom. Did. Couar. nu. 6: contra Ancarra. & Panor. ibidē, quorū opinio forte verior est & receptior auctore Alex. in addi. ad Bald. in auth. licet testator. C. de epi. & cleri. Aduertere tamen oportet, testatorē dupliciter euitare posse episcopum iurisdictionem in exequēda eius vltima voluntate. Primò si ob negligentiam executoris alium substituat, vt dixi supra nu. 45. Secundò quoties nullo designato tempore dixerit testator expressim tempus legitimū eis non currere, sed liberam eis executionē commiserit, vt cum voluerint vltimā eius voluntatē exequantur ex sentētia Bal. in. l. 1. ff. de leg. 2. Abb. in. c. nos quidē 2. col. de testa. quibus accedit Barb. in. c. Ioānes. fi. col. eod. tit. Galde. de arte testandi tit. de executoribus cautela. 6. dom. Did. Couar. in. c. tua de testam. per. l. sed si ante. ff. ad Treb. potest siquidē testator executoribus dilationē à iure concessam prorogare, vt respōdit Bal. cōf. 301 li. 2. Ripa in. l. nemo potest nu. 127. & seq. ff. de lega. 1. quem omnino vide. [ Huic sententiæ cōiunct & illud, quod in ecclesia aut oratorio auctoritate præfulis contracto ac deinde dotato, episcopus institutionem ministrorū curā & regimen habet. c. præterea & c. re latū, de iure patro. c. 1. 16. q. 5. & c. nullus. 16. q. 7. c. vno de iure patro. in. 6. etiam si testator aut qui oratoriu constituit, aut dotauit, prohibeat episcopo curā, & institutionem prædictā, vt in. d. c. tua de testam. vbi hoc notat reuerendissimus dom. Did. Couar. in. fi. Innocē. in c. in Lateranēsi, de præben. Abb. in. c. requisisti col. pē. de testa. & in. c. nobis de iure patro. Bart. in. l. quoties §. fi. ff. de admi. tuto. Feli. in. c. cū venerabilis nu. 33. de excep. optimus tex. in. c. sic quidā. 10. q. 1. Quod procedit, etiam si testator disposuerit bona illa, aut dotē oratorij in aliū piū vsu expēdi, eo casu quo episcopus, eius prohibitioni renitatur, Rota in antiquis decis. 864. Feli. d. nu. 33. Roch. de Curte de iure patronatus verbo pro eo quod. q. 12. dom. Did. Couar. vbi supra & iterū in epitome de spōsa. 2. par. c. 3. §. 1. nu. vlt. quib⁹ adde decretū cōcilij Tridētini sess. 22. c. 8. Paul. Paris. cōf. 34. li. 4. [ Sexta conclusio, annus à iure statutus ad exequēdā vltimā testatis voluntatē incipit currere post mortē testatoris, & non post additionē hereditatis, prout erat statutū iure ciuili Romanorū, nepe, vt cureret post aditā hereditatē à die monitionis ab epif

51 copo vel à iudice seculari factæ; vel à tempore scientiæ. Prima pars huius cōclusionis instruitur ex. l. 6. tit. 10. par. 6. vbi Gre. Lup. hoc potissimū procedere asseruit iuxta dispositionem. l. 1. supra eo. vbi legata debentur etiā non adita hereditate, in verb. hasta vn año despues de la muerte del testador: cui sentētiæ cōferre plurimū ait, quod in legatis pijs iure etiā cōmuni Impetatorū, tēp⁹ ad exequēdū assignatū non currit à die aditæ hereditatis, sed à morte testatoris, cū huiusmodi legata non perdeat ex additione, secundū Bal. in. l. id quod pauperibus nu. 13. in fi. C. de epi. & cler. Cæterū vt hæc ad proximū reducatur, crederē sic debere distingui, aut enim heres est presens, & tunc vt executio fiat absq; detrimēto hereditatis asserit Gre. Lup. debere per iudicē intimari heredi, vt intra certū tēpus adeat hereditatē, & eo tēpore elapso incipiet currere annus: ita cōset egregius vir in. d. l. 6. in verbo hasta vn año despues, ad mediū ti. 10. par. 6. aut heres est absens in remotis locis, prout quotidie euenit in his Indiarū regnis, & tunc dubio procul annus incipit currere à die mortis testatoris, vt dixi supra hac cadē gl. nu. 16. 26. & 36. [ Sed hæc procedūt, quoties executor eo tēpore sciebat sibi fuisse hoc munus cōmissū, nā si ignorabat, non incipit tēpus currere, donec sciuerit, vt ab eo tāquā negligēte auferatur facultas exequēdi, & ad episcopū deuoluatur: quoniā impedito agere non labitur tēpus assignatum ad aliquid agēdū, c. quia diuersitate de concess. præbē. l. 1. C. de annali excep. auth. nisi tricennale. C. de bon. matē. vbi Ari. Pinel. à nu. 42. & hac in specie scientiā requiri, atque ideo non currere tēpus ignorati aut impedito probat tex. in. c. nos quidē de testa. vt ex eo expēdūt Hostiē. Imol. & Did. Couar. nu. 3. in fi. Lud. Rom. hæc dē cēs cōmunē cōf. 228. Gre. Lup. in. l. 6. in verbo hasta vn año prope finē ti. 10. par. 6. dixi supra eo. l. 7. gl. 5. nu. 5. & 7. & l. 10. gl. 6. [ Cui sentētiæ non oberit, quod tēp⁹ ad aliquid agēdū præfinitū currit ignorati, quoties datur dilatio in merū fauorē eius, qui actū facere tenetur, quæ respōdere licebit, vt dixi supra eo. l. 7. gl. 5. nu. 6. & ibi nu. 4. retuli opinionē eorū, qui dixerūt currere ignorantī, & eā reprobauī nu. 6. [ Secūda pars huius. 6. cōclusionis [qua asseruimus currere tēpus executori datū à die monitionis ab episcopo vel iudice seculari factæ, vel à tēpore scientiæ,] probatur ex eo, quod in dubio præsumitur ignorantia. l. verius. ff. de probatio. quare onus probandi scientiam incumbit alleganti eā, quæ probabitur per monitionē factā, vt ab eo tempore incipiat currere annus. c. nos quidē de testa. & ibi notat Abb. Cardi. Ancarra. Imol. & dom. Did. couar. nu. 2. Bald. in. l. id quod pauperibus nu. 11. C. de epi. & cleri. Ioā. à Canibus in tracta. de executoribus vlt. volū. 2. par. q. 3. nu. 11. quorū opinio cōmunis est, vt. d. nu. 11. attestatur Bal. & Panor. cōf. 11. li. 2. & cōf. 59. lib. 1. idē attestatur Roch. de Curte in tracta. de iure patrona. verb. cōstritxit. q. 10. Barb. conf. 8. li. 1. col. 4. licet ipse ibi & in. d. c. nos quidē nu. 33. contrarium defendere conetur: comunem sententiam tenuit specula. in titul. de instru. edi. §. nunc vero aliqua numero. 82. & Grego. Lupi in. l. 6. & in. l. 8. in verbo monendos in finē titulo 10. partia: 6. Non tamen ex hoc intelligas, non posse probari scientiam absque monitione, potest siquidem pluribus alijs modis probari, Quare necessaria non est



omnino monitio, nisi propter eavelit ante annū executorē constituere in mora, vt dicam infra hac eadē glo. nu. 56. monitio etiam requiritur, vt priuatur relicto, vt dixi supra eo. l. 12. gloss. 1. numero. 3. [ Septima conclusio, annus à iure præfixus executori testamentario ad executionem faciendam prorogatori episcopi vel iudicis secularis arbitrio; iuxta operis vel executionis qualitatem, nō enim spirat officium executoris, etiam si annus fuerit elapsus, si intra ipsum opus fuerit inceptum. Quid enim si ædificium quinque aut plures annos exigat ad eius perfectionem? Oportebit etenim id tempus spectari, vt in auth. de ecclesiasti. tit. l. 5. si quis ædificationem colla. 9. Specula. in tit. de instru. editio. §. nunc verò aliqua nu. 82. Bald. in. d. l. id quod pauperibus nu. 11. Federi. cōf. 124. aliās. 129. dom. Dida. Couarru. post alios docto. ibi in. d. c. nos quidē nu. 6. de testamen. Grego. Lupi in. l. 6. titulo. 10. part. 6. in gl. magna in fi. [ Ex quo ipse infero, quōd si legatarius vel creditor executorem intra annum conuenit, et si illis in plures protrahatur annos, non spirauit eius officium, maxime in his Indiarum regnis; vbi longe absunt hæredes vt plurimum. dilatio enim seu terminus à lege constitutus ad causam, vel quid aliud peragendum, recipit interpretationem; si causa illa commodè intra illud tēpus expediri valeat. l. vt gradatim. §. i. ff. de iunē. & ho. l. 2. C. de noxali. act. hæc fuit sententia Ioā. And. in tit. de iudi. deleg. §. restat versi. quid si statuto, vitim. quæst. idem voluit Cyn. in. l. 1. in tribus vltimis quæst. C. qui accus. non poss. & ibi etiam Bald. Panor. in cap. penult. de iudi. numero. 10. Iaso. in l. properandum in princ. numero. 26. limi. 5. C. de iudi. Paul. Castr. in. l. interdum in princ. ff. eodem titulo quibus adde congesta per Iaso. in. l. si eum. §. qui iniuriarum numero. 11. & sequent. ff. si quis cautio, confert text. optimus in. l. cum ipse. ff. de excusa. tuto. iuncta l. præcedenti, vbi spacium quinquaginta dierum statutum est ad proponendas in iudicio tutorum excusationes & curatorum, & ad peragendum totum negocium. Possunt tamen tutores, excusationibus intra id tempus propofitis, eo tianfacto presequi, si contradictionibus, vel dilationibus à iudice concessis, non potuit intra eos dies causa excusationis terminari. Quæ text. ibi appendunt Dyn. Cynus & Bald. ad quæstionem, si ex forma statuti omnis causa decidi debet intra tres menses; & aduersarius causam testium producendorum, quos dixit habere in longinquis partibus, petit dilationem, quæ vltra tres menses extendatur, an causa possit post tres menses decidi: ipsi profectio fæntur id fieri posse, quibus Alexand. subscripsit consilio. 72. numero. 1. lib. 3. cum concordan. per Iaso. traditis consilio. 10. & consilio. 35. in fi. lib. 1. & Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 12. gloss. 2. numero. 2. & sequent. dixi latè in stylo cancellariæ titulo. i. præmi. 17. casu. 12. de clara. 10. Hanc nostram illationem confirmat decisio Felin. in capit. quoniam Abbas numero. 5. de officio delega. dicentis, quōd si canonicus, cui causa aliqua fuit delegata desinat esse canonicus, postquam de ea cognoscere cœperat, potest illam terminare, nisi assumpserit qualitatem repugnantem, vt quia sit effectus laicus, ex sententia gloss. in capit. statutum in

verbo canonicus in fi. de rescrip. in. 6. Bal. in. l. generaliter. 2. numero. 7. C. de epis. & cleri. Abb. & Deci. numero. 6. in capit. quoniam Abbas de offi. delega. qui attestatur hanc esse communem opinionem, co quod qualitas requisita in commissione sufficit semel adesse argum. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxali. l. Titio & ibi Bart. ff. de testamen. mili. & latius idem Bart. in l. ex facto in prin. ff. de vulga. Sic in specie propofita fat est, executorē esse tempore conuentionis, licet anno transacto executor non sit, vt cum eo possit continuari iudicium. [ Octaua conclusio, potestas exequendi vltimas volūtates restringitur etiam ante annum, & deuoluitur ad episcopum claso termino dato ab ipso episcopo bina monitione præmissa, vt intra illud exequatur, si exequi neglexerit auth. de ecclesi. tit. l. 5. fin. autem qui hoc facere, Specul. in tit. de instrum. editi. §. nunc vero aliqua nume. 82. Abb. col. 2. & dom. Dida. Couar. nume. 5. in cap. nos quidem de testamen. Iacob. à Canibus in tracta. vltimarum voluntatum. 2. parte. q. 3. Quod procedit in legatis pijs, vt volue. unt Imol. & Couarru. in. d. c. nos quidem Sali. in auth. hoc amplius col. 2. C. de fideicō. Sed tu extende, vt procedat hoc etiam in legatis prophanis: potest siquidem episcopus intra quinque menses aliud tēpus a bi trarium cogere hæredes & executores testamētarios, vltimam voluntatem ad executionem deducere per censuram ecclesiasticam, vel per interdictum administrationis bonorum defuncti, vt in cap. si hæredes de testamen. etiam quoad legata prophana gloss. & Abb. columna. 1. Imol. colum. 3. Barba. nu. numero. 8. & Card. in. d. capit. si hæredes quibus ibi assentitur Couarru. numero. 4. & Grego. Lupi in. l. 6. titulo. 10. part. 6. in verbo lo mas ayna, confert text. in. l. si de mus. §. in pécunia & l. cum res. ff. de legatis. 1. & d. l. 6. titulo. 10. part. 6. Quibus constat, hæredes seu executores cum primum potuerint, exequi debere, quæ in testamento disposita fuerint, si cum primum potuerint, exequi tenentur, nimirum si ad id cogi possint per episcopū, vel iudicem secularem, vt infra dicā numero sequenti Idque ex eo comprobatur, quōd episcopus potest propria constitutione excommunicatis pōnā statuere contra executores negligentes in vltimarum voluntatum executione, auctore Federico consilio. 95. cui ad stipulatur Roma. consilio. 228. Paul. Castr. in. l. nulli. C. de epis. & cleri, Botetis in tracta. de synodo. 3. parte articulo. 1. numero. 172. dom. Dida. Couarru. in d. capit. si hæredes numero. 4. in fi. de testamen. Greg. Lupi in. d. l. 6. titulo. 10. part. 6. in verbo lo mas ayna. [ Nona conclusio, ad secularem iudicem spectat cura, vt vltimæ defunctorum voluntates executioni tradatur, etiam circa legata pia: hoc quippe munus est mixti fori, vt in auth. de ecclesi. tit. l. 5. si quis autem ædificationem colla. 9. melior text. in. l. hæreditas. ff. de pētitiō. hæred. Abb. in. d. capit. si hæredes de testamen. vbi & Barba. columna. 1. & 2. & Couarru. numero. 1. Grego. Lupi in. l. 7. titulo. 10. part. 6. in gloss. 1. Quod procedit etiā in legatis pijs circa quorū executionem iudex secularis nemine pētete poterit officium exercere, vt in. l. hæreditas. ff. de pētitiō. hæred. vt ex ea expendit Lud. Rom. in auth. si militer. C. ad. l. Falcid. speciali. 2 o. vltimarum voluntatum, Barba. colum. 2. & Co-

& Couar. nu. 1. in fi. in. d. c. si hæredes de testa. dixi. supra eo. l. 10. glo. 7. quo iure in his Indiarum regnis vtimur iuxta regias sanctiones, & mādāta nobis in iūcta, 58 [ Decima conclusio, ad exequendum legata pia à iure diffinitur tempus sex mensium, quod cædit à die in iuationis testamenti. §. si legatum in auth. de ecclesi. ti. Abb. & docto. communiter teste dom. Did. Couar. in c. nos quidem de testam. Iaco. à Canibus in tracta. executorum vltimarum volun. 2. par. q. 3. Cura autē pētēdi vt legata pia soluatur, competit cuilibet de populo hanc prouinciam sumere volenti, si viderit aduersus testantium voluntatem quicquam attentari, vel si ex segnitie executorum, heredum, vel iudicium executio nimis differatur, vt in. l. nulli in fi. C. de epi. & cleri. & d. auth. de ecclesi. tit. l. 5. si autē qui hoc facere, quæ text. dixit singul. Areti. in. c. cum olim de testib. & Roma. conf. 69. text. etiam regni nostri in. l. 7. tit. 10. par. 6. dixi supra eo. l. 10. glo. 8. [ Vndecima conclusio, nullo executore à testatore nominato, hæredi competit vltimæ volūtatis executio, etiam quoad legata pia, vt in c. nos quidem, & ibi ex eo expedit dom. Did. Couar. nu. 8. de testam. nisi legatum fiat ad redemptionē captiuorum, quia tunc executio pertinet ad episcopū, vt in. d. auth. de ecclesi. ti. §. si quis ædificatione & §. pro reptione ex quibus id adnotauit dom. Dida. Couar. nu. 8. in. d. c. nos quidē. [ Duodecima conclusio, restitutio male acquisite rerum seu per vim ablatorū à testatore fieri iussa, debet etiā per episcopum fieri quoad vsuras: nec poterit hac in specie testator alium executorē quā episcopum designare. Domi. cōf. 20. dom. Dida. Couar. in. d. c. nos quidē nu. 8. de testam. Restitutio autem aut distributio certæ quantitatis pauperibus erogandæ pro satisfatione malè ablatorum potest, & debet fieri per executorem à testatore nominatum, vbi de malè ablatis non constat aliter, quā per confessionem testatoris, secundum Ant. & Felin. in. c. cum sit de iudæ. Est enim huiusmodi legatum pium, quod potest per executorem vltimæ voluntatis expediri, sicut & cætera legata pia. Sin autem de malè ablatis constat in iudicio vel extra iudicium aliās, quā per confessionem testatoris, restitutio fiet per eum, qui ad restitutionem tenetur, consilio tamen episcopi prius requisito, quod voluerunt Abb. & Felin. in. d. c. cum sit, Ioan. Lupi in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 65. nu. 69. c. sicut dignum. §. eas in super de homi. vbi Abb. & Anan. Card. in. d. c. cum sit de iudæ, Corset. in singulari in verbo restitutio cum concordan. traditis per Felin. d. capit. cum sit, quorum opinionē communem fateatur eam sequutus Ioan. à Medina de restitu. quæst. 3. causa. 10. cap. incipi. esto. Couarru. in cap. nos quidem numero. 8. de testamen. qui omnes ita conciliant sententiam Hosti. in. d. capit. cum sit de iudæ. & Archidiaconi in capit. vltim. de testam. in. 6. inuicem aduersantium. [ Decima tertia conclusio, is cui à testatore fuerit commissā electio, eligere tenetur intra annū vel aliud tempus ad eligendum designatum, aliās ius eligendi ad episcopum spectat, secundum Card. Imol. Barba. numero. 41. & domi. Did. Couarru. nu. 7. in. d. cap. nos quidem de testamen. Bald. in. l. cum quidam 2. ff. de legatis. 2. Ange. Corne. & Iaso. per tex. ibi. in. l. fi. §. 1. C. commu. de lega. Ange. conf. 64. Ancarra. cōf.

387. quorum opinionem communem esse attestantur Corn. & Iaso. in. d. l. si. in princ. C. commu. de lega. & D. Couarru. d. nume. 7. Contrariam tamen sententiā verā esse censet Bar. in. d. l. cum quidam. 2. ff. de lega. 2. dicens eum cui testator commissit ad suum arbitrium eligendos pauperes, & inter eos distribuendam certā pecuniæ quantitatem vel alia bona, posse electionem pauperum facere, etiam post annum, episcopo excluso, quoniam hic elector est, non executor, siquidē proprium declarat arbitrium, nō exequitur alienum, prout faciunt executores. l. executorem. C. de execu. rei iudi. vbi idē voluit Bar. & Paul. Abb. & Ancarra. in. d. cap. nos quidem, idem Ancarra. conf. 412. Abb. in cap. si quis contra clericum. 3. col. de foro compe. & ibi Felin. col. 2. Abb. conf. 11. lib. 2. Roma. conf. 228. col. 4. Bar. conf. 142. & in. d. l. vlt. §. 1. C. com. de leg. Enriq. Botetis in tracta. de synodo. 3. part. art. 1. nu. 187. Sed nō hilominus prior sententia tum verior, tum etiā rectorior est in legatis pijs, vltima verò seruanda est in alijs legatis prophanis, vt docet Bal. in. l. captatorias ad finem. C. de testa. mili. Grego. Lupi in. l. 7. in verbo obis pos. tit. 10. par. 6. tenuit priorem sententiam indiscriminatum, sed cū distinctione Bal. transit Couar. in. d. cap. nos quidē nu. 7. [ Decima quarta conclusio, executor, cui testator præcepit, vt nihil faceret absque consilio guardiani fratrum minorum, tenetur consilium requirere, nisi tamē sequi expressè irritauerit actū absque eius consilio factū. Prima pars huius conclusio nis, quod teneatur eius consiliū requirere, aliās actus non valeat seu executio, probat text. in. c. cū in veteri de electio. vbi quādo consilium alicuius requiritur, illo nō requisito, si haberi possit, actus non valet, vt tenet gl. vlt. in. c. nō est de cōfue. li. 6. notat Bar. in. l. 1. §. si plures nu. 6. & 9. ff. de exercito. Panor. in. c. ad apostolicā de regulari. Alex. cōf. 59. li. 4. nu. 3. & 4. & cōf. 145. nu. 1. li. 5. Abb. Felin. & Deci. nu. 6. & cæteri in. c. ex parte de cōstit. idē Abb. & Deci. in. c. si pro debilitate nu. 8. de offi. delega. vbi si delegatus principis aliū delegauit, qui de causa cognosceret, eamq; diffiniret, eiusdē delegantis prius requisito consilio, eo non requisito nō valeret sententia, licet si dederit consiliū, illud sequi nō teneatur subdelegatus, vt ibi per eos traditur, & hæc vltima pars conclusionis nostræ probatur in capit. cū olim de arb. vt ibi expendit Panor. vltim. notab. & in cap. cum in veteri. 4. col. de electio. Bart. in rep. d. l. 1. §. si plures numero. 6. ff. de exercito. Bald. in rub. C. de exercito. nu. 6. Ioan. de Ana. cōf. 15. dubio. 2. & cōf. 62. col. 1. Abb. & Deci. nu. 9. in. c. si pro debilitate de offi. deleg. vbi citat concord. sed hæc conclusio procedit, nisi in omisione testatoris vel iudicis expresse dicatur, quōd teneatur sequi consilium, aliās actus nō valeat: tunc enim illud sequi tenetur, nisi fuerit iniquum, secundum Bald. in. d. rub. C. de exercito. nu. 6. Deci. in. d. capit. si pro debilitate numero. 9. & 10. de offi. delega. vbi citat concordates. In specie autem huius limitationis contrarium voluit Bart. in. d. l. 1. §. si plures numero. 8. eo quōd officium executoris est fratribus minoribus prohibitum, quare & hoc prohibitum quoque censeri debeat à fortiori, sed contra cum tenet Bal. in. d. rub. C. de exercito. nu. 6. cui assentior. 63 Decima quinta conclusio, hæres exequi negligēs lega



ta pia sex elapsis mensibus hac afficitur poena, vt red-  
dere teneatur legata cum omni emolumento, quod ex  
eis percipi potuisset a die mortis testatoris, nam ab eo  
tempore legata pia debentur, secundum Bal. in. c. ad  
nostram. 2. num. 7. versu. ego cum Bernardo teneo ex-  
tra de iure iu. per tex. in auth. de eccles. tit. §. si quis in  
verbo a die mortis notant Abb. & Imol. col. 2. & Bar-  
ba. nu. 8. & dom. Did. Couar. nu. 5. in. c. si hæredes de  
testam. Harmenopolus in epitome iuris civilis libr. 5.  
ti. 10. c. de legato pio, idem esse asseuerates, si intra bre-  
uius tempus ab episcopo ad soluenda legata pia assigna-  
tum bina admonitione præmissa exequi neglexerit, vt in. d. auth. de eccles. tit. §. si autem qui hoc face-  
re iussi sunt, auth. licet. C. de episc. & cleri. Bart. Sali. &  
doct. in auth. hoc amplius. C. de fideicō. [Decima sex-  
ta conclusio, hæres aut executor testamentarius femel  
monitus, non mandans executioni vltimam testato-  
ris voluntatem, amittit omne lucrum ex testamēto si-  
bi competens, d. auth. hoc amplius. C. de fideicō. l. vlti.  
tit. 10. part. 6. ita vt hæres ipse etiā prælegata amittat,  
nedum hæreditatem secundum Bal. & Alex. in. l. qui  
filiabus. §. si. ff. de lega. 1. Cæterum non me latet aman-  
tissimè lector, hanc monitionem non exigi, vt ab ipso  
iudice personaliter fiat, prout somniarunt Ang. Paul.  
Cast. & Iaso. in. d. auth. hoc amplius Guill. quoque Be-  
nedi. in repe. c. Raynutius, verbo si absque liberis. 2. nu-  
mero. 199. de testa. nixi ex verbis. d. auth. hoc amplius  
ibi, monitus a iudice, sed satis erit, si eius decreto, lite-  
ris, vel per nunciū, seu epistolā fiat, vt constat ex ver-  
bis. §. si quis autem non implens auth. de hæred. & Fal-  
cid. vnde. d. auth. hoc amplius sumpta fuit, cuius ver-  
ba perperam traduxit Yrnerius, vt ex Oloádro refert  
dom. Did. Couar. in. d. cap. si hæredes nu. 7. de testam.  
quod ipse Couarru. probat autoritate gl. in. d. §. illud  
quoque in verbo decreto, quam dixit singul. Corfe-  
tus in suis singularibus in verbo citatio, & Ang. in. d.  
auth. hoc amplius Valduinus in. d. auth. de hæred. &  
Falcid. in verbo decreto iudiciario, idem voluit Gre.  
Lupi in. l. vlt. gloss. 1. per tex. ibi tit. 10. par. 6. quā pœ-  
nam effugiet hæres, quoties alia minor pœna a testato-  
re fuerit ob hanc negligentiam indicta: quando quidē  
testatoris pœna facit cessare pœnam legalem, vt con-  
stat ex notatis in. l. si fundum sub conditione. §. Sti-  
chum. ff. de delegatis. 1. & in. l. 1. §. 1. ff. de pœna legata,  
per Alexand. in. l. ita stipulatus numero. 43. & sequēt.  
Idemque erit si prolixius tempus a testatore fuerit de-  
signatum, ad eius vltimæ voluntatis executionē, vt in  
l. diem. ff. de lega. 2. dom. Did. Couar. in. d. c. si hæredes  
numero. 7. ad fi. de testam. [Decima septima conclu-  
sio, pœna de qua numero præcedenti incurritur ipso  
iure, ita vt sententia necessaria nō sit ad eam inducen-  
dam ex receptiori sentētia doctorū in. d. auth. hoc am-  
plius, vt attestatur dom. Did. Couar. in. d. c. si hæredes  
nu. 8. Sed hodie iure regio sentētia requiritur ad incur-  
rendam pœnā priuationis officij, quā incurrit execu-  
tor testamentum exequi negligens intra annū, vt in. l.  
vlt. ti. 10. par. 6. ex quo id expedit Greg. Lup. ibidē in  
verbo por iuzio, licet alias pœnas priuationis emolu-  
mēti incurrat ipso iure, prout iure cōmuni fuerat sta-  
tutū, vt rectē aduertit Gre. Lup. ibidē. Sed an filius hē-  
res patris, qui executionē testamēti facere neglexerit

intra annū, priuetur legitima? Questio hæc satis per do-  
cto. discutitur, maximè per dom. Did. Couar. in. d. c. si  
hæredes nu. 9. de testa. Greg. Lup. in. l. vlt. glo. etiā vlti.  
ti. 10. par. 6. ad quos lectore relego. [Decima octaua cō-  
clusio, executor testamentarius rationē reddere tene-  
tur ex cōmuni regula, qua iure statutū est pro creditis  
gubernationibus, quemlibet conueniri posse ad red-  
dendum rationem administrationis, vt in auth. de san-  
ctissi. epi. §. oconomus, quorum numero sunt ocono-  
mi, negotiorum gestores, tutores, & curatores, vt in. l.  
2. ff. de nego. gest. l. actus. ff. de admi. tuto. l. rationes. C.  
eo. ti. quod vltra ius, & equitas quoq; suadet, atque ideo  
executores testamentarij facere tenentur inuētarium,  
vt disponitur in. l. nulli. C. de ep. & cleri. quod asseruit  
specula. in tit. de instru. editio. §. nunc vero aliqua nu.  
44. & 45. Bal. in. l. id quod pauperib⁹ nu. 38. C. de episc.  
& cleri. Sali. & ep⁹ Apostilla in. l. nulli nu. 12. C. de epi.  
& cleri. & Bal. ad speculato. in tit. de instru. edi. in fi.  
versu. omnis executor pen. col. & rationem reddet fini-  
to munere, vel ante in casibus in quibus tutor, vel cu-  
rator conuenitur ante finitam tutelā, vt probat Sali.  
in. d. l. nulli num. 12. autoritate Accursij in. l. qui pro-  
prio. §. si. ff. de procura. & ibi Salice. explicat, qua actio  
ne executor conueniatur. [Decima nona cōclusio, exe-  
cutor testamētarius rationē reddere tenetur episcopo  
vel iudici seculari, heredi vel legatarijs: quinimo exēp-  
tus ab hoc onere reddendi rationes episcopo non libe-  
ratur, vt in clem. eos qui de testa. & in auth. de ecclesi.  
tit. §. si quis autem, Specula. in tit. de instru. edi. §. nunc  
vero aliqua nu. 45. & ibi Ioan. And. Salic. in. d. l. nulli  
nu. 12. in fi. quinetiā si a testatore remissa sit executori  
rationis redditio, eā adhuc reddere tenetur, quoniam  
solū sibi videtur remissa scrupulosa inquisitio quoad  
culpam, nō quoad dolum, vel reliquorum restitutio-  
nem. l. quidā decedens. ff. de admi. tuto. l. si feruus veti-  
tus. ff. de lega. 1. Sali. in. l. nulli nu. 14. C. de epi. & cleri.  
& in. l. cum necessitate. C. de fideicō. Tho. Ferrari. cau-  
tela. §. cuius exordiū si quis relinquit. [Vigesima con-  
clusio, executor per codicē rationū rationē reddere te-  
netur, verūm in rebus minimis seu minutis distribu-  
tionibus creditur ei cū iuramēto, si cōmodē de eis in-  
strumētū fieri non poterat, quod equus iudex ex cir-  
cūstantijs, & rei qualitate arbitrabitur, hæc fuit sen-  
tētia Bal. in. l. id quod pauperibus nu. pen. & Sali. in. l.  
nulli nu. 13. C. de epi. & cleri. in alijs verō nō, vt ibidē  
omnes cūcludunt & idē Bal. in. d. l. nulli nu. 11. docto.  
in. l. thesaurus per tex. ibi. ff. ad exhibē. Cætera ad exe-  
cutores testamentarios pertinētia vide per specula. in  
tit. de instrum. editio. §. nūc verō aliqua per Bal. Sali.  
& reliquos docto. in. l. nulli & in. l. id quod pauperi-  
bus. C. de epi. & cleri. per Bar. in. l. alio. ff. de alimen. &  
cibar. lega.

GLOSS. II.

- 1 Publicatio testamenti in scriptura publica facti nō est necessaria, sed quando fiet in scriptura priuata.
- 2 Publicatio testamenti in scriptis iure regio non est necessaria, quia fieri debet in scriptura publica nō priuata.
- 3 Publicationem testamenti fieri qui petere possint?

Iura-

- Iuramentō petentis probatur interesse in his, quæ mo-  
dici sunt præiudicij, ibidem.
- 4 Publicatio testamenti requirit, vt prius cōstet de mor-  
te testatoris, & quod citentur hi quorum interest;
- 5 Publicatio testamēti scripti quomodo fieri debeat?
- 6 Publicatio testamēto debet redigi publicatio in scriptis.
- 7 Testamēt in scriptis iure regio nō pot fieri in scriptura  
priuata, sed publica, ideo ei⁹ publicationē requiritur.
- 8 Publicatio testamēti nuncupatiū absque scriptura pu-  
blica vel priuata facti quomodo fiat?

b *Muestrelo ante el alcalde.* Nota ex lege ista publicatio-  
nem testamenti fieri debere sub pœnis in hac lege cō-  
tentis, de quibus videbimus in glossis sequ. Hāc tamē  
conclusionem limita duobus modis. Primò, vt procedat  
in testamento factō in scriptura priuata, nā quod  
factū est in scriptura publica, nō eget publicatione  
coram iudice fienda, sed propria autoritate hæres vel  
executor impune aperire poterit, & integram fidem  
feciet: autoritas siquidem tabellionis efficit publicā  
testamenti scripturā & fidedignam, ex sententia glo.  
communiter recepte in. l. 2. ff. quem. testa. aper. in ver-  
bo publico, alia in. l. quæstionem in verbo ostēditur  
C. de fideico. Bar. & Ioan. de Imo. in. d. l. 2. Bald. Ang.  
Paul. Sali. & alij docto. in. l. 1. C. de testam. Bal. & com-  
muniter docto. in. l. omnium eod. tit. Bal. & Iaso. in. l.  
vlti. C. de fideic. idem Iaso. in. l. 2. numer. 3. C. de bono.  
pos. secū. tab. Abb. in. cap. si. q. vlti. de fid. instr. Ant.  
Gomez in. l. 3. Tauri num. 35. & 37. & ibi Did. Castel.  
in verbo nuncupatiuo col. 4. & Marc. Solō Burg. nu.  
1029. Ias. in. l. publicati. C. de test. 2. col. dixi supra eod.  
l. 2. glo. 4. numero. 1. Greg. Lup. in. l. 3. in verbo deuēles  
mostrar. tit. 2. par. 6. & in testamento nuncupatiuo nū-  
cupatim hoc tenuit glo. vlti. in. l. 1. C. de testam. & ibi  
Bal. q. 9. Paul. & commu. docto. glo. Bar. & docto. in. l.  
hæredes palam. ff. de testam. alia in. l. vlti. & ibi Bar. &  
doct. C. de fideicō. Bar. & doct. in. l. 2. ff. quē. testa. aperi.  
Moderni. in. l. 2. C. de bon. pos. secun. tab. Anto. Go.  
in. l. 3. Tauri num. 46. vbi probat testamentum nuncu-  
patiuum coram testibus vel in priuata scriptura factū  
publicationem requirere, secus si in publica scriptura  
factum fuerit. [Secundo limita conclusionem, quam  
ex hoc textu deduximus, non procedere in testamen-  
to in scriptis, quippe quod iuxta veriore sentētiā &  
forma tradita supra. eo. l. 2. vt ibi resoluimus in. glo. 4.  
nu. 1. 2. & pluribus seq. post Anto. Gomez & alios in.  
l. 3. Tauri nu. 38. & seq. [Sed duo sunt examinanda  
qui possint publicationem testamenti petere, & quæ  
requirātur vt rectē publicatio fiat. Et in primis hæres  
vel legatarius vel alius interesse prætendens ex ipso te-  
stamēto, eius publicationē petere poterit, & q̄ redi-  
gatur in publicā formā. Et si obijciatur, quo pacto po-  
terit quis dicere & asserere esse heredē vel legatariū,  
cū testamētū sit clausum vel signatū? respōdeo sat esse,  
si hoc cōstet per cōiecturas vel confessionem testato-  
ris, vel alterius qui scire potuit, vel per famā hoc opi-  
netur, vel si iuramēto hoc asseueret is, qui publicatio-  
nē petit vt in. l. 3. C. quēad. test. aperi. & ibi oēs doct. gl.  
Bar. & docto. in. l. 1. ff. eo. tit. l. 1. ti. 2. par. 6. Anto. Gomi-

in. l. 3. Tauri nu. 35. citās ad id tex. in. l. thesaurus. ff. ad  
exhib. & ibi ex eo expedit Bar. & ceteri interpretes q̄  
in causis summarijs & modici præiudicij probatur in-  
teresse per iuramētū attentā qualitate eius, qui iurat.  
Quinimo nō solū scriptus in testamēto eius publica-  
tionē petere pot, sed & præteritus vel exheredatus quip-  
pe quorū interfit illud publicari, vt possint nullū di-  
cere, vel querela inofficiosi testamenti impugnare, vel  
alio remedio sibi cōpetēti contra illud agere, secundū  
Bal. in. l. 2. in fi. ff. quē. testa. aperi. Ant. Go. in. l. 3. Tau-  
nu. 36. Gre. Lupi in. l. 1. glo. 1. tit. 2. par. 6. executor etiā  
testamēti petere potest, vt tabulæ testamēti aperiatur,  
vt in hac lege. [Fit autē publicatio testamēti sub hac  
forma, imprimis debet constare per testes vel aliās de  
morte testatoris vt in. l. 2. §. si dubitetur & in. l. si pupil-  
lares. ff. quem. testa. ape. l. 1. tit. 2. par. 6. l. 102. tit. 18. part.  
3. nec sufficit si mortuo testatore notarius asserat testa-  
torē dixisse, ne tabulæ testamēti aperiatur vltq; ad cer-  
tā diem; nō enim in hoc creditur notario, nisi aliās de  
eius voluntate appareat, vt dicit Ang. in. d. §. si dubite-  
tur Greg. Lupi in. d. l. 1. tit. 2. glo. 2. par. 6. requiritur se-  
cūdo citatio eorū quorū interest, vt dicā infra. l. proxi-  
ma glo. vlti. [Tertio requiritur q̄ testes cōpareant cō-  
ram iudice ordinario & recognoscāt subscriptiones &  
signa cū iuramēto, & corā eis testatorē dixisse illud ef-  
fe suū testamētū deponāt, ad quod testes cogi possunt  
iudicis officio, vt in. l. cū ab initio. ff. quem. testa. ape.  
l. 2. C. eo. l. hac cōsultissima. §. si quis aut & ibi docto.  
cōmuniter. C. de testa. l. 3. ti. 2. par. 6. l. 2. eo. ti. Sed si om-  
nes testes testes non sint præsentēs corā maiori parte  
eorū testamētū resignabitur & recitabitur. l. sed si ma-  
ior. ff. quem. testa. aperi. l. 3. tit. 2. par. 6. Sed si quis ex te-  
stibus aberit, mitti debēt tabulæ testamēti, vbi testis  
absens residet, nā reuocari eū agnoscendi causā onero-  
sum est: quia sepe cū magna captione a rebus nostris  
reuocatur, & quia iniquū est cuique officium suum ef-  
fe dānosum, vt in. l. sed & si quis, ff. quēad. testa. aperi.  
& d. l. 3. Sin aut aliquis ex testib⁹ neget sigillū vel sub-  
scriptionē suā agnoscere, non ideo minus aperiūtur ta-  
bulæ quāuis suspectæ fiāt, vt in. l. 1. §. vlti. ff. quē. testa.  
ape. & d. l. 3. tit. 2. part. 6. Quod si omnes vel maior eo-  
rum pars absit, vel forte omnibus absentibus, causā ali-  
qua aperiendi tabulas vrgeat, debet curare iudex; vt  
interuenientibus bonæ opinionis viris aperiuntur, &  
post descriptum & recognitum factum ab iisdem qui  
bus interuenientibus a parte sunt, obliuentur tunc, de  
inde eō mittantur vbi ipsi signatores sint, ad inspiciendā  
& recognoscendā sigilla suā præiuro iure iurandō,  
vt in. d. l. sed & si quis & in. d. l. 3. part. 6. [Quarto re-  
quiritur quod postea iudex interloquendo pronun-  
ciet dictas attestations redigi in publicam formam,  
vt fidem faciant ad perpetuam rei memoriam, &  
ita fiet a tabellione, hanc formam tradit specul. in  
titu. de instrum. editio. §. ostēso numero. 34. ver-  
sū. & nota quod testamento Bart. & docto. in. l. 2.  
ff. quemadmod. testa. aperi. & in. l. 1. §. si quis neget  
eodem. tit. Petr. de Bellap. Cin. Iacob. Butri Bart.  
Bald. Salice. Paulus Castr. Alexand. & Iaso & Phili.  
Cor. in. l. 2. C. de testam. Ioan. Faber in. §. sed cū ali-  
quis in l. 1. cod. tit. Innocen. in. cap. vlti. de fid. instrum.  
& ibi Panor. & Felin. tex. regni nostri in. l. 2. & 3. tit. 2.  
part. 6.

2. par. 6. vbi Gr. Lupi Anto. Gomez in. l. 3. Tauri nu. 36. [ Sed hęc de testamento in scriptis intelliguntur, quod fit in scriptura priuata iuxta ius ciuile Romano rum. Sed cum hodie iuxta ius nostrum regium non possit fieri in scriptura priuata, sed coram tabelli ne vt in. l. 2. supra eod. vt ibi probauit in gloss. 4. in prin. hęc publicatio testamenti non practicabitur hoc in regno, nisi in testamento nuncupatiuo: quod si fiat in scriptura priuata, seruabis que dicta sunt supra nu. 4. 5. & 6. [ Sin autem fiat nuncupatiue coram testibus nulla interueniente scriptura, requiritur necessario pu blicatio sub hac forma, vt post mortem testatoris ad petitionem heredis vel alterius de quibus supra num. 3. testes compareant coram iudice, & pręmisso iura mento deponant, quenam fuerit testatoris voluntas, quorum depositio redigatur per notariũ in publicam formam coram iudice, vt ita perpetuam fidem faciat, vt in. l. vlti. in fi. C. de testam. & ibi notant docto. omnes & in. l. 4. tit. 2. par. 6. Anto. Gomez. l. 3. Tauri numero. 46.

G L O S S. III.

Testamentum non ad vnum tantum spectat, sed ad plures quibus quid illic ascriptum est.

c Publicamente. Ideo publicè hoc fit, quia testamentum non ad vnum tantum, sed ad plures spectat. l. 2. ff. que. testa. aperi. cuius verba sunt. *Tabularum testamenti instrumentũ, non est vnius hominis, hoc est heredis: sed vni uersorum quibus quid illic scriptum est, quin potius publicum est instrumentum.*

G L O S S. IIII.

Executor testamentarius qui intra mensem publicari non fecerit testamentum, amittit legatum sibi in testamento relicto, quemadmodum amittit qui post monitionem intra annum non fuerit executus.

d Pierda lo que deue auer de la manda. Nota poenã executori testamentario impositam, qui testamentum nõ fecerit publicari intra mensem, perdit siquidem com modum sibi ex testamento proueniens, quemadmodum iure communi & regio amittebat, si intra annũ à die monitionis numerandum non fuerat executus vt in auth. hoc amplius. C. de fideicomis. l. vlti. tit. 10. par. 6. dixi supra eo. glo. i. numero. 64. & 65.

G L O S S. V.

1 Exhibere testamentum quis compellitur iure communi.  
2 Testamentum non exhibens iure regio punitur amissione commodi sibi ex testamento obueniētis  
c E no lo mostrare ante el alcalde. Exhibere quis compellitur tabulas testamenti omnino. l. 2. §. vlti. ff. quemad.

testa. aperi. Quod si neget tabulas apud se esse, remitti debet ad interdictionem de tabulis exhibendis, vt in. d. §. vlti. ipsi tamen heredi vendicatio tabularum sicut aliarum rerum hereditariarum competit, & ob id ad exhibendum quoque agere poterit, verba sunt Gaii iurisci. l. 1. §. ff. quem. testa. aperi. [ Lex verò nostra regia ei, qui testamentũ non exhibuerit intra tēpus à iudice designatũ, poena priuationis commodi quod sibi obueneret ex testamento imponitur, quam nota valde quia singularis est & non alibi.

G L O S S. VI.

1 Poena non publicantis testamentum.  
2 Lex nostra intelligitur.

f Pague el daño a la parte. Executor testamentarius qui publicate nõ fecit testamentum coram iudice intra mensem, postquam testator mortuus est, amittit relicto sibi in testamento, et si nihil fuit relicto refarciet damnum ob id obueniens ei, qui ius prætendebat ex testamento, & insuper soluet decem millia mora petitorum regio fisco. [ Sed tu cogita an hanc poenã incurrat solũ, qui testamentum nuncupatiuum absque scriptura publica factum non publicauerit, an verò is, qui testamentum nuncupatiuum vel in scriptis in instrumento publico confectum non manifestauit coram iudice intra mensem: quia tex iste hoc sentire videtur, ibi, *Muestre lo ante el alcalde hosta vn mes e ha ga lo leer ante si publicamente.* Non dicit tex. quod cite tur pars, nec quod redigatur in publicam formã. Quare videtur sentire, q̄ executor vel quilibet ali⁹ qui habuerit testamētũ in scriptura publica vel sine scriptura confectum, illu. l. insinuet iudici intra mensem, vt publice legatur si est publicum, vel si priuatum legitime publicetur, vt qui in eo fuerint scripti heredes vel legatarij vel fideicommissarij, non defraudentur com modo ex eo testamento sibi obueniens. Nisi dixeris per. l. sequentem in fine insinuari tex. nostrum loqui in publicatione testamenti vera, quæ exigit citationẽ eorum, quorum interest vt ibi dicam in glo. vlti. quæ eadem est cum ista lege.

L E Y. XV.

¶ Que el clerigo heredero del lego muestre y publique el testamento ante el juez seglar.

¶ Don Enrique, año de. 1401. tit. de las poenas cap. 28. & 29.

¶ Mandamos que si el lego hiziere heredero al clerigo, a que sea tenuto el tal clerigo heredero de enseñar el testamento ante el nuestro juez seglar b que es competente juez de la causa. Y debe parecer el cleri-

clerigo en tal caso ante el juez seglar. Y mandamos que para le hazer leer y publicar sean llamados aquellos a quien el interese compete. d

G L O S S. I.

1 Lex civilis de clericis expresse mentionem faciens an liget clericos?  
2 Testamenta laicorum debent coram iudice seculari publicari, licet in eis sint scripti heredes clericis.

a Heredero al clerigo. Lex civilis de clericis expresse mentionem faciens, si iusta sit, nec canonibus aduersa, ligat clericos, & seruari debet, quasi ab ipsis Romanis Pontificibus tacite videatur recepta, vt in cap. i. de iuram. calu. & in cap. i. de no. ope. nun. cap. venientes de iure iur. cap. inquisitionis de hereti. in. 6. Fortun. Garfia de vltimo fine illatione. 14. dom. D. Couar. in epitome de sponfal. 2. par. cap. 6. in priu. numero. 20 qui citat Dieronium de libertate christiana pagi. 153. & latius in practi. questio. cap. 8. numero vlti. idem censet Ferdi. Vaz. lib. 3. de successio. creatio. §. 26. nu. 58. & 59. [ Vbi ex hoc infert, hanc legem valere dicentem testamenta laicorum coram iudicibus secularibus aperienda & publicanda esse, licet clericus sit heres scriptus, infert etiã alia plurima numer. 59. & 60. quem videas, & Couarr. lib. practicarum questio. cap. 8. latè tractans hanc materiam.

G L O S S. II.

Publicatio testamenti debet fieri coram iudice seculari, licet in eo sit heres institutus clericus. Episcopus non est index insinuationis testamenti.

b Antel nuestro juez seglar. Nota ex lege ista quod testamentum laici debet coram iudice seculari insinuari, etiam si in eo sit institutus heres clericus, est enim competens iudex, vt etiam notatur in. l. a diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. non episcopus, quippe qui non habeat iurisdictionem cognoscendi super insinuatione testamentorum, vt in. l. testamenta & l. cõsulta C. de testamen. & l. repetita, C. de ep. & cleri.

G L O. III.

1 Index secularis ad insinuandum testamentum poterit citare clericum in eo heredem scriptum.  
2 Citatio per edictum omnes astringit.  
3 Publicatio testamenti est voluntaria iurisdictionis.  
c Y debe parecer el clerigo. Nota quod iudex secularis ad insinuationem testamenti poterit citare clericum heredem a laico scriptum vt hęc expressim statuitur, & est argu. in. d. l. cõsulta, C. de testa. [ Nec ob erit tex.

in capit. at si clerici de iudi. quia hęc citatio nõ est simplex & absoluta, sed potius cõditionalis, si se velit opponere, aliã non esset aduersarius, vt notatur in. l. ea quidem. C. si mancipi. ita fuer. aliena. atque ideo hęc citatio potius dicitur edictum, quod omnes astringit vt in cap. cum in tua, qui matri. accus. poss. & cap. vlti. de electio. in. 6. & potius dicitur citatus ad voluntatẽ explicadã, quã ad causã. [ Est siquidem insinuationis actus voluntariẽ iurisdictionis, vt notatur in. l. vlti. C. qui admi. necessitas ergo & qualitas causæ facit, vt dicta insinuatio valeat vt notat eleganter Bald. in. d. l. testamenta. C. de testamētis Montaluus in. l. 13. tit. 5. lib. 3. fori.

G L O S S. IIII.

1 Publicatio testamenti vt valida sit, exigit citationem eorum, quorum interest factum, vel non factum esse testamentum, hoc est, venientium ab intestato.  
2 Citatio venientium ab intestato in publicatione quomodo fieri debeat?  
3 Instrumentum publicationis testamenti an valeat, si non constat de citatione aliter quã per assertionem notarij, vel si est transactum decennium? Solemnitas citationis quando presumatur? remissive, ibidem.

constituto. 2. parte. 32. amplia. nu. 23. quæ doctrina cōmunis est, vt ibi dixit Tiraquell. quidquid distinguendo dixerit Bald. in l. traditionibus paulo ante fi. C. de pact. & in l. 1. C. com. vtri. iudi. & Alexan. alios citans conf. 184. lib. 6. quos refert idem Tiraq. d. lib. 1. de retractu. §. 6. glo. 1. nu. 9. dicentes hoc procedere in iuribus merē incorporalibus, secus in incorporalibus corporalibus inherētibus, nam in his traditionē aiunt requiri, & non sufficere patientiam, quoniam hęc opinio cōtra communem est. [ Et quia ad acquisitionem iuris incorporalis, vel vniuersalis corpora continētis, sufficit vsus & patientia, ad quā tenetur cōstituens, & dicitur hęc perfecta traditio, vt optimē explicat Socin. in d. l. 3. in prin. num. 4. ff. de acq. poss. lita in specie nostra pater cōsentiens filium vti & frui rebus suis, licet non omnibus in melioratione comprehensis, videtur ei tradere possessionem meliorationis, & sic iuris vniuersalis, & ex hoc etiam transfertur dominium ipsius iuris absque alia traditione, vt tradit Bald. in l. traditionibus paulo ante finem. C. de pact. & alij quos citat Alexand. in conf. 184. lib. 6. & Tiraq. in libro de constituto part. 2. ampliatione. 32. num. 23. & probauit supra numero. 5. [ Conuestitur hęc sententia ex eo, quod in iuribus incorporalibus, vt in iurisdictione & similibus, queritur quasipossessio ex vnico actu qui nō solet fieri, nisi a possessoribus eiusdē iuris, scilicet te & patiente domino illius iuris, quia cū patientia habeat causam successiuā, non potest in omnibus actibus, vel rebus momento explicari, hęc fuit sententia Bart. in l. 3. in prin. nu. 5. ff. de acq. poss. & ibi Soci. in fi. & omnes eius legis interpretes, idem voluit Bar. Alberi. Bal. Ang. & ceteri in l. 1. §. Iulianus ait. ff. de itin. actuque priua. Anto. Gomez in l. 45. Tauri num. 37. vers. ex ista consideratione & iterum nu. 42. vers. 2. cōclusio. Ripa in c. cū ecclesia Sutrina de causa poss. & propr. nu. 52. & seq. vbi ex hoc inferit, q̄ per immationē vnus tigni in parietē tuū acquiritur quasi possessio iuris tigni, immittendi. l. sicuti. §. sed si quaratur. ff. si serui. vendi. [ Item per vnicam solutionem pensionis, vel collectę probatur quasipossessio iuris exigendi pensionem vel collectam. Roma. conf. 311. in fi. Bald. confil. 251. lib. 5. & confil. 150. part. 3. ita & ex vnica electione, vel p̄sentatione acquiritur quasipossessio eligendi, vel p̄sentandi. c. quereclam de electio. c. consultationibus, & ibi notatur de iure patro. glo. in c. cū ecclesia Sutrina in verbo trium de causa poss. & pro. pri. vbi Ripa dicit communem esse sententiam, modō sex interueniāt, quæ ibi referuntur nu. 90. & 91. Sic etiā nostra in specie quasipossessio iuris vniuersalis meliorationis acquiritur, si partē bonorum in melioratione cōprehensorum possideat filius patiente patre, vt ex supra traditis expenditur, & ex l. si stitidij. §. si cum l. sequenti. ff. quem serui. amitta. vbi per vsum partus loci seruiētis vel dominātis tota seruitus cōseruatur, & retinetur. [ Ex quo infero, meliorationem tertij non posse reuocari in bonis post eā factam quāsius, quia licet eorum non sit tradita possessio per actum verum nec fictum, fuit tamen quæsitum ius vniuersale meliorationis per apprehensionem bonorum p̄sentium omnium vel partis eorum iuxta text. in d. l. restituta. ff. ad Trebell. & supra traditis numero

3. quod sufficit, vt reuocari non possit melioratio, vt ibi probauit, quinimo fuit etiam quæ sita quasipossessio iuris vniuersalis: quare nimirum si post perfectam donationem reuocari non possit melioratio in totum, nec pro parte, quod alijs rationibus probare nititur Anto. Gomez in. d. l. 17. Tauri nu. 11. 12. & 13. qui immerito profecto carpitur à Tello Fernan. ibidē nu. 21. [ Infero secundò per constitutum posse transferri in casu legis nostræ possessionem iuris vniuersalis huius meliorationis tertie partis bonorum, nam vis constituti non solum obtinet in translatione rei cuiuspiam singularis, sed etiam in alienatione & obligatione vniuersitatis bonorum, vt si quis donat, vendit, vel obligat omnia bona vel quotam eorum, & constituit se possidere nomine donatarij, emptoris, vel creditoris, licet enim aliter ea bona non exprimantur, transferuntur tamē possessio, vt voluit Iacob. Butr. in auth. hoc si debitor. C. de pigno. Barr. in. l. qui pignoris. ff. de acqui. poss. & in. l. Celsus nu. 15. ff. de vscapio. Bal. in. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de dona. Ange. conf. 106. in fi. Cuma. in. l. quod meo col. vltim. nu. 4. ff. de acq. poss. Iaso. in. l. 3. §. incertam. 6. notab. nu. 16. vbi hanc attestatur communem, & ibi Alcia. nu. 119. eod. tit. Matth. Affli. decif. Neapoli. 139. nu. 8. & 9. Lā. celo. Galiau. in rep. rub. ff. de verbo. oblig. col. 41. vers. item ex prædictis, Tiraq. alios citans de constituto. 2. par. 31. amplia. Paul. Paris. conf. 59. nu. 10. & 11. lib. 1. De ci. conf. 179. numero. 3. Ang. in. §. actionum numero. 10. in fi. de actio. [ Quorum sententia vera est, & receptor, quidquid in contrarium voluerit Lauren. Calcan. conf. 29. numero. 6. & Deci. consilio. 226. numero. 3. Grattus conf. 94. numero. 9. lib. 1. Ferreris in. l. 3. §. in certam. nu. 9. ff. de acqui. poss. quibus assentiri videtur Anto. Gomez nullo eorum citato in. l. 17. Tauri nu. 17. dicens incertitudinem in causa esse, vt possessio nō transferatur per constitutum, vt in. l. 3. §. incertam. ff. de acquiren. possess. etiam si certa sit quota, nisi certus sit locus, vt in. l. locus vers. 1. ff. de acqui. possess. animus enim ad ignorata non applicatur, teste Philosopho, at sine animo certum est acquiri non posse possessionem l. 1. §. ad piscinam & l. 3. in princip. ff. de acq. possess. Nam huic rationi responderi Tiraquell. in. d. lib. de constituto. 2. parte amplia. 31. numero. 5. scientiā in genere satis esse, licet non sit specifica, vt in. l. qui iure militari & ibi Bald. & Ang. ff. de milita. testa. Pet. Cyn. & Bart. in. l. sub prætextu. 2. & in. l. si de certa. C. de transactio. cum concordant ab ipso Tiraq. congestis in relecti. l. si vnquam in præfatione num. 78. & duobus præcedentibus. C. de reuocand. dona. [ Vel respondere poteris, quòd licet sit incertitudo respectu rerum particularium sub melioratione comprehensarum, est tamen certitudo respectu vniuersi, quæ generalis certitudo sufficit, vt dixi numero præcedenti, & in simili specie docet Tiraquell. in. d. lib. de constituto. 2. part. 32. amplia. numero. 11. & Ioan. de Mon. speculo in. l. ab emptione. ff. de pact. Socin. in. l. 3. §. incertam. 2. col. in fi. & Iaso. fi. de acquirē. possess. quorum sententia vera est, licet eam improbet Anto. Gomez in. d. l. 17. Tauri numero. 17. vers. Vel aliter & tertio, quia alijs nunquam posset dici, esse apprehensam possessionem hæreditatis, vel meliorationis, vel al

terius iuris vniuersalis, absque eo quòd omnes res particulares sub eodem iure vniuersali comprehensæ considerentur, quòd est euidenter falsum, vt in. l. qui vniuersas. ff. de acq. poss. [ Vel poteris securius respondere, quòd licet concedamus constitutum appositum in contractu rei particularis requirere certitudinem loci & quotæ, vt trāsferri possit possessio in constitutariū, secus tamē erit si apponatur in contractu rei vniuersalis, nam tunc sufficit certitudo quotæ dumtaxat, vel loci, secundū Ioan. Petru. in. l. ab emptione. ff. de pact. & Socin. in. l. 3. §. incertam nu. 5. vers. 1. difficultas. ff. de acquiren. poss. Paul. Paris. conf. 59. numero. 23. lib. 1. Tiraquell. lib. de constituto. 3. part. 19. limita. numero. 2. quamquam dicat, contrarium ediametro voluisse Deci. conf. 226. nu. 3. vers. nec obstat quòd in casu, & Hierony. Gratus conf. 94. nu. 9. lib. 1. quorum sententia vera nō est, & cōmuniter reprehenditur. [ Tertio infero esse vsque adeo perfectam meliorationē tertie partis bonorum præsentium & futurorum, propter constitutum in ea appositum, vt non possit reuocari deinceps per patrem, etiam quoad bona futura: quoniam constitutum extenditur etiam ad bona futura, vt si quis donet bona sua omnia præsentia & futura, vel tertiam partem eorum, atque se constituat possidere pro donatario, nam ex huiusmodi constituto transferuntur possessio bonorum illorum futurorum, tunc cum erunt acquisita, sicuti & nunc præsentium secundum Iacob. Butr. Bart. & Salin. in. l. vltima. C. quæ res pig. oblig. poss. Alex. Areti. & Socin. numero. 5. hanc dicens communem in. l. 3. §. incertam. ff. de acqui. possess. Anton. Negusan. in trata. de pignor. 2. part. 2. mēbro. numero. 3. Tiraq. plures adducens concordantes in libro. de constituto. 2. par. 32. amplia. numero. 11. & seq. Grego. Lupi in. l. 5. titu. 13. de pignor. par. 5. in glo. magna. Anton. Gomez in. l. 17. Tauri. numero. 12. & ibi Telli. Fernandez. numero. 21. cuius sententiam admitto: non tamen quatenus ibi dicit, patrem reuocare posse donationem, seu meliorationem, quoad bona futura ante acquisitionem, eo quòd eorum non fuit quæ sita possessio per constitutum, nisi ab eo tempore quo ea acquisierit. Nam vt sæpius diximus ius vniuersale meliorationis quæ situm fuit perfectè filio per traditionem veram vel fictam quarundam rerum in melioratione comprehensarum, vt in. d. l. restituta. ff. ad Trebellia. imo etiam quasi possessio huius iuris vniuersalis, quare nimirum si melioratio vt perfecta reuocari non possit in totum, nec pro parte, vt supra numero. 5. & 11. [ Quinimo in huiusmodi melioratione tertie partis, cum ex sui natura extendatur ad bona futura, quæ tempore mortis fuerint, vt in. l. 3. & 7. infra eodem ] necessarium non erit, donare bona præsentia & futura, vel tertiam partem eorum, sed simpliciter dicere dono tertiam bonorum partem, vt constitutum ad futura extendatur, sicut fit in simplici institutione hæredis, quæ ad bona futura trahitur per. l. sancimus, & ibi Paul. Castren. dicens singularcm. C. de testam. Ioan. Crotus, & Aymon Crauette. in rubric. ff. de legatis. 1. ille in. 2. quæstione, hic numero. 63. & in substitutione, vt respondit Bald. consilio. 196. ad finem libro. 4. & in legato vniuersali, de quo est noster sermō,

vt

18 vt probat text. in. l. pen. & ibi notant. glo. & docto. ff. de fund. instru. & in. l. quoties. §. vltim. iuncta gl. ff. de vsufu. l. nam quod. §. vlt. cum duobus legibus seq. ff. ad Treb. Si ergo cōstitutum in his rebus fuerit appositum, operabitur etiam respectu bonorum futurorū in eisdem comprehensorum, vt rectè probat Tiraquell. de constituto. 2. part. 32. amplia. numero. 21. [ Dubitat Telli. Fernā. in. l. 17. Tauri nu. 57. & sequentibus, quid si pater remittit filio vsufructum, an ex remissione inducatur donatio, & an sit irreuocabilis, & cōcludit esse donationē, vt in. l. cōtra iuris. §. si filius. ff. de pact. & in. l. cū oportet. §. sin autem res. C. de bon. quæ libe. ibi. Sed quasi diuturna donatione in filium celebrāda. Et in hoc attestatur omnes concordare, nempe, Azo. in sum. de bon. quæ libe. nu. 3. glo. Bar. Paul. & Corne. in d. §. sin autem res. Ex quo inferit esse meliorationem, vt in. l. 10. infra eod. Tu dic non cēseri donationem, si ab initio pater repudiet vsufructum, quia nihil de suo diminuit, vt ex communi opinione asserui supra hoc eodem lib. tit. 1. de matrimonio. l. 9. glo. 2. nu. 13. & dicit ipsemet Telli. Fernan. in. d. l. 17. Tauri nu. 61. Sin autem permittit filio fructus sibi pertinentes colligere, & non contradicit, censetur donatio, donec pater velit vti vsufructu, & quoad fructus collectos, poterit tamen quando voluerit reuocare, secundū Paul. & Cor. per text. ibi in. d. §. sin autē. [ Vbi autem pater remiserit, vel donauerit vsufructum est vera donatio, & irreuocabilis, secundum Bar. in. l. frater à fratre nu. 57. vers. si vero donaret. ff. de condi. indeb. vbi Ias. nu. 44. & Paul. in. d. §. sin autem, cuius doctrina cōmunis est teste Crotto. in. d. l. frater à fratre fol. 6. col. 3. vers. fallit ergo conclusio præmissa. ff. de condi. indeb. Licet contradicat Corn. in. d. §. sin autem, & cōmunem doctrinam sequitur Pet. de Dueñas in regula 223. limi. 3. Telli. Fern. in. d. l. 17. Tauri num. 63. maxime stante lege nostra, qua valet donatio inter patrem & filium irreuocabiler, quoties processum est ad traditionem, quæ traditio nostra in specie facta videtur per remissionem vsufructus, tum quia loco cessionis est, vt in. l. illam, secundum communem intellectū. C. de dona. tum etiā quia statim lex ipsam remissionem exequitur, & id quod erat à proprietate separatim ipso iure accretit proprietati, & cum ea cōsolidatur, vt in. l. si proprietati. ff. de iure doti. & §. finitur in sti. de vsufruct. Atque ita possessio naturalis, quæ erat apud vsufructuarium proprietario acquiratur ipso iure etiam ignorant, secundum Bart. in. l. si arrogator numero. 12. vers. sed hodie videtur. ff. de adoptio. Molin. in tit. de materia feudali. §. 30. numer. 174. Telli. Fern. in. d. l. 17. Tauri nu. 63. vbi & numero sequen. nititur respondere cuidam obiectioni, quòd donatio vsufructus est nulla, si traditio non interueniat realis, vt in. l. si quis argentum. §. simili modo. C. de donatio. gloss. in. l. corruptionem in verbo altercantibus. C. de vsufruct. Casla. in consu. Burgund. in titu. le morte saifit le bis. rub. 7. §. 1. nu. 7. Nam hoc verum non est, vbi donatio vsufructus, vel remissio fuit in fauorē proprietarij, quia tunc extinguitur seruitus vsufructus, vt in. d. §. finitur in sti. de vsufruct. & sic non est iam quid tradi possit, cum ius illud fuerit cum proprietate cōsolidatum ac proinde extinctum: merito in hac re

20 ciatione seu remissione non datur traditio, sed illa extinctionio & consolidatio est loco traditionis, atque ideo nimirum ex huiusmodi renunciatione inducitur melioratio irreuocabilis, vt censet Telli. Fernan. cui libenter accedo. [ Quærit Antoni. Gomez in. d. l. 17. Tauri nu. 10. si pater vel mater meliorauit filium in tertio & quinto bonorū, & tradidit possessionem, an possit reuocare meliorationem quintæ partis? Et resoluit posse eam quoad quintum reuocare, ne reddatur intestabilis, cum in effectu esset donatio omnium bonorum præsentium & futurorum: legitima enim filiorum & melioratio tertie & quintæ partis omnia bona amplectitur. At omnium bonorum donatio haud dubiè non valet, vt in. l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verbo. obliga. vbi Bart. notat & docto. text. in. l. si libertus. §. si quis plures versic. magis. ff. de iure patro. cum alijs per Pet. de Dueñas traditis in regula. 219. dicam infra hoc eodem lib. titu. 10. de donationibus. l. 3. Telli. tamē Fernandez improbat hanc Gomezij sententiam in. d. l. 17. Tauri num. 8. 9. & 10. & sequen. eo quòd substantia testamenti non in eo consistit: nec necessario requiritur, quòd habeat testator bona, dummodo possit habere, vt in. l. qui soluēdo & l. is qui soluendo non est. ff. de hæred. instituend. Præterea in hac lege hi duo casus æquiparantur, quòd melioratio sit ex causa onerosa absque traditione, vel ex causa lucratiua cum traditione, vt reddatur melioratio tertij irreuocabilis. At text. in. l. 22. Tauri, quæ trās scripta fuit in hoc libro & titulo. l. 6. in fine, non solum meliorationem tertij & quinti, verū & promissionem meliorandi efficit irreuocabilem respectu quinti, ergo fortius ipsa donatio erit irreuocabilis. Et vsque adeo pater tenebitur hac in specie promissa adimplere, vt si meliorationem non fecerit, lege ipsa habeatur tanquam si facta esset, vt dicit ex prelle. d. l. 6. in fine infra eodem. Ex quo inferit Telli. ipse numero 10. & 11. & 12. quòd si donatio tertij & quinti fiat ex causa onerosa, sit irreuocabilis, si vero ex causa lucratiua facta sit à matre vel à patre filio emancipato, sit etiam irreuocabilis quoad quintum, si vero à patre filio in potestate sit reuocabilis, quia hi casus tanquā cōmissi per legem istam remanent in dispositione iuris communis. [ Sed iudicio meo verior est sententia Antonij Gomez in. d. l. 17. Tauri numero. 10. & l. 22. Tauri numero. 26. quòd omni casu donatio ex causa lucratiua à patre vel matre facta filio in potestate vel emancipato, seu melioratio tertij & quinti sit quoad quintum reuocabilis, quia nulla bona patri vel matri remanent, ex quibus possint testari. Nec satisfacit responsio Telli, quoniam non solum bona non habet pater, ex quibus testetur, verū nec habere potest, cum tam præsentia, quam futura veniant distribuenda inter filios ratione legitimæ, & meliorationis tertie & quintæ partis, quare redditur intestabilis, atque ideo necessario poterit de quinta parte disponere, iuxta facultatem sibi à lege concessam. [ Fateor tamen, quòd si ex causa onerosa facta fuerit melioratio quinti, non poterit eam reuocare, quemadmodum nec reuocari posset venditio, vel alienatio bonorū ab eo facta ex causa onerosa, fraude cessante. Quod clarius constat, cum. l. 6. infra eodem, de melioratione

ex causa onerosa loquens non solum tertium, sed & quintum amplectitur: vt utroque casu sit irreuocabilis. At vero lex nostra non facit de quinto mentionem, sed solum de tertio, quia de donatione seu melioratione ex causa lucratiua agit, qua in specie non poterat quintum irreuocabile reddere ex ratione superioris tradita. Et quatenus infra loquitur de melioratione ex causa onerosa eodem themate retento, non ex hoc excludit quod per .l. 6. declaratur, sed hæc per illam ampliatur, vt habeat locum non solum in melioratione tertij, sed & in melioratione quinti, ratione supra tradita, quod & voluit Telli Fernandez sibi parum constans in .l. 22. Tauri numero .13. & .14. [ Sed an pater possit alienare bona in quibus meliorauit filium, vel ipse filius ea possit reuocare, & an per alienationem censetur reuocata donatio, dicam infra eodem .l. 3. & .7. & an grauamen aliquod post perfectam meliorationem apponere possit dicam infra eodem .l. 11. [ Nota etiam ex verbis legis nostræ, ibi. *Saluo si hecha la dicha mejora por contrato entre viuos, ouiere entregado la possession, o le ouiere entregado la escriptura dello, o hecho el dicho contrato por causa onerosa.* Quod melioratio facta ex testamento non erit irreuocabilis, etiam si fiat traditio meliorationis, atque etiam si fiat ex causa onerosa, vel instrumentum filio fuerit traditum, nisi in testamento fiat in vim contractus, quod fieri potest, vt in .l. hæredes palam. §. vltimo vbi gloss. Bartol. Bald. Angh. Imol. Paul. Areti. & alij notant. ff. de testament. Tiraquell. de constituto. 1. part. numero .23. & 2. parte. 2. 4. amplia. & iterum de legibus connubialibus gloss. 5. numero. 101. & sequen. vbi tractat, an reuocari possit vel non: & concludit, posse reuocari, quod modo non examino, vide tamen Gaspar, Baeza in libro de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 20. numero. 16. [ Et quod attinet ad primum punctum, an melioratio tertij facta filio in testamento, si traditio sequatur, sit irreuocabilis, nec ne? videtur, esse irreuocabilem, ex eo quod legatum, sequuta traditione rei legatæ per testatorem facta legatario, transit in donationem inter viuos ex sententia glossæ & Dyni in .l. legatum. ff. de legatis. 2. vbi eos sequitur Bartol. numero. 4. modò cum res traditur, non fiat mentio de legato, cuius si nulla fiat commemoratio, iam definit esse legatum, & est donatio inter viuos, atque ita irreuocabilis, & ibi etiam Bald. hanc amplectitur opinionem versic. quarto primo legat, & paulò post iterum hoc affirmat, & Cuma. numero .2. & Imola ibidem. Angel. etiam in .l. cam quam in lectura versic. secundus casus est. C. de fideicommiss. Salicet. in .l. filia legatorum. C. de legat. Paul. Castr. in .l. Lutius. ff. de legatis. 2. & consilio. 393. libro .1. in nouis numero .2. versiculo quia quando quis. Iason in .l. filia dotem. C. de collationi columna. 2. in fine versicul. hoc fortius confirmo Ioann. Crottus in .l. frater à fratre numero .24. in fine. ff. de conditio, indebi. Matth. Afflict. decisio .275. Carol. Ruynus consilio. 135. libro .5. numero .7. Ferdinandus Loazes in repe. 1. filiusfami. §. diui numero. 37. ff. de legatis. 1. Rymi-

nald. in principio insti. de donatio: numero. 479. And. ab Exea de pactis numero. 117. Aymon Crauette in rubric. ff. de legatis. 1. à numero. 176. vbi probat, quòd in dubio tradendo, presumitur velle transfundi legatum in donationem inter viuos, cum faciat actum contrarium legato, hoc est tradere in vita, quòd post mortem debebatur, & non antea Telli. Fernandez. in. d. l. 17. Tauri numero. 86. vbi hanc fatetur communem: licet plures ab eo relati teneant contrarium, imò quòd censetur donatio causa mortis, vt quandocunq; possit reuocari, quorum sententia communiter reprobatur, & præterea communem sententiam tenet Anto. Gomez in tomo 1. resolutionum cap. 12. de legatis numero. 4. quam opinionem Tellius applicat legi nostræ, vt bonis meliorationis in testamento factæ traditis per patrem filio ante mortem, melioratio fiat irreuocabilis. [ Contrarium tamen tenuit Anto. Gomez in. d. l. 17. Tauri numero. 24. & vltimo, imò quòd talis melioratio in testamento facta etiam sequuta traditione reuocari possit, idque probat ex verbis legis nostræ numero 24. relatis, & quia legatum vel quid aliud in testamento relictum, etiam si traditio sequatur, non mutat naturam legati, atque ideo poterit quòdocunq; testator voluerit reuocare. l. 4. ff. de adim. lega. Lutius Titius. ff. de leg. 2. vbi testator, militiã Meuiò legauit siue pecuniam eius, quacunque redigi ex venditione eius potuerit, quã si testator in vita vèdidit, & precium vel partem precij dedit Meuiò, iã censetur soluisse legatū, atque ideo nulla actio superest legatario mortuo testatore ad petendū iterū legatū sed residuū legati, nisi de contraria voluntate appareat, & licet Tell. Fern. eius legis intellectu inuoluat in. d. l. 17. Tauri nu. 87. illū pro contraria parte retorquendo, dicens ideo iterū precium militiæ mortuo testatore exigere velle legatarium, quia illa solutio transit in donationem inter viuos, & ideo legem illam negare vltius posse consequi precium eius, nisi de voluntate testantis ipse legatarius doceat voluisse bis sibi præstari precium. Confunditur tamen Tellius iudicio meo, & in eius legis intellectu miserè allucinatur, nam si illa traditio vel solutio est facta ex vi legati eius mentione facta, ex receptiori sententia doctorum supra citatorum non dicitur donatio, sed solutio legati, & amplius illud exigere non poterit, vt in. d. l. Lutius. Sin verò solutio fuit facta in vita testatoris nulla facta mentione legati, transit in donationem inter viuos ex dicta communi resolutione, quare hac in specie potius videbatur, iterum deberi precium legati, cum nulla eius mentione facta precium donatum fuerit in vita, quare non potest adaptari. dicta. l. Lutius ad probandum opinionem Telli & communem, nisi dixeris per donationem illam, etiam non facta mentione legati, reuocatum censi legatum. Quidquid sit, text. ille non tractat an reuocari possit legatum & solutio eius, de quo nos tractamus, sed solum an iterum possit legatum exigere. Et ex eiusdem legis verbis, & sensu potius constat etiam solutione facta in vita non amittere nomen legati. Ex quo deducitur, potuisse testatorem illud reuocare, si veller, non obstante.

obstare solutione & eius adimplemēto in vita eius facto: sed quia in casu illius text. non mutauit voluntatem, ideo ibi queritur an post mortem eius possit illud legatarius exigere, & respondit text. posse partem, quæ soluta non est exigere. [ Ex quibus opinio Ant. Gomez magis mihi applaudit, quòd traditio meliorationis factæ in testamento non operetur irreuocabilitatem eius, cum habere non possit effectum legatum nec aliud quiddam ex testamento dependens, nisi post mortem testatoris vt in. d. l. 4. cum complicibus ff. de adimen. lega. Cui non obstat communis opinio. nume. 25. memorata, quoniam traditione sequuta iam non est legatum, sed donatio inter viuos, cum ergo amittat naturam legati, & assumat donationis inter viuos, nimirum si sit irreuocabilis: quare si hic casus quandoque euenierit, vt legata re aliqua particulari filio in testamento, sibi à patre traditur in vita nulla legati mentione facta, talis donatio reuocari non poterit, & habebit eam rem filius loco meliorationis iuxta dispositionem text. in. l. 10. infra eodem quæ ex. l. 26. Tauri trassumpta fuit, & hac dumtaxat in specie procedere poterit doctrina Telli Fernandez in. d. l. 17. Tauri numero. 86. & sequen. & tunc non vt donatio facta in testamento, nec vt legatum seu melioratio in testamento facta valebit, sed vt donatio inter viuos, quare nullo vnquam casu eius doctrina procedere poterit iuxta eius applicationem & intellectum, & hoc præferre videntur verba legis nostræ numero. 24. relata, ab Antonio Gomez: appensa. Vbi autem in testamento sit melioratio ex causa onerosa dotis, adhuc reuocari poterit vel moderari, quia nõ debetur dos, sed vt legatum. §. sed vxori instit. de lega. l. si non designata vbi Bald. Areti. & ceteri. C. de falsa cau. adi. lega. Bart. in. l. qui vxorem. ff. de auro & argē. lega. Alexand. consilio. 122. lib. 7. Bald. Nouellus de dote. 8. parte priui. 11. Bellon consilio. 19. numero. 18. Gaspar Vaeza de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 20. numer. 13. Qui numero. 16. aliud esse dicit, si in testamento fiat per contractum inter viuos melioratio pro dote, quia hæc erit irreuocabilis, Quòd tamen verum esse censeo, si eo tempore quo data fuit vel tempore delatæ successionis reperitur actu dotata, hoc est nupta: dos siquidem sine matrimonio esse non potest ita Bald. consilio. 197. libr. 3. Hernia. in capit. 1. de natu. success. Feud. colum. 5. & 6. Vincenti. Hercula. in disputatione incip. Periulinius fol. 15. colum. 1. Bart. consilio. 31. Corne. conf. 96. libr. 2. column. penult. & consilio. 60. libr. 3. & consi. 300. libr. 4. Curt. seni. consilio. 27. in fi. Deci. consi. 24. in fi. & consilio 589. numero. 9. & consi. 684. numero. 3. Alexan. consi. 151. numero. 1. & ibi Carol. Mohi. citat concordant. & plures etiam Gaspar Baeza in libr. de non meliorandis do. rati. filia. capit. 20. numero. 11. vbi probat non esse filiam dotatam, cui dos in testamento relinquatur, nisi tempore mortis sit nupta auctoritate Alex. consilio. 13. numero. 12. lib. 3. & latius. cap. 21. nume. 2. [ Vltimo hæc non ab te incidit questio, an contractus donationis vel meliorationis tertij conditionalis, tradita statim possessione verè vel fictè, sit irreuocabilis? Et Telli. Fernandez in. l. 17. Tauri numero. 25. & quatuor sequentibus hanc questionem exami-

nat, & eam resoluit tribus conclusionibus. Prima si traditio fuit realis, melioratio est irreuocabilis, quia per eam possessio transfertur ante conditionis euentum iuxta t. ex. in. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquirend. posses. & hæc in specie, loquitur text. in. l. qui absentis. §. 1. ff. de acquir. poss. l. sub conditione. ff. de solutio. vbi hoc notat glo. Bar. Ang. Imol. Pau. & ceteri interpretes. Iacobi. in. l. certum numero. 3. ff. si cer. peta. Secunda conclusio, si ficta traditio per constitutum vel precarium intercessit in melioratione conditionali, non transfert possessionem quoad bona futura atque ideo quoad ea erit reuocabilis, ita ipse resoluit num. 28. Tertiam addit conclusionem numero. 29. vt huiusmodi melioratio conditionalis per constitutum in ea appositum non sit irreuocabilis, quia non operatur translationem possessionis ante conditionis euentum, ex textu in. l. 4. ff. de in diem adiectio. & l. 2. §. sub conditione. ff. pro empto. ex quibus id asserit voluisse Aretinum in. d. l. 1. §. si vir vxori nu. 46. vers. 3. add. ff. de acq. poss. & ibi idem dixisse Socinū in fine. Rip. li. 3. respons. 1. cap. vlti. in fi. Deci. conf. 247. col. 3. vers. nec obstat & in. l. contractus nume. 17. vers. 6. limitatur. ff. de regul. iur. Tiraq. in li. de constituto. 17. amplia. num. 6. & 7. cum ergo per constitutum non transferatur possessio ante conditionis euentum, consequitur posse meliorationem reuocari ante quam conditio eueniat. [ Sed iudicio meo omnino fallitur Tellius, quoniam nulla facta distinctione an traditio vera vel ficta interueniat melioratio sub conditione facta, traditione vera vel ficta interueniente, reuocari non potest ante aduentum conditionis quoad bona presentia vel futura, quia possessio cuiuslibet rei in melioratione comprehensæ sufficit ad acquisitionem quasi possessionis iuris vniuersalis meliorationis tertij vt probaui supra nume. 5. & 7. At in traditione vera nulli dubium, quin per eam acquiratur possessio ante euentum conditionis, quare melioratio hac in specie est irreuocabilis, vt ipsemet Tellius fatetur num. 27. in traditione autem ficta per constitutum, licet communis sit opinio, quòd acquiratur possessio demum impleta conditione auctore Odra. consilio. 139. numero. 6. cui subscripsit Pet. de An carran. consi. 231. colum. 2. & Alex. consi. 85. numero. 13. lib. 2. & consi. 153. numero. 5. lib. 6. Guido. Papa dec. ff. Delphi. 268. & 322. Deci. conf. 247. Steph. Bertran. col. 254. num. 5. lib. 1. Carol. Rui. conf. 135. numero. 3. libr. 1. Gratus conf. 69. numero. 10. lib. 1. & conf. 75. libr. 2. Gozadi. conf. 28. numero. 36. & seq. & conf. 14. numero. 5. Marc. Mantua conf. 256. numero. 21. Tiraq. de constituto. 2. part. 15. amplia. non tamen ob id poterit melioratio interim ante impletam conditionem reuocari vt liquido colligitur ex dictis Bart. & aliorum in. l. qui absentis. §. 1. ff. de acquirend. possessio & expressim voluit Claud. Aqueus in. l. 3. §. incertam in fine. ff. de acquirend. possessio. vbi censet constitutum non posse mutare voluntatem ante euentum conditionis, ita quòd conditione impleta possessio non acquiratur ei, pro quo se constituit, cui assentitur Tiraquel. de constituto. 2. par. amplia. 17. numero 3. per. tex. in. l. cum nemo. C. de acq. posses. & per ea quæ dixit idem Tiraquel. in. 32. amplia numero. 14. & seq. & quia contractus conditionalis dicitur perfectus



vt in l. necessario. §. si ita res. ff. de peri. & com. rei ven. ita vt ab eonon liceat alicui ex contrahentibus altero inuito discedere, vt ibi dicit gloss. & in l. i. in princip. C. eod. tit. cum concordant ab eodem Tiraqueo congestis lib. 1. de retractu. §. i. glo. 2. numero. 27. Nec obertit quod Telli Fer. respondet in d. l. 17. Tauri. nu. 29. ad medium, veram esse opinionem Claudij supra relata, quod non potest reuocari contractus conditionalis, quia procedere ait inter extraneos, inter quos cadit obligatio necessaria, non vero in donatione à patre facta filio: quia inter eos nulla cadit obligatio absque traditione, ergo ante traditionem doctrina Claudij non obertit, quippe quæ procedat inter extraneos, qua in specie est irreuocabilis non ex vi constituti, sed ex natura contractus perfecti, qui reuocari non potest etiam ante conditionis euentum, vt in iuribus supra citatis: quoniam hæc responsio Telli non concludit: quia non solum propter contractus conditionalis perfectionem est irreuocabilis inter extraneos, [vt ipse dicit, ante conditionis implementum] sed quia traditio illa per constitutum facta, conditione impleta retrotrahitur ad tempus, quo appositum fuit constitutum, & licet de facto reuocauerit donationem, non ob id definit impleta conditione retractio fieri, cum extrema non deficiant, quæ in fictione translatiua requiruntur: extremum enim à quo est habile in essentia, quia tunc inuenitur possessor constitutus, eo quod nulli alij hoc in dicitio tempore tradiderat, nam si tradidisset, deficerent extrema, atque ideo fictioni retractiue locus non esset, vt recte explicat Ant. Gomez in l. 45. Tauri numer. 93. ad finem in questione de duobus emptoribus, quorum primo sub conditione res vendita fuit & demum post secundam venditionem & realem traditionem fuit purificata conditio, quis eorum preferatur, de qua etiam agit Tiraq. lib. de constituto. 2. par. amplia 17. numero. 4. & seq. Atque ideo nostra in specie licet pater meliorationem reuocauerit ante aduentum conditionis, non ob id demum impleta conditione definit retractio fieri, vt ab eo tempore possessio quaesita censetur, nisi alteri filio meliorationem fecerit, quia tunc si vltimo tradiderit meliorationem ante impletam conditionem, non poterit fictioni retractiue locus esse, cum non possideat tempore impletæ conditionis, vt in dicta. q. duorum emptorum supra memorata decidit Anto. Gomez in d. l. 45. Tauri numero. 93.

G L O S S. V.

1. Possessio vere vel fictè per constitutum non potest abfenti queri.
2. Melioratio facta filio absenti cum clausula constituti potest ante ratificationem filij reuocari.
3. Possessio per procuratorem potest queri domino ignoranti per realem traditionem,
4. Possessio an queratur per constitutum procuratori factum nomine domini?
5. Possessio queritur per procuratorem generalem à lege vel ab homine constitutum ad negotia, non ad lites.

*Possessio an queratur domino per procuratorem eo non consentiente vel contradicente? remissive, ibidem.*

*Ala persona a quien la hiziere o a quien su poder ouiere.* Ex priori parte horum verborum expedit Telli. Fer. in l. 17. Tauri numero. 30. quod traditio, de qua in lege ista, debet fieri in presentia, aliàs non erit melioratio irreuocabilis, & non solum vbi traditio vera fiet, verum etiam si fictè, vt per constitutum, quippe quod non habet effectum in absentia constitutarij, citat Socin. in l. 1. §. si iusserim numer. 11. versi. postremo dicit ff. de acq. poss. Alex. cons. 133. numer. 3. lib. 6. Deci. cõf. 226. numero. 4. & in l. contractus nume. 15. ff. de regu. iur. Caslan. cons. 7. numero. 40. & cons. 59. numero. 17. Gratum cons. 36. numero. 31. & 32. lib. 1. Bertrand. cõf. 116. nume. 15. lib. 2. & cons. 304. in prin. lib. 3. vbi hoc asserit in donatione valida inter patrem & filium Rui. cons. 121. numero. 3. lib. 1. idem probat Tiraq. à quo Telli accipit eosdem & alios plures citans authores in tracta. de constituto. 3. par. 30. l. i. in prin. & numero 5. & seq. Anto. Gomez in l. 45. Tauri numero. 82. vbi conclusionis rationem reddunt, eamque ampliant, & limitant ad quos lectorem relego. [Cum ergo possessio absenti non queratur si constitutum fiat in absentia, donec ratificetur, vt probat Iaco. Butri. in l. quedam mulier. ff. de reuend. & alij supra citati, nimirum si ante ratificationem filij possit melioratio ei facta à patre reuocari. Quomodo autem fieri debeat ratificatio. tradit Deci. d. cons. 226 & cons. 586. fi. colum. & Gozadi. cõf. 42. in fi. [Nota etiam ex vltimis verbis, quod possessio potest per procuratorem queri etiam domino ignorantem, vt in l. 1. §. si iusserim & §. per procuratorem & l. quod meo veri procurator. ff. de acquiren. posse. l. qui mihi donatum ff. de dona. Quod non modo in traditione reali procedit, sed & in ea, quæ fit per actum fictum vt per constitutum, vt vendo tibi domum nomine Titij, & constituo me possidere nomine illo tuo procuratori, nec fat erit, si nomine domini absentis constituam me possidere, licet procurator sit presens, vt docet Bar. in l. si is qui pro emptore nu. 57. & 60. versi. si verò loqueris ff. de vsucap. vbi Iaso, plene cartha p. c. versi. 5. principaliter & multis sequum multis concordantijs à Tiraq. congestis de constituto. 2. par. amplia. 26. vbi hanc receptiorem attestatur numero. 14. & Anto. Gomez eam pro vtraque parte examinat & hanc quoque magis communem assueurat in l. 45. Tauri numero. 91. vbi tex. nostrum in id appendit & alios citat idem attestantes Telli. Fernand. in d. l. 17. Tauri numero. 32. & 34. [Vbi numero. 33. dicit ex recepta doctrina omnium in l. 1. §. per procuratorem, maxime Iasonis ibi nume. 2. & Zasij pagi. 2. ff. de acq. poss. sufficere quod sit procurator generalis, vel à lege, vt tutor & curator, vel prelati & similes, vel ab homine ad negotia constitutus. Nec fat erit quod sit procurator ad lites vt asserit Zasij, vbi supra, & Ripa in d. l. 1. in prin. nume. 66. ff. de acq. poss. Quid autem si procurator non consentiat, vel expresse contradicat, vide eundem Telli in d. l. 17. Tauri hoc examinantem numero. 35. & seq.

G L O

G L O. VI.

1. Melioratio tertij filio per contractum inter viuos facta ita demum est irreuocabilis, si instrumentum meliorationis filio tradatur coram tabellione.
2. Possessio acquiritur per traditionem instrumenti donationis alicui facta coram tabellione. & num. 3. & 5.
3. Possessio acquiritur per traditionem instrumenti antiqui, quod habebat tradens, non noui iure communi, ibidem.
4. Instrumenti noui traditio coram notario sufficit iure regio ad acquirendam possessionem & num. 5.
5. Lex. 8. tit. 30. par. 3. explicatur.
6. Instrumenti resectio quia fuit perditum fieri potest, ibidem.
7. Leges Partitarum non solent ius commune corrigere, sed opinionem communem doctorum sepe corrigunt, ibidem.
8. Legis nostre intellectus ex D. Couarruias & Telli Fernand.
9. Legis nostre interpretatio vera.
10. Instrumenti traditio loco cessionis est, & cessione loco traditionis in incorporalibus, ibidem.
11. Instrumenti traditio an sit maioris efficaciz in melioratione, quam rerum corporalium in ea comprehensarum apprehensio?
12. Ole ouiere entregado ante escriuano la escriptura dello. Nota ex his verbis meliorationem à patre filio factam per contractum inter viuos ita demum esse irreuocabilem, si instrumentum meliorationis coram notario tradatur filio. [Et sic nota ex l. ista & ex l. 44. Tauri que transcripta fuit infra hoc eo lib. tit. 7. de primogenijs. l. 4. q. per traditionem instrumenti donationis ipsi donatario facta, transfertur in eum possessio, si coram notario instrumentum tradatur, qui est nouus modus acquirendi possessionem. Nam iure communi tradi oportebat instrumentum, quo mediante tradens habuit titulum ad rem illam, vt possessio in donatariu vel emptorem transferretur, nec fat erat, tradere instrumentum donationis vel venditionis nouiter factum, vt assueurat Pet. Cyn. Albe. Bal. Salice. & communiter docto. in l. 1. per. tex. ibi, C. de dona. Imo. Aretin. & Alex. numero. 11. in l. 3. in p. inc. ff. de acqui. possess. & hanc esse communem opinionem assueurat Anton. Gomez in l. 45. Tauri numero. 57. d. Couar. lib. 3. resolu. cap. 16. numero. 12. doctores omnes in l. 17. Tauri vnde hæc desumpta fuit. [Hodie tamen iuxta ius nostrum regium antiquum & nouum, sufficit ad acquirendam possessionem rei donatæ vel aliàs alienatæ traditio noui instrumenti de eadem alienatione facti, quod expressim probat. l. 2. & clarius. l. 10. tit. 12. de donationibus lib. 3. fori, ibi [si se hiziere ende carta e gela diere. tex. etiam in l. 8. tit. 30. par. 3. ibi o faciendõ otra de nueuo e dandogela, & tex. noster hoc probat, ibi o le ouiere entregado la escriptura dello, id est di-

ctæ meliorationis, solum addit lex nostra vt coram tabellione tradatur instrumentum, idem decidit. l. 4. tit. 7. de primogenijs infra hoc eodem libro. ex quibus id assueurat Michael Cifontanus in l. 17. Tauri numero. 2. versi. 3. casus & ibi Ioan. Lupi numero. 25. & Didac. Castelli in verbo, la escriptura & Antonius Gomez ibidem numero. 16. & iteru. in l. 45. Tauri numero. 57. in fine Ferd. Arias in l. 15. Tauri numero. 20. Greg. Lupi in d. l. 8. glo. vlti. tit. 30. par. 3. [Nec obertit responsio Anto. Gomez in d. l. 45. Tauri numero. 57. ad. d. l. 8. tit. 30. par. 3. dicit enim, quod illa verba, o faciendõ otra de nueuo e dandogela, [ne corrigat ius commune prout regulariter leges Partitaru non corrigunt, sed potius cum eo concordant secundum omnes, intelligantur de instrumento antiquo, quod habebat tradens, de quo ipsa lex dixerat in principio si forte fuerat deperditum, vt aliud ex protocolo sumeretur de nouo, [quod fieri potest vel ex alia iusta causa, iuxta gl. notabilem & ibi docto. in auth. de hered. & Falcid. in prin. colla. 1. & doctrinam Bal. in auth. si quas ruinas numero. 4. C. de sacros. eccle. Iaso. in l. si. numero. 33. C. de iure em. phi. l. 10. 11. & 12. ti. 19. par. 3.] & donatario seu emptori traderetur: idem respondet. d. D. Couar. li. 3. resolu. cap. 16. numero. 12. prope finem. Sed hæc responsio mihi non satisfacit, dicit enim lex illa. Dando algui ome heredamiento, o otra cosa qualquier apoderandõ de las cartas porque la el oño. o faxiendõ otra de nueuo, e dando gela gana la possession maguer no le apodere de la cosa da corporalmente. Ecce lex illa comprehendit vtriuque casum, scilicet, quando traduntur instrumenta antiqua, vel quando traditur instrumentum nouum, & certe litera non patitur intellectum Antonij Gomez, cum in priori casu loquatur in plurali, in secundo verò in singulari, quasi dicat, si tituli vel instrumenta, quæ habebat ex omnibus prædecessoribus suis, tradiderit, cõsetur ei possessio tradita, idem si instrumentum nouum donationis nouiter factæ tradatur, quod si ad exemplum antiquorum instrumentorum referretur, non diceret in singulari, o haziendo otra de nueuo e dandogela, sed potius diceret, o haziendo otras de nueuo, nec diceret, haziendo, sed, sacando otras de los registros, o rehaziendo, hoc est, haziendola otra vez, hoc enim verbo vtuntur leges Partite de refectione instrumenti loquetes, vt in l. 10. ibi q. gela hiziesse otra vez, & ibi sacandalo de su registro e faciendola biẽ asi como fue hecha la primera & ibi q. la rehiziesse, & l. 11. ibi q. le rehiziesse, & ibi q. no rehiziesse, & l. 12. ibi sea renouada ti. 9. par. 3. & alibi sæpe. Nec me mouet, q. non videtur, leges partitaru in dubio velle corrigere ius commune. Fateor equidem, sed communem opinionem doctorum quotidie corrigunt, & nostra in specie non est tex. iuris communis expressus negans per traditionem noui instrumenti acquiriri possessionem, sed communis est opinio, licet nonnulli tenuerint contrarium, vt aduertit idem Antonius Gomez in d. l. 45. Tauri numero. 57. [Quare verior mihi videtur communis nostratum opinio, vt ad acquirendam possessionem rei donatæ vel venditæ sufficiat tradi iure nostro instrumentum nouum donationis, vel emptionis, vel alterius cuiuscunque alienationis, licet vetus non tradatur, quamuis contrarium dubi-

[dubitans tamen] voluerit. d. D. Couarr. in. d. cap. 16. numero. 12. libri. 3. resolu. & intrepide Telli. Fernand. in. d. l. 17. Tauri numero. 65. & seq. respondentes ad eam legem. 17. ex qua lex nostra deprompta fuit, quod donatio seu melioratio filio facta a patre est irrevocabilis si res contenta in melioratione tradatur, vel instrumentum ipsius donationis vel meliorationis filio traditum fuerit coram tabellione: non enim ex hoc probat text. iste traditam censerit possessionem per traditionem scripturę donationis, quia hoc iam disposuerat per verba precedentia, per que includitur omnis actus verus vel fictus, per quem solet possessio queri. Cum autem subdit de traditione instrumenti donationis coram tabellione, non referuntur verba hec ad possessionem, sed ad irrevocabilitatem, vt ex hoc actu inducatur irrevocabilitas donationis, quemadmodum 6 introducit ex vera vel ficta traditione. [Que responsio mihi non satisfacit, nam lex ista ponit regulam in principio, quod melioratio tertij facta filio in testamento vel in contractu inter vivos sit sui natura revocabilis. Cur regulę tres limitationes tradit. Primam quod rerum in melioratione contentarum tradita est possessio per actus veros vel fictos, vt ex tali possessione censetur tradita qualis possessio iuris vniuersalis, & ex hac traditione efficiatur irrevocabilis. Secundam quoties tradita fuit qualis possessio iuris vniuersalis meliorationis absque possessione vel traditione aliqua rerum corporalium in melioratione comprehensarum, quę sit per traditionem instrumenti ipsius meliorationis coram tabellione. Quę loco cessionis est secundum Bald. in. l. fi. C. quan. fin. vel priua. notatur in. l. 2. C. de actio. Et obliga. sed cesso loco traditionis est in incorporabilibus, vt ibidem dicitur cum cõcor. supra. e. glo. 4. n. m. 7. traditis. Tertiam, quado nulla traditio interuenit, nec quid aliud quod loco traditionis habeatur, sed sit facta melioratio ex causa onerosa vt in glo. seq. dicam latius. [Quo fit, non esse maioris efficacit & valoris traditionem instrumenti donationis, quam traditionem rerum in melioratione contentarum, prout Telli Fernand. somniabat, vtraque enim in specie sit irrevocabilis donatio que ad presentia & futura: quia vtroque casu acquiritur possessio iuris vniuersalis meliorationis, quod continet presentia & futura, vt probauit supra in glo. 4. nu. 5. & 7. vel ius vniuersale absque possessione, quod sufficit, vt dixi. d. num. 5.]

G L O. VII.

- 1 Melioratio filio facta ex causa onerosa, si cum tertio fiat, valet, & est irrevocabilis, secus si solū habeat causam onerosam.
- 2 Donatio facta filio causa studij an sit irrevocabilis?

3 Por causa onerosa con otro tercero. Notat ex his verbis Telli Fernandez in. l. 17. Tauri numero. 69. donatorem ex causa onerosa filio factam esse irrevocabilem si cum tertio fiat, hoc est, si alium preter contrahentes tangat. Nam si cum tertio fiat, si eius non interfit, donatio erit revocabilis, idē que erit si ex contractu oneroso

eundem filium meliorauero, si cum tertio non fuerit factus, vt trunq; enim cautē in hac lege exigitur, vt melioratio sit irrevocabilis. Idem voluit Gaspar Vaeza vir certē doctus in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. cap. 21. numero. 36. in fi. & seq. [Quo fit, vt donatio ob causam studij a patre filio facta sit revocabilis, quia licet doti equiparetur secundum Angel. & ceteros in. l. 1. ff. solu. matri. non tamen fit hęc melioratio vel donatio cum tertio, quod in hac lege exigitur, vt donatio fiat irrevocabilis: quod censet Telli. Fern. in. d. l. 17. Tauri numero. 113. & duobus seq. cuius sententiam malo sequi, quam Gomezij Arias ibidem numero. 34. Cifontani numero. 2. limi. 3. Ioannis Lupi numero. 67. Dida. Castel. in verbo semejante, Segure in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum numero. 128. & ibi Did. Perez numero. 131. Ferdi. Loazes in. l. filiusfam. §. diui numero. 85. ff. de lega. 1. quippe quorum fundamenta sint leuia & super mollem arenam fundata, asserunt enim de iure communi donationem factam filio causa studij esse irrevocabilem, attestantes hanc esse communem prout & asseruit Ioanni. Crot. in. l. frater a fratre numero. 47. ff. de condi. indeb. Sed nihilominus in contrarium quod sit revocabilis, est receptor opinio Bar. & aliorum in. l. 1. §. nec castrense numero. 2. ff. de colla. bono. quod attestatur Iaso. in. l. filia licet numero. 2. C. de collatio. Ripa in. l. 1. numero. 140. ff. solut. matri. vbi & Alex. numero. 55. & Alcia. numero. 24. Riminal. in. §. 1. numer. 5. 4. insti. de donatio. Telli. Fernand. in. d. l. 17. Tauri numero. 114. & 115. vbi respondet ad argu. de dote ad causam studij vt ibi per eum. & sic intelligendam esse. l. 3. tit. 4. par. 5. & l. 5. tit. 15. par. 6. de quo latius dicemus in. l. 3. tit. 8. infra hoc libro. 5. & tractat. d. Anto. Padilla. in auth. res quę numero. 93. C. com. de lega. vbi concludit iure nostro regio esse irrevocabilem vt in. l. 3. tit. 4. par. 5. & in pragm. 25. que hodie transcripta est supra lib. 1. tit. 7. de vniuersitatibus. l. 18. cap. 1. vers. pero. vbi potius iudicio meo probatur contrarium, dicam in. d. l. 3. glo. 2. num. 3. & seq. ad ibi dicta lectorem relego.]

G L O S S. VIII.

- 1 Donatio ex causa dotis & ex causa matrimonij in quo differant?
- 2 Dotis Donatio a patre facta an sit irrevocabilis.
- 3 Donatio ob causam matrimonij certi a patre facta an sit irrevocabilis? & numero. seq.
- 4 Donatio in causam matrimonij incerti facta est revocabilis limitat duobus modis.
- 5 Donatio in causam matrimonij incerti facta an sit simplex, vel ob causam.
- 6 Donatio a parentibus facta ob causam matrimonij contrahendi cum certa, dicitur ob causam & numero. seq.
- 7 Donatio ob causam matrimonij certi facta non dicitur proprie donatio propter nuptias, sed ob causam.
- 8 Donatio quando dicatur ob causam in materia collationis.

Donat.

- 1 Donatio propter nuptias recessit ab usu, ibi.
- 2 Donatio ob causam matrimonij successit in locum cum donationis propter nuptias, & quare? ibidem.
- 6 Donatio facta filio ob causam certi matrimonij potest a patre reuocari, matrimonio non sequuto, & numero sequen.
- Dos & donatio propter nuptias equiparantur ibidem licet in multis differant remissive.
- Donatio facta filio ob causam certi matrimonij an possit a patre reuocari iure communi? ibidem.
- 10 Dotis promissio habet tacitam conditionem si matrimonium sequatur.
- Dos repeti potest matrimonio non sequuto, ibi.
- 11 Lex si extraneus. ff. de condi. ob causam explicatur.
- 12 Stipulatio tacita pro dote an vires habeat non sequuto matrimonio?
- 13 Dotis donatio an valeat non sequuto matrimonio, & num. seq.
- 14 Donatio non habens effectum culpa eius, cui sit donatio, nullius est effectus.
- 15 Donatio ob causam matrimonij filia facta an valeat, si excedat legitimam.

a En cierta cosa o en parte de su hacienda. Nota ex lege ista, parentibus permissam esse assignationem meliorationis tertij & quintæ partis in re certa vel parte bonorum, dummodo non excedat tertij & quintæ partis valorem, habita consideratione ad tempus mortis. Ratio dubitandi fuit, quia legitima debetur filio in qualibet re hereditaria. l. 2. C. quan. & qui. quar. pars debe. lib. 10. non enim est gleua in qua hæres non habeat partem. l. Meuius. §. duobus vbi gl. & doct. ff. de leg. 2. sicut & in quarta Falcidia & Trebellianica probatur in l. 2. C. ad. l. Falcid. & l. in quartã. ff. eo. ti. l. Plautius & l. lineã eo. ti. l. 1. & per totum. ff. & C. ad Treb. c. Raynaldus & c. Raynaldus de testa. vbi dom. Did. Couar. §. 2. nu. 5. citat cõcor. cum ergo tertium bonorum patris respectu filiorum sit legitima, videbatur, non posse assignari meliorationem tertij in re certa. Sed nihilominus contrarium dicitur per hanc legem, eo quod non est legitima precise necessaria, sed voluntaria pendens ex voluntate patris, quippe qui potest eam vni ex filiis vel nepotibus cui maluerit relinquere, quod dispositum erat per. l. 23. in legibus styli, vt refert Montal. in l. 9. tit. 5. de legatis li. 3. feri loã. Lup. in l. 19. Tau. nu. 4. & ibi Ant. Gom. nu. 1. Did. Castell. gl. 1. Gom. Arias nu. 2. Quã conclusionem lin. itat. do. D. Couar. in c. Raynaldus §. 2. nu. 5. in fine de testa. nisi res illa à patre assignata, ita sit ceteris præstantior, vt ex ea assignatione fraus fieret legitimæ portioni aliorum, quod ipse deducit ex doctrina Ias. in l. filium quæ habentem nu. 17. C. fami. hercisun. dicentis, si huius non posse petere legitimam portionem in re, quã pater proprio testamento legauerit, nec in ea re sibi posse assignari, quod Bal. ante cum asseruit in rub. ff. de reru diuis. 2. col. & Alex. in l. in ratione. 2. ff. ad. l. Falcid. & in l. Marcellus §. resque col. vlt. ff. ad Treb. idem voluit Ias. in l. scimus nu. 7. C. de inoffi. testa. Ripa in l. in quartã nu. 101. ff. ad. l. Falcid. & ibi Paul. de Montepico col. 46. Vbi hoc limitat, nisi res legata non sit multo melior ceteris

ceteris rebus hereditarijs, ita vt alij non fraudentur in eorum legitima. Itaque nostra in specie tunc melioratio filio dari debet in re à patre sibi assignata, cum ex tali assignatione filij non defraudantur in legitima: quod libenter admittit Telli. Fernandez in l. 19. Tauri numero. 1. Dubitat tamen, in quo filij defraudari possint, non enim putat sufficere fraudem interuenire in qualitate rei assignatæ, prout dicit dom. Dida. Couarru. eo quod sit ceteris rebus præstantior: sed fraudem esse debere in quantitate, quam leges nostræ considerauerunt, non qualitatem, vt constare inquit, ex verbis legis nostræ, cum sic ait. De lo que mótare o valiere la tercia parte de sus bienes, & ex l. 23. Tauri quæ hoc eodem tit. & libr. transcripta est. l. 7. ibi. Que la tal mejora aya consideracion a lo que sus bienes valieren al tiempo de su muerte, & ex l. 10. infra eodem ibi. Para que a el ni a otro no pueda mejorar mas de lo que fuere el valor del dicho tercio y quinto, & ex l. 29. Tauri, quæ transcripta est in l. 3. tit. 8. de hereditatibus & successioneibus infra hoc eodem libro ibi. Auendo consideracion al valor de los bienes. Non ergo considerari debet qualitas, sed quantitas bonorum defuncti ad deprehendendam fraudem in re assignata pro melioratione. Sed nihilominus accedere malo sententiæ dom. Dida. Couarru. quandoquidem ex qualitate & præstantia seu excellentia rei assignatæ, poterit non modica deceptio, & fraus fieri ceteris filiis quoad eorum legitimam, licet quoad eius valorem, non excedat tertium, veluti si testator duo habebat trapeta olearia, vel ingenia faccari cum quinquaginta seruis, & meliorationem assignari in quodam trapeto seu ingenio faccari cum omnibus quinquaginta seruis, quorum dimidia pars erat alterius trapeti, quod relinquitur ceteris filiis absque vllis seruis. Certè nemo negauit, eos in huiusmodi seruatorum assignatione esse fraudatos, etiam si pro æquivalenti & iusto precio fuerint appensi. Quid item si melioratio assignata est in argenti seu aurifodina æstimata iusto precio, quod habebat, tempore mortis testatoris, sed paulo post detectum fuit artificium agenti viui, prout in hac prouincia nuper contigit, quod quadruplicat valorem argenti fodinarum: fraus enim fit hac in specie ceteris filiis, possent enim si argenti fodina diuideretur inter eos maiori frui commodo & vtilitate, quam ex ceteris bonis. Et sic poteris plura adinuenire exempla his similia, quibus expediat filiis non melioratis bona meliorato assignata diuidere inter omnes, quamuis æquo precio sint ei adiudicata vide infra numero. 6.

3 Nota etiam ex l. ista ibi, o parte de su hacienda, quod melioratio tertij & quinti fieri debet ex bonis proprijs ipsius testatoris. Sed an ex bonis communibus constante matrimonio questis possit meliorationem filio facere, & in aliqua re ex communibus eam assignare, est apud Nostrates magna cõtrouersia, vt refert Telli. Fernandez in l. 19. Tauri, vnde hæc sumpta sunt numero. 2. & pluribus sequen. Et demum concludit, non valere meliorationem in præiudicium vxoris, et vni medietas luctorum cõpetit iure nostro vt in l. 2. 3. 4. & 5. tit. 9. de bonis constante matrimonio questis infra hoc eodem libro, nam licet maritum

permittatur eorundem bonorum alienatio absque fraude per d. l. 5. tit. 9. infra hoc eodem libro, non tamè permittitur donatio, vt in specie decidit Roderi. Xarez in l. 11. tit. 3. delas ganacias lib. 3. fori veru. vterius querro de questione quotidiana. Dida. Segura in tractatu de bonis lucratis constante matrimonio. nume. 151. Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. inter viru & vxorem. §. 66. numero. 29. & sequen. Iacob. Septimacèn. de institutione. Catholicis cap. 9. nu. 90. Telli. Fernandez his ratiocinatis in d. l. 19. Tauri à nuin: 2. quæ sententia communis est, licet contrariam sequutus fuerit Anto. Gomez in l. 53. Tauri nu. 73. & Ancarra. quem ipse refert consil. 120. quam latius discutiam infra hoc libro titulo. 9. de bonis constante matri. quest. l. §. glo. 6. nu. 3. & sequen.

4 Verum quidquid contendat Telli, hanc esse veram resolutionem autumo: aut enim facta per patrem melioratione tertij & quintæ partis bonorum, eam in re aliqua communi assignauit, aut non per viam quotæ, sed rem aliquam communem inter eum & vxorem filio donauit. Priori casu credere validam esse assignationem non solum quoad partem validam, prout Telli as putat in d. l. 19. nu. 7. ex doctrina communi in l. domus §. ff. de legatis. 1. & Bald. cons. 235. lib. 2. verum etiam quoad partem vxoris, quia poterit sibi suppleri ex alijs bonis, prout suppletur alijs filiis, qui maius ius habent in bonis patris quã vxor, & quia modicum ex hoc paratur vxori præiudicium, & tunc maxime cum valor bonorum consideretur tempore mortis, vt hic dicitur, quo tempore inspecto, ipsi vxori medietas dabitur omnium constante matrimonio quæsitorum, non vnus cuiusque corporis, sed valoris seu estimationis, in vna vel pluribus rebus sibi comodis, ita vt nullo afficiatur incommodo. Secundo verò casu vbi pater donauit fundum aliquem filio absque designatione quotæ, tunc nimirum partem donare videtur sibi in ea re competentem, & hoc non quia vxori aliquod inferri possit præiudicium, sed quia testator ius quod habet in re dumtaxat legare & donare videtur, vt docet Ange. & docto. in l. domus §. vltimo. ff. de legatis. 1. ex l. serui electione §. fina. eodem titulo tradit late Ryminal. in §. 1. numero. 73. insti. de donatio. Telli Fernandez in dicta. l. 19. Tauri numero. 8. vbi conclusionem ampliat, & limitat vsque ad numerum. 12. ad eum vos relego. Ceterum nuñ occurrit aliud exemplum, vltra ea quæ dixi supra numero. 2. in quo fundari possent filij respectu qualitatis rei filio meliorato assignatæ, licet in quantitate & valore non fraudentur, veluti si tarris vel domus fortis, vel castellum, quod non ex sumptibus & valore edificij, sed ex redditu æstimari solet, vt in l. qui bonis. ff. de celsio. bono. quem ibi, dicit mirabilem Bar. & Ioannes de Platea in l. 2. C. de prædijs & alijs rebus nauicula, Alexand. in l. maritum in fine, & in l. si maritus. ff. soluto matrimonio Iason. in §. sed et si quis numero. 11. insti. de actio. & in l. si constante numero. 150. ff. soluto matrimonio Bocri. decisio 19. numero. 7. Ari. Pinelus in l. 2. C. de rescindenda venditione. 3. parte. numero. 2. si fundum ibi, excuso precio secundum redditum, & ibi, notant docto. ff. de legatis. 1. quod inducit Iason in dicto. §. sed & si quis ad multa, nempe, vt estimatio



matio reddituum fieri debet, & non sumptuum ædificij in executione contra maritum, vel alium qui habet privilegium, ne conueniatur ultra quam facere potest, & in eo qui tenetur alicui reddere alimenta, æstimantur enim redditus, non valor rerum, vt ibi latius videre poteris. Iniquum enim esset in nostra specie, filio meliorato castellum adiudicare æstimatum pro modo reddituum & non pro valore ædificiorum, faciet ergo æstimationem filius melioratus adhibitu, & alij eligent vel castellum ipsum, vel æstimationem ad officium. C.com. diuidun,

G L O S S II.

Meliorari possunt plures filij, nedum vnus.

b Hijo o hijos. Nota ex lege ista, parentes non solu vnun ex filijs meliorare, prout statutum erat per. l.9. tit.5. de legatis lib.3. fori, verum etiam plures ex eis, quod ibi dixit Montal. in verbo mejorare, & notat hic Dida. Castelli in verbo hijos, & Ioan. Lupi num. 2. dixi supra eod. l.2. gloss. 3. num. 1.

G L O S S. III.

1. Donatio filio facta ultra tertium & quintum reuocatur, quatenus excedit dumtaxat.
  2. Vtile per inutile quando non vicietur?
  3. Donatio filio facta etiam magna non reuocatur natiuitate filiorum, nisi quoad eorum legitimam dumtaxat ex communi sententia iure communi.
  4. Donatio facta vnico filio iure regio an reuocetur quoad tertiam, vel quintam partem natiuitate filiorum, an quoad tertiam & quintam maneat firma?
- Donatio vnico filio facta potest reuocari per patrem alijs sibi natis filijs, ibidem,

c Que no exceda el dicho tercio. Melius diceret, que no exceda la dicha mejora de lo que montare la tercia parte, &c. Donatio excedens tertium & quintum reuocatur, quatenus dictam quantitatem tertij & quinti excedit, non in totum. l.7. tit.12. de donationibus lib.3. fori, & ibi notat Montal. in glossa vltima idem voluit Dida. Castelli in. l.19. Tauri in verbo no exceda, & Ioan. Lupi ibidem numero. 2. Segura in repeti. l. vnun ex familia §. sed si fundum numero. 145. vsque ad numerum. 151. ff. de legatis. 2. citat text. in. l. si mihi & Titio. §. 1. ff. de legatis. 2. vbi si cui legatur, ultra quam capere potest, valet legatum quoad partem, qua legatus capere potest, & reliquum ad eos pertinet, quibus iure debetur, sic in specie nostra valebit donatio vsq. ad tertium & quintum, cuius donatarius est capax, residuum vero diuidetur inter filios. [ Et hoc ideo quia vtile potest separari ab inutili, atque ideo per inutile non viciatur, vt in. l. sancimus. C. de donatio. gloss. ab

omnibus recepta in. l. fenestris. ff. de vsur. alia in. l. ff. de iuri. omni. iud. de quo tractant late Alexand. & Moderni in. l. 1. §. sed si mihi. ff. de verbo. oblig. vbi Alcia. nu. 20. Iaf. in. l. certicondictionis. §. quonia num. 7. ff. si cert. per. Calcane. con. 125. nu. 24. cum concordant per Seguram & Did. Perez ad eum congestis in. d. l. vnun ex familia §. sed si fundum nu. 150. ff. de lega. 2. [ Ex quo inferitur, quod donatio etiam amplissima filio facta non reuocabitur per superuenientiam filiorum, nisi vsque ad legitimam eorum, qui post donationem nati sunt, vt in. l. si totas. C. de inoffi. dona. quam ita intelligunt Bar. ibi Ang. & ceteri interpretes, Bal. Imol. Paul. & Alberi. in. l. Titia Seyo. §. Imperator. ff. de legatis. 2. Bald. Sali. Ange. & Tiraquell. in. l. si vnquam in verbo libertis numero. 60. & sequen. C. de reuocan. dona. vbi hanc attestatur esse communem, faciliusque clauam ait e manu Herculis extorseris, quam hanc tam persuasam ac receptam tot seculis opinionem deicere possis, idem voluit Alexand. conf. 50. nu. 7. lib. 6. Iaso. consi. 171. colum. 2. & sequen. lib. 4. Ioan. Andre. Anto. & Panor. in. c. vlt. de dona. Ioan. Bernard. in regula. 213. fallentia. 4. Segura in. d. §. sed si fundum nu. 92. quoad alia etenim valida manet donatio, quia vtile potest ab inutili separari, nec video huic sententiam contradicentem præter Ripam in. l. si vnquam. 47. q. cui assentitur Molin. in tract. de inofficio. donatio. numero 33. & in tracta. de donatio. factis in contractu matrimonij numero. 48. & 58. dicuntque donationem valere vsque ad viriles postea natorum portiones, moti leuibus profecto fundamentis. Quare eorum opinione neglecta, communem sequitur Couarru. lib. 1. colu. 1. cap. 19. colum. 1. & Gaspar Baeza lib. de non meliorandis dotis ratione filiaribus. cap. 9. numero. 32. & sequen. [ Iure tamen regio magis dubia est quæ filio hæc & in factiones diuisa, sunt enim qui putant, donationem factam vnico filio reuocari ex natiuitate alterius, ita vt ambo æqualiter bona diuidant, ac si donatio facta non fuisset: omnia siquidem bona patris sunt filiorum legitima, dempta quinta parte. l. 9. tit. 5. de legatis lib. 3. fori. Et licet tertiam possit vni ex filijs prælegare, vt ibi dicitur & in hac lege, illud verum est, quoties sunt plures filij vel descendentes, vnicus autem filius meliorari non potest iuxta nostratum receptissimam sententiam, quam probaui supra eodem. l. 2. glossa. 3. numero. 3. quare reuocatur donatio in totum, hæc fuit sententia Ioan. Bernardi in regula. 213. fallen. 4. & Grego. Lupi in. l. 8. titulo. 4. partita. 5. in verbo a otro ad medium, dicens hac in specie locum esse communi sententie, et si velis tenere tertium bonorum patris non esse legitimam filiorum, prout aliqui tenent, erit locus opinioni Ripe, & Molinei supra relatæ. Alij sunt contrarie sententie, imo quod non reuocatur donatio quoad quintam partem, quia hæc non est legitima filiorum, & de hoc nemo dubitat, quoad tertiam etiam asseuerant, non censerit reuocatam donationem per natiuitatem filiorum, sed ratam manere, quia hæc non est legitima filiorum, cum necessariò non debeatur, ex quibus & alijs rationibus id placet Gaspari Baeza in libro de non meliorand. dot. rati. filiaribus cap. 9. numero. 45. 46. & sequen. idem voluisse refert Dida. Castelli in. l. 12. Tauri in verbo figiente, colu. 5. dona

dominus Didacus Couarruias libr. 1. resolutionum capit. 19. numero. 4. Ioan. Lupi licet subobscurè in repetitio. capit. per vestras. §. 2. versic. in constituenda numero. 15. versic. idem dicendum in tertia de donatio. inter virum & vxorem, quorum opinio mihi verior videtur, si pater natis filijs adhuc in eadem voluntate post natos liberos perseuerauerit, secus si ipse pater velit reuocare, quia poterit, licet filio tradita fuerit possessio, cum hæc traditio meliorationem faciat irreuocabilem, vt in hac. l. & præcedentibus dicitur, quæ in nostra specie fieri non potuit, vt probaui ex communi opinione supra eodem. l. 2. glossa. 3. numero 3. quod fige menti.

G L O S S. IIII.

1. Mortis tempus spectatur ad inspiciendum valorem donationis tertij & quinti. Legitima quanta sit vsciatur, tempus mortis est spectandum, ibidem.
2. Donatio simplex filio facta loco meliorationis est, ideo attenditur in ea tempus mortis. Legitima soluenda filio ex bonis patris confiscatis, secundum tempus delicti fieri debet æstimatio, ibidem.
3. Dos an sit inofficiosa, cognoscitur ex bonis, quæ apparuerint tempore mortis. Melioratio vel augenda vel minuenda iuxta valorem bonorum paternorum tempore mortis eius, ibidem.
4. Al tiempo de su fin y muerte. Nota ex lege ista, quod in melioratione tertie & quinte partis habetur respectus, & consideratio ad tempus mortis, non vero factæ donationis. Cuius ratio est, quia tertia pars bonorum patris est legitima filij, vt probaui supra eodem. l. 2. glossa. 3. numero. 2. quidquid in contrarium dixerit Gaspar Baeza in libro de non meliorandis dotis ratione filiaribus cap. 9. numero. 49. 50. & sequen. At in legitima consideratur tempus mortis ad æstimandum valorem bonorum patris, vt in. l. cum quaeritur. C. de de inoffi. testa. l. omnimodo eo. tit. l. Papini. §. quartam autem & §. quoniam autem. ff. de inoffi. testamen. cum similibus. Hanc rationem reddunt Dida. Castelli in. l. 19. Tauri in verbo de su muerte, & ibi Ioan. Lupi numero. 5. Anto. Gomez in. l. 23. Tauri. [ Quod ibi extendit ad donationem simplicem alicuius rei vel qualitatis, quia loco meliorationis habetur, vt in. l. 10. in fi. eodem vt ibi etiam voluit Cyfonta. quaest. vlt. Fallit tamē vbi ex statuto soluenda est legitima filio cõfiscatis bonis parētū, quia tunc non tempus mortis, sed crimiis vel confiscationis, spectatur vt tenet Bal. in. l. quamquam. C. ad. l. Falcid. Bart. in. l. cum filius. ff. de verbo. oblig. Paul. in. l. in ratione. ff. ad. l. Falcid. Dida. Castelli in. l. 19. Tauri in verbo de su muerte, & ibi Ioan. Lupi ibi numero. 5. [ Item si quaeramus an dos sit inofficiosa, tempus mortis est attendendum, non tempus constitutionis dotis, ita ex hac lege expendit Ioan. Lupi in. l. 19. Tauri nu. 11. & eam dicit esse singularem. Denique siue augmentum, vel diminutio bonorum

sequatur post meliorationem, melioratio vel augenda erit vel minuenda, vt late probat Ioan. Lupi in. d. l. 19. Tauri numero. 13. & 14. cætera huc spectantia dicant infra eodem. l. 7.

G L O S S. V.

Commissarius generalis non potest assignare meliorationem tertij & quinti in re aliqua nisi habeat mandatum speciale.

e A otra persona alguna. Doctores omnes in. l. 19. Tauri in fi. ex qua lex nostra sumpta fuit, eam intelligunt, quoties commissio fuit generalis, nam si specialis fuerit, poterit commissarius assignare meliorationem in aliqua re particulari, prout pater ipse facere poterat, argum. text. in. l. 5. tit. 4. de testamentis & commissarij supra hoc eodem libro. 5. & quæ ibi dixi.

L E Y. IIII.

Que la mejora la pague el heredero en los bienes señalados saluo si no se pueden dividir.

Ley. 20. de Toro.

Los hijos o nietos del testador no pueden dezir que quieren pagar en dinero el valor del tercio ni del quinto de mejora, que el testador ouiere hecho a alguno de sus hijos o nietos, o quando mejorar en el quinto a otra persona alguna: sino que en las cosas que el testador ouiere señalado la dicha mejora del tercio y quinto, o quando no la señalo, en la parte de la hacienda que el testador dexare, seã obligados los herederos a gelo dar, saluo si la hacienda del testador fuere de tal calidad que no se pueda cõueniblemēte diuidir, que en este caso mandamos que puedan dar los herederos del testador al dicho mejorado o mejorados el valor del dicho tercio y quinto en dineros.

G L O S S. I.

1. Melioratio an dicatur quintum quod extraneo relinquatur?
  2. Quintum extraneis legatum debet solui in ipsis rebus hereditarijs. Quota bonorum heredi extraneo prælegata, an debeat solui in pecunia, an in ipsis rebus hereditarijs?
- T 4 ibidem

ibidem & numero sequenti.

Correctio legum extenditur ad casus equiparatos, per l. antiquam, ibidem.

3 Legibus regijs iudicandum est in hoc regno, & non legibus Imperatorum, nisi quatenus non contradicunt & ratione fundantur.

Legitima est quota bonorum, & debet solui in rebus hereditarijs, ibidem.

- 2 O quando mejorarare en el quinto a otra persona alguna. Notat ex lege ista Telli Fernā. in l. 20. Tauri unde hæc sumpta fuit, nu. 4. quod melioratio dicitur, quod ex quinto relinquitur etiam extraneo, idē probat latus in l. 21. Tau. nu. 5. & 6. Sed contrarium tenet ipse in d. l. 20. num. 1. in fine, vbi hæc subiicit verba, & licet in text. nostro appellet meliorationem quintū, quod extraneo legatur, intelligitur esse donationem absque comparatione, & legatum absque nomine prælegati, & hæc est vera sententia & sine dubio. [ Dicit lex nostra, quod filij hæredes patris tenentur reddere quintum extraneo legatum in rebus hereditarijs, & nō in pecunia. Quæritur quid si duo extranei deficiētibus liberis & descendentes sunt instituti, & alicui eorū fuit prælegata quinta vel quarta bonorum pars, an ei possit solui in pecunia, vel an eam partem præcisse habere debeat in corporibus hereditarijs? & Anto. Gomez tomo. 1. variarum resolutionum cap. 12. de legatis numero. 21. versi. sed pulchrum & subtile dubium mouet hanc quæstionem, & concludit hæredem non liberari præstando valorem dictæ quotę in pecunia, sed teneri eam in corporibus hereditarijs præstare, etiam si iure communi cōtrarium esset statutum, imo quod liberaretur præstando interesse eius partis in pecunia, vt in l. non amplius. §. si. cum l. seq. ff. de lega. 1. mouetur Gomezius quia per l. antiquā erant hi casus equiparati, vel quod quinta pars prælegaretur, vel sexta, aut quarta vel tertia, vel alia quæuis quota, vt in d. l. non amplius §. si. disponitur. Cū igitur in nostra lege statuatur, quod hæredes etiam si sint filij teneantur præstare quintam partem extraneo legatam in ipsis rebus hereditarijs, & quod non fit in electione hæredum eam præstare in pecunia, prout iure communi antiquo statutum erat, vt in d. l. non amplius §. si. & l. sequen. ff. de legatis. 1. nimirum si in alijs casibus huic æquiparatis idem censetur dispositū & d. l. non amplius correctæ censetur, ex doctrina glo. communiter receptæ in l. si quis seruo alieno gloss. vltim. C. de furt. & in auth. & non obseruato. C. de testamen. & in l. quod vero. ff. de legi. & tum potissimum cum sit maior ratio corrigendi hac in specie, cū instituti sunt extranei, quā in specie legis nostræ, vbi filij sunt hæredes scripti, quibus iustus esset fauendum quā extranei. [ Sed nihilominus contrarium voluit Telli. Fernan. in d. l. 20. Tauri nu. 6. imo quod lex nostra, quæ tantum in filijs & descendentes hoc disposuit, non extendatur ad alios casus in ea non contentos, nō enim licita est extensio in correctorijs etiā ex identitate rationis. l. si vero. §. de viro & ibi doct. ff. solu. matr. Mihi autem magis placet opinio Gomezij, quā hæc vltima Telli Fernandez ex rationibus per Gomezium traditis quibus non respondet Telli,

& quia lex illa iuris communis nō est approbata nec confirmata per leges nostras, quibus in his regnis iudicandum est, nō per leges Imperatorū, vt in pragma. 1. huius libri & in l. 3. tit. 1. de legibus supra lib. 2. nisi quatenus ratione fundantur, & non sunt cōtrariæ nostris legibus, vel rationibus earum, vt in alia specie asseruit Greg. Lupi in l. 3. tit. 9. de legatis parti. 6. in verbo substituto ante mediū. At, d. l. nō amplius. §. cum bonorum & l. seq. contradicit legi nostræ vel eius rationi, item est cōtra iuris communis regulas, vt ibi dicit Petr. de Bellaper. in qualibet enim re debet legatarius habere partem legatam, si commodam recipiunt diuisionem. §. sed quia versi. post quod senatusconsultum insti. de fideicom. hære. & quia legitima est quota bonorum, & nihilominus filius eam habere debet in bonis hereditarijs. l. scimus. §. repletionē. C. de inofficio. testam. & ibi doct. & in d. l. non amplius. §. si.

G L O S S. I I.

Melioratio debet filio præstari in re per patrem designata.

b Que el testador ouiere señalado. Melioratio debet filio præstari in re per patrem designata, vt in l. præcedenti & ibi dixi in gloss. 1. & hinc expressius dicitur, sed an hoc casu possit solui æstimatio, dicam in gloss. seq.

G L O S S. I I I.

- 1 Legatum quotæ bonorum potest iure communi hæres præstare in pecunia, iure tamen regio in ipsismet bonis, & non in pecunia.
- 2 Meliorationem tertie & quinte partis factam filio potest cohæres præstare in vna vel pluribus rebus hereditarijs ipso meliorato consentiente, vel ijs dissentibus, secundum quod iudex æstimauerit.
- 3 Melioratio tertie vel quinte partis inter viuos facta, an debeat in eisdem bonis aut in pecunia solui, iure communi aut regio?
- 4 Fructus legati debentur à tempore translati domini in legatarium verè, non fictè.
- 5 Fructus meliorationis vel donationis certæ rei, vel tertij & quinti signati in re certa à quo tempore debeantur? & num. 6.
- Distinguitur si tradita fuit possessio vel non, ibidem.
- 7 Fructus meliorationis tertij & quinti absque vlla rei designatione à quo tempore debeantur tradita possessione iuris vniuersalis verè vel fictè?
- 8 Fructus meliorationis nulla facta traditione, nec rei designatione à tempore mora debentur, iuxta communem sententiam.
- 9 Lex non amplius. §. cum bonorum, & l. sequen. ff. de legatis. 1. & l. nostra explicatur & num. præcedentibus.
- Dominium quotæ legata à quo tempore trāseat? ibid. O quando

- c O quando no la señalo en la parte de la hacienda que el testador dexare. Lex nostra corrigit ius commune quatenus statutum erat, quod vbiunque pars bonorum legatur, licet ea pars bonorum legata esset in obligatione, hæredi tamen succurritur, vt partem bonorum vel eorum æstimationem præstet. Itaque licet vnum tantum esset in obligatione, vtrunq; tamen erat in solutione vt in l. non amplius. §. cum bonorum & ibi docto. omnes. ff. de lega. 1. Ex hac verò lege præcisse hæres compellitur dare eam quotam in corporibus bonorum & non in æstimatione; Quod procedit non solum in melioratione tertij facta filio, sed & in legato quinti facti extraneo. [ Poterit tamen hæres si velit vnam vel plures res æquivalentes tertio & quinto ex consensu meliorati, vel eo dissentiente ex iudicis autoritate dare; & melioratus tenebitur recipere, vt in l. potest. ff. de lega. 2. cuius verba sunt, Potest autem hæres vel in paucioribus vel in vna re relictam partem legatario dare, inquam vel legatarius consenserit, vel iudex æstimauerit, Addit glo. in verbo æstimauerit, secundum quod vtrique expedierit; citat in argu. l. 1. & 2. ff. de solutio & l. postliminium. §. transfuge. ff. de capti. & ita intelligit tex. nostrum Telli. Fernand. in d. l. 20. Tauri numero. 3. versi. Bar. ex figura casus. Mouetur ex doctrina Bar. Iaso. & Lancelot. in d. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. 1. dicentium legem, potest, eiusdem tituli, esse referendam ad primū casum. d. §. cum bonorum. [ Quærit etiam Telli. Fernandez in d. l. 20. Tauri numero. 5. an dispositio legis non amplius. §. cum bonorum iuncta l. seq. ff. de lega. 1. & legis nostrę procedat in donatione inter viuos vel in alio contractu, an scilicet, donata vel vendita tertia parte bonorum vel quinta, debeat fieri solutio secundum distinctionem. d. §. an verò præcisse teneatur reddere res, nec liberetur soluendo æstimationem, & Iaso. in d. §. bonorum numero. 8. tenet quod tex. ille non procedit in contractu inter viuos, sed id demum seruabitur, quod dispositum fuerit, nec aliud pro alio solui poterit, ex doctrina Bal. in l. nulla. C. de iure dot. numero. 4. versi. modò insurgit, vbi mulier dimidiam bonorum partem dare promittens in dotem, eam præcisse dare tenetur, nec liberatur soluendo æstimationem; Quorum sententia vera est, licet contraria placuerit Telli Fernandez in d. l. 20. Tauri numero. 5. ex regula generali, quod valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. quę de legato. ff. de lega. 1. immemor alterius regulę etiam generalis, quod in contractibus aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. 2. ff. si cer. peta. & quod decisio illa est exorbitans à regulis iuris, vt dixi in glo. 1. supra eod. in fi. atque ideo minime extendenda, & quia per legem istam deciditur contrarium, imo quod melioratio tertij & quinti debeat in rebus hereditarijs solui, nec liberentur cæteri filij soluendo æstimationem, quod non solum de melioratione in testamento intelligitur, sed de melioratione quę fit inter viuos, de quibus. l. nostra & præcedentes loquuntur. [ Dubium tamen est in huiusmodi melioratione tertij & quinti à quo tempore fructus debeantur, & quæstionem istam ita inuoluit Telli. Fernan. in d. l. 20. Tauri numero. 7. in fi. & nu-

mero. 8. & pluribus sequentibus vt ferè quid sentiat non intelligas, adeo obscure & prolixè procedit, eam tamen sequentibus conclusionibus resoluendam esse censo. Sit prima conclusio generalis, translato verè dominio in legatariū vel donatariū, cui donata vel legata fuit tertia, vel quinta bonorum pars, ab eo tempore debentur fructus. l. herennius. ff. de vfur. secus si fictè translatum fuerit; quia dominium fictum nō habet efficaciam ad dominij trāslationem, vt in l. 1. §. liberatibus. C. de cadu. toll. quod in specie asserunt Greg. Lupi in l. 34. tit. 9. par. 6. & Marcus Salon Burgen. in l. 3. Tauri numero. 945. in fi. dixi latius in l. 1. glo. 14. numero. 29. tit. 1. de testamē. supra hoc libro, sentit Telli. Fernan. in l. 20. Tauri numero. 8. & 19. [ Secunda conclusio specialior, donatione vel melioratione certę rei filio facta à patre in testamento vel contractu inter viuos, si traditio vera vel ficta eius rei interueniat; fructus ab eo tempore debentur. Quandoquidē ab eo tempore fuit dominium trāslatum in filium melioratum, & consequenter facta fuit donatio irrevocabilis. Idē est, si ex causa onerosa donatio inter viuos facta fuerit tertiam tangens personam, iuxta decisionem text. in l. 1. vbi latè excusimus supra cod. Nimirum ergo si ab eo tempore fructus cedant lucro donatarij, cum ab eodem tempore dominus esse inceperit. Hoc etenim argumento & ratione vtitur glo. in l. non amplius. §. cū bonorum. ff. de lega. 1. Ang. etiam in l. si quis bonorū in principio & Alexan. ad fi. Iaso. quoque numero. 4. eodem. titulo, & Telli. Fernandez in l. 20. Tauri numero. 12. cum concord. numero præcedenti traditis, & in legato hoc nuncupatum asserunt procedere iure communi Bal. in l. vlti. C. de vfur. & fruct. lega. Alexan. in l. si tibi homo. §. cum seruus numero. 7. ff. de lega. 1. Greg. Lupi in l. 37. in verbo fructos in principio ti. 9. par. 6. dixi in l. 1. glo. 14. numero. 23. in fine titu. 4. de testamentis supra hoc libro. Vbi autem traditio nulla interuenit, nec ex causa onerosa donatio facta fuit, fructus debentur à tempore mortis quemadmodum & in alijs legatis iure nostro regio resoluimus supra hoc eodem libro. tit. 4. de testamentis. l. 1. gloss. 14. numero 30. & non post moram, prout inaduerter asseruit Telli. Fernā. in d. l. 20. Tauri. nu. 10. [ Tertia conclusio melioratione tertie & quintę partis bonorum patris filio facta in testamento vel inter viuos, si in aliqua re particulari designata fuerit, traditaque possessio verè vel fictè, fructus debentur à tempore traditionis, idem si ex causa onerosa cū tertio facta fuerit donatio inter viuos: quia ab eo tempore dominium quæ fuit, vbi autem traditio nulla interuenit, cū reuocari possit per patrem, vt in l. 1. supra eod. fructus debentur à tempore mortis iuxta ius nostrum regium, prout in legatis particularibus dixi supra hoc eodem libro tit. 4. de testamentis. l. 1. gloss. 14. numer. 30. Nec verum est quod Telli. Fernand. Dixit in d. l. 20. Tauri numero. 11. fructus hac in specie deberi à die morę; quę constant ex his, quę diximus numero præcedenti. [ Quarta conclusio melioratione tertie & quintę partis bonorum patris filio facta ex testamento vel inter viuos, absque vlla rei designatione, si traditio vera vel ficta interuenierit, ita quod dominium vel possessio ipsius iuris vniuersalis transferat in filium, iux-

ta notata supra eod. l. i. glo. 4. num. 5. & sequentibus, debentur filio fructus à tempore traditionis verè vel fictæ: idem in donatione inter viuos ex causa onerosa cum tertio facta, quia dominium ipsius iuris trāslatum fuit in donatarium, vt ibi probauit, vel bonorum omnium pro indiuisio, vt censet Telli. Fernandez in d. l. l. 20. Tauri numero. 16. licet in l. 17. tenuerit oppositum, atque ideo fructus ab eo tempore debentur ipsi filio, rationibus de quibus supra num. præcedentibus.

8 [ Verùm si traditio facta non fuit verè vel fictè, fructus debebatur à tempore mortis per heredem commissæ in non tradendo quotam vt in. l. si quis bonorum & ibi docto. notant. ff. de lega. 1. eo quòd dominium in eum non fuerit trāslatum, morte enim donatio confirmatur, & vsque ad eam est reuocabilis vt in. l. i. supra eo. & tempus mortis attenditur ad faciendam computationem tertij & quinti, vt in l. 3. supra eo. ita docent docto. communiter in d. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. 2. maximè Bal. Ange. Paul. Alexan. Areti. & Iaso. & in l. si quis bonorum eod. ti. idem voluit Anto. Gomez hanc dicens communem in tomo 1. variarum resolutio. cap. 12. de legatis numero. 21. Telli Fernandez in l. 20. Tauri numero. 8. respòdetque post Arct. ad d. §. cum bonorum & l. potest, sequentè. quòd verbum vendicatio stat ibi improprie, & quòd tex. ille procedit post tempus mortis, atque ita intelligenda sunt, quæ dixi supra hoc eodem lib. ti. 4. de testamentis. l. 1. glo. 14. numer. 33. in fine: idem sentire videtur Telli. Fernan. in d. l. 20. Tauri numero. 15. [ Sed huic sententiæ obstare videtur lex nostra, quæ corrigi. d. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. 1. quatenus electio per eam legem còpetebat hæredi soluendi æstimationem legati quotæ bonorū, nā lex nostra substatit hæredi hanc electionem, & præcise astringit præstare meliorationem in rebus hæreditarijs, & nõ earū æstimationem. Quare videtur à tempore mortis trāsire dominium, sicut in ceteris legatis, vt in. 2. & 3. cõclusione dixim⁹. Huic tamè obiectioni respòdeo, hac in specie nõ trāsire rerū dominium post mortem propter incertitudinem, iuxta cõmunem sententiam doctorum, vt probauit in d. l. i. glo. 14. numero. 33. & seq. tit. 4. de testam. supra hoc libro. nec iuris ipsius meliorationis, quia nulla traditio interuenit, quare nimirum si fructus debeantur à tempore mortis & non antea, vt ibi dixi in regenerica, & hæc iudicio meo vera sunt, quidquid confusse inuoluat Telli. Fernan. in d. l. 20. Tauri à nu. 7. vsque in finem, cuius sensum vix percipies, licet attendente legeris.

d *Que no se pueda conuenientemente diuidir.* Nota ex lege ista, quòd vbi bona testatoris non recipiunt commodam diuisionem, potest hæres soluere æstimationem meliorationis tertij & quinti filio meliorato in pecunia. Cuius ratio est, quia dominus hac in specie non est effectus filius, vt probauit supra in gloss. præcedenti numero. 8. & 9. nam si dominium esset ei quæsitum, non posset vtique hæres æstimationem soluere, nisi eo modo vt infra dicam. [ Quò fit, vt si donatio fuit facta filio alicuius rei particularis, vel melioratio tertij & quinti assignata in aliqua re particulari, cuius tradita fuit possessio verè vel fictè, & sic ei fuerit quæsitum dominium, non possit alter filius hæres meliorationis æstimationem soluere in pecunia. Imo si ea res excedit meliorationem & legitimam, & non recipit commodam diuisionem poterit offerre æstimationem dominus maioris partis ei, cui minor pars competit iuxta doctrinam Bar. in l. sancimus. §. ne autem. C. de donatio. Gomez Arias in l. 20. Tauri numero. 6. & ibi Telli. Fernan. numer. 14. ad finem. [ Vbi autem melioratio tertij & quintæ partis bonorum filio facta fuit, nulla facta assignatione in re particulari, sed tradita fuit possessio vere vel fictè, seu quasipossessio iuris vniuersalis, ex qua dominium iuris fuerit in filium trāslatum iuxta ea, quæ diximus supra eo. l. i. glo. 4. numero. 5. & seq. tunc dominus maioris partis bonorum poterit minorem partem habenti offerre æstimationem, vt dixi num. præcedenti. Quod intellige per licitationem iudicis autoritate iuxta doctrinam Bal. in l. sancimus numero. 9. C. de donatio. & notata in l. ad officium. C. cõmun. diuid. & §. vlti. in l. i. de offi. iudi. l. i. ti. 15. par. 6. Anto. Gomez in l. 20. Tauri in fi.

G L O S S. V.

*Legatum quando solui possit in pecunia?  
Aliud pro alio solui non potest. Fallit in pluribus casibus, remissive.*

e *En dineros.* Adde. l. si domus. §. in pecunia vsque ad. §. vlti. ff. de lega. 1. vbi ex iusta causa permittitur heredi legatum soluere in pecunia, & sic aliud pro alio soluitur cõtra. l. 2. ff. si cert. pet. Quod limita, vt per doct. ibi & per Did. Castelli in l. 20. Tauri glo. vlti.

L E Y. V.

¶ *Quel mejorado pueda repudiar la herencia y acceptar la mejora, pagadas primero las deudas.*

*Ley. 21. de Toro.*

¶ Mandamos que el hijo o otro qualquier descendiente legitimo mejorado en tercio o quinto de los bienes de su padre, o madre, o abuelos, que puedan si quisieren repudiar la heren-

herencia, de su padre o madre o abuelos, y acceptar la dicha mejora, con tanto que sea pagadas primero las deudas del defuncto, y sacadas por rata de la dicha mejora, las que al tiempo de la partiça pareciere, y por las otras que despues pareciere seàn obligados los tales mejorados a las pagar por rata de la dicha mejora, como si fuesen herederos en la dicha mejora de tercio y quinto. Lo qual mandamos que se entienda, ora la dicha mejora sea en cosa cierta o incierta parte de sus bienes.

G L O S S. I.

- 1 *Melioratus filius potest repudiare hereditatem & agnoscere prælegatum. Melioratio est quid diuersum ab hereditate, ibidem.*
- 2 *Emphyteusis an possit retineri repudiata hereditate?*
- 3 *Feudum an possit retineri à filio repudiata hereditate?*
- 4 *Commenda Indorum an possit retineri à filio repudiata hereditate. Commendatarius Indorum an teneatur soluere debita prædecessoris, ibidem.*

2 *Repudiar la herencia.* Nota ex lege ista, quòd filius melioratus potest repudiare hereditatem & agnoscere prælegatum vel meliorationem, quam consequetur à cohærede. Ceterum si hereditatem adierit, partem habebit ex sua persona iure hæreditario, & partem à cohærede iure prælegati. Idem iure communi disponit tex. in l. qui filijabus. §. si. cum. l. seq. ff. de lega. 1. vbi id notant omnes interpretes. l. plane. §. si duobus eod. tit. l. Titia. §. Lutius & l. miles. §. si. ff. de lega. 2. l. 1. ti. 9. par. 6. melioratio siquidem est quid distinctum ab hereditate, vt censuit Telli. Fernan. in d. l. 21. Tauri numero. 1. & in l. 18. Tauri in fine, quia repudiata hereditate potest retinere meliorationem, quam etiam consequi potest, licet non sit hæres habitu nec actu. l. 2. supra eo. & in l. nostra. [ Sic etiã repudiata hereditate potest filius retinere emphyteusim pro se & filijs vel descendentibus acceptã, licet secus sit, si emphyteusis pro se & hæredibus accipiatur, ita asserit Bar. in l. vt iurifurandi. §. si liberi numero. 4. ff. de eper. liberto. cuius doctrina ab omnibus recipitur teste A. Pinelo in l. i. C. de bon. mater. 3. par. numero. 85. d. D. Couarr. libr. 2. resolutio. cap. 18. numero. 4. vers. septimo. [ In feudo autem maxima est inter doctores controuersia circa intellectum tex. in cap. 1. an agnat. vel filij in vsibus feudorum. Sed tandè eandè distinctionem esse seruandã quæ in emphyteusi, nec vllam fieri debere differentiam inter filios & agnatos est receptior opinio, contra quã

plures contrarium tenent, quos fuisse refert Pinelus in d. l. i. C. de bon. mater. 3. par. numero. 85. [ Ex quo in commendis Indorum huius regni, cum potius dicantur ex pacto & prouidentia seu ex familia, quàm hæreditariæ, videmus necessarium non esse, esse patris seu prædecessoris hæredes, cum etiam ad vxores pertineat filijs deficientibus, atque ideo ad debita prædecessoris soluenda non esse obnoxias, vt colliges ex Tiraque llo in tracta. primigeniorum. q. 35. numer. 11. & seq. & dicam infra tit. proximo. l. 6. glo. 3.

G L O S S. II.

- 1 *Melioratio filio facta. 3. & 5. quomodo in diuisione hereditatis sit deducenda?*
- 2 *Quota bonorum in quo differat à quota hereditatis?*
- 3 *Melioratus an possit conueniri à creditoribus hereditarijs. vt es alieni soluat pro rata, et quid sit statuendum iure communi & regio? ibi. Lex nostra non est correctoria iuris communis, ibidem.*

b *Pagadas primero las deudas.* Nota quòd es alienum apprensens tempore diuisionis deducendum est ex hereditatis cumulo, & demũ debitis ante omnia deductis ex bonis que supererunt, deducenda est quinta & deinde tertia, vt dicit lex nostra, cetera autem bona inter filios equaliter diuidentur, ita se habet communis præctica huius regni in diuisionibus hereditatum, vt nostrates omnes resoluunt. [ In quo ergo differt quota bonorum à quota hereditatis? Et certè si ad ius commune Imperatorum respicias, hæc est differentia. Nam is, cui relinquitur quota hereditatis reputatur hæres, & in eũ transeunt iura & actiones actiue & passiuæ, pro parte. Melioratus verò vel is, cui relinquitur quota bonorum, licet actiones actiue in eum trāsleat, non tamen passiuæ: atque ideo non poterit à creditoribus hereditarijs conueniri, sed hæres est cõueniendus, etiã si aliqua debita post factam diuisionem apparuerint, licet ipse à meliorato quod sic soluerit exigere poterit pro parte suæ meliorationis, vt in l. si quis seruum §. si & l. seq. vbi docto. ff. de lega. 1. Anto. Gomez in l. 20. Tauri numero. 2. & d. D. Couarr. libr. 2. resolutio. numero. 2. colum. 2. in fi. [ Iure autem regio per legem nostram idem statuitur, nec est correctoria iuris communis prout dicebat Cifonta. in l. 21. Tauri numero. 2. & Moli. melius explicans li. 1. de Hispa. primog. c. 10. numer. 14. nisi in hoc tantummodo quod dicã in gloss. sequen.

G L O S S. III.

*Melioratus in 3. & 5. parte bonorum patris potest conueniri à creditoribus hereditarijs post diuisionem apparentibus pro rata meliorationis?*

*Alas*

G L O S S. IIII.

- 1 *Meliorationis æstimationem potest hæres soluere quoties bona non recipiunt commodam diuisionem.*
- 2 *Meliorationis æstimatio in pecunia quando solui possit?*
- 3 *Æstimationem soluere potest dominus maioris partis habenti minorem, modo fiat per licitationem & nu. præced. coram iudice.*



**Alapagar por rata.** Nota quod es alienum apparens post factam diuisionem debet solui ab ipso meliorato pro rata quotę in qua fuit melioratus, & in hoc ius cōmune immutatur, non enim poterant creditores melioratum conuenire, sed hæredem, & hæres illud exigere poterat à meliorato, vt dixi in glossa præcedenti numero. 2. in fi. per tex. in. l. si quis seruum. §. vlti. & l. seq. ff. de lega. 1. d. D. Couarr. lib. 2. resolutio. cap. 2. numero. 2. prope finem. Iure autem nostro conueniri potest ipse melioratus, vt ibi explicat Couarr. & Greg. Lupi in. l. 2. glo. magna tit. 9. de legatis par. 6. atque idem sentiunt docto. omnes in. d. l. 21. Tauri præter Moli. d. l. i. cap. 10. numero. 14. in medio.

G L O S S. III.

- 1 Melioratus non est proprie hæres, sed habetur loco hæredis.  
Aliud est esse talem, aliud haberi pro tali, ibidem.
- 2 Melioratio est prælegatum non institutio hæredis.
- 3 Melioratio an sit legitima vel pars legitima?
- d Como si furs in herederos en la dicha mejora. Nota ex lege ista melioratum non dici posse hæredem quoad ipsam meliorationem, sed prælegatum, aliud enim est esse talem, aliud haberi pro tali. l. mercis. ff. de verborum significatio. l. si maritus. §. i. ff. ad. l. Iuliam de adulterijs & ibi notat Bar. l. quoties. C. de here. insti. & ibi notat Iaso. & præterea quod est simile, non est idem. l. quod nerua. ff. de posi. ita notat Ioan. Lupi ex hac lege in. l. 21. Tauri numero. 23. Et seq. & Dida. Castell. in verbo como si fuessen. [ Est enim melioratio prælegatum non institutio arg. tex. in. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. 1. l. quoties. C. fami. herciscun. Montaluis & Rod. Xuares in. l. 9. ti. 5. de legatis lib. 3. fori. q. 7. & Did. Segura in rep. l. 3. §. vlti. ff. de lib. & posthu. numero. 100. d. D. Couarr. lib. 2. reso. cap. 2. numero. 2. verfi. ego verò præmittendum. [ Ex quo infert Did. Castell. vbi supra meliorationem nõ esse legitimam nec partem legitime, sed veriorem puto opinionem contrariam vt probaui supra eod. l. 2. gloss. 3. numero. 2. quod probat tex. quia dicit melioratum haberi loco hæredis, dicam infra eod. l. 7. glo. 2. numero. 3. & 4. & l. i. glo. i.

G L O S S. V.

- 1 Melioratio filio si fiat rei certa, es alienum an sit ab ea extrahendum pro rata,
- 2 Donatarius quota bonorum vel rei certa an teneatur ad debita donatoris?
- 3 Melioratio tertia & quinta partis bonorum an sit obnoxia debitis meliorantis.
- 4 Donatio quota bonorum an sit libera ab onere creditorum?

**Cosa cierta o incierta parte de sus bienes.** Nota ex lege ista quod ex melioratione facta filio tertie & quintę partis bonorum patris etiam si rei certę facta sit melioratio, detrahendum est es alienū ab eadem melioratione pro rata, in quo est singularis & notanda, vt No-

strates asseuerant, nam in melioratione. 3. vel. 5. partis satis ratio suadet, quod melioratus pro rata teneatur ad debita, cum bona dicantur deducto ære alieno, vt in. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. signif. l. mulier bona. ff. de iure doti. Ceterum si melioratio sit rei certę non videtur, militare hanc rationem, sed potius ceterum legatum rei particularis, qua in specie legatarius non tenetur ad debita. l. 1. C. si cert. pcta. [ Sic & in donationibus donatarius non obligatur creditoribus hereditarijs, sed hæres donatoris. l. çris. & l. si pater. C. de dona. & l. 2. C. de reuocan. his quę in frau. credi. alie. sunt. Quod procedere contēdit Deci. conf. 237. nõ solum in donatione rei particularis, sed etiam in donatione quotę bonorum, vt sit libera ab onere debitorum. [ Sed nihilominus & communis est resolutio, quod melioratio inter viuos, vel in testamento facta tertie & quintę partis bonorum, siue certę cuiusque rei, sit obnoxia debitis hereditarijs, debent enim de cumulo bonorum ante omnia deduci debita, & si quę facta diuisione apparuerint debent ab ipso meliorato solui pro rata eius partis, in qua fuit melioratus, ne aliã fiat legitima filiorum præiudicium, vt in hac lege continetur, tunc autem melioratio rei certę non erit obnoxia debitis hereditarijs, quoties non excedit tertium & quintum deducto ære alieno, si facta fuit filio, vel quintum si facta fuit extraneo, tunc etenim hæredes tenebuntur ad debita, non melioratus vel donatarius, quia legitima nullum fit præiudicium. Si verò donatio seu melioratio rei certę deducto prius ære alieno tertium & quintum excedit, vel id quod poterat iure prælegari, ipsius prælegati vel meliorationis diminutio fiet, & pro ea parte quę diminutione tollitur ab hærede conuenatur legatarius, hæres autem à creditoribus, qui nullam iure veteri actionem habebant aduersus legatarium, vt supra diximus glo. 2. nu. 2. Iure autem regio, conueniri potest filius melioratus ab ipsis creditoribus, licet in extraneis seruetur ius cōmune, vt optime explicat dom. D. Couar. li. 2. resolutio. cap. 2. ad finem & Greg. Lupi in. l. 2. in glo. magna tit. 9. de legatis par. 6. & Telli. Fernan. in. l. 21. Tauri num. 3. & 4. Qui tamen carpit Greg. Lupi contrarium tenentem, qui fallitur profecto, idem etenim resoluit Moli. tamen li. 1. de Hispa. primoge. cap. 10. numero. 14. contrarium voluit. [ Quod autem ex Decio diximus nu. 2. quod donatio quotę bonorum sit libera ab onere creditorum, sed potius ad hæredem spectet, est equidem falsum & contra tex. in. l. si quis seruum. §. vlti. ff. de legat. 2. & contra glo. ibi communiter receptam, quę et si in legato loquatur, idem est dicendum in donatione: quia legatum est donatio. l. 1. tit. 9. de legatis par. 6. & quia militat eadem ratio, vt recte aduertit Gre. Lupi in. d. l. 2. glo. magna ad fi. tit. 9. de legatis par. 6. & Telli. Fernandez in. d. l. 21. Tauri num. 4.

L E Y. VI.

¶ Que prometiendo los padres por contracto de no mejorar, o de mejorar, sean obligados a lo cumplir.

¶ Ley. 22. de Toro.

¶ Si

¶ Si el padre o la madre, o alguno de los ascendientes prometio por contracto entre viuos de no mejorar a alguno de sus hijos o descendientes, y pafso sobre ello escriptura publica, b en tal caso no pueda hazer la dicha mejora de tercio ni de quinto. Y si la hiziere que no valga. c Y asi mesmo mādamos que si prometio el padre o la madre, o alguno de los ascendientes, de mejorar alguno d de sus hijos o descēdiētes en el el dicho tercio y quinto, por via de casamiento, e o por otra causa onerosa alguna, f que en tal caso sean obligados a lo cumplir y hazer. Y si no lo hizierē que pasados los dias de su vida, la dicha mejora, y mejoras del tercio y quinto sean auidas por hechas. g

G L O S S. I.

- 1 Promissio de non meliorando coram tabellione facta valet iure regio?
- 2 Lex pactum quod dotali. C. de pactis explicatur. Pactum de non meliorando iure communi an valeat? ibid. Pactum de non meliorando an statuto vel consuetudine permitti possit? ibidem.
- 3 Promissio de non meliorando in fauorem vnus ex filijs an liget patrem quoad alios?
- 4 Meliorari an possunt nepotes si pater promissit non meliorare filios? Filiorum appellatione quando nepotes contineantur, ibidem.
- 5 Renunciatio filij pacti de non meliorando alios an noceat vxori?
- 6 Promissio de non meliorando alios filios an possit fieri filia ex causa dotis vel matrimony. Lex noua corrigens in vno casu ex equiparatis ab antiqua extenditur ad alium, nisi sit diuersa ratio, ibidem.
- 7 Legis Madricie. 1. tit. 2. de dotibus & arrhis supra hoc eodem libro explanatio. Legis dispositio cessat vbi deficiunt verba & mēs ibidem.

¶ Prometio per contracto entre viuos de no mejorar. Nota ex lege ista, quod si parentes vel alij ascendentes promiserunt per contractum inter viuos, de quo fuit facta scriptura publica, non meliorare aliquem ex fi-

lijs vel descendentibus, valet promissio, & non poterit eos meliorare. [ Opponitur tamē de. l. pactum quod dotali. C. de pact. vbi pactum de non meliorando aliquem ex filijs, sed quod succedant omnes æqualiter, non valet, vt pote contra bonos mores & libertatem testandi, & ibi Bal. Salice. & Recentiores notant cum concordantijs à Tiraquello congestis & pluribus rationibus ab eo traditis in lib. primigeniorū quęstio. 6. numero. 17. & pluribus seq. vbi fuisse discutit. Anto. Gomez in. l. 22. Tauri numero. 19. verfi. aduertendum & ceteri interpretes. Cui oppositioni responderi non potest, nisi quod lex nostra illam corrigat, vt omnes fatentur. Corrigitur etiam opinio Decij conf. 184. vbi respondit pactum de non auantagiando, prout ipse loquitur, & sic de non meliorando cum filia factum esse nullius momenti, quia sub illo pacto negatiuo continetur aliud affirmatiuum, nempe, vt omnes filij equa liter succedant, vt idem Deci. notat in. d. l. pactū quod dotali numero. 7. Boeri. in consue. Bituricen. in titulo des costumes concernes les mariages & douair. res. §. 5. verfi. sed quęro de quęstione, quod aduertit Telli. Fernandez in. l. 22. Tauri numero. 1. & Ioann. Lupi nam. 15. & Did. Castell. in glo. 1. Anto. Gomez numero. 19. in fi. & 20. & sequentibus vbi plures reddit decidentia rationes ad. l. nostram, & quod statuto vel consuetudine hoc induci possit notat Bal. in. l. cum archimedoram. C. vt in poti legato. Alexand. in cap. filij nati si de feudo fac. cōtrouer. de quo late agit Guill. Bene. in rep. cap. Raynuius in verbo duas habens filias nu. 197. & numero. 200. cum seq. de testam. Gaspar. Baeza in libro de non meliorand. dotis ratio. filia. cap. it. 22. in fi. Boeri. in consue. Bituricen. de consuetud. matrimo. §. 5. col. pen. [ Intellige tamen legem istam procedere quoties pater in fauorem omnium filiorum, hanc fecit promissionem non meliorandi, tenetur enim eam omni casu seruare. Vbi verò promissio facta fuit in fauorem vnus, qui forte matrimonium cōtraxit, vel ex alia causa ei hoc promissit, ipso pactum renūttente tacite vel expresse, poterit pater alterum ex reliquis filijs meliorare, & ceteros filios cum quibus pactum factum nõ est præiudicare, vnus vel plures ex eis meliorando. Quoniam pacta inter pacificentes sunt seruanda. l. 1. §. 1. ff. de pact. nec ad alias extenduntur personas. l. epistola. §. pactum & ibi Bart. ff. de pact. & l. ex cōuentione. C. eo. cum alijs per Ioan. Lupi citatis qui hanc obseruat limitationem in. l. 22. Tauri numero. 11. & ibi Anto. Gomez, late eam examinans numer. 24. & Telli. Fernan. sensu ibid. nu. 11. [ Sed an possit pater meliorare aliquem ex nepotibus promissione ab eo facta de non meliorando filios? Et Nostrates communiter cōcludūt, non posse nepotes meliorare, quia est eadem ratio in nepotibus quę in filijs, & tunc appellatione filij nepotes cōtinentur etiã in materia officiosa. l. filij appellatione. ff. de verbo. signif. l. senatus. ff. de ritu nupti. hoc tenet nuncupatim Cifont. in. l. 22. Tauri numero. 2. & Anto. Gomez numero. 27. Dida. Perez ad securam in rep. l. 3. §. fi. numero. 51. ff. de lib. & post. vbi bene fundat. Quorum sententia vera est, licet Ioã. Lupi dubitet numero. 2. & Dida. Castell. in verbo o descendentes, & Telli. Fernan. num. 7. 8. 9. & 10. hanc sententiam subdubie tamen restringāt & limitent, nisi pa-

si pa

si pactū de non meliorando fuerit purū & absolutum & sine aliqua causa ad filios relatū, tunc enim censent posse meliorari nepotes. Quia in huiusmodi prohibitionibus nūquam sub nomine filij continetur nepos, nisi nominatim esset expressus verbo vel ratione, vt in simili declarat tex. in auth. de resti. fideicom. §. manifestum, Bal. in l. voluntas num. 13. C. de fideico. doct. com. in l. filius §. diui. ff. de lega. 1. Quæ ratio non obstat sententiæ nostræ, quoniam supponimus eandē rationem esse in nepote, quæ in filio. Nam licet testator rationem nullam expresserit, quare promissit filios non meliorare, nulla alia dari potest, nisi quia voluit, eos æqualiter succedere, quod non fieret si nepotes ex aliquo eorum melioraret: in effectu enim esset meliorare filios. Et quia tex. iste hoc expresse decidit, ibi, a alguno de sus hijos o descendientes, nō enim exigit necessario, quōd in pacto contingatur prohibitio meliorationis filiorum & nepotū, prout putabat Did. Castelli in verbo, o descendientes, sed fat esse vel prohibere filiorum meliorationem, vt nepotes vel alij descendentes prohibiti censeantur, vel prohibere meliorationem descendentium, quod colliges ex dictione alternatiua in hac lege posita, cum dicit o descendentes, cuius natura est, vt sufficiat alteram eius partem esse veram. l. si is qui ducenta. §. vtrum vbi Bart. latē. ff. de reb. dub. [ Et licet filius, in cuius gratiam facta fuit promissio de non meliorando alios, remittat pactum & promissionem, vel moriatur antequam parentes decedant, nullum ex hoc fiet præiudicium vxori filij renuntiantis: quippe cui fuit ius quæsitum, quod ab ea auferri nequit absque eius consensu argu. tex. in l. si post mortē. §. si. ff. de cōtra tab. vbi gl. notat. Bart. & ceteri interpretes, Anto. Gomez in l. 22. Tauri numero. 27. [ Quid si filij ob causam matrimonij cum certo homine contrahendi facta fuerit promissio de non meliorando alios filios, an valeat hæc promissio, an verò vitietur, & pater possit ea non obstante filios meliorare? Et videtur nō valere eo q̄ hīc parificatur promissio de meliorādo, & de nō meliorādo. Sed quoties duo casus equiparatur in lege antiqua, lex corrigē in altero eorū porrigitur ad alterū. l. si quis seruo. C. de fur. vbi gl. fi. & oēs doct. At lex Madricia, anni. 1334. transcripta in l. 1. tit. 2. de dotibus & arrhis supra hoc eodem libro facta fuit post legem nostram, quæ prohibet meliorationē filij ex causa dotis, vel ex causa matrimonij, ergo censetur prohibita promissio nō meliorādi aliquem ex filijs ex eadem matrimonij causa, cum hi casus per hanc legem parificentur. [ Hoc tamē non obstante contraria sententia verior est, imo quōd huiusmodi promissio de non meliorando alios filios, valeat ex causa matrimonij vel dotis in filij fauorem facta: ratio enim prohibitionis. d. l. 1. tit. 2. de dotibus supra hoc lib. non ex alia causa fuit, q̄ ne aliorū legitima melioratione ratione dotis vel matrimonij exhauriatur. Nostra autem in specie legitima aliorū filiorum non minuitur propter dotem sorori traditam, vt pote quæ solum portionem debitam accipit, nec aliorum portiones legitimas minuit. Cum ergo lex illa Madricia de non meliorandis filiabus loquatur, hæc non est melioratio, potius enim dicitur filia damnium

effugere, quā meliorationem capere. Cum ergo deficiant verba & ratio legis, nimirum si deficiat similiter eius dispositio. l. 4. §. quoties. ff. de dam. in secto, dixit in simili. q. licet de hac non meminerit, Gaspar Baeza in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 22. numero. 9. cum ergo nō sit eadem ratio, diluitur argumentum contrarium.

G L O S S. II.

- 1 Scriptura publica requiritur in pacto de non meliorando vt irreuocabile sit, secus in pacto seu promissione meliorandi,
- 2 Promissio meliorandi quare scripturam publicam nō exigat, promissio autem non meliorandi eam requirit?
- 3 Telli Fernandez rationes ad l. nostram reprobantur
- 4 Promissionis non meliorandi fortior est prohibitio, quā meliorandi.
- 5 Scriptura priuata an sufficiat in promissione non meliorandi?
- 6 Scriptura pro forma requisita si amittatur potest probari per testes.

b Y passo sobre ello scriptura publica. Nota ex lege ista promissionem de non meliorando ceteros filios in fauorem vnus factam ita demum valere, & esse irreuocabilem, si de ea fiat scriptura publica coram tabellione, quæ scriptura nō requiritur in promissione de meliorando: quod ex lege nostra expendit Dida. Castelli in l. 22. Tauri in verbo scriptura publica, & ibi Ioan. Lupi numero. 4. Anto. Gomez numero. 28. Telli Fernandez numero. 4. d. D. Couar. in relectione. cap. quamuis pactum in. 3. partis initio numero. 2. ad finem de pact. in 6. [ Querit etiam ibi Telli. Fernan. rationem differentie inter hos duos casus, quare magis in priore requiritur scriptura publica quam in secundo, cum maiori ratione id exigi deberet in secundo, in quo maiori damno afficiuntur filij, cum melioratio vnus discordiam pariat inter alios, pactum autem de non meliorando concordia potius præferat, cum æqualiter omnes succedant, & sic causa reducatur ad ius commune: refertque Verengarium in capit. 1. de filijs natis ex matrimonio. c. 6. præiudiciorum numero 12. 3. circumstantia, rationem huic discrimini assignantem, ideo exigi scripturam, vt facilius sit probatio. Quam ipse reprobat, eo quod nulla maior ratio in pacto negatiuo, quā in affirmatiuo considerari possit, quare facilitas probationis in negatiuo desideretur magis quā in affirmatiuo. Et tum maxime cum maiori obligatione pater sit strictus in promissione affirmatiua, quā in negatiua, quo circa maiori

iori obligatione probationis hoc pactum grauandum erat. [ Quare ipse reddit duas alias rationes satisfruolus. Primā, quia in pacto negatiuo fuit necessarius interuentus tertie personæ, hoc est tabellionis publici, qui a patre potuit stipulari, non autem dicit, quare in affirmatiuo hoc idem non exigatur. Nec est verum iure nostro regio hanc notarij stipulationem requiri iuxta. l. 2. tit. 16. de contractibus & obliga. infra hoc eodem libro, vbi dicam & tradit. d. D. Couar. lib. 1. v. a. re. resolu. cap. 14. & in relectio. cap. quamuis pactum in initio. 3. partis numero. 4. Secundam, quia auctoritas tabellionis reddit irreuocabilem donationem vt in l. 17. Tauri, quæ transcripta fuit supra eod. l. 1. sic & in promissione de non meliorando dicit exigi scripturam, vt fiat irreuocabilis. Hoc vltimum fateor, sed non reddo rationem differentie inter pactum affirmatiuum & negatiuum, sed solum dicit differentiam. Quod autem in initio, rationis dixerat, auctoritatem tabellionis reddere irreuocabilem donationem, præterquam quod extra quæstionem nostram est, facta est opinatio Telli, non enim sufficeret auctoritas tabellionis ad irreuocabilitatem donationis seu meliorationis, nisi instrumentū coram tabellione redderet donatario iuxta. l. 1. supra eod. vbi dixi. [ Quare aliam esse discriminis rationem existimo. Fortior enim fuit prohibitio pacti de non meliorando, quā meliorandi, vt in l. pactum quod dotali. C. de pact. & ibi notant doctores omnes vt dixi supra eod. glo. 1. numero. 2. & dicam in glo. 4. quare nimirum si in pactū negatiuum cautiosem formam requirat, quā affirmatiuum, quod minore causam prohibendi habeat, vt Anto. Gom. explicat in l. 22. Tauri numero. 28. in fi. Vel Dic. ideo in vitio casu non exigi scripturam, quia requiritur, vt valida sit promissio meliorandi, quod facta sit ex causa onerosa dotis vel matrimonij, vt dicam in glo. 4. in primo autem casu ideo requiritur scriptura, quia nulla exigitur causa onerosa. Quare equū visum fuit legislatori, huic suspectæ & iure communi prohibitiæ pacti robur addere publici instrumenti, vt ex hac causa iuste iuri gentium & communi derogari posset. [ Scriptura autem priuata minime sufficeret in specie legis nostre, cum lex nostra potius ad solemnitatem respexit quam ad probationem. Nam si ad probationem respiceret omnis scriptura dicitur publica, eadē iure, vel speciali consuetudine fides adhibetur ex sententia Specula. in tit. de instru. edi. §. nunc de endum, vers. & generaliter, qui ad stipulatur Soci. cons. 62. numero. 20. vers. uno fortius li. 1. Aimon Saullan. in tracta. de anti. qua. tempo. 1. par. numero. 245. vers. sed hīc quero de vna quæstione Telli. Fernan. in d. l. 22. Tauri numero. 6. qui tamē resoluit, ideo huic opinioni locum non esse in specie legis nostre, quia tunc demum procedit cum solemnitate consideratur probatio, non cum solemnitas. Quare retractus ab eo, quod semel consuluerat, fuit in specie nostra deceptus opinione Speculatoris. [ Fateor tamen in specie legis nostre si scriptura amittatur, posse per testes probari promissionem non meliorandi. testium in fi. C. de testib. vbi licet scriptura pro forma requiratur & pro substantia actus, si sit annullata, poterit probari per testes, ex quo id expendit Pet. Iaco. Butr. Cin. Bar. Alber. Bal. Ang. Salice. & doctores

comuniter ibidem teste Anto. Gomez in d. l. 22. Tauri numero. 28. vbi cita concordantes, idem ibi allerunt Ioannes Lupi numero. 7. & 9. & Did. Castelli in verbo scriptura.

G L O S S. III.

- 1 Melioratio filio fieri potest, in cuius gratiam pater fecit pactum de non meliorando alios.
- 2 Melioratio facta a patre contra promissionem de non meliorando valet quoad alios, non quoad filium cuius gratia promissio facta fuit, solumque pro sua parte reuocatur.
- 3 Melioratio fieri potest contra promissionem factam de non meliorando alios, si o mortuo viuo patre absque liberis, licet hæredem extraneum reliquerit.

c E si ab hixiere q̄ no valga. Limita, vt dixi supra ead. l. glo. 1. nu. 3. Limita secundo, nisi in fauorem eius, cuius causa fuit facta promissio non meliorandi alios. Potest siquidem pater qui tu gratia promissit non meliorare ceteros filios, te ipsum meliorare, ne quod tuo fauore inductum est, in odium tuum retorquatur, cōtra. l. quod fauore. C. de legi. & quia pactū fauorabile non potest in odium eius, cuius fauore factum fuit retorqueri, secundum Bart. in l. quamuis. ff. de pignora. actio. Did. Castelli. in d. l. 22. Tauri. verb. que no valga. col. vlt. Ioan. Lup. nu. 12. [ Tertio limita, vt melioratio sit mala, quod attinet ad filium, in cuius gratiam facta promissio de non meliorando; quoad alios vero valet, potest enim hac in specie vtile se para i se inuiti, prout in eo quod excedit melioratio tertii & quantum dixi supra eod. l. 3. glo. 3. numero. 1. 2. & 3. ex quo id asserit Did. Castelli in l. 22. Tauri in verbo que no valga. [ Quarto limita, nisi filius cuius fauore facta promissio decederit viuo patre nullis filijs relictis, tunc etenim poterit non obstante promissione, quem malit ex ceteris filijs meliorare, licet eis relictis nō possit, ita asseuerat Did. Castelli in d. l. 22. Tauri in verbo que no valga in fi. & ibi Ioan. Lupi numero. 11. & 13. & Anto. Gomez numero. 24. in fine. Sed videtur in præiudicium heredū etiā extraneorum non posse alios filios meliorare, nam ita prodesset hæredi extraneo pactum, sicut & descendenti. l. secundum vbi Salic. & doct. C. de contra. & commit. stipula. Bal. in l. 1. in fi. ff. de pact. Telli. Fernan. in alia simili specie in l. 22. Tauri numero. 20. Hoc tamen non obstante vera est limitatio, nam pactum hoc non meliorandi alios fuit factum ad effectum, ne legitima portio filij, in cuius gratiam factum fuit, minueretur, quoties autem moritur filius, cui hæc promissio facta fuit viuo patre, nulla ei legitima debetur. l. cum queritur & ibi doctores. notat C. de inoffi. testam. quare cessante legitima cessat promissio vel effectus promissionis, secus si filios reliquit, nam hi subintrant in locum patris. §. sui vers. sed vt nepos insti. de here. quali. & differē.

G L O S S. IIII.

1. Pactum succedendi seu meliorandi iure communi est improbatum & quare?
2. Pactum succedendi vel meliorandi an firmetur iuramento? ibidem.
- Pactum meliorandi iure regio validum est, si fiat ex causa, ibidem.
3. Leges civiles quando possint super iure gentium vel naturali disponere?
3. Promissio meliorandi filium ob causam matrimonij, si filius ante patrem decedat filij relictis valeat nec ne, & an teneatur omnes nepotes meliorare?
4. Meliorare promittens filium, qui viuo patre decessit sine liberis extraneo herede relicto, an teneatur meliorationem heredi extraneo facere, vel an censetur facta filio pramortuo?
- Pactum prodest contrahenti & eius heredibus, ibidem.

d. De meliorari a alguno. Nota ex lege ista quod licet iure communi Imperatorum pactum de meliorando, vel de succedendo alicui sit improbatum, & ex eo nulla oriatur obligatio civilis vel naturalis, vt in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbo. oblig. eo quod sit contra bonos mores, & inducat votum captandę mortis, & tanquam impediens libertatem testandi, l. cum donationis in fine. C. de transact. l. pactum quod dotali. C. de pact. vsque adeo, vt iuxta receptiorem sententiam non firmetur iuramento vt Bar. & docto. attestatur in d. l. stipulatio hoc modo concepta Tiraq. de iure primigeniorum. q. 6. numero. 8. vbi plures citat concordan. & d. D. Couarr. in relect. capit. quamuis pactum in initio. 3. partis numer. 2. Anto. Gomez in l. 22. Tauri numero. 17. Iure tamen nostro regio valet pactum de meliorando alicui ex filijs absque iuramento, si fiat ex causa onerosa dotis vel matrimonij, vt hic statuitur. [ Et quod lex ista fieri potuit, probat optime Anto. Gomez in l. 22. Tauri numero. 21. versi. ite etiam ista lex, quia pactum istud reprobatur iure gentium & civili, non naturali, sed in his quę inducta sunt iure civili vel gentium lex positua disponere potest ad libitum supplendo, declarando, aut corrigendo. l. iurisdictionem & ibi doct. ff. de pact. Quinimo etiam si reprobatur iure naturali, lex civilis potuit ex iusta causa legem naturalem distinguere & modificare, seu limitare in casu aliquo speciali, ex singulari doctrina Innocen. in cap. que in ecclesiarum in fi. de constit. cui accedunt Panor. ibi numero. 8. & Feli. 2. col. idem voluit Innocen. Abb. & docto. communiter in cap. vlti. de consuetu. Bar. in l. omnes populi numero 22. ff. de iust. & iure, vbi etiam Rayneri. in lectura, Alberi. colum. 14. Bar. in l. constitu. digestorum cum concordan. ab Ant. Gomez congestis vbi supra. Iusta autem causa validandi hoc pactum fuit causa onerosa matrimonij, ne gener, qui sub hac spe contraxit matrimonium, decipiatur & ledatur. Hodie tamen hec promissio meliorandi fieri non potest filie ex causa matrimonij vt in l. 1. tit. 2. de dotib. supra hoc lib. intellige ergo legem nostram in melioratione filio facta ex causa ma-

3 trimonij, [ Querunt Nostrates, quid si pater ob causam matrimonij filium promissit meliorare in tertio & quinto, postea vero contracto matrimonio decedit filius relictis liberis, nunquid poterit auus alterum ex nepotibus suis meliorare? & Anto. Gomez in d. l. 22. Tauri numero. 25. resoluit non posse, sed omnes repręsentant locum patris sui predefuncti, atque ideo equę liter succedunt in ea parte meliorationis, quam auus facere tenebatur filio suo, nec eam accipient nepotes ab auo, sed tanquam ex bonis patris sui, citat Anto. Gomez tex. in auth. de nupti. §. si vero filiorum colla. 4. vbi nepotes ex filio pramortuo succedunt in eadę portione, quę pater eorū erat habiturus. Idem voluit Did. Castelli ibidem in verbo que no vala. versi. vlt. rursus quęro, & ibi Telli Fernan. numero. 19. [ Vbi autē filius moritur nullis relictis descendens, pater liberatur a predicta promissione meliorandi, nec tenetur seruare pactum cum extraneo herede instituto, quia ille non est capax meliorationis, sed filius testatoris vel nepos vt in l. 2. supra eo. ita censet Ioan. Lupi in d. l. 22. Tauri numero. 13. Verum enimvero Telli Fernandez in d. l. 22. Tauri numero. 20. tenet contrarium. imo quod ad quemlibet heredem extraneum transeat hoc pactum, quodque factum esse censetur, vt subdit lex nostra, omnis enim acquisitio quę fit ex contractu prodest contrahenti & eius heredibus, l. secundum & ibi doctores, C. de contra. & com. stipula. Bald. in l. 1. in fi. ff. de pact. Sed tu tene priorem opinionem, quia tunc demum promissione meliorationis facta filio, melioratio facta esse cęsetur, cum pater promittens mortuus est superfluo filio, quia tempore mortis fecisse fingitur vt in hac lege scribitur, & dicemus infra in glossa viti. vbi autem filius pramortuus, si nulli supersint nepotes ex eo, qui eundem repręsentent, & eius locum subintrent, heredes extranei capaces non sunt meliorationis, vt est notissimum. Quare dicendum est meliorationem nec censeri factam, nec patrem astringi ad faciendum propter incapacitatem extraneorum, qui ab eo scripti sunt heredes.

G L O S S. V.

1. Donatio vel promissio donandi requiritur, vt fiat ex causa matrimonij presentis vel futuri, vt reuocari non possit, non preteriti.
2. Matrimonium contractum sub conditione si papa dispensauerit, est nullum, si nouus consensus non prestatetur, & cuiuslibet eorum licet ab eo discedere, etiam si dispensatio obtenta sit.
3. Donatio vel promissio donandi ex causa matrimonij an possit reuocari per primum actum matrimonij invalidi, vel sit valida, & irrevocabilis si nouus consensus accedat,

c. Por via de casamiento. Requiritur autem vt donatio ex causa matrimonij fieri dicatur, quod fiat non ob preteritum matrimonium, sed ob presens, vel futurum, idem in promissione meliorandi, ob eandem causam, vt in c.

in. c. quamuis pactum, ibi dum nuptui tradebatur de pact. in. 6. & in cap. 1. de fil. nat. ex mat. ad Morgana. contr. ibi, tempore sponsaliorum, vbi id probat Berengarius cap. 6. numero. 9. 1. circumstantia Telli Fernandez in l. 22. Tauri numero. 17. [ Et vsque adeo ad futurum matrimonium refertur hæc promissio, vt non consumatur primo actu inualido, veluti si quis contrahat cum muliere consanguinea vel aliud impedimentum habente, sub conditione si Papa dispensauerit, est enim matrimonium nullum, quia consensus prestitus ante dispensationem est similiter nullus, & sic requiritur nouus consensus post dispensationem, & donec prestatetur, quilibet eorum potest ab eo discedere secundum communem sententiam doctorum nempe Innocen. Cardi. & Panormi. in capit. super eo de condi. apposi. idem voluit Prepositi. in cap. per venerabilem. §. quod autem numero. 69. & 70. qui filij sint legi. Areti. consilio. 142. Ancarra. consilio. 239. Paul. Parisi. consilio. 52. numero. 42. libr. 4. & hanc esse communem attestatur Areti. in l. apud Iulianum. §. constat numero. 11. quam legit sub l. cum seruus. ff. de legatis. 1. dom. Dida. Couarr. de sponsali. 2. par. cap. 3. numero. 7. Telli Fernandez in d. l. 22. Tauri numero 18. quod potissimum procedit, iuxta concilium Tridentinum, vt probaui supra hoc libr. 5. titulo. 1. de matrimonio glossa. 1. rubricę numer. 30. & 63. 64. & 65. [ Itaque donatio filio facta ob causam matrimonij non poterit reuocari, eo quod matrimonium ab initio contractum fuit nullum, & non reualidetur per nouum consensum, vt valeat ex tunc, sed vt ex nunc, quia promissio meliorandi vel melioratio, non potest reuocari nec ab ea discedi, prout a matrimonio, cum semper donasse vel promississe intelligatur pro matrimonio valido, ex his quę notantur in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & est text. in l. filie meę. ff. de condi. & demonstra. vbi ex actu inualido non consumitur conditio, nec ius relatum ad actum cum concordan. a Tiraquel. congestis in relectio. l. boues. §. hoc sermone. 1. limitatione. ff. de verbo. signi. ex quibus hæc opinionem obseruat Telli. Fernandez in d. l. 22. Tauri numero. 18.

G L O S S. VI.

Dose est onerosa respectu mariti, & lucratiua respectu vxoris.

f. O otra causa onerosa alguna. Repete hic quę diximus supra eod. l. 1. glossa. 7. 8. & 9. & notat ex his verbis Dida. Castelli in l. 22. Tauri in verbo onerosa, quod causa dotis est onerosa, intellige tamen esse onerosam quoad virum, nam quoad vxorem dicitur lucratiua l. si. §. si a focero. ff. quę in frau. cred. dixi supra hoc eodem libro tit. 2. de dotibus. l. 1. glossa. 4. numero. 4. & 5. Gom. numero. 12. & Telli. numero. 16. in d. l. 22. Tauri,

G L O S S. VII.

1. Promissio donandi vel meliorandi filium in tertio &

- quinto, habetur pro facta post mortem patris.
2. Circuitus est vitandus.
- Promissio liberandi pro liberatione habetur, ibidem.
3. Promissio obligandi se pro certa quantitate pro facta habetur die adueniente.
4. Promissio vendendi vel aliās contrahendi ad quid obliget promittentem?
5. Promissio renunciandi hereditate iurata pro renunciatione habetur.

g. Seanauidas por hechas. Nota legem istam singularem, quod promissio donandi vel meliorandi filium in tertio & quinto operatur donationem & meliorationem, ita vt si eam non fecerit censetur post mortem patris facta, quod expendit ex hac. l. Dida. Castelli in gloss. vlti. & Ioan. Lupi nu. 21. in d. l. 22. Tauri. & ibi Gomez Arias nu. 21. [ Confirmatur hæc sententia, quia circuitus est vitandus. l. cum fundus. §. seruū tuum. ff. si cer. pet. l. dominus testamento. ff. de condi. indeb. notatur in Clem. auditor de rescrip. optimus tex. in l. si intra. ff. de pact. vbi promissio liberandi exceptionem parit aduersus agentem, ac si liberatio iam facta fuisset, idem probat tex. in l. si creditor, & ibi notat Bald. C. de fideicō. l. si non sortem. §. adeo. ff. de condi. indeb. [ Confert etiā doctrina singularis Ioan. And. in speculo rub. de obliga. & solutio. colum. 1. dicentis, quod si quis promissit intra certum diem se obligaturum ad dandum mihi decem, poterit statim cedente die, sine alia obligatione a me conueniri ad decem, quam opinionem sequuntur Alexand. Soci. & Iason & Purpura. numero. 15. in d. l. cum fundus. §. seruū tuum. ff. si cert. pet. idem Iaso. in d. l. dominus testamento. ff. de condi. indeb. & in l. fideiussor. §. meminisse. ff. de lega. 1. estque communis opinio, vt attestatur eam sequuti Matth. Affli. decif. 61. Ant. Rub. conf. 29. col. 2. Tiraquel. lib. 2. de retractu in fi. numero. 26. Galliaul. in rub. ff. de verb. oblig. numero. 61. Thom. Gram. decisio. Neapoli. 103. nu. 187. & pluribus seq. dom. Did. Couarr. in relectio. c. quamuis pactum in initio. 3. partis nu. 3. de pact. in. 6. Telli. Fernand. eo tacito, in d. l. 22. Tauri nu. 15. quibus adhæreo, quamuis multi tenuerint contrarium a Decio citati in d. §. seruū tuum Fulgo. & Iaso. in l. in bonę fidei. ff. de prescrip. verb. [ Faciunt a me tradita supra hoc libro. tit. 1. de matrimo. gloss. 1. rubricę nu. 43. vbi dixi, quod vendere, vel fideiubere, locare, vel aliās contrahere etiā matrimonium promittens ad id faciendum compelli potest, non tamen habetur pro facta, quia restat aliquid sollempne faciendum, nostra autem in specie ad circuitum vitandum habetur donatio vel obligatio pro facta, quia nihil restat faciendum, quod aliam maiorem sollempnitatem requirat. [ Sic & promissio renunciandi hereditatem iurata eo ipso facta censetur: quia nihil aliud sollempnitatis restat faciendum, vt Bald. censuit in l. pactum dotali quęst. 18. C. de collatio. Roman. in singul. 183. latissime omnium Boeri. decisio. 3. dom. Dida. Couarr. in relect. capit. quamuis pactum in initio. 3. partis numero. 3. de pact. in. 6.



Que en el valor de la mejora del tercio se tenga consideración al tiempo de la muerte del que la hizo.

Ley.23.de Toro.

Quando el padre o la madre por contrato entre vivos o en su postrimera voluntad, hizieren a alguno de sus hijos o descendientes alguna mejora del tercio de sus bienes q̄ la tal mejora aya consideracion a lo que sus bienes valieren al tiempo de su muerte, y no al tiempo que se hizo la dicha mejora.

GLOSS. I.

Melioratio quinta partis bonorum, vt de hereditate seu bonis meliorantis deducatur debet inspicere tempus mortis, non donationis, sicut in melioratione tertia.

Alguna mejora del tercio Nota verba hæc, ex quibus Telli Fernandez in l.23. Tauri numero.1. elicit vnũ fati singulare, quòd lex nostra præcipiens haberi considerationem ad valorem bonorum tempore mortis, & non tempore donationis, procedit in melioratione tertij, vt etiam expendit. l.3. supra eodem. De melioratione autem quinti nihil disponit lex ista, nec lex. 3. supra eodem: quare videtur considerandum esse tempus donationis, non mortis. Sed nihilominus ipse resoluit in melioratione quinti, sicut & tertij habendam esse considerationem ad tempus mortis, appendit. l.29. Tauri quæ transcripta fuit in l.3. titulo. 8. de hereditatibus & earum diuisione infra hoc eodem libro, rationem huius decisionis videbimus in gloss. seq.

GLOSS. II.

1 Melioratione tertij filio facta, habetur consideratio valoris bonorum tempore mortis patris, non tempore donationis.

Melioratio tertij & quinti, dicitur quota bonorũ, nõ quota hereditatis, ibidem.

2 Legitima filiorum dicitur quota bonorum, non quota hereditatis.

3 Legitima filiorum vt deduci possit, inspicitur valor bonorum tempore mortis non assignationis, licet in vita assignetur.

Melioratio tertij an sit pars legitima, ibidem.

4 Donationis certa rei filio facta (an excedat tertium & quintum) inspicitur valor tempore mortis, non facta donationis iure regio, licet secus sit iure communi.

5 Legitima potest assignari volente patre in vita eius filio.

Legitima non debetur filio ante mortem nec talis spes est considerabilis, ibidem.

6 Legitima filio in vita assignata per patrem diminuta vel integra iuxta valorem bonorum, quæ pater habebat tempore assignationis, bonis postea auctis, an possit agi ad supplementum?

Lex si quando. §.1. C. de inoffi. testam. explicatur, ibid.

7 Legitima præstita filio in vita patris (etiam si sit integra respectu bonorũ, quæ tunc temporis pater possidebat, iuramento interueniente ne quid amplius petat,) non poterit filius petere augmentum seu supplementum.

Legitima in vita patris præstita quando possit peti augmentum bonis patris auctis? ibidem.

8 Meliorationis tertij in re aliqua designati an possit peti augmentum auctis facultatibus patris?

Legi huic an possit renunciari? ibidem.

b Al tiempo de su muerte. Nota in melioratione tertij habendam esse considerationem valoris bonorum tempore mortis, non donationis, cuius ratio est, quia melioratio tertij & quinti, dicitur quota bonorum, & nõ quota hereditatis, eo q̄ deducto prius ere alieno ex reliquis bonis deducitur quinta pars, & deinde tertia, iuxta. l. nõ amplius. §. cũ bonorũ & l. si quis bonorũ. ff. de leg. 1. l. si quis argētũ. §. sed et si quis. C. de dona. iun. et. l. si quis seruũ. §. si. cũ. l. sequẽ. de leg. 2. dixi in l. 5. supra eodem glo. 2. [ Sic & legitima filiorum dicitur quota bonorum. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inofficio. testamen. l. quoties. C. de hered. institu. vbi Bald. est que recepta sententia teste Alexand. in l. in omnibus. §. si patronus col. 2. ff. ad Trebelli. eam etiam attestatur communem Marcus de Mantua in authen. nouissima. 2. notab. C. de inoffi. testa. cum concordan. traditis supra hoc libro tit. 4. de testam. l. 1. glo. 10. nu. 62. detrahatur enim legitima soluto prius ere alieno & funeris impensa, vt probat Affli. decis. 161. & 383. Bertrand. conf. 354. lib. 1. & conf. 365. lib. 3. [ Sed in legitima attenditur tempus mortis, & non assignationis, vt in l. cum queritur & l. omnimodo. C. de inoffi. testa. cum concord. supra eo. l. 3. gl. 4. in prin. hæc autem melioratio tertij, est pars legitime respectu extraneorum eo q̄ extraneis relinqui non possit, vt in l. 9. tit. 5. de las mandas lib. 3. fori, vt censet Anto. Gomez in l. 23. Tauri & Ioan. Lupi in l. 19. Tauri nu. 5. & in d. l. 23. in prin. & numero. 3. probauit latius supra eodem. l. 1. glo. 2. Negat tamen Telli, Fernandez in d. l. 23. Tauri numero. 2. in si. meliorationem tertij esse partem legitime, quia etiam in melioratione quinti inspicitur tempus mortis, & tamen nemo dubitabit, quintum non esse partem legitime, cum extraneo relinqui possit, vt in d. l. 9. tit. 5. de las mandas lib. 3. fori dixi in l. 1. supra eo. Sed respõdeo ideo spectari tẽpõ mortis, quia omnia bona defuncti, quæ habebat tempore mortis, dicuntur legitima filiorũ, excepta quinta parte eorum quæ

quæ extrahi non potest, nisi iuxta valorem bonorum quæ erant tempore mortis, cum si aliud tempus consideraretur, minui posset legitima, vt etiam considerat Telli, Fernan. in d. l. 23. Tauri numero. 3. [ Vbi legem nostram extendit ad donationem filio factam rei cuiuspiam, quæ cum non possit excedere valorem tertij & quinti, vt in l. 10. infra eodem, ad computationem faciendam considerandum est tempus mortis donantis, licet iure cõmuni Romanorũ contrariũ esset dispositum, quoties enim res aliqua donabatur, etsi excederet summam donari permissam, valebat donatio, si tempore donationis eam summam non excedebat habita consideratione ad valorem eius temporis: & si tunc temporis nõ erat inofficiosa, ex post facto si propter quẽcunque casum diminuerentur facultates donantis, nõ limitabatur donatio ex sententia glo. in l. 1. C. de inofficio. dona. vt ibi probat Bald. à nu. 8. vsque ad. n. Carol. Molin. in tracta. de inoffi. dona. num. 38. quod in specie nostræ legis iure nostro regio non procedit, sed tempus mortis est inspiciendum, vt contendit Telli. in d. l. 23. Tauri nu. 3. Constat ergo ex supra traditis, meliorationem tertij, partem esse legitime, licet nõ in omnibus sit legitima, vt videbimus in l. 11. infra eo. [ Ex quo infero, quòd quemadmodum legitima potest volente patre in vita assignari filio ex l. cum quo de peculio. §. vlt. ff. ad l. Falcid. vbi id notat Paul. Bar. in l. 1. §. si parens. ff. si quis à paren. sue. manu. Fabia. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. 10. q. prin. nu. 16. vbi l. 1. nu. 7. & est communis teste Vincentio in l. in ratione 2. col. 4. ff. ad l. Falcid. & licet inter de st. sit maxima cõtentio, an valeat hæc assignatio facta filio in potestate in vim donationis necne, de quibus latè per Petr. de Ducnas in regula. 223. limi. 5. ipse tamen concludit per l. 17. Tauri, quæ transcripta est supra eo. l. 1. valeat, sed esse reuocabilem, nisi possessio bonorum tradatur, de quo ibi dixim⁹. Quod procedit licet filius in vita patris non possit petere legitimum, vt pote quæ debetur post eius mortem, nec antea habet filius ius, nec spem considerabilem, vt in l. 1. §. impuberi. ff. de collatio. bonorum Bart. in l. si. ff. de libe. agnoscen. quæ communis est sententia, secundum Imol. & Alexan. in l. lex Cornelia. ff. de vulga. Fabia, in d. auth. nouissima. 7. q. princ. Telli, Fernandez. in d. l. 23. Tauri numero. 11. Sic etiam melioratio tertij potest in vita per contractum inter vivos fieri, estque irrevocabilis si possessio tradatur, vt in l. 1. supra eodem & ibi dixi in glossa. 2. [ Secundo infero, quòd quemadmodum in legitima consideratur tempus mortis, atque ideo licet filio in vita patris fuerit assignata, si tamen bona aucta fuerint, possit petere supplementum, vel si diminuta, possint fratres petere residuum, vt in l. si quando. §. 1. C. de inoffi. testa. siue minorem partem acceperit, quàm sibi eo tempore inspecto competebat, secundũ Boeri. decis. 62. nu. 8. Rode. Xuares in rep. l. quoniam in prioribus limi. 4. col. 4. eiusdem limita. versi. ego dico Telli. Fer. in d. l. 23. Tau. nu. 13. siue integram legitimum acceperit considerato tempore assignationis, nam hac in specie, si bona aucta fuerint, poterit similiter petere post mortem supplementum, iuxta bona quæ tempore mortis fuerint, per tex. in d. l. si quando. §. 1. C. de inoffi. testa. per quẽ id asserit Bal. in c. cum. M. Ferrari. nu. 15. versi.

& est argumentum, de cõlli. per tex. ibi, & in l. his honoribus. §. auctis. ff. de vacatio. mune. idem Bal. in l. patet quod dotali. 6. opp. C. de colla. Paul. Cast. in l. in ratione legis Falcidie nu. 5. ff. ad l. Falcid. vbi Alex. & Vincenti. l. 1. in l. si quando. §. 1. C. de inoffi. testa. vbi hæc dicit cõmunem & in d. auth. nouissima nu. 9. & in l. quod Seruius. fi. col. ff. de condit. ob. caus. vbi hæc receptiorem sententiam attestatur, Ripa cam dixit veriorẽ in c. cum M. numero. 38. versi. arbitrator, de cõlli. Ioan. Baptista in l. frater à fratre. §. quæsitum numero. 11. ff. de condi. indeb. Cassane. in consuetu. Burgun. in titulo de successione rub. 7. §. 2. in glossa du tres pasle numero. 6. dom. Dida. Couarr. eam communem dicens in cap. quauis pactum. 3. par. §. 11. numero 2. de pact. lib. 6. Rode. Xua. in l. quoniam in prioribus amplia. 9. C. de inoffi. testa. Ioan. Lupi in rep. c. per vestras. 3. notab. §. 23. de dona. int. vi. & vxor. Tho. Gram. decis. 57. nu. 30. Guill. Bened. in d. c. Raynutius in verbo in eodem testamento relinquẽs. l. nu. 220. Ferd. Vazquez in lib. de successione creatione. §. 17. num. 16. vbi subtiliter loquitur. Quorum sententiam veriorẽ & receptiorem esse arbitrator, licet contrariam tenuerit Iacob. But. in l. pactũ versi. modò quero. C. de colla. quẽ sequuntur plures à Tello Fernandez citati. in d. l. 23. Tauri nu. 16. qui hanc vltimam sequitur, & receptiorem dicit. Nec iudicio meo satisfacit textui in d. l. si quando §. 1. C. de inoffi. testa. dicit enim, ideo ibi filium, qui in vita patris accepit rem aliquam pro legitima, & pepigit se nihil amplius petiturũ, posse supplementũ petere, quia integram legitimum nõ percepit, nõ si recepisset ex vi perceptionis excluderetur, licet ex vi pacti tanquã iure improbatũ nõ posset, quia intellectus iste est diuinatorius, & quia nunquam dici potest integrã legitimum filium fuisse consequutum, nisi demũ mortuo patre, illud enim tempus inspicitur ad valorẽ bonorum computandum, vt in d. l. cũ queritur. C. de inoffi. testa. non tempus assignationis, quomodo ergo ex vi perceptionis poterit filius excludi, cũ percepisse integram non dicatur, qui eo tempore inspecto integrã percepit. [ Quare vel iuramento præstito, quòd nullum regressũ habebit ad bona patris excludetur à petitione supplementi, iuxta respõsum Alex. cõf. 180. l. 5. vbi Carol. Molin. dicit hoc esse cõmuniter receptũ cũ alijs plurib⁹ cõcord. à d. D. Couar. cõgestis in d. c. quãuis pactũ. 3. par. §. 1. nu. 2. ad fi. vel quãdo pater ex statuto propter delictũ filij ei soluit legitimum (quod fieri potest, vt ex c. 2. de delict. puero. expendunt Ancarra. & Anan. & Alex. dicẽs cõmunẽ in l. lex Cornelia nu. 8. ff. de vulga.) tunc enim inspicitur tempus assignationis, non tempus mortis, atque ideo auctis facultatibus non poterit peti augmentum ex doctrina Bald. in l. 2. §. & cũ antiquitas numero. 14. C. de vsur. rei iudic. & in l. impuberem nu. 2. C. de adoptio. Fabia. sequitur in auth. nouissima. 8. q. num. 73. & Iason dicens communem ibidem nu. 8. [ Sic & in melioratione tertij, poterit filius melioratus petere augmentum, facultatibus patris auctis, licet pater ei tradiderit rem aliquã quæ tempore donationis inspecto, integrũ esset tertium. Fateor tẽpõ renũciari posse, p̄ filiũ melioratũ huic legi. imo absq; eius renũciatione augmentũ tertij petere nõ posse cõstat, si cõstet de voluntate patris meliorationẽ non

non extendi ad alias res,quam ci in vita assignatas: quis de hoc dubitabit? quare supervacuū fuit, quære in cuius fauorem fuerit statutum per hanc legē, quod considerari deberet tempus mortis, cum à voluntate patris meliorantis hoc pendeat, vt ex legibus præcedē tibus expēdere poteris: in quo membranas anxie expēdit Telli in. d. l. 23. Tauri numero. 8. & 9.

G L O S S. III.

- 1 Mortis tempus inspicitur in melioratione, non promissionis, sed in dote.
- 2 Dotis promissa tempus non mortis inspicitur ad iudicandum eam validam vel inofficiosam, ibidem.
- 3 Insinuatio meliorationis tertij & quinti an exigatur? & num. 3.
- 4 Insinuatio non requiritur, quoties pendet ex futuro euentu, an excedat summam. 500. aureorum, ibidem.
- 5 Insinuatio ab ipso donante exigenda debet non à donatario.

L E Y. VIII.

¶ Que la mejora valga aunque el testamento se rompa por pretericion o exheredacion.

Ley. 24. de Toro.

¶ Quando el testamento se rompiere o anullare por causa de pretericion<sup>a</sup> o exheredacion, b en el qual ouiere mejora de tercio o quinto, no por esso se rompa, ni menos dexa de valer el dicho tercio y quinto, c como si el dicho testamento no se rompiesse.

G L O S S. I.

- 1 Testamentum pluribus ex causis irritatur, & ex quibus causis infirmato testamento conferuntur legata?
- 2 Legata conferuntur iure regio, etiam si deficiat institutio heredis.
- 3 Legata & alia contenta in testamento conferuntur, etiam si heres non adiret, vel non potuerit adire hereditatem.
- 4 Legata & prælegata conferuntur rupto testamento ex causa præteritionis, vel exheredationis, atque etiam melioratio tertij & quinti.
- 5 Meliorationes vel legata non conferuntur, si testamentum rumpatur ex causa præteritionis ignoranter facta.
- 6 Meliorationes facta filio præterito testamentum impugnant, non conferuntur, sed irritantur.
- 7 Melioratio facta per viam institutionis, an rumpatur rupto testamento ex causa præteritionis?
- 8 Melioratio facta filio per viam relicti, an conferuntur rupto testamento ob præteritionem alterius.
- 9 Legitima nomine si res certa legetur, an filius possit agere ad supplementum?
- 10 Melioratus filius an cõseatur, cui fundus relinquitur, si testamentum rumpat alter filius præteritus?

- a O annullare por causa de pretericion. Pluribus modis annullatur testamentum, quos congerit Anto. Gomez in. l. 24. Tauri, vnde hæc deprõpta fuit nu. 1. vel propter defectū testantis, quia minor furiosus, vel aliū habēs defectum, vel ratione voluntatis imperfectæ, vel propter defectum solemnitatis, & in alijs casibus non conferuntur legata iure cõmuni, nec regio rupto ex his causis testamento, vt probat Anto. Gomez vbi supra Telli, Fernandez ibi numero. 2. [ Vbi autē testamentum rumpitur propter defectum institutionis heredis, iure cõmuni Imperatorū nō cõseruatur legata, vt, l. fi. §. illud. C. de codicillis dixi in. l. 1. tit. 4. de testamentis supra hoc eodem libro in glossa. 1. o. in prin.
- 2

3 princ. iure autem regio per. d. l. 1. conferuntur legata & omnia alia in testamento confecta, etiam si sit melioratio, vt censet Telli. Fernandez in. d. l. 24. Tauri numero. 5. quia censentur filij seu alij heredes legitimi instituti, vt in. d. l. 1. statuitur, ideo testamētum nō rumpitur. [ Idem erit, si hæres institutus non adierit, vel adire non potuerit propter eius incapacitatem, vel quia testator errauit in persona instituta, vel eius qualitate quæ erat causa instituendi iuxta. l. vlti. ff. de hæred. insti. l. si pater & l. nec apud & l. quoties C. eodem titulo, licet enim iure cõmuni in his casibus rumpebatur testamentum etiam quoad legata, vt probat Anto. Gomez in. d. l. 24. Tauri nu. 1. iure tamē regio legata & prælegata conferuntur, vt in. d. l. 1. tit. 4. de testamen. supra hoc libro, & ibi dixi gloss. 14. in prin. & numer. 81. & sequen. & glo. 15. [ Sin autem testamentum rumpitur ex causa præteritionis, iuxta. l. filio præterito. ff. de iniusto. rup. vel ex causa exheredationis, iuxta text. in. l. Papinianus. §. si ex causa cum similibus, ff. de inofficio. testamen. legata & prælegata, & meliorationes in eo contentæ conferuntur, licet clausula codicillaris apposta non sit in eodem testamento, vt in auth. ex causa. C. de libe. præte. & in. l. fi. tit. 8. de inofficio testamento part. 6. In melioratione tamen seu prælegato quotæ erat dubium iure cõmuni: videbatur enim, legitimam esse, quæ cum iure institutionis relinqui deberet, [ vt probauit supra hoc libro titulo. 4. de testamen. l. 1. glo. 10. numer. 50. & pluribus sequen. cumque vt verus hæres qui melioratus est, ad debita hæreditaria teneatur, vt in. l. 5. supra eodem ] videbatur non posse rupto testamento, ex causa præteritionis vel exheredationis conferuari meliorationem, cum quoad institutionem rumpatur, iuxta dispositionem. d. auth. ex causa. Quare lex ista facta fuit, vt huiusmodi alterationes cellarent, quæ referebantur per Montal. in. l. 9. tit. 5. de legatis lib. 3. fori in verbo meliorar, vt docet Dida. Castelli in. d. l. 24. Tauri glo. 1. post principium & ibi Anto. Gomez numero. 5. [ Limita imprimis legem nostram, nisi pater præterijt filiū seu posthumum ignoranter, ignorabat siquidem talem habere filium, qua in specie prælegata seu meliorationes non conferuntur, imo rupto testamēto, ex causa præteritionis vitiantur legata & prælegata, quippe quæ non fecisset, si scisset filium alium habere ex iuris præsumptione, argumen. text. in. l. si cum vel in veto C. de mili. testa. ex quo id expendant Bart. Paul. & docto ibi, & in. d. authen. ex causa. C. de libe. præte. vbi Iaso. numero. 3. & Curti. Iunior numero. 17. hanc attestantur communem, istam limitationem tradit Anto. Gomez in. d. l. 24. Tauri numero. 6. vbi respondet ad. l. vltimam. ff. de hered. institu. [ Secundo legi nostræ locus non est, vbi filius melioratus in tertio, & præteritus impugnavit testamentum, tunc etenim melioratio non conferuntur, sed rumpitur in totum, quia testamentum aliquod impugnans, non potest ex eo commodum consequi. l. quesitum. ff. de acqui. hered. l. post legatum. §. si pater & §. qui principale ff. de his qui. vt indig. l. alia. C. eodem titulo. l. sub cõditione in fi. ff. de bon. posse. contra tabu. l. is qui contra tabulas. ff. de vulga. Ex quo id asserunt Bart.

in authen. ex causa. C. de libe. præte. numero. 19. post Marti. Silla. & alios antiquos quos ipse refert & ibi Bald. 8. quest. Salice. numero. 14. & Iaso. numero. 14. & alij docto. communiter Ange. in. l. fi. C. de libe. præte. in fi. & ibi Fulgo. numero. 9. Alexand. columna vltima in fi. & ibi Iaso. in fi. hanc dicentes communem, & in specie legis nostræ hoc asserit Dida. Castelli glossa. 1. columna. 2. versic. sed pro maiori in. d. l. 24. Tauri & ibi Ioan. Lupi numero. 7. & Anto. Gomez numero. 8. & Telli Fernandez numero. 3. Grego. Lupi in. l. vltima titulo. 8. de inofficio. testamen. part. 6. in verbo mandas in princ. [ Quid autem si erant tres filij, quorum vnus scriptus hæres, alter præteritus fuit, alter verò melioratus in tertio & quinto, si præteritus rumpat testamentum, an omnes equaliter succedant, an verò qui melioratus fuit consequatur suam meliorationem? Crederem quæstionem istam ita esse resoluendam, quidquid Nostrates varient, aut enim per viam institutionis fuit melioratus, veluti si dixit, instituo filium meum Petri in tertio & quinto bonorū meorū: & hac in specie videtur, institutionem huiusmodi non valere rupto testamento ex causa præteritionis, quia quoad institutionem rumpitur omnino, licet quoad legata & prælegata conferuntur, vt in. d. authent. ex causa, quo fiet, vt omnes equaliter succedant, quod expressim asserit Ioan. Lupi in. d. l. 24. Tauri numero. 5. & numero. 8. Contrarium tamen obseruat Anto. Gomez ibidem numero. 8. versiculo tertio singulariter, vbi constanter asserat, filium ita institutum in tertio & quinto integrum id consequuturum, partem pro legitima sua, reliquum verò pro melioratione, eo quod in testamento inter liberos censetur apposta clausula codicillaris, quæ facit actum valere, omni meliori modo quo possit: quæ operatur, vt retenta legitima sibi competenti detracta ex tertio & quinto, quod superest ex dicto tertio & quinto sibi restituatur per cohæredes, idque habeat in vim prælegati seu fideicommissi, argumen. text. in. l. vltim. C. fami. herciscun. tenet gloss. communiter recepta in. l. heredi. §. cum filij. ff. de vulga. [ Vbi autem relinquitur filio tertium & quintum, non per viam institutionis, sed prælegati vel meliorationis, tunc idem statui debere censet Anto. Gomez in. d. l. 24. Tauri numero. 8. in fine quod statuimus in casu præcedenti, vt ex ipso tertio & quinto detrahat legitimam, & quod superest habeat in vim prælegati seu meliorationis. Sed cõtrarium est probabilius, imo quod rupto testamēto ad petitionem alterius filij præteriti, omnes legitimam consequantur, & insuper filius melioratus tertiam & quintam bonorū partem, vt expressisse decidit lex nostra, vtque censet Ioan. Lup. in. d. l. 24. Tauri nu. 14. vers. vel pone casum aliter & quarto. Dida. Castelli ibi glo. 1. in fi. vers. pro solutione, cuius sententia mihi applaudet nimis. [ Verum si pater reliquit filio non quotam legitimæ, nec meliorationis, sed dixit lego, seu relinquo filio meo Petro talem fundum: & tunc si nomine legitime reliquerit, ager iure regio filius ad supplementum, vt probauit supra hoc eodem libro titulo. 4. de testamen. l. 1. gloss. 10. numero. vltimo & præcedentibus. Quia necesse non fuit titulo

¶ Que la mejora del tercio y quinto no se saque de las dotes y donaciones propter nuptias, y otras que se traxerē a colaciō.

Ley. 25. de Toro.

¶ El tercio y quinto de mejora hecho por el testador, no se saque de las dotes<sup>a</sup> y donaciones propter nuptias,<sup>b</sup> ni de las otras donaciones, q̄ los hijos o descendientes traxeren a colaciō o partiçiō.

G L O S S. I.

- 1 Melioratio tertij & quinti non extrahitur ex dote.
- 2 Collata an censentur bona hereditaria?  
Lex nostra explicatur ibidem, & numero seq.
- 3 Legis nostrae ratio decidendi & nu. seq.
- 4 Voluntas melioratis non extenditur ad bona, quae ignorabat, an essent conferenda post eius mortem.  
Voluntas ad ignorata non extenditur ibidem.
- 5 Cogitatio in genere regulariter sufficit, ut ignorare quis non dicatur.  
Melioratio quare ad futura extenditur, & non ad ea quae veniunt post mortem conferenda: ibidem.

- a No se saque de las dotes. Nota ex ista lege, quod melioratio tertij & quinti a testatore facta filio non extrahitur ex dote, nec ex alijs donationibus, quas ceteri filij ad collationem adduxerint. [ Ratio dubitandi fuit, quia in melioratione tertij & quinti attenditur tempus mortis, ut iuxta valorem bonorum, quae eiusdem mortis tempore fuerint, quantum deducatur, & deinde tertium, ut in l. 3. & 7. supra cod. At postquam frater vel soror adduxit dotem vel donationem propter nuptias ad collationem, censentur bona hereditaria ac si nunquam exissent a patrimonio vel substantia parentum, ut in l. 3. §. emancipatus. ff. de collatio. bono. ibi, sicut hereditatem, ita & quae collata sunt praesertim, idem probat text. in l. vltima. ff. de collatio. dot. l. si soror & l. vlt. liberis. C. de collatio. authen. vnde si parens. C. de inofficio. testamen. Videbatur ergo, meliorationem tertij & quinti extrahi debere ex dote & donatione, quae adducitur ad collationem. [ Ratio decidendi fuit, quia dos vel donatio ob causam, de qua hic loquitur, iam exijt de patrimonio patris vel matris post donationem factam vel dotis constitutionem, & bona donata filio vel filiae quae sunt l. Pomponius Philadelphus. ff. fami. herciscun, quibus nolentibus conferre non compellentur, ut in l. 29. Tauri transcripta in l. 3. titulo. 8. de successioneibus infra hoc eodem libro, vbi dicam latius, quare si post mortem
- b
- c

G L O S S. II.

Exheredationis materia remissiuē.

Exheredari an possit meretrix a matre meretrice.

- b O exheredation. Did. Castelli in l. 24. Tauri in hoc verbo tractat, quid sit & quotuplex sit exheredatio, & ex quibus causis, & qui possint exheredari, & quia materia vulgaris est, & extra materiam legis nostrae non examino, ut tamen non omittam, quod ibi dixit idem Castellus, quod licet meretrix possit exheredari, ut in l. filiam tuam. C. de inofficio. testamen. vbi tamen eius mater erat etiam meretrix, non poterit filiam meretricem exheredare, secundum Bart. & Bald. in l. in arenam. C. eodem titulo.

G L O S S. III.

Melioratio tertij & quinti filio facta debetur rupto testamento, etiam si filius melioratus scriptus non fuerit heres, si ad petitionem alterius non suam rumpatur.

- c El dicho tercio y quinto. Nota quod rupto testamento ex causa preteritionis, vel exheredationis, prelegata seu meliorationes filio factae debentur, perinde ac si testamentum ruptum non esset, quod intellige, etiam si filius melioratus scriptus non fuerit heres, nam si testamentum rumpatur, non ad petitionem suam, sed alterius filij preteriti vel exheredati, omnes filij equaliter succedent cum ipso meliorato, & insuper melioratus consequetur integram meliorationem tertij & quinti, ut probavi supra eodem in glossa. i. numero. 8. & numeris sequentibus limitavi.

mortem patris vel matris adduxerint eam dotem vel donationem ad collationem, dici non poterit, testatorem ea bona reliquisse in bonis suis tempore mortis, quia eo tempore erant filij conferentis, ideo nimium si ex eis non deducatur tertium & quintum: quippe quod deduci debeat ex bonis, quae pater reliquit tempore mortis, ut dixi. Hanc decidendi rationem tradiderunt Dida. Castelli in l. 25. Tauri, & ibi Ioan. Lupi numero. 1. & Anto. Gomez in prin. quae mihi applaudet, quamvis eam impugnaverit Telli. Fernan. ibidem nu. 1. & sequen. nimis hoc inuoluens, dicesq; ideo meliorationem non deduci ex dotibus & ceteris donationibus, quae conferuntur, quia haec fuerunt partes legitime, quae solui potuit in vita, cumque solutio legitime facta fuit lege permittente, utat haec lex ut ex ea aliquid extrahatur. Sed hoc ut vides, est dicere id, quod lex nostra dicit, sed non reddere rationem decisionis. [ Quare communis ratio mihi probabilior videtur, modo hoc illi addas, ideo meliorationem tertij & quinti, non debere extrahi ex dote vel donatione, quae adducitur conferenda, quia testatoris voluntas non se extendit ad ignorata vel incognita, quomodo obsecro potuit testator cognoscere aut diuinare, an filia vel filius, quibus dotem & donationem propter nuptias in vita contulit, adducere vellent post eius mortem eis donata ad collationem? Iustè ergo commensuratio facta fuit per legem nostram voluntatis testatoris cum bonis, quae sciebat sua esse, & in hereditate tempore mortis relinquere, & per consequens iniquum esset, voluntatem & meliorationem extendere ad bona, quae ignorabat, essent necne conferenda. Nec oberit. l. 3. §. si cunctipatus. ff. de colla. bono. cum alijs num. 1. citatis, quia cum ibi dicitur, bona quae conferuntur ceteri hereditaria: intelligitur, esse hereditaria quoad legitimam filiorum, ut circa eam aequalitas seruetur: non autem censentur hereditaria ad extendendum voluntatem testatoris melioratis, ut melioratio de eis extrahatur bonis, quae testator ignorabat post mortem futura hereditaria, cum ad ignorata vel incognita voluntas nunquam extendatur. l. si per errorem. ff. de iur. om. iudi. [ Nec oberit si dixeris melioratio extenditur ad bona futura, quae acquisita fuerint per meliorantem usque ad mortem, ut in d. l. 3. & 7. supra eodem, qua in specie melioratio extenditur ad ignorata. Nam huic obiectioni respondeo, de bonis futuris fuisse in genere cogitatum, quod sufficit argumen. text. in l. qui iure militari. ff. de milita. testamento cum concordantijs a Tiraque ill. congestis in l. si vnquam in princ. numer. 78. C. de reuocan. dona. & supra eodem. l. 1. glo. 4. numero 13. & quia cum moritur, scit vel scire praesumitur bona, quae eo tempore relicturus est, licet tempore donationis ignorabat. At nostra in specie non scit tempore mortis, an bona filijs donata ob dotem vel aliam similem causam veniant ex voluntate donatariorum post mortem conferenda.

G L O S S. II.

- 1 Donatio propter nuptias non est in usu, & eius locus successit donatio ob causam matrimonij.

2 Donatio ex causa necessaria an requiratur in collatione.

- b Y donaciones propter nuptias. Donatio propter nuptias hodie non est in usu, quare lex nostra intelligitur de de donatione ob causam matrimonij facta, ut probauimus supra eo. l. 1. glo. 8. nu. 7. & seq. Nec obstat quod in alijs legibus tractetur de melioratione ex causa matrimonij, & in hac lege & in l. seq. & in l. 3. tit. 8. de successio. infra hoc libro faciant leges mentionem de donatione propter nuptias, quia respondeo hoc mirum non esse, si duae dictiones eundem habeant significatum, eis legislatores uti in diuersis legibus. [ Et si replices in materia collationis necessariam esse in donatione causam necessariam, ad quam pater cogi possit, ut dotis, vel donationis propter nuptias, secundum Paul. Deci. & alios in auth. ex testamento. C. de collatio. Respondere licebit ex his, quae diximus supra eod. l. 1. glo. 8. numero etiam. 8. & sequentibus.

G L O S S. III.

- 1 Collationis materia remissiuē.
- 2 Melioratio tertij & quinti prius facta extrahitur ex dote, vel donatione quae confertur, quae meliorationem sequitur.
- 3 Donatione rei certa filio facta, an melioratio tertij et quinti postea alteri facta aliquid detrahatur priori donationi?  
Melioratio sequuta post donationem alteri filio factam rei certa in residuo tertij & quinti obtinebit, ibidem.

- c Traxeren a colacion o partiçiō. Quae bona conferri debeant vel imputari in legitimam tractabitur in l. sequentibus & in l. 3. tit. 8. de successioneibus infra hoc libro. [ Querit Telli. Fernan. in l. 25. Tauri numero. 3. an legis nostrae dispositio procedat, vbi melioratio tertij & quinti irreuocabilis praecessit dotis constitutionem, & aliam donationem ob causam confertur, & resoluit locum non esse legis nostrae dispositioni hac in specie, sed ne melioratio praecedens reuocetur, extrahenda esse ex dote vel donatione post meliorationem sequuta, quod verum esse censeo non ex prolixis rationibus Telli, sed ex ratione decidenda a nobis tradita supra in gl. i. nu. 4. quando quidem hac in specie cessat ratio illa, [ Querit etiam Telli ibi nu. 4. quid si prima donatio a patre rei certa facta fuit, eiusque rei tradita possessio, ac deinde alium filium meliorauit in tertio & quinto, an vltima melioratio extrahatur ex priori donatione? In qua questione multa verba estudit Telli, non tamen quaerit legi nostrae, quippe quae loquatur de dote vel donatione, quae confertur. At donatio rei certa, de qua est nostra quaestio, est melioratio, ut in l. 1. sequenti statuitur, quae non confertur, ut ibidem disponitur, quemadmodum nec confertur donatio simplex a patre filio facta, ut optime probat Cyfonta. in l. 26. Tauri numero. 6. & ibi Ioan. Lupi numero. 25. idem Cyfonta. in l. 29. Tauri num. 1. in fi. & Anto. Gomez ibi numero. 26. Petr. de Duenas in regula. 222. limita. 5.



Roder. X. Suarez in. l. quoniam in prioribus. 5. quæst. numero. 6. C. de inofficio. testamen. Greg. Lupi in. l. 3. titulo. 4. part. 5. in gloss. in litera. L. si ergo donatio hu...

LEY. X.

Que haciendo los padres en testamento o por contrato donacion a su hijo, se entienda ser mejorado en lo que cupiere en tercio y quinto y legitima, aunque no lo digan.

Ley. 26. de Toro.

Si el padre o la madre en testamento o en otra qualquier vltima voluntad, o por otro algun contrato entre viuos hizieren alguna donacion, a alguno de sus hijos o descendientes, aunque no digan que lo mejoran en el tercio y en el quinto, entienda se que lo mejoran en el tercio y quinto de sus bienes, y que la tal donacion se quente en el dicho tercio y quinto de sus bienes en lo que cupiere, para que a el ni a otro no pueda mejorar mas de lo que mas fuere el valor del dicho tercio y quinto. Y si de mayor valor fuere, mandamos que va...

G L O S S. I.

- 1. Donacione certa rei filio facta an censeatur filius melioratus, & quid si excedit tertium & quintum & legitimam?
2. Donatio an censeatur facta per traditionem simpli-

- cem filio alicuius rei factam?
3. Diuisio seu assignatio bonorum a patre inter filios facta, an dicatur melioratio, vel concessio in peculium. & an reuocari possit?
Melioratio in testamento facta etiam sequuta traditione potest reuocari, ibidem.
4. Traditio rei filio simpliciter facta, an melioratio dici possit, & an sit irrevocabilis, ibidem.

Entre viuos hizieren alguna donacion. Nota ex lege ista, quod donacione certe rei facta per contractum, vel in vltima voluntate filio vel alicui ex descenditibus, & si nomine meliorationis non fiat, censeatur tamen eius rei melioratio facta, quatenus capit tertiam & quintam bonorum partem. & si quid excedit computatur in legitimam, quatenus vero excedit tertium & quintum, & legitimam non valet, & ut inofficiosum reuocatur.
Intellige tamen hoc procedere, si expresse donauerit pater vel mater filio rem aliquam, secus si eam sibi simpliciter dederit vel tradiderit absque verbo dono, tunc etenim non melioratio, sed potius erit concessio in peculium, ut id filius administrat reddatque rationem patri fructuum & prouentuum, vel eorum quæ ex negotiatione ratione rei vel quantitatis sibi tradita acquisierit tanquam nudus administrator peculij, & tunc imputare tenebitur in legitimam que sibi sic tradita fuerint ex sententia Bar. in. l. 1. §. si parens in ff. si quis a paren. fuer. manu. quem sequitur Alexan. in. l. illud num. 5. vers. limita tamen predicta. C. de collatio. & ibi Moderni, idem Alex. conf. 142. nu. 28. li. 2. Iaso. in auth. ex testamento nu. 3. vers. 3. casus est & ibi Dec. nu. 6. C. de colla. Ripa in. l. in quartam nu. 145. & ibi Alcia. nu. 46. ff. ad. l. Falcid. dom. Dida. Co. uarru. in cap. Raynaldus. §. 2. nu. 6. vers. prafata vero conclusio de testamen. Bertrand. consil. 82. lib. 2. Telli. Fernand. in. l. 26. Tauri numero. 1. [ Quid autem erit, si pater diuiserit bona sua inter filios, eorumque possessionem tradiderit, & vni maior em portionem quam alijs assignauerit, an hæc dicatur donatio seu melioratio, ita ut pater non possit eam reuocare post traditam possessionem, iuxta. l. 1. supra eodem. Videtur reuocare posse, eo quod non sit donatio, sed quedam traditio simplex, ut dixi supra numero precedenti, vel ex eo quod sit diuisio & prematura assignatio, que post mortem patris plenum sortitur effectum, atque ideo nimirum si reuocari possit argumen. text. in. l. si filia. §. si pater. ff. fami. herciscun. cuius verba sunt [si pater inter filios bona diuiserit, non videri simplicem donationem, sed potius fecisse supremi iudicij diuisionem] & ibi ad id expendit Alberi. Bald. & Floria. Oldraldus consilio. 231. Sed melioratio facta filio per patrem in vltima voluntate, potest reuocari, etiam sequuta traditione, ut post Anto. Gomez. in. l. 17. Tauri numero. 24. probauit supra eodem. l. 1. glossa. 4. numero 26. & 27. Contraria tamen sententia placet Antonio Gomez in. l. 17. Tauri numero. 21. imo quod hæc sit melioratio, atque ideo traditione sequuta reuocari non possit, iuxta. l. 1. supra eodem. Sed iudicio meo sic est distinguendum, aut enim precessit testamen-

testamentum, & tunc aut in eius executione testator ipse bona diuisit, & erit reuocabilis diuisio seu adiudicatio, quemadmodum in solutione legati per testatorem ipsum facta probauit supra eo. l. 1. glo. 4. numer. 26. Aut vero nulla facta mentione testamenti adiudicatio & traditio facta fuit, & tunc donatio inter viuos facta esse censeatur, estque irrevocabilis propter traditionem, ut ex receptiori opinione resoluimus supra eo. l. 1. glo. 4. num. 25. & 27. [ Cui resolutioni non ob erit, quod diximus supra hac eadem gloss. numero. 2. quod per simplicem traditionem rei a patre filio facta non censeatur melioratio facta, sed potius concessio in peculium, ita ut in legitimam imputetur, quoniam illud verum est, vbi nulla precessit dispositio seu testamentum: nostra autem in specie testamentum precessit, quamuis vt vera dicam, melatet profecto, quid inter hæc interfit, nempe, quod testamentum vel legatum præcedat, vel non, si quando precessit, solutio seu traditio non eius virtute facta fuit, quare non video huic obiectioni sufficiens responsum, ideo maturius est cogitandum.

G L O S S. II.

- 1. Melioratio. 3. & 5. facta videtur filio, cui pater donauit in vita rem aliquam,
2. Donatio simplex filio facta non confertur nec imputatur in legitimam, nisi quatenus excedit tertium & quintum, iure regio.
Que le mejoran en el tercio y quinto. Nota meliorationem tertij & quinti videri factam filio, cui pater in vita donauit rem aliquam. [ Ex quo infertur, donationem simplicem filio factam non imputari in legitimam nec conferri iure nostro regio, nisi in eo quod excedit tertium & quintum, quod ex hac lege expendit Gregor. Lupi in. l. 3. ti. 4. par. 5. in litera. L. Quid autem sit iure communi dicant infra hoc libro tit. 8. de successione. l. 3. glo. 1. num. 6.

G L O S S. III.

- 1. Melioratio vniuersalis. 3. & 5. partis non excludit priorem donationem certæ rei alteri filio factam, imo restringitur ad id quod supererit ex priori.
2. Donatio certæ rei filio facta non sequuta traditione an reuocetur per donationem. 2. & 5. num. 9.
3. Melioratio irrevocabilis a patre facta non reuocatur alienatione.
4. Melioratio reuocabilis quia non fuit tradita possessio vel aliâs an per alienationem reuocetur? & quid si fiat titulo lucratiuo, & quid si fuerit filio assignata num. 5. & 6.
5. Melioratio certæ rei filio facta non reuocatur per alienationem necessariam, que semper presumitur.
Alienatio rei donatæ filio ex causa necessaria facta

esse presumitur, & an eius traditio requiratur, ut reuocata censeatur donatio eius rei filio facta, ibidem.

- 8. Donatio causa mortis & ea que reuocari potest usque ad mortem, per alienationem necessariam, que semper presumitur, non reuocatur, per voluntariam autem sic.
Donationis reuocatio que facta fit fortior est, quam que verbo, ibidem.
Alienatio rei legata vel donata inducit penitentiam, ibidem.
9. Donatio certæ rei an reuocetur per alienationem voluntariam onerosam vel lucratiuam.
10. Donatio certæ rei reuocatur pro parte vel usufructu alienato.

Para que a el ni a otro no pueda mejorar. Ecce tex. expressum ad decisionem questionis, de qua supra eo. l. 9. gl. vlt. quod melioratio tertij & quinti filio facta post donationem certe rei, quam alteri filio prius fecerat, non extrahitur ex priori melioratione: quoniam prior donatio valuit in vim meliorationis tertij & quinti, & hæc secunda melioratio fieri non potuit, nisi in eo dumtaxat, quod deerat ad implementum tertij & quinti. [ Quod non solū procedit, vbi prior donatio rei certe erat irrevocabilis propter possessionem rei donatæ filio traditâ iuxta. l. 1. supra eo, verum etiâ si eius rei tradita non fuit possessio, & sic donatio poterat reuocari, adhuc etenim non censebitur reuocata per meliorationem tertij & quinti sequentem, vt hic expresse statuitur. Et quatenus lex nostra dicit non posse patrem alteri filio meliorationem facere tertij & quinti, nisi in eo quod superest ad implementum dicti tertij & quinti, non intelligas, non posse patrem priorem donationem reuocare, potest siquidem re non tradita vt in. l. 1. supra eo. sed quod si perseverare voluerit in eadem voluntate, per secundam meliorationem generalem detrahi primæ non videatur, atque ideo secunda non posse fieri, nisi de eo quod superest ad implementum. 3. & 5. partis, & ita congruentius satisfiet decisioni. l. 1. supra eodem quam satisfacit Ioann. Lupi in. l. 26. Tauri numero. 26. Et quia etiam iure communis vbi legatum speciale donationem præcedit generalis, nunquam ex donatione reuocatur legatum, ita resp. dicit Alex. conf. 31. numero. 5. vers. vltimo etiam non obstat lib. 3. & conf. 25. numero. 12. lib. 1. & consil. 252. nu. 4. lib. 6. Areti. conf. 74. colu. pen. vers. venio ad quartum Aimon Craue. conf. 143. num. 10. Iaso. in. l. 3. C. de lega. numero. 3. vers. iuxta prædicta. Maria. Soci. l. unior conf. 124. numero. 67. & 68. lib. 1. Telli. Fernand. in. l. 17. Tauri numero. 25. vbi hanc attestatur esse communem contra Bal. & Sal. in. l. filie cuius. C. fami. herciscun. [ Et huius occasione non ab re hic incidit questio, an melioratio a patre facta per alienationem ab ipso patre factam reuocetur, vel modificetur, & si cuius resolutione fac sequentes conclusiones. Prima conclusio, melioratio tertij & quinti, vel certe rei a patre filio facta, si eius tradita fuit possessio, iuxta. l. 1. supra eod.

cod. non potest per alienationem reuocari vt ibi dicitur. Nec oberit quod inspicitur & consideratur tempus mortis iuxta .l.3. & .7. supra cod. quare vel augetur vel minuitur iuxta bona quae reperiuntur tempore mortis: nam licet hoc sit, prout est verum, non tamen ex eo sequitur, quod per alienationem rei possit reuocari, est enim irreuocabilis, vt statuitur in .d.l.1. supra eo. vbi dixi. [Secunda conclusio, si melioratio tertij & quinti nulla in re speciali designata, facta fuit filio, nec tradita ei fuerit possessio, vel instrumentum donationis iuxta formam traditam supra cod. l.1. per alienationem eiusdem quotæ inducitur reuocatio, quia disponit de eo, quod poterat reuocare, vt in .l. cum hic status. §. si maritus. ff. de dona. int. vir. & vxor. l. quæ situm. §. illud. ff. de precar. quod ita censet Telli. Fern. in .l.17. Tauri num. 121. ibique hanc extendit conclusionem, vt procedat etiam si partem aliquam illius quotæ alteri donauit vel legauit, nã illius partis respectu inducitur reuocatio, vt in .l. cum quæstio. C. de lega. ibi, cum enim manifestissimū est, cū qui ab initio duodecim vncias rei cuiusdam reliquit, alij autem postea sex, recessisse illum quidem à priore voluntate, voluisse autem minui eam sex vncijs, cū alijs eas obtulit, q̄ & voluit Bar. in .l. si alij. 2. col. ff. de v. fuf. lega. [Limita tamen conclusionem nostram in alienatione facta ex titulo lucratiuo, vt si alij postea donauit illud tertium quintum vel partem eius: hac siquidem in specie censetur pater donationem reuocasse, secus si ex titulo alienauit oneroso, tunc etenim reuocare priorem meliorationem non censetur, sed diminuere, cum bonorum æstimatio non fiat, nisi eorum, quæ fuerint tempore mortis vt in .l.3. & .7. supra eo. quod sentire voluit Telli. Fern. in .d.l.17. Tauri numero. 121. in fi. vbi aliam reddit rationem, quia in dispositionibus cõditionalibus relatis ad mortem ex alienatione non inducitur reuocatio, vt in .l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. 1. & in .l. scribit Quintus. §. vlt. ff. de auro & arg. leg. Anto. Gom. hoc idē voluit in lib. variarū reso. tomo. 3. c. 12. de legatis nu. 56. in fine. [Tertia cõclusio, si melioratio tertij & quintæ partis bonorum patris facta fuit filio, & in re certa assignata iuxta tradita supra eo. l.3. per alienationē rei assignatæ nō reuocatur donatio seu melioratio prædicta, siue alienatio fiat ex causa lucratiua, siue onerosa, ex causa necessaria vel voluntaria, quandoquidem hæc assignatio nō est substantia meliorationis, sed eius executio. Hæc fuit sententia Ripæ li. 3. respõsorū. c. 11. col. 3. vers. quia ad istud respõdetur multipliciter, cui subscripsit Telli. Fern. in .d.l.17. Tauri nu. 127. cõtra Cifon. in .l.19. Tau. nu. 5. & ibi Ant. Go. nu. etiam. 5. Citat Telli. pro hac cõclusionē tex. in .l. qui dā testamēto. ff. de leg. 1. & in .l. Paulo Calimacho. §. Iulius Seuerus. ff. de leg. 3. & in .l. Luti. ff. de alim. & cib. leg. negatq; hac in specie locū esse distinctioni Pauli Cast. quod assignatio fiat in duabus orationibus vel vna. cõf. 338. 3. col. vers. pro intellectu huius dubij l. 1. in nouis quæ sequitur Deci. cõf. 324. nu. 1. [Quarta cõclusio, si pater filio donauit in vita rē aliquā, & nō tradidit, videtur in ea meliorationē facere vsq; ad tertium & quintum, & quod superest, cõputat in legitimā, vt hic dicitur. Et licet donatio possit reuocari per patrē, vt in .l. supra eo. adhuc in per alienationē necessariā reuo-

cari non censetur, si alienatio fuerit ex causa onerosa, quamuis si ex causa voluntaria fiat reuocata cõsetur, quemadmodum in legatis statuitur in .l. rem legatam ff. de adimen. lega. & .l. fidei cõmissa. §. si rem. ff. de leg. 3. l. 40. tit. 9. de legatis par. 6. Semper autem præsumitur ex causa necessaria rem fuisse alienatam, nisi contrariū probetur secundū Iacob. Butri. Ange. & Sali. quos refert Corne. in .l. 3. C. de lega. nu. 5. idem voluit Maria. Soci. Iunior cõf. 162. nu. 24. di. 2. expressa lex regni nostrri. 40. tit. 9. par. 6. in fi. quam ad id citat Ant. Gom. in titulo de legatis nu. 56. versic. & idem disponit lex, Telli. Fern. in .d.l.17. Tauri nu. 122. vbi latè discutit an sit necessaria traditio rei per testatorē alienatæ ad hoc vt inducatur reuocatio meliorationis, Et concludit non requiriri, nisi in donatione cõditionali relata ad tēpus mortis, veluti cūm donator dixit, si mea fuerit res tempore mortis, quia hac in specie non censetur reuocata donatio, nisi tradita res fuerit ei, in quæ alienata fuit, ad eum vos relego. [Confirmatur hæc cõclusio, ex eo quod donatio causa mortis reuocatur alienatione voluntaria, non tamen per alienationem necessariam à donatore factam rei donatæ, quæ necessitas semper præsumitur, nisi contrarium probetur, vt dixi nu. præcedenti, quemadmodum & in legato statuitur in legibus supra citatis. Hæc fuit sententia Dyni in .l. Stichū qui meus erit. ff. de lega. 1. quæ ibi sequuntur Bar. Bal. Imol. Rapha. Floria. Areti. Iaso. Claudi. Zafi. Vincenti. & Pontanus nu. 22. estque communis opinio secundum Alcia. in .l. non omnis si. col. versic. & receptū est. ff. si cer. peta. & ibi Deci. num. 14. Soci. in .l. si quis antea conduxit nu. 17. ff. de acq. poss. Vincenti. in .l. 2. ff. de lega. 1. colu. 10. in fi. Deci. in .d.l. non omnis num. 14. vbi reddit rationem, quia fortior est reuocatio quæ facta sit, quàm quæ verbo vt in .l. nostra. C. de testam. Cūm igitur donatio causa mortis verbo reuocari possit vt in .l. 1. in fi. de dona. & in .l. vlt. ti. 4. de donationibus par. 5. multo magis facta reuocabitur, idem voluit Riminaldus in .l. 1. in fi. de donatio. d. D. Couarru. in rub. extra de testamen. 3. par. num. 19. Roma. in .l. Marcellus. §. Paulus per tex. ibi. ff. de dona. caus. mor. Anton. Gomez de contractibus. cap. 4. numero. 18. versic. 10. infero. Telli. Fernandez in .l. 17. Tauri num. 117. qui idem esse censet in hac donatione, quæ licet sit inter viuos & statim valeat, & si vsque ad mortem reuocari possit vt in .l. 1. supra eo. militat tamen eadem ratio reuocationis, quæ in donatione causa mortis, nempe, quia propter alienationem censetur mutata voluntas, & ex ea inducitur poenitentia: nec hoc esse tribuendum asseuerat naturæ legati vel donationis causa mortis, quasi secus sit in contractu inter viuos. Nam hoc esse falsum apertè conuincitur ex .l. quæsitum. §. illud. ff. de precar. vbi in contractu præcarij inter viuos celebrato, ad libitum tamen concedentis reuocabili, ex alienatione rei in precarium concessæ censetur reuocatum, vt ex eo textu hoc expendit gloss. & Socin. singulariter in .l. si quis antea conduxit. num. 16. ff. de acq. posse. Idem ergo dicendū erit in specie de qua agimus, cūm sit perinde ac precarium ad nutum reuocabilis melioratio ante traditionem vt in .d.l. 1. supra eo. [Quinta conclusio, donatio certæ rei filio facta iuxta. l. 3. supra eodem. re nō dum

Ley. 27. de Toro

dum tradita, reuocatur per alienationem voluntariā ex causa onerosa factam, vel per donationem eiusdem rei alteri factam, vt probatur ex his, quæ diximus supra numero. 2. & 7. & probat. d. D. Couarru. in rub. de testamen. 3. par. numero. 19. alienatio autem vel donatio generalis non erit sufficiens ad reuocandum donationem specialem, vt constat ex traditis supra numero. 2. & per Couarr. vbi supra & Telli. Fern. in .l. 17. Tauri num. 125. Conuocatur hæc opinio ex eo, quod donatio facta per virum vxori alicuius rei non reuocatur, si bona donantis generaliter pignorentur ex sententia Bar. in .l. rem legatam numero. 10. versic. sed an hoc habeat. ff. de adimen. lega. quamuis per specialem eiusdem rei hypothecam donatio censetur reuocata, ita vt morte viri non confirmetur, vt in .l. 3. C. de lega. & .l. cum hic status. §. si maritus. ff. de dona. int. vir. & vxor. idem voluit Iaso. in .d.l. 3. 2. limi. & Anto. de Fano. de pignoribus. 2. par. membro. 1. nu. 4. Couarru. d. 3. par. rub. de testamen. numero. 19. versic. quibus illud suffragatur, & Telli. Fern. eo tacito in omnibus supra traditis in .d.l. 17. Tauri numero. 125. [Qui numero. 126. hanc conclusionem dupliciter extendit. Primò vt non solum per alienationem voluntariā inducatur reuocatio donationis certæ rei filio factæ, verum etiam si pars eius rei alienetur, quoad partem alienatam reuocata censetur, vt in .l. si rē suā versic. si verò quis partem insti. de lega. Bar. in .d.l. rem legatam num. 8. ff. de adimen. lega. dixi supra nu. 4. Secundo vt procedat eodē modo si pars integralis, hoc est, vsusfructus alienetur vel alteri donetur, adhuc enim reuocabitur quoad vsusfructum ex sententiâ Petri à Belaper. & Cyni in .l. 3. in fi. C. de lega. quos sequitur Paul. ibi numero. 6. & Alex. numero. 2. Corn. numero. 7. vbi eam dixit cõmunē & Iaso. nu. 6. Iacobi. num. 7. Imol. in. cap. filius de testam. num. 18. versic. sin autem, contra Ancarra. ibi num. 8. & contra Bart. in .d.l. rem legatam num. 7.

G L O S S. IIII.

Donatio inofficiosa quando dicatur?

d *Yno en mas.* Nota quod donatio certæ rei facta filio per patrem, in eo quod excedit tertiam & quintam partem bonorum patris & legitimam filio debitam, est inofficiosa & inualida, vt in .l. 4. in fi. tit. 15. de hæreditatis diuisione par. 6. auth. vnde si parens. C. de in offi. testam. vbi tunc dicitur donatio inofficiosa cūm legitimæ aliorum filiorum integrari nequeunt. Ioan. Lupi in rep. cap. per vltimas de dona. int. vi. & vxor. 3. notab. §. 22. numero. 14. Fern. Vazquez de succes. creatio. §. 10. numero. 247. & 248.

L E Y. XI.

¶ *Que en la mejora del tertio los padres. puedan poner las condiciones y grauamen que quisieren a sus hijos y descendientes. guardando la orden aqui contenida.*

¶ Mandamos que quando el padre o la madre mejoraren a alguno de sus hijos o descendientes legitimos en el tercio de sus bienes, en testamento, o en otra qualquier vltima voluntad, o por contracto entre viuos, que le puedan poner el grauamen que quisieren: a fi de restitucion, como de fideicomiso, y hazer en el dicho tercio, los vinculos y submisiones y substitutiones que quisieren, con tanto que lo hagan entre sus descendientes legitimos, y a falta dellos, que lo puedan hazer entre sus descendientes illegitimos que ayan derecho de les poder heredar. Y a falta de los dichos descendientes, que lo puedan hazer entre sus ascendientes. Y a falta de los susodichos, puedã hazer las dichas submisiones entre sus parientes. Y a falta de parientes entre los estraños. Y que de otra manera no puedan poner grauamen alguno ni condicion en el dicho tercio. Los quales dichos vinculos y submisiones, ora se hagan en el dicho tercio de mejora, hora en el quinto, mandamos que valan para siempre, o por el tiempo que el testador declarare, sin hazer diferencia de quarta ni quinta generacion. <sup>mi</sup>

G L O S S. I.

- 1 *Meliorato in tertia bonorum parte potest apponi grauamen.*
- 2 *Melioratio tertij an sit legitima ibidem & numero sequen.*
- 3 *Legitima grauamē nullū patitur. 100. ampliationes, et 100. limitationes remissiuē.*
- 4 *Melioratio tertij quoad extraneos est legitima, quoad filios vero in quibusdam habet vim legitimæ, in quibusdam non.*
- 5 *Meliorationi tertij quare grauamen imponitur in fauorem*

uorem descendendum, & non extraneorum?

Legis nostrae ratio decidendi, ibidem.

4 Donacioni filio factae ultra legitimam iure communi an possit apponi grauamen in eo, quod legitimam excedit?

a El grauamen que quisieren. Nota, quod filio à patre meliorato in tertia bonorum parte potest grauamen apponi iuxta formam hinc traditam. Ex quo inferri videtur, tertiam bonorum parentum partem non esse legitimam respectu filiorum, sed prælegatum. Nam si legitima esset, nullum grauamen imponi posset. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. l. ii. titu. 4. de conditionibus institutionum par. 6. reijcitur enim de ipsa legitima, quam regulam ampliatur. 100. modis, & alijs centum limitat Ferdi. Vaz. in. lib. de successione creatione. §. 10. numero. 196. & numero. 406. cum pluribus sequen. post Roder. Xuar. in. d. l. quoniam. Cum igitur in melioratione tertij licet grauamen & onus apponi, vt hic statuitur, videtur, non esse legitimam, sed potius prælegatum. Quem enim honoro, possum grauare. l. ab eo. C. de fideicom. [ Ex quo hanc sententiã pluribus persuadere rationibus nititur Ioã. Lup. in. l. 27. Tau. nu. 5. & sequentibus & Did. Cast. in. l. 18. Tau. in prin. & Gomez Arias in. l. 16. Tau. num. vlti. Telli. Fern. in. l. 23. Tau. nu. 2. Sed nihilominus contrariã sententiã, imo q̄ sit pars legitime melioratio tertij, quãuis sit voluntaria respectu electionis, quia pater potest quem velit ex filijs eligere, & meliorare, tuetur idem Ioan. Lupi in. l. 19. Tauri numero. 5. & in. l. 23. num. 1. & 3. Anto. Gomez ibidem & probauit latius supra eo. l. i. glo. 2. & l. 2. glo. 3. num. 2. post Securam ibi citatũ, & l. 5. glo. 4. in fi. & l. 7. glo. 2. nu. 3. Ioan. tamẽ Lupi in d. l. 27. Tauri nu. 10. in fi. resoluit meliorationẽ tertij partis non esse legitimam respectu filiorum & descendendum, sed prælegatum, respectu tamen extraneorũ esse legitimam, cum eis relinqui non possit in præiudiciũ filiorum, vt in. l. 9. tit. 5. de legatis lib. 3. fori. cuius resolutio mihi placet hoc illi addito, nempe, etiam respectu filiorum censeri legitimam quoad multa, licet quoad plurima differat, & potius prælegatũ dicatur. Quod facile colliges ex legibus præcedentibus & sequentibus, & potissimum ex lege nostra, qua differre constat, eo quod grauamen apponi potest in melioratione tertij, non tamen in legitima. Conueniunt tamẽ quia melioratio tertij habet eosdem effectus, quos legitima, & fortẽ maiores, vt expendit Telli. Ferrand. in. d. l. 27. Tauri num. 3. Vides enim fideicommissum vel onus meliorato in tertio non posse iniungi, nisi in fauorem descendendum, vel in defectum eorum ascendendum vel eis deficientibus cæterorum consanguineorum, in quorum omnium defectum vocari possunt extranei, non sic in melioratione quinti, potest enim in ea grauamen imponi in quorumcunque fauorem, etiam extraneorum. [ At ideo inter descendentes permittit lex nostra grauamen apponi, & non in fauorem extraneorũ, quia quem honoro, possum grauare, sed respectu descendendum dicitur honoratus propter meliorationem tertij, poterat enim pater alferum ex descendentibus eligere, & meliorare, si ergo

hunc elegit, nimirum si grauare possit, & pro tempore eligere, & post tempus designatum alijs prælegare, Cũ hæc facultas à lege fuerit sibi concessa, vt hic & l. 2. supra eo. Extraneos autem vocare non potest, nisi in defectum descendendum, quorum respectu dicitur legitima, qua eos defraudare non potest, nisi omnes deficient. Et ante legem istam hæc erat receptor sententia, vt probat Ioan. Lupi in. d. l. 27. Tauri numero. 24. & sequentibus, & Segura in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum numero. 183. & pluribus seq. vbi fuisse nimis & prolixè procedit. [ Quin etiam iure communi ante legem istam pater, filium cui inofficiose donauit, poterat grauare onere fideicommissi, in eo quod excedebat legitimam, vt in. l. Ticia Seyo. §. vlti. ff. de lega. 2. nec erat opus querela ad reuocandum, sed ipse met pater hoc facere poterat, vt ex eo textu ibi expendit Bar. post Guillel. & alios antiquos, quos sequuntur Bal. & Sali. in. l. si totas. C. de inoff. dona. Ferdin. Vazquez Mencha. li. i. de successione creatione. §. 10. numero. 247. citat ad id tex. in. l. 17. & 26. Tauri, ibi e no en mas, quæ transcriptæ sunt in hoc libro in. l. 1. & 10 supra cod.

G L O S S. II.

- 1 Meliorationi quinti quodcunque grauamen apponi potest etiam in fauorem extraneorum.
- 2 Meliorationi tertij grauamen apponitur in fauorem descendendum, & eis deficientibus in fauorem aliarum personarum hic contentarum.

b *Thaxer enel dicho tercio.* Quare lex hinc nihil dixit de melioratione quinti? Videbatur enim maiori ratione in quinto bonorum alicui prælegato grauamen apponi posse, quã in tertio, eo quod non sit pars legitime sicut tertij, potest siquidẽ cuiilibet extraneo relinqui, vt in. d. l. 9. tit. 5. de legatis lib. 3. fori. & in. l. seq. [ Respondeo nemini dubium esse, in melioratione quinti grauamina posse imponi, prout & in hac lege in fine dicitur, verum ideo hinc non factam esse mentionem de quinto, sed de tertio dumtaxat, quia vincula & grauamina permittit lex nostra apponi in tertio in fauorem descendendum, & in eorum defectum, vt tertij deueniat ad alios, prout in hac lege statuitur. In quinto autem grauamina possunt apponi etiam in fauorem extraneorum: nec grauatur filius melioratus illud relinquare vel restituere personis hinc enumeratis, sed cui voluerit, vt Telli. Fernand. asseuerat in. d. l. 27. Tauri numero. 3. versi. tertio. & Gomez Arias in. l. 25. Tauri numero. 18.

G L O S S. III.

- 1 Substitutiones fieri possunt perinde in contractibus ac que in legatis vel vltimis voluntatibus.
- 2 Meliorationi an possit grauamen apponi post factam meliorationem?

Argu-

Argumentum de re ad tempus & de tempore ad res est validum in iure, ibidem.

Meliorationem qui reuocare potest, poterit ei grauamen ex post facto apponere, ibidem.

3 Meliorationi irreuocabili nõ potest ex post facto grauamen apponi.

Donatio perfecta conditionem postea non capit ibidem.

4 Substitutio vulgaris aut pupillaris an fieri possit filio meliorato? remissiuẽ.

c *Substitutiones que quisieren.* Nota ex lege ista, quod substitutiones non solum fieri possunt in vltimis voluntatibus & legatis, vt in. l. vt hæredibus. ff. de lega. 2. verum etiam in contractibus & omni alia dispositio ne, id quod ante legem nostram erat iure communi & regio statutum, vt in. l. quoties. C. de donatio. que sub modo, & l. 7. tit. 2. par. 5. Paul. Cast. conf. 347. & confi. 384. lib. 1. explicat eleganter Aymon Crauetz conf. 19. numero. 8. & 9. [ Et quemadmodum pater meliorans filium, potest grauamina & substitutiones directas vel obliquas filio meliorato quas voluerit iniungere, ita & quodcunque apponere licebit, etiam multo tempore post factam meliorationem ex sententia Anto. Gomez in. l. 17. Tauri numero. 22. valet enim argumentum de re ad tempus & ex contrario, vt in. l. miles. §. & quia diximus & ibi notant Bar. & docto. ff. de milita. testa. Iaso. in. l. si idem cum eodem. 2. col. ff. de iuri. om. iudi. cum concordantijs per Euerardum traditis in locis legalibus loco. 39. Sed hoc intelligit Anto. Gomez. d. numero. 22. quoties melioratio poterat reuocari, vt quia non erat sequuta traditio, iuxta tex. in. l. i. supra eo. nam si totam meliorationem potest reuocare, à fortiori partem eius, & sic grauamen seu onus imponere, arg. tex. in. l. si Titio. §. vlti. cum. l. sequen. ff. de legat. 1. l. conficiuntur, ff. de iure codicill. l. 1. & per totum. ff. de adimen. lega. [ Vbi autem melioratio erat irreuocabilis, quia res meliorationis tradite fuerant, vel alia ex causa, tunc post factam meliorationem non poterunt parentes grauamen aliquod apponere, vt in. l. perfecta. C. de dona. que sub modo, cuius verba sunt. *Perfecta donatio conditionem postea non capit.* l. 2. C. de reuo. donat. l. non idcirco C. de contra. empt. l. quamuis. C. de transactio. l. sicut ab initio. C. de actio. & obliga. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. l. 1. supra eodem citat idem Anto. Gomez in argumentum. l. illud. C. de collatio. & ibi doctores. l. 1. in fi. ff. de sotutio. l. item Labeo versicu. sed pura. ff. fami. herciscun. l. licet. C. qui poti. in pig. hab. Bar. in. l. non solum. §. morte numero. 16. & ibi Moderni. ff. de no. ope. nuncia. [ An autẽ substitutio vulgaris vel pupillaris fieri possit filio meliorato in tertio in fauorem extranei dicam infra eodem glo. 9. numero. 2.

G L O S S. IIII.

1 Substitutio dicitur proprie institutio.

2 Melioratio quemadmodum fieri potest nepoti, quem pater præcedit, ita & substitutio meliorationis.

3 Substitutio meliorationis fieri potest vni vel pluribus ex descendentibus, quemadmodum & melioratio.

4 Substitutio meliorationis an fieri possit fratri vterino, vel consanguineo meliorati, omisso vtrinquẽ coniuncto?

5 Verba quoad fieri possit referenda sunt ad disponentẽ potius, quã ad eum, de quo disponitur.

6 Legitimi per subsequens matrimonium an substitui possint meliorato.

7 Filij meliorati seu possidentes meliorationem inter viuos factam an excludant substitutum.

8 Filij donatarij extranei non excludunt substitutum: Filij meliorati quos alius proximior præcedebat, an excludant substitutum, ibi.

9 Filij meliorati qui restituere tenebatur meliorationem in vita sua an excludat substitutum.

10 Filij restituere grauati meliorationem si rem eius alie nauerit, an excludant substitutum.

d *Entre sus descendentes legitimos.* Fac regulam generalẽ vt quidquid leges nostræ exigunt in melioratione, idem sit statuendum in substitutione, vt in. l. mulier. §. vltimo. ff. de conditio. institutio. vbi Labeo respondit, quod si quis te hæredem instituit sub conditione, si iam hæredem cum instituisse, aut quid sibi legasset, conditio in præteritum tempus collata extitisse intelligitur, si tu eũ hæredem instituisse quocũque gradu institutionis vel substitutionis, vel ei quocũque gradu aliquid legasset. Ex quo tex. notat Bar. in lumnario quod substitutio est proprie institutio Iaso in. l. Centurio num. 62. ff. de vulga. Emanuel Costa in repe. cap. si pater. 1. parte in verbo instituendo, numero. 5. & 6. vbi latẽ eximiat pagin. 180. & 181.

[ Ex quo inferitur, quod quemadmodum melioratio fieri potest nepotibus, etiam si filij eos præcedant, vt in. l. 2. supra cod. ita & substitutio eis fieri poterit cuiuscunque gradus sint, nulla maioris proximitatis habita distinctione, vt expendit Telli. Fernandez in d. l. 27. Tauri numero. 4. & Dida. Castelli ibi in verbo descendentes in fi. [ Inferitur secũdõ, quod substitutio fieri potest vni vel pluribus ex descendentibus, quemadmodum & melioratio fieri poterat, vt in. l. 2. 3. & 5. supra eo. probatur etiam vel ex eo, quod substitutio, de qua in. l. nostra, introducitur est ad instar substitutionis exemplaris, vt videre licebit ex l. humanitatis. C. de impube. & alijs substit. vbi parentes qui filio furioso vel mentecapto exemplariter substituunt, deficientibus liberis mentecapto, tenentur illi substituere alios fratres eiusdem, possunt tamen vnum vel certos vel omnes substituere, vt & idem Telli. Fernand. asseuerat in. d. l. 27. Tauri nu. 5. [ Inferitur tertio, patrẽ nõ astringi substitutionẽ facerẽ pro-



proximiori ex descendentes, vel ei qui successurus erat ab intestato, vt si melioratus habeat fratres vtrinque coniunctos & vterinos vel consanguineos tantum, poterit siquidē pater substituere meliorato vnū ex consanguineis fratribus, omisis vtrinque coniunctis, solum enim lex nostra exigit, quod substitutus sit de descendentes, non autem coarctat patrem substitutionem facere respectu gradus, sed tantū respectu qualitatis, quod sint descendentes. Nec oberit quod in substitutione exemplari teneatur parēs substituere eos qui successuri erant ab intestato, & sic fratres vtrinque coniunctos non vterinos vel consanguineos: quia vtrinque coniuncti proximiores dicuntur, hæc fuit sententia Guillier. de Cun. Bart. & posteriorum in l. ex facto. ff. de vulg. vbi Ripa numero. 91. de do. omnes in. d. l. humanitatis maxime Curti. Junior numer. 19. quoniam in exemplari substitutione tractatur de dando hærede ei, qui propter morbum vel defectum sibi providere non potest, & ex lege neminatur certę persone, quę substitui debent, nimirum ego si successio reguletur, iuxta successionem ab intestato, cum de substantia filij disponatur: atque ita in effectu dicatur filij testamentum. At in melioratione tertij non sic, est enim dispositio patris, non filij, iuxta tex. in. l. vnū ex familia. §. sed si fundum. ff. de lega. 2. Nec disponitur de substantia filij, sed patris. Quandoquidem quo ad filios dici non possit verē legitima, cum eorum alterum, quem malit pater, possit meliorare, vt in. l. 1. & 2. supra eo. Quare parēs in huiusmodi substitutione vocare possunt descendentes cuiuscunque gradus & qualitatis sint, siue alios præcedant, vel præcedantur ab alijs, vt Telli. Fernan. attestatur in. d. l. 27. Tauri num. 6. [ Qui & numer. 7. aduertit hæc verba entre sus descendentes, referenda esse ad descendentes testatoris meliorantis, non ad descendentes meliorati, quia idem fit in substitutione exemplari vt in. d. l. humanitatis, & quia vbiunque verba legis referri possunt ad disponentem, & ad illum, in cuius fauorem disponitur, referenda sunt ad disponentem, iuxta doctrinam Curtij Innioris consilio. §. numero. 3. citantis Bar. Imol. & Alexand. post gloss. ibi in. l. ex facto. ff. ad Trebellian. Bar. in. l. cum in testamento. ff. de auro & arge. lega. [ Quatenus autem lex nostra dicit substituendos esse filio meliorato in tertio ceteros descendentes legitimos, intellige vt substitui possint legitimi per subsequens matrimoniū, quoniam hi verē & realiter sunt legitimi e. tanta qui filij sint legitimi. l. 1. tit. 13. par. 4. l. 10. tit. 8. de successione infra hoc eo. lib. vbi dicam, dixi etiā supra hoc libro in gl. rubricę tituli primi de matrimonio nu. 123. [ Solet in melioratione seu donatione tertij inter viuos facta dubitari, an liberi donatarij seu meliorati excludant substitutum, quemadmodum eū excluderent, si melioratio & substitutio facta fuisset in testamento, iuxta. l. cū auus. ff. de condit. & demonstr. & l. cum acutissimi. C. de fideico. & l. generali ter. §. cum autem. C. de insti. & substitui. sub condit. fact. & receptor opinio est, q̄ dispositioni dictarū legum locus sit in contractibus inter viuos, qui gratia tantum stipulantis vel donatarij celebrantur, non verò in contractibus, qui vtriusque gratia celebrantur, ex doctrina Bald. in. l. cum acutissi-

mi numero. 1. & vltimo. C. de fideicommissi. cui accedit Decius in. d. l. generaliter. §. cum autem numero. 9. versic. quarto quod hic dicitur. C. de insti. & substitui. sub condit. fact. Socinus consilio. 93. numero. 16. libro. 4. Iaso. in. d. l. cum acutissimi in principio, Socinus in. l. cum auus numero. 97. versiculo quod autem ad secundum, Cassaneus consilio. 53. numero. 2. versiculo. 13. facit & numero. 28. & numero. 44. versiculo. 13. non obstat, Tiraquell. in repe. l. si vnquam in verbo suscepit liberos numero. 219. & sequent. Telli. Fernandez in. d. l. 27. Tauri numero. 8. qui omnes in specie proposita obseruant filios meliorati seu donatarij excludere substitutum. [ Quod tamen procedit, quando donatarius est filius vel alius ex descendentes, secus si sit extraneus, quia tunc eius filij non excludunt substitutum, sed ipse preferretur liberis secundum gloss. in. l. 1. post princ. & ibi Cinus Bald. & alij. C. de donatio. causa mortis gloss. etiam in. l. ex facto. §. si quis rogatus in verbo ex voluntate. ff. ad Trebell. & ibi Dim. Alexander & alij, gloss. alia in. d. l. cum acutissimi in verbo deinceps, & in. d. §. cum autem in verbo filios & vtrouque docto. & de hoc nemo vnquam dubitauit teste Tiraquell. in. d. l. si vnquam in verbo suscepit liberos numero. 219. Telli. Fernandez in dicta. l. 17. Tauri numero. 9. versic. sed ad huc pungit, vbi tamen dubitat, an si nepos fuit melioratus, & filius meliorantis fuerit substitutus, an filij meliorati excludant substitutum, ratio dubitandi fuit, quia videtur melioratus extraneus, & substitutus propinquior, quare iniquum videtur, filium meliorati excludere substitutum proximiorum. Sed nihil minus tenet hac in specie, filios excludere substitutum ex præsumpta mente meliorantis, quippe qui nepotem prætulit filio, ac proinde censetur omnem eius sobolem ei voluisse præferre, nepos siquidem non est extraneus melioranti, licet alius eum præcedat, quia capax est meliorationis vt in. l. 2. supra eodem atque ideo in eo militat ratio. d. l. cum auus & d. l. cum acutissimi & d. §. cum autem. [ Limita tamen hanc conclusionem, vt procedat quoties substitutio vel grauamen confertur post mortem meliorati, secus autem si ad certum tempus esset facta melioratio, & post illud tempus melioratus fuerit grauatus in vita restituere, iuxta formam. l. quoties. C. de donationibus quę sub modo, & l. 7. tit. 4. part. 5. tunc etenim substitutus excludet filium: nam si melioratus in vita excluditur cum sit filius vel descendens, nimirum si nepos excludatur argumento l. si viua matre. C. de bonis maternis. Ex quo hanc limitationem obseruat gloss. in. d. l. cum acutissimi in verbo vitā suam, quę comuniter recipitur teste Decio. in. l. generaliter. §. cum autē nu. 12. C. de insti. & substitui. idem attestatur Carol. Ruy. consilio. 109. lib. 2. per totum Telli. Fernan. in. d. l. 27. Tauri num. 9. [ Qui hoc sublimitat num. 10. nisi ex alia causa, culpa possessoris propter alienationem ab eo contra prohibitionē meliorantis factam, iussus sit restituere alij ex proximioribus eius, nam si alienauerit auferretur ab eo melioratio, & tradetur eius filio, quę præferre videtur substitutus, cōditio enim subintelligitur hac in specie, si libe-

ros non habuerit possessor, vt respondit Paris. consilio. 70. numero. 8. & sequentibus libro. 3. quod voluit Andr. Isernia in cap. 1. numero. 8. versic. si vero ex pacto, de aliena. feudi pater. Præpositi. in cap. 1. de feudo marchię num. 10. versic. decimo quinto Hieron. Grat. cons. 2. numero. 14. libr. 1. & Math. A. fli. in cap. 1. §. hoc quoque numero. 17. de success. feudi. rationem reddit optimam Telli. Fer. in. d. l. 27. Tauri nu. 10.

GLOSS. V.

- 1 Filij naturales patri quomodo succedant ex testamento, vel ab intestato? & an contra testamentum? & num. 2.
- 2 filij naturales vel spurij quomodo succedant matri, ex testamento, ab intestato & contra testamentum. Filij illegitimi substitui filio meliorato possunt, & meliorati succedere possunt ibidem.
- 4 Filio illegitimo à matre meliorato an substitui possint extranei.
- 5 Illegitimos que ayan derecho de les poder heredar. Hi sunt filij naturales, qui patri succedunt ab intestato in duabus vncijs, nō extantibus filijs, vel alijs descendētibus legitimis, & non extante vxore legitima patris sui auth. licet. C. de natu. lib. Et iure regio etiā extatē vxore legitima succedit naturalis patri ab intestato in dictis duabus vncijs, hoc est, in sexta parte hereditatis paternę, vt in. l. 9. tit. 13. part. 6. ascendentes autem eos excludunt omnino secundū omnes, vt attestatur Antonio, Gomez in. l. 9. Tauri numero. 4. in fi. [ Ex testamento autem succedunt naturales patri non extantibus descendentes legitimis, licet ascendentes super sint, vt in. l. 7. & 8. tit. 8. de successione infra hoc eodem libro, vbi dicam latius. Cōtra testamentum autē non succedunt glo. sing. in. l. 1. in verbo naturales. ff. de bon. poss. con. tab. quam ibi sequuntur Din. Alb. Bar. & communiter docto. l. 8. versic. pen. titu. 13. par. 6. Antonio Gomez. in. l. 9. Tauri numero. 11. [ Matri autem succedunt filij naturales & spurij & nati ex damnabili coitu, modò mater non incurrat pœnam mortis ex tali coitu, ex testamento & ab intestato, non extantibus descendentes legitimis, licet super sint ascendentes vt in. l. 7. tit. 8. de successione infra hoc libro. Succedunt etiam contra testamentum iure communi & regio, vt probant Did. Castelli in. l. 9. Tauri in verbo heredes legitimis & Ioannes Lupi ibidem numero. 6. & 7. & Antonius Gomez numero. 12. dom. D. Couarruias de sponsali. 2. parte capit. 8. §. 4. numero pen. & fina. hi omnes possunt substitui filio vel descendentem legitimo in melioratione tertij, deficientibus alijs descendentes legitimis, atque hi præferuntur ascendentes vt hic dicitur, & fatentur oēs interpretes in. d. l. 27. Tauri vnde hæc deprompta fuit. [ Aduertere tamen oportet, quod licet filij illegitimi sint matri hæredes necessarij, si alteri eorum melioratio fiat, poterit mater substituere quem velit, nō seruato huius legis ordine, quem seruare præcipit, quando filio vel descendentem legitimo facta fuerit, vt

asseuerat Telli. Fernandez dubitans tamen in. d. l. 27. Tauri numero. 14. ad fi.

GLOSS. VI.

- 1 Filij naturales tantum præferuntur in substitutione faciendā filio meliorato ascendentes, quemadmodum & præferuntur eis in successione ex testamento.
- 2 Legis nostrę conciliatio cum. l. 1. tit. 8. hoc libr. 5. numero. 3.
- 3 Tertia pars bonorum filij quando possit relinquere extraneis, & quando non, tractatur.
- 4 Entre sus ascendentes. Nota, quod filij naturales tantū, præferuntur in substitutione meliorati ascendentes, quia filij naturales sunt patri successibiles ex testamento, etiam si ascendentes super sint vt in. l. 7. & 8. tit. 8. de successione infra hoc eodem libro, quod expendit ex lege nostra Ioann. Lupi in. l. 27. Tauri numero. 46. & ceteri interpretes. Quorum sententia vera est, quidquid dubitauerit idem Ioann. Lupi in. d. l. 27. num. 52. [ Contra legem istam opponit Didac. Castelli. in. l. 27. Tauri in glo. 1. in fi. & in verbo entre los estraños & Gomez Arias ibi numero. 9. in fi. & 60. de lege. 6. Tauri versic. pero biē permitimos, quę traſumpta fuit in. l. 1. tit. 8. de successione infra hoc libro. §. vbi statuitur, quod filius habens ascendentes potest disponere de tertia bonorum parte ad libitum, eam relinquendo extraneis quibuscunque: hic autem, non aliās licet de tertia parte disponere, nisi inter cognatos deficientibus ascendentes, quod reputat fortissimum argumentum, fatetur quę ei difficulter posse satisfieri. Respondet tamen quod lex nostra loquitur quando tertium relinquatur sub conditione, lex autem prima supra citata, quando tertium pure relinquatur. Sed hoc est constituere differentiam & non rationem differentię. Quare ipse reddit aliam, nempē, quod ibi testator à principio tertium legauit extraneo, quod potest extantibus legitimis ascendentes: hic autem loquitur quādo ex post facto fit substitutio in tertio. Sed hæc ratio non satisfacit ex eo quod leges in institutione loquentes procedunt in substitutione vt probaui supra eod. gloss. 4. numero. 1. [ Vel aliter soluit Didac. Castelli ibi in verbo entre los estraños quod. d. l. 6. Tauri, quę transcripta est infra tit. 8. l. 1. loquitur quando à principio is, qui in testamento disponit de tertia parte inter extraneos, nullos habebat descendentes, sed ascendentes dumtaxat. Hic autem cum disponitur de tertio adfunt descendentes, quare tractari non potest de legitima ascendentes, de qua tractat. d. l. 6. Tauri & d. l. 1. tit. 8. infra hoc libro. ideo hic non potest testator disponere de tertia parte inter extraneos, sicut potest, si de legitima ascendentes tractaretur vt in. d. l. 1. hæc est vera interpretatio legis nostrę, quamuis non ita explicent Nostres.

G L O S S. VII.

*Meliorationis tertij grauamen seu fideicommissum vel substitutio an fieri possit descendentes illegitimis, si legitimi supersunt, vel ascendentes, si supersint descendentes.*

**Y** a falra de parientes. Collige ex lege ista opus non esse, vt deficient consanguinei, vt extranei vocentur, & per consequens vt deficient descendentes legitimi, vt illegitimi vocentur, nec vt defint descendentes illegitimi, vt ascendentes vocari possint & sic successiue de ceteris. Sed extantibus descendentes, potest fideicommissum & grauamen meliorato apponi iuxta formam huius legis, disponendo imprimis, vt mortuo meliorato, veniant ceteri descendentes vel vnus eorum, & eis deficientibus restituito fiat descendentes illegitimi, & postquam hi defecerint veniant ascendentes & eis deficientibus ceteri consanguinei, & in omnium defectum extranei. Nec est necesse horum aliquos deficere, priusquam alij vocentur, sed nullo eorum deficiente potest grauamen iniungi iuxta formam huius legis, ita vt si alter deficiat, veniat alius, & sic successiue, vt recte explicat Antonius Gomez in l. 17. Tauri numero, 23.

G L O S S. VIII.

- 1 *Melioratio tertij an sit legitima?*  
*Meliorato filio substitui possunt extranei, ibid.*
- 2 *Lex nostra explicatur*  
*Alienum semel, efficitur in perpetuum alienabile postquam semel exiit a familia, ibidem.*

**h** Entre los estranos. Dixim<sup>9</sup> supra eo. gl. 1. nu. 1. & 2. meliorationem tertij quoad extraneos esse legitimam, eo quod eis relinquere non possit: hic disponitur contrarium, imo quod extranei substitui possunt filio meliorato in tertio. Ex quo destrui videtur recepta sententia, atque ideo fatetur Telli Fernandez in l. 27. Tauri numero. 12. huic obiectioni necesse congruum responsum, asseritque ratione carere & esse voluntariam dispositionem legis nostrae. [ Verum si poenitus verba & mentem legis nostrae consideres, inuenies ratione non carere, minimeque ei ob stare que ex aduerso adduximus, supponimus enim, vt dixi in gloss. praecedenti, cum grauamen seu fideicommissum filio meliorato imponitur, superesse descendentes, quorum respectu, non dicitur omnino legitima, vt diximus supra eo. gloss. 1. numero. 2. quocirca in eorum fauorem potest grauamen apponi, ceterae autem substitutiones & vocationes ascendentes, & consanguineorum & extraneorum sortiuntur effectum, postquam iam amissit melioratio nomen legitime. Quod enim semel fuit alienatum efficitur in perpetuum alienabile, postquam semel exiit a familia. pater. §. quindecim. ff. de legatis. 3. Bart. Iaso. 1. & 2. l. c. tione, & Ioan. Crotus, & Ferdina. Loazes in l. filiusfam. §. diui numero 430. & seq. ff. de leg. 1. Tiraq. li. 1. de retractu. §. 32. glo. 1. num. 8. Anto. Go. in l. 70. Tauri nu. 24. Sic in nostra specie postquam melioratio semel venit, vel potuit ve-

nire, ad descendentes illegitimos, ad ascendentes, vel alios consanguineos, poterit etiam venire ad extraneos, licet ex prima dispositione od eos venire non possit, qui capaces dumtaxat sunt quintae partis, vt in l. 9. tit. 5. de legatis libr. 3. fori.

G L O S S. IX.

- 1 *Grauamen meliorationi apponi debet in fauorem descendentes vel aliorum in hac. l. contentorum, alias non valet.*
- 2 *Meliorato filio an possit dari substitutus vulgaris extraneus non seruata forma huius legis? & nu. 3.*  
*Substitutio vulgaris an fieri possit in legitima filij ibidem.*  
*Substitutus vulgariter filio in legitima an impediatur transmissionem? ibidem.*
- 4 *Substitutio pupillaris an fieri possit in legitima vel in tertio?*  
*Substitutio compendiosa an fieri possit in tertio bonorum patris, ibidem.*

**i** Ni condicionel dicho tercio. Verba haec denotant ordinem & formam qua deficiente non valet, sed reijcitur de melioratione grauamen, iuxta notata in materia forme in c. cum dilecta de rescrip. vbi late Feli. & in specie hoc tenet Ioan. Lupi in l. 27. Tauri nu. 50. & ibi Did. Castelli in verbo sus descendentes versi. & nota quod ordo, & Telli. Fer. nu. 12. versi. omnia haec Gom. Ari. nu. 18. [ Sed hic occurrit pulchra dubitatio, si pater filio meliorato in tertia bonorum parte substituit extraneum quempiam vulgariter, extantibus descendentes vel ascendentes vel consanguineis melioratis, an valeat substitutio? & quidem valida esse substitutionem videtur, eo quod in legitima iure naturae debita filio haec substitutio vulgaris in casum impotentiae vel voluntatis fieri potest. l. posthumus. §. quod vulgo. ff. de liber. & posth. vt ex eo tex. expedit Bal. Paul. Areti. & Iaso, ibidem. l. iam hoc iure & l. 2. §. sed si ita scripserit. ff. de vulga. hanc opinionem obseruat Paul. & Ias. limi. 3. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. & ibi Roderi. Xuar. limi. 3. & 4. & ibi Bern. Diez a Luco in additionibus, Alex. in l. si posthumus. §. quod vulgo. ff. de liber. & posth. Fer. Vaz. hac dicens communem l. 1. de successione. §. 10. numer. 421. in 10. limitatione. d. l. quoniam in prioribus, idem voluit Dida. Segura in rep. l. coheredi. §. cum filie nu. 97. & 98. cum pluribus sequ. vsque ad munerum. 107. vbi recte loquitur, idem voluit Bar. in l. si arrogator numer. 10. in fine. ff. de adoptio. dicens hanc substitutionem, non inducere grauamen aliquod, quia non impedit transmissionem, sicut conditio si volueris, & licet concedamus impediri transmissionem, quatenus grauatur, tollitur de legitima, vt d. l. quoniam in prioribus, atque ideo non impedit transmissionem. Iacob. Butri. in d. l. si arrogator vt ibi refert Bald. 6. oppos. tenuit hoc idem in effectu, asserens per substitutionem vulgarem filio factam non tolli effectum fuitatis, nec impediri transmissionem ad haeredes ex potentia fuitatis

fuitatis: quia aliam esset onus, quod legitima non patitur, vt in d. l. quoniam in prioribus: & licet Iacob. Butri impugnet Bal. eius opinio vera est, eamque sequitur Alexan. in l. si filius heres circa finem. 10. limitatione. ff. de liber. & posth. & iterum in l. apud Iulianum §. idem Iulianus nume. 9. limi. 10. ff. ad Trebellia. Paul. Castren. confi. 222. num. 6. lib. 2. Guiller. Benedi. in repet. c. Raynutius in verbo mortuo itaque testatore 2. nume. 202. de testam. Angel. de Perigli. in repet. l. in suis nu. 142. & nu. 162. ff. de liber. & posth. Eman. Costa in repe. c. si pater. 2. parte in verbo debite num. 4. & 5. pagi. 301. de testam. in 6. Anto. Gom. tomo. 1. variarum resolutio. c. 3. nu. 17. & sequen. qui tamen attestatur, quod in legitima non potest filio vulgariter substitui, & esse communem opinionem, refertque id attestari Socin. in l. 1. nu. 47. versi. 15. limita. ff. de vulga. qui tamen hoc non dicit, sed quod conditio subintellecta si voluerit reijcitur de substitutione, substitutio tamen valida manet, prout & ceteri supra citati asserunt. Non tamen negant, substitutionem valere vulgarem factam filio in legitima, licet transmissionem non impediatur. Et non solum in casu voluntatis prout ipse met Ant. Gomez. fatetur in d. tomo. 1. c. 3. nu. 21. versi. 3. principalis opinio, verumetiam in casu impotentiae in qua specie doctor. supra citati loquuntur. Quod ipse intelligo, modo ceteris filijs non fiat praedictum in legitima, quod fieri posset iuxta nostras leges regias, si casus impotentiae accideret per mortem filij ante mortem patris defuncti: tunc enim substitutus vulgaris non admitteretur in praedictum aliorum filiorum, quibus tanquam superstitibus debentur omnia bona, praeter quintum, vt in d. l. 9. tit. 5. de legatis li. 3. fori. [ Verum his non obstantibus, substitutus vulgariter filio meliorato in tertio non succedet filio nolente adire, vel agnoscere meliorationem seu prelegatum. Non enim potuit extraneus substitui in praedictum ascendentes vel consanguineorum, qui iuxta ordinem legis nostrae deberent substitui. Qua forma non seruata non potuit substitutio fieri. Haec fuit sententia Antonij Gomez in d. c. 3. nume. 22. contra Seguram in dict. l. coheredi. §. cum filie nu. 88. & 106. & Cyfonta. in l. 27. Tauri nu. 4. cui subscripsit Eman. Costa in dict. c. si pater. 2. par. in verbo debite nume. 5. Vbi hoc extendit, etiam si aliquis ex ascendentes esset filio meliorato vulgariter substitutus extantibus descendentes, aut etiam si consanguineus alter fuisset substitutus extantibus ascendentes, militat enim eadem ratio. [ Pater autem bene posset filio meliorato substituere pupillariter quemlibet extraneum, etiam si descendentes extarent vel alij consanguinei. Quia non suum sed filij testamentum facere videtur. §. 1. Instituti de pupi. substi. & in legitima hoc idem permittitur, vt possit quem velit filio impuberi pupillariter substituere glo. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testam. quam ibi sequitur Odo. Cyn. Faber Alberi. Iaco. Butri. Pet. de Bellap. Bald. Sali. Fulg. Paul. Areti. & Ias. & Rode. Xuar. ibidem. 1. & 2. limita. omnes in l. extraneus eo. titu. Ferdi. Vazq. lib. 1. de successio. creatione. §. 10. nu. 409. vbi citat concord. ex quo in tertiae partis melioratione id fieri posse attestantur Anto. Gomez tomo. 1. variarum resolutio. c. 3. nu. 22.

infi. cui ad stipulatur Eman. Costa in repe. d. c. si pater de testam. in 6. par. 2. in verbo debite nu. 5. pagi. 301. Qui hoc extendit ad substitutionem compendiosam filio impuberi meliorato factam: que solam pupillarem vtiliter continebit, si filius in aetate pupillari defecerit: non tamen continebit vulgarem nec fideicommissariam, si tempore mortis aliquis ex his de quibus supra superstit;

G L O S S. X.

*Melioratio quinti non requirit obseruationem formae huius legis in appositione grauaminis.*

**k** Aora enel quinto. Non intelligas, in melioratione quinti non posse apponi grauamen nisi seruata forma huius legis, non enim est necessaria forma obseruatio; sed poterit pater in quinto quodcumque grauamen apponere etiam in extraneorum fauorem vt dixi supra eo. glo. 2.

G L O S S. XI.

- 1 *Maioratus per viam meliorationis fieri potest absque licentia principis.*
- 2 *Maioratum condenscum licentia regis potest carere filijs praedictis in legitima, eis relicta seu praestitis alimentis.*  
*Maioratus conditi cum licentia regia & absque ea differentia, ibi. & seq.*
- 3 *Maioratum faciens cum licentia regia non tenetur seruare ordinem legis nostrae in substitutionibus & grauaminibus, quemadmodum in melioratione.*
- 4 *Maioratum absque licentia regia factum, an transeat dominium & possessio in successorem absque traditione, quemadmodum transit in maioratum regis licentia factum.*
- 5 *Meliorationis vincula dominium aut possessio, an transeat in successorem eius statim mortuo praedecessore?*

**l** Que valan para siempre. Nota ex lege ista, posse absque licentia principis fieri maioratum per viam meliorationis tertij & quinti in vltima voluntate vel per contractum, cum substitutionibus & restitutionibus & prohibitionibus perpetuo duraturis, vt ex hac lege expedit Dida. Castelli in l. 27. Tauri in verbo (para siempre) & ibidem Ioan. Lupi nu. 77. Telli Fernandez. nu. 2. & Gomez Arias nu. 59. Et Grego. Lupi in l. 2. tit. 15. de primogenito. regis par. 2. glo. 1. in fine Ferdinan. Vazq. de successio. creatione. §. 26. nume. 95. & 96. Anto. Gomez in l. 40. Tauri nume. 36. D. Couarrub. lib. 3. resolu. c. 5. nume. 4. versi. verum Iustiniani, preclatissimus Molin. consiliarius supremi senatus lib. 1. de Hispa. primoge. c. 1. nume. 25. dicam infra tit. 1. l. 1. glo. 1. nu. 11. [ Differunt tamen in nonnullis, quoniam qui cum regia licentia maioratum conditi potest vltra tertiam

tiam & quintā bonorū suorū partē & vltra legitimā filio electo vel nominato relinquere, dummodò alimenta congrua ceteris prestentur filiis secundū Cyn. in l. sancimus. C. de nupti. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero nu. 6. ff. de conditio. & demonstratio. Al. beri. in l. quoniam in prioribus penul. colu. C. de inofficio. testament. Hostien. Abb. & docto. in c. licet de voto, quam opinionem attestatur communem Iaso in auth. nouissima pen. colu. C. de inofficio. testa. & Ioā. Lecirier in tracta. primogeniture lib. 2. que st. 16. Ant. Gomez in l. 40. Tauri nu. 57. Absque licetia tamen regia hoc fieri non posse constat ex legibus huius tituli & l. 9. ti. 5. de legat. lib. 3. fori Anto. Gomez in d. l. 40. Tauri nu. 55. Grego. Lupi in d. l. 2. & Ferdinan. Vazq. Menchaquen. d. c. 26. nu. 95. & 96. Molina lib. 2. de Hispanorum primog. c. 1. nu. 5. & sequent. & omnes regni nostri interpretes. [ Differunt secundo, quia si maioratus fiat cum auctoritate & licentia regia, non astringitur faciens in vinculo & grauamine seruare ordinē legis nostrę, sed deficientibus descendētibz poterit quos maluerit substituere, vt videmus infra tit. 1. l. 4. & 5. sed in melioratione hunc ordinem seruare tenetur pater in hac lege constitutum, aliās non valet, vt dixi supra eo. glos. 9. in prin. [ Tertio differunt quia in bonis maioratus cum licentia regia facti transit ipso iure possessio in successorē absque apprehensione, vt in l. 8. infra tit. 1. secus tamen est in maioratu absque regis licentia facto, ex sententia Anto. Gomez in d. l. 40. nu. 55. in fin. & in l. 45. Tauri nu. 116. Sed hęc differentiam increpat, neque immerito reprehēdit Couarru. lib. 3. resolutio. c. 5. nu. 6. Moli. lib. 1. de Hispano. primog. c. 1. nu. 26. de quo infra tit. 1. l. 8. [ Conueniūt tamen, quia quemadmodum in maioratu, ita & in melioratione facta in testamento vel inter viuos fauore exercentis liberalitatem, ex sola donatione adueniente tēpore restitutionis trāsfertur ipso iure dominium in quēlibet vocatū, vsq; in infinitū absq; vlla traditione. Sat enim fuit prima traditio primo vocato facta, vt omnibus perpetuò acquiratur, vt resoluit Deci. citans specula. in l. traditionibus nume. 14. C. de pact. & col. 239. col. penul. Aymon Sabellia. conf. 19. nu. 9. Cassan. conf. 53. nu. 5. Caro. Ruyn. conf. 25. nu. 17. lib. 1. Rode. Xvarez allegatio. 9. per. l. quoties. C. de donatio. quę sub modo, quę tamen parum facit, melius hoc probat tex. regni nostri, in l. 7. ti. 4. par. 5. vbi aperte statuitur secundum verum legis intellectū, quod adueniente tempore consequitur successor dominium, imo & possessionem absque aliqua traditione, cum sic ait (veniendo ende el tiempo, ganaria la posesion y el señorio de la cosa) vbi Grego. Lupi hoc idem expendit dicens esse mirabile, Telli Fernand. in l. 27. Tauri nu. 2. Moli. lib. 3. de Hispa. primo. c. 12. nu. 3. & 4. Quod verum est quidquid in cōtrarium asserat Anto. Gomez in l. 40. Tauri nu. 28. eidem legi par. intellectus accomodans, quibus ibi respōdimus. Alia in materia maioratus videmus infra titulo proximo.

G L O S S. XII.

1 Meliorationi fideicommissum seu grauamen appositum iure communi durabat vsque ad quartam generationem: hodie iure regio est perpetuum. & nume. 2. Lex nostra explicatur ibi.

nerationem: hodie iure regio est perpetuum. & nume. 2. Lex nostra explicatur ibi.

m De quarta ni quinta generatione.) Iure communi si quis aliquam rem legauit & alienare prohibuit, dixitque se velle, vt perpetuo in familia sua esset, neue de nomine suo exiret, nihilominus finitur fideicommissum in quarta generatione, neque ad quintam protrahitur, vt in auth. de restit. fideico. §. nos igitur, vbi Iacob. de Ballouisu in fin. hoc limitat nisi ex mentes testatoris aliud esse appareat. [ Atque idem per omnia hoc iure regio asseruat Telli. Fernand. in d. l. 27. Tauri nu. 17. Quod salua eius pace verum esse non censeo quando quidem lex ista in dubio presumat voluntatem fuisse meliorantis, vt vincula & substitutiones essent perpetuę, nisi aliud expresse disposuerit, & ita sensit Moli. lib. 1. de Hispa. primog. c. 4. nu. 14. Et sic corrigitur d. §. nos igitur, & communis opinio confirmatur dicentium in descendētibz non limitari vsque ad quartam generationem, secundum Alex. conf. 56. nume. 2. lib. 1. vbi Caro. Moli. citat concordantes, & ipse tenet contrariū, imo quod in descendētibz seruetur dispositio d. §. nos igitur & in cōsuetu. Parisi. §. 120. cuius opinio per. l. nostram corrigitur.

L E Y. X I I.

¶ Que en vida y en muerte, no se pueda mejorar mas de en vn quinto,

Ley. 28. de Toro,

¶ La ley del fuero<sup>a</sup> que permite que el que tuuere hijo o descendiente legitimo, pueda hazer donacion,<sup>b</sup> hasta la quinta parte de sus bienes y no mas: y la otra ley del fuero, q̄ asse mismo permite que puedan mandar<sup>c</sup> teniēdo hijos o descendientes legitimos al tiempo de su muerte, la quinta parte de sus bienes, se entiēda y platique q̄ por virtud de la vna ley y de la otra, no pueda mādarse el padre ni la madre a ninguno de sus hijos ni descēdiētes<sup>d</sup> mas de vn quinto de sus bienes en vida y en muerte<sup>e</sup>.

G L O S S. I.

La ley del fuero.) Ley. 7. titu. 12. de donationibus lib. 3. fori in fine.

G L O S. II.

1 Venditione filio minori precio facta, an censeatur ei pater

pater donare excessum valoris? & nu. 3.

3 Donatio dicitur quando animo donandi aliquid conceditur, licet sub titulo venditionis.

4 Donatio remuneratoria filio facta an imputetur in melioratione tertij & quinti. Confessio meritorum a patre facta non valet, quia in vn personas prohibitas effectum nullū habet, ibi.

b Hazer donacion.) Gomez Arias in l. 28. Tauri extēdit legem nostram, vt procedat nō modò vbi donatio quinti facta fuit titulo lucratiuo, verum etiam si titulo oneroso aliquid in effectu donetur, vt si minori precio quām æquum est, res aliqua filio vedatur, id enim quod excedit computabitur in quintū, & censebitur donatum, iuxta doctrinam Bart. in l. non vsque adeo ff. si quis a paren. fuc. manu. dicentis q̄ venditione filio facta minori precio, id quod plus valet dicitur donatum, hoc idem voluit Bal. in l. si vnquam in fin. 1. & 2. le. etu. C. de reuocan. dona. Cyn. Bald. Areti. & Iacobi. in l. 1. C. de pact. Cyn. in l. 1. q. 7. C. de inoffic. dona. & ibi Albe. ad ff. & Pau. Cast. col. vlt. in fi. Fulgo. in l. 2. in fi. C. si quid in fraud. patro. Rode. Xvarez in l. quoniā in prioribus amplia. 16. C. de inoff. testa. Orosius in l. si arrogator nu. 81. ff. de adoptio. hanc dicens communē Arias Pine. in l. 3. par. nu. 77. illatione. §. C. de bo. mater. d. D. Couarru. in c. Raynutius §. 10. nu. 9. verf. 2. potest ita intelligi, extra de testa. Tira. in relect. l. si vnquā in verbo donatione largitus nu. 5. C. de reuocan. donatio. Alex. conf. 55. nu. 2. lib. 1. vbi hanc profitetur communem. [ Telli tamen Fernand. in l. 28. Tauri num. 2. asseuerat, nunquam sibi placuisse hęc opinionem, quia tunc demum dici potest donatio, quando animo donandi venditio minori precio facta fuit, vt in l. si quis donationis causa. ff. de contra. emp. Nam licet deceptio sit in magna quantitate, si emptor & venditor habuerunt animum contrahendi, tunc nullo modo dici potest donatio. Quippe eum animus contrahentium sit semper inspiciendus secundum Soci. in l. 1. C. de pactis nu. 9. per tex. in l. si sponsus. §. circa venditionem, ibi, enimvero animum haberet vendendi. ff. de donat. int. vi. & vxor. & quia aliās de vento nobis deseruierit. l. 2. C. de rescin. vendi. quę non admittit rescissionem venditionis, nisi tunc demum cum vltra dimidiā lesio contingit. Si ergo in venditione a patre filio facta modicū deest valoris iusti, iniquum esset venditionem subuertere, & quod excessus ille donatio censeatur. [ Sed nihilominus verior mihi videtur communis opinio in specie, de qua agimus, quando venditio facta fuit filio minori precio veri valoris, eidemque filio fuit melioratio facta, vel alij in praiudicium ceterorū, quos forte odio habebat. Nimirum ergo si propter presumpitū amorem quem erga melioratum habebat, & alium cui vendidit minori precio re aliquam: presumatur quoque animo donandi fecisse venditionem minori precio, eo colore fucata. [ Eadem ratione etiam si donatio sit remuneratoria, quę alicui ex filiis facta fuit, imputabitur in quintū. Nisi talia essent merita, pro quibus donans in iudicio conueniri posset, vt censet Aymon conf. 163. nu. 6. Segura in repe. l. coheredi. §. eū filie

nu. 181. & sequen. ff. de vulg. d. D. Couarru. in c. eū in officijs nu. 11. prope finē de testa. Telli. Fernand. in l. 28. Tauri nu. 3. quorum opinio mihi aplaudet, quidquid in contrariū tenuerint Did. Castelli. ibi glo. in verbo gracia verf. ex quo tria singulariter infero, ibidemque Gomez Arias & Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 50. nu. 12. verf. ex istis inferitur, his adde tradita per Pinelū in l. 1. C. de bon. mater. par. 3. nu. 60. & seq. Imo hęc seruitia & merita probāda sunt a filio, vt obtinere possit, nec sat erit cōfessio meritorū a patre facta. Quippe quę inter personas prohibitas effectum nullū habeat. l. qui testamētū. ff. de proba. l. 3. ti. 14. par. 3. Bar. in col. 194. & in l. si forte per tex. ibi. ff. de castr. pecul. Ias. in l. si tibi decem. §. si pactus nu. 8. ff. de pact. & in l. si arrogator nu. 24. ff. de adoptio. Cassa. in consue. burgun. rub. 7. §. 5. nu. 1. fol. 241. col. 4. Ioā. Lupi in repe. rub. de dona. §. 50. nu. 29. Ioā. Bernar. in regu. 334. Tira. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. nu. 85. Segura in l. ab exheredati substituto col. pen. ff. de leg. 1. & iterū in d. l. coheredi. §. eū filie nu. 191. & seq. ff. de vulg. & ibi Di. Perez ad eū, cum cōcordantijs a me traditis in l. 6. gl. 7. nu. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. ti. 8. de successio. infra hoc eodē lib.

G L O S S. III.

1 Quinta dua a patre non possunt donari vel relinquere tempore mortis filio nec extraneo.

2 Quinta parti imputatur donationes minutim filijs facte, non sic si extraneis, & nu. 3. Minima quando habeantur in consideratione, ibi.

c La otra ley del fuero, q̄ asse mismo permite, q̄ pueda mādarse Hęc est. l. 9. tit. 5. de legatis lib. 3. fori. Nota ex lege ista, non licere patri in vita per cōtractum inter viuos, nec in vltimā voluntate donare seu relinquere filio vel alij extraneo cuiquē vltra quintam boniorū partē, nō duas quintas partes, vnā per contractū inter viuos, & aliā per vltimā voluntatē, nisi quinta pars includatur in tertia, de qua inter ipsos filios vel descēdētes potest vltra quintā disponere, vt in l. 1. & 2. supra eo. ex quo verus nō est intellectus Ioā. Lupi in d. l. 28. Tauri in fine, dicentis legem istā non negare, q̄ possit pater vel mater vni filiorum in vita donare quintam partē bonorum, & alteri in morte tertiam & quintā, sed tantū negare & prohibere, quod vnmet filio virtute dictarum legum donentur duę quintę partes. Quod adeo absurdum est, vt indignum sit a legūperitis referri, ne dum affirmari, vt & Telli Fernand. asseuerat in d. l. 28. Tauri nu. 1. post Cyfon. ibi nu. 2. [ Vbi nu. 4. hanc legem extendit vt procedat non solū vbi per viā quotę de duobus quintis disposuit pater in praiudiciū filiorum, verū etiā si minutim donauit, ita quod ex pluribus minutis donationibus fiat aceruus, qui forte attingat vel excedat quintum, vel occupet aliquā quinti partē, illud nāque computandū est in quintū. Nā in respicientibus iustitiā de minimis habetur consideratio, vt probat Pinelus in rub. C. de rescin. ved. nu. 8. & nu. 24. maxime vbi tractatur de auferendo iure alterius, vt latē expedit Albe. Bru. in tract. de statutis extr.



cludentibus foeminas.9.arti.prin.q.12.Telli.Ferná. in.d.l.28.Tauri in fi.& iteru.l.3.Tauri in.1.par.nu. 21.verf. fin autē æqualiter. (Cōtrariū tamē voluit Ro. Xua.in.l. quoniam in prioribus totius lect.fina.col. verf. vbi autem pater inter viuos nō donasset. C. de inoff. test. quia parentes non sunt ita restringēdi, ne possint donationes facere, & quodammodo videatur eis interdicta administratio bonorum: confirmatur hęc sententia, quia dispositio. l. si vñquam. C. de reuo. can. dona. non procedit in donatione parue quantitatē secundum Ang. ibi. & Tira. in verbo vel partē aliquam nu. 6. ex quo hęc vltima opinio Rode. Xua. mihi verior videtur, nisi donationes prædictę parue quantitatis fierent alicui ex filijs, & vltra eas aliquis melioretur in tertio & quinto. Tūc enim crederem imputari debere in quinto, ne cōtra legis prohibitionem melioratio excedat tertiam & quintam partem. Et ita concordabis has opiniones.

G L O S S. I I I I.

Quinta duæ non possunt filijs nec extraneis in vita nec in morte relinqui.

d An nunguno de sus hijos ni descendientes.) A fortiori nec extraneis. Nam filios vltra quintū potest in tertio meliorare, & si quid eis donauerit vel reliquerit nomine quotę vel aliās, dummodo non excedat tertiu & quintū, valet donatio seu melioratio. l. 2. & 10. supra eo. extraneis verò nihil vltra quintam bonorū partem relinquere potest, vt in. d. l. 9. ti. 5. de legatis lib. 3. fori. Non ergo eis poterit in vita nec in morte vltra dictam quintam aliquid relinquere, vt hęc dicitur.

G L O S S. V.

En vida ni en muerte.) Adde hęc quę dixi supra eo. l. 3.

L E Y. X I I I.

Que del quinto se saquen los gastos del enterramiento y mandas graciosas.

Ley. 30. de Toro.

La cera y missas y gastos del enterramiento, se saquen con las otras madas graciosas del quinto de la hazienda del testador, y no del cuerpo de la hazienda, aunque el testador mande lo contrario.

G L O S S. I.

Funeris impensa dicitur qua ante humationem facta fuit, nō qua postea, & nume. sequentibus resoluitur, vestes lugubres an dicantur funeris sumptus.

3 Funeris impensa vel sepulchri, quas testator fieri iussit an extrahantur de quinto si vanitatem emulentur.

4 Funeris impensa si fuerit per testatorem designata an quod superest cedat commodo legatarij tertij.

5 Funeris impensa à testatore non declarata quomodo fieri debeat, & quid sit inspiciendū, vt dici possit æqua, & imputetur in quinto.

6 Funeris impensam si minus æquo fieri præceperit testator, an quod de est suppleatur ex quinto.

Y gastos del enterramiento.) Funeris impensa, inquit Vlpia. in. l. at si quis. §. funeris causa. ff. de religio. & sump. funerum, est sumptus caudendi & humani di funus. l. 12. ti. 13. par. 1. ex quo omnia quę necessaria sunt ad humationē corporis extrahēda sunt de quinto, vt hęc statuitur. Nēpe, cera, missę, & alij sumptus: qui antequā corpus humaretur interuenerūt, nō quę post humationē sacrificia & alię expensę fiūt: quippe quę iam non dicuntur funeris impensa, vt adnotauit Cifonta. nu. 3. & Telli. Fernan. nu. etiā. 3. in. l. 30. Tauri. Sed hęc quę fiunt posthumationem expensę ex corpore hereditatis deducuntur ante omnia legata & debita. l. 1. §. de impensa. ff. ad. l. Falci. l. vlti. §. in computatione. C. de iure delibe. nisi pietatis causa hoc erogatum fuerit. d. l. at si quis. §. hęc actio. ff. de religio. & sump. fune. d. l. 12. ti. 13. par. 1. [ Sed an vestes lugubres dicantur funeris sumptus? Gregor. Lupi in dist. l. 12. gloss. penulti. tit. 13. part. 1. distinguit inter eas quę heredi dantur, & famulis eius, & inter eas quę ex consuetudine dantur viduę vel viduo, & famulis defuncti, vt primę extrahantur ex corpore hereditatis, & vltimę ex legato quinti. Telli tamen Fernandez in. l. 30. Tauri nu. 4. contradicit Gregorio Lupi, & resoluit has vestes lugubres nō debere extrahi de quinto, cum potius pompam & honorē heredū respiciant, quā animę defuncti salutē, nec ad humationē defuncti necessaria sunt. Quare proprię funeris impensæ dici non possunt. Et licet funeris impensæ dicantur tales expensę ad heredē spectant ex sententia Ang. & Imo. in. l. si ex re. §. vlti. ff. de stipu. seruo. quibus assentitur Alex. in addi. ad Bar. ibi. A reti. in. l. quod in vxorē in fi. C. de nego. gest. Idē Ang. in. l. decreto C. ex qui. caus. in fa. irrog. Ang. de A ret. in. §. fuerat nu. 26. in sti. de actio. decil. capellę Tolosane. 336. in ad di. inci. idem voluit, Cassane. in consuetu. Vurgun. rub. 4. §. 6. nu. 12. [ Quod autem expenditur in sepulchro, an sit funeris impensa, & an ex quinto alicui legato extrahi debeat? Et vt omnes casus comprehendas, ita esse distinguendū arbitrator. Aut enim testator habens descendentes, aliquid erogari iussit in sepulchro vel in sepeliendo cadauer, vel in sacrificijs dicendis ante vel posthumationem pro anima ipsius, aut nihil super his disposuit, priori casu quando disposuit, aut expresse disposuit, aut erogationem & expensas executoris testamentarij arbitrio commisit: si expresse disposuit, id omnino seruari oportet, & ex quinto extrahi, sicut cetera extrahuntur legata, vt hęc dicitur; dummodo de vanitate argui

qui non possit. Voluntas enim inepta vanitatem respiciens, & plus æquo expendi præcipiens in funerarijs expensis, vel construendis monumētis, si patrimonio defuncti non sit proportionata adimplenda non est. l. seruo legato. §. vlti. ff. de lega. l. 1. vlti. §. fina. ff. de au ro & argent. lega. l. at si quis. §. hęc actio in fi. ff. de religio. ibi sciendum est nec volūtatē testatoris sequēdam, si res egrediatur iustam sumptuum rationem: pro modo autem facultatū sumptus debere fieri. Pau. Castr. in. l. 1. §. de impensa. ff. ad. l. Falci. & ibi Alex. fina. col. Telli Fernan. in. d. l. 30. Tauri nume. 7. incip. nunc autem notate. Et in vers. tertius casus, hoc limitat, nisi excessus iste tenderet in vtilitatem animę defuncti, vt in dicendis sacrificijs vel orationibus, tunc enim de quinto poterit extrahi, quod firmat autoritate Imole in. d. §. de impensa col. 2. in fi. verf. si tamē taxatio, & Alexan. vlti. colu. verf. adde hęc & Vincē tij. 3. colu. verf. dicit tamen, & verf. si vero testator. [ Vbi autem testator quantitatem designauit expendēdam in funeralibus seu in sepulchro faciēdo, quod superest opere factō iuxta formam à testatore expressam, vel si forma data non fuit iuxta id quod æquum visum fuit, cedet comodo legatarij, cui quantum fuit relictum, nisi aliud testatorem velle constiterit, secundum Alexan. Vincent. & doctor. in. d. §. de impensa. & Telli. Fernand. in. d. l. 30. Tauri numer. 7. in fin. [ Aut verò quod expendendum esset, commisit executori, vel nihil declarauit, & tunc id erit expendendum, quod æquum est attenda qualitate, dignitate, & patrimonio defuncti, & illud ex quinto extrahendū erit, siue ante vel post humationē cadaueris fiat, quid quid in contrarium dixerit Telli in. d. l. 30. Tauri nu. 3. per tex. in. l. at si quis. §. hęc actio. ff. de relig. & sump. fune. ibi. æquum autem accipitur ex dignitate eius qui funeratus est, ex causa, ex tempore, ex bona fide: vt nec plus imputetur sumptus nomine quā factum est: nec tantum quantum factum est. Debet enim haberi ratio facultatum eius in quem factum est. & ipsius res, quę vltra modum sine causa consumitur. Et in. l. si quis sepulchrū §. sumptus funeris co. tit. ibi sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus vel dignitate defuncti. l. 12. tit. 13. de sepulchris par. 1. ibi. Solo que aquestas despensas sean hechas mesuradamente, catando la persona de aquel por quien son hechas. [ Sin autem testator minus æquo expendi iussit, illud est seruandū nec ex quinto aliquid amplius extrahetur, vt optimē probat Telli. Fernan. in. d. l. 30. Tauri nu. 8. & 9. Sed si vltra expensum fuerit, ex corpore hereditatis extrahi oportebit, videtur eum.

G L O S S. I I.

1 Legata ex quinto deducantur, sicut funeris impensa. 2 Funeris expensa an deducantur ex donatione quinti irrevocabili in vita facta.

b Con las otras mandas graciosas.) Testator filios habēs vel alios descendentes non potest vltra quintam bonorum suorum partem extraneo relinquere, & si cui

quintam reliquerit, & alijs res certas vel quantitates legauerit, hęc imputandę sunt in quinto, & ab eo deducendę, vt hęc statuitur & in. l. 9. titu. 5. de legatis lib. 3. fori. [ Hoc tamen intelligas, vbi in testamento facta fuit melioratio quinti, tunc nimirum si ex eo deducantur legata vel funeris impensę, vbi autem quinti donatio vel melioratio in vita facta fuit, si donatio fuit irrevocabilis, ex traditione rerum vel instrumenti, vel ex alia ex causis in. l. 1. supra eo. contentis legata irrita buntur, nec expensę funeris ex eodem quinto deducuntur, quia cum melioratio non possit reuocari in totum, nec pro parte poterit argui. l. quę de tota. ff. de rei vendicatio. Et quia text. hęc dicit quod funeris impensæ deduci debet cum alijs legatis ex quinto, sed legata non minuunt quantum, quando eius donatio fuit irrevocabilis, vt in. l. 1. supra eo. ergo nec funeris impensæ, ita censet Telli. Fernan. in. d. l. 30. Tauri nu. 1. quod tamen salua eius pace, verum mihi nō videtur. Quia funeris impensæ vt res alienum iudicatur. l. neque res alieno & l. at si quis. §. si colonus & §. sed si res legata & l. impensa enim cum. l. sequen. & l. penul. ff. de relig. & sump. funer. & l. 12. titu. 13. de sepulchris parti. 1. dicam infra in glos. sequen. licet ergo legata post donationem quinti irrevocabilem facta non valeant, non ex eo funeris impensæ cessare poterit, sed nē filij grauentur in legitima disponit lex ista, vt hęc impensę ex quinto deducantur. Quare deducendę sunt licet melioratio quinti irrevocabilis sit. Quoniam ex alijs pluribus causis reuocari potest, vel saltem diminui, cum etsi irrevocabilis sit tempus mortis consideretur, vt iuxta valorem bonorum eius temporis vel diminuatur vel augeatur. Sed minui ex debitis clarū est. Vt hęc omnia probantur in. l. 1. 3. & 7. supra eo. nimirum ergo si propter funeris impensas etiam minuatur.

G L O S S. I I I.

1 Funeris impensa iure communi deducitur ex hereditate. 2 Funeris impensa an præferatur omnibus creditoribus 3 Funeris impensa iure regio non præfertur creditoribus. 4 Funeris impensa an sit quod pro curando infirmo erogatur, vel quod pro insinuatione vel traductione testis expenditur.

c Del quinto de la hazienda del testador.) Quoties quis decedit sine filijs impensæ funeris deducitur ex vniuersa hereditate & patrimonio defuncti, & deinde soluitur legata, & quod superest pertinet ad heredes, inter quos diuiditur. Filijs verò extantibus etiam impensæ funeris ante omnia deducitur, & de residuo soluitur legitima & alia legata, vt in. l. 1. §. vlt. ff. ad. l. Falci. l. Papinia. §. quarta autē. ff. de inoffi. testa. l. si quis sepulchrū. §. vl. & l. at si quis. §. funeris causa, & §. sequū ff. de relig. & sump. fune. [ Quin etiam hęc funeris impensæ omnibus præfertur creditoribus. l. pen. ff. de relig. & sump. fune. l. vl. §. in computatione. C. de iure de

libe. §. fin. insti. de lege Falcid. & non solum personali-  
bus sed & habentibus tacitam vel expressam hypothe-  
cam, vt ex illis legibus docto. expendant, est etiā tex-  
regni nostri, vbi id notat Grego. Lupi in verbo (deu-  
das) in l. 12. tit. 13. de sepulturis & sumptibus funerum  
par. 1. quoniam preferitur vxori in sua dote secundum  
Bar. in l. 1. 4. opp. secundæ partis. ff. solut. matri, & ibi  
Moderni omnes eum sequuntur Ang. quoque de Are-  
tio in §. fi. insti. ad l. Falcid. [ Hodie autem per legē istā  
nihil immutatur, si testator nullos reliquit filios vel  
descendentes, vt censet Antoni. Gomez in l. 30. Tauri  
nu. 2. eis verò extantibus funeris expēsa de quinto de-  
ducitur, non enim potest aliquid vltra quintum ex-  
pendi, nec filiorum legitimam tangere. Sed quidquid  
noster Anto. Gomez dixerit, credendum per legem istā  
esse satis immutatum ea in specie, vbi testator nullos  
reliquit descendentes, non enim preferitur hodie fune-  
ris impensa cæteris creditoribus, nam si filijs nō prę-  
iudicat in legitima (in qua est quasi creditor, vt hęc di-  
citur) quomodo pręiudicabit veris creditoribus? Prę-  
terea lex ista pręcipit de quinta bonorum parte dedu-  
ci funeris impēsam, iam ergo erat deductum omne rēs  
alienum, eo quippe deducto dicuntur bona. l. subfi-  
gnatum. §. bona. ff. de verbo. signifi. [ Et sic cessat ho-  
die quod dici solet impensam funeris dici vel saltem  
ei æquiparari id, quod quis expendit pro defuncto in  
infirmitate eius curanda, iuxta l. in restituenda. C. de  
peti. hered. & l. legatum. C. de religio. & sump. fune.

Item etiam illud quod quis expendit in insinuatione  
& traductione testamenti, vt voluerunt Ias. Corn. &  
ceteri in d. l. fin. §. in computatione. C. de iu. delib. &  
ceteri in d. l. fi. §. in computatione. C. de iu. delib. &  
Anto. Gomez in d. l. 30. Tauri in fi. Greg. Lupi in l. 1.  
12. tit. 13. par. 1. nam si vera funeris impensa nō pręfer-  
tur creditoribus, multo minus hęc, quę proprie non  
est funeris impensa.

G L O S. IIII.

Impensa funeris quando deducatur de tertio,

d *Aunque el testador mande lo contrario.* Hoc intellige  
quando testator disposuit de quinto, si tamen dispo-  
suit de tertio, & melioratum in tertio grauauit, vt ex  
eo funeris impensa deduceretur, tunc eius dispositio  
seruabitur, dummodo expensa non excedat quintum  
Quia in residuo eum meliorare visus fuit, vt recte ad-  
uertit Telli. Fernan. in l. 30. Tauri nu. 2.

¶ *Quando las dotes y donaciones propter nupcias, y las  
otras excedieren de mejora de tercio y quinto y legitima  
se dizen inoficiosas y si se han de traer a collacion o no.  
Vease la ley. 3. tit. 8. infra hoc libro.*

¶ *Que el quinto se saque antes y primero que el tercio, pō  
ne la ley. 21 4. del estilo.*

TITULO SEPTIMO DE  
los mayorazgos.

L E Y. PRIMERA.

Que pone tres maneras como se puede prouar  
los bienes ser de mayorazgo.

Ley. 41. de Toro: año de 1505. por don Fernando y  
doña Juana.

¶ *Mádamos que el mayorazgo se pue-  
da prouar por la escriptura de la insti-  
tucion del, con la escriptura de la licē-  
cia del Rey que la dio, seyēdo tales las  
dichas escripturas que hagan fe, o por  
testigos que depongan en la forma que  
el derecho quiere, del tenor de las di-  
chas escripturas, y asy mesmo por  
costumbre immemorial, probada con  
las qualidades que concluyan, los pasa-  
dos auer tenido y poseydo aquellos  
bienes por mayorazgo. Es a saber, que  
los hijos mayores legitimos y sus des-*

cendientes, succedian en los dichos bie-  
nes por via de mayorazgo: caso que el  
renedor del dexase otro hijo o hijos le-  
gitimos, sin darles los q succedian en el  
dicho mayorazgo alguna cosa, o equi-  
ualencia por succeder en el. Y que los  
testigos sean de buena fama, y digan  
que asy lo vieron ellos pasar por tiem-  
po de quarenta años, y asy lo oyeron  
dezir a sus mayores y ancianos, que  
ellos siempre asy lo vieran, y oyeran,  
y nunca vieron ni oyeron dezir lo có-  
trario, y que dello es publica boz y fa-  
ma y comun opinion entre los vezi-  
nos y moradores de la tierra.

G L O S S. I.

1 *Maioratus seu primogenitura diffinitio.  
Primogenitura privilegia viginti et tria remisit, ibi.  
Primogeniti*

- 2 *Primogeniti in his que sunt dignitatis ceteris pręfe-  
runtur, limita. vt ibi.*
- 3 *Primogenitus dicitur qui primo natus est, non qui pri-  
mo conceptus.*
- 4 *Primogenitus dicitur quem nemo pręcedit, licet ne-  
mo eum sequatur.*
- 5 *Maioratus, maioratus, vel maioria apud Hispanos  
idem significat quod primogenitura.  
Diffinitio continere debet genus & differentias, ibi.*
- 6 *Maioratus Hispani diffinitio.*
- 7 *Maioratus in tribus consistit.  
Regnū sui natura est indiuisibile & inalienabile, ibi.*
- 8 *Regnum iuregentium est succesibile.  
Regem quando liceat eligere, ibi.*
- 9 *Regni successor an debeat esse vnus vel plures.*
- 10 *Dignitates ducatus, marchionatus vel comitatus  
sunt indiuisibiles & primogenitis & proximiori-  
bus deseruntur. Limitatur ibi, remissive.*
- 11 *Maioratus priuatorum bona sunt indiuisibilia &  
inalienabilia.  
Alienationis prohibitio in testamento vel contractu  
quomodo fieri possit, ibi.*
- 12 *Maioratus seu primogenij constitutio an licita sit fo-  
ro iudiciali vel anime.*
- 13 *Maioratum conseruatio in Hispania utilis valde.  
Vitia non imputantur nobilitati, sed prauæ educatio-  
ni nec senectuti, ibi.*
- 14 *Mentecaptus demens vel furiosus an succedat in re-  
gno, comitatu, ducatu vel marchionatu, vel an se-  
quens in gradu admitatur.*
- 15 *Demens furiosus, vel mētecaptus an succedat in ma-  
ioratu simplici absque iurisdictione.*
- 16 *Monachus aut canonicus regularis an possit succede-  
re in regno vel ducatu.*
- 17 *Monachus qui professus non est, retinet dignitatē &  
iurisdictionem.  
Dignitas est habere iurisdictionem cum admini-  
stratione, secus si in iurisdictione quis careat, ibi.*
- 18 *Monachus an possit succedere in maioratu iurisdic-  
tione carente.*
- 19 *Clericus in sacris in regno & maioratu succedere po-  
test.*
- 20 *Dispensare an possit Papa cum monacho sacerdote  
vt contrahat matrimonium ad successionē regni.*
- 21 *Maioratus successio non aufertur impotenti ad gene-  
randum, nec cæco.  
Maioratus ex quibus criminibus amitti possit, remis-  
sive, ibi.*

2 *Mayorazgo.* Maioratus seu primogenitura est ius  
prioris ætatis honorificum & vtile competēs filio pri-  
mū nato. Hanc diffinitionem colliges ex Luca de Pe-  
na in l. 1. col. 6. C. de priui. eorū qui in sacris pala. mili.  
lib. 12. & ex Ioa. Lecier in tra. de primogenitura  
lib. 1. q. 1. nu. 4. Ius loco generis est: verba quę sequuntur

pręferunt differentias (quod optima quęque diffini-  
tio cōtinere debet ex philoso. omnium sentētia vt refert  
Bar. in l. 1. ff. de testa. & in l. 1. si qui pro emptore. ff. de  
vfuca.) Dicitur pręterea ius prioris ætatis ad differentia  
iuris vltimo geniti, quod est cōsiderabile auctore Bal.  
in l. Aretufā. 2. l. c. l. i. ne notab. 4. ff. de statu. hominū,  
per tex. in l. id ē erit eo. ti. Dicitur etiam honorificum  
& vtile, quia ratione huius iuris consequitur filius ho-  
norē & vtilitatē. Viginti & tria priuilegia & pręro-  
gatiuas primogeniture congerit Ioa. Lecier in tra.  
de primogenitura lib. 2. q. 2. & 3. post glo. in c. quā pe-  
riculosum. 7. q. 1. latissimē omnium hęc tradit Tiraq.  
in pręfatione primogenitorū nu. 32. & seq. [ Dicitur in  
his quę sunt dignitatis, primogenitos ceteris esse prę-  
ferēdos, vt adnotauit glo. in c. licet de voto & ibi Ho-  
stien. Ioa. And. Panor. & ceteri, Oldra. cōf. 94. & 237  
1. dubio Albe. in procmio digestorū, §. discipulū. col.  
Caro. Ruy. cōf. 25. nu. 14. lib. 1. cū concord. ibi per Tira-  
ca. citatis, ex quo ipse in d. pręfatione nu. 73. & pluri-  
bus seq. reddit rationē latissimē probans seniores iu-  
nioribus in pluribus esse pręferēdos. Licet hoc limitet  
nu. 84. si moribus & prudentia sunt superiores ex sen-  
tētia Salomo. sapientie. 4. refertque priuilegia senio-  
rū a nu. 106. quibus adde text. optimū regni nostri. l.  
par. ti. §. l. 2. qui maiori potestatem tribuit supra reli-  
quos frātres. [ Dicitur pręterea in diffinitione cōpe-  
tens filio primū nato, ad differentia filij prius cōcepti  
cui primo natus pręferitur, notatur in l. Aretufa. ff. de  
statu homi. & per Ioa. Lecier in primogenitura li. 1  
quest. 1. nu. 5. & 6. & nuncupatim id voluit Ioa. And.  
ad specu. in rub. de feudis versi. hęc interpone, adducēs  
in id historiā Esau & Jacob, vt scribitur Gen. 25. &  
in c. quā periculosum. 7. q. 1. Tira. de primogenijs. q. 2.  
citans cōcordantes, & q. 1. nu. 9. [ Aduertere tamen o-  
portet, cū dici primogenitū, qui primus natus est, etiā  
si nullus frater eum sequatur. l. ex duobus in prim. ff.  
de vulga. vbi primus dicitur nō solū is qui ante aliquē  
est, sed etiā is post quē nemo sit. l. qui duos in prim. ff.  
de reb. dub. & in specie nostra hoc voluit Bal. in l. 2.  
col. 1. C. de iure emph. & l. cū antiquioribus nu. 11. ver.  
& primo pręmitto. C. de iure delib. tex. in c. Ioseph.  
de verb. signi. Tira. de primogenijs. q. 1. nu. 3. v. q. ad 8.  
quibus adde l. 2. tit. 15. de custodiendo primogenito re-  
gis par. prima. [ Apud nos autē hoc in regno ius istud  
primogeniture maioriam, maioratum, & maioratū  
appellamus, vt ex Paulo Cast. videre licet cōf. 163. li. 1  
& Lud. Rom. cōf. 29. & Car. Alex. in c. ius naturale  
col. 4. distinctio. 1. & Soci. cōf. 47. lib. 3. quos Tiraq. re-  
fert de primogenijs. q. 1. in fine Oldra. cōf. 94. Ica. Le-  
cier de primogenitura lib. 1. q. 2. nu. 1. & 2. & ex No-  
stratibus quotquot. l. 40. Tauri interpretantur. Vbi  
Anto. Gomez nu. 1. maioratum ait esse quāsdā digni-  
tatē & pręrogatiuā cū successione, quam habet primo-  
genitus in cognatione sua. Sed non admitto hęc diffi-  
nitionem: quippe que neque per genus & differentias  
distinguitur, nec substantiā maioratus significat, quod  
quęlibet diffinitio exigat teste Boecio vt refert glo. in  
l. omnis diffinitio. ff. de regu. iu. vt & melius ceteris ex-  
plicat Cice. in Topicis, aliter definit Ferd. Mēcha. li. 3  
de successio. creatio. §. 26. nu. 90. dicēs hoc nomē maio-  
ratus nihil aliud esse apud iureperitos, nisi q talia bo-

na, que maioratus nuncupantur, nō possint aliquo modo diuidi, nec alienari, sed in temporū successione sequuntur certa forma: citat Imo. in regno loquentem in. c. licet in si. de voto. verū vt vides, hęc diffinitio eodem morbo laborat, meritoque dices cum iuriconsulto omnem diffinitionem in iure esse periculofam. l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. [Quare omisissis futilibus argutis diffinitionum, de quibus per glo. in. l. nihil aliud est hereditas & l. vlti. ff. de verbo. signi. & in rub. extra de sum. Trini. & Bar. in. l. i. ff. de testam. & Alcia. in lib. i. de verbo. signi. carta. i. & 2. poteris Hispanie maioratus sic diffinire (quāuis leges aliquas & rationes diffinitionis omiseris, nam & Varro togatorum doctissimus id facere consuevit, vt Gelli. refert lib. i. noctium Atticarū. c. 25. refert Tira. de primoge. q. i. nu. 2.) Maioratus est ius proximo maiorique cōpetens ad dignitatē & bona vincularia, à rege vel maioribus suis relicta seu donata, perpetuoque alienari prohibita, vt nomē eius familię perpetuo cōseruetur. Ex hac diffinitione facile colliges substantiam maioratus quam si priuatim explicare velis, omnem eius materiā, ve is nolis, enucleabis, quare cōsultō omittimus, solum reseruantēs eorum verborum declarationem, que ad dignitatē & bona vincularia referuntur, postquā hęc scripserā vidi prestantissimū Molinā qui lib. i. de Hispa. primo. c. i. nu. 22. aliā assignat maioratus diffinitionē, qui melius ceteris de hac re loquutus est. [ Maioratus igitur dignitas in tribus consistit potissimū, in regno, deinde in titulo inferiori magnatū, quando que in bonis nobilitū seu priuatorū quorūcūque. Regnū sui natura est indiuisibile & inalienabile glo. sin gul. in. c. licet de voto communiter ibi à doctōribus recepta Ferdi. Vazq. lib. 3. de successio. creatio. §. 26. nu. 91. Moli. lib. i. de Hispa. primo. c. 3. nu. 6. [ Et postquā iure gentiū regna inuenta sunt, vt in. l. ex hoc iure, & ibi notat glo. & doct. ff. de iust. & iu. cōfestim per successione deuenire ceperūt ad descendentes vel alios cognatos & consanguineos regū propinquiores & natu maiores. c. significauit de rescrip. & ibi notat Bal. & ceteri interpretes. c. licet de voto. & ibi Panor. nu. 6. & ceteri. c. intellectu de iurciu. c. grādi de supplen. negli. pral. & ibi notat Ioan. Monac. & alij doctōr. Bal. in. d. l. ex hoc iure. 4. q. prin. & ibi cōmu. doctō. Marti. Laud. in tracta. de primogenitura. 8. q. principi. l. 8. & 9. ti. i. par. 2. Anto. Gomez in. l. 40. Tauri nu. 4. vbi dicit quod deficientibus consanguineis regis, vel si populi sunt liberi, possunt ciues regem eligere secundū Bal. in. d. l. ex hoc iure quest. 3. & ibi Paul. nu. 17. & ceteri interpretes. l. 9. ti. i. par. 2. [ Cūquē non sit diuisibile, successor in regno debet esse vnus & nō plures vt melius regi & gubernari possit. c. in apibus. 7. q. 1. & hic erit primogenitus vel maior natu, dummodo proximior sit vltimo possessori, & alios in pari gradu existētes debet maior natu precedere, vt in. c. licet de voto & ibi expendit Abb. nu. 9. & ceteri doctōr. Oldral. cōf. 94. col. 4. Albe. in. i. consti. ff. veteris. §. discipuli. 4. coi. Ioan. Lecerier de primogeni. 2. lib. quest. 14 nu. 1. & 4. & in. §. quia supra vidimus eiusdē questio nis, latē discutit, quod sit conducibilis, an regem per successione vel per electionē assumere. Et quod debeat esse vnus & non plures, & hunc natu maiorē pro

bat late Tiraquell. plures rationes reddens in tracta tu primigeniorum in prefatione nu. 32. & seq. & nu. 43. & deinceps & nu. 75. & pluribus seq. Anto. Gom. in. l. 40. Tauri nu. 6. & 7. Greg. Lupi per tex. ibi in. l. 7. tit. i. part. 2. glo. pen. beatus Thom. de regimi. principi. c. 2. vbi probat vtilius esse multitudinem hominum congregatam per vnū regi, quā per plures, tex. est in. l. 5. ibi. porque el Rey es e deue de ser vno, tit. 1. part. 2. l. 2. tit. 15. part. 2. Couar. lib. 1. practic. quest. c. 1. nu. 5. & iterum lib. 3. resolutio. c. 5. nu. 3. Ioan. Lupi in rub. de dona. int. vi. & vxō. §. 69. nu. 21. Rode. Xua. in quest. maioratus col. 5. & in. l. quoniā in prioribus extensione. 10. C. de inoffi. testam. Moli. d. l. i. c. 3. num. 6. & latissime Tiraq. de primigenijs. q. 4. num. 25. 29. 30. & 31. vbi autoritate plurium antiquorum & receptorum & pluribus rationibus probat vnus gubernationem, quā multorum esse & potioem, & nature magis conuenientem, citat Caieta. in libro de regno & louianum Ponta. in lib. de obedientia, Cesium lib. lectionum. 13. cap. 27. Luc. de Pena in. l. vlti. post prin. C. de delatori. lib. 10. Albe. in proemio digestorū. §. discipuli col. 3. Ant. Corfe. in tracta. de potesta. & excellentia reg. in. 71. q. seu in. §. part. nume. 1. quod grauius & elegantius probat Hierony. Ofori. Lusitanus in libello de nobilitate ciuili, & hanc opinionem in regnis & imperijs generali consuetudine obseruari at testatur Arius Pine. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. nu. 16. quorum rationes hęc non refero locorum designatione cōtentus. [ Sed & in dignitatibus inferioribus, nempe, ducatus, comitatus, & marchionatus, idem esse vt minimē diuidantur vel alienentur, sed primogenito vel proximiori deferantur, probat tex. in. c. 1. §. preterea ducatus de prohib. feu. alie. per Frederi. vbi late Iacob. Belo. Andr. de Iser. Bald. Aluaro Affli. & alij. c. licet & ibi gloss. vlt. Host. Ioā. And. Ant. & Panor. & alij de voto. Curt. Senior consil. 68. numer. 7. cum pluribus concordantijs, per Tiraquell. congestis de primigen. questio. 4. numer. 21. 22. & pluribus sequentibus, vbi vsque ad finem questio. 16. adducit limitationes huius regule, & ornata materiam d. §. preterea ducatus, Arius Pinel. addens concord. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. part. nu. 17. Anto. Gomez in d. l. 40. Tauri num. 12. Grego. Lupi in. l. 12. tit. 1. part. 2. gloss. 1. contra Roderi. Xua. in. d. l. quoniam in prioribus lim. 11. §. sed hęc dignitas. Ferd. Vazq. Menchaq. tenuit communem in lib. 3. de successio. creatio. §. 26. nume. 92. & Moli. d. lib. i. c. 11. num. 15. & 15. [ In alijs verō maioratibus priuatorum, bona etiam sunt indiuisibilia, & inalienabilia, possunt enim per contractum vel testamentum eorum bonorum alienationes prohiberi, vt in. l. 1. supra tit. proximo vbi adnotauit in gloss. 11. in princ. post authores ibi citatos, qualiter autem iure communi poterat per contractum vel testamentum prohiberi alienatio tractat late Anto. Gomez in. l. 40. Tauri numero. 13. & pluribus sequentibus. [ Solet tamen dubitari an constitutio maioratus vel primogenij licita sit, quam questio nem late discutit Tiraquell. de primigenijs questio. 4. qui resoluit licere, legemque, & consuetudinem permittentem esse rationabilem numero. 1. & sequenti. Couarru. libro. 3. resolutio. capit. 5. numero. 5. vers.

versic. tertio eadem; Anto. Gomez dicens etiam in foro conscientie licere in. l. 40. Tauri numero. 56. plures alios in id citans, sed & vtilem esse reipublice censet Paul. conf. 343. in fin. lib. 1. Marcus Salon Burgeri. in proemio legum Tauri num. 83. contra quam receptissimam sententiam insurgit d. Iaco. Septima in lib. de instit. catholicis cap. 9. nume. 125. & sequen. quāplurimos enumerans abusus & iniquitates eorum, qui in maioratibus succedunt, increpans feminarum exclusiones, quasi vitium sit naturam accusans, iuxta l. maximum vitium. C. de lib. prete. vel exhere. & alia plura obijciens aduersus eorum maioratū cōditores alienationē etiā in pias causas, & in redēptionē captiuorū prohibētes: quod nihil aliud est quā diuino iudicio resistere, eiusque prouidentie ex professo cōtraire quocirca pie persuadere conatur, ne deinceps huiusmodi vincula & vanitates permittantur. Cuius animi laudo abususque & vitia, quæ ex constitutione maioratum contingunt non laudo: non tamen ob id quod accidentaliter euenit, tam antiquam Hispaniæ nostræ consuetudinem improbare ausim, à tot viris doctissimis & omnibus numeris consumatissimis approbatam, totque seculis receptam, ex qua innumeræ utilitates & commoda Hispanie reipublice obuenerunt nominis antiqui memoria: in causa est, vt à vitijs quæ communia sunt pauperibus vitijque arceantur: ad defensionem patrię incitentur, pro qua quotidie pugnant, in id diuitias, quas parētes & maiores sui cōgregauerunt expēdentes. Denique nobiles isti præfidium patrię, propugnaculum Hispanie, defensores reipublice appellari merito possunt. Vtpote qui proprijs expēsis (non premio conducti tanquam ignobiles) militant, militabunt, & militarunt semper. Hi profecto pleuciorum seditiones & scandala in hoc regno anno. 1520. in quo ego natus fui, exorta sedauerunt, populique clamorem compescuerunt, atque eos pristino regis iugo submissērunt. [ Quis obsecro hęc cernens negauit conseruationem maioratum in Hispania valde vtilem & conducibilem esse? Quod optime considerat lex. 7. infra eo. ad medium, nobilitatem etenim multę concomitantur virtutes, quas eleganter refert Roderi. Episcopus camoren. in suo vite humanæ speculo lib. 1. c. 7. & Cassane. in catalogo glorię mūdi. 8. par. 32. consideratio. dixi latius in dialogo relatoris. 3. part. c. 2. nume. 5. & sequen. vsque ad finem, quæ eis innatę videntur: vitia autem non nobilitati, sed prauę educationi potius imputanda. Plurimum enim conducit bona educatio teste philosopho. 3. rethorico rum ad Teodatem cap. 16. Quemadmodum & Cicero de senectute num. 60. plurima senum vitia referēs resoluit, ea non senectutis vitia esse, sed morum. [ Sed hic oportune queri poterit, qui licet primogeniti sint, nō possint in regno, ducatu, vel comitatu, aut in bonis maioratus particularis succedere? Et imprimis demens, furiosus, vel mentecaptus à natura excluditur à successione regni, vel dignitatis marchionatus, ducatus, vel comitatus, quoniam consuetudo vel lex deferens primogenito regnum vel aliam similem dignitatem, licet minorem, debet intelligi, quod talis primogenitus sit natura habilis ad succedendum & regendum, argument. text. in. l. vt gradatim. ff. de

munc. & hono. Vbi autem defectus hic sibi obuenerit ex accidenti non priuabitur successione, sed dabitur sibi curator ad administrandum: quia in eius persona iam fuit & est radicatum ius successiois, nisi aliud per constituentem exprimat cap. grandi de supplem. neglig. prelator. vbi ex hac causa datus fuit curator Regi Portugalię & ibi notat gloss. Ioan. Andre. Archidia. Domi. Ancarran. & ceteri interpretes. hanc sententiam obseruat Bald. in. ca. 1. ad fin. de successione feud. & in authenti. hoc amplius nume. 10. C. de fideicom. Albarot. in cap. 1. §. mutus nume. 7. Episcopi vel Abb. in v. fib. feudo. Martin. Laud. in tracta. de primogeni. 40. questio. principa. Corset. in tracta. de potesta. regia. 10. questio. principal. Iaco. de Sancto Georg. in tracta. feudor. in parte quid sit rex nume. 7. Ripa in. l. nemo potest nume. 4. ff. de legat. 1. Ioan. Lupi in repe. cap. per vestras notab. §. 3. 26. nume. 8. versicu. quod intellegit pagin. 225. col. 2. Cytuen. in. l. 40. Tauri questio. 17. & ibi Antonius Gomez nume. 69. Socin. consil. 47. libr. 1. Ioan. Lecerier de primogenitura lib. 3. questio. 4. Tiraquel. de iure primogeniorum questio. 23. in princip. & questio. 21. nume. 11. Ferdinand. Vazq. de successio. creatio. §. 21. nume. 148. Corne. consil. 42. libr. 4. Carol. Moline. in consuetudinib. Parisien. titu. 1. §. 8. glo. 1. textus expressus in. l. 3. ad medium, versicu. todas estas cosas, titu. 15. part. 2. Gregor. Lupi in. l. 2. titu. 15. de successoribus regni part. 2. in verbo seyendo ome para ello, vbi est pro hac conclusione text. expressus contra Ioan. Igneum in disputatione an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem, & Lucam de Pena in. l. 1. colu. 3. de priuileg. eorum qui in sac. pala. mil. lib. 12. Molin. lib. 1. de Hispanor. primogen. cap. 13. nume. 25. & sequen. [ Quod tamen limita procedere in regno, vel comitatu, aut ducatu vel simili dignitate, secus tamen in maioratu, qui non consistit in iurisdictione vel administratione, seu gubernatione, sed in pura & simplici administratione bonorum, tunc etenim succedit primogenitus etiam si sit furiosus vel demens, seu mente captus, quippe qui cuiuscunque successiois ex testamento vel ab intestato est capax, sicut quilibet sanæ mentis, vt in. l. vlti. §. tali. C. de curato. furio. §. sui institutu. de hered. que ab intesta. deferun. ex quo id asserit Ioan. Lecerier in dict. tracta. de primogenitura lib. 3. questio. 4. princip. versu. salua reuerentia & Anton. Gomez in. d. l. 40. nume. 69. Tiraq. alios citans de primogenijs quest. 23. nume. 5. Ferdinand. Vazquez lib. 3. de successio. creatio. §. 21. nume. 148. vbi rationem reddunt & Molin. d. lib. 1. cap. 13. nume. 22. [ Quid si primogenitus successurus in regno vel dignitate comitatus, vel ducatus, vel marchionatus, vel alia simili, sit monachus vel canonicus regularis? Et certe comunis est & recepta sententia doctorum, monachum vel canonicum regularem non posse succedere in regno, vel ducatu, aut in maioratu, seu meliorem iurisdictionem habente, sed quod eo excusso admittitur sequēs in gradu argumen. text. in. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bon. posse. cōtra tab. cū simi. l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebellian. l. filiusfam. §. cum quis. ff. de legat. 1. ex quibus hoc voluit glo. in cap. scripsit. 27. questio. 2. in. glo. 1. & ibi Archidia. & ceteri



& ceteri interpretes Bal. in l. Deo nobis. §. 1. nu. 2. C. de epis. & cleri. & in l. data opera nu. 29. C. qui accus. non poli. vbi loquitur de canonico regulari, & in l. si quis prioris. §. talem. i. col. in fi. C. de secund. nup. & in c. cum magistrum fin. qu. ff. extra de electio. Mar. ti. Lau. in tracta. primoge. lib. 3. qu. 4. nu. 15. Cyfon. in l. 40. Tauri. 6. q. & ibi Ioan. Lupi nu. 17. & Anto. Gomez nu. 66. Moli. d. lib. 1. c. 13. nu. 81. cum sequen. & late discutit quæstionem hanc à nu. 71. Greg. Lupi. in l. 2. tit. 15. de primogenito & successore regni par. 2. in verbo. siendo ome para ello. [ Vbi hoc limitat, ni si ante professionem, nam qui profusus non est retinet dignitatem & iurisdictionem arg. c. si beneficium de regulari in. 6. & voluit Alberi. in authen. ingressi col. pen. C. de epis. & cleri. dignitas autem est habere iurisdictionem cum administratione secundum archidia. in c. 1. de consue. lib. 6. Tir. de nobili. c. 28. nu. 2. Si ne iurisdictione autem non dicitur dignitas vt optime probat Mar. Salon Burg. in pro. cæmio legum Tauri nu. 89. [ Secundò limita hoc non procedere in maioratu iurisdictionem non habente, in quo nihil obstat quo minus succedere possit, & monasterium gaudebit vsufructu bonorū maioratū per tēpus vite ipsius monachi vel religiosi, & post eius mortem succedet sequens in gradu secundum dispositionem constitutiōis arg. tex. in auth. ingressi. C. de sacro. ecclē. & l. Statius Floqus. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci vbi id expressim obseruant Bar. Albe. & communiter docto. text. est etiam hoc probans in l. peto. §. prædium. ff. de lega. 2. & in l. cum pater. §. hereditatem. i. cod. titu. & ibi doct. tex. etiam in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Tre. be. & in l. sed si mors. ff. de dona. int. vir. & vxo. & l. cū fisco. ff. ad Sillani. & in l. arboribus. §. i. ff. de vsufr. & l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verbo. oblig. quemadmodū in vsufructu aserit. Accur. in glo. magna in fi. in authen. ingressi. C. de sacro. ecclē. & in authen. idē est. C. de bon. quæ lib. & ytrobiq. docto. carū interpretes, Hanc limitationem tradidit Anto. Gomez in l. 40. Tauri nu. 66. paulo ante finem, & Gregor. Lupi in d. l. 2. tit. 15. par. 2. in verbo, siendo ome para ello, in fi. & probat Moli. d. lib. 1. c. 13. nu. 95. [ Clericus autem in sacris constitutus succedere potest in regno vel quolibet alio maioratu, quia constitutio quilibet fauorabilis ad clericos extenditur ex doctrina Panor. communiter recepta in c. ecclesia sanctæ Mariæ nu. 25. de consueti. Ex quo id asserunt Marti. de laude in tracta. de primogenitura. 30. quæst. & Ioan. Lecirier in eodem tracta. lib. 1. 23. quæst. vbi late, Anto. Gomez in d. l. 40. Tauri nu. 66. in fi. Grego. Lupi in l. 2. tit. 15. par. 2. in gl. in verbo siendo home para ello, col. 2. ad medium Moli. d. c. 13. nu. 97. late discutit Tiraq. de primoge. q. 44. qui nu. 6. & sequen. vsque inf. resoluit clericum posse succedere in maioratu & regno, & foeminam excludere nu. 7. plures citans concordantes. [ Querit autem Anto. Gomez in d. l. 40. Tauri nu. 66. versu. vnum tamen, an possit Papa dispensare cum monacho filio regis vel magnatis, vt exeat monasterium & matrimonium contrahat pro generatione suscipienda, & sic pro reipublica commodo? Et posse dispensare asseuerat Bald. in l. si pater. §. in arrogationibus argu. illius text. ff. de adoptio. cuius sententiam singularem repu-

tat Iass. in l. si arrogator numero. 4. co. tit. sequitur etiam & mirabilem dicit idem Iaso in l. vlti. C. de transactio. 2. col. idem voluit Ancarra. conf. 339. col. 3. nu. 2. ad fi. vbi attestatur cum Remino monacho & sacerdote, ex sanguine regis Aragonum fuisse à Papa dispensatum propter defectum successorum, vt à monasterio exiret duceretque vxorē, ex qua habuit filium, qui successit in regno. [ Impotens tamen ad generandū non prohibetur succedere in maioria, vt ceter Grego. Lupi in d. l. 2. tit. 15. par. 2. in verbo seyendo home para ello. 2. col. lu. ad medium, citat Bal. in c. 1. §. vlti. episc. vel Abb. qui loquitur in feudo. Cæcus etiam non repellitur secundum Bar. in l. cæcus. ff. de iudi. Ioan. de Platea in l. 1. C. qui morbo. se ex c. lib. 10. Greg. Lupi in d. glo. ad fi. versu. sed quid si successor, licet ab initio iurisdictione non possit concedi cæco, vt ibi dicit Bar. & Bal. in c. 1. an mutus vel aliter imperfect. Quæ autem crimina faciant perdere maioratum tractat Grego. Lupi in d. l. 2. glo. vlti. tit. 15. de primogenitis regis par. 2. Anto. Gomez in l. 40. Tauri nu. 91. Iaco. Septimacen. de institutio. catholi. c. 9. nu. 125. & sequentibus & nu. 141. & sequē. Telli Fernandez in l. 27. Tauri nu. 18. & 19. dicam infra co. l. 4. & Grego. Lupi in l. 6. titu. n. par. 6 in verbo quela non pudiese vender, colu. 2. in princ. vbi latissime: & latius Moli. lib. 4. de Hispa. primog. c. n. per totum maxime à nu. 25.

GLOSS. II.

- 1 Scriptura regulariter non requiritur pro forma, sed ad probationem. Scriptura an requiratur in maioratu, ibidem.
- 2 Scriptura requiritur in pluribus casibus, remissiuè. Scriptura requiritur in actis iudicij, ibidem.
- 3 Acta iudicij que dicantur remissiuè. Acta iudicij dicuntur quæcūque sunt coram iudice licet non in figura iudicij, ibidem.
- b Por la escriptura de la institucion del. ) Nota ex lege ista, quod licet in alijs actibus scriptura nõ requiritur pro forma & solemnitate, sed ad faciliore duntaxat probationem. l. in exercendis. C. de fid. instru. l. 1. & per totum. ff. co. ti. in maioratus autem constitutione scriptura requiritur, quod probatur ex verbis legis nostre sequentibus, probationem testium admittentis ad probandum tenorem scripturæ, vt dicam infra co. glo. 5. vel ad probandam maioriam tempore immemorabili, de quo infra in glo. 9. quod non exigeretur, si scripturam non requireret lex pro forma: satis enim esset probare maioriam testibus, licet de scripturæ tenore non deponerent. l. in exercendis. C. de fide instrum. quæ sententia vera est in maioratu regia licentia facto, de quo hæc. l. loquitur vt dicā in glo. sequen. nu. 2. quidquid contra eam dixerit Anto. Gomez in l. 41. Tauri nu. 2. vt aduertit Mol. lib. 2. de Hisp. prim. c. 8. nu. 7. [ Plures alios casus in quibus scriptura requiritur congerit gloss. Ioan. Andr. & Phil. Fran. in c. 1. §. postquam de censib. lib. 6. quibus adde aliū casum, nepe vt scriptura requiratur in actis iudicij, maxime in libello, litis contestatione, citatione, probatione sententia

sententia & similibus, nec probari possunt per testes nisi acta amissa fuerint, & tunc secundum formā, quā referam infra co. in glo. 5. hæc fuit sententia Bar. in l. ne in arbitris nu. 3. & 7. C. de arbit. & in l. testium per tex. ibi. C. de testi. & in l. sicut iniquum & l. emā cipatione. C. de fide instru. cui accedit Bal. in l. vl. ver. si. quæro nūquid acta. 2. col. C. de re iu. tex. optimus in c. quoniam contra falsam extra de probatio. vbi id notat Feli. nu. 1. & vlti. & Deci. nu. 7. & Celsus ad Lamphran. ibi nu. 12. hanc dicit communem contra Inno. Hostiē. Anto. & Panor. ibidem qui communi aduerfantur, eandem cōmunem sententiam tenuit Iaco. de Bellouifu in auth. vt in medio litis in fi. Alex. cōf. 74 nu. 9. lib. 1. Marfil. in rub. C. de proba. nu. 20. Robert. Maranta his nõ citatis; de ordine iudiciorū par. 6. 10. actu iudicij de actorū editione nu. 22. 23. & 24. dixi in stylo cancellariæ tit. 3. c. 1. §. 8. glo. 3. [ Quæ dicatur acta iudicij tractat Maranta. d. actu. 10. iudicij nu. 1. & 2. Tu interim scias nomine actorum cōtineri quidquid factum est in presentia iudicis, etsi in figura iudicij nõ fiat secundum Bal. in l. interrogatam. C. de lib. cau. Deci. in, d. c. quoniam contra. nu. 12. in prin.

GLOSS. III.

- 1 Maioratus probatur per scripturam fundationis & licentia regia. Licentia regia ad condendum maioratum debet in scriptis fieri, ibi. Priuilegium an scripturam requirat, ibi.
- 2 Maioratus an dici possit in quo scriptura licentia regis non interuenit.
- c Con la escriptura de licencia del Rey que la dio. ) Nota ex lege ista, quod maioratus probatur per scripturam constitutionis & fundationis ipsius maioratus simul cū scriptura licentiæ regie. Ex quo duo inferuntur, primū, quod licentia regia ad condendum maioratū requiritur pro forma vt in scriptis fiat, quod in gratia seu priuilegio non requiri tenuit Bal. in l. humanum fin. colu. & quæst. C. de legib. cui alij accedunt teste Felin. qui idem voluit, in rubri. de constitu. nu. 5. & Anto. Gomez in l. 41. Tauri nu. 2. licentia tamen regia scripturā requirit, secundū Innocen. & alios in c. constitutus de appella. Ioan. Lupi in l. 41. Tauri nu. 3. & 4. & Moli. d. lib. 2. c. 8. nu. 7. [ Secundum, quod non dicitur maioratus nisi vtrunque concurrat constitutio maioratus, & licentia regis, neque probari potest, nisi de vtroque instrumenta appareant, quod videtur repugnare his, quæ diximus supra tit. 1. l. 11. glo. etiam. 11. quod maioratus fieri potest absque regia licentia, quod tamen non excluditur per legem istam, quia loquitur de maioratu qui factus fuit regia præcedente licentiā, quod frequentius accidit, ad quæ iura potius adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legib.

GLOSS. IIII.

Instrumenti publici requisita remissiuè.

d Siendo tales las dichas escripturas que hagan fe. ) Nempe quod coram tabellione publico fiant & corā testibus & alia contineant, quæ tradidit. d. D. Couatru. in practicis quæstio. c. 20. per totum. Dixi in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 17. casu. 20. declara. 4. legis Toleti glo. 1. nu. 2. 3. 4. & 5. Dida. Castelli in l. 41. Tauri in verbo hagan fe.

GLOSS. V.

Scriptura publica quomodo probetur per testes?

c Del tenor de las dichas escripturas. ) Scriptura publica quomodo probetur per testes, tradit Bar. in l. sicut iniquum. C. de fide instru. & in l. testium. C. de testib. & in l. ne in arbitris nu. 7. C. de arbit. nepe, vt probetur casus amissionis, quodque testes probent de eius tenore, vt hic dicitur, & ibi adesse substantialia, nempe, locus, dies, mensis, annus, subscriptio partis, signum tabellionis & notarij quodque apparebat sine aliquo vitio non rasum nec cæcellatum. Item quod testes super hoc deponētes sint periti literarum vt doctores seu dauocati, notarij seu tabelliones, nam si essent alij, facerent semiplenam probationem, vt in c. cū olim de pri. ui. & ibi glo. & cōmuniter docto. Paul. & docto. in l. sicut iniquum. C. de fide instrum. Anto. Gomez in l. 41. Tauri nu. 3.

GLOSS. VI.

- 1 Consuetudo differt in pluribus à præscriptione, remissiuè.
- 2 Præscriptio differt à consuetudine, & nu. 3.
- 4 Maioratus non consuetudine sed præscriptione immemorabili acquiritur.
- 5 Præscriptio immemorabilis & ceteraria in quo differant remissiuè.
- 6 Maioratus quare non minori tempore, quam immemorabili præscribatur, & nu. sequen. Præscriptio immemorabilis priuilegij vim obtinet & ei comparatur, ibi.
- 7 Præscriptio iurium incorporalium etiam corpora cōtinentium scientiam exigit & pacientiam eius contra quem præscribitur. Præscriptio immemorabilis iurium an exigat scientiam eius, contra quem præscribitur, ibi.
- 8 Præscriptio immemorabilis iurium quibus ius resistit scientiam exigit eius: contra quem præscribitur.
- f Por costumbre immemorial. ) Aduerte hic lector amatissime, nam licet lex nostra de cōsuetudine loquatur de præscriptione est intelligenda, vt probat Moli. lib. 2 de Hispa. primo. c. 6. nu. 10. 11. & seq. plurimum enim differūt, vt colliges ex relatis ab eo, & ex glo. Panor. Rocho de Curte & alijs in c. vlti. de consue. & Fran. Balbo de præscri. parte. q. 10. Panor. & ceteris in c. cū ecclesia de causa poss. & proprie. Quod omniū latissime examinat Aym. Cra. de ant. tē. par. 4. in prin. quatuordecim tradēs discrimina inter cōsuetudinem & præscri-

2 prescriptionem, [ *Quarum potissima est quia consuetudo acquirit ius in communi omnibus civibus seu de vniuersitate hominibus, nec cuiquam specialiter prodest, nec nocet. Quo fit, vt qui prescribit vel contra quem prescribitur certus esse non possit. At prescriptio acquirit ei, qui prescribit, & alteri priuato dānum infert, inducitque ius priuatum inter prescribentem, & eum contra quem prescribitur. Consuetudo autem facit ius publicum quoad omnes quos negotium tangit. l. de quibus. ff. de legi. §. ex non scripto insti. de iure natu. gen. & ciui. ita eleganter explicant Panor. & Cardina. q. 8. in d. c. vlti. de consue. Corne. conf. 268. lib. 4. nume. 17. Aymon Sabillia. d. 4. par. de antiqui. tempo. 7. differentia nu. 21. Deci. cōf. 134. prope fin. d. D. Couarru. in relect. regulę possessor de reg. iu. in. 6. 2. par. §. 3. nu. 2. [ *Pręterea consuetudo non restringitur ad vnam rem. Est quippe generalis non solum respectu personarum de quarum commodo & incommodo agitur, sed etiam respectu rerum. Pręscriptio verò dicitur particularis, tam respectu rerum quam personarum, vt respondit Bellamerra conf. 10. verfic. 4. differentia Aimon. d. 4. parte in prin. nu. 29. Dicitur etiam prescriptio quando vni acquiritur, & alteri aufertur: consuetudine verò vni acquiritur, sed alteri non aufertur, vt probat idem Aymon. d. 4. parte in prin. nu. 31. [ *Ex quo priuatus contra vniuersitatem, & vniuersitas aduersus priuatum, & vna vniuersitas aduersus aliam prescribere potius dicitur, quā consuetudine acquirere, vt optimis exemplis probat. d. D. Couarru. d. 2. parte regu. possessor. §. 3. nu. 2. Aymon. d. 4. parte in prin. num. 21. 22. 23. & 24. Cum ergo in lege nostra agatur de prescriptioe maioratus ab aliquo priuato aduersus alium dicitur prescriptio non consuetudo: prout & in specie. l. 6. titu. 13. lib. 3. ordina. (quę transcripta est in l. 1. titu. 13. de prescriptionibus supra lib. 4.) intellexit. d. D. Couarru. d. 2. parte. §. 3. nu. 2. Quare dicendum est improprie hęc poni consuetudinem pro prescriptioe immemorabili. Quoties enim per vsu temporis immemorabilis vel aliās longēui acquiritur ius priuato, non potest proprie dici consuetudo sed prescriptio, quippe quę priuatis, consuetudo autem competit vniuersis vt dixi, & voluit quoque. d. D. Perez in l. vlti. titu. 13. lib. 3. ordina. in verbo (cartas) in fin. col. 1246. [ *Discrimen etiam constituitur inter prescriptioem immemorabilem & centenariam, vt videre licebit per Aym. Craue. de antiqui. tempo. 4. par. §. absolutis. d. D. Couarru. in relection. regulę possessor. 2. par. §. 3. nu. 6. & sequentibus. Dida. Perez in l. 6. titu. 13. lib. 3. ordi. colu. 1241. Quo modo autem probetur immemoralis, dicam in glossis sequen. [ *Sed quare maioratus non prescribitur minori tēpore quā immemorabili, vt hęc dicitur? Respondeo, quia maioratus supponit regiam licentiā seu priuilegium regulariter, licet sine ea fieri possit sine preiudicio legitime filiorum, vt probauit supra eo. gl. 3. in fi. At immemorabilis prescriptio vim obtinet priuilegij, ei; æquiparatur, atque ea quę non aliās quā priuilegio acquiri possunt, prescriptioe immemorabili acquiruntur, vt in l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua. quotid. & æstiuā vbi gloss. & doctor, notant capi. super quibusdam. §. 1. de verbor. significa-*****

tio. Bald. in l. edita ad fin. C. de eden. & in l. si solemnibus. C. de fide instrumen. Alexand. conf. 6. lib. 1. & conf. 35. & 195. lib. 2. Bertrand. conf. 2. numer. 17. lib. 3. Ioan. Lupi in l. 41. Tauri num. 10. Iaso. in l. quominus nume. 42. ff. de flumi. Paul. Paris. conf. 112. nume. 21. lib. 1. vbi plures citat concordant. & conf. 27 numer. 33. eod. lib. 1. Aimon Sabillian. de antiquita. tempor. par. 4. §. absolutis differentijs quęstioe. 2. nume. 9. pag. 139. Bald. in capi. 1. quę sint regal. Deci. conf. 496. Bald. conf. 257. lib. 2. Petr. Nuni. de mandat. ex sequen. capit. 1. numer. 14. verfi. 3. deducitur Didac. Perez in l. vlti. titu. 13. lib. 3. ordina. in glos. magna colu. 1241. ad medium. d. D. Couarru. lib. 1. resolutio. ca. 10. nu. 14. dixi in stylo cancellarię titu. 1. preami. 22. glos. 3. qua ratione non potest minori tempore quā immemorabili maioratus prescribi. [ *Vel quia maioratus est ius incorporeum, licet corpora contineat, in quo vsus prescribentis, & patientia eius contra quem prescribitur regulariter exigitur in qualibet ordinaria prescriptioe, vt optime docet Socin. in l. 3. in princ. nume. 4. ff. de acquirend. possel. dixi supra hoc eodem libro. l. 1. titu. 6. de meliorationibus glo. 4. nume. 8. Sed cū in nostra specie scientia vel patientia eius contra quem prescribitur interuenire nō possit, cū prescribatur contra omnes descendentes quorumlibet possessorū antequam nascantur, ideo prescriptio temporis, cuius initium memoriam hominum excedit requiritur, quoniam huiusmodi immemorabilis prescriptio iuxta receptiorem & veriorē sententiā scientiam eius contra quem prescribitur non exigit secundum glos. & Angel. in dist. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidiana. & æstiu. quibus accessit Salic. in l. 2. C. noua vestigal. insti. nō possē Imol. & Roman. in l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. Anton. in cap. peruenit de censu. Bald. in c. 1. colu. 2. quę sint regal. Alexan. conf. 16. nume. 15. lib. 5. & ibi Carol. Molin. ad eum citans cōcordant. Deci. conf. 85. Curti. Iunior conf. 158. nume. 12. Anto. Rec. conf. 21. ad fin. Fran. Balbus de prescriptioe. 2. part. 3. partis principa. quęstio. 6. nume. 22. Alexan. communem dicens conf. 6. nume. 4. lib. 1. Tiraquel. de nobilit. c. 14. nu. 14. Paul. Pari. conf. 111. nu. 54. lib. 1. d. D. Couarru. in regula possessor. 2. par. in initio nume. vltim. verfi. 3. superscripta, & §. 2. nume. 8. verfic. tertia species. Quorum sententia vera est & receptior licet contraria placuerit Bar. in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publi. & vestiga. & in l. 1. §. denique. ff. de aqua pluuiā arcen. Et que accesserit Paul. Castren. in l. feruitutes col. vlti. ff. de feruitu. Roma. conf. 218. Bald. conf. 352. lib. 1. & conf. 340. lib. 5. Albert. Brun. conf. 66. col. 1. Ripa in d. c. cum ecclesia nu. 62. de caus. poss. & prop. & lib. 2. respon. capi. 26. [ *Hęc tamen communis opinio procedit, nisi tractetur de acquirendis alijs iuribus incorporalibus, quorum vsui & exercitio ius resistit, hac siquidem in specie scientia eius contra quem tempore immemorabili prescribitur, exigitur, vt optime probat D. Couarrub. d. regu. possessor. 2. par. nu. 8. verfi. 3. species.**

G L O S. VII.

Maiores

1. *Maiores mentione facta in aliqua dispositione vel scriptura omnes clausule censentur appositę, quę solent communiter apponi in maioratu.*
2. *Verba regulariter interpretanda sunt iuxta communem vsu loquendi ea in prouincia in qua proferuntur.*
3. *Maiores iure si qua bona alicui deseruntur, nulla alia clausula vocationis vel prohibitionis expressa & ad maiore natu pertinebunt & ad masculos & in eorum defectum ad feminas, & ad omnes descendentes & transuersales in perpetuum.*
4. *Maiores iure si qua bona deseruntur filio maiori nullo alio vocato in eius defectum succedent nihilominus omnes descendentes & transuersales ordine successiuo.*

Es a saber que los hijos mayores legitimos. Nota ex. l. ista, quod si ex aliqua dispositione vel scriptura a donationis, testamenti, priuilegij, probationis, vel sententię competit aliquid alicui iure maioratus, licet alia clausula vocationis, prohibitionis, aut fideicommissi, vel conditionis in eadem scriptura non contineantur, hæc omnes clausule censentur appositę: eodēque fortietur effectus, quos apud nos, & alias prouincias bona primigeniorum & maioratum ex consuetudine moribus legibus vel constitutionibus habere solēt huius sententię author fuit Roderi, Xuarz in quęst. maioratus nu. 8. cui accessit Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 21. & sequen. Gregor. Lupi in l. 2. glo. 1. post princ. & glos. in verbo (el mas propinquo) tit. 15. de custodiendo primogenito regis par. 2. sensit Anto. Gomez in l. 40. Tauri nu. 59. 60. 61. 62. 63. & 64. melius ceteris. d. D. Couarru. lib. 3. resolu. c. 5. per totum, Ferdinan. Vazquez Mencha. de successionum creatione. c. 26. nu. 86. Marcus Solon Burg. in proemio legum Tauri nu. 88. citant Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita nu. 4. ff. ad Trebelli. Deci. conf. 297. col. 2. Moli. lib. 1. de Hispa. primo. c. 4. nu. 14. cum seq. [ *Cuius ratio est, quia in dubijs ea regula semper est seruanda, vt verba quęcunque interpretentur iuxta communem vsu, leges, & prouincię statuta vel consuetudinem, vt in l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de lega. 3. vbi glo. Bar. & docto. expendunt, idem Bar. in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. in prin. vbi asseuerat, & eius sententiam ceteri frequentius admittunt, quod communis loquendi & intelligendi vsus proprie significationi vocabuli preferatur. Idem probat tex. in l. 3. §. vlt. ff. de suppell. lega. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. cum Delanio nis. §. afinam. ff. de fundo instruc. l. vxori in prin. ff. de lega. 3. c. ex literis. 1. de spon. l. Labeo & ibi Bar. ff. de supell. lega. Bar. Roma. Alex. & Fran. Niconi. latissime in rub. ff. de noui ope. nun. Curti. Iunior conf. 5. nu. 12. & quod verba cuiuscunque dispositionis sint intelligenda iuxta consuetudinem & leges prouincię tenuit Alex. conf. 26. nu. 11. lib. 3. post Bal. in l. lege adfi. C. de legi. heredi. Deci. loquens in maioratu Hispanię cōf. 397. nu. 6. in fi. Guido Papę quęst. 306. col. 1. Guill. Bene. in c. Ra. ynuitus in verbo in eodem testamēto relinquens. 1. nu. 73. & seq. Bologni. conf. 62. colu. 2. & seq.*

Greg. Lupi in l. 3. in verbo (mugeres) col. 2. post mediū ti. 13. par. 6. Pau. Castr. conf. 164. nu. 1. lib. 2. Couarru. d. c. 5. nu. 1. & Marcus Solon in proemio legum Tauri nr. 88. [ *Ex quo plura inferuntur, nempe quod vbi bona aliqua iure maioratus alicui deseruntur, ea ad vñ dūtaxat maioremque natu pertinere, indiuiduaque esse & inalienabilia in perpetuum, masculosque excludere fœminas eiusdē gradus, ipsasque admitti posterioribus in gradu exclusis. Et hoc vltimum fuisse examinat Marcus Solon Burg. in proemio legum Tauri nu. 1. & deinceps, & omnia alia doctores supra citati. d. D. Couarru. d. c. 5. latissime. [ *Inferuntur etiam quod si quis maioratum constituat, dicens volo vt bona hæc deueniant in filium maiorem per viā maioratus, & sint in alienabilia, succedent nihilominus omnes descendentes & transuersales in perpetuū ordine successiuo contra dispositionē text. in auth. de restitu. fideicō. §. nos igitur colla. 9. & contra sententiam Anto. Gomez qui in hoc errauit, in l. 40. Tauri nu. 64. & sententiam nostram optime fulcit. d. D. Couarru. lib. 3. resolu. c. 5. nu. 4. ad quem lectorem relego, quia more suo eleganter prudenterque procedit, & Moli. vbi supra.**

G L O S. VIII.

1. *Presumitur quis esse bonę fame. Contrarium probatur, nu. 3.*
2. *Qualitas requisita ad aliquid obtinendum ab statuto vel lege, licet pro ea qualitate sit iuris presumpcio articulari debet & probari. Qualitas bonę fame & opinionis quę in teste requiritur ad probandum maioratum probanda est, aliās non obtinebit qui in ea se fundat, ibid.*
3. *Maiores probatur testibus secundum formam huius legis, dummodo probetur bonę fame eorundem testium. Fama bona an presumatur. ibi.*
- h. *Sean de buena fama. Semper autem presumitur, quod esse bonę fame. c. nullum de presump. vt asserit Did. Castelli in l. 41. Tauri in verbo de buena fama, qui sentire videtur, non astringi eum qui maioratum probare velit testibus, bonam famam testium probare. [ *In contrarium tamen se habet communis sententia, rā quoties lege aliqua vel statuto qualitas aliqua requiritur ad obtinendum, quamuis ea qualitas iure presumatur, adhuc tamen est probanda ab eo qui eam allegat ad fundamentum suę intentionis ex egregia doctrina Ange. in l. vel negare, quam legit sub. l. 2. §. vltimo. ff. quemadmo. testamen. aperian. cuius verba sunt, pro hoc do tibi generalem doctrinam, quod vbiunque optima opinio testium est causa inductiua plenę probationis, quę aliās plena non esset ibi de optima opinioe probandum & articulandum est. Vnde ait, cū Bononiense statutum disponit quod ad probationem mortis alicuius, qui extra territorium decessisse dicatur, sufficit probatio per tres testes optime opinionis deponentes de fama, q. non erit probata mors nisi probetur illos testes**

testes deponen tes esse optime opinicnis & fame. Ha-  
 etenus Ang. cui subscripsit Alex. cōf. 82. nu. 3. lib. 1. &  
 consi. 43. lib. 4. Cœpol. consi. 58. Marfi. consi. 96. nu. 3. lib.  
 2. Thom. Gramma. consi. 35. nu. 38. Deci. consi. 37. vers. 3.  
 principaliter, Carrer. Regi. in. l. obseruare. C. que. app.  
 non recipian. nu. 164. & 165. quorum opinio frequen-  
 tius recipitur teste Alciato de p̄sump. regula. 3. p̄-  
 sump. 2. num. 10. qui addit concordantes, multo plures  
 Pet. Moncada post Ioan. Crotum in tractatu de testi-  
 bus nu. 392. & pluribus seq. Marfi. singu. 187. Pet. Nu-  
 ni. in dictionario suo in verbo (costumbre) prope finē  
 & in verbo (tormento) vers. 9. conclusio & de manda-  
 tis exequen. par. 1. c. 2. nu. 17. vers. 4. ex iisdē, & in. 2. im-  
 p̄sione nu. 19. vers. 4. ex iisdē & iterum. 2. par. c. 6.  
 nu. 6. vers. imo in casu, qui loquitur in specie legis no-  
 stre, & melius ceteris hoc explicat Arnaldus Alberti-  
 nus inquisitor Valentis in. c. quoniam de hereti. lib. 6.  
 qua. 15. col. 233. quibus adde plurima a me congesta in  
 stylo cācellarię ti. 1. p̄cemi. 17. casu. 12. declaratio. 7. gl.  
 1. nu. 3. & latius in p̄cemi. 22. c. 1. §. 2. de clericis. 1. tonfu-  
 ra glo. 2. [ Ex quo in casu legis nostrę in probatione  
 maioratus, erit necesse probare bonam famam testū  
 de maioratu deponenti. Et quia licet quis bonus  
 p̄sumatur vt in. c. vlti. de p̄s. imp. nō tamē p̄s. ma-  
 tur esse bonę fame neque idoneus vt dixit Argel. in  
 auth. de hered. & Falcid. §. hinc nobis nu. 28. nam fama  
 consistit in facto probando vt in. l. de minore. §. plu-  
 rimū & ibi exp̄ndit bar. ff. de quęstio. Pet. Nuni. de  
 manda. exequen. par. 2. c. 6. nu. etiam. 6. vers. imo in ca-  
 su. Et licet ibi hoc restringat, quādo insuperlatiuo gra-  
 du bona fama exigitur, vel quando verbis geminatis  
 aliquid etiam in gradu positiuo requiritur ex senten-  
 tia Aimo, de antiqui. tempo. 1. par. vers. c. quęritur nu.  
 37. pagi. 44. tene tamen priorē opinicnem, quę ve-  
 rior est & receptior ex traditis. d. p̄cemi. 22. c. 1. §. 2. gl.  
 2. & probat Moli. lib. 2. de Hispanor. primoge. c. 6. nu-  
 me. 30.

GLOSS. IX.

- 1 Immemorialis p̄scriptionis probatio fit per testes deponentes de visu. 40. annorum,
- 2 Immemorialis p̄scriptio an probetur per testes deponentes de visu minoris temporis quam centum annorum & an sufficiant. 40. anni. & nu. 3.
- 4 Immemorialis p̄scriptio an probetur per testes. 4 annos habentes, an verò esse possint minoris etatis.

i Quarenta años.) Nota tex. optimum docentem modū  
 probandi tempus immemorabile, imprimis enim exigitur,  
 vt testes dicāt se illud vidisse per tēpus quadragin-  
 ta annorū & non minori tempore, & ita est accipien-  
 da sententia glossę in. c. 1. de p̄scriptio. lib. 6. dūm di-  
 cit semper viderint, & Barto. in. l. si arbiter. ff. de pro-  
 batio, & notata per Ioan. Andre. Abb. & Felin. in ca-

pitu. licet ex quadam de testib. ita intelligit Anton.  
 de Butrio in cap. veniens. 1. cod. titu. Alexand. ad Bar.  
 in. l. proprietatis. C. de probatio. Pet. Nuni. de manda.  
 exequen. capit. 6. nu. me. 6. noua impressionis Moli.  
 lib. 2. de Hispano. primoge. capit. 6. num. 31. [ Sed mul-  
 ti existimāt nō prebari tēpus immemorabile per testes  
 deponentes de visu quadraginta annorū, sed neces-  
 sario deponere debeat de centum annis, et in vita ho-  
 minis tanto tempore durare p̄sumatur, vt in. l. vlti.  
 C. de sacrosanct. ecclesi. & in hac materia notatur in.  
 l. vlti. §. de publican. & in. c. forus. §. p̄terea de  
 verb. signifi. itēque asseruat Guido Papę consi. 150  
 nume. 4. Curti. Junior consi. 50. col. m. vltima Felin.  
 in cap. ad audientiam nume. 27. de p̄scrip. vbi affir-  
 mat maius tempus esse illud, cuius initij non est me-  
 moria, quā centum annorū, citat Cardina. in cap.  
 si diligenti in fin. cod. titu. vbi id repetit idē Felin. in  
 vltimis verbis, & iterum in cap. cum nobis numer. 3.  
 in fin. cod. tit. [ Sed nihilominus cōtraria opinio est  
 receptior, imo quod immemoralis p̄scriptio pro-  
 betur per testes deponentes de visu temporis quadra-  
 ginta annorum, vt in hoc text. aperte deciditur, & iu-  
 re communi asseruerat Guido Papę consi. 150. nume.  
 4. Balb. de p̄scription. 2. parte. 3. partis principa. nu-  
 me. 24. & sequentibus, et in concord. supra citatis Pet.  
 Nuni. de manda. exequen. capi. 6. nu. mer. etiam. 6. Ar-  
 ceus ab Otalora in libr. de nobilitate Hispana tertia  
 parte cap. 7. nume. 12. vti que in nouis stampis, et que  
 communis Nestratum epirio & vltra eos hoc tenue-  
 runt Lopus, Geminian. & Philippus Francus in cap.  
 1. de p̄scriptio. lib. 6. & Aymon Crauette de anti-  
 quitate tempo. 4. part. si eticne absolutis differentijs  
 nu. me. 3. [ Testes autem de immemoralis deponen-  
 tes debent esse ætatis quinquaginta & quatuor an-  
 norū, vt possint de visu. 40. annorum deponere, se-  
 cundum quorundam sententiam, vt videre licebit apud  
 Ioan. Militem in suo repertorio in verbo testes,  
 & Cassaneū in consuetud. Vurgund. rubri. 1. §. 2. in gl.  
 E la prend. nume. 5. & e Nostris id voluit Pet. Nuni.  
 de manda. exequen. c. 6. nume. 6. vers. scitu. m. quod  
 requiritur, citat Gomezium in. l. 41. Tauri, qui ta-  
 men hoc non dicit. Imo Didac. Castelli ibidem in  
 verbo (quarenta años) contrarium tenuit, nixus au-  
 thoritate. l. 1. & l. testium. ff. de testib. l. 9. titu. 16. part.  
 3. vbi testis. 14. annorum potest deponere de his, quę  
 antea viderat. Quo fit vt constitutus in quinquā-  
 gesimo anno, possit de tempore quadraginta anno-  
 rum deponere. Quę sententia verior est & in praxi  
 recepta: eāq; exp̄sse tenuerūt Lopus Gemi. & Fran.  
 in dict. capit. 1. de p̄scriptio. in. 6. & Aymon Crauet-  
 te. d. sectione absolutis differentijs nu. 3. Mol. d. lib. 2. c. 6  
 nume. 40. cum sequen.

GLOSS. X.

- 1 Immemorialis p̄scriptionis probatio.
- 2 Testis non potest reddere rationē per visum de factis que excedunt hominum memoriam.

Testis

Testis de auditu deponēs, quando fidem faciat.

- k Y assi lo oyeron dezir a sus mayores y mas ancianos. Ex his verbis & sequentibus nota duo alia requisita ad probationem immemoralis p̄scriptionis seu consuetudinis. Primum quod ipsi testes deponāt vltra vi- sum. 40. annorum, quod eadem audierint à maioribus suis. Secūdum quod ipsi maiores ita viderant, & audierāt ab alijs suis maioribus. Id quod adnotauit glos. in. d. c. 1. de p̄scrip. lib. 6. ex ratione. c. licet ex quadā de testi. notat glo. in. l. si arbiter. ff. de probatio. specula- tor. in titu. de test. §. 1. vers. item quod non prohibet.
- l Nam de factis quę excedunt hominum etatem, non potest reddi ratio per visum secundum Innocen. in. c. cum causam de iuram. calum. quare hac in specie sufficit probatio de auditu & auditu auditus, vt doctōr. notant in. d. c. licet ex quadam de testi. Arce. Otalora in. d. c. 7. tertiz partis dicti tractatus de nobilitate His- pana nu. 14. Pet. Nuni. d. c. 6. nu. 6. vers. secundum & vers. tertiu doctō. in. d. l. 41. Tauri bonus tex. in. l. 29. tit. 16. par. 3. Aimon Sabillian. de antiquita. tempor. 1. par. sectione. vifo de fama in antiquis nu. 2. & 3. vbi li- mitat fo. 75.

GLOSS. XI.

- 1 Testes de immemoralis tempore deponentes debent de negatiua deponere, nempe, quod ipsi nō viderint nec audierint contrarium.
- 2 Testes de immemorabili tempore deponentes debent rationem dicti sui reddere, quamuis non sint de ratione interrogati.
- 3 Nunca vieron ni oyeron dezir lo contrario.) Nota legem istam, quod testes in casu huius legis quoties deponunt de tempore immemorabili, non solum deponere debent de affirmatiua, quod ipsi viderint, & audierint, prout dixi in glossis p̄cedentibus, sed etiam de negatiua, quod non viderint ipsi nec audierint dici cōtrarium. Quod ante legem nostram adnotauit glo. in. c. 1. de p̄scriptio. lib. 6. tex. etiam regni nostri in. l. 29. ti. 16. par. 3. Innocen. in. c. veniens nu. 2. de verbo. signifi. Guido Papę consi. 150. nu. 4. Otalora de nobilitate. c. 7. tertiz partis nu. 12. Pet. Nuni. de mandatis exequen. c. 6. nu. 6. vers. quartum, [ Vbi subdit in hac specie testes teneri reddere rationem dicti, etiam si de ea non interrogentur, citat Iasonem hoc pluribus ratio- nibus comprobantem in. l. cum hi. §. vult. ff. de transac- tio. 6. & 10. limitationibus.

GLOSS. XII.

- 1 Fama probat plenē in antiquis memoriam hominum excedentibus ex receptiori sententia.
- 2 Immemoralis p̄scriptio qualiter probetur, & in glossis p̄cedentibus.
- 3 Immemoralis p̄scriptionis effectus, remissio.

m Y que dello es publica voz y fama y comun opinion.) Fama sola in factis antiquis hominum memoriam ex- cedentibus, plenē probat secūdum Innocen. in. c. quid per nouale nu. 2. & in. c. veniens nu. 1. & 2. extra de ver- bo. signi. & ibi Anto. de Butrio nu. 10. gloss. in. l. atqui natura. §. cum me absente. ff. de nego. gest. & ibi Ang. Bal. in. l. proprietatis dominium. C. de probatio. est que communis opinio teste Felin. in. c. veniens nu. 16. de testi- bus, idem voluit Alex. consi. 4. nu. 7. lib. 2. Deci. consi. 428. Alexand. consi. 208. nu. 13. lib. 2. & consi. 90. libr. 6. Iaf. in. l. admonendi nu. 242. ff. de iureiu. Areti. consi. 15. Corne. consi. 304. nu. 5. lib. 3. Deci. in. c. cum causam. 23. notab. de proba. Deci. in. c. 1. nu. 46. de appella. vbi hęc attestatur receptiorem sententiā. Hypoli. de Marfi. in. l. de minore. §. plurium nu. 60. ff. de quęstio. & in fin- gula. 505. Iaf. in. l. p̄tor ait §. p̄tor ait nume. 25. ff. de eden. Carol. Ruyn. consi. 13. nu. 3. & consi. 92. nume. 2. & consi. 151. nu. 2. & 3. & consi. 173. nu. 2. lib. 4. & consi. 103. nu. 16. lib. 5. A filii. decis. 277. num. 1. Paul. Paris. consi. 52. nu. 50. lib. 3. & consi. 23. nu. 236. lib. 1. Hiero. Grat. conf. 95. nu. 15. lib. 1. Matth. A filii. in. c. 1. 4. notab. nu. 28. de paceiura. firma. Ioan. Sampson in consue. Turonens. arti. 13. colum. fin. Tiraque. de primogeni. in p̄satio. nu. 103. Gozadi. consi. 8. nu. 47. Lambertinus in tract. iuris patronatus. 2. par. 2. libri in. 9. articulo. 10. quęst. principa. fo. 335. colu. 1. Pet. Nuni. de manda. exequen. c. 6. nu. 6. vers. quintum Pet. Duēnas in regula. 299. li- mita. 7. Grego. Lupi in. l. 29. glo. 2. ti. 16. par. 3. Aymon Crauette de antiqui. temporum. 1. par. sectione vifo in hac per totum fol. 75. & 74. vbi optime discutit an in probando dominio antiquo fama sufficiat. [ Ho- die tamen in probanda immemorabili p̄scriptione sola fama non sufficit, nisi probatio eorum, quę supe- rius diximus concurrat. Debent tamen testes ad pro- bandum tēpus immemorabile, exp̄sedeponere, quod sit publica vox & fama, & cōmunis opinio eius, quod deponunt. Neque aliās concluderent, vt optimē pro- bat Alexand. consi. 236. nu. 18. lib. 2. Cassane. in consue- tudi. Burgund. rub. 1. §. 2. in glos. E la preuue nu. 8. & 9. & iterum rub. 13. §. 2. in verbo (qu elque laps temps) nu. 1. in fi. vbi ponit modum articulandi immemorabi- lem p̄scriptionem: Pet. Nuni. de manda. exequen. c. 6. nu. 6. Arce. Otalora de nobilita. Hispana. 3. parte. c. 7. nu. 12. Grego. Lupi in. l. 6. glo. magna tit. 25. part. 4. quibus in locis probatur, hęc omnia in probanda p̄s- criptione seu consuetudine immemorabili exigunt. [ De effectu autem huius p̄scriptionis immemorabilis tractat latē Aimon Sabellia. de antiqui. tempo. 4. par. 5. absolutis differentijs nu. 9. & seq. pagin. 139. Pet. Nuni. de mandatis exequen. c. 6. nu. 7. & 8.

LEY. 11.

¶ Que las licencias para hazer mayoraçõ no espiren por muerte del Rey que las dio, aun- que no se aya ysado dellas.

Ley. 47. de Toro.



¶ Las licencias que nos auemos da-  
dado y dieremos de aqui adelante,  
o los Reyes que despues de nos vinie-  
ren para hazer mayorazgo, no espi-  
ren por muerte del Rey que las dio,  
aunque aquellos aquien se dieron,  
no ayan vsado dellas en vida del  
Rey que las concedio.

G L O S S. I.

1. Maioratus fieri potest absque regia facultate.
2. Maioratus condendi licentia in prauidicium legiti-  
ma filiorum an concedi possit a principe in foro con-  
scientiae? Et deinceps nume. vlti. & an per legem ge-  
neralem.
3. Alimenta an a principe tolli possint filiis.  
Legitima an per legem tolli possit, vel an minui li-  
ceat, ibi.
4. Alimenta non debentur filio, qui habet alijs unde se  
alar vel ex officio vel officio.
5. Licentia condendi maioratum quando a principe con-  
cedi valeat in conscientia.

¶ Las licencias. Maioratus fieri potest absque regis li-  
centia, quoties legitime non fit prauidicium aliorum  
filiorum, sed tum demum regis licentia opus est, quando  
pater vult maioratum constituere alicui ex filiis donan-  
do ei ultra legitimam & tertiam & quintam partem  
bonorum suorum, vt Ferdinand. Vazq. probat libr. de  
successio. creatione. §. 26. nu. 95. & 96. & diximus latius  
supra hoc eodem libro titu. 6. l. n. glo. n. ubi que referun-  
tur discrimina inter maioratum cum licentia & sine  
ea. Et supra eodem l. r. glo. 3. in fine. ¶ Sed dubium est,  
an huiusmodi licentia a principe concedi valeat in fo-  
ro conscientiae? Et communis est resolutio, quod per le-  
gem generalis potest vni ex filiis bonis a patre reli-  
ctis, ceteris prauidicari, & ab eis legitima in totum au-  
ferri. Hac fuit sententia Dyni in c. indultum de regu.  
iur. lib. 6. cui accessit Cyn. in l. Sancimus. C. de nupt.  
Barto. in l. Titio centum. §. Titio genero nu. 6. C. de co-  
di. & demorstra. vt ibi Imol. & Paul. Castren. Angel.  
in §. i. in authent. de heredi. & falcid. & in l. Papinia-  
nus. §. quarta autem. ff. de inoffi. testamen. Paul. & Sa-  
lice. nu. me. 10. hanc dicentes communem in authent. no-  
uissima. C. de inoffi. testamen. Oldral. consil. 135. Abb.  
in cap. Raynutius de testamen. Deci. consil. 15. nu. 5.  
& in l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. vbi attestatur hac  
esse veram & communem opinionem, & consil. 525. nu.  
5. & potissimum dixit communem esse existente cau-  
sa Alexan. consil. 75. lib. 1. Angel. consil. 15. & consil. 349.  
idem Ang. Imol. & Alexand. attestantes communem  
in l. quod de bonis. §. vlti. ff. ad l. falcid. Domi. in capi-  
quamuis de pact. in 6. Ioan. de Ana. consil. 4. Lopus al-  
lega. 101. colu. 1. Rota decif. 18. in nouis, Andreas Sicul.

conf. 77. col. 6. lib. 3. Corne. hanc dicens communem co-  
fi. 150. lib. 1. & consil. 210. lib. 3. & alibi sepe Ferdinand.  
Vazq. Menchaquen. lib. de successio. creatio. §. 20  
nume. 296. Alcia. in tracta. presum. regula. 1. presum. 8  
¶ Quod tamen intellige, si ceteris filiis alimenta non  
denegentur. Nullo quippe iure alimenta filijs tolli pos-  
sunt, quia iure nature debentur, vt pluribus rationi-  
bus & autoritatibus probat idem Ferdinand. Vazq.  
d. c. 20. nume. 310. & 311. d. D. Couarru. de sponsali. 2.  
par. c. 8. §. 6. nu. 5. Alfonso. a Castro lib. 2. de iusta hereti.  
puni. §. vlti. Ex quo non omnino ait nu. 4. reicienda  
fore opinionem eorum, qui negant posse in totum tol-  
li legitimam: fatentur tamen lege vel statuto diminui  
posse, quam asseruerunt Rotae auditores in antiquis de-  
cisio. 476. & in nouis decif. 18. Bald. in l. 1. §. ius natura  
le. ff. de iusti. & iur. Soci. consil. 30. col. 1. & consil. 150. li.  
1. Vincenti. Hercula. quest. 2. ad primum Ias. in l. quo-  
niam in prioribus, eam dicens communem. C. de inoffi-  
cio. testamen. & ibi Roderi. Xuar. in lectura. l. 9. titu. 5.  
lib. 3. fori. 2. limi. nu. 14. & 15. idem Ias. in l. si pater nu.  
21. C. de instit. & substitu. sub cond. fact. Deci. consil.  
106. nume. 4. Andr. Sicul. in c. Raynutius de testam.  
Fulgo. consil. 95. Cuman. consil. 70. Alexand. consil. 55. ad  
fin. lib. 2. Maria. Soci. consil. 30. Couarru. d. c. 8. §. 6. nu. 4  
& 5. Grego. Lupi in l. 32. titu. 9. parti. 6. in gloss. magna  
3. colum. in fi. vbi hanc dicit receptiorem, Moli. libr. 2.  
de Hispano. primoge. c. 1. nu. 14. que opinio mihi ve-  
rior videtur & apud nos receptior. ¶ Nisi forte filius  
habeat aliunde vnde se aere possit, ac sibi alimenta ac-  
quirere ex officio aliquo vel officio vel alijs, tunc  
enim cum alimenta ei non debeantur, poterit per legem  
legitima & alimentis priuari, vt asserit Panor. in d. c.  
Raynutius nume. 12. de testamen. Ioan. Lupi in c. per  
vestras. 3. notab. §. 4. in prin. de donatio. inter vi. & vxo-  
rem. Ioan. Cyrier in tracta. de primogen. lib. 2. c. 16. at  
testatur que hanc esse communem sententiam & d.  
D. Couarru. de sponsa. 2. part. c. 8. §. 6. nu. 5. vbi ex hac  
secunda, Ferdinand. Vazq. de successio. creatio. §. 20.  
nu. 304. asseruerans hac in specie indubitatum esse, leges  
posse in totum auferre filijs legitimam & alimenta.  
¶ Vbi autem non per legem generalem, sed per priua-  
tam licentiam rex dederit alicui facultatem ad maio-  
ratum condendum, & ultra legitimam tertiamque &  
quintam partem alteri ex filiis bona relinquendum,  
hoc ei in foro conscientiae facere non licebit, nisi ali-  
menta ceteris liberis pater reliquerit, nec ipse in con-  
scientiae foro poterit vti tali facultate: vel nisi alia  
iusta causa interuenit: quia forte ceteri filij habent  
vnde se alere possint iuxta eorum conditionem. Nec  
sufficeret causa illa generalis propter qua omnes mo-  
ueri solent ad maioratum faciendum generis videlicet  
conferuandi, prout credebatur Ferdinand. Vazq. d. c.  
20. nume. 308. contra cuius sententiam tenent commu-  
niter Nostrates. vt videre licet apud Roderi. Xuar. in  
dict. repeti. l. quoniam in prioribus. C. de inofficio.  
testamen. in lectio. legis fori limi. 2. num. 14. & 15. d.  
D. Couarru. de sponsa. 2. part. c. 8. §. 6. nu. 5. vbi quarto  
Gregorius Lupi in l. 32. titu. 9. parti. 6. in gloss. ma-  
gna in prin. & colum. 3. in fi. & in l. n. titu. 4. part. 6.  
post medium, Molin. d. libr. 2. c. 1. nu. 10. cum sequen-  
tibus.

G L O.

G L O S. II.

1. Morte concederis non finitur gratia etiam re integra.  
Principis beneficium morte concedentis non finitur,  
ibidem.
2. L. 20. titulo. 12. part. 2. explicatur, & nu. 3.
3. Officia morte concedentis quando spirant? & nu. 4.

¶ No espiren por muerte del Rey que las dio. Gratia siqui-  
dem a principe concessa non finitur morte conceden-  
tis, etiam re integra. c. si super gratia de offi. delega. lib.  
6. c. si cui nulla de praebend. eod. lib. 6. Guido Papae  
decisio. 491. Ripa in rub. de constit. numero. 48. Ni-  
cola. Boeri. decisio. 346. nu. 1. Archidi. in proemio. 6.  
in fi. vbi, sed pone quod Papa Benedictus, & ibi eum  
sequuntur Ioan. And. Domi. & Phil. Franc. Alberi.  
in l. vnica in fi. C. de mand. princip. Feli. in c. ceterum  
nu. 1. & c. cam te nu. 18. de rescript. decet enim benefi-  
cium principis esse mansurum auth. de referendarijs. §.  
praeterea, regula decet de regu. iuris in 6. Ex quo plu-  
ra infert Did. Perez in l. vlt. tit. 2. li. 2. ordina. col. 337.  
Ant. Gom. in l. 43. Tauri nu. 2. limitat Moli. lib. 2. de  
Hispa. primog. c. 7. nu. 64. ¶ Contra decisionem legis  
nostrae opponitur decisio. l. 20. tit. 13. par. 2. ibi, E entre-  
gandole luego de los officios, vbi Grego. Lupi. ex ea no-  
tat officia morte regis ea prouidentis spirare, confirma-  
tur quia mandatum extraiudiciale spirat morte man-  
dantis re integra. l. mandatum. C. manda. §. restit. insti.  
eo. idem statutum est in mandato iudiciali. c. relatum  
de offi. delega. vbi morte delegantis re integra spirat  
iurisdictione delegati, nisi hic coram eo fuerat contestata  
ante mortem delegantis, vel citatio partis precesserat,  
vt in c. sequenti statuitur. ¶ Respondo legem parti-  
tae intelligi in officijs, quae eorum natura finiuntur mor-  
te concedentis, non in alijs, nam officia domus regiae,  
veluti instatoris seu a calculis, & praepositi sacri cu-  
bicularij, de quibus agit. l. 12. tit. 9. part. 2. vel expen-  
soris seu oblatoris, de quo loquitur. l. 13. eiusdem titu-  
li, vel iamitoris, vel metati, de quibus agunt. l. 14. & 15.  
eiusdem tituli, primi pilarij seu comestabilis, de quo in  
l. 16. & vilici de quo in l. 17. eiusdem tituli, non spirant  
morte regis, vt in l. vlt. tit. 3. de officijs morte regis va-  
cantibus supra li. 2. huius collectionis legu. Similiter  
omnia officia regie curiae, vt ibi dicitur, non vacant mor-  
te principis, nec ea que ad vitam eorum officialium sunt  
coella, vt officia publica concilij, iudicium vel executorum  
vt ibidem statuitur, idem in habetibus iurisdictione or-  
dinaria, durant siquidem vsque ad aduentum successoris.  
l. in memisse oportebit vbi Bal. & docto. ff. de offi.  
proconf. idem si concessio fuerit facta ad beneplacitum  
regis, quia censetur perpetua. l. iuris peritos in prin. ff.  
de excusa. tuto. vbi id notant docto. idem si concessa  
fuerint ad certum tempus, vt ad tres annos, vel quatuor,  
durant siquidem per id tempus post mortem regis, vt  
in d. l. vlt. tit. 13. lib. 2. supra Grego. Lupi. in d. l. 20. in  
verbo de los officios. tit. 13. par. 2. vbi addit alios duos  
casus, nempe, in officialibus deputatis ad vniuersitate  
causarum a rege vel a domino temporali, qui iurisdic-  
tionem transmittunt ad posteros, horum siquidem of-

ficia non spirant morte concedentis, etiam re integra se-  
cundum Bal. & Sali. in d. l. mandatum. C. manda. idem  
in institoribus a rege deputatis ad negociationes vel  
actus vniuersales, vt in l. si quis mancipijs. §. si impu-  
bes, secundum comunem intellectum. ff. de institoria.  
¶ Idem in officijs perpetuis quae venduntur, vel per re-  
nunciationem conferuntur, vt in officio decurionatus  
vel tabellionatus & similibus, haec enim non spirant seu  
finiuntur morte concedentis, vt notat Bal. in c. vnico,  
qui successio. feud. dare teneant. versic. nota quod suc-  
cessor Greg. Lupi. in l. 2. in glo. magna prope finem vers.  
& nota quod successor in regno tit. 15. part. 2. arg. eorum  
que dixi in dialogo Reclatoris. 4. par. c. 11. & 12.

G L O S S. III.

1. Priuilegium per non vsu quomodo amittatur? re  
missiue.
2. Licentia ad condendum maioratum a rege concessam,  
an rex ipse possit reuocare?  
Facultas alienandi bona maioratus an a principe con-  
cedi possit? remissiue ibidem.
3. No ayan vsado dellas. Qui non vtitur priuilegio an  
amittat illud tradit magistraliter Specula. in titulo de  
instrumen. editio. §. vt autem, & omnium optimis Ias.  
in l. vlt. ff. de constit. princip. per tres vltimas colum-  
nas vers. 3. principaliter quae runt de est. hic, ad ibi di-  
cta lector relego. ¶ Querit Ant. Gom. in l. 43. Tauri  
vnde haec sumpta fuit, an possit rex reuocare licentiam  
seu facultatem alicui concessam condendi maioratum?  
Et respondit posse ex rationibus per eum traditis, in  
fertque posse principem dare facultatem ex causa ve-  
dendi bona aliqua maioratus, quomodo autem hoc fie-  
ri possit tradit optimis Greg. Lupi in l. 6. tit. 11. in ver-  
bo que la non pudiese vender parti. 6. 6. & 7. & 8.  
col. Couar. li. 3. resolu. c. 6. Mare Soló Burg. in proe-  
mio legum Tauri nu. 320. & seq. & num. 325. & 350. &  
Ant. Gom. in l. 40. Tauri nu. 89. & in l. 43. Tau. nu. 2.  
ad fi. & late prosequitur Moli. li. 4. de Hispa. primog.  
cap. 3. per totum.

L E Y. III

¶ Que la licencia preceda al hazer del mayorazgo,  
go. saluo si en la licencia no se aprobare.

Ley. 42. de Toro.

¶ Ordenamos y mandamos q la licencia  
del Rey para hazer mayorazgo preceda  
al hazer del mayorazgo, Demane-  
ra que aunque el Rey de licencia para  
hazer mayorazgo, por virtud de la tal  
licencia no se confirme el mayorazgo  
que de antes estuuiere hecho: saluo si  
en la tal licencia expressamente se di-  
xesse que aprobaua el mayorazgo q  
estaua hecho.

- 1 Licentia condendi maioratum quare eum precedere debeat?
- 2 Licentia quando precedere debeat actum?

¶ Que se puede reuocar el mayorazgo hecho, salvo en los casos que esta ley dispone.

Ley. 44. de Toro.

Præceda al hazer del mayorazgo. Sed quare hic præcedere debet facultas condendi maioratum ipsum maioratum? Respondo, quia pro solemnitate requiritur licentia ad præiudicandum in filiis in legitima, vt probaui supra eodem l. 2. glossa. 1. probat Molin. libro. 2. de Hispan. primogen. cap. 7. número. 50. [ Sed quoties consensus vel licentia in aliquo actu exigitur pro solemnitate, licentia talis præcedere debet actum, vel fieri in ipso actu. si quis mihi bona. & iustum. ff. de acquirend. hæred. cum alijs per Anto. Gomez congestis in l. 42. Tauri unde hæc de pronupta fuit, dixi latissime supra hoc libro titulo. 3. de mulieribus & earum obligatione. l. 5. glossa. 1. vbi explicauimus quare pro solemnitate videatur licentia requisita, vel non, quare hic non repetit.

GLOSS. II.

- 1 Confirmari quando possit actus nullus? remissiuè.
  - 2 Actus duobus eodem die factis, qui præcessisse præsumatur?
  - 3 Confirmari censetur maioratus ex certa scientia, si eius tenor in regia licentia inseratur.
- Maioratus sine licentia factus potest per regem confirmari, ibidem.

- b Expressamente si dixesse. Nota maioratum sine licentia regia in præiudicium legitime filiorum factum regia licentia subsequuta cum expressè confirmante confirmari, & validum reddi, cuius rationem videas in d. l. 5. glossa. 1. & 2. titulo. 3. de mulieribus & earum obli. supra hoc eodem libro. 5. vbi tractaui quando actus nullus possit confirmari. [ Sed quid si non constat de præcedentia, sed eadem die facta licentia, qua & maioratus? Respondo, licentiam præcessisse præsumendum erit, vt actus sustineatur, vt l. cum testamento. §. hæc verba. ff. de hered. insti. l. 2. §. prius vbi latè docto. confirmant. ff. de vulga. gloss. & docto. in Clemen. vltim. de rescrip. Ex quo plura inferit Anto. Gomez in l. 42. Tauri numero. 3. & 4. Molin. libro. 2. de Hispan. primogeni. capit. 7. numero. 51. [ Vbi autem maioratus antea factus inseritur in licentia seu confirmatione regia, videtur, ex certa scientia maioratum fuisse confirmatum, vt Roma. Pontifex singulariter decidit in capit. venerabilis. & ibi hoc expendit glossa expressim extra de confirma. vtili vel inutili & ibi eam sequitur Abba. & Ferdinand. Vazquez de successorum creatione. §. 26. numero. 100.

¶ El q̄ hiziere algú mayorazgo, aunq̄ sea con autoridad nuestra, o de los Reyes q̄ de nos vinieren, ora por via de contracto, ora en qualquier vltima voluntad, despues de fecho pueda reuocar a su voluntad. Saluo si el que lo fiziere por contracto entre viuos ouiere entregado la possessiõ de la cosa o cosas contenidas en el dicho mayorazgo a la persona en quiè lo fiziere, o a quien su poder ouiere, o le ouiere entregado la escriptura dello ante escriuano, o si el dicho contracto de mayorazgo se ouiere fecho por causa onerosa con otro tercero, assi como por via de casamiento, o por otra causa semejante. Que en estos casos mãdamos que no se puedan reuocar, salvo si en el poder de la licencia q̄ el Rey le dio, estuuiesse clausula q̄ despues de fecho lo pudieffe reuocar, o que al tiempo que lo hizo el que lo instituyo reseruase en la misma escriptura, que hizo del dicho mayorazgo el poder para lo reuocar, que en estos casos mandamos q̄ despues de fecho se lo pueda reuocar.

GLOSS. I.

- 1 Maioratus fieri potest absque regia licentia.
  - 2 Dicitio etiam præsupponit non solum.
- Lex nostra expenditur, ibidem.
- a Aunque sea con licencia nuestra. Nota ex lege ista, maioratum fieri posse absque regia facultate, quod latius probaui hoc libro titulo. 6. de meliorationibus. l. 11. glossa etiam. 1. & supra eodem. l. 1. glossa. 3. in fine & l. 2.

- 2 l. 2. glossa prima in princip. [ Quod ita ex his verbis deducitur, dicit tex. qui fecerit maioratum, etiam si autoritate nostra fiat, &c. Quasi dicat, non solum maioratus fit absque regia facultate, verum etiam cum regia licentia. Cicero ad Atticum. 9. etiam, inquit, hæc nos sollicitant, quasi dicat, non solum maxima ista, sed etiam minima, & iterum ad Lentul. cumque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset, hoc est, non solum domi & in vrbe, sed foris etiam & extra urbem.

GLOSS. II.

Maioratus cum licentia principis factus reuocari an possit absque eius licentia? & quid iure communi.

- b Lo pueda reuocar. repete hic quæ diximus in l. 1. glo. 3. titulo. 6. de melioratio, supra hoc eodem libro. Iure autem communi sine principis licentia reuocare maiora tū non poterat, vt multis rationibus probat Bologni. consil. 62. in l. dubio & Tiraq. de primogenijs quest. 8. numero vltimo.

GLOSS. III.

Possessio per procuratorem quando acquiri possit?

- c Oa quien su poder ouiere. Nota ex lege ista, possessiõ queri posse per procuratorem mandatum habentẽ alicui ignorantis, si eia fiat traditio vera. l. 1. §. si iusserim & §. per procuratorem & l. quod meo verbi. procurator ff. de acqui. posse. idem statuitur in ficta traditione, vt latius probaui in l. 1. tit. 6. de meliora. supra hoc eodem lib. gloss. 5. num. 3. & 4. sed per liberam personam etiã mandatum non habentem acquiruntur possessio, quæ nomine meo fuit apprehensa. l. 1. & ibi docto. notant C. de acqui. posse.

GLOSS. IIII.

- d Ole ouiere entregado la escriptura dello ante escriuano. Adde hic quæ diximus supra hoc libro tit. 6. de melioratio. l. 1. gloss. 6.

GLOSS. V.

- e O por otra causa semejante. vide quæ latè diximus in d. l. 1. glo. 7. 8. & 9. tit. 6. de meliorationibus supra hoc eodem libro.

GLOSS. VI.

- 1 Maioratus cum regia facultate factus reuocari potest, si in regia facultate adsit clausula reuocandi.
- 2 Rex an possit reuocare licentiam condendi maioratus, vel eam dare ad vendendum.

- f Estuuiesse clausula q̄ despues de fecho lo pudieffe reuocar. Nota maioratum cum regia facultate factum posse reuocari, si in regia facultate adsit clausula, quod maioratum possit pater reuocare, quodcumque voluerit, etiã si traditio vera vel ficta sequuta fuerit: quandoquidem hæc clausula loco conditionis apposita fuit, vt in simili specie tradit specula in titul. qui filij sint legi. verbi. sed nunquid & Innocen. Archid. & docto. in c. verum, de foro compe. dixi in l. 1. gloss. 10. tit. 6. de meliora. supra hoc libro. 5. [ Quando autem maioratus licentia per principem reuocari possit, vel ad vendendum bona vinculatata concedi possit? dixi supra eodem. l. 2. gloss. vlti. in fi.

GLOSS. VII.

Maioratus possessor potest a fundatore maioratus ex heredari, licet ei possessionem bonorum tradiderit.

- g Despues de fecho lo pueda reuocar. Hoc intellige vt dixi in l. 1. titulo. 6. de melioratio. supra hoc eodem libro, glossa. 10. Ex causa tamen ingratitudinis potest primogenitus a fundatore maioratus ex heredari, licet ei possessionem bonorum tradiderit ex sententia Anto. Gomez in l. 40. Tauri numero. 71. quem sequitur dom. Anto. Padilla in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia numero. 19. ff. de legatis. 2. facit. l. 1. in fi. titulo 6. de meliorationibus, & quæ ibi dixi. in glossa vlti. ma supra hoc libro & probat Molin. libro. 1. de Hispan. primogeni. cap. 9. numero. 31. cum seq. qui latè num. 6. prosequitur quibus casibus ex ingratitudine contra fundatorem comissa possit excludi successor a maioratus successione.

LEY. V.

¶ Que en la successiõ de los mayorazgos o ascendientes o transuocales, el hijo succeda aunque su padre no aya succedido, si otra cosa no estuuiere dispuesta por el instituyente.

Ley. 40. de Toro.

¶ En la successiõ del mayorazgo aunque el hijo mayor muera en vida del tenedor del mayorazgo, o de aquel a quien pertenesce: si el tal hijo mayor dexare hijo, o nieto, o descendiente legitimo, b estos tales descendientes del hijo mayor por su orden preferan al hijo segundo del dicho tenedor, o de aquel a quien el dicho mayorazgo pertenesca. Lo qual no solamente mandamos que se

guarde y platique en la sucesi6n del mayorazgo a los ascendientes, pero aun en la sucesi6n de los mayorazgos a los transuersales. <sup>d</sup> Demanera q̄ siempre el hijo y sus descendientes legitimos, por su orden representen la persona de sus padres, <sup>e</sup> aunque sus padres no ayan sucedido en los dichos mayorazgos: saluo si otra cosa estuviere dispuesta por el que primeramente c6stituyo y ordeno el mayorazgo, <sup>f</sup> que en tal caso mādamos que se guarde la voluntad del que le instituyo.

G L O S S. I.

- 1 *Nepos ex filio primogenito ante mortem aui defuncto natus patruo praefertur in successione bonorum maioratus iure regio ex c6muni receptiorique sententia.*
- 2 *Nepos ex filio primogenito post mortem aui defuncto natus patruo praefertur in successione maioratus ex receptiori, & indubitata sententia.*
- 3 *Nepos ex filio primogenito ante mortem aui defuncto natus, si maior sit aetate patruo suo, quod non raro accidere solet praefertur patruo in successione maioratus iuxta receptiorem, & indubitata sententiam etiam iure communi.*
- 4 *Maioratus si primogenitis deferatur, & maioribus natu, an praefertur nepos aetate minor patruo?*
- 5 *Neptis ex filio primogenito ante mortem aui defuncto nata an patruo maiori praefertur in successione maioratus?*  
*Formina etiam maiores in successione maioratus excluduntur a masculis, ibidem.*
- 6 *Nepos ex primogenito natus patruo praefertur, etiam si in maioratus constitutione vocetur filius primogenitus, quemadmodum, & quando primogenitus vocatur nulla filij mentione facta.*
- 7 *Nepos ex filio secundogenito ante mortem primogeniti, & aui defuncto, patruo praefertur tertio genito, si primogenitus absque liberis decessit.*
- 8 *Nepos ex filio primogenito ante mortem aui defuncto natus patruo praefertur, si nullis clausulis adiectis maioratus factus fuerit, sed per testes, vel sententia constet esse maioratum.*  
*Nepos ex filio primogenito natus patruo praefertur in*

*bonis feudilibus, emphiteoticis, vel in iure patronatus ecclesiastico vel anniversario, iure maioratus delato primogenitis.*

- a *Aunque el hijo mayor muera en vida del tenedor del mayorazgo? Nota legem istam, quae arduam, & difficilem quaestionem, ab utriusque iuris professoribus latissime discussam, patrum, scilicet, & nepotis, quis eorum in bonis maioratus praefertur, utiliter decidit in nepotis fauorem, etiam si eius pater ante aui mortem obierit, quod olim in successione regia statutum erat per legem: 2. titulo. 15. part. 2. Sed et iure communi Romanorum, iuxta veteriorem, & frequentiore interpretum sententiam, idem fuerat dispositum, ut innumeris doctorum autoritatibus & rationibus probat Tiraquell. de iure primogenitorum quaestio. 4. Ioan. Ciriacus de primogenitura libro. 1. quaestio. 25. & 26. Thom. Grammatici. decisio. 1. Couarru. libr. practicarum quaestionum capit. ultimo numero. 6. & deinceps Anto. Gomez in l. 40. Tauri numero. 65. Ferdinand. Vazquez Menchaquen. libr. 3. de successione creatione. §. 27. numero. 18. Contrariam tamen sententiam pluribus roboratam autoribus asserit Emanuel Costa Lusitanus in patrum fauorem contra nepotem hoc potissimum nixus fundamento, quod representationi locus non est in hac specie, nec in alia, nisi in casibus a iure expressis, ut ipse probat pagina. 34. de quo nos infra in glossa. 5. alios huius sententiae auctores refert Couarru. & Tiraquell. in locis supracitatis, & quamvis iure communi hoc sit satis controuersum, nobis tamen non expedit super quaestione per legem nostram decisam longos facere commentarios [ Nullus tamen iure communi dubitabat nepotem esse patruo praefendum, si pater eius superuixerat auo, & in maioratu successerat, ut videre licet apud Tiraquell. d. quaestio. 40. in princip. & Couarru. d. capit. vltim. practicarum quaestionum numero. 6. in fine & Ferdinand. Vazquez. d. §. 27. numero. 19. plures huius opinionis auctores citantes. [ Quinetiam eodem iure communi quoties nepos erat natu maior patruo suo, quod non raro contingit, etiam si pater eius in vita aui decesserit, praefertur ex receptiori & indubitata sententia patruo, ut tradit Matth. Afflicus. in capit. 1. numero. 91. versiculo secundo fallit, de successione feudi Bald. & Fulgo. in l. vt intestato, C. de suis & legi. here. Alexand. numero. 4. in l. is potest, & ibi Iason numero. 45. ff. de acquirend. heredi. Alexand. consilio. 4. libro. 4. Deci. consilio. 443. Tiraquell. plures referens de primogenijs quaestio. 40. numero. 5. Couarru. practicarum quaestionum capit. vlti. numero. 7. quae vera est & recepta sententia, licet contrariam defendere conetur Eman. Costa in libello patrum, & nepotis pag. 45. Sed lex nostra non solum si nepos sit natu maior patruo, nepotis causam fouet, verum etiam si minor sit patruo, prout frequentius accidere solet, ad quae leges adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legi. ita accipit legem nostram dom. Dida. Couarru. d. c. vlt. practicarum quaestionum numero. 7. quod nullam habet dubitationem iuxta ius nostrum regium, quo*

quo representationi locus est hac in specie, ut dicam infra eodem glossa. 5. quod etiam faceret iure communi procedere in materia, quae admittit representationem Costa. d. quaestio. patrum & nepotis pagina. 50. eo quod propter representationem nepos intelligitur esse in eodem gradu, in quo est filius secundogenitus eiusdem nepotis patrum, qui tamen alias patrum causam defendit, licet hoc tantum admittat quoties nepos natu maior sit patruo, iuxta leges regias Lusitanas. [ Eadem ratione extenditur decisio legis nostrae, ut nepos patruo praefertur, etiam si maioratus a testatore deferatur primogenitus & maioribus natu, adhuc enim nepos locum patris primogeniti obtinet, & praefertur patruo, quamvis natu maior sit, & testatori seu possessori proximior, ut iuxta leges regias probat dom. Dida. Couarru. capit. vltim. practi. quaestio. numero. 7. in fi. idem esse asserens iuxta ius commune ex sententia Pauli Castr. consilio. 164. libro. 2. & Soci. consilio. 252. libro. 2. cum traditis a Tiraquell. d. quaestio. 40. numero. 102. & sequent. quorum sententiam veram esse asserit, quamvis contrarium responderit Alcia. in ter Grati responsa consil. 8. & libro Parergon. cap. 15. [ Et vsque adeo excludenda non est linea primogeniti etiam si ante mortem possessoris ipse moriatur, & nondum fuerit adeptus maioratus possessionem, quod si supersit neptis ex filio primogenito praeferi debeat patruo maiori & vere propinquiori, ut ipsemet Couarru. assererat. d. capit. vltimo numero. 7. versiculo quarto, licet in primogenitorum successione mares foeminis praeferrantur, in eodem gradu existentibus, etiam si mares sint foeminis aetate minores, ut recte probat idem dom. Dida. Couarru. libro variarum resolutionum. 3. capit. 5. numero. 5. quod & iure communi, idem esse attestatur auctoritate Sebastiani cuiusdam Neapodani in consuetudinibus Neapoli. tit. de successione. ab intesta. super verbo ex masculis, & Thomae Grammatici decisio. 1. numero. 28. dicentis ita fuisse pronuntiatum in regno Neapolitano per Regem Ferdinandum primum anno. 1480. idem retulit Matth. Afflicus. in tit. de natura successione. seu di. numero. 54. idem probat Tiraquell. alios plures referens in tractatu primogenitorum quaestio. 14. & alij ab Emanuele Costa citati. d. tractatu patrum, & nepotis pagina. 199. licet ipse contrarium velit. probat etiam sententiam Couarru. & communem Moli. libro 3. de Hispania. primogen. capit. 8. numero. 10. Non tamen intelligas hoc procedere, quoties foemina expressè excluditur a successione maioratus, prout perperam senserat, non recte se ipsum explicans. Sigismund. Lofredus consilio. 39. numero. 28. & Ioan. Lupi in repetitione rubricae de donatio. inter virum & vxorem. §. 69. numero. 26. prout & aduertit Couarru. d. versiculo quarto. & satis constat ex notatis per Alexand. in l. ex facto. §. fina. numero. 3. & Ripa ibidem numero. 8. ff. ad Trebelliam. & Emanue. Costa in quaestione patrum & nepotis pagina. 176. & Molina dicto capit. 8. numero. 7. & 8. [ Idem Couarru. numero. 8. versiculo quinto, legem nostram extendit, ut eius dispositio in fauorem nepotis procedat, siue in institutione maioratus vocetur filius primogenitus, siue primogenitus simpliciter, quoniam utroque casu

idem esse assererat, ut nepos patruo praefertur, eo quod lex nostra generaliter hoc disponat, quamuis contrarium iure communi respondendum fore asseruerent Bald. & Fulgo. in l. & intestato. C. de suis & legi. lib. quoties filius vocatur primogenitus, tunc enim aiunt patrum esse praefendum, quibus assentitur Alexand. in l. is potest numero. 4. & ibi Iason numero. 45. ff. de acquirend. heredi. idem Alexand. consilio. 4. columna. 2. ad finem libro. 4. Robert. Maranta in dicta. l. is potest numero. 208. Emanue. Costa Lusita. in quaestione patrum & nepotis pagina 11. [ Sed & ad aliam speciem extendit dom. Dida. Couarru. d. c. vlti. practicarum quaestionum numero. 9. legem nostram, nempe, ut procedat in nepote possessoris ex filio secundogenito mortuo in vita aui, is enim patruo tertio genito praefertur in maioratus successione, etiam si filius secundogenitus ante mortem primogeniti decesserit, qui tamen viuo patre sine liberis decessit, atque hoc idem voluit Socin. consilio. 252. libro. 2. & Thomam Grammaticum decisio. 1. numero. 30. [ Ampliat etiam idem Couarru. d. numero. 9. de iurisdictione nostram, ut procedat si bona aliqua constent esse maioratus, non tamen constat de clausulis instituentis eam, indubio siue eam asserit esse mentem testatoris, vel eius qui maioratum instituit, ut nepos praefertur patruo omni casu, iuxta communem obseruationem regni Hispaniae, ut late probat idem dom. Dida. Couarru. libro. 3. resolutionum capit. 5. numero. 8. dixi supra eodem. l. 1. glossa. 7. [ Vltimo dispositionem legis nostrae extendit ad feudum, & emphiteusim priuatam vel ecclesiasticam & ad ius patronatus ecclesiastici, vel ad anniversarium agnationi vel familiae delatum iure primogenij aut maioratus, ita ut ad vnum tantum deueniat, eundemque maiorem & primogenitum praeferi enim debet nepos patruo, licet pater eius viuo auo decesserit, siue hoc fiat ex dispositione seu vocatione hominis priuati, siue ex donatione, & concessione principis, ut optimè resoluit dom. Dida. Couarru. dicto capit. vltim. practicarum quaestionum columna vltima. Quid autem sit in emphiteusi iure communi tractat idem Couarru. columna praecedenti & Tiraquell. d. quaestio. 40. numero. 19. & 185. Quid autem in iure patronatus ecclesiastici & in feudo dicam infra eodem glossa. 5.

G L O S S. II.

- 1 *Legitimus filius gaudet honore & dignitate parentum.*
  - 2 *Filius illegitimus non gaudet honore & dignitate parentum.*
  - 3 *Maioratus est dignitas.*
- b *Descendente legitimo. Nota filios legitimos admitti ad successione maioratus, non illegitimos, quoniam*



hiam filius legitimus gaudet honore & dignitate parentum. l. cum legitime vbi gloss. & docto. ff. de statu homi. l. filium. §. liberos. ff. de senato. l. si. titulo. 13. par. 4. cum pluribus a me adductis supra hoc libro titulo. 1. de matrimonio in gloss. 1. rubricæ numero. 124. & sequen. [ Filius vero illegitimus non gaudet honore, vel dignitate parentum. l. ex libera. C. de suis & legi. hær. vbi id notat Bald. & docto. l. vltim. titulo. 13. & l. 3. titulo. 13. part. 4. cum concordant. traditis. d. glossa. 1. rubricæ tituli. huius libri numer. 126. & sequentibus. ]  
 2 [ Cum ergo maioratus sit dignitas ex sententia gloss. in cap. quam periculofum. 7. quest. 1. & ibi Archidi. & Præposi. Bald. in. l. ex hoc iure numero. 5. ff. de iustitia & iure & in. l. cum antiquioribus numero. 11. versic. & primo præmittit. C. de iure delibe. Barba. in cap. cum olim columna. 6. de consuetu. Iaso. in. l. is potest numero. 38. ff. de acqui. hær. Guillem. Bene. in cap. Raynutius in verbo relinquens numero. 165. de testa. Ioan. Cirier de primogenitura libro. 1. quest. 16. col. 2. Paul. Paris. consilio. 72. numer. 69. lib. 4. dom. Dida. Couar. lib. 5. variaria resolu. cap. 15. in fine & lib. 3. cap. 3. numero. 5. versic. 6. alla item ratione. Anto. Gomez in. l. 40. Tauri in prin. Marcus Solon Burg. in proœmio legum Tauri numero. 80. Moli. de Hisp. primog. cap. 13. numero. 1. cum pluribus sequen. & alibi sepe, nimirum si legitimus dumtaxat admittatur ad maioratū, prout hic statuitur, & non illegitimus, de legitimatis autem dicam infra titulo sequenti. l. 10.

G L O S S. III.

1. Succesivo ordine succedūt vocati nomine collectiuo, vel indefinito familia, vel agnationis.
2. Maioratus successio quomodo fiat?
3. Legis nostræ duo intellectus, & num. 3.
4. Possessoris proximior an eius cui verè competit maioratus attendi debeat? ibidem.
5. Representationi an locus sit vsque ad pronepotē, & ceteros descendentes?
6. Representatio in maioratu vsque ad quem gradū admittatur? ibidem.

Por su orden preferan al hijo segundo del dicho tenedor, o de aquel a quien el dicho mayorazgo pertenesca. Vocati enim sub nomine collectiuo aut indefinito, vt familie vel agnationis succedunt ordine successiuo non omnes simul, sed tantum proximiores primo loco, & deinde suo ordine sequentes. l. cum ita. §. in fideicommissis, & ibi gloss. communiter recepta. ff. de legatis. 2. cum concordant. à Tiraquell. congestis de primoge. quest. 40. numero. 284. & 287. atque ideo. In maioratu succedit vnus dumtaxat, & is ordine successiuo qui proximior est vltimo possessori, qui que in gradu proximior est, & inter duos eiusdem gradus qui maior est. Nepos tamen ex filio primogenito præfertur patruo, vt dixi in glossa precedenti, masculus etiam eiusdem gradus excludit feminam maiorem, feminam autem licet minor sit, excludit masculum in remotiori gradu existentem, vt ex communi & re-

quentiori interpretatione probat dom. Dida. Couar. lib. resolutio. 3. c. 3. & nos quoque supra eod. l. 1. glo. 7. [ Ceterū versiculus iste duos habet intellectus auctore cod. dom. Dida. Couarru. lib. præf. quest. c. vlti. nu. 9. versic. octauo. Primum, quod possessor maioratus si inique possideat, is ad quem maioratus legitime pertinet attendendus est, vt qui ei proximior sit ad illum admittatur, nō qui proximior sit possessori, sed potius, vt ab eo euincatur qui iniuste retinet, qui intellectus verus est, & litere accomodatus. Itaque hac in specie nō proximior possessoris admittitur, sed eius, qui verè & legitime maioratus cōpetit, quæ ex textu adaptatur textui in. l. cum ita. §. in fideicommissis. ff. de lega. 2. ibi & qui ex his proximo gradu procreati sunt, ex his non tam qui possidet, quā qui possidere deberet. [ Secundo intelligit Couar. hæc legis nostræ verba vt referatur ad pronepotem, vt non solum nepos patris personam representans ad maioratum admittatur excluso patruo; verumetiam pronepos mortuo patre & auo ante mortem proau maioratus possessoris ad eum admittatur excluso fratre proau. Nam representatio in successione ascendentium ad pronepotem extenditur, vt in. §. cum filius insti. de hær. l. que ab int. defer. l. 3. tit. 13. par. 6. & non solum pronepos verum & alij descendentes vltra pronepotem, vt probat Grego. Lupi in. d. l. 3. ex receptiori sententia, & dicam ipse infra titulo proximo. l. 1. gloss. 4. nu. 13. 14. & 15. & in materia maioratus idem esse asseuerat d. Dida. Couar. in. d. c. vlti. præf. quest. nu. 5. & Moli. lib. 3. de Hisp. primog. c. 7. num. 5. eum sequen. dicam infra in glossis seq.

G L O S S. IIII.

1. Representationi quando locus sit in maioratus successione ascendentium vel transuersalium iure communi?
2. Legis nostræ triplex intellectus, & num. sequen.
3. Nepos patruo præfertur in successione maioratus ascendentium, etiam si collaterales sint respectu vltimi possessoris.
4. Representationi locus est in maioratu siue transuersales succedant respectu eum constituentis, vel respectu possessoris tantum, vel respectu vtriusque, & numero. 4.

Pero aun en la succession de los mayorazgos a los transuersales: Sentit lex nostra, quod vbi de successione ascendentium in maioratu agebatur, erat iure communi locus representationi, & cōsequenter nepotis causa præualebat. Maior autē erat eo iure dubitatio, quoties de successione collateralem agebatur, quo casu representationi locus non erat, vt ex hoc text. expedit Eman. Costa in questione patrum & nepotis pag. 81. [ Verū dom. Dida. Couarru. præf. questionum cap. vltim. numero. 10. huic legi tres accommodat intellectus, primum, vt procedat in maioratu ab ascendente instituto, possessor tamen eius carebat descendentes, quare ei successio quidā transuersalis, qui eū maioratū possideret obijt relictis nepotibus ex filio primogenito ante eius morte defuncto & fratre inter quos super eiusdem

per eiusdem maioratus successione controuersia orta fuit, in qua lex nostra disponit nepotem patruo esse præferendum. Et species ista minorem habet dubitationem, eo quod maioratus institutor est de ascendentes, licet linea directa in transuersam mutata fuerit. [ Secundo intelligit legem nostram idem dom. Dida. Couarru. in maioratu à transuersali in transuersalem constituto, nempe, à fratre in fratrem & fratris filios & descendentes, contenduntque nepos & patruus ex vltimo possessore descendentes, qua in specie decidit lex nostra nepotem patruo præferendum, quamuis iure communi non erat locus representationi vltra fratres fratrumque filios, vt in auth. post fratres. C. de suis & legi. hær. [ Tertiò hanc legem intelligit, quoties tam instituenti maioratum, quam possidenti eū, filij & descendentes deficiunt, & transuersales reliquerunt, ita videlicet cōstitutus maioratū descendentes carens fratrem primò vocauit, & eius descendentes per viā maioratus, vt ita dixerim: & vltimus possessor carens etiam descendentes filiū fratris secundogenitiam mortui & alterum fratrem reliquit, & demum contentione inter eos orta quærebatur, vter eorū præferretur, & in maioratu succederet, decidit lex nostra nepotē patruo præferendum. Id quod iure etiam communi probare nititur Tiraquell. de primogenijs. q. 41. post Soci. conf. 252. lib. 2. & Aret. conf. 164. idem voluit Aflicti in consitu. Neapoli. li. 3. tit. 24. nu. 33. dicens ita respondisse plures iuris vtriusque doctores, quæ sententia placuit dom. Dida. Couar. d. c. vlti. præf. questio. col. antepen. licet alij ab eo relati voluerint contrariū, omni enim casu iure regio in maioratu representatio ni locus est, nec maioratus astringitur in hoc regulis successione ab intestato, vel fideicommissi. Denique lex nostra procedit in successione transuersalium, siue consideres personam primi testatoris, siue personā vltimi possessoris, siue vtriusque, semper enim in successione transuersalium representationi locus est in maioratu seu primigenio, quæ sententia mihi placet, ea demque in specie legis. 40. Tauri placuit Emanueli Coste in tracta. patrum & nepotis pagin. 132. versic. 6. & vltimo Molina lib. 3. c. 7. nu. 9. & 10. Quamuis contrarium voluerit Anto. Gomez quando respectu instituentis & possessoris sunt collaterales, vt non sit locus representationi, in. l. 8. Tauri nu. 19. & 20. quæ sententia vera nō est, quia cōtra verba & mentē legis nostræ.

G L O S S. V.

1. Representationi locus est in casibus à iure expressis, nō in alijs, vt in successione ascendentium vel collateralium.
2. Representatio locum habet in feudis, etiam si non sint hereditaria.
3. Feudum an in dubio præsumatur hereditarium an familiare?
4. Emphiteusis ecclesiastica an admittat representationem? & quid in priuata? & nu. 5.
5. Representationi an locus sit in patronatu ecclesiastico.
6. Maioratus iure si emphiteusis vel patronatus ecclesiastica

7. sicut vel feudum concedatur, nepos representat personam patris & præfertur patruo.
8. Nepos ex filio præmortuo primogenito an præferatur in commenda Indorum filio secundo?
9. Commenda Indorum feudo & maioratui comparatur, & num. seq.
10. Feudi substantia fidelitas sicut & commenda Indorum.
11. Nepos quando excludatur à patruo?

Representen la persona de sus padres. Nota legem singularem, & plurimas doctorum controuersias reseruatam in materia representationis, quam nisi in casibus à iure expressis quidam minime admittebant, vt est auctor Nicol. de Marellis in. l. vltima. C. de iuri. om. iudi. cui ad stipulatur Ange. Areti. eum referens in. §. cum filius insti. de hær. l. que ab int. deferunt. & Philip. Dec. conf. 1. nu. 5. & nouissimè Eman. Costa in tracta. patrum & nepotis pagina. 34. dicens duos casus esse expressos in quibus locus est representationi. Primus quoties agitur de succedendo iure sanguinis in hereditatem ascendentium vel certarum personarum ex latere transuerso, iuxta tex. in auth. de hær. l. ab intest. §. 1. & §. reliquū colla. 9. & auth. cessante & auth. post fratres. 1. & 2. C. de legiti. hær. [ Alter casus est cum agitur de successione feudali, in qua filius patrem representat, vt in cap. 1. & ibi gloss. in verbo solus, Bal. & ceteri tituli de natura success. feudi cap. 1. versiculo his verò definentibus & ibi Andr. de Ifern. Bald. & alij tituli de successione fratrum vel grad. successio. cap. 1. & ibi docto. de success. feud. cap. 1. §. si capitanei de feudo March. Curti. de feudis. 3. part. quest. 12. & plures alij à Tiraquell. citati de primogenijs quest. 40. nu. 18. Couarru. lib. practicarum questionum cap. vltim. numero. 13. qui tamen hoc limitat in feudis hæreditarijs, non in familiaribus, quæ principis concessionem queruntur, in his etenim representationi locus non est, ex sententia Bart. in. d. auth. post fratres. 2. C. de legi. hær. cui assentitur Bald. in. l. ex hoc iure numero. 5. ff. de iustitia & iure, Anto. Rube. consil. 82. numero. 4. & consilio. 85. Alexand. consilio. 204. numero. 6. libro. 2. Curti. in tracta. de feud. part. 2. column. penul. Sed contrarium resoluit Emanueli Costa in. d. tracta. patrum & nepotis pagina. 34. imo quod in feudis siue hereditarijs siue familiaribus, vel ex pacto & prouidentia locus semper sit representationi: attestaturque communiter doctores in. d. auth. post fratres in hoc tenere contra Bart. ibi. Abb. etiam consil. 85. in fi. lib. 1. cum pluribus concordant. à Tiraquell. congestis de primoge. quest. 40. numero. 18. & probat Moli. lib. 3. de Hisp. primog. cap. 6. numer. 47. [ Quatenus autem dominus. Dida. Couarru. assentit in dicto capit. vlti. practicarum questionum numero. 13. feudum in dubio semper censeri hæreditarium, & non familiare, nisi aliud constet, vt ait notasse docto. in capit. 1. an agnat. vel fili. & in capit. filius de capita. qui curi. vend. & cap. 1. de gradi. success. & Alexand. consilio. 19. lib. 5. num. 5. vbi tamen contrarium voluit Tiraquell. de primoge. questio. 35. numero. 11. Verius tamen & receptius est, in dubio feudum non censeri hereditarium, sed familiare seu ex pacto vel prou-

providentia, vt ex plurimorū sententia resoluit idem dom. Dida. Couarru. lib. 2. varia. resolu. cap. 18. nu. 4. vers. quinto, & omnium copiosissimē Pincel. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. numero. 91. & præcedentibus vbi singulariter loquitur & recte iudicio meo, optimē intelligens text. in. c. 1. an agna. vel fili. [ In emphiteusi autem ex vera & receptiori sententia distinguendum est, aut enim est priuata, aut ecclesie, si priuata vt plurimum hereditaria est, quare in ea representationi locus est, atque ideo nepos ex filio præmortuo succedet cum patruo, vt respondit Corne. consil. 24. prope finem lib. 2. Alexand. consil. 129. num. 3. 4. & 8. dom. Dida. Couarru. d. cap. vltim. præct. quæst. num. vltim. colū. penul. qui sentiunt in dubio hereditariam esse. [ Emphiteusis vero ecclesie, simpliciter accepta, cum minime præsumatur hereditaria, sed ex natura eius filijs & nepotibus deferatur, etiam si heredes nō sint, vt plurimum autoritate attestatur dom. Dida. Couarru. lib. 2. varia. resolu. cap. 18. numero. 4. vers. quinto, locus non est representationi secundum quorundā opinionē, sed patruus filio fratris erit preferendus, quod Bald. asserit in. l. cum ita. §. in fideicommissio super gloss. in verbo proximo, ff. de legatis. 2. & sensit in. l. si mulieri. ff. de vsufr. accrescen. Alexand. consil. 129. nu. 3. 4. & 5. Anto. Rube. in. l. Gallus. §. quidam recte numero. 135. & 136. ff. de libe. & posth. Bened. de Benedi. consilio. 5. Iaso. in. l. si. colum. 3. C. de success. edi. & ibi Deci. numero. 5. & 13. & in consilio. 1. numero. 2. & 5. cum concordant. à Tiraquel. congestis de primogenijs quæst. 40. numero. 385. Sed contrarium voluit Ange. imo q̄ hac in specie sit locus representationi, in. l. Galus. §. quidā recte quē ibi sequitur Alex. in. fi. ff. de libe. & posth. idē Alex. cōf. 26. nu. 9. li. 3. & clarē hoc asseruerat Corn. cōf. 24. nu. pen. & cōf. 131. lib. 2. & cōf. 232. col. pen. lib. 4. Curti. Iunior in. l. si. col. 2. C. de success. edi. & in tracta. feudo. 3. par. q. 12. & Carol. Molin. dicens hanc opinionem equiorē esse, & magis de verisimili mēte, neq; repugnare verbis in additionibus ad Alex. consil. 129. nu. 3. lib. 5. Et in emphiteusi ab ecclesia concessa alicui & heredibus suis, quæ hereditaria dicitur, idē esse, quod nepos ex filio præmortuo cum patruo succedat nemo dubitat, estque communis omnium sententia, vt ex Tiraquell. & Dida. Couarru. constat in locis paulō ante citatis. [ In iure autem patronatus ecclesiastico, cum illud sit hereditarium ex sententia glo. in cap. considerādum. 16. q. 7. cōmuniter recepta teste Rocho Curtio de iure patrona. in verbo ipse vel is. q. 8. & Cesare Lambertino in eodē tractatu. 2. par. lib. 1. q. 2. numero. 23. dom. Dida. Couarru. qui alios refert lib. 2. resolu. c. 18. nu. 6. nimirū representationi locus est, atque ideo nepos ex filio præmortuo cum patruo succedet in eodem patronatus ecclesiastici iure, secundum Fab. & Ange. in. §. cū filius insti. de hered. que ab int. defer. quibus accedunt Guiller. Benedi. in repetitio. capit. Raynutius. verbo & vxorem nomine Adelasiam numero. 618. & Tiraquel. de iure primogeniorum quæst. 20. numero. 19. dom. Dida. Couarru. alios citans lib. præcti. quæst. cap. vltim. colum. penul. in. fi. [ Qui tamen vir omnibus numeris consumatis simus in vers. sequenti asserit, prout semel retuli supra cō. gloss. 1. in. fi. quod quoties feudum, emphiteusis ec-

clesiastica, vel priuata aut ius patronatus genti vel familie iure primogenij vel maioratus defertur, ita vt ad vnum dumtaxat deueniat eundemq; maiorem & primogenitum, obseruandam esse legis nostræ decisionem, vt nepos ex filio præmortuo patruo præferatur, etiam si ex concessione principis vel hominis priuati, hæc primogenitorum vocatio fiat, ex vi representationis quam in maioratu lex nostra inducit, quæ generaliter loquitur, atque ideo minime restringenda. l. non distinguem. ff. de arbi. l. de precio. ff. de publicia, & probat Moli. lib. 3. de Hisp. primoge. c. 5. numer. 42. & cap. 7. numero. 19. [ Ex quo ipse infero idem esse in anniuersario, quod in hoc regno communiter fieri solet cum eisdem clausulis, quibus & maioratus constitui solet, vt voluit Anto. Gomez dicens se in praxi obtinuisse hac in specie in. l. 40. Tauri numero. 65. in fine, & voluit Moli. vbi supra. Idem quæst. in Indorum commendis, quæ a rege nostro vel eius principibus & moderatoribus debellatoribus & exploratoribus & antiquis Indiarum incolis conceduntur, vt earum redditibus potiantur, dum ipsi quibus conceduntur vixerint, & filij eorum, vel vxores in eorū defectum, ita vt mortuo ipso commendatario succedat in feudo seu commenda filius eius legitimus maior, vel eo præmortuo secundogenitus, vel filijs deficientibus filia maior, & ea præmortua filia secunda, & in filiorū defectū succedat vxor eius legitima, ita quod non excedat vitam duorum, ipsius scilicet commendatarij, & alterius, qui seruato ordine prædicto in commenda successerit, nam in huiusmodi commenda, quæ tanquā maioratus vni tantum & primogenito defertur, loc⁹ erit representationi, ita vt nepos ex filio primogenito præmortuo, patruo suo filio secundo dicti cōmendatarij præferatur, tanquā patrē suum representās. [ Quod vel ex eo probatur, quia huiusmodi Indorū cōmēda partim maioratui, & partim feudo cōparatur, Maioratui quia indiuisibilis & vni tantū cōpetit & maiori, quæ substantialia & naturalia maioratus sunt, vt constat ex traditis à. d. D. Couarru. li. 3. varia. resolutio. c. 5. & ab omnibus qui de primogenitura scripserūt, feudi autē naturam in pluribus etiā sequitur, quia iuxta leges nostras regias regiaq; mādata ad Indiarū regna & prouincias missa, iuramentum fidelitatis regi nostro præstare tenentur commendatarij & eorum successores, & in locum fœminarum si coniugatae sunt eorum viri, sin vero solutæ vel filij minores quatuordecim annorum, alij eorum loco subrogati iuramentum fidelitatis præstant. [ Hæc est substantia feudi recti, vt fideles sint domino eique iuramentum fidelitatis præstent. Primum, quod fidelitas sit de substantia, & quod domini rebus, bonis, honori, & vitæ non infidietur, feudumque à domino recognoscat, probat Præpositus in prælud. feudorū diuisio. 4. Claudius in summula titulo de differētij feudo. Zafi. de feudis parte. 12. numer. 21. qui non occiosē in princ. tractatus dixisse attestatur feudum à fide nominari, sed vt intelligeretur fidelitatem esse ipsius feudi substantiam. Secundum, quod fidelitatis iuramentū præstare teneantur, probat text. in. c. 1. de noua forma fidei. vbi docto. notāt, & in. c. 1. quali. vasa. præst. deb. fidei. l. 4. ti. 26. par. 4. In pluribus

plurib⁹ alijs naturā feudi sequitur Indorū cōmēda, vt latius explicabo infra hoc libro titu. 10. de donationibus. l. 6. glo. 2. nam licet in pluribus degeneret à feudo recto, non ob id feudum esse definit, vt in cap. 1. de feudo non habente naturam feudi, & ibi norat Bal. & Socin. consil. 67. numero. 20. Vldri. Zafi. in epitome feudorum par. 12. num. 3. dicam latius. d. l. 6. glo. 2. Ex ea autem parte qua maioratui comparatur esse locū representationi probat lex nostra, ex alia verò qua feudi naturam sequitur idem esse constat ex traditis supra ea. glo. numero. 2. quo fit, vt in his Indorum commendis nepos ex filio primogenito præferatur proculdubio filio secundo, arguēdo à maioratu & feudo. [ Nec oberit huic sententiæ quod in regijs mandatis non fit mentio nepotis, sed filij dumtaxat, & in filiorum defectum filij vocantur, & eis deficientibus vxor ipsius commendatarij, atque ideo videtur nepos exclusus, & potissimum cum non defucessione hereditaria agitur nec de dispositione legali, sed hominis, qua inspicie multis fuit visum, nepotem excludendum esse, patruumque admittendum, quandoquidem locus nō sit representationi, vt ex receptissima sententia resoluit dom. D. couarru. præcti. quæst. capit. vlt. numer. 5. vers. 10. apparet, & Emanuel Costa in tracta. patruj & nepotis pag. 36. & Antonius Gomez in. l. 40. Tauri num. 41. quoniam hoc fallit in feudo, & in maioratu, vt ex superioribus constat, quibus Indorum commenda maxime comparatur, vt vidimus supra.

GLOSS. VI.

- 1 Patruus an nepoti præferatur in maioratu in quo maior tempore mortis vocatur? & nu. seq. Lex cum auus. ff. de condi. & demonstra. intelligitur ibidem.
- 2 Representationi an locus sit in maioratu, in quo primogenitus & maior vocatur? & nu. seq.
- 3 Emphiteusis cum pacto vt transeat ad primogenitum si concedatur, an sit locus representationi.
- 4 Representationi an locus sit in maioratu ante hanc legem condito, num. 5.
- 5 Representationi an locus sit in maioratu in quo vocatur primogeniti vel maiores.
- f Saluo si otra cosa estuviere dispuesta por el que primeramente constituyo y ordeno el mayorazgo. Expresse vel tacite vt dom. D. Couarru. expendit libr. præctiarum quæstio. cap. vlti. numero. 11. vbi quærit, quid si institutēs maioratum in eius institutione dixerit, succedat in maioria ex descendentes vel agnatis meis primogenitus maior, & post eum secundo genitus, si primogenitus moriatur antequam vltimus maior possessor relicto filio, an is patruo præferatur? Et refert Cassanenum consil. 53. & Anto. Rube. consil. 149. respondisse patruum hac in specie esse nepoti præferendum. Nihilominus tamen ipse contrarium censet, ex ratione. l. cum auus. ff. de cond. & demonstra. & l. cum acutissimi. C. de fideico. & l. 10. tit. 4. par. 6. vbi conditio illa si sine

liberis decesserit semper subintelligitur in fideicommissio, quo descendens grauatur post mortem alteri restituere, eo quod cum testator primo nominatum præ dilexit, ita & eius liberos præ dilexisse intelligitur, & eos prætulisse secundo nominato, etiam si is sit de descendentes vt ex eisdē legibus doct. adnotarūt, quos Tiraq. refert in. l. si vnquam verbo donatione largitus numero. 140. C. de reuo. dona. & in tracta. primigeniorum. q. 40. numero. 91. Deci. consil. 68. Guill. Bened. in cap. Raynutius, de testa. verbo si absque liberis. l. de testam. Couarru. d. cap. vlti. præct. quæst. numero. 11. & 12. Moli. lib. 3. de Hisp. primoge. capi. 8. numero. 19. [ Emanuel tamen Costa in quæstione patruj & nepotis pag. 167. contrarium innuere videtur, imo quod lex nostra limitetur, vt representationi locus non sit, si in maioratus cōstitutione dictum sit, & post filium meū succedat in maioratu filius eius maior superstes mortis tempore: quippe cum verba successionis referuntur ad filium maiorem, qui tempore mortis paternæ super fuerit, sublatam esse asseuerat pag. 13. arduā patris & nepotis quæstionem, nulla siquidem ratio haberi potest primogeniti, qui in vita patris decesserit, eo quod qualitas eius inspicienda sit qui superest tempore mortis patris, vt tunc temporis maior inueniatur arg. l. ex facto. §. pen. ff. ad Trebe. [ Adducit quoque Bal. autoritatem in. l. 2. colū. 1. ad ad. fi. C. de iure emp. dicentis, quod si concedatur emphiteusis cum pacto, quod non transeat nisi in primogenitum, inspiciendum erit, quis sit maior tempore mortis illius qui suscipit emphiteusim. Nam cum successio habeat naturā relationis ad tempus mortis, non intelligitur vocari vt primogenitus, nisi qui maior reperitur tempore mortis, cui sententiæ accessit Iaso. ibi numero. 121. Alex. & Vincen. de Hærcula. in. d. l. ex facto. §. pen. in prin. Carol. Ruy. consil. 192. numer. 18. lib. 2. Alcia. in. l. proximus. ff. de verbo. signi. Greg. Lupi in. l. 28. tit. 8. par. 5. in verbo segun se auiene, quam receptam & communem sententiam attestatur ipse Emanuel Costa. d. q. patruj & nepotis pag. 91. vbi maiori ratione contendit hoc procedere in specie proposita, in qua non primogenitus, sed maior qui mortis tempore superest vocatus est, quæ maioris appellatio propriè cadit in filio secundo genito, qui tempore mortis possessoris supererit, quod expressim respondit Lud. Roma. consil. 438. numero. 10. Soci. in. l. si cognatis numero. 5. ff. de reb. dub. dicens quod si rex bona donauit alicui, vt post mortē eius succedat filius eius maior, nō erit locus representationi, sed filius secundo genitus præferetur nepoti ex filio primogenito præmortuo, cui sententiæ ibi accessit Ioā. Sadole. Mutinensis colum. 1. vers. & potest induci. Quare ipse Emanuel Costa in. d. tractatu patruj & nepotis pag. 13. & pagin. 91. hoc modo limitat legem nostram. [ Et si limitatio nō admittatur in constitutione maioratus facta post legem. 40. Tauri ex qua lex nostra deducta fuit, asserit ipsemet Costa pag. 167. esse proculdubio admittendam, vbi cōstitutio maioratus ante eam legem facta fuerit, quoniam inepta esset dispositio vt trum defunctus conformare voluisset dispositionē suam cum lege nondum lata, vt in simili specie respōdit Petr. de Ancarra. consil. 125. colum. 3. vers. 5. nec ob-

erit

erit antea legem fuisse partite hoc idem disponentem & nepotem patruo præferentem in.l.2.tit.15.par.2.vt pote que de maioratu regni nõ de alijs quicquam disponat. [ Ego verò quidquid Emanuel Costa dixerit veriorẽ esse censeo.dom.D.Couarru.sententiam,& in vitroque casu siue ante legem nostram siue post eã maioratus fuerit constitutus,nepotis causa in regno nostro melior erit,tum quia lex nostra generaliter loquitur,generaliterque est intelligenda,tũ etiam quia ea verba succedat primogenitus vel maior,intelligenda sunt iuxta communem vsum & intelligentiam,cõmunemque sensum & interpretationem eius prouincie,in qua proferuntur,vt satis superque probat Couarru.lib.variarum resolu.3.cap.5. cum alijs à me adductis supra eo. l.1.glo.7. vbi probauimus nostra in Hispania maioratus mentione facta vel primogenij communiter ita fuisse interpretatum & obseruatum, vt filius patris præmortui patrẽ representet, & patruo præferatur. Quare in specie de qua agimus, siue maioratus ante legem nostram vel post eam factus & institutus fuerit præmissa clausula, qua primogeniti vel maiores vocantur, adhuc vocatus censetur filius primogeniti præmortui, ita vt patruo suo maiori præferatur, patris sui personam representans, quod in praxi nullam apud nos dubitationem habet, & ad resolendum has difficultates lex nostra condita fuit. Nec refert, an institutio maioratus fuerit ex antiquo ante legem nostram, si modò casus controuersie post legem eucnerit vt in eisdem legibus Tauri statuitur. l. vlti. vbi id Did. Castelli adnotauit. Super hac tamen, q. reliquit cogitandum Molina. d.l.3. cap.8. numero.20.

LEY. VI.

¶ Que el successor en el mayorazgo no sea obligado a pagar ninguna cosa a la muger e hijos por razon de los edificios de fortalezas, o cercas o casas hechas en los pueblos del mayorazgo, ni de lo acrecentado ni mejorado en ello.

¶ Ley. 46. de Toro.

¶ Todas las fortalezas que de aqui adelante se hizieren en las ciudades y villas y lugares y heredamientos de mayorazgo, y todas las cercas de las dichas ciudades y villas y lugares de mayorazgo assi las q de aqui adelante se hizierẽ de nuevo, como lo q se reparare, o mejorare en ellas: y assi mesmo los edificios q de aqui adelante se hizierẽ en las casas de mayorazgo, labrado, o reparado, o reedificando en ellas, sean assi de mayorazgo, como lo son o fuerẽ las ciudades y villas y lugares y heredamientos

tos, y casas dõde se labrarẽ. Y mādamos q en todo ello succeda el que fuere llamado al mayorazgo con los vinculos y cõdicionẽs en el mayorazgo cõtendidas: sin q sea obligado a dar parte alguna de la estimaciõ o valor de los dichos edificios alas mugeres del q los hizo, cõni a sus hijos, ni a sus herederos ni sucesores. Pero por esto no es nõra intencion de dar licencia, ni facultad para q sin nõra licẽcia, o de los reyes q despues de nos vinierẽ se puedan hazer o reparar las dichas cercas o fortalezas, mas q sobre esto se guardẽ las leyes de nuestros Reynos como en ellas se cõtiene.

GLOSS. I.

- 1 Maioratus cedunt arces & mœnia & domus præcipua eiusdem edificata, restaurata, vel reedificata nec successor earum estimationem soluere tenebitur.
- 2 Arces, vel turres si alienari prohibeantur à testatore, valet prohibitio absque alia causa. Prohibitio alienationis in testamento absque causa & expressione quando valeat: ibidem. Domo principalis vt apud primogenitum maneat, solent semper curare nobiles, & cõsuetudine Francie id constitutum est. ibidem. in fi.
- 3 Maioratus & primogenia quare permittantur. Rei publicæ interest, subditos esse locupletes, ibidem. Legis nostræ optima & noua limitatio, ibidem.

- a En las casas de mayorazgo. Nota verba legis nostræ, que non gratia exempli ponuntur, imo vltra has tres species eius rigurose dispositioni locus non est, quod ex nostratibus nullus hucusque aduertit licet Molin. lib.1. de Hisp primogen. c.26. nu.15. contrarium voluerit, nec caret ratione hæc animaduersio. Sit ergo sensus legis nostræ, Arces, vel turres in ciuitatibus vel locis maioratus edificatæ vel restauratæ seu reedificatæ, sicut & mœnia vel muri earundem, & præcipua domus maioratus, edificata que in eis facta cedunt maiorati, & bona maioris dicuntur, sicut & alia bona quibus adherent. Nec expensas in his melioramentis, vel edificijs factas repetent vxor, liberi, vel heredes eius, qui ea fecit, ab eo qui in maioratu successerit. [ Quod specialiter in his tribus, nempe, Arce, mœnijs, & præcipua domo maioris statuitur, quoniam his præcipue protegitur & defenditur cognatio & familia cõditoris & possessorũ vel successorũ maioratus.

Ex

Ex qualitate enim rei quales sunt turris mœnia seu muri, & domus præcipua maioris, præsumitur is, qui ea edificauit voluisse in cognatione familia & maioratu manere semper, vt in simili specie notat Bal. ab omnibus receptus in.l.quoties.1. C.de fideicommiss. supra glo.1. dicens prohibitionem alienationis à testatore fieri posse, si arcem seu turrim alicui relinquat, licet aliàs præceptum nudum sine expressione causæ de non alienando nõ valeat, vt in.l.filiusfam. §. diui. ff.de lega.1. l. cum pater. §. libertis & l. peto. §. fratre ff.de lega.2. & l. voluntas. C.de fideicõ. & Baldi doctrinam sequuntur Anto. Gomez in.l.40. Tauri nu.38. & Greg. Lupi in.l.44. tit.5. par.5. Homines enim præsertim nobiles & in dignitate constituti anxij sunt admodum & solliciti, ne principalis eorum domus extra suam familiam alienetur vt in.l.pater. §. Iulianus. ff.de lega.3. vbi Primpilaris quispiam in testamẽto vetuit domum suam maiorem alienari, tãquam de cæteris non adeo curaret. Ex quo in multis partibus Francie cõsuetudine obtentũ est, vt primogeniti succedant in domo principali nobilium, eamque habeant vt præcipuam, de qua cõsuetudine meminit Iaco. de Arc. Nicol. de Neap. Bart. Alberi. in.l. prædij. §. qui domum. ff.de lega.3. A lex. conf. 223. lib.2. Tiraq. de iure primigie. q.71. & de nobilitate. cap.37. numero.22. Nimirum ergo si in lege nostra edificia in principali domo facta successori maioratus querantur, quare autem expensas non soluat dicam in glo. 3. numero.11. infra hac eadem. l. Cum igitur maioratus, & primogeniorum institutio in præiudicium cæterorum filiorum permittatur omni iure propter bonum publicũ, vt primigeniorum ratione domus nobilium conseruentur, redditusque habeant, ex quibus ditio res fiant: atque ideo promptiores sint vt in bello & in pace regi deseruiant, & reipublicæ, conseruantur etiam bona maioris indiuisa integra & illesa apud primogenitos, quibus ea non licet alienare, quod in non modicum reipublice commodum fit, cum reipublice expediat, familias diuites cõseruari, & integras ad ipsius reipub. ornamentũ. l.1. §. denũciare in verbo publicæ. ff.de vët. inspici. l. super statũ. C.de questio. d.D. Couarru. in capit. Raynutius in principio numero. 24. extra de testam. & in lib.3. resolu. capit. 5. numero.5. versic. tertio. vbi probat his & alijs rationibus, maioratum licitum esse, quod receptius est, licet contrariũ persuadere conetur Iaco. Septima in instit. catholi. capit.9. numero.126. & seq. Quin & cõsuetudinem alibi ait Couarr. valere, qua primogenito bona omnia deferuntur, in epitome de matrimonio.2. par. §.6. nu.5. & Tiraquel. plurimorum autoritate eam defendit in tracta. primigeniorum. cap. 4. numero. 13. & seq. Ferdi. Vazquez de success. crea. §.20. numero.307. & seq. Nimirũ si ad hos effectus lex nostra in his tribus dumtaxat rebus permiserit edificia & melioramenta in ipsum maioratum conuerti, & tum potissimum cum hæc principalia sint ad ipsius primigenij conseruationem. In alijs autem melioramentis seruetur ius cõmune, quippe quod quominus fieri possit, lædi oporteat. l.2. C. de uxori. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matri. cum alijs, quid autem sit seruandum iure cõmuni in his melioramentis dicam in glossis sequentibus.

GLOSS. II.

- 1 Aedificium cedit solo. Aedificia in bonis maioratus facta an sint maioratus ibidem.
- 2 Aedificia in re feudali facta si sit edificata arx vel turris, dicuntur feudalia. Accessorium licet sit maioris valoris quam principale, non ex hoc desinit vocari accessorium, ibidem.
- 3 Maioratus in bonis si melioramenta fiant an efficiantur maioratus? & quid de expensis.
- 4 Iurisdictio per maioratus possessorem quaesita ciuitati vel oppido maioratus, an sit maioratus & consequentibus.
- 5 Feudi accessiones vel incrementa an feudo acquirantur? Seruitus sine prædio esse non potest ideo fundum sequitur, siue vendatur siue publicetur, ibidem.
- 6 Iurisdictio an cohareat territorio. Iurisdictio an concessa videatur concessa territorio, ibidem.
- 7 Iurisdictio denuo quaesita quando maioratus queratur.

- b Sean assi de mayorazgo. Nota quod edificia facta in bonis maioratus efficiuntur ipsius maioratus. Cuius ratio est, quia regulariter aedificium cedit solo, eiusque efficitur, cuius est solum. §. cum in suo insti. de rer. diuisio. l.38. tit.28. par.3. superficies namque solo naturaliter coheret. l. obligationum ferẽ. §. placet. ff. de actio. & obliga. [ Quo fit, vt si feudatarius fecerit castrum vel arcem in fundo feudali, sit castrum vel arx feudalis, ex sententia Bal. in.l.1. numero.7. ff. de rer. diuisio. cui accedunt Anto. conf. 23. colum.3. Præpositi in. cap. 1. in principio numero.3. in fine, de aliena. feudi, Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vir. & vxor. §.62. numero 17. Sic etiam emphiteuta foli dicitur emphiteuta superficies, secundum Bar. in.l.1. §. superficiei & §. quod autem. ff. de superficibus, cui accedunt Ant. & Præpositi fit in locis paulò antecitatis, & licet arx vel aedificium sit maioris valoris, quam solum ipsum cui adheret, nil hilominus dicitur accessorium, & sequi debet consequenter naturam principalis, vt in.l. si in emptioe in principio & ibi notat Bar. ff. de contra. emp. [ Præterea alia ratione edificata in bonis maioratus efficiuntur ipsius maioratus: quoniam bona maioris sunt in alienabilia. l. filiusfam. §. diui. ff. de lega.1. & ibi docto. notant. l. peto. §. fratre. l. codicillis. §. instituto. ff. de legat.2. l.1. supra tit. proximo deducta ex. l.27. Tauri dom. D. Couarr. lib.3. resolu. cap.5. numero. 4. ne ergo solum alienetur, oportet aedificium solo cedere, & in maioratum conuerti. Ceterum an successor maioratus soluere teneatur impensas in huiusmodi melioramentis factas, dicam in glo. seq. [ Ex quo solet dubitari an iurisdictio oppidi alicuius a possessore maioratus quaesita accersat maioratus, eiusque fuerit efflor capotatur & vtatur, an verò licet heredes tantum querentis & videtur



videtur non effici maioris, quandoquidem oppidū & iurisdicōtio sunt separata, possuntque à diuersis possideri, nempe, moenia & territorium oppidi seu castri possunt esse apud vnum, & iurisdicōtio apud aliū, secundum Innocen. in cap. dilectis filiis numero. 2. vers. plus dicimus extra de appella. qua ratione motus id asseruit Bal. in cap. 1. §. e contrario numero. 4. de inuestitu. de re alic. facta cui accedit Grego. Lupi in l. 2. tit. 15. par. 2. glo. magna. 4. col. in fi. vers. sed ne quod defunctus Moli. l. 1. de Hisp. primog. cap. 26. numero. 6. [ Suadet hęc sententia, quia in feudo statuitur, quod accessiones feudi efficiuntur feudales, si per se subsistere non possunt, vt seruitus quę prædio adheret, nec sine prædio esse potest. l. seruitutes prædiorum in principio. ff. de seruitu. l. 1. ff. comm. præd. l. 7. post medium. tit. 10. par. 3. l. 10. ti. 31. cad. par. 3. atque ideo fundum sequuntur, siue vendantur vt in. l. cum fundus. ff. communia prædiorum siue publicentur vt in. l. via constitui. §. si fundus. ff. de serui. rusti. prædio. l. 8. tit. 31. part. 3. vbi autem additum feudo per se subsistere possit, vt si hortus addatur domui, vel fundus fundo, non efficitur feudale, vt in. d. cap. 1. §. e contrario de inuesti. de re alic. fa. & ibi notat Bal. numero 1. & ceteri interpretes, idem Bald. in. l. 1. numero. 6. ff. de rerum diuis. quo fit, vt iurisdicōtio, quę per se potest subsistere, vt dixi, non efficiatur feudalis, nec per consequens, maioratus. [ Sed contraria sententia verior esse videtur, imo quod iurisdicōtio castri seu oppidi maioratus denuo quę sita efficiatur maioratus, sicut & ipsum castrum vel oppidum, coheret siquidem territorio passiuè, quia extra illud exerceri non potest l. vlti. ff. de iuri. om. iudi. licet actiuè cohereat persone secundum Bar. in. l. 1. numer. 15. ff. de iuri. om. iud. quę Alex. & Iaso. ibi sequuntur prope finem eius opinionem communem esse attestantes. Quo fit, vt concessio castro, concessum videatur territorium, & iurisdicōtio ei annexa, quę tempore concessionis erant ipsius concedentis, Bar. & Bal. in. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præf. vrb. Roder. Xuar. allega. 7. colum. 3. & 4. Carol. Molin. alios plures citans in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 5. numero. 47. Paul. Paris. conf. 9. lib. 1. numero 16. docto. in. l. 1. ff. de iuri. om. iudi. dom. D. Couarr. hanc attestatus communem lib. practicarum quæstio cap. 1. numero. 10. vbi tamen limitat. cum ergo iurisdicōtio territorio coheret, nimirum si ad successorem maioratus transeat cum oppido seu castro cui adheret, quemadmodum & in feudo concludit Cardi. Alexā. in. d. cap. 1. §. e contrario prope fi. de inuesti. de re alic. fact. respondetque ad rationem Bal. dicēs esse falsam, nam superficies potest similiter apud vnum esse, & solum apud aliū. l. 1. ff. de superfici. sed nihilominus superficies aucta pertinet ad dominum feudi, cum feudum ad eum reuertitur, licet expensas heredibus vassalli, qui melioramenta fecit soluere teneatur, vel pati debet ædificium auferrī, vt in cap. 1. §. si vassallus hic finitur lex in vrbibus feudo. idem dicemus in iurisdicōtione. [ Sed sententiam Bal. tenuit Albaro. in. d. cap. 1. §. e contrario in fi. & Greg. Lupi & Molin. vbi supra quibus libenter subscribo, quidquid in contrariū dixerit Præposi. Card. Alexan. in. d. §. e contrario quip pe qui solus sit in ea opinione. Nec est verum quod ar

guit de superficie, quæ potest esse apud vnum, & solum apud aliū, & tamen domino ad quem feudum reuertitur queritur, vt in cap. 1. §. si vassallus hic finitur lex, in vrbibus feudo, nam tex. ille hoc non dicit, sed loquitur de ædificio factō in domo feudali, quod separari non potest ab ipsa domo, sicut nec seruitus, nec potest esse pars meliorationis & ædificij apud vnum, & reliquū apud aliū: licet in superficie hoc fieri posset. Quare cum iurisdicōtio esse possit apud vnum, & ciuitas seu oppidum apud aliū, iurisdicōtio denuo acquisita castro seu oppido non efficitur maioratus, cuius erat oppidum seu castrum prædictum, nisi rex eam concesserit vt maioratus acquiratur, vel eius possessor eam maioratus adiudicauerit, & tunc in eo quod meliorationem tertie & quinte partis bonorum & legitimæ filij successoris in maioratu excelsit, tenebitur estimationem soluere ceteris heredibus possessoris vltimi. cum hæc non sint melioramenta de quibus lex nostra loquitur, vt probabo latius in glo. sequen.

G L O S S, III.

- 1 Lex nostra an contineat iniustitiam, & num. 2. & sequentibus.
- 3 Melioramenta & expensæ quibus casibus ab eo qui re repetit soluantur.
- 4 Expensæ seu meliorationes in re subiecta restitutioni quomodo recuperentur.
- 5 Expensæ in aduenticijs ad perpetuam rei vtilitatem factas an patris hæredes repetant.
- 6 Expensæ vsusfructuarij an ab eo repetantur.
- 7 Melioramenta an soluere teneatur dominus feudi seu do ad eum reuerso sine culpa feudatarij.
- 8 Melioramenta in rebus maioratus facta an soluere teneatur successor.
- 9 Legis nostre intellectus communis. Maioratus possessor fructuario nimis assimilatur, ibidem.
- 10 Filij an grauari nimis possint in legitima vel eis omnino tolli per legem generalem.
- 11 Lex nostra restringitur ad tres casus in ea contentos ex nouo authoris intellectu, & nu. seq.
- 12 Melioramenta in rebus maioratus facta, præter tres casus in hac lege contentos, solui debent à successore.
- 13 Maioratus successor vel possessor verè dominus est. Dominus dicitur licet alteri post mortem teneatur quis restituere, ibidem.
- 14 Maioratus possessor expensas litis soluere tenetur, nec à successore recuperat.
- 15 Legis nostre limitatio.
- 16 Maioratus vel regni successor an debita prædecessoris soluere teneatur, et nu. 17. & seq. Argumentum de regno ad maioratum valet ibidem.

- 17 Maioratus antiqui successor nõ dicitur capere à prædecessore bona, sed à primo instituyente.
- 18 Regni quod iure hereditario defertur, vt Aragoniæ, successor, debita prædecessoris soluere tenetur.
- 19 Regni Hispaniarum successor vel alterius regni quod iure sanguinis defertur, non tenetur ad debita prædecessoris. Regni successor quibus casibus teneatur debita prædecessoris soluere? ibidem.
- 20 Maioratus antiqui successor debita prædecessoris soluere non tenetur.
- 21 Maioratus noui successor debita instituentis eum soluere tenetur. Limitatur dupliciter, ibidem.
- 22 Maioratus antiqui successor an debita nomine dignitatis contracta vel in vtilitatem maioratus soluere teneatur.
- 23 Maioratus antiqui successor quibus casibus debita prædecessoris soluere teneatur?
- 24 Feudi hereditarij vel familiaris successor an debita prædecessoris soluere teneatur.
- 25 Commendæ Indorum successor an debita prædecessoris soluere teneatur, & commendam habere etiā si hereditatem repudiet.
- 26 Argumentum de feudo & maioratu ad commendam Indorum valet, & de feudo ad maioratum, & nu. seq.
- 27 Fœmina an succedat in feudo vel maioratu?
- 28 Feudum differt à maioratu quia feudum diuiditur inter hæredes, maioratus est indiuisibilis. Feudum quando diuidi non possit, ibidem.
- 29 Feudi possessio an transferatur sine apprehensione, si cut in maioratu?
- 30 filius an possit repudiare hereditatem patris, & obtinere feudum vel maioratum.
- 31 Feudi ad maioratum argumentum quomodo procedat.
- 32 Commendæ Indorum successor non tenetur debita prædecessoris soluere, etiam si in vtilitatem commendæ fiant. Necessitati non subuenitur quando quis sua culpa in eam incidit, ibidem.
- 33 Commendæ Indorum vel maioratus successor an tenetur debita, prædecessoris in bello occisi per soluere, & nu. 34. Belli in accie occisus habet priuilegia & viuus esse fingitur, ibidem.

de regul. iur. [ Preiudicium itaque paratur vxori & filiis eius, qui melioramenta fecit in bonis maioratus, possunt siquidem in eis omnia bona communia matrimonio constante quę sita consumi, & in filiorum legitima non modicum preiudicium inferri, quod non est ferendum iuxta leges nostras regias. l. 9. tit. 5. libr. 3. fori. l. 2. & 7. supra tit. proximo. vbi late deduximus. [ Est præterea contra omne ius, quo statutum est, melioramenta seu ædificia necessaria & vtilia esse deducenda, & eorum æstimationem soluendā possessoribus rei alienę iuxta distinctionem à me traditam in stylo cellariæ tit. 3. cap. 1. §. 30. glo. 12. vsque ad nu. 10. Quin etiam si expensæ fiant ab habente dominium vtile vel directum vel ius aliquod in re, quę est alteri restituenda, si ad perpetuam ipsius rei vtilitatem factæ fuerint, repeti poterunt nulla fructuum compensatione facta, & prestari debet eorum estimatione ab eo, cui res illa restituenda est, & ab eo iure actionis recuperantur, vt in re dotali à marito restituenta vxori probat tex. in. l. diuortio. §. impendia vers. plane. ff. solut. matrimo. & ibi notant gloss. Bart. & doct. l. quod dicitur. 1. & 2. ff. de impen. in reb. dota. fa. l. vnica. §. sed nec ob impensam. C. de rei vxor. actio. & hoc in expensis necessarijs, vtilis verò tunc demum recuperat, si vxor vel hæredes eius possunt commode soluere, aliàs permittitur abrasio. l. vtiliū ff. de impen. in reb. dota. fa. l. 1. §. sed nec ob impensam C. de rei vxor. actio. Voluntarias autem nõ recuperat sed earum permittitur abrasio vt ibi dicitur & in. l. pro voluntarijs. ff. de impens. in reb. dota. fa. & in huiusmodi restitutione expensarum nulla fiet fructuum compensatio vt ex. d. §. impendia expedit Paul. Cast. conf. 247. ad fi. lib. 1. Mari. Soci. Iunior. conf. 182. num. pen. & vlti. lib. 2. dixi. d. tit. 3. cap. 1. §. 30. gloss. 12. num. 12. [ Hæres etiam, legatarius, vel fideicommissarius, qui in re subiecta restitutioni post eius mortem impensæ fecerat ad perpetuam rei vtilitatem, eas repetet ab eo, cui res est restituenda, iuxta valorem tempore restitutionis, & non tempore quo eas fecit, vt in. l. domos cum. l. seq. & seq. & ibi Bar. Pau. & docto. ff. de lega. 1. l. mulier. §. sed etiam vers. sed ipse. l. vbi pures. §. vlti. ff. ad Trebel. Moli. l. 1. de Hisp. primog. c. 26. num. 14. nec cum fructibus erunt compensandę huiusmodi expensę ex singulari sententia Accursij in. l. emptor in verbo superfluū. ff. de reuendi. vbi Bar. in fi. & Alexan. in eius apostillis dixit eam notabile Bal. etiam & Ang. ibidem. Sali. in. l. domū. C. de reueni. eam sequuntur idē Bal. Pau. Cast. Imo. Alex. & Iaso. in. l. domos. ff. de lega. 1. Feli. in. cap. cum causam num. 29. de re iudi. Bal. & Imo. in. l. infulam. §. fructus. ff. solut. matri. dom. D. Couarr. lib. 1. resolu. cap. 8. num. 4. in fi. Greg. Lupi in. l. 41. in glo. magna post medietat. tit. 23. par. 3. vbi eam glo. extendit ad possessorem maioratus Crotus in. l. frater à fratre numero. 124. ff. de cond. ind. Ferd. Vaz. Mench. de successio. creatione §. 5. numero. 13. vers. redeundo ad finem Anton. Gomez in. l. 46. Tauri numero. 3. Arius Pinelus eam singulariter limitans in. l. 2. C. de rescin. vend. 2. par. cap. 4. numero. 62. & seq. Moli. d. capi. 26. num. 14. [ Quin & paterfam. repetet expensas necessarias vel vtilis ad perpetuam bonorum aduenticiorum vtilitatem factas,

factas, & filius eorum bonorum dominus fratribus conferet eorum valorem & estimationem secundum Bal.inauth. excipitur num. 4. & Paul.in.l. vlti. §. vbi autem numer. 7. C. de bon. que lib. Did. Castelli in.l. 46. Tauri colum. 2. Bar. & Bal.in.l. vlti. §. emptor. C. comun. de lega. Alex. ad Bar.in.l. 1. C. de bon. mater. vbi & Ari. Pinel. 1. par. num. 69. alios referens. [ Sed & fructuarius repetit expensas a proprietario ad utilitatem perpetuam rei factas. l. cum ad quem & ibi notat glo. Paul. Cast. & docto. C. de vsuf. Anto. Gomez in. d. l. 46. Tauri numero. 3. vbi idem esse in colono asseuerat. l. dominus horreorū. §. 1. & l. colonus. ff. loca. dixi in stylo cancellariæ tit. 3. cap. 1. §. 30. glo. 12. num. 12. [ Ceterum in rebus feudalibus dominus ad quem feudum reuertitur ob defectum generationis vassalli tenetur expensas edificiorum que in re feudali factæ sunt ad perpetuam rei utilitatem heredibus vassalli soluere, & estimationem quoque seruitutis in re feudali acquiræ. Quibus competet retentio feudi, donec melioramenta soluantur aut ea auferre pati debet dominus, vt in cap. 1. §. si vassallus, hic finitur lex in vsibus feudo, & ibi notat And. de Yfern. Albaro. Bald. Cardi. Alexan. Math. Affli. & ceteri interpretes, respondentque ad obiectionem, quod vassallus sciebat vel scire debebat feudum ad dominum esse reuertum §. & si alienatus de alie. feudi. Vnde sciēt in re aliena edificans amittere debeat edificiorum estimationem §. cū autem in sti. de rer. diuisi. ] dicentes cum tex. procedere in re proxima aliena, in feudo verò vile dominium erat apud vassallum, l. cum. ff. de vsuf. l. fundo ff. de reuend. Secus autem esse dicunt, si fundum culpa vassalli amittitur, quoniam tunc nullas recuperabit impensas per. l. 2. C. de iu. emphi. vt resoluit Iaso. ibi. numero. 27. notanter Molin. in consue. Paris. §. 1. glo. 5. num. 98. cum precedēt. Pinel. in. l. 1. par. 2. num. 71. versi. quibus in locis. C. de bon. mat. [ Quare idem videtur esse dicendum in maioratu, vt meliorationes in rebus maioræ factæ solui debeant a successore, si ad utilitatem perpetuam maioratus factæ fuerint, in cis que coniux & filij eas facientis partem habeant, vt probat Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vx. §. 62. numero. 15. & seq. cui accedit Cassa. in consue. Bur. rub. 4. §. 13. nume. 6. versi. aduerte & Gomez Arias in. l. 44. Tauri numero. 28. dom. D. Couar. de sponfa. 2. par. capit. 7. §. 1. num. 9. Gre. Lupi in. l. 41. tit. 28. glo. magna in fi. par. 3. quam receptam esse traditionem profitetur Arius Pinel. in. l. 1. 2. par. numero. 71. C. de bon. mater. Quod confirmatum esse in emphiteosi & maioratu attestatur ibidem, in lege regia Portugaliæ li. 4. tit. 7. §. 3. & ti. 77. §. 33. in fi. & seq. vbi coniugi debetur pars expensarū, quæ matrimonio constante fiunt in rebus maioratus vel emphiteoticis & similibus, quæ non comunicantur inter coniuges. [ Quod iudicio meo iure regio non omnino immutatur per legē nostram, prout credo sensisse Gre. Lupi in. d. l. 41. tit. 28. in glo. magna ad fi. par. 3. Licet communis nostratum opinio sit in contrarium, imo quod lex ista procedat in omnibus melioramentis in re maioratus factis, quod non repetantur expensæ in eis factæ ad perpetuam rei utilitatem, nec exigi possint a successore, vt voluit. Molin. in lib. 1. de Hisp. primog. cap. 26. numero. 14. nec

recte argui posse a feudo & emphiteosi & ceteris speciebus superius traditis ad bona maioratus: nā priori casu res ipsa in qua melioramenta facta sunt ad verum dominum redeunt, que eius utilitati cedunt, ea que cum re ipsa distrahere potest, ideo iustum est & equitati consonum, vt satisfacere teneatur, iuxta rationem tex. in. l. in fundo. ff. de reuend. & in. l. si seruos ff. de pignora. actio. Longe autem diuersum est in successore maioratus, ad quem bona maioræ cum melioramentis transeunt, non enim eas res liberè consequitur, semperque restitutioni subiacent, nec ab eo possunt alienari, cum sint vinculata familiæ. Et sepe iniquum & onerosum esset filio maiori eum astringere ad soluenda melioramenta, propter fragile dominium vel vsufructum ad vitam tantum eius duraturum, ex quo rigida decisio legis nostre, quam cito reuocādam esse sperabat Ioan. Lupi in. §. 62. nu. 16. iustificatur, vt aduertit Anto. Gom. in. l. 46. Tauri a qua ista sumpta sunt, & ibi Did. Castelli in glo. 1. & Ari. Pinel. in. d. l. 1. 2. par. num. 71. C. de bon. mat. Fer. Vaz. de iur. cef. creatio. §. 5. num. vlti. versi. illud autem, Moli. vbi supra: quia fructuarius, vt ipsi aiunt, cui multum assimilatur possessor maioratus, vt per Rod. Xua. allega. 9. & per Gomez Arias in. l. 46. Tauri num. 5. non potest parietibus testorum imponere licet per hoc meliorem rem faceret in qua vsufructum habebat. l. vsufructuarius. l. ff. de vsuf. l. vsufructuarius. 2. cod. titu. quare iniquum esset successorem maioratus in eorum grauari, vt expensas reficeret. [ Ad id quod diximus non posse filios grauari in legitima neque eis auferri verum est iure ordinario. At per legem generalem nulli dubium quin grauari possint, & omnino extenuari, modo alimenta non denegentur, vt plurimorum autoritate probat Ferd. Vazq. lib. de succes. creatio. §. 20. nu. 296. & plurib. seq. post Rod. Xua. in lege quoniam in prioribus. 2. limi. legis regie. C. de inoffi. testa. Si igitur filij grauari possunt in legitima, multo fortius vxor in rebus constante matrimonio quesitis, vt cui non tantum debetur, quantum filijs, vt prelat Did. Cast. in. l. 46. Tauri glo. 1. col. pen. [ Sed nihilominus ipse censeo rigorē huius legis non extendi ultra tres casus in quibus loquitur, prout sentire videtur Gomez Ari. in. l. 44. Tauri in vltimis verbis, licet se non recte explicet, in hęc verba, aduerte & breuiter quod ista lex non extenditur ad alia facta in rebus maioratus, moueor quia hic inducitur nouum vt dixi, secundo nam si hoc voluisset expressisset. l. vnica. §. fin. vero in fi. C. de cadu. tollen. & postea audiui a quodam domino meo consilij regalis Caroli Imperatoris ac regis dñi nostri istum passum ad dictum consilium venisse, & ita fuisse determinatum. Hactenus Gomez Arias. Quod latius dixi supra co. glo. 1. nepe, vt procedat solū lex nostra in melioramentis seu edificijs turris seu murorū ciuitatis vel oppidi ipsius maioratus, vel in precipua eius domo, & non in alijs, sicut siquidē arces & muri ad custodiā & ornatum maioratus prout edificia precipue domus ipsius, quæ res vt plurimum magnis fiunt expensis, nullos tamē redditus habēt, atque ideo iniquum esset successorem maioratus in tot expensis grauari, iniquiusque res tam preciosas vendi & alienari, aut dirui, si rudera eius vellent heredes edificantis, quare nimirum in his dū taxat

taxat speciebus permittitur successor maioratus, non soluere dicta edificia, nec eorum abrasio & diruptio permittitur ratione supradicta, que licet fragilis sit, sic tamē placuit legislatori. [ In alijs verò casibus æstio matio quaruncunque meliorationum aut edificiorum que in rebus maioratus fiunt, solui nimirum debet a successore maioratus heredibus prædecessoris & medietas vxori, si melioramenta necessaria fuerint, sin autē vtilia, erit in electione successoris permitttere abrasionem edificiorum, si expensæ inagnæ sunt iuxta decisionem. l. in fundo. ff. de reuendi. & sic iuxta ius commune esset iudicandum ultra tres species in hac lege contentas, vt sensit similiter eruditissimus Gregorius Lupi in commento. d. l. 41. tit. 28. in glo. magna ad fi. par. 3. nec admitterem distinctionē subtilis Pineli in. l. 1. 2. parte numero. 71. versi. in qua difficultate. C. de bon. mater. vt pote que nullo fundatur iure, sed ex capite. Atque ita etiam intelligere in decisionem tex. in. c. 1. §. si vassallus hic finitur lex in vsibus feudo, que in bonis feudalibus dominum feudi ad quem bona redeunt non ardeat precise ad soluenda melioramenta, sed eleutiū precipit, vt soluat, vel ea auferri patiatur, vt ad edificia vtilia sed non ad necessaria referatur. Nec in his expensis computabuntur fructus iuxta gl. celebrē & communiter receptam in. d. l. emptor in verbo superfluum. ff. de reuendi. quam ad maioratum extendit Greg. Lupi in. d. l. 41. gloss. magna post medium tit. 28. par. 3. dixi supra numero. 4. [ Diximus supra numero. 9. possessorem maioratus esse quasi vsufructuarium, quod vulgus admittit, eo quod bona alienari nequeunt quia familiæ perpetuo relinquuntur, & qui vocatus est succedit statim mortuo possessore. l. peto. §. fratre. l. cū ita. §. in fideicomisso. ff. de lega. 2. ita cum appellat Roderi. Xua. in allega. 9. pag. vlti. ubi quodammodo vsufructuarius Gomez Arias in. l. 46. Tauri: Contrarium tamen verius est & receptius, quod possessor vel successor maioratus verè sit dominus bonorum maioratus, quandoquidem non ideo minus quis dicitur dominus, quod careat alienandi facultate, quodque bona eo mortuo sint alteri restituenda, vt in. l. non ideo minus. ff. de reuendi. l. vltima. C. commu. de lega. onus siquidem restituendi post mortem, non tollit nomen domini in vita, etiam si res conceclatur nomine vsufructus vt in. l. vlti. ff. de vsuf. car. rer. que vsu consu. l. species. ff. de auro & arg. leg. Paul. in. l. Titia cum testamento. §. vlti. ff. de lega. 2. Alcia. in. l. recte Dicimus. ff. de verbo. signi. Claud. Marme. in. l. naturaliter. §. nihil commune col. 1. 2. ff. de acq. poss. & in specie maioratus quod eius possessor dicatur dominus probat optime Anto. Gomez in. l. 40. Tauri numero 76. Ari. Pinel. in. l. 1. 2. par. numero. 5. C. de bon. mater. Greg. Lupi in. l. 7. in verbo y el señorio in fi. tit. 4. par. 5. Ferdin. Vazquez Mench. de succesio. creati o. §. 10. numero. 87. in fine. hanc dicens receptam sententiam. Idem voluit Ioann. Lupi in. l. 46. Tauri numero. 2. & d. Anto. Padilla in. l. & in prouinciali. C. de seruitu. & aqua numero. 14. Moli. li. 1. de Hisp. primog. cap. 7. numero. 8. & cap. 19. numero. 4. & 5. cum sequentibus. [ Ex quo inferitur, maioratus possessorem tanquam dominum expensas litis & controuersie motæ super maioratu teneri facere, donec vixerit, nec eas

posse repetere a successore. arg. tex. in. l. 1. C. de bon. mater. ibi, sumptus ex fructibus facere, vbi pater qui habet vsufructum tantum in bonis aduenticijs filij eas expensas facere tenetur, quatinus reliqui fructuarij non teneantur secundum Bal. in. l. 1. in principio. ff. de vsu fru. idem voluerunt Bar. in. l. 1. C. de bon. mater. nu. 3. & ibi Bal. Paul. Corn. & ceteri, & Pinel. potissimum ibidem. 2. par. numero. 68. Anto. Gomez de contractibus cap. 15. numero. 7. Gozadi. conf. 94. numero. 37. Fer. Vazq. lib. de succes. creatio. §. 5. numero vlti. in fine, Multo ergo magis huiusmodi expensas facere tenebitur possessor maioratus, qui dominus est, vt dixi numero precedenti. Alia plura inferri possent ex hoc, quæ colliges ex effectibus dominij traditis per Ariū Pinel. post alios ibi citatos in. l. 1. 2. par. in principio, & numero. 72. & deinceps. C. de bon. mater. [ Verum, vt ad legem nostram redamus, credendum esse limitandam & restringendam, vt procedat constante dolo & fraude: nam si in fraudem filiarum primi matrimonij ob amorem filij ex secundo matrimonio geniti, qui successurus erat in maioratu omnia vel maiorem partem bonorum consumeret in edificanda turri, vel domo principali, ita quod alimenta commoda non haberent, soluenda esse hac in specie melioramenta ita vt commodè dotari & alii possent non dubitarē arg. eorum que in reuocanda alienatione per patrem facta in preiudicium legitime filiarum tam ex titulo lucratio quam oneroso tradūt docto. in. l. 1. C. de inoff. dona. de quo late per Arium Pinel. in. l. 1. C. de bon. mat. 3. par. numero. 76. & per Carol. Molin. in pecu. liari tractatu de inofficiosis donationibus. [ Denique non erit ab re hic querere, nunquid successor maioratus debita prædecessoris soluere teneatur? Quod videtur, quia primogenitus succedere dicitur iure hereditario, vt in cap. licet de voto & in cap. grandi de sup. plen. negli. prela. & vtrouique docto. nimirum ergo si debita prædecessoris soluere teneatur vt in. l. 1. & 2. C. de hæred. actio. Pro qua opinione videtur tex. regni nostri expressus in. l. 4. titu. 15. par. 2. vbi in successore regis hoc expresse disponitur, vt teneatur soluere debita regis prædecessoris, idem ergo in ceteris dignitatibus & maioribus dicitur de merito, cum a regno imaginem sumpserint arg. cap. licet de voto & cap. in tellecto de iure iu. eoque modo regulantur maioratus quo regulatur in ebrum sub capite consistens vt arguit Paul. Castr. conf. 164. numero. 1. li. 2. Ferd. Vazq. Mēcha. lib. de succes. creatio. §. 26. numero. 86. & 94. Couar. lib. 3. resol. cap. 5. numer. 5. versi. 4. Antonius Gomez in. l. 40. Tauri numero. 11. in fi. & numero. 63. prope finem citans pro hac opi. l. 1. tit. 1. par. 2. Gregorius Lupi in. l. 2. tit. 15. par. 2. in verbo el mas propinquo & in. l. 5. in verbo mugeres tit. 13. par. 6. Pet. Ducnas in regula. 316. Marc. Solon Burg. in proemio legum Tauri numero 69. Moli. li. 1. de Hisp. primog. cap. 2. numero. 22. qui omnes hoc argumento vtuntur, nimirum ergo si in maioratu simpli succedatur quoque iure hereditario, & consequenter successor eius teneatur soluere debita prædecessoris, huius opinionis author fuit Oldra. conf. 94. numero. 16. cui subscripsit Alberis in proemio digestorum. §. discipuli numero. 13. & sequē. in. l. cum qui. ff. de interd. & relega. Luc. de Penā in. l.

in.l.siquis in sacris ante fi. C. de proxi. sacro. scri. lib. 2. Ancarra. in cap. licet de voto Panor. conf. 12. lib. 1. & conf. 3. col. 2. li. 2. Marti. Lauda. in tracta. primogenituræ col. vlti. ante fi. Soci. conf. 47. numero. 4. lib. 3. Deci. in. l. pactu quod detali nu. 17. C. de colla. Tiraq. de iure primigenitura. q. 35. numero. 3. 25. 26. & 27. Ioan. Lecrier de primogenitura libr. 2. q. 5. numero. 3. Did. Castelli in. l. 40. Tauri numero. 26. & ibi Cifon-  
 17 tanus. q. 16. qui ita ait tenere docto. Boeri. decis. 204. numero. 41. consilium Oldradi sequutus. [ Verum his minime obstantibus contraria sententia verior est & receptior, imo quod successor maioratus debita prædecessoris soluere non teneatur, quia non succeditur iure hereditario, sed iure sanguinis, nec dicitur successor capere à prædecessore sed ab eo, qui maioratum instituit, vt in. l. vnum ex familia vers. 1. & 5. si de Falcid. & ibi docto. expendunt. ff. de lega. 2. & 5. sed si fundu eiusdem legis. l. vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub. l. pater ex provincia. ff. de manu. vind. l. pater filium. ff. ad. l. Falcid. optimus tex. in. l. eum qui. ff. de interd. & relega. cuius verba sunt. *Eum qui ciuitatem amisit, nihil aliud iuris adimere liberis, nisi quod ab ipso peruenturum esset ad eos, si intestatus in ciuitate moreretur, hoc est hereditatem eius, & liberos, & siquid aliud in hoc genere reperiri potest. Quæ verò non à patre, sed à genere à ciuitate, à rerum natura tribuuntur: ea manere eis in columia. Itaque & fratres fratribus fore legitimos hæredes, & agnatorum tutellas, & hereditates habituros. Non enim hoc fratres, sed maiores eius eis dedisse. Quod voluit Ancarra. conf. 339. numero. 8. in responsione 4. rationis & Ioan. de terra rubea in vinea ecclesiæ. i. articulo conclus. 9. 10. 11. & 17. Guill. Bened. cum citas in rep. cap. Raynutius in verbo in eodem testamento relinquens. i. numero. 148. post Alexan. conf. 5. libr. 7. idem voluit Marcus Solon Burgen. in proemio legum Tauri nu. 101. quib⁹ & alijs pluribus rationibus hanc cõclusionem quod successor maioratus antiqui non teneatur ad debita prædecessoris, tenuerunt expressim Bal. conf. 271. libr. 1. Alexan. conf. 19. numero 13. lib. 5. Greg. Lupi in. l. 4. glo. 1. tit. 15. part. 2. Anton. Gomez in. l. 40. Tauri numero. 72. Carol. Molin. dicens hoc esse indubitabile in consue. Parisien. 1. part. §. 11. numero. 8. Ferdinand. Vazquez lib. de successi. creat. §. 26. numero. 51. d. Anto. Padilla in. l. vnum ex familia §. si de Falcidia numero. 7. ff. de lega. 2. Emanuel Costa Lusitanus in lib. patru & nepotis pagin. 140. & duabus sequen. Gomecius Arias in. l. 44. Tauri numero. 39. Moli. lib. 1. de Hisp. primog. cap. 26. numero. 29. [ Ceterum vt perfectè habeas & percipere possis hanc materiam, fac sequentes conclusiones. Prima conclusio, successor regni quod defertur iure hereditario & nõ sanguinis vt in regno Aragoniæ & maioricarum tenetur debita prædecessoris soluere, & ita procedit prima opinio Oldradi & sequacium, vt bene aduertit Greg. Lupi in. d. l. 4. glossa. 1. titulo. 15. part. 2. & Carol. Molin. vbi supra. & ita procedit opinio Emanuelis Costæ in. q. patru & nepotis pag. 140.  
 18 [ Secunda conclusio, successor regni Hispaniarum, vel alterius, quod iure sanguinis & non hereditario defertur, tenetur de honestate es alienum quodcunque*

prædecessoris exsoluere, ex iuris autem necessitate in septem casibus. Primo quoties debita cõtracta essent nomine regi dignitatis, vt in. c. significauit de referi. vbi eum tex. ita exponunt Anto. de Butr. & Ancar. numero. 2. & Barba. numero. 21. dicens ita communiter accipi, cui accedit tex. in. c. 1. de solu. Secundo quãdo debita essent à prædecessore cõtracta in regni vtilitatem vel necessitatem, nam hac in specie prælatus debita prædecessoris sui soluere tenetur, vt in cap. 1. de solutio. cap. quod quibusdam prope finem extra de fideiuss. & vtrouque docto. Tertio si successor in regno esset in alijs bonis extra regnũ heres prædecessoris, tunc nimirum ad debita eius tenetur, & si fecerit inuentarium quatenus valuerint bona libera, vt in alijs hæredibus statuitur ex sententia Andree de Yfernia hoc idem statuentis in feudo in cap. vnico column. vltim. an agnatus vel filius in vsibus feudo. Quarto tenebitur debita modicæ quãtitatis exonerationem animæ tangentia soluere, vt in feudo concludit And. Yfernia ibidem & Grego. Lupi in. l. 4. tit. 15. par. 2. glo. magna: Quinto successor regni expensas funeris soluere tenebitur, deficientibus bonis liberis, quod in feudo asseruit Math. Affli. in. d. capit. 1. numero. 15. an agna. vel filii. in vsibus feudo. Sexto successor regni soluere tenebitur debita prædecessoris, si se obligauit ad ea exsoluenda cap. licet de voto. Septimo, quando debita cõtracta fuerunt pro sustentanda persona prædecessoris, vbi aliàs sustentari non posset, ad similitudinem successoris in beneficio secundum Panor. in cap. ex presentiu numero. 5. de pigno. & in cap. si quorundam numer. 2. de solu. Nã hac ex causa bona maioratus alienari possunt & restitutioni subiecta ex sententia Greg. Lupi in. l. 24. tit. 9. glo. vlt. par. 6. vers. & potest iudici. dom. D. Couarru. lib. 2. varia. resolutio. cap. 16. num. 9. vers. fateor tamen glo. & docto. cõmuniter in auth. res que C. commu. de lega. vbi latè, d. Anto. Padilla numero 79. & sequen. & ita poteris intelligere tex. in. l. 4. titu. 15. part. 2. vt procedat in his septem casibus quatenus imponit regi necessitatem soluendi debita, quatenus verò eadem lex ait teneri regem, por bien estança, hoc est. ex bono & æquo, referatur ad debita voluntaria, vt hanc legem interpretatur Anton. Gomez in. l. 40. Tauri numero. 72. in quibusdam casibus, & Moli. d. lib. 1. cap. 10. numero. 30. & in alijs Grego. Lupi in. d. l. 4. tit. 15. par. 2. glo. 1. & omnes hos casus refert. D. Ant. Padilla in. l. vnum ex familia §. si de Falcidia numero 7. & pluribus seq. ff. de leg. 2. Quæ sententia vera mihi videtur, licet Emanuel Costa in quest. patru & nepotis pag. 140. & seq. generaliter legè partitè intelligat, vt necessario rex teneatur omni casu debita prædecessoris per soluere. [ Tertia conclusio, successor maioratus bonorum patrimonialium debita prædecessoris soluere non tenetur, quando maioratus venit ex antiquo, cum successor bona vincula capiat ex testamento vel dispositione primitestantis, & non vltimi possessoris, vt deduximus supra eod. numero. 17. & quia iure sanguinis, non hæreditario defertur, vt ibi plurimorum autoritate asseruimus. [ Quarta conclusio quoties maioratus non venit ex antiquo, sed debita sunt cõtracta ab eo, qui maioriam constituit tenetur proculdubio successor ad ea exsoluenda arg. tex. in. l. cum

22 cum fidei hæredis. ff. de fidei cõ. liber. vbi seruus alienari prohibitus potest alienam pati seruitutè, si id fiat ex causa obligationis ipsum alienare prohibentis, idè probat tex. in. l. filiusfam. §. diui vers. quid si liberis. ff. de leg. 1. & l. peto. §. prædium. ff. de leg. 2. iuncta gloss. l. alienationes. ff. fami. herciscun. l. senatus in prin. ff. de leg. 1. ex quibus id expendit Ioan. Lup. in rep. rubr. de dona. int. vi. & vxor. §. 16. nu. 14. ad fi. dom. Ant. Padi. in. d. §. si de Falcid. nu. 7. & Moli. lib. 1. de Hisp. primog. c. 10. nu. 12. & 3. Vbi hoc limitat, nisi bona superfint libera, tunc siquidem illa alienari oportebit & non vincula, vt in. l. pater filium & ibi notat Bar. in prin. ff. de leg. 3. Greg. Lup. in. d. l. 4. gl. magna ad mediũ tit. 15. par. 2. & oes vbiq. Secundo limitatur, nisi constituens maioratum debita contraxerit postquã maioratus effectus fuerat irreuocabilis per traditionè, vel ex alijs causis contentis in. l. 4. supra eod. vt singulariter docet Ant. Gom. in. l. 40. Tauri. nu. 72. in fine ne per in directum possit maioratum reuocare, Moli. de Hisp. primog. c. 10. nu. 11. [ Quinta conclusio, successor maioratus ex antiquo, vel ex cõsuetudine, iuxta tex. in. l. 1. supra eod. tenetur debita prædecessoris cõtracta sub nomine dignitatis, vel in vtilitatè bonorũ maioris cõuersa persoluere, vt p edificijs iure maioratus factis vel alijs melioramentis, prout in bonis feudalibus dicitur in. c. 1. §. si vasallus, hñc finitur lex, in vsibus feudo. Ex quo arguendo à feudo ad maioratum hoc tenet dom. Anto. à Padilla in. d. l. vnum ex familia. §. si de Falcid. nu. 9. ff. de lega. 2. quibus adde tradita supra hac eadem glo. nu. 19. vers. secundo, & quod de expensis dixi nu. 11. & 12. & multis præcedètib⁹, licet aliter distinguat Moli. d. lib. 1. c. 10. nu. 16. cũ seq. Nec huic cõclusioni oberit lex nostra, quæ expensarum estimatio nem soluendam non esse decidit hæredibus prædecessoris, licet in vtilitatem perpetuam maioratus factæ fuerint, procedit etenim in tribus dütaxat speciebus in hac lege cõtentis speciali ratione, vt probaui supra eod. nu. 11. & 12. & in glo. 1. huius legis. Alia vero melioramenta soluere tenebitur possessor maioratus hæredibus prædecessoris, licet ipse heres nõ sit, nõ tñ in pecunia, si ea non abundet, sed potius in redditibus maioratus, vt Pinelus aduertit in. l. 1. C. de bon. mat. 2. part. nu. 71. vers. in qua difficultate, quod intellige relictis sibi, prout assolet, alimentis necessarijs ex dictis redditibus. [ Sexta conclusio, successor maioratus tenebitur debita à prædecessore cõtracta persoluere in omnibus casibus supra hac eadè gl. nu. 19. enumeratis, ex rationibus & autoritatibus ibi traditis arguendo à regno & feudo, quod validum est, vt infra dicam. nu. 26. Fallit tamen in casu de quo dicã infra eo. nu. 32. [ Septima cõclusio, successor feudi hereditarij debita prædecessoris soluere tenetur, secus in feudo familiari seu ex pacto vel prouidentia, non enim tenetur successor debita soluere prædecessoris, nisi sit filius secundũ aliorum sententiam, quippe qui non possit succedere in feudo si hæreditatem repudiet, vt in. c. 1. an agnatus vel filius repudiata hereditate possit feudũ retinere, at que ita melioris cõditionis sint agnati q̄ filij, de quo ibi gl. miratur, idè voluit And. de Iser. ibi nu. 3. & Mathæ. Affli. nu. 31. receptiorè esse asserens, licet aliqui cõtradictat, vt ipse attestatur nu. 7. quod sequitur Anto.

Capi. decis. 97. nu. 2. Lofred. conf. 1. nu. 68. inter consilia feuda. Maria. Soci. Junior cõs. 14. nu. 1. lib. 2. Curti. Junior cõs. 155. Silua. cõs. 30. nu. 19. Bar. aperte in. l. vt iurisurandi. §. si liberi nu. 4. ff. de oper. liber. dom. Di da. Couar. id asserens esse receptius li. 2. resolutio. c. 18. nu. 4. & Areti. cõs. 14. nu. 13. & 14. & licet litera illius tex. nimis iuuare videatur, vt videre poteris apud Pinelus de bonis mater. l. 1. 3. parte nu. 85. ipse tamen Pinelus attestatur ibidem contrariam sententiam cum veriorè, tum receptiorè esse, nempe vt filius possit feudũ familiare seu ex pacto vel prouidentia retinere repudiata patris hæreditate, quã tenuit Bald. in. d. c. 1. an agna. vel filij nu. 8. & Aluaro. nu. 9. & Prepos. nu. 6. limi. 6. Iaco. à. S. Goergeo de feud. in verbo & cum pacto de non alienando numero. 36. Iaso. in. l. quod dicitur numero. 33. ff. de verb. obliga. dicens in feudo ex pacto & emphyteusi hoc esse communiter receptum, idem Iaso. in. l. si non sortem. §. si libertus nu. 33. ff. de condi. indeb. Alexand. ad Bal. in. l. qui se patris col. 6. litera. b. C. vnde libe. Lauren. Calca. cor. f. 74. nu. 4. & 5. Paris. conf. 23. nu. 176. lib. 1. Bellon conf. 33. numero. 4. Rube. conf. 85. & in. l. Gallus §. quidam rectè nu. 181. Carol. Ruy. conf. 1. nu. 15. Curti. Juni. conf. 78. numero. 4. Aymon Crau. conf. 256. nu. 3. Albert. Brun. consil. feud. 80. numero. 14. & sequen. Zafi. de feud. 8. part. nu. 6. vers. cæterũ Paul. Cast. in auth. post fratres. C. de legit. heredi. & in. l. idem Iulianus. §. si quis alicui nu. 4. & in. l. si post mortem nu. 3. ff. de lega. 1. idem voluit his non citatis Greg. Lup. in. l. 6. tit. 26. de feudis in verbo lo heredan part. 4. qui refert idem tenuisse Isernia in. d. c. 1. an agna. vel filij num. 3. in fi. licet pro cõtraria parte allegetur, quod clare sentit, si rectè inspicatur, ibi & in. c. 1. §. hoc quoq; nu. 9. de success. feudi, & Moli. lib. 1. de Hisp. primog. c. 8. nu. 5. quibus magis adhæreo ex ratione tradita per Paul. Castr. in. d. l. si post mortem nu. 3. ff. de lega. 1. vbi respondet ad literam illius tex. in. d. c. 1. an agna. vel filij vide etiam Silua. consil. 30. nu. 21. & Frã. Somsbe. de feudis par. 9. pagin. 76. numero. 171. [ Octaua conclusio, in maiora tu & in Indorum commenda, [ quæ per leges nostras conceditur commendatario & eius liberis masculis & in eorum defectum foeminis, & in omnium defectum vxori ipsius commendatarij ] necesse non habet filij nec vxor commendatarij hæredes esse ad succedendum in maioria, vel in Indorum commenda, ex his quæ diximus numero præcedenti, & per consequens non tenentur debita cõmendatarij prædecessoris soluere: cum non ab eo commendam nec maioratum capiant, sed ab ipso rege, vel ab instituyente maioratum, vt superius diximus, nam in ea forma concessio nis feudi, maioratus, emphyteusis, & commendæ, [ tibi & liberis tuis ] liberis acquiritur absque aditione hæreditatis, necesse siquidem non est, vt patri vel successori hæres existat, vt in. l. 3. ff. de interdi. & relega. vbi Bar. notat & in. l. quodcumque §. si quis ita. ff. de verbo. obliga. ibi licet hæres nõ existat & ibi notat Pau. & Moderni. & ex. l. si post mortè ibi an patri hæres extiterit necne, & ibi Paul. Cast. nu. 3. ff. de leg. 1. [ Valet enim argumetum de feudo & maioratu ad Indorũ comendã, vt supra dixi, & de fetu do ad maioratũ, secundũ Bal. in. l. cũ antiquoribus nu. 6. C.



6. C. de iure deliberandi & hoc argumento vtitur Paul. Castr. consil. 164. col. 1. libr. 2. Soci. consil. 47. lib. 3. num. 6. & 7. dom. Dida. Couarru. lib. 3. variarum resolutio. cap. 5. num. 5. vers. quinto feuda. dom. Ant. Padilla in l. v. num. ex familia. §. si de Falcidia nu. 7. in fi. ff. de leg. 2. Paul. Paris. conf. 72. nu. 74. lib. 4. Greg. Lupi in l. 6. tit. 11. par. 6. in verbo que la non pudiesse. col. 6. Anto. Gomez in l. 40. Tauri num. 77. Molin. d. lib. 1. cap. 7. num. 2. cum seq. quibus malo accedere, quam Marco Saloni Burgēsi in proemio legum Tauri nu. 72. & sequen. qui pluribus probat, argumētum de feudo ad maioratum non procedere ex sententia Pauli Castr. d. consil. 164. libr. 2. col. penul. versic. nec obstat Ioan. Cirier in tracta. primogeniturę libr. 3. quęst. 4. col. vlti. & Tiraq. eodem tractatu quęst. 23. numer. 13. & Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. §. 69. nu. 24. & 30. & Ioan. Ignei in quęstio. an rex Francię Imperatorē recognoscat nu. 97. quibus assentiri videtur dom. Dida. Couar. lib. 1. resolutio. c. 15. nu. 14. corrui siquid em argumentum data vna instantia. c. sicut vrgeri 1. q. 1. sed hic non vna, sed multę dantur instantię, non igitur valet argumentum de feudo ad maioratū. [ Quod primò constat, quoniam in feudo foemina non succedit, vt in c. 1. §. hoc autem notar. dum & in. §. & quia vidimus, qui feud. dare poss. l. 6. tit. 26. de feudis Part. 4. in maioratu verò foemina non excluditur deficientem masculo, vt ibi dicit Bald. in fi. & dom. Did. Couar. lib. 3. resolu. c. 5. nu. 5. versic. rursus septimo, vbi plures refert authores idem tenentes, & omnium latissimè Marc. Saloni Burg. in d. proemio legum Tauri nu. 37. pluribus seq. per tex. in l. 2. tit. 15. Part. 2. hoc expresse dicentem in regno. Sed huic obiectioni respondetur, in feudis etiam posse foeminas succedere, si ita conueniat inter dominum & feudatarium. c. 1. an maritus succedat vxori in beneficio, in vsibus feudo. cap. 1. & per totum de feudo foemina. c. 1. quę ad modū. feud. ad fili. pertin. cap. 1. §. hoc autem notandum, ibi nisi specialiter dictum fuerit, vt ad eas pertineat, qui feud. dare poss. c. 1. §. filia de success. feudi, ibi tunc enim succedit filia filijs non ext. tribus. Aliis plures casus in quibus foemina succedit in feudo refert Petr. de Ducnas in regula. 309. incip. foemina non succedit in feudo. m. [ Secundo differunt, quia in feudo plures succedunt heredes cap. 1. de feudi successio. §. omnes si de feudo fue. contro. inter domi. & agna. capit. 1. §. & quia qui feud. dare poss. l. 6. titulo. 26. de feudis Part. 4. In maioratu autem vnus dumtaxat, & is primogenitus succedit, vt Tiraquell. probat de primogenijs quęst. 51. & 55. & quęst. 23. numero. 13. plures citans authores hoc idem asseuerantes, & iure nostro regio est text. in l. 1. supra eodem, & ibi dixi in gloss. 1. numero. 9. & sequen. l. 5. titulo. 1. & l. 2. titulo. 15. Part. 2. Sed huic obiectioni respondetur, etiam feuda esse quandoque indiuisibilia & ad vnū dumtaxat pertinere, si sint feuda dignitatum marchionatus, comitatus, ducatus vel regni. cap. Imperialium §. preterea de prohibi. feudi. alie. per Frederi. & ibi Bal. & doct. Iaso. in l. stipulationes non diuiduntur nu. 31. ff. de verb. oblig. Casta. in consuetu. Burgundie, vbi l. 14. modis limitat rub. 3. §. 6. a nu. 7. vsque ad nu. 72. Tiraq. de primogen. q. 4. a nu. 37. vsque in fi. cū concord. per Pet. de Ducnas traditis

in regula. 316. quinetiā alia feuda quęcunq; possunt ex pacto in vnū dūtaxat deuenire, maximè si dicatur quod succedatur iure Francorum, secundum Andr. de Ileria, & ceteros interpretes in d. c. preterea ducatus de prohib. feu. alie. per Frederi. quibus accedit Alexā. conf. 60. l. 3. Math. A. ff. l. decis. 119. col. 1. & in c. 1. §. omnes nu. 2. si de feudo. fue. contro. inter domi. & agna. & in constitu. Neapoli. lib. 3. rub. 18. num. 2. & sequē. & in rub. 23. nu. 66. cum concordā. ā Tiraq. congestis de primoge. in prefatio. nu. 3. [ Tertio differunt, quoniam maioratus possessio transfertur in successorem absque aliqua apprehensione, vt in l. 1. infra eo. vbi dicam latius, quod in feudis non procedit, vt in c. 1. in prin. si de feudo fue. contro. inter domi. & agna. & in c. 1. in princ. & §. 1. quid sit inuestitura, ex quibus id expendit Bal. in l. 3. C. vt in poss. lega. & Marc. Saloni Burg. in proemio legum Tauri nu. 74. versic. rursus, verum & hoc non est adeo expeditum, multi enim tenent contrarium, imo quod possessio transferatur absque apprehensione in successore feudi, quos refert Tiraq. in lib. le morte fait le viuh in prefatione. 4. declaratione, ex quibus constat hanc esse communē opinionē, de quo tamen dicā infra eo. l. 8. infra eo. sumpta ex l. 45. Tauri. [ Quarto differunt, quia in feudo ex pacto seu prouidentia, quod alio elegantiori nomine familiare vocatur, filius non potest patris hereditatē repudiare & retinere feudum, vt in cap. 1. an agna. vel fili. In maioratu secus, vt dixim⁹ supra nu. 24. & 25. sed ibi ostendimus receptiorem doctorum sententiam esse idem in vtroque casu statui, vt nec in feudo nec in maioratu filius teneatur patris hereditatem adire, ad feudum consequendum vel maioratum, nam absque eius aditione ea consequetur. [ Quare hęc omnia & alia per Marcum Saloni tradita in d. proemio legum Tauri nu. 72. & seq. ad dissuadendū hoc argumentū de feudo ad maioratū contra receptiorem sententiā minime concludunt, nec si vera essēt, me mouerent ad deuiandum ā communi, nā & doctifimus Socin. in d. conf. 47. nu. 6. & 7. lib. 3. optimè satisfacit his rationibus, dicens maioratum vt plurimum accedere ad naturam feudi, licēt in alijs differant: quare arguendo ā simili, in donatione causa mortis videntur in quibusdam testamenti, & in alijs contractus sumere naturam, quare in his, quę participant de natura contractus debet iudicari, secundum naturam contractus, & in his quę participant de natura vltimę voluntatis, regulatur secundum iura vltima rum voluntatum, vt resoluunt Bal. Ang. Imcl. & cōmuniter docti. in l. 2. ff. de leg. 1. eodem modo maioratus, quatenus participat de feudo, valebit argumentū de eo ad maioratum, quatenus verò differt secus. [ Nona cōclusio, successor commendę Indorum, non tenebitur debita predecessoris soluere, etiam si contracta fuerint in Indorum vtilitatem, nihil enim potitur ipse ex tali vtilitate, quam Indi consequuntur, prout successor maiorat⁹ vel regni, quippe qui redditus, vel tributa dūtaxat sibi debita exigere possit, & nihil aliud sub grauissimis pœnis in taxationibus tributorū cōmēdatarijs impositis, nec si sub nomine dignitatis seu cōmendę cōtracta fuerint eadē ratione, nec si ad sustentandū predecessorē, prout in regno & maioratu

ratu dixi supra eod. nu. 19. & 23. quoniam aut redditus sufficientes habebat ad se sustentandū, aut nō, Priori casu aut eos dilapidauit in ludum aut malos vsus conuertens, & dilapidandum non est regulariter ei, qui se in necessitate posuit culpa sua, vt in l. bona fides. ff. de positi. c. ex parte de consue. l. etiam. §. licēt ff. solu. matri. l. vlt. §. si. ff. quæ in fraud. credi. l. pen. ff. de iure doti. cum alijs per Tiraquell. traditis in l. si vnquam in verbo bona nu. 5. & 6. C. de reuo. dona. dom. Did. Couar. lib. 2. variarum resolu. c. 16. num. 9. Felin. num. 67. & Deci. col. pen. in. c. quæ in ecclesiaram de constitu. cum alijs ā me traditis in stylo cancellarię tit. 1. preæminentia. 24. casu curiæ. 3. gl. 1. nu. 2. vbi hoc limitaui nu. seq. aut non dilapidauit redditus, & tunc opus non est alijs alimentis. Secundo verò casu quando redditus nō habebat sufficientes, & tunc æquum non est, successorem, qui se commode ali non poterit, prout & non poterat predecessor, aliorum debitorū solutione grauari. Atque idem esse censeo in maioratu, vt hac in specie non teneatur successor debita soluere predecessoris, quod addere poteris ad num. 23. supra eo. [ Decima conclusio, si predecessor maiorat⁹, vel commendæ Indorū in bello pro republica decesserit, facillē impetrabit ā principe eius heredes rescriptum, vt successor maiorat⁹, vel commendæ debita ab eo contracta persoluat, vt rectē decidit Eman. Costa in quæstione patris & nepotis pag. 143. vbi legem Lusitanicę lib. 4. tit. 35. §. 1. qua statuitur, vt qui in maioratu succedit teneatur debita predecessoris, ex honestis causis contracta in subsidium soluere, vsque ad quā titatem redditus, qui biennio ex maioratu prouenerint, extendit & ampliatur ad speciem, de qua agimus si predecessor ā mauris hostibus in acie belli esset interemptus, facillē ait impetrabit ā principe, vt ultra redditus bienni debita ab eo contracta successor soluat. Nam qui in acie pro republica ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur, vt in l. bello amissi. ff. de excusa. tuto. [ Qua ratione si primogenitus in acie belli decesserit pro rege vel patria pugnans, eius filius representabit personam eius, excludetque patrum ā successione maioratus bonorum regis coronę, in quo per leges Lusitanicę succedebat patruus excluso nepote, vt probat latissimè Eman. Costa in quæstione patris & nepotis. 1. parte in prin. contendens hoc probare legem mentalem, quę in scripturam redacta est sub titulo. 17. ordinationum regiarum lib. 2. §. 1. cuius verba inserit pagina. 2. quam limitationem d. l. regię probat ipse Emanuel Costa d. quęst. patris & nepotis pagina. 66. auctoritate Ludouici. Roma. consilio. 29. numero. 1. idque asseruit Nicola. Miles in repertorio in verbo mortuus pro republica, & Estepha. Aufserij in decisio. capelle Tolosane. 443. & Tiraquell. de primogen. quęstio. 40. numero. 223. cum igitur ei qui pro republica cecidit id prestatur, quod iustum alioqui maioratus successorem penitus excludat, quasi adhuc viuens, vt filio suo proffit, constat multo magis eidem prestandum, vt in fauorem animę suę eius debita quasi viueret ā successore suo exoluantur, salus enim animę cunctis rebus est preponenda cap. cum infirmitas in fi. de pœniten. & remis.

GLOSS. IIII.

Melioramenta in rebus maioratus, facta ab eo, qui heredes extraneos reliquit, an sint soluenda ā successoribus? res gloss. 4.

d Ni a suis hys, ni a suis herederos, ni successores. Nota verba legis expressa contra decisionem Arrii Pineli in. l. 1. C. de bon. mater. 2. part. nu. 71. vers. in qua difficultate, vbi melioramenta in rebus maioratus facta tunc esse ā successore prestata asserit, quoties predecessor, qui ea facit, decederet filijs relictis, secus si extraneos heredes relinqueret, tunc enim ait, iniquum esse compellere successorem ad ea soluenda, hic enim videntur, quod siue filios relinquat heredes siue extraneos, melioramenta eis soluere non tenetur successor maioratus, quod tamen intelligitur in his tribus casibus, qui bus iuxta meam sententiam hęc lex procedit, vt diximus supra eod. glo. 1. & glo. preced. num. 11. & seq. in alijs vero casibus quid sit dicendum dixi latē ibidem.

GLOSS. V.

- 1 Muri ciuitatum & mœnia non possunt absque regis licentia edificari nec refici.
- Castella vel domus fortes edificari non possunt, nec refici absque regis licentia ibidem.
- 2 Castra in plurali quid significet?
- 3 Castrum quid significet?
- 4 Castellum quid significet? & nu. 5.
- 6 Arx quid significet?
- 7 Castellum, arcem, vel domum fortem an liceat iure cōmuni edificare? & an ad emulationem.
- 8 Adificium scandalosum dicitur quando fit contra morem solitum.
- 9 Castellum in finibus regni edificare non licet etiam iure cōmuni absque principis licentia.
- 10 Adificium vsque ad aream diruptum, si reficiatur, dicitur nouum adificium.
- Castellum vsque ad aream diruptum refici nequit absque regis licentia. ibidem.
- 11 Reficiens ecclesiam funditus diruptam dicitur ex integro facere.
- Ecclesia penitus dirupta acquirat ius patronatus qui eam reficit, ibidem.
- 12 Ecclesia ex toto collapsa si reficiatur etiam ex eiusdem lapidibus est denuo consecranda.
- 13 Adificium monasterij penitus destruetum si reficiatur noua requiritur licentia, secus si reparatur quod non erat omnino diruptum.
- 14 Nunciatio noui operis locus non est, cum reparatur adificium ruinofum, secus si reficiatur penitus destruetum.
- 15 Fideiusor correctoris, cui finito officio nouum tempus concessum fuit, non tenetur pro eo aliquid soluere, secus si nondum finito tempore prorogetur.
- Prorogatum tempus idem cęsetur esse cum primo & c.

*eiusdem qualitatis, ibidem.*

- 16 *Aedificium ex toto suppressum si reficiatur dicitur nouum aedificium, & omnia quae in nouo requiruntur in refectioe exiguntur.*
- 17 *Castellum ruinosum reparari potest absque regis licentia iure regio.*
- 18 *Castellum ruinosum reparari non potest sine licentia regis ab eo qui erat tyrannus vel iniustus possessor.*
- 19 *Castellum principis iussu diruptum, licet non sit ex toto diruptum, reparari nequit absque licentia.*
- 20 *Castellum non potest sine principis licentia reparari, si forma antiqua mutetur.*
- 21 *Castelli reparatio fieri potest absque licentia, etiam si longo tempore ruinosum fuerit.*
- 22 *Castellum muniri potest & habitari, etiam si diu non fuerit munitum vel habitatum modo ad emulationem non fiat, nec suborietur scandalum.*
- 23 *Castella secularium vel episcoporum tempore belli compelluntur domini reparare & munire proprijs expensis.*
- 24 *Castella priuatorum cuius expensis reparari debeat?*
- 25 *Castellorum custodes a quibus constitui possint?*
- 26 *Castellorum refectio cuius expensis fieri debeat, & si ex publico fiant, quomodo recuperentur.*
- 27 *Castella priuatorum si expensis publicis reficiantur vel muniuntur, an a domino consequi possint?*

Se puedan hazer o reparar las dichas cercas o fortalezas. Nota ex lege ista, moenia seu muros ciuitatum vel oppidorum alicuius priuati hominis ducis, vel comitis vel alterius magnatis, castra vel castella seu arces, & domus fortes non posse in area seu fundo proprio edificari, vel refici seu reparari absque regis licentia, concordat. l. 8. tit. 5. de castellis, vel arcibus, & muris infra lib. 6. l. 18. tit. 6. de instructione & legibus praetorum supra lib. 3. sumpta ex c. 22. correctorum. l. 32. ti. 18. & ibi Greg. Lupi. in gl. 1. par. 2. ita ex hac lege expendunt doctores omnes & potissimum Ant. Gomez in l. 46. Tauri vnde haec sumpta fuit nu. 1. in fi. A uilesius in c. 22. praetorum gloss. l. numero. 1. Dida. Perez in l. 7. & 8. tit. 7. lib. 4. ordina. alijs in crimen laesae maiestatis incidit, si intra mensem post aedificium factum regi non nunciauerit, vt in l. 1. vers. la nouena titulo. 18. de proditiō nibus infra lib. 8. [ Quid autem fuerit hac in specie constitutum iure communi, vt recte explicari possit, praemittendum est, quid castrum vel castellum & arx, & castra significant. Castra, vt ab vltimo exordiamur, appellantur loca in quibus milites tentoria fixerunt, vel ipsa tentoria in quibus milites diuersantur, Ciceronis testimonio ad Atticum dicentis, cum Caesar ad oppidum castra haberet, dicta a castris similitudine, quod fossa valloque, quasi muro circumdari solent. [ Castrum autem est locus muro circumdatus, & vallo quandoque & fossa vt castra munitus, vt explicat Cicero lib. 15. epistolarum dicens, vallo & fossa oppidum circumdedit lex castellis, castrisque maximis sepsi, Castellum vero est diminutiuum castris, quauis iuxta aliam significationem, quae ad materiam, de qua

agimus non pertinet, castella dicuntur quaedam in aquae ductibus receptacula, ex quibus ad omnes viarum anfractus, aqua per uncias & digitos diuidi solet. l. 4. ff. commu. praedio. l. 1. §. exquisitum. ff. de aqua quoti. & xli. l. fistulam in prin. ff. de serui. vrb. praedio. vbi docto. id expendunt, & Coepola in tracta. de seruitut. de aquariolo in fine. [ Quandoque castellum sumitur pro castro, vt in rubri. C. de fund. limitroph. & l. 2. eo. tit. vbi glo. Bar. Luc. de Pen. & Ioan. de Plat. & latius idem Luc. de Pen. in l. sicut. C. de erogatio. milita. anno. lib. 12. estq; ad id text. in l. in nomine Domini. §. interea vero si quas ciuitates seu castella, & ibi Alberi. C. de offi. prefe. preto. Affri. & in c. 1. §. illicitas, ibi per ciuitates & castella tit. de pace iura. firmā. Bart. & Moderni in l. si haeres. §. vicis. ff. de legatis. 1. Corn. conf. 206. in litera. m. li. 3. vbi asserit, non quilibet aedificium forte seu deputatum ad defensionem, & munimentum, quod vulgus fortalicium appellat, dicitur castrum vel castellum. [ Alberi. tamen in d. §. interea vero, castrum seu castellum appellat locum adeo munitum & septum, vt se ab hostium exercitu tueri valeat, idem voluit Bar. & Ioan. de Plat. in rub. C. de metatis & epidimi. lib. 12. idem Bar. in titul. qui sint rebelles, in verbo Lombardiae, dicens quod castrum dicitur turris alta seu fortis munita muris seu vallo cum pomerijs seu ante muralibus, vt in d. l. 2. C. de fund. limitroph. li. 11. & l. 2. ff. ad l. Iul. maesta. Boeri. decis. 320. nu. 3. Catellia. Cotta. in suis memorabilibus verbo castellum. Nicola. Perotus in cornucopia fol. 30. & de hoc est noster sermo, turris idem est, quod castrum seu castellum. [ Arx autem dicitur ab arceo, quia arces siue prohibet hostes accedere, est enim locus vrbis in monte situs, natura ipsa munitus. Ex quo etiam summitates montium, & cuiuscunque altitudinis, ex quibus facile depelli possunt hostes, arces dicuntur, de quibus loquitur etiam l. 1. vers. la nouena ti. 18. de proditiō. infra lib. 8. ibi o pena braua. [ His prehabitis, quero an liceat cuiilibet priuato absque regis licentia in proprio solo seu area arcem vel castellum, aut fortem domum aedificare? Et iure communi Imperatorum regulariter cuiilibet priuato hoc licet, pro sui ipsius & rerum suarum tuitione (quod in dubio presumitur) non ad alterius emulationem, scandalum, vel seditionem rei publicae, vel cuiuslibet priuati, tunc enim minimè licebat etiam eo iure, vt in l. per prouincias. C. de edifi. priua. ibi cunctis volentibus permittatur murali ambitu fundos proprios, seu loca sui dominij constituta vallare, & ibi adnotarunt Pet. Faber in breuiario Iaco. de Arce. Alberi. Bal. Ang. Sali. idem probat tex. in l. opus nouum ff. de operi. publi. in hac verba, opus nouum priuato etiam sine principis autoritate facere licet, praeterquam si ad emulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam seditionis prebeat, & ibi notat gl. Rayne. Alberi. Bar. & Alex. ad eum, idem voluit Innoc. in c. Pisanis col. vlt. in prin. de restit. spolia. & ibi Panor. nu. 15. Cardi. & Ancar. fi. col. & ceteri scribentes, Specul. in ti. de relig. domi. §. 1. vers. sed quid si petatur. ciuitas, doct. in l. manifeste & l. altius vbi Alberi. C. de serui. & aq. Soci. in cōf. 109. in prin. & cōf. 141. li. 1. Iac. Rebuffi. in l. qui cumq. C. de fund. limitroph. li. 11. Bar. in l. ex hoc iure per tex. ibi. nu. 7. ff. de iust. & iu. & ibi Bal. num. 13. & Ang.

Ang. nu. 6. & Iaf. nu. etiam 6. Marti. Lauden. in tracta. de castella. §. 9. Bald. Albaro. & Card. Alexandri. in c. in causis. §. ciuitates muratae, de pace constan. per text. ibi, dum sic ait, extra minutiones facere ei licet, Coepola in tracta. de serui. Vrb. praed. c. 39. tit. de solo seu area in prin. & col. 4. versicu. castella autem seu fortalitia nu. 7. Pet. Iacob. in sua praxi. tit. de fossatis seu muris, Boeri. citans concordant. in decisio. 320. nu. 4. & 8. qui pluribus modis limitat, Ant. Gomez in l. 46. Tauri num. 14. Auilef. in capite. 22. praetorum glo. 1. Montal. in repertorio legum ordina. in verbo castra Dida. Perez in l. 1. tit. 7. lib. 4. ordinatio. col. 1469. [ Dicitur autem scandalosum aedificium, si contra morem solitū fiat, qua in specie in dubio praesumitur fieri contra quietē publicā, si aedificiorum antiquorum consuetudo non seruatur, & est talis aedificandi modus a iudicibus vitandus, secundum Bal. in l. item capilli. ff. de rerum diuisio. & Plat. in rub. C. de metetis & epidimeti. lib. 12. Pet. Nunnii. qui citat concordantes secunda parte de mandatis exequendis. c. 2. in prin. plura alia ratione vitandi scandali prohibentur enarrata per Fel. in c. nihil cum scandalo, de praescrip. vide etiam l. 25. tit. vlt. par. 3. in corroborationem opinionis Petri Nunnii. [ In finibus tamen regni non licet priuato castella aedificare vel arces, iure etiam communi Romanorum, sub poena mortis & confiscationis bonorum. l. quicumque castellorum. C. de fundis limitrophis lib. 11. vbi glo. singul. in verbo antiquitas, Bar. Luc. de Pen. Ioan. de Plat. & ceteri interpretes superius citati, Guido Pape singul. 176. Nicol. Boeri. d. decis. 320. nu. 16. Vbi hoc limitat, nisi fieret ad emulationem & inuidiam sui aduersarij propulsandā, quia tunc aedificare licet, tum iure naturali, tum etiam ciuili. l. vlt. ff. quod quis iur. Bal. conf. §. 1. col. 1. & cōf. §. 8. col. 2. libro primo. Quod intel ligit, vt Boeri. d. decis. declarat num. 16. vers. hodie, vbi alia limitationes refert. Iure autem nostro regio nullo casu arcē vel domum fortem absque regia licentia licet aedificare, vt dixi supra nu. 1. [ Ceterum in hac tractatione haeritari solet, an iure nostro regio liceat castellum seu arcem, vel domum fortem reficere seu reparare absque regis licentia hoc in regno? Et certè licet magna sit contentio inter doctores super veritate huius quaestionis, vera & receptior resolutio est, quod si aedificium arcis vel castelli, est penitus diruptum vsque ad aream, non possit refici absque regis licentia, quia nouum aedificium esse videtur, argum. text. in l. inter stipulantem. §. sacram in fi. ff. de vrb. oblig. cum sic ait, sed si vsque ad aream deposita sunt, licet eadem materia restituatur, alia crit, facit tex. in l. fi. C. de iure emphi. in fi. ibi. Ex quo non ipsa rei penitus ledatur substantia, confert etiam tex. in l. si ita legatum. §. vlt. ff. de lega. 1. vbi re legata penitus destructa, licet postea reaedificetur vel reficiatur, extinguitur legatum, quomodo vlt. usufructus perit, si res destruitur vsque ad aream, vt in l. quid tamen. ff. quib. mod. vsus. amitta. [ Huc quoque alludit sententia, gl. in c. 3. de iure patro. dicens, quod reficiens ecclesiam funditus destructā, censetur nouā facere, cōsequiturque ius patronatus illius, secus si reparat nodum destructam, quā ibi sequitur Ant. col. vlt. ex ea expendēs argumentum, quod ex contractu omnino refecto debetur gabella,

non sic de eo, qui emendatur, sed non omnino reficitur, quoniam eadem solemnitas, quae in consecratione instrumenti exigitur, requiritur etiam in refectioe eius, quādo fuit amissum Bart. in l. nuptiae. ff. de ritu nuptiarum. [ Nec hinc longe abest, quod notat Innoc. in rub. de consecratio. eccles. vel alta. nempe, quod si ecclesia ex toto collapsa erigitur, etiam ex eisdem lapidibus est denuo consecranda, secus si successiuē partes eius ruētes edificarentur: quia tunc eadem esse censetur, etiam si nullus lapis ex antiquis manserit, arg. tex. de nauiloquentis in l. proponebatur. ff. de iudi. [ Eiusdem farinae est, quod asseuerat gl. in c. de monachis. 18. q. 2. nēpe, quod ad refectioem monasterij omnino destructi, requiritur episcopi licentia, non sic in reparatione eius, quod non est omnimodo diruptum. [ A quibus non multū disside, quod notant Bar. Paul. Alex. & Iaf. in l. 1. §. si quis aedificiū. ff. de no. ope. nūciatio. dicentes nūciationi noui operis locū non esse, vbi aedificium non erat penitus destructum, sed aliquantulum ruinosum vel ineptum reparatur: sed tum demum locus est nūciationi, cum vel aedificium nouiter fit, vel postquam est funditus destructum reficitur. [ Eiusdem classis est, quod fideiusor correctoris, si post finitum tempus ad nouum confirmetur, non tenebitur pro eo, vt arg. l. si cum Hermes C. loca. tenet Hyppoli. Marfi. in rep. rubr. ff. de fideiussor. uu. 94. secus autem si nondum finito anno, alius annus ei prorogetur, prout communiter fit hoc in regno, quia tunc tenebitur fideiusor, quia vnum & idem est officium, cum prorogatur, secus cum Bal. in c. venerabilem in fi. de electio. Nam prorogatio temporis, quae fit nondum finito primo, iuxta tex. in l. sed si manente. ff. de precar. non censetur esse nouum tempus, sed idem cum primo, vt in d. l. sed si manente vbi Bar. notat, & Ang. in l. si cum dies in prin. post gl. ibi & Bal. ff. de arbitris cum concord. a Fel. & Decio traditis in c. de causis de offi. delega. & conditiones, omniaque priora accessorie secum trahit, censeturque esse eiusdem naturae, vt in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudi. l. Emilius cum gl. ff. de mino. cum pluribus concordant. per Tiraq. cōgestis li. 2. de retractu. §. 1. gl. 7. nu. 26. 27. & pluribus sequ. vbi plura similia aggregat. [ Ex quibus & alijs per Auilefium traditis in d. c. 22. praetorum gl. 1. colligitur aedificium ex toto suppressum, si reficiatur, dici nouum aedificium, atque in eo reficiendo eadem solemnitatem & licentiam exigere, quae in eo edificando ab initio requirebatur, quod late probat Alexander in rubr. ff. solu. matrimo. numero. 21. Iaso. in l. ius autem ciuile numero. 9. & sequen. ff. de iusti. & iur. & in l. quominus col. vlt. ff. de flumi. Deci. in l. domum ff. de regul. iur. quod constitutum est Neapoli, vt constat in eius constitutionibus ti. 32. & 33. & ibi gl. Auilefii. in d. cap. 22. praetorum glo. 1. numero. 30. Anto. Gomez in l. 46. Tauri numero. 16. & Boeri. decis. 320. nu. 16. ad fi. & latius decisio: 44. numero. 5. [ Aut aedificium castelli seu arcis non fuit penitus diruptum, sed ob vetustatem vel aliqua alia ex causa minatur ruinam, vel alia eget refectioe, & tunc poterit refici vel reparari absque regia licentia. l. 1. §. reficere ff. de mortuo inferen. quam ira intelligunt Bald. Ange. Paul. & Alex. ibidem, Ancarra. Ioā. de Anan. Z 3 & Fel.

& Feli. in c. cōsuluit de Iudæ. Alber. Bar. Ang. Alex. Iaso. & communiter docto. in l. 1. §. si quis ædificiū. ff. de noui ope. nuncia. Boeri. decisio. 44. nu. 4. & ita debet intelligi lex nostra, dum ait, o reparar, vt Anto. Gomez assueerat in l. 46. Tau. vnde hæc sumpta fuit, numero. 16. & Auilefi. in d. c. 22. prætorum gloss. 1. numero. 3. Pet. Nunnus de manda. exequen. par. 2. cap. 2. numer. 3. Affli. in d. c. 392. [ Sed nec reparare poterit castellū ruinosum tribus casibus. Primò si Castellū possidens esset tyrānus, vel notoriè iniustus possessor, secundum Feli. in c. cum accessissent ad fi. de constitu. quod asserit autoritate Innoc. & Abb. in c. Pisanis de resti. spolia. & Paul. Cast. in l. ex hoc iure nu. 27. ff. de iust. & iu. Alex. ad Bar. in l. 1. §. si quis ædificiū in fi. ff. de noui ope. nuncia. Pet. Nun. de man. exequē. par. 2. c. 2. numer. 3. [ Secundò non possunt reparari muri vel castella nec refici, si principis autoritate sunt dirupta propter crimen eius, qui ea possidet, vel aliās, vt notat Bar. in l. sacra. §. muros, ex lege illa. ff. de rer. diuisi. Ioan. Fab. in l. si feruus. C. de poen. Alexand. ad Bart. in d. §. si quis ædificiū. l. 1. ff. de noui op. nū. in vltimo scholio in fi. Math. Affli. in consti. regni Sicilia lib. 3. rubr. 29. in princ. numero. 6. Iason in l. quominus numer. 24. ff. de flumi. Pet. Nun. Auendaño de manda. exequendis. 2. par. c. 3. nu. 6. verfi. si tamen dirimi. [ Tertio ita demum licet priuato arcem vel castellum reficere seu reparare, si forma non immutetur antiqua, vel fortius aut magis amplum fiat, tunc si qui dem refici non poterit, secundum Panorm. in d. c. cōsuluit de Iudæ. & Ioan. de Anan. in cap. Iudæi. i. eodē titul. dicentem hodie malè obseruari, nam reficiendo quandoque ampliant ædificia & synagogas Iudæi, refert & sequitur Auilefi. in cap. 22. prætorum in gloss. 1. numero. 31. [ Verū & huic refectioni seu reparatio ni locus erit, etiam si turris seu arx fuerit longissimo tempore reparata, nulla siquidem præscriptio tollit facultatem reficiendi ad conseruationem iuris sui, quoniam ea que meræ facultatis sunt, præscribi tempore non possunt cap. Ioannes & ibi notata de cleri. coniuge, ex quo hanc sententiam amplectitur glo. quam ibi singularem dicit Anto. in c. vt priuilegia in verbo anno de priuileg. idem voluit Cyn. in l. 2. C. quæ sit longa consue. Domi. in cap. vltim. de consuetud. lib. 6. Feli. in cap. cōsuluit de Iudæ. [ Cæterum vbi castella ædificata vel habitata diu non fuerant nec munita, si dominus ea velit munire, & habitari facere, poterit, dummodò non faciat ad emulationem alicuius, vel ex tali munitione aut præparatione scandalum suboriat, vt censent Innocen. & Abb. in d. cap. Pisanis de resti. spolia. per text. in l. 3. C. de ædifi. priua. & in l. 1. 2. & 3. C. de fund. limitroph. lib. 11. & argum. l. 3. ff. de operi. publi. & l. athletas. ff. de his qui not. in fa. l. si meo. ff. de aqua plu. arcen. idem voluit Feli. in capit. cum accessissent in fi. de constitu. & in d. capit. consuluit de Iudæ. per tex. ibi. Rom. in l. si vero. §. de viro 43. fallen. ff. solu. matrimo. Auilefi. in capit. 22. præto. in glossa. 1. numero. 11. & 34. [ Et non solum refici, muniti, & reparari possunt castra seu arces priuatorum absque regis licentia, verum etiam ad reparandum cogi possunt, si bellum imminet, etiam si domini castellorum sint episcopi, vel alix personæ ecclesiasticæ, cas-

que proprijs expensis ob bonum publicum munire tenentur, vt notant Cyn. & docto. in l. nullus hereticus. C. de sum. Trini. Innocen. & Abb. in d. cap. Pisanis de resti. spolia. Nicola. Boeri in tracta. de custodia clauium numero. 44. Stepha. Aufre. in tracta. de potestate seculari super eccles. personas. 2. regula numero. 26. Auilefi. in capit. 22. prætorum glossa. 1. numero. 11. est que hoc in regno text. expressus in l. 1. titulo. 18. part. 2. [ Que lex prohibet reparationem fieri, vel custodiam castri expensis ciuium, sed domini ipsius castri seu arcis, quod dixerat Iaso. in l. diuortio. §. impediam numero. 3. ff. soluto matrimonio. Ange. in l. turres C. de operi. publi. Gerar. de Petra sancta singul. 37. in fine. [ Ad iudicem que spectat ponere custodes & ducem arcis expensis dominorum, & non subditorum. l. vltim. C. de statu. & imagi. l. 2. C. de offi. præf. præto. Affri. ipsi que dominis inuitis id facere licet, vt in l. si ita. §. dominus. ff. de vsu & habita. d. l. 2. C. de offi. præf. præto. Affri. Guido Papæ singul. 226. Auilefi. in d. capit. 22. præto. glossa. 1. numero. 37. Sed hoc ipse intelligo, vbi requisitus à iudice dominus custodes nollet apponere, tunc nimirum si à iudice ponantur, aliās esset iniquum, ius istud domino auferre, nisi aliud ex iusta causa rex præciperet. [ Cæterum si dominus castri requisitus à rege vel iudice, vt arcem reficiat & munit, & pecunia careat, ex publico fieri debet, expensæ que à domino recuperabuntur intra certum tempus à iudice assignandum, quo elapso ad instantiam reipublice vel procuratoris eius castellum vendetur pro solutione expensarum, vt in l. ad curatoris. ff. de dam. infec. vbi id adnotauit Ange. & ceteri docto. facit text. in l. præfes prouincie. §. ff. de offi. præto. & in l. singularum vbi docto. C. de ædifi. priua. Specula. in titulo de satisfactione. §. est quoque versic. circa Cæpola latè in tracta. de serui. vrb. prædi. cap. de refectione. l. penul. titulo vltimo part. 3. Anto. Gomez in l. 46. Tauri numero. 16. in fine. [ Et quamuis in ædificijs priuatis hæc vera sint, ex quibus damnum reipublice obuicere poterat, quia minabantur ruinam, videtur tamen secus statui oportere in castellis seu arcibus à rege vel communitate refectionis munitis, & reparatis ob publicam necessitatem, nempe, vt dominus castelli vindicare possit castellum, nec ad expensas teneatur, nisi, vt vnus de populo, ex sententia singulari Bal. in l. si in aliquam. ff. de offi. proconf. & lega. cui accessit Crenen. singul. 25. & Auilefi. in d. cap. 22. prætorum gloss. 1. numero. 36. Verum his minime obstantibus, crederem dominum castelli obnoxium esse omnes expensas soluere, si velit castrum recuperare, casus est in l. 23. in fine titulo. 13. par. 2. Nam si vt diximus numero. 22. supra potest castrum castri cogi ad reficiendum & muniendum castrum suis expensis, vt in d. l. 1. titulo. 18. par. 2. si mandato regis vel iudicis publicis que expensis fuerit refectioni & muniti; tenebitur proculdubio dominus expensas soluere, aliās vel castellum vendetur pro earum solutione vel regi in solutum adiudicabitur, soluta soli seu areæ & ædificij quod antea habebat estimatione. Cetera que ad ædificia, & noui operis denunciatione pertinent, tractat latè Anto. Gomez in l. 46. Tauri à numero. 18. vsque in finem.

GLOSS.

*G L O S S. VI.*  
 Leyes de nuestros reynos. l. 8. titulo. 5. de castellis infra libro. 6. & l. 18. titulo. 6. de instructionibus & legibus prætorum supra libro. 3. sumpta ex capit. 22. prætorum. l. 32. tit. 18. par. 2. vbi vide Grego. Lup.

*L E Y. VII.*

*Que dos mayorazgos de dos quentos de renta, y de ay arriba, no se ayunte en vna persona por casamiento.*

*El Emperador don Carlos y doña Juana su madre: en Madrid a. 22. de Diciembre Año de. 1534.*

Otro si somos informados, que por causa de se auer juntado en estos nuestrs Reynos de poco tiempo a esta parte por via de casamiento algunas casas y mayorazgos de grandes y caualleros principales, la memoria de los fundadores de los dichos mayorazgos, y la fama dellos, y de sus linajes se ha diminuydo, y de cada dia se disminuye y pierde: consumiendose y menguandose las dichas casas principales: en las quales muchos de sus parientes y criados, y otros homes hijos d'algo se acostumbrauan mantener e sostener. Lo qual demas de ser perdida de los tales linajes, q̄ por los buenos seruicios que a los Reyes nuestrs predecesores hizieron, como merecieron ser honrados y acrescentados, merecé de nos y de nros successores ser sostenidos y conseruados: es assi mesmo mucho deseruiçio nuestro y daño y perjuyzio de estos nuestrs Reynos: porque disminuyendose las casas de los nobles dellos, no aura tantos caualleros y personas principales de quien nos podamos seruir. Y por esto considerando los dichos incouenientes, y otros que de jutarfe los dichos mayorazgos vienen y pueden venir, queriendo proouer sobre ello como Reyes y señores

naturales, a quien pertenesce mirar por la honrra y conseruacion de la nobleza y caualleria de sus Reynos, y q̄ en nuestrs tiempos sea antes acrecétada que diminuyda, visto y platicado por los del nuestro consejo, fue acordado que deuiamos mandar y mandamos, que en los matrimonios que hasta ahora no estan contrahidos, cada y quando que por via de casamiento se vinieren a juntar dos casas de mayorazgo, que sea la vna dellas de valor de dos quentos de renta, o dende arriba, el hijo mayor que en las dichas dos casas assi jutas por casamiento, podia succeder, succeda solamente en vno de los tales mayorazgos, en el mejor y mas principal, qual el quisiere escoger. Y el hijo o hija segundo, succeda en el otro mayorazgo, si no ouiere mas de vn hijo o vna hija, q̄ aquel los pueda tener por su vida: y si aquel hijo o hija ouiere dos hijos, o hijo e hija, se diuidan e aparten los dos mayorazgos, segun auemos dicho, de manera q̄ dos mayorazgos, siendo como diximos, el vno dellos de dos quentos de renta o dende arriba, no concurrá en vna persona, ni los pueda vno tener ni poseer sino como dicho es. Lo qual todo mandamos que se haga, cumpla y execute ansi, sin embargo de qualesquier clausulas, condiciones, y llamamiétos que en los dichos mayorazgos se contengán y sin embargo de qualesquier leyes y derechos, que en fauor de los hijos mayores pueda auer, y ellos puedan pretender, porq̄ en quanto a effecto de esto de nuestro proprio motu y poderio real absoluto, los reuocamos y damos por ningunos, y de ningun valor y effecto, quedando en su fuerça y vigor, quanto a todo lo de mas.

*G L O S. I.*

*24. Maiora*



- 1 *Maioratus & primogenium introductum est ad conseruationem domus familiae & agnationis. Conditio arma & insignia portandi est iusta & seruanda, ibidem & num. 4.*
- 2 *Conditio cognominis assumendi & portandi arma, si non adimpleatur, maioratu priuatur quis postrequisitionem anno elapso & numero. 5.*
- 3 *Conditio arma inhonesta deferendi non est seruanda.*
- 6 *Armis seu insignibus memoria hominum conseruatur.*
- 7 *Maioratus an inducatur si testator alicui reliquerit bona, ita vt deferat eius insignia? Arma deferri hoc in regno non solum primogenitus, sed ceteri omnes agnati, ibidem.*
- 2 *La fama dellos y de sus linages se ha diminuydo. Nota legem singularem clare probantem famam, nomen, & insignia conditoris maioris conseruari propter vinculum maioratus: ius enim primogenituræ introductum est ad conseruationem domus familiae, & agnationis, vt voluit Soci. consil. 47. numero. 6. libro. 3. & Paul. Parisi. consil. 72. numero. 81. libr. 4. Tiraquell. de iure primigeniorum quæst. 71. numero. 2. Moli. lib. 2. de Hispa. primoge. capit. 14. in princ. & numero. 46. & alibi sepe. Ex quo non iniuria statutum est, validam esse conditionem, quod heres cognomen testatoris assumat, armisque & insignibus eius vtatur, aliis bonis priuatur, & alij applicentur ex notabili decisione iurisconsulti in l. facta. §. si in danda verbi. si verò nominis ferendi conditio. ff. ad Trebelli. idem in donatione statuitur in l. hoc iure. §. vlt. ff. de dona. & ita in facti specie responderunt Soci. consil. 259. numero. 3. lib. 2. Deci. consil. 273. numero. 2. Alciatus lib. 9. Parergo iuris. c. 16. nu. 3. Tiraquell. in lege. §. connubiali numero. 27. Hierony. Grattus consilio. §. libro. 2. numero. 77. 78. & 79. [ Vbi probat omnino commodum priuandum esse, qui hanc conditionem non adimplet, Moli. d. lib. 2. cap. 14. numero. 10. cum sequen. & numer. 20. Idemque esse si per modum hoc onus iniungatur. l. si hæres. ff. de cond. & demonstra. notatur in l. 1. & 2. C. de his quæ sub mo. vel cond. fiunt A lex. conf. 102. lib. 1. Corne. consilio. 211. libro. 1. Moli. vbi supra nume. 23. quod potissimum obtinet, quando modus ille respicit fauorem vel honorem testatoris, vel alterius, secundum Bart. & Paul. in l. 2. §. ff. de dona. in l. Titio vsufructus in princip. ff. de condi. & demonstra. [ Situatio maioratus constituatur sub conditione, vt deferantur arma seu insignia inhonesta, ea conditio rejicitur firmo matente maioratu. d. l. facta §. si sub conditione vbi gloss. & Paul. ff. ad Trebelli. Grego. Lupi. in l. 3. titulo. 4. part. 6. Ferdinand. Vazquez de successio num. creatio. §. 10. numero. 170. Moli. vbi supra nu. 25. [ Vbi autem testator præcepit, vt successores maioris eius cognomen, & arma seu insignia assumerent, aliis maioratu priuarentur, est iustissimum præceptum ad conseruationem honoris & memoriam ipsius, cõtinetur iustissimam causam, atque ideo obseruandum esse ad vnguem, consuluit Math. Felici. de Perusio inter consilia Paul. Cast. cõf. 259. nu. 4. & §. li. 1. Paul. Paris. latifimè cõf. 19. nu. 28. 29. 36. 37. & 38. & seq. li. 2. Guill. Benedi. in rep. c. Raynutius in verbo Raynutius. nu. 44*

& seq. & verbo si absque liberis. 2. nu. 25. Guido Papæ q. 251. & 467. Boeri. decif. 146. nu. 6. & alij nu. 1. citati, Marcus Salon Burgen. in proemio legum Tauri nu. me. 24. [ Subditque nu. 25. autoritate Pauli Cast. cõf. 396. lib. 1. in fi. hoc onere seu præcepto deferendi arma seu insignia testatoris non adimpleto portionem sub dicta conditione relictam iudicis monitione præcedente, annoque elapso, & non ante amitti, & cogredi applicari, vt in auth. hoc amplius. C. de fideicõ. vbi docto. examinant an sint hæc vera, quod lapsus anni exigatur, & an possit mora purgari, & melius cæteris Moli. vbi supra à num. 14. vsque ad. 24. vide cõ. [ Quodque insignis seu armis memoria conseruetur familie & agnationis, probat Ancarra. conf. 113. col. 2. & Roma. singul. 474. Ioan. de Anan. cõf. 86. prope finem Marcus Salon. d. proemio nu. 23. per text. in l. legata in fi. ff. de adm. rer. ad ciui. per. & c. non vltis de Iude. l. Basilicam. C. de operi. publi. l. 1. C. vt nemi. li. ce. sine iud. auth. signa rebus impone. & ibi docto. & Moli. d. c. 14. nu. 6. probatur in l. Quintus. §. ad autoritatē. ff. de annuis lega. & in lege ista, que hoc expresse decidit, vt dixi supra nu. 1. [ Sed an ex huiusmodi præcepto deferendi arma, & insignia, indicatur maioratus? Guido Papæ. q. 467. & Guill. Bened. in c. Raynutius in verbo Raynutius nu. 46. & in verbo in eodē testamento relinquens. i. nume. 174. dicunt induci, eo quod huiusmodi insignia apud primogenitum esse oporteat, secundum Bald. in l. 1. column. 1. C. pro socio cui assentitur Pet. de Vuald. de duobus fratribus ii. part. q. 11. & Guill. de Monte de successio. regum cartha. 3. in. 1. & 3. q. Tiraque. de primogenijs in præfatio. numero. 134. & de nobilitate cap. 6. numero. 17. quo in loco de his armis copiose tractat post Bart. in tract. de insigni. & arm. & Cassane. in catalogo. 1. par. consi. 20. & sequen. De quo tamen dubitat Marcus Salon in d. proemio legum Tauri nume. 28. eo quod in his regnis non tantum primogenitus, sed & ceteri filij arma & insignia sue agnationis & familie deferunt. Quod ego non nego, sed nihilominus cenfeo veram esse opinionem Guidonis & Guillelmi & sequa eiu, quod per hoc præceptum cõferatur inducta maioris, eo quod hoc in regno aliis conseruari cognomen, & insignia seu arma prædecessorum non potest commodè, nisi bona vinculentur titulo maioris, & hæc est cõfuetudo, & mos in hoc regno, quæ conseruatio in his maioratibus potissimam attenditur, & iuxta eam omnia sunt metienda, vt singulariter probat vir consumatissimus dom. Dida. Couarru. libr. 3. resolutio. c. 5. Et nos quoque eum sequuti aliquid diximus supra eodem. l. 1. glof. 7. & hanc sententiã probat Moli. d. lib. 2. cap. 14. nu. 7. & lib. 1. cap. 5. nu. 34.

GLOSS. II.

- 1 *Maioratus plurimas adfert utilitates & commoda reipublicæ.*
- 2 *Commendatarij Indorũ plures suis alunt expensis; ibid.*
- 3 *Maioratus successor fratres suos cogruè alere tenetur, nisi bona habeant unde alij possint.*
- 4 *Maioratus possessor alere an teneatur fratres suos, an verò mater diues.*

En

b *En los quales muchos de sus parientes y criados y otros hombres hijos dalgo se acostumbran mantener e sostener. Nota utilitatem maximam, quæ ex his maioratibus resultat, aluntur siquidem plures, cum cognati, tum amici viri nobiles, expensis primogenitorum: quo qui dem refugio carerent, si maioratus non conseruarentur. Prout & fieri videmus in his Indiarum regnis apud commendatarios, namque plurimi nobiles sustentantur & reficiuntur, quod vtilissimum est reipublicæ, vt Hispanorum multitudine Indi cõprimantur, ne aduersus eos bellum mouere audeant, atque ex propria quod summè optant, expellant patria. [ Hinc fit vt primogenitus maioratus successores suos alere teneatur, vel bona aliqua eis assignare, quibus possint honestam vitam ducere, habita personarum & facultatum ratione, vt argumen. l. 1. ff. de tutelis & ratio. distrah. tenuerunt Ioann. Andr. in regula sine culpa de regu. iur. lib. 6. in mercerialibus, idem Ioan. Andr. & Panor. in cap. licet de voto Guido Papæ decif. 476. & 487. Soci. conf. 47. colu. 2. lib. 3. Tiraquell. alios plures citans de primogenijs. q. 4. numero. 33. & sequi. Moli. lib. 2. de Hisp. primog. cap. 15. numero. 56. cõf. seq. Limita, nisi habeant alia bona, vnde se alere possint arg. l. si quis à liberis. §. sed et si filius. ff. de libe. agnoscen. vt ipse Tiraq. probat numero. 35. Cm. in l. alimenta. C. de nego. gest. [ Vbi hoc procedere ait, etiam si matrem habeant diuitem fratres primogeniti qui in maioria successit, atque ita fuisse in præxi obtentum in cancellaria Pinciana attestatur Antonius Gomez in l. 40. Tauri numer. 75. Ipse tamen tenet contrariũ, imo quod ad matrem diuitem hoc onus alere liberos transeat, eamque communem sententiam esse attestatur plurimorum autoritate, ad quem recurrere, & Moli. d. lib. 2. cap. 15. numero. 68.*

GLOSS. III.

- 1 *Nobilibus regnum defenditur. Reipublicæ expedit ciues habere locupletes, ibidem.*
- 2 *Reipublicæ interest domos conseruari & auergeri.*
- 3 *Reipublicæ damnum obuenerit, si domus nobilium non conseruentur & auerantur.*
- 4 *Dãno y perjuriõ de estos nuestros reynos. Nota quod nobilibus regnum defenditur, nobiles hæc diuites appellat, de quo in sequenti scholio dicemus: nec mirum hoc videri debet, cum reipublicæ expedit ciues habere locupletes, vt in auth. vt iudi sine quoquo suffrag. §. 1. respõdet enim reipublica quando præstat subditis diuitoribus, vt in §. 1. in auth. de defenõ. ciuita. & §. 1. in auth. vt om. obed. iudi. prouin. [ Interest etiam reipublicæ, vt sua cuique domus conseruetur, & aueratur neque enim solum nobis diuites esse volumus, sed libere, propter quos, amicis, maximeque reipublicæ singulorum enim facultates & copie, diuites sunt ciuitatis, vt eleganter astruit Tiraq. de iure primigeniorum q. 24. numero. 12. [ Si igitur domus nobilium non conseruentur, incommodum maximum huic regno obuicere nemo dubitat, vt in hac lege scribitur.*

GLOSS. IIII.

- 1 *Nobilitas vt in regnis conseruetur regibus expedit.*
- 2 *Nobilitas non solum genere sed diuitijs constat. Nobilitas nil aliud est quam inueterata diuitia, ibidem.*
- 3 *Maioratus possidentes nobiles in Hispania reputantur, Nobilis dicitur quem vulgus & communis hominum aestimatio nobilem reputat, ibi.*
- 4 *Primogeniti nobiles sunt iuxta consuetudinem & reputationem.*
- d *Por la honrra y conseruacion de la nobleza y caualleria de sus reynos: y que en nuestros tiempos sea antes acrescen tada que diminuida. Nota regibus expedit, vt nobilitas generosorum & diuitem in regno conseruetur & augeatur, idem probatur in l. 1. tit. 10. de donatio. infra hoc libro: [ Nobilitas igitur non solum genere, sed diuitijs constat, vt videre licet apud Tiraq. de nobilitate cap. 3. in principio, & tum potissimum cum diuitijs sunt antiquæ a maioribus acceptæ: nam vt Diuus Hierony. ad Helbidiam ait, nobilitas mundi nil aliud est quam inueteratæ diuitiæ, idem Nostri dixit Pet. à Bellæper. in l. humilem in fine. C. de incest. nup. & Alueri. in rub. ff. de vulgã. nume. 95. Aristo. lib. Politico. 4. capit. 8. & lib. 5. cap. 1. Guido Papæ singul. 785. Tiraq. alios referens de nobilitate. cap. 3. numero. 8. & 9. & sequi. [ Et in Hispania vt plurimum nobiles dicuntur primogeniti qui maioratus possident, atque eõ nobiliores, quo maiores redditus habent: & ore quod auit pleno æquites aurati ab omnibus appellantur. At is dicitur nobilis, quem vulgus & communis hominum aestimatio nobilem reputat, vt voluit Din. cõf. 11. Alberi. 1. par. statutorum q. 137. Lucas de Pena in l. mulieres col. 3. vers. nono ex cõmuni opinione. C. de dignita. lib. 12. & ibi Bar. & Plat. Ripa lib. 2. respõsorũ cap. 26. numero. 9. Fran. Curti. Seniof. cõf. 18. vbi plus dicit quod ad probandam nobilitatem non sufficit dicere, quem esse nobilem, sed quod talis vulgo reputatur, tanquam scilicet nobilitas ex sola vulgi opinione pendeat, Tiraq. de nobilitate. cap. 10. numero. 6. & sequen. vbi plura similia congerit. [ Ex quo Tiraq. ipse non sine ratione cõiuxit tractatum nobilitatis & primigeniorum, quandoquidem apud omnes ferè gentes primogeniti nobiles reputantur, vt in cap. vlt. de nobilitate numero. 115. & in præfatione de iure primigeniorum in principio.*

GLOSS. V.

- 1 *Maioricatus leges & conditiones per principem tolli & immutari possunt per legem generalem. Maioratus duo magni redditus non concurrere possunt in eadem persona, ibidem.*
- 2 *Princeps an possit dominium auferre sine causa.*
- 3 *Princeps dominium ex causa auferre alicui potest sed dato*

dato bono cambio non alias:

- 3 Princeps per legem generalem potest alicuius quasitum auferre etiam si damnum non resarciatur ei.
- 4 Maioratus leges & conditiones cum licentia regis facti an possint per principem immutari aut tolli? quod ex causa publicae utilitatis, ibidem.
- 5 Maioratus sine regis licentia facti a priuato leges & conditiones an possit princeps immutare vel tollere, cum causa vel sine ea.
- 6 Primogenitus in vita patris habere dicitur spem certam & inuariabilem succedendi in maioratu, spes quid operetur? remissive, ibidem.

Succeda solamente en el vno de los tales maiorazgos, en el mejor y mas principal qual el quisiere escoger. Ex lege ista deducitur, principem posse maioratus leges & substitutiones aliasque clausulas eius per legem generalem immutare, quod expressim voluit Ioan. Lup. in repe. rub. de don. int. vi. & vx. §. 69. num. 13. Nam videmus hic excludi primogenitum, admittique secundo genitum contra leges maioratus, quoties duo concurrunt, alter viri & alter vxoris, nam primogenitus succedet in vno, quem elegerit, & secundo genitus in alio, [ Sic & licet princeps non possit auferre dominium alicui sine causa vt in l. Lutus. ff. de cuius. & in l. ite si verberatum. §. 1. ff. de reuendi. l. quod semel. ff. de decret. ab ordi. faci. nec cum causa nisi dato bono cambio. l. 1. C. ex qui. caus. serui pro praem. lib. accip. l. venditor. §. si constat. ff. com. predi. l. 2. tit. 1. par. 2. l. 31. tit. 18. par. 3. quod late probat Iaso. in l. Barbarius super glo. in verbo multo magis. de offi. preto. & in l. 1. ff. de legi. & omnium latissime Feli. in cap. que in ecclesiarum numero. 33. & pluribus seq. de constit. Aimon Sabilli. conf. 135. numero. 17. & conf. 241. numero. 12. 13. & 20. [ Per legem autem generalem bene poterit auferre ius quibuscunque personis questitum secundum Bar. in l. totius. §. 1. ff. de pollicita. & conf. 172. numero. 1. Aimo Crau. conf. 135. numero. 30. etiam si damnum non resarciatur secundum Alex. conf. 190. numero. 17. libr. 2. & Deci. in cap. que in ecclesiarum numero. 21. de costi. dixi in dialogo relatoris. 4. part. capit. 12. numero. 2. & 3. Si in dominio iam quasitum hec fieri possunt, multo ergo magis in specie nostra, quippe cum nullum sit ius quasitum primogenito, qui natus non erat tempore quo lex ista condita fuit. [ Ceterum principi non licet per rescriptum maioratus leges & substitutiones sine causa legitima immutare, nec in maioratu contenta corrigere aut emendare, etiam si donatione a principe facta vel licentia ab eo obtenta maioratus muniantur, vt respondit Paul. Castr. conf. 164. numero. 5. & 6. libr. 2. & Deci. conf. 468. colum. pen. & 498. numero. 19. Soci. Iunior. conf. 108. num. 3. libr. 2. Ferdi. Vazqu. in lib. de succes. creatio. §. 1. numero. 29. & 32. Marcus Salon Burgen. in proemio legum tauri num. 331. vbi ex causa vtilitatis reipublice hoc fieri posse affirmat, prout in specie nostra, quod verius esse censeo, quamuis dom. D. Couarr. lib. 3. resolu. cap. 5. in principio. hec fieri posse asserat abque vlla causa, quando ex priuilegio vel licentia regis maioratus factus fuit, quod

etiam improbat Ferd. Vaz. d. §. i. num. 32. & Moli. lib. 4. de Hisp. primog. capi. 3. numero. 10. [ In alijs vero maioratibus absque regis licentia factis resoluit ibi dom. D. Couarr. num. 5. & deinceps, non posse principem maioratus leges vel conditiones tollere nec mutare per l. si testamentum. C. de testam. vbi princeps non potest testamenta euertere vel mutare, nec donationes priuatorum, vt in l. si donatione. C. de reuocand. dona. Deci. conf. 468. numero. 18. & alijs rationibus ab eo adductis & per Marc. Salo. in d. proemio legum Tauri numer. 327. & sequentibus, ex causa tamen publice utilitatis hoc ei licebit facere, vt ibi resoluit, & Ferd. Vazq. d. l. 1. numer. 29. & 32. Moli. d. l. 4. cap. 3. numero. 7. & precedentibus. [ Quonia spes succedendi in maioratu quam habet primogenitus est inuariabilis immutabilisque, & considerabilis, etiam in vita possessoris, vt in l. 40. Tauri in fi. & optime probat Tiraq. de iure primigeniorum. q. 21. numer. 7. & q. 40. numero. 66. & 93. & sequen. & de legibus connubiali. gloss. 2. numero. 39. & seq. vbi plurima de spe congerit. Mar. Salon in d. proemio legum Tauri numero. 332. & 333. tali ergo spei princeps prauidicare nequit, nisi ex causa publicae utilitatis prout in specie legis nostre.

GLOSS. VI.

- 1 Foemina an succedat in regno, ducatu, vel committatu non feudali iure communi Romanorum?
- 2 Foemina masculis deficientibus succedit in regno Hispaniae iure nostro regio.
- 3 Foemina succedit in maioratu masculis deficientibus eiusdem gradus, quamuis non deficiant in remotiori gradu.
- 4 Foemina succedit in commendis Indorum masculis deficientibus.
- 5 Foemina ex natura feudi non succedit in feudo, licet masculi deficiant, iure communi & regio.
- 6 Foemina ex consuetudine succedere potest in feudo vel in feudo ligio.
- 7 Foemina & si ex pacto vel conuentione possit in feudo succedere, hoc intelligi oportet masculis deficientibus non alias, Foemina succedit in maioratu etiam si masculus eiusdem gradus non deficiat, quoties pater eorum duos possidebat maioratus magni redditus, qui iure regio apud vnum esse non possunt, ibidem.

f Y si aquel hijo o hija ouiere dos hijos, o hijo e hija. Solec dubitari, an foemina succedat in feudo, regno, vel maioratu? & videtur succedere non posse vt in c. dilecti de arbi. & in l. foemine. ff. de reg. iur. l. 3. §. corporalia ff. de mune. & hono. quod in specie probat Ioan. And. Anto. Ancarr. & Collecta. in cap. significauit de rescript. cum concord. per Mar. Salonē traditis in proemio legum Tauri numero. 41. versu. denique & numero. 42. Tiraq. de iure primog. q. 10. numero. 12. Paul. Paris. conf. 72. numero. 75. libr. 4. & seq. & numero. 208 contra

contraria tamen sententia, imo quod foemina iure communi in regno succedat & in comitatu vel alia dignitate non feudali masculino deficiente tenent Hosti. Ioan. And. & Abb. in d. capit. dilecti de arbi. & ibi Ancarr. per tex. in capit. dilecti de maiori. & obedi. Card. & Abb. in d. cap. significauit de rescrip. Deci. in d. l. foemine colum. 1. ff. de reg. iur. & in conf. 413. ad fi. & 269. & 498. numero. 21. & alibi sepe Alex. consil. 1. numero. 24. libr. 3. & conf. 14. num. 12. eo. libr. Corne. conf. 16. in fi. lib. 1. Jacobi. de San. Geor. in l. cum antiquioribus ad fi. C. de iure delibe. Purpu. in rub. ff. de offi. assesso. numero. 62. Ioan. Cirier de primogenitura lib. 1. q. 19. Gozad. conf. 8. numero. 16. & seq. plures citans conor. Marcus Salon. d. proemio legum Tauri numero. 36. & seq. Anto. Gomez in l. 40. Tauri nu. 8. Moli. li. 3. de Hisp. primog. capit. 4. numero. 5. dixi in dialogo relatoris. 4. par. cap. 7. numero. 1. & seq. [ Et iure regio indubitabile est, foeminam in regno succedere masculis deficientibus. l. 2. ti. 15. par. 2. l. 9. ti. 1. ead. par. l. 2. tit. 18. par. 3. l. 4. tit. 4. ead. part. 3. l. 1. tit. 3. de homagio nouo regi. faciendo supra li. 2. [ In bonis autem maioratus seu primigenij, foemina succedit deficientibus masculis eiusdem gradus, quamuis masculi in remotiori gradu non deficiant, nisi contrarium fuerit dispositum in constitutione, maioratus secundum Bal. in l. in multis. ff. de statu. homi. quem plerique sequuntur. Roma. conf. 98. loquens in bonis maioratus ex clausula regis Enrriqui, ab ipso Enrriquo donatis, idem voluit Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vxo. §. 69. numero. 24. 25. & 26. Tiraq. alios plures citans de iure primigeniorum. q. 10. numero. 19. & 20. licet num. 25. anceps fuerit, id tantum affirmans, hoc proculdubio procedere, vbi consuetudo ita fuerit interpretata, Curti. Iuni. in tracta. feudoru. 3. par. q. 15. & q. 18. Guil. Bene. in rep. cap. Raynutius de testam. in verbo in eodem testamento. 1. numero. 173. Bal. conf. 275. numero. 6. libr. 2. Curti. in d. tract. feudo. 2. par. q. 2. limi. 15. dom. D. Couarr. lib. 3. resolu. capit. 5. numero. 5. versu. rufus septimo, Marcus Salon Burg. in proemio legum Tauri nu. 66. & sequen. vbi hoc pluribus rationibus defendit & nuncupatim numero. 119. 120. 121. & 122. vbi hac distinctione facit, & pluribus probat autoritatibus. 4 Moli. lib. 3. de Hisp. primog. cap. 4. numero. 4. [ In commendis Indorum idem fieri cernimus, vt in constitutionibus & Indiarum legibus & prouisionibus continetur, filia enim succedit in defectum filiorum. [ In feudis autem aliud statutum est, ex eorum quippe natura foemina non succedit, licet masculi deficiant cap. 1. §. & hoc autem, de his qui feud. dare poss. capit. 1. de successione feud. l. 6. tit. 26. de feudis part. 4. Bald. in l. quoties numero. 7. C. de su. & leg. hazed. Paul. Paris. conf. 4. numero. 2. & 3. & conf. 21. numero. 1. lib. 1. Ripa in conf. 1. numero. 69. libr. 1. cum pluribus concordant. a Petro de Dueñas traditis in regula. 309. Duodecim rationes huius sententiae tradit Bal. in d. l. quoties numero. 7. & Iaso. in l. si quis id quod numer. 12. ff. de iuri. om. iudi. Caflan. in consue. Burgund. rub. 3. §. 5. fol. 112. col. 1. numero. 28. [ Hoc tamen fallit, quando ex consuetudine foemina succedit in feudo, vt in regno Siciliae. c. 1. de feu. succ. Fab. in auth. ingressi. C. de factof. eccle. Amaro. in c. 1. §. & quia vidim post And. de Iser. ibi

dem, qui feud. dare poss. Iaso. in l. de quibus numero. 64. ff. de legi. Marc. Salon in proemio legum Tauri numero. 87. cum pluribus conor. per Petr. de Dueñas traditis in d. regula. 309. limi. 1. Fallit etiam in feudo ligio Specul. in tit. de feudis §. quoniam versu. 21. & ibi Ioan. And. Alex. conf. 30. numero. 3. li. 1. Pet. Dueñas addens concordā. d. regula. 309. limi. 4. vbi refert alias limitationes, ad eum recurrito. [ Et licet in feudo succedant ex partiu conuentione masculi & foemina, id ita accipiendum est, vt masculis deficientibus foemina admittatur, non alias, vt in cap. 1. §. quinetiam episcop. vel abbatem in lib. feudorum, Couarr. in lib. 3. resolu. cap. 5. versu. septimo. hic autem etsi masculus adfit, foemina eiusdem gradus admittitur ad alium maioratum, in quo primogenitus succedere non potest propter huius legis prohibitionem, quod est notabile.

GLOSS. VII.

- 1 Princeps de plenitudine potestatis non potest per l. vel rescriptum sine causa publicae utilitatis maioratus clausulas mutare.
- 2 Princeps sine causa non potest vti plenitudine potestatis.
- 3 Princeps non potest eius vel alienos contractus tollere, vel alia qua iure gentium sunt constituta de plenitudine potestatis, nisi ex causa publicae utilitatis etiam cum clausula non obstante. & nu. 5.
- 4 Clausula ex certa scientia & motu proprio clausulae de plenitudine potestatis equiparatur.
- 5 Clausula derogatoria legum vel non obstante an debeat esse specialis, an sufficiat, esse generalem.
- 6 Foemina per principem an possit per rescriptum habitari ad succedendum in feudo in prauidicium agnatorum?
- 7 Princeps an possit foeminas ad successionem feudi admittere vel ad successionem maioratus.
- 8 Princeps quid possit in his que sunt de iure positio, et quid in his que sunt iuris gentium, quid in quasitis & quid in querendis.

g De nostro proprio motu, e poderio real absoluto los vucamos y damos por ningunos. Nota legem istam. Principi non licere contractus vel testamenta priuatorum reuocare, vel in eis contenta immutare, etiam de plenitudine potestatis, nisi ex causa publicae utilitatis. Nec causa haec sufficiet nisi clausula motu proprio vel de plenitudine potestatis rescripto vel legi adiiciatur. [ Non enim licet principi absque causa vti plenitudine potestatis, & reuocare ea que iure gentiu copetunt, vt notant interpretes in c. innotuit de electio. & in l. bene a Zenone. C. de quadric. praescrip. Aimon Crauette de antiqui. tempo. par. 1. sectione non ommitto numero. 5. & per totam sectionem Couarr. lib. 3. resolu. cap. 6. numero. 8. contra Paul. Castr. in l. si testamentum, C. de testam. [ Princeps siquidem non potest eius

eius contractus vel alienos tollere, vel alia que iurege-  
tium sunt constituta, etiam de plenitudine potestatis,  
Nec hac in specie vllius erit momenti clausula ex  
certa scientia, vel ex plenitudine potestatis, nisi publi-  
cae utilitatis causa, vel alia legitima secundum Bal. in  
l. qui se patris numero. 13. & 14. C. vnde libe. Paul. in  
l. digna vox. C. de legi. que communis est sententia te-  
ste Fel. in cap. que in ecclesiarum num. 33. de constitu.  
verfi. secundum vero membrum, idem voluit Socin.  
conf. 87. num. 13. lib. 3. & conf. 59. num. 3. eod. li. Deci.  
conf. 410. num. 21. & 22. & conf. 689. colu. 2. Curt. lun.  
conf. 138. num. 5. Paul. Paris. conf. 1. num. 87. lib. 1. Tho.  
Gram. decisio. 65. num. 27. Anto. Rub. conf. 138. colu.  
2. Alciat. regula. 3. presump. cap. 8. num. 5. & 6. cum  
concordantijs in eius additione traditis, Carol. Ruy.  
conf. 71. num. 37. & num. 3. fulgo. conf. 143. colu. 2. Mar  
Salon Burgen. in proemio legum Tauri num. 366. &  
367. dom. D. Couarr. lib. 3. resolu. capi. 6. num. 8. [ Di  
xi clausulam ex certa scientia nullus esse momenti,  
quia hec clausula alteri de plenitudine potestatis com-  
paratur ex sententia gloss. in cap. ad hec. de rescrip. cu  
alijs ibi per Modernos congestis, idem voluit Deci.  
in l. in testamento nu. 13. C. de testa. nisi. Paul. Paris.  
conf. 3. num. 78. lib. 4. vbi plurima congeruntur circa  
hanc clausulam ex certa scientia, Alber. Brun. cof. 1.  
num. 74. Iaso inter eiusdem Bruni consilia feudalia  
conf. 8. num. 62. Molin. li. 2. de Hispa. primog. capi. 7.  
num. 17. Idem etiam operatur clausula motu proprio  
quod & plenitudinis potestatis secundum Alex. cof.  
33. lib. 5. Barba. cof. 27. lib. 2. & conf. 13. colu. 8. libr.  
3. Hippo. Marfi. in l. de vno quoque num. 24. ff. de re  
iudi. Paul. Paris. conf. 5. num. 119. lib. 4. & conf. 15. nu.  
64. lib. 2. verfi. & talis clausula vbi plura congregat &  
conf. 1. numero. 68. lib. 2. Dida. Perez in l. 6. tit. 12. lib.  
3. ordina. col. 1201. [ Nec in specie nostra aliquod opera  
retur clausula derogatoria, nec clausula non obstante  
secundum Deci. cof. 357. punget & increpant Bal.  
in l. si testamentum in fi. C. de testamen. idem voluit  
dom. D. Couarr. d. cap. 6. numer. 9. lib. 3. resolu. Mar.  
Salon in d. proemio legum Tauri num. 339. est que  
optimus tex. regni nostri in l. 1. 2. 3. 6. & 8. & alijs tit. 3.  
de rescriptis supra libr. 4. Denique hec omnes clausule  
nihil operantur in preiudicium tertij ad auferendum  
ea, que sunt de iure gentium, nisi ex legitima causa, vt  
& in hac. l. probatur. [ Verum causa interueniente  
an necessaria sit derogatio specialis legum, an sit satis  
dicere, non obstante aliqua lege, que sit in contrarium?  
Et hoc vltimum esse receptum & in praxi admissum  
attestatur. d. Ant. Padilla prefectus fenatui ordinum  
in l. causas num. 6. C. de transactio. contra glo. ibi. ci-  
tatque Fel. alios citantem, in cap. non nulli de rescri.  
idem resoluit Paul. Paris. conf. 1. num. 83. & seq. li. 4.  
vbi id proculdubio procedere asseuerat, quoties in re-  
scripto adest clausula, quod obstantia pro expressis ha-  
beantur, ex doctrina scribentium in cap. 1. de transac-  
tio. Fel. in cap. nonnulli num. 22. & seq. de rescrip.  
cum pluribus concordantijs ab eodem Paulo Parisio  
citatis. [ Ex ista etiam lege expenditur, principem cu  
causa possit foeminas filijs extantibus admittere ad ma-  
ioratum, prout hic eas admittit lex ista generalis. At-  
que idem fieri possit per rescriptum in preiudicium

agnatoru, vt foemine succedat in feudis etiam sine cau-  
sa respondit Curti. Iunior conf. 1. num. 23. & sequ. &  
in tracta. feudo. 3. par. q. 30. & Albert. Brun. conf. feuda.  
1. numero. 33. vsque in fi. Ioan. Campetius in eis-  
dem consilijs feuda. consilio. 2. numero. 29. 32. & se-  
quen. Ioan. de S. Juliana in eisdem conf. consilio. 3.  
numero. 6. & 9. & deinceps, & Nicola. de Aga-  
tisi ibidem conf. 5. & quidam aduocati consistoriales  
in eisdem consilijs feuda. con. 6. Soci. ibidem conf. 10.  
num. 28. 29. & num. 10. 11. & seq. Hierony. Grat. conf.  
4. num. 75. & conf. 9. num. 117. lib. 1. Deci. cof. 269. nu.  
8. & conf. 390. num. 10. & 11. & conf. 498. num. 24. & se-  
quen. & conf. 588. numer. 17. Aimon Sabilli. conf. 135.  
num. 22. & seq. Mari. Soci. Iunior conf. 76. nu. 131. &  
seq. lib. 3. Pau. Paris. conf. 2. nu. 34. & seq. lib. 1. & cof.  
4. num. 42. & seq. eod. lib. Ludo. Gozadi. conf. 8. nu.  
41. & 42. & conf. 9. num. 51. & Alcia. conf. 188. per totu  
& ad expeditionem huius rescripti necessaria non est  
citatio agnatorum, vt per eos late probatur. [ Verum  
hec ita intelligi oportet, vt princeps rescribens con-  
tra rigorem consuetudinis feudorum foeminas ab eo-  
rum successione excludentis, possit nimirum ex pleni-  
tudine potestatis eas non obstante consuetudine ad  
successionem feudi admittere in preiudicium agnato-  
rum, atque ita procedat Curtij & sequacium sententia,  
quandoquidem hoc idem fieri possit per contrariam  
consuetudinem, vt in glo. preceden. probauimus nu.  
5. & 6. Nimirum ergo si per rescriptum principis fieri  
non prohibeatur, vt ex doctoribus superius citatis ex-  
penditur, maxime ex cof. feudali. 11. Ioanis Campecij  
numero. 14. Ceterum si foemine prohibeatur succedere  
in feudo vel maioratu per contractu, vel testametu,  
vel ex conuentione inuestiture, non poterit princeps eas  
leges vel conuentiones tollere, & foeminas habilitare  
in preiudicium agnatorum, non vrgete causa aliqua  
publice utilitatis, vt constat ex resposito eiusdem Cur-  
tij Iunioris conf. 138. num. 8. & ex omnibus supra cita-  
tis num. precedenti, quibus assentitur Soci. conf. 7. feu-  
dali, non enim potest princeps mutare contractus sine  
causa cap. 1. vbi docto. extra de proba. Iaso. in eisdem  
conf. feuda. conf. 8. num. 26. 28. 33. & 35. in fi. Soci. in eis-  
dem conf. conf. 10. num. 28. & 29. & 30. ita etiam expli-  
cat dom. D. Couarr. lib. 3. resolutio. cap. 6. num. 7. verfi.  
sextum fundamentum, & Marc. Salon Burg. in proe-  
mio legum Tauri num. 342. Ferdin. Vazq. Menchaq.  
lib. de successio num. creatione. 5. 1. num. 30. Greg. Lupi  
hoc idem voluit in maioratu quod princeps non pos-  
sit sine causa foeminas admittere ad successionem co-  
tra prohibitionem instituentis per contractum vel  
testamentum factum, quamuis fateatur contrarium in  
testamenti prohibitione esse de iure verius in l. 3.  
tit. 13. in glo. magna col. 8. verfi. succedit tamē puichra  
questio, par. 6. [ Ex superius traditis expenditur ve-  
ra & communis resolutio, quod princeps in his que  
sunt iuris positui potest sine causa preiudicium in-  
ferre iuri nondum quesito, sed quarendo: vt in iure  
adeundi, & successiois feudi ex consuetudine, non au-  
tem iuri quesito vel quarendo ex pacto, contractu,  
vel testamento, nisi ex causa publica utilitatis, & tunc  
ex plenitudine potestatis, vel per legem generalem, vt  
hic statuitur, vel per rescriptum, vt ex superius tradi-  
tis

is satis superq; constat, & traditur per Tiraq. de nobi-  
litate. c. 37. nu. 140. & Domi. a Soto li. 4. de iusti. & iu.  
q. 6. art. 4. Tho. Gra. decif. 67. nu. 9. Caye. in tract. 17. q.  
c. 12. Card. a Turrecre. in: c. venatoribus. 86. distinct.

L E Y. VIII.

¶ Como en los bienes de maiorazgo passa al successor llama-  
dado la posesion civil y natural.

¶ Ley. 45. de Toro: año de 1505.

¶ Mandamos que las cosas que son de  
mayorazgo, ahora sean villas o fortale-  
zas, o de otra qualquier qualidad que  
sean, muerto el tenedor del mayoraz-  
go, luego sin otro acto de aprehensio-  
de posesion, se traspase la posesion  
civil, y natural en el siguiente en gra-  
do, que segun la disposicion del maio-  
razgo debiere succeder en el: aunque  
aya otro tomado la posesion dellas en  
vida del tenedor del mayorazgo o el  
muerto: o el dicho tenedor le aya da-  
do la posesion dellas. f

G L O S S. I.

- 1 Lex civilis an inducere possit, vt possessio alicui quera-  
tur absque villo actu apprehensionis vero vel inter-  
pretatiuo & nu. sequent.
- 2 Possessio acquiritur per actus interpretatiuos, vt costi-  
tuti & reservationis vsusfructus.
- 3 Possessio quod queratur ministerio legis statuti, vel co-  
suetudinis absque villo actu fieri potest nu. 4. et seq.
- 5 Lex an valeat, qua expresse cauetur vt queratur pos-  
sessio absque villo actu? & deinceps.  
Dominium queritur ipso iure absque apprehensione  
vel traditione pluribus casibus, ibidem.
- 6 Lex possessionem transferens absque villo actu ita to-  
lerari potest sicut que per actus fictos constituti &  
similes transferentes eam tolerantur.
- 7 Lex civilis quomodo possit disponere super iure natu-  
rali & gentium?  
Legis nostre appensio, ibidem.
- 8 Possessio duplex est civilis & naturalis.  
Possessio an sit iuris vel facti, ibidem.  
Possessio acquiritur corpore & animo, ibidem.
- 9 Possessio civilissima vt queri possit absque villo actu  
fingit lex traditione interuenisse, que non interuenit.
- 10 Possessio civilissima successorum maioratus ipso iure  
quasita mortuo possessore vera possessio est non ficta.  
Fictionis locus non est in his que iuris sunt, sed in his que

- sunt facti, ibidem.  
Lex nostra appenditur, ibidem.
- 11 Fingitur a lege quod factum est, esse infectu & quod  
non est factum, factum fuisse quoad iuris effectus.
  - 12 Lex denique et. l. seq. ff. ex qui. caus. maio. explicatur.  
Fictio inductina cadit super facto, & quid in transla-  
tina, ibidem.  
Fictio contra veritatem facti fit quoad effectus iuris  
inducendos, ibidem.
  - 13 Fictio inductina quomodo procedat in his, que habet  
mixturam iuris & facti.  
Legitimus filius esse fingitur propter bonam fidem alte-  
rius ex coingibus & quomodo hoc intelligatur, ibi.
  - 14 Lex non potest facta naturalia vere mutare, sed quo-  
ad effectus iuris civilis potest super eis fingere.  
Lex. 2. ff. de vsu. ear. rer. que vsu consu. optime expli-  
catur ibidem, & nu. sequent. maxime. nu. 20.  
Vsusfructus est iuris & a iure civili inuentus, ibidem.
  - 15 Vsusfructus pecunie & rerum que vsu consumuntur  
quomodo esse possit?
  - 16 Vsusfructus pecunie & rerum que vsu consumuntur  
quare quasi vsusfructus appellerur.  
Pecunia vsus vel vsusfructus si legetur idem est, ibi.
  - 17 Ciceronis locus explicatus contra Alciatu.
  - 18 Vsusfructus pecunie aduentitia quomodo ad patri-  
mi. pertineat? num. 19.
  - 20 Vsusfructus pecunie ius non est fictum sed verum,  
secus in ipso pecunie vsusfructu.
  - 21 Possessionis factu hoc est, traditio vel apprehensio fin-  
gitur interuenisse, sed non ius ipsum possessionis.
  - 22 Stipulatio iuris est, sed in ea fingitur quandoque factu  
hoc est interrogatio & responsio.
  - 23 Possessionis in acquisitione per actus interpretatiuos  
vt constituti & similes, quare lex eos actus requi-  
rat, et in specie legis nostre nullus actus requiratur.  
Maioratus successor cui possessio queritur ipso iure an  
possit postea animum declarare? ibidem.
  - 24 Possessio civilissima an queratur infanti vel furioso.  
Lex supplere non potest defectu naturalem, ibi.  
Hereditas infanti queritur licet animi declarationem  
aditio exigat, ibidem.
  - 25 Lex. 3. in principio. ff. de acq. posse. explicatur.  
Possessio earum partium fundi que corporaliter non  
appreheditur, fingit lex absque villo actu vero vel  
interpretatiuo, quod fuerit apprehensa, ibidem.  
Voluntas furiosi vel infantis per tutorem vel curato-  
rem declaratur, ibidem.

Luego sin otro acto de aprehension de posesion. Nota  
tex. singularem, quod lex potest introducere, vt quan-  
doque possessio acquiratur absque villo actu apphe-  
sionis vero vel interpretatiuo: & non modo civilis, ve-  
rum & naturalis quoque, de quo erat magna contro-  
uersia inter doctores: quidam enim asserbant hoc le-  
ge fieri minime posse, vt pote cu aduerfetur iuri natu-  
rali,



rali, quo actus naturalis apprehensionis exigitur ad acquirendam possessionem, vt in l. 1. in prin. & l. 3. ff. de acq. poss. l. ea que ciuilitur. ff. de acq. rer. domi. l. 1. & 2. tit. 30. de acq. poss. par. 3. At naturalia iura non potest mutare princeps per scriptum vel legem. sed naturalia in sti. de iure natu. gen. & ciui. & hunc nature actum legis dispositio inducere nequit arg. l. 2. ff. de vsuf. caru. re. que vsu cofu. [ Debet ergo interuenire ad translationem vel acquisitionem possessionis actus verus apprehensionis vel saltem interpretatiuus, veluti per constitutum. l. quod meo. ff. de acq. poss. vel per retentionem vsufuctus, vt in l. quisquis. C. de dona. & alius similis, de quibus late & bene agit Anto. Go. in l. 45. Tauri. v. n. de hęc lex sumpta fuit a nu. 45. vsq; ad numeru. 95. V. demus etenim dominiu facile acquiri absque vlla traditione, & non possessione, vt in l. cu duobus, alias incipit, si fratres. §. idem respodit. 2. ff. pro socio. l. 47. ti. 28. de acq. reru domi. par. 3. l. cu heredes. ff. de acq. poss. l. in rebus. C. de iure dot. Quare videtur per legem vel consuetudinem induci non posse, vt sine aliquo actu vero vel ficto apprehensionis possessio queratur, quod & voluit Bal. in l. 1. in prin. nu. 1. C. com. de lega. loā. Bap. a Castellio. in disputatione in cip. magnificus & excellens col. 3. versu. 3. etia notabiliter, & Math. Affli. decif. Neap. 239. prope finē, Fran. Aret. in l. 1. in prin. nu. 23. ff. de acq. poss. Did. Segur. in l. que admodu nu. 10. ff. eo. tit. Vbi tamē limitat hoc procedere, vbi lex vel statutum expresse dixerit, quod possessio in aliquo casu queratur ipso iure absque aliqua apprehensione vera vel ficta, quandoquidē princeps vel lex nihil possint contra ius naturale disponere sine causa, vt plenē traditur per Bar. & docto. ia. l. 1. ff. de constituto. pecu. [ Verum his non obstantibus contraria sententia, imo quod possessio naturalis aliquo casu queratur absque vlla apprehensione vera vel interpretatiua, est cum verior, tū receptor, quā tenuit idē Bal. sibi, vt saepe assolet, cōtrarius in l. 1. col. 1. & ibi quoque Ang. C. de acq. poss. idē Bal. in l. vlt. nu. 8. C. de sacros. eccl. Ang. Ino. & ceteri in l. q. vniuersas. §. itē quod a mari. ff. de acq. poss. Pet. de Anca. in c. 1. in 2. notab. per illū tex. que dicit sing. extra de dolo & contumacia. Guill. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo mortuo itaq; testatore. 2. nu. 71. & seq. extra de testamē. Fran. Rip. id asserēs in consuetudine Fracīę qua mortuus fuit heredē viuū, li. 1. refponforū. c. 1. nu. 80. Ant. Rube. in l. nō solū. §. morte nu. 57. ff. de no. op. nun. Lud. Rom. in l. 1. in prin. nu. 22. & ibi Claudi. nu. 29. & Ripa nu. 37. de acq. poss. hęc attestates receptorē, & Iaso. in l. 1. nume. 7. C. com. de lega. Alex. conf. 24. nu. 2. li. 3. Bertachi. in tracta. de episco. li. 3. par. 1. nu. 78. Tiraq. aut quisquis is est, alios plures referens idē tenentes, in tracta. le morte fuit ite vis in prefatio. declaratio. 6. num. 5. & sequētib; vbi hanc sententiā verisimā & intrepidē asserit esse tenēdā, Anto. Go. in d. l. 45. Tauri nu. 111. & ibi Gom. Arias nu. 7. & 8. hęc dicēs comunē. d. D. Couar. lib. 3. variarū resolutio. c. 5. nu. 6. versu. ceterū, Rode. Xua. in l. 8. ti. de las herencias li. 3. fori nu. 15. & pluribus seq. Callā. in consue. Burg. rub. 7. §. 1. cartha. 237. col. 3. nu. 15. vbi plures enumerat casus, in quibus transfertur possessio absque apprehensione. Gre. Lupi in l. 6. glo.

pen. tit. 30. de aqui. posse. par. 3. Did. Perez ad Segurā in d. l. quemadmodu nu. 103. vbi cōgerit alios plures casus. ff. de acq. poss. Mol. li. 3. de Hispa. primog. c. 12. nu. 15. & 19. & oēs vbiq; [ Mouentur per tex. in l. raptors. C. de episco. & cleri. ibi plenā possessionē earū dem rerū nostro habeat beneficio, qui non est alibi secundū Bar. & Paul. ibidē, ad idem est alius tex. & quidem nō obscurus, in l. si adoptaero. ff. de preca. vbi qui precario possidet, si se ad arrogandū prębuerit bonorū suorū possessio transit in arrogante ipso iure absque vlla apprehensione, que tex. ita intellexit Bal. in l. si paterfami. in princ. 3. lectura. ff. de adoptio, & Ang. in l. qui vniuersas. §. itē quod a mari. ff. de acq. poss. Tiraq. in d. tracta. le morte in prefatio. declara. 6. nu. 8. ex quibus & alijs ibi per eum traditis expeditur, legē efficere posse, vt possessio in aliquē trāseat absque vlla apprehensione vera vel interpretatiua, eademque potestatem tribuit consuetudini nu. 11. lex etenim & consuetudo partes sunt iuris ciuili. l. oēs populi. ff. de iusti. & iu. l. de quibus. ff. de legi. [ Nec admittit idem Tiraq. concordia Aretini in d. l. 1. nu. 23. ff. de acq. poss. cui accessit Cassa. in consuetudi. Burgun. tit. de successione. §. 1. gl. 1. col. 2. & Did. Segura, co tacto, in d. l. quemadmodu nu. 10. ff. de acq. poss. q. si statutū simpliciter dicit, q. possessio intelligatur trāslata in heredē, possit tolerari & valeat, quandoquidē per verba hęc non excludatur, quin videatur transferri possessio per actum fictum, id est, per fictam traditionem vel apprehensionem vbi autem statutum expressum disponeret, quod transferatur, vel acquiratur possessio nullo actu vero vel ficto interueniente, non valeat statutum, eo quod acquisitio possessionis sit de iure gentium, quo statutum est, vt acquisitio possessionis fiat per actū naturā, vt in iurib; supra cad. citatis nu. 1. Quare inquirunt, cōtra ius gentium principem disponere non posse, vt plenē tradunt Bart. & docto. in l. 1. ff. de constituto. princip. minus ergo id poterit statutū vel consuetudo, que est irrationabilis si quidquam disponit contra substantiam actus. c. 2. de consuetud. li. 6. Cui obiectioni respodet Tiraq. in d. prefatio. tractatus le morte declara. 6. num. vlti. per hanc distinctionem, non tam legem rebus imponere quā verbis, atque ideo eam nuncupatim improbare ait Claudium Aquensem in l. 1. nume. 29. & sequē. ff. de acq. posse. nam licet possessio sit iuris gentium, non tamen est inconueniens, quod modus acquirendę & retinendę possessionis sit de iure ciuili, quod ipse probat ex eo quod de iure gentium etiā est, vt dominia querantur per traditionem & apprehensionē rei, & non aliās, vt notatur in d. l. 1. ff. de acq. posse. & tamē multi sunt casus, quibus iure ciuili dominiū queritur ipso iure absque possessione vel traditione seu apprehensione, vt in l. vlti. C. de sacros. eccl. & alijs cōgestis a gloss. & doctoribus in l. traditionibus C. de pact. [ dom. D. Couarruias lib. 3. resolutio capit. 5. numero. 6. versu. & pręterea, refutans Aretini opinionem & distinctionem inter actus apprehensionis fictos, seu interpretatiuos, vt constituti, & retentionis vsufuctus, & traditionis clauium, & instrumenti, & similes, & inter acquisitionem possessionis nullo actu interueniente vero vel ficto assererat esse com-

commentitiam & futilem distinctionem. Nam si iure naturali actus occupationis & corporeus apprehensionis rei necessarius est, nec huic legi humana constitutio derogare valet, leges omnes possessionem ex his actibus fictis transferentes, nullę etiam erunt & inuoluntate: cum ipsi actus a legibus probati non pertineant ad corporalem rei apprehensionem & occupationem: nec per vllum ex his actibus sit satisfactum legi naturali. Quare inquit Couarru. eadem ratione qua sustinentur leges transferentes possessionem ex actibus fictis, sustineri debet, que nullo actu vero vel ficto pręcedente possessionem ex aliqua causa transferri precipiunt. Sed nullam aliam rationem reddit, quare hoc fieri possit. [ Aliter etiam respondet Antoni. Gom. in l. 45. Tauri num. 111. versu. sed salua tantorum viro- rum pace, dicens quod illa vera naturalis apprehensio & rei insistentia erat de iure naturali, atque eō iure illa debebatur possessio, iure autem ciuili positiuo, possessio est quoddam ius intellectuale in corporeū acquisitum in re, ex quo plures resultant iuris effectus: quo fit, vt legi ciuili liceat absque vllō corporeo vero actu vel ficto possessionem trāsferre. Sed quare hoc facere possit & quomodo nō aperit nobis Gomezius nec alius ex superius citatis. Quare aliter respondet dicens, quod licet modus querendę possessionis sit inuentus de iure naturali vel gentiū, nulli tamen dubium est, quin lex positiuā & ciuili possit super eo disponere modificando, distinguendo, addendo, vel detrahendo, ex doctrina Innocenti in cap. quę in ecclesiariis in fine de constitu. quom ibi sequuntur Panor. & ceteri interpretes & in cap. vlti. de consuetu. Bar. in l. omnes populi nu. 22. & ibi late Moderni. ff. de iusti. & iure quare nimirum si lex ciuili simpliciter & absolute possit ipso iure transferre possessionem absque vllō actu corporeo vero vel ficto, verum hęc resposio eodem morbo laborat, quo & alie. Quapropter ipse idem Gomez. ibidem versu. vel aliter & tertio, aliter satisfacere conatur huic obiectioni Aretini dicens ius naturale esse immutabile quando necessitate inducit vel obligationem ex insistentia nature vel ex gentium determinatione, vt educatio sui ipsius vel filiorum, & pastorum obseruatio, alterum nō ledere & similia, vt in d. §. sed naturalia insti. de iure natu. & in §. ius autem ciuile versu. quod vero naturalis eo. tit. quando autem necessitate aut obligationem non inducunt, sed sunt mere voluntaria, vt apprehendere vel possidere rem aliquam, nō est immutabile, sed lege ciuili tolli potest, quare hac in specie lex nostra disponere potuit, quod absque vllō actu vero vel ficto possessio transferatur in successorem maioratus. Nec fugit actum aliquem apprehensionis pręcessisse, quod pręfereunt verba legis nostre, sin otro acto de apprehension, supplet Anto. Gom. vero vel ficto. Sed hoc non credo indistincte esse verum, nisi intelligas nullum actum verum interuenisse, nec fictum, vt constituti vel retentionis vsufuctus vel similem: nam vt lex ista procedat necessario requiritur, vt aliquid facti interuenisse fingatur. [ Quo circa aliter, iudicio meo, poterit satisfieri his que pro opinione Aretini adducuntur, negare siquidem non possumus duplicem esse possessionem, alterā

ciuilem, alteram verō naturalem, vt communi consensu resoluunt fere omnes in l. 1. ff. de acq. poss. cum concordantibus per Ferdi. Vaz. traditis in lib. de successio. creatione. §. 21. num. 108. & nos habemus legem regni nostri hoc explicantem in l. 2. tit. 30. de acq. posse. par. 3. & in lege nostra. Negare etiam non possumus possessionem naturalem actum requirere corporeū ad eius acquisitionem, vt constat ex legibus superius citatis, sed si consideramus effectus possessionis tū ciuili tū etiā naturalis, oēs sunt a iure ciuili inuenti, vt fructuū acquisitionis, pręscriptionis, & pręterea interdicta omnia quę possessoribus cōpetūt: & effectus sunt iuris ciuili. Ex quo fit, possessionem iuris esse postquam est quę sita, est que ius possessionis in corporeū indiuisibile, & non factum, vt in l. peregrę post principium, ibi ius possessionis. ff. de acq. poss. antea vero quā possessio apprehendatur dicitur facti, quia actus verus vel fictus per quem possessio apprehenditur nō est possessio, sed merum factū, vt in l. 1. §. adipiscimur, ibi eā rē facti nō iuris esse. ff. de acq. poss. & in §. si vir vxori ciuile legis ibi quoniam res facti. l. in bonę fidei. §. in cōtrariū, ibi, illud ad factum pertinere. ff. de acq. rer. domi. cū alijs ab Anto. Gom. congestis in d. l. 45. Tauri nume. 17. in fi. & num. sequenti. ibique refert doctores qui in l. 1. ff. de acq. poss. hęc sequuntur opinionē, & non solum actus corporeus exigitur ad querendā possessionem, sed & animus quoque, vt in l. 3. in prin. & in l. que admodu. ff. de acq. poss. & in l. 6. tit. 30. de acq. poss. par. 3. cum alijs, et eundē Gomezium traditis in d. l. 45. Tauri nu. 32. [ His suppositis ius ciuile disponere potest de effectibus ab eo possessioni accommodatis ad libitū, quia possessio iuris est, & eius quoque effectus, potest itaq; effectus possessioni naturali accommodatos, possessio in ipso iure absque actu apprehensionis quę sitę tribuere, eamque naturalem appellare, quia effectus naturali attributos ei tribuit, tāquā de re propria disponēs. Sed quia sine facto nō potest queri possessio naturalis, fingit factum, hoc est, traditionē vel apprehensionē pręcessisse, vt quoad effectus eiusdē iuris ciuili, possessio naturalis appellari possit, fingit similiter animum interuenisse, qui in facto consistit vt in l. bonę fidei. §. in cōtrariū ff. de acq. rer. domi. sed hic animus postea veniet declarādus, vt infra subiiciā nu. 25. [ Sic & in specie de qua agim; lex nostra inducit possessionē ciuili simā, que successori maioratus queritur ipso iure mortuo possessore absque vlla apprehensione: que iuris est, sicut & alia quęlibet possessio, quia eius effectus a iure sunt inducti, atque ideo non ficta sed vera possessio est, vt in c. contingit de dolo & contumacia. & ibi docto. notant & in l. certe. §. 1. ff. de precar. prout ex communi sententia resoluit Tiraq. in d. tracta. le morte. §. par. declara. 1. & melius in libro de constituto. d. 1. par. ampli. 1. & Anto. Gom. in l. 45. Tauri nu. 111. versu. & in tantum est verum, Fer. Vaz. Mencha. de successio. num creatione. §. 21. nu. 110. & nos quoque supra hoc eodem lib. §. tit. 1. de matrimonio in glo. i. rubricę nu. 119. Vereque & non per fictionem introducitur: quoniam in his que iuris sunt, lex non indiget fictione, cum verē ea possit introducere, cessaret enim æquitas que potissimum in fictione exigitur. l. denique. l. nec vtile

utile. l. sciendū. ff. ex qui. cau. maio. & latē probauit in d. glo. rubr. nu. 117. Alterū vero, quod ad factum pertinet, nempe actus corporeus apprehensionis a quietate & ratione suadēte fēte à lege inducitur, fingit itaque lex mortuo maioratus possessore, illico apprehensam fuisse rerū possessionē per eius successorē, & rerū traditionem interuenisse, eiq̄ue querūtur effectus omnes ex possessione vera resultātes, hoc est, interdicta possessoria, etiā si alter post mortē possessoris bona maioratus occupauerit, atque etiā si alij possidēs maioratū in vita possessionē tradiderit, quoniam iniuste tradidit, nec successori potuit inferre prejudiciū: neq; vltra tēpus vitæ possessoris potuit effectū habere traditio possessionis ab eo facta, quare exquisimū fuit hoc factū fingere, quod mortuo possessore sibi tradita fuerit possessio per iudicē, vel p̄ ipsummet successorē apprehensa, & hoc præferunt verba legis nostræ, sin otro acto de apprehensio de possessio, quasi dicat absque alio actu apprehensionis, præter eum qui à lege fingitur interuenisse, hæc enim dictio alius supponit aliū simile actū apprehensionis præcessisse: est enim repetitiua similitū implicatque casus nō maiores expressis sed vel minores, vel equales vt in. l. quidā relegatus ff. de reb. dub. & ibi notat Soci. nu. 2. & 8 glo. in. l. nō solū. §. queritur. ff. de procura. [ Cōuestitur hæc sententia quia lex fingit traditū pro nō tradito vt in. l. si me in vacuā. ff. de acq. poss. ex quo id expendit Bar. in. l. 1. §. si vir vxori post prin. eo. ti. & Phil. Deci. cōf. 467. in fi. si ergo lex facit vt vere traditū pro nō tradito habeatur, multo magis facere potest, vt quod vere traditū nō est pro tradito habeatur, potest itaque lex fingere factū nō esse quod factū est, sed id nō p̄ veritatē vt in. l. in bello. §. facte. ff. de capti. & post lim. reuer. quod pluribus similibus & rationibus probat Tiraq. in li. de cōst. par. 3. lim. 7. nu. 2. in fi. 3. & 4. & deinceps. Potest autē lex vel legislator facere, vt pro non facto habeatur quātū ad iuris effectū, vel ipsius rei validitatē, vt in. l. rubemus nulli. §. 1. in fi. ibi, ea quæ contra legē facta sunt, pro infectis habēda sunt. C. de sacros. eccles. & in. l. nō dubiū ibi, nō solum inutilia, sed etiā pro infectis habēantur, & ibi notant Bar. & docto. C. de legi. & in auth. de nō alie. reb. eccle. §. 1. ver. si vero minus, ibi, & pro nō facto ponit, vbi glof. supplet, quātū est de iure, sed factū ipsum infectū fieri nō pōt, cū concordan. per Tiraq. traditis. d. 7. limi. nu. 44. & sequētib. Sicuti & ex cōtrario potest lex facere, vt nō factū pro facto habeatur. l. si qua mulier. C. ad Vel leya. cap. is qui fidē de sponsal. quamuis non possit facere verē vt non factum sit factum, vt in plurimis iuris speciebus probat idem Tiraquell. in. d. libro de constituto. 3. part. limi. 7. numero. 46. & sequentibus, Paul. Paris. conf. 93. numero. 18. lib. 4. [ Quibus non oberit tex. in. l. denique & l. sequen. ff. ex qui. caus. maio. ibi possessio plurimum facti habet, causa verō facti non continetur postliminio: ecce ibi dicit lex. fingi non posse traditam fuisse possessionem, quæ vere tradita non fuit, quia respondeo ibi iurisconsultum agere de fictione translatiua, quæ duo exigit extrema habilia, extremum scilicet à quo fictio incipit, & alterum extremum ad quod ipsa fictio pro tenditur, ibi etenim deficiebat habilis extremi à quo,

quia non possidebat eo tempore quo ab hostibus reuersus fuit, vt ab eo tempore ad tempus quo captus est fingeretur possidisse, vt vsucapio procederet, non enim erat extremū a quo habile in essentia, cum eo tēpore non possidebat, atque ideo vsucapere non poterat ob defectum possessionis cap. sine possessione de regu. iur. in. 6. quare dicit ibi tex. causa verō facti non continetur postliminio, ita hæc explicat Bar. in. l. si is qui pro emptore numero. 3. 4. & 6. ff. de vsucapio. Nos autem loquimur in fictione inductiua, quæ fingit super his, quæ sunt facti, nempe natum esse seu pro nato haberi, qui natus non est. l. qui in vtero. ff. de statu homi. Fingit etiam viuere qui mortuus est ascendisse capitolum, qui non ascendit, vt tradit Bart. in. d. l. si is qui pro emptore num. 27. Eodem modo dicere possimus legem nostram fingere traditam fuisse possessionem rerum maioratus vero & legitimo successori statim mortuo possessore, quoad effectum enim iuris lex fingere potest contra veritatem facti, vt in. l. denique ff. ex qui. caus. maio. A ff. l. decif. 299. num. 6. & Tiraq. vbi supra. [ Confirmatur hæc sententia, quia in his quæ mixturam habent iuris & facti, quia ad eorum productionem factum simul requiritur & ius, quod iuris est, introducit lex sine fictione, quod autem pertinet ad factum, non potest absque fictione induci, atque ideo lex fingit factum illud præcessisse, vt actus iuris, quem inducere vult, habeat effectum ei ab eodem iure concessum, hæc est doctrina celebris & communiter recepta Bar. in. l. si is qui pro emptore numero. 42. & numero. 29. & 32. ff. de vsucapio. exempli loco, aliquem esse filium legitimum vel non est meri iuris, mixtū tamen habet aliquid facti. præcedere siquidem debet verum matrimonium, vt filij legitimi efficiantur cap. quod nobis cap. causam quæ 2. capit. lator qui filij sint legitimi. capi. tuam de ordi. cogni. §. 1. in l. de patr. potes. l. 1. tit. 13. de filijs legitim. part. 4. Vbi autem præcessit matrimonium inualidum ratione alicuius impedimenti lex fingit, propter bonam fidem alterius ex coniugibus, validum fuisse, nullumque interuenisse impedimentum, quod est facti, hæc sublatio impedimenti inducitur per fictionem, quod verō filij sint vere legitimi verē introducitur non perfictionem, vt in capit. ex tenore & cap. peruenit qui filij sint legitimi. l. 3. titulo. 3. part. 4. l. 1. titulo. 13. ead. part. vt latissimē probauit supra hoc eodem libro titulo. 1. de matrimonio in gloss. 1. rubricæ numero. 120. & 116. & sequentibus. [ Præterea regula generalis est, quod ea quæ naturalia sunt, & in facto consistunt, licet effectum habeant civilem, lex non possit ita mutare, vt mutata vera efficiat, potest tamen super eis disponere per fictionem, in his vero quæ iuris civilis sunt, licet habeant mixtum factum potest lex disponere vere & nō per fictionē, licet quod attinet ad factum, per fictionem facere possit, ingerendo quod factum est infectum fuisse, & quod non est factum fuisse factum, non aliās quod probatur in. l. 2. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consu. & in. §. constituitur insti. de vsufruct. verba legis. 2. hæc sunt: hoc senatuscōsulto nō id effectū est, vt pecuniæ vsufructus propriè esset. Neq; enim naturalis ratio

author

authoritate senatus cōmutari potuit, sed remedio introducto caput quasi vsufructus haberi. Et vt eius legis sensum rectē percipiamus, præmittendū est, vsufructum ius esse, quia à iure civili inuentus, vt in. l. 1. ff. de vsufr. & in. l. 1. in fi. ff. de rer. diuisio. & §. 1. in l. 1. de reb. corpo. & incorpo. Bar. in. l. si is qui pro emptore nu. 31. ff. de vsucap. Præmitte etiam quod vsufructus est ius alienis vtendi fruentique rebus salua rerū substantia, estque ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, vt in prin. insti. de vsuf. [ Cōstat etiam vsufructum, non posse constitui in pecunia, nec in alijs rebus, quæ vsu consumuntur, quandoquidem pecuniæ naturaliter fructus non sit, nec aliarum rerum salua esse possit substantia, cum tempore minuuntur vel consumantur. Præterea pecunia, & cætere res quæ vsu consumuntur, propriè sunt ipsius vsufructuarij, quod alienum est ab vsufructu, quippe qui in rebus consistat alienis, vt constat ex prin. & §. constituitur propè finem, insti. de vsufruct. Sed nihilominus, vtilitatis causa, senatusconsultum censuit posse etiam earum rerum vsufructum legari, vt tamen eo nomine heredi vtiliter caueatur, itaque si pecuniæ vsufructus legatus sit, ita datur legatario pecunia, vt eius fiat, & legatarius satisfat heredi de tāta pecuniæ quātitate ei restituēda, si morietur aut capite minutus fuerit, quanta ei legata fuit. Cæteræ quoque res quæ vsu consumuntur, ita legatario traduntur, vt eius fiat, sed ab eo cautio desideranda est, vt quādoquē is mortuus aut capite minutus sit, eiusdem qualitatis res aut estimationis heredi reddat, vel estimatis rebus certę pecuniæ nomine caueatur, quod & commodius est, vt in. d. §. constituitur, & in. l. si tibi. ff. de vsuf. car. rer. quæ vsu consu. [ His suppositis, duplici ex causa vsufructus à iure ipso hac in specie per fictionem introducitur, vel quia lex civilis non potuit rationem naturalem verē mutare, non enim potuit efficere, vt fructus pecuniæ esset, fecit ergo per fictionem, vel vt inquit Bar. in. d. l. si is qui pro emptore nu. 30. & 31. Vocauit iurisconsultus vltimū pecuniæ quasi vsufructū, ne repugnaret regulis ab ipso iure traditis vsufructui. Repugnat enim iuri vsufructus, quippe cum esse non possit salua pecuniæ substantia, vel rei quæ vsu cōsumitur, repugnat etiā, quia pecunia effecta est propria ipsius vsufructuarij, quomodo ergo vsufructū quæ rei suæ habere pōt? & res sua subimet seruire? Quo factū est, vt nō verē vsufructus pecuniæ, vel rei quæ vsu cōsumitur appellari possit, sed ad instar vsufructus, quasi vsufructus appellatur, vt ab ordinario vsufructu distinguatur & cognosci possit. Non diffiteor hoc nomē vere induci posse ab ipso iure civili, vel alio nomine nempe vsus appellari, sed id facere noluit, sed per cautionē quasi vsufructū constituit. Nec differt hac in specie, vsus nē an vsufructus pecuniæ legetur, quoniam in vtroque casu idē iuris est, vt ex Iuliano & Pōponio Vlpianus probat in. l. hoc senatusconsultum. §. vlti. in fi. ff. de vsuf. car. rer. quæ vsu consu. Ex quo infertur nullam esse vim in nomine. Constat etiam non esse verē vsum nec vsufructum, & hoc voluit sentire Cicero libro Topicorum, quem ad Trebatium iurisconsultum scripsit, non debet, inquit mulier cui vir bonorum suorum vsufructum legauit cellis vi-

licentia vinculata sunt, nam que absque eius licentia sunt restitutioni subiecta & vinculo attracta non dicuntur maioratus, & ex hoc fundamento arguit ut per eum videre licebit. Verum doctissimus & notratum primas, d. D. Couarru. lib. 3. variar. resolu. c. 5. nu. 6. contrariam amplectitur sententiam, & licet Ioan. Lupi in d. l. 45. Tauri in fine dubitauerit, securè attestatur frequentiori calculo in praxi receptum esse, legem nostram etiam obtinere in maioratibus propria auctoritate, iure permittente, priuatim institutus. Negatque Antonij Gomezij fundamentum in effectu, licet ipsum non viderit, asseritque maioratum absque principis licentia institutum proprie dici maioratum nam in eo succedit maior & primogenitus, quod factis esse asseuerat ut maioratus dici valeat: & in qualunque materia etiam si odiosa sit & correctoria, propriam significationem admitti, l. c. lege, & ibi Aretif. de testament. lex ergo nostra in huiusmodi maioratum nimirum procedit, quod probat Moli. lib. 1. de Hispano. primoge. c. 1. nu. 26. [ Cui addere poteris maioratum legibus nostris appellari eum, qui absque licentia regis sit, ut in l. 2. supra co. & ibi dixi in glo. 1. & in l. 11. titu. 6. de meliorationibus supra hoc libro. 5. ubi etiam adnotaui in glo. 1. & in l. 1. in glo. 1. nu. 1. & glo. 3. supra cod. idem voluerunt Dida. Castelli in l. 27. Tauri in verbo para siempre, & ibidem Ioan. Lupi nu. 77 & Telli Fernand. num. 2. & Gomez Arias nu. 59. Grego. Lupi in l. 2. tit. 15. de primogenitis regis Part. 2. glo. 1. in fin. Ferdi. Vazq. de successio. creatio. §. 26. nu. 95. & 96. d. D. Couarru. lib. 3. resolu. c. 5. nume. 4. versi. verum Iustitiani Anto. Gomez sibi contrarius in l. 40. Tauri nu. 36. Moli. dict. c. 1. nume. 25. si ergo maioratus appellatur, quid ni constitutioni nostræ, ut in successorem transeat possessio absque vlla apprehensione, locus non erit? Et tum potissimum cum eadem ratio militet in vtroque maioratu, cum regia licentia vel sine ea factis, que est, ut melius res vinculo maioratus submissæ constructure: ut rectè aduertit. d. D. Couarru. d. c. 5. nume. 6. ubi citat alium authorem grauem hoc idem asserentem, nempe Roderi. Xarez in signi eruditione predictum allegatione. 19. versi. præterea omnia ista: qui bus libenter accedo, tum propter eorum auctoritatem tum etiam propter rationes superius traditas, ex quibus constat corrucere argumenta Antonij Gomez, ut pote que falso fundamento subnixæ, & ab eodem authore alibi, ut dixi reprobato.

GLOSS. IIII.

- 1. Maioratus successoris ut possessio que ritur statim mortuo possessore, que requirantur. Qualitas si à lege exigitur imprimis de ea constare oportet, ibidem.
- 2. Maioratus in successorem etiam ignorantem transit possessio ipso iure mortuo prædecessore. Legis nostræ intellectus, ibidem.
- 3. Que segun la disposicion del mayorazgo deniere succeder en el. Ex his verbis notat Ioan. Lupi in l. 45. Tauri

ri, vnde hæc sumpta fuit, duo exigi ut in successorem maioratus transeat possessio mortuo possessore. Primum, quod res ille sint maioratus. Secundum quod is qui pretendit in se traslatam fuisse ipso iure possessionem benorum maioræ, absque vlla dubitatione sit vocatus ad maioratum post mortem possessoris, de quo ait ante omnia constare debere plenè ac integrè: quia quoties à iure aliqua exigitur qualitas ad essentiam actus, de ea plenè constare oportet ante omnia, ut in l. diuus & l. Titius. ff. de testa. mili. & ibi notat Bar. & alij & in l. diuus. ff. de re iudi. l. si queramus. ff. de testam. l. non ignorat & ibi Bal. C. qui accusa. non poss. cum concordantijs ab eodem Ioan. Lupi traditis ibi nume. 2. & 3. ubi resoluuit de his qualitatibus debere constare, siue nullus subsit aduersarius, siue ad sit & tunc eo citato & causæ cognitione adhibita, ut in l. hæc autem §. non defendi pupillum, ibi hoc autè constare debet, & ibi notant docto. ff. ex qui. caus. in poss. eatur. l. vlti. C. si per vim vel alio modo. [ Sed iudicio meo lex semper est certa de vero successore, quare illico mortuo testatore transit possessio in eum, qui verè vocatus est, licet ipse ignoret esse vocatum, vel prædecessorem mortuum, ut Anto. Gomez probat in d. l. 45. Tauri nume. 11. versi. 4. in tantum, quemadmodum & in alijs iuris speciebus fit, ut ibi ipse tradit, & Moli. de Hispano. primoge. lib. 3. ca. 12. num. 24. Quare necessarium non est de hoc constare, nisi in eo dumtaxat casu quo inter duos contenditur super rebus ipsius maioratus vel super successione ipsius, & quamuis longo tempore post mortem possessoris verificetur, quis sit verus successor, ab eo mortis tempore incepit possidere, non à tempore sententiæ seu declarationis, ut constet ex lege nostra. Nullo siquidem tempore vacare dicitur possessio, quare qui eam apprehenderit cum non sit verè successor, dicitur vim facere, atque ideo competit interdictum recuperandæ, ut diximus supra cod. glo. 2. nu. 12. & sequen.

GLOS. V.

- 1. Possessio civilissima ipso iure transfertur in heredem mortuo testatore ex consuetudine Franciæ, nisi alio sit occupata possessio.
- 2. Fictio in præiudicium alterius non procedit.
- 3. Possessio civilissima an impediatur, si post mortem testantis ab alio fuerit occupata?
- 4. Possessio civilissima transit in heredem licet ab alio fuerit occupata post mortem testatoris, sed non ob id propria auctoritate hæres auferet rem ab alio.
- 5. Maioratus & Indorum commendæ possessio transit in successorem ipso iure etiam si post mortem vel in vita prædecessoris ab alio fuerit res occupata, secus in consuetudine Franciæ. & nu. 6.
- 6. Possessio civilissima non est eadem, quam de iunctus habebat, sed alia.
- 7. Maioratus possessio quibus casibus non transferatur in successorem mortuo possessore, & nu. 9.
- 8. Ad 5. Maioratus



- 10 *Maioratus bona an prescribi possint.*
- 11 *Prescriptio censetur prohibita, si alienatio absolute prohibetur & nume. sequen.*
- 12 *Consentire an dicatur is contra quem prescribitur. ibidem.*  
*Lex alienationis. ff. de verbo. significat. intelligitur. ibidem, & nume. sequen.*
- 13 *Lex Imperatores. ff. de iure fisci explicatur.*  
*Delinquens an dicatur consentire pœna, ibi.*
- 14 *Lex. 2. C. de vsucapio. pro emptorem, & nu. praece.*
- 15 *Lex Stichio. ff. de vsufr. leg. explicatur.*  
*Prescriptio longi temporis an impediatur per testatoris vel legis prohibitionem alienationis, ibi.*
- 16 *Lex fin. §. sed quia & §. seq. explicatur.*
- 17 *vsucapio an sit necessaria alienatio.*
- 18 *Litigiosa res an vsu capi possit.*
- 19 *Alienatione prohibita cum modificatione vsucapio prohibita non censetur.*
- 20 *vsucapio decenij prohibetur prohibita alienatione, ita quod nulla esse censetur, sed non vsucapio longissima.*  
*Prescriptione exclusa non censetur exclusa longissima, ibi.*
- 21 *Prescribi non potest longo tempore sed longissimo res alienari prohibita.*
- 22 *Prescribi longissimo tempore possunt bona aduentitia filij, non longo.*
- 23 *Maioratus bona quo tempore prescribatur. & nu. 24.*  
*Alienationis prohibitio expressa differt à tacita, ibi.*
- 25 *Maioratus prescriptio an noceat successori.*  
*Lex cum pater. §. libertis. ff. de lega. 2. intelligitur. ibidem.*
- 26 *Maioratus prescriptio an noceat successori heredi alienantis.*
- 27 *Maioratus prescriptio an noceat successoribus impugnatur noua opi. Pineli, & nu. 28.*
- 29 *Prescriptione an quaratur dominium.*
- 30 *Lex ubi resistit initio magis impeditur effectus.*  
*Prescriptio non currit impedito agere, ibi.*
- 31 *Maioratus bona iure regio an prescribantur.*  
*Lex nostra explicatur, ibi.*
- 32 *Possessio transfertur ex contractu nullo & non dominium, idem in alienatione rei maioris.*
- 33 *Maioratus res si ab alio alienetur, an longo tempore prescribatur.*
- 34 *Maioratus alienationi vel prescriptioni an consenti re dicantur successores & an ipsis consentientibus procedat.*
- 35 *Lex qui solidum. §. praedium. ff. de lega. 2.*
- 36 *Maioratus res an tempore immemoriali prescribantur contra successores.*

*del tenedor del maycrax go o el muerto.* Ex consuetudine Franciæ mortuo testatore statim transit possessio ipso iure in hæredem secundum Cyn. & docto. in l. ca. le gē. C. de cōdictio. ob caus. & alios per Tira. citatos in tracta. le morte fait le bif in prin. Quā tamē nonnulli limitāt vt procedat, quādo ab alio nō est occupata possessio ante aditionē hereditatis nā si ante aditā hereditatem ab alio fuerit occupata, non poterit ad heredem fictione legis transire, nec aliās nisi interueniente consensu aut factō illius, penes quem ea possessio est, vt in l. quamuis. ff. de acqui. posse. vt pluribus exēplis, & autoritatibus probat Tiraquel. vel quisquis sit, in tractatu le morte. 3. declaratione. 5. partis à nu. 1. vsque ad. 9. [ Quoniam lex non fingit in præiudicium alterius, cui ius est quæsitum. l. stipulatio de dote. ff. de iure doti. & l. insulam. §. vlti. ff. solu. matrim. glo. in. c. quia circa de priuileg. cum concord. à Tiraquel. ipso congestis lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 10. nu. 68. & in tracta. primigeniorum in. 34. quæstio. nu. 18. & nu. 7. & in rep. l. si vnquā in verbo susceperit liberos nume. 64. & in tracta. le morte. 3. declarat. quintæ partis nume. 5. & 6 cui opinioni confert plurimum glo. in. l. cum miles in verbo quasi coniunctim in fin. ff. exqui. caus. maio. de qua diximus supra eod. glo. 2. name. 15. ex quibus hanc opinionem sequuti sunt Signoro. Bal. Cuma. Iaf. Claudi. A quen. Alex. Barba. Calcan. Soci. Carol. Ruy. Deci. Fran. Curti. Iunior Matth. Afflit. Ioan. Bap. à Castelli. Anto. Corse. & Catellia. Cota. Zali. Sainxon. Paul. Pari. & Anto. Rube. in locis ab eodem Tiraquello citatis in. d. tracta. le morte. 3. declaratio. 5. partis nume. 7. Idem voluit Anto. Gomez in. d. l. 45. Tauri nu. 11. versu. præterea & 6. Molin. li. 3. de Hispano. primog. c. 12. num. 7. [ Ceterum à multis doctoribus contrarium probatur, imo quod possessio transeat in hæredem ex vi dictæ consuetudinis etiam si ante aditam hereditatem ab alio fuerit occupata, statim enim mortuo testatore quæsitā fuit possessio hæredi, nec vllō tempore fuit vacua, quare etiā si ab alio occupetur transire non desinit in dictum hæredem, vt diximus supra eo. glo. 2. nume. 15. factum enim legis potētius est factō hominis vt in hac specie hanc tenens sententiam, voluit Bald. consi. 454. ad fin. libr. 3. eandem opinio. tenuit idem Bald. in rub. extra de causa poss. & prop. nume. 13. Alex. consi. 82. nume. 4. lib. 2. & ibi Carol. Moli. qui inaduertenter Alex. reprehendit. cum ipse & Alex. idem asseuerent, Ioan. Fab in. §. sui insti. de hæred. quali. & disti. nume. 1. in fi. & Petr. de Ancarra. consi. 146. in princi. Imol. consi. 16. Fulgo. consi. 230. Iaf. consi. 85. col. vltima lib. 3. Masueri. de possessor. §. item dato quod ille. Iaf. consi. 146. col. 1. & 2. lib. 4. vbi attestatur ita fuisse iudicatum in senatu regio Mediolanensi aduersus quosdam fideicommissarios, qui propria autoritate occupauerant possessionem rerum hereditariarum Deci. consi. 84. nu. 1. versu. vltius circa hoc, & consi. 467. ad finem, Guiller. Benedict. in repe. c. Raynutius in verbo mortuo itaque testatore. 2. nu. 73. & nu. 77. Cassane. in consuetud. Burgund. rubri. 7. de successione. §. 1. gloss. item. 1. limit. §. in fin. & Nicola. Bello. consi. 35. nu. 8. Tira. qui ita asserit seruari in Francia in tracta. le morte. 3. declar. 5. partis nu. 9. & 14. Coua. lib. 3. refo. c. 5. nu. 6. versu. nisi velis probare

4 probare. Quæ opinio receptior est & verior. [ Nec obstat, tot doctores tenuisse primā opinionem, nam prior opinio procedit, vt licet alius occupauerit, ea tamen occupatio non tollat possessionem hæredi ab statuto delatam, sed id tantum facit, ne ipse hæres propria autoritate occupatorem illum deiciat, sed eo citato iudicem adeat, secundum Bal. in. d. rubr. de caus. poss. & prop. num. vlti. & Alex. d. conf. 82. num. 4. li. 2. Tiraq. d. tracta. le morte. 3. declara. 5. partis nume. 16. quod plerique ex prioris opinionis fautoribus asserunt. [ Quod proculdubio procedit in successore maioratus, hic etenim mortuo possessore quærit confestim possessionem ciuilem & naturalem, vt in hac lege statuitur, etiam si alius post mortem occupauerit bonorum maioris possessionem, cuius ratio est, quia is qui bona occupauit non inuenit possessionem vacante, quippe quæ erat apud successorem ex vi & dispositione huius legis, vt latè diximus supra hac eadē lege gloss. 2. num. 15. [ Quinimo etiam si ante mortem possessoris bona aliqua maioris fuerint ab aliquo occupata & possessa, non ob id desinit possessio eorum quæri ipsi successori ipso iure, absque vlla apprehensione, quoniam vsque ad vitā possessoris potuit possessio illa habere effectū, & nō postea, nō enim potuit prædecessor præiudicare successori, consentiendo, vt possessio bonorū maioratus alij queratur, vltra tēpus vite sue, at absque eius cōsensu nō potuit possessio in aliū trāsferri, vt in. l. 3. §. in amittēda & in. l. quæ admō dum. ff. de acq. poss. l. 6. & 12. ti. 30. par. 3. quare nimirū si talis cōsensus sibi tantū ad vitā suā, nō successori potuerit parere præiudiciū, atque ideo possessio eidē successori queratur statim mortuo possessore, etiā si prædecessor alij tradiderit, dum viueret, quod voluit Moli. li. 3. de Hisp. primog. c. 12. nu. 17. idē in cōmenda Indorum dicendū est eadē ratione. Secus autē est in cōsuetudine Franciæ, qua sine vlla apprehensione trāsferitur possessio in heredē, nā hoc intelligūt oēs, nisi in vita testatoris fuerit possessio rerū hereditariarū ab alio occupata, tūc etenim impeditur trāslatio possessionis in heredē, potuit siquidē testator in hoc inferre præiudiciū ipsi hæredi, nō solū in possessione, verum etiā in proprietate bonorū, cū ante mortē nullū effectū habebat testamētū, & nullū ius heredi cōpetebat, vt est notissimū. l. 4. ff. de adimen. lega. c. cū marthe de celebr. missa. & in specie dictæ cōsuetudinis hanc opinio nē tenuit Guil. Bene. in. d. rep. c. Raynutius in verbo, mortuo itaque testatore. 2. nu. 78. D. Couar. li. 3. refo. c. 5. num. 6. versu. quod si viuente, & Moli. vbi supra nu. 7. & 27. [ Ex quo inferitur, possessionem quæ acquiri tur beneficio legis nostræ successori maioratus, non esse eandem, quam defunctus habeat, sed aliam penitus diuersam, quippe cū hic nullam habeat prædecessor, alius enim eo viuō bona possidebat, vt in lege nostra dicitur, potuit etenim sibi dumtaxat præiudicādo amittere possessionem, & alij tradere, vt donēc ipse viueret possideret, cum igitur non possidebat, nō potuit possessionem quam non habeat, in successorē trāsferre, quo fit vt sit alia & diuersa possessio, quæ huius legis beneficio acquiritur successori maioratus quam ea quam defunctus habebat, quoniam mortis tempore non possidebat, ita ex lege nostra expendit

Anto. Gomez in. l. 45. Tauri, vnde hæc sumpta fuit numero. 114. & Greg. Lupi in. l. 7. tit. 4. de donatio. par. 3. in glo. 1. post medium versu. sed quid fuisse Moli. d. c. 12. num. 22. Ex quo constat non esse veram opinionē Bal. in. d. rub. extra de causa poss. & proprie. nume. 11 & in auth. defuncto. C. ad Tertulia. num. 6. quam quodammodo limitabat Zasius in epitome feudorum. 6. par. num. 32. & Tiraq. in tracta. le morte. 5. par. declaratio. 5. [ Inferitur etiam, possessionem ciuiliū sumam, de qua in lege nostra, ipso iure acquiri primo successori maioratus absque vlla apprehensione vera vel ficta, mortuo ipso maioratus fundatore, ex rationibus per Ant. Gom. traditis in. d. l. 45. Tauri nu. 117. Quod trā limita. & intellige, nisi possessio bonorū ipsius maioris sint apud aliū tēpore mortis fundatoris eius. Nā integrū fuit testatori vel fudatori maioratus res quas possidebat reuocare vsque ad mortē, vel in quēcūque extraneū trāsferre & alienare vt in. l. 1. tit. 6. & l. 4. supra eo. Cū ergo potuerit præiudicare ei, quæ primo loco vocauit ad maioratū, possessio eā in aliū trāstulit, vel transferri consentit, nō recuperat successor, nec aliā, cū ea quæ in extraneū trāslata fuit, morte fundatoris non desijt esse. Ceterū si maioratus nō potuit à fundatore reuocari, quia trāsllata fuit possessio in vocatū in vita fundatoris, tractari nō potest an mortuo fundatore possessio in eum transeat, cū antea erat iam trāslata: vbi autem est irreuocabile, quia ex causa onerosa iuxta dispositionem. d. l. 4. supra eodem tunc procedit indiscriminatim legis nostræ dispositio, iuxta expositionem & doctrinam Antonij Gomez in. d. l. 45. Tauri numero. 117. cum ratio huius legis militet hac in specie, nempe, vt maioratus bona magis conferentur & sint vnita, nec aliquo casu disipari possint ex defectu possessionis, & ex alijs rationibus per eum adductis. [ Verū & hac in specie, si ex causa necessaria quæ causam onerosam constitutionis maioratus præcedebat, bona aliqua vendita sunt, quod fieri potest vt in. l. pto. §. prædium iuncta glo. ff. de lega. 2. l. alienationes. ff. fami. eriscun. cū alijs à me traditis supra eo. l. 6. glo. 3. nu. 21. locus non erit decisioni legis nostræ vbi possessio apud alium fuerit ante mortē testatoris ex ea causa. [ Inferitur etiam ex his verbis prescriptioni bonorum maioratus locum non esse, quoniam sine possessione non procedit. c. si ne possessione de regu. iur. lib. 6. At in specie legis nostræ tertius detinens res maioratus, mortuo possessore desinit possidere, & tātū dicitur detentator, patet, quia possessio vera ciuilis, & naturalis est apud successorem, ergo apud alium esse non potest. Impossibile enim est, vt cū aliquid ego teneo, tu quoque id tenere videaris. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquirend. posse. quod ex lege nostra expendit Anto. Gomez in. l. 45. Tauri numero. 117. in fine Molin. li. 1. 3. de Hisp. primog. c. 12. num. 10. in quo articulo doctores cōfusse nimis, præcedūt vix q; sese explicāt, quare vt materia ista rectè explicari possit, fac sequētes cōclusiones. [ Sit prima cōclusio, phibita alienatione absolute absque aliqua modificatione, ceterur phibita vsucapio vel prescriptio longi tēporis, quæ alienatio legalis est, & alienationis verbo cōtinetur. l. alienatio. ff. de verb. sign. quā in id citat doct. oēs, Accursi. Albc.

e Aunque aya otro tomado la possession dellas, en vida

Albe. Angel. Imol. Cuma. & Pau. Castr. in. l. vbi lex ff. de vsucap. & l. fin. C. in quib. caus. in integ. resti. nō est necesse vbi Bal. melius ceteris nu. 3. ita explicat. glo. in. l. 3. C. quib. non obij. longi temp. prescrip. & in. l. 1. C. si quis ignor. rem minor. Alex. & omnes in. l. filius fami. §. diui. ff. de lega. 1. Panor. in. c. cum non liceat nu. me. 7. & ceteri scribentes de prescri. Deci. conf. 445. nu. me. 28. Affli. decis. 13. nu. 5. Tiraq. plures adducens cōcord. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 9. nu. 246. & sequē. An to. Gom. in. l. 40. Tauri. nu. 90. Arias Pinel. dicens ne minē ferē ex his qui hactenus iura interpretati sunt esse, qui eam legem non citet, vt prohibita alienatione prohibeatur vsucapio. in auth. nisi tricennale nu. 30. C. de bon. mater. quod tamen negat verum esse. Et aliter intelligit legem illam, nempe vt negligens & patiens contra se perfici vsucapionem, dicatur quōdāmodo alienare & consentire in re sua amittenda, idque non semper, vt ex eius verbis constat, alienationis verbum etiam vsucapionem continet, vix est enim vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi, quasi velit iuriscōsultus iustificare pōenam, qua afficit negligentes, quę confirmantur ex his, quę tradit Affli. d. decis. 13. & Tiraq. lib. 2. de retractu. §. 1. glo. 2. nu. 49. [ Non enim cōsentit verē negligens rem suam vsucapi, auctore Accursio in. l. 1. §. vlti. glo. fi. ff. de dolo cui accedit Bal. in c. ad audientiam nu. 3. de prescrip. & in. l. cum quis nu. me. 16. C. de iur. & facti igno. Tiraq. plures citans lib. 1. de retractu. §. 1. gl. 9. nu. 250. sed fictus dicitur talis cōfensus auctore eodem Accursio in. l. 2. in fi. C. quę sit longa consuetudo cōfensit Alberi. in. l. si pupillus. ff. de admi. tuto. Areti. in. l. Clodias. 2. col. in fi. ff. de acq. hæred. Pinel. id ex verbis. d. l. alienationis expēdēns in d. auth. nisi tricennale nu. 30. C. de bon. mater. [ Et nu. me. 32. aliud huic simile adducit, ex. l. Imperatores, ibi tu te pōenę subdidisti. ff. de iure fisci, ex qua plures deducebant, pōenam imponi ex consensu delinquentis, vt videre licet apud Ioan. Fab. in §. furtorum insti. de obliga. quę ex deli. nascū. & Floria. in. l. inde Nerati §. vlti. ff. ad. l. Aquiliam. Areti. in. §. ius autem nu. 7. in sti. de iu. natu. Bar. in auth. de non alien. and. §. quia verō. 2. l. in. l. 1. §. sublatā in vtraque lectione. ff. ad Trebel. Alcia. regula. 3. presump. 33. nu. 4. quod nouissimē defendit Ferdi. Vazquez de succes. creat. §. 10. nu. 665. & 666. contra quos tamen est communis & recepta sententia, vt ipse idem Pinel. attestatur nu. 32. vt pōenę minime dicatur verē consentire delinquentem, sed fidei hęc enim velit delinquere, non tamen vult pōenā pati, secundum Bar. in. l. 1. nu. 11. ff. de conditio. ex lege, cui assentiūtur Paul. & Ias. in. l. si tibi decem. §. quędam. ff. de pac. Bal. in auth. ad hęc nu. 9. C. de vsur. Ioā. Lupi dicens esse receptā in rep. rub. de dona. in. vir. & vx. §. 66. nu. 24. Balb. de prescrip. 1. par. q. 7. Fortu. Garfia latē id expēdēns in. l. legitima nu. 19. ff. de pact. licet enim ex delictō obligatio naturalis oriatur ad pōenā, nō tamē ex cōsensu delinquentis, sed ex legis naturalis autoritate vt expressim asseuerat Bart. in. l. 1. nu. 10. ff. de condit. in deb. ex. l. a reo. §. quod vulgo. ff. de fideiussio. quo in loco fit mentio naturalis equitatis, quę suadet delicta puniri Pau. Castr. in. l. ex hoc iure nu. 34. & 35. ff. de iusti. & iu. Soci. in rub. ff. de verb. obli. 2. col. & hoc melius ceteris explicat. d. D. Couarru. in re

lectione. c. Alma mater. 1. par. §. 10. nu. 9. in fi. 10. & 11. de sen. excomu. a nemine citatus, hęc adducit Pinelus ad probandum eum, qui rem suam vsucapi finit, consentire amissioni rei non videri verē sed improprie: ac si quis diceret, aliquem seipsum occidisse, quia periculo, unde mors sequuta fuit, se exposuit: & tamē absque villo consensu seipsum occidendi, imo nihil magis quā mortem exhorrescēs. Sed quorsum in his adeo insistat Pinelus, me latet quidem, quid enim refert, cōsentire necne videatur alienationi, si vsucapio ipsa alienatio est, prout clare liquet, & expresse id dicit iuriscōsultus in. d. l. alienationis: Si alienationis verbo vsucapio continetur, quis negare poterit prohibita alienatione prohibitam quoque esse vsucapionē? vbi enim alienatio prohiberetur propter defectum consensus eius, qui alienare prohibetur, tunc ageremus, an is cōtra quem vsucapitur, visus fuerit cōsentire necne. Verum enim verō si alienatio prohibetur ex defectu potestatis, ne alter ad quem bona deuentura sunt prejudicetur, quorsum inquirimus, an eorum bonorum possessor alienationi seu prescrip. consensit necne? Sic & si propter commodum pupillorum testator prohibuit seruos in arte aliqua peritos a tutoribus vendi, si venditi sint, non poterūt ab emptoribus vsucapi, vt in. l. 2. C. de vsucapioni. pro empto. propter prohibitionem alienationis a testatore ex iusta causa factam tutoribus in fauorem pupillorum secundum intellectum Ripę & Modernorum in. l. filius fami. §. diui nu. 35. & 36. ff. de lega. 1. [ Nec est verum quōd ibi Emili. Ferrer. nu. 127. & Pinelus in. d. auth. nisi tricennale nu. 27. in fin. dicunt, prohibitionem testatoris solam nō potuisse impedire vsucapionem, & sic effectum legis iuxta tex. in. l. nemo potest. ff. de legat. 1. quoniam præceptū testatoris fomētātū permissione. d. legis. 2. C. de vsucapio. pro empto. id potuit proculdubio efficere, quōd si legis fomētum non haberet, fateor præceptum testatoris sufficiens non esse, vt legis effectus vsucapionis impediri possit. [ Quę conclusio vera est & recepta, licet contrarium velit Arius Pinelus in auth. nisi tricennale nu. 25. & sequen. C. de bon. mater. & Ferdinand. Vazq. Menchaq. eum sequutus, de successionum creatione. §. 26. nu. 127. post Bart. in. d. §. diui nu. 22. imo quōd iure digestorum prohibitio alienationis non impediret vsucapionem. Mouentur per text. in. l. Stichō. ff. de vsuf. lega. vbi hæres legatarij bona fide possidens rem, quę post mortem legatarij alteri ex præcepto testatoris erat restituenda, eam prescribit longo tempore. Sed vt eorum pace dixerim, lex illa hoc non probat. Non enim erat res alteri post mortem legatarij restituenda: quia etsi testator hoc præceperat, mortuus tamen fuit fideicommissarius, cui veniebat restituenda in vita testatoris, quare fideicommissum effectum erat caducum, & res legata fuit quoad vsufructum, quo finito ad heredem testatoris reuertebatur, quare nimirū si res illa, quę restitutioni subiecta non erat, tanquam res priuata cuiuslibet vsucapi longo tempore possit, non enim erat prohibita alienari. Minus obstat lex clauibus. ff. de contrah. emptio. quia ideo vsucapio longi temporis ibi permittitur, quoniam res vendita erat aliena, non prohibita alienari, res enim aliena vendi emiq; potest. l. re alienam

alienam. ff. de contra. emp. [ Nec oberit quōd lege noua Iustiniani prohibetur vsucapio longi temporis in his speciebus, quibus antea erat prohibita alienatio, vt in. l. vlti. §. sed quia & §. seq. C. commu. de legat. & in. l. vlti. C. in quib. caus. in integ. resti. non est necessa. quasi manifestē docuerit solam alienationis prohibitionem non sufficere, vt prescriptio longi temporis prohibeatur, sed necessarium fuisse, vt id noua lege declararetur, quoniam nouum nō est, vt id de quo erat dubitatio inter doctores vel iuris peritos, lege noua decidatur, ne in his quę ab antiquo iure erant disposita, amplius dubitari valeat, prout cuenit in specie, de qua in. d. §. sed quia, vt statim dicemus, in lege autem vlti. C. in qui. cau. in int. rest. non est necessa. disponitur generaliter vt res minorum nullo casu prescribi longo tempore possint, licet iure digestorum quibusdā casibus id permittebatur, etsi restitui posset in integrū contra prescriptionem ad euitandas ambages, qui casus per glos. ibi & docto. recensentur. [ Quod autem dixit Pinelus (vsucapionem, etsi quandoque species alienationis sit, esse alienationē necessariā: quia necessitatem iuris habere dicitur, vt in. l. 1. & 3. ff. de vsucapio. sed necessaria alienatio permittitur alienari prohibito, iuxta tex. in. l. alienationes, & ibi notat Albe. ff. fami. arcicun. l. 1. ff. de fun. dota. cum his quę Affli. etis tradit in. c. 1. notab. 13. de prohibi. feudi aliena. per Freder. ex nu. 73. & latē Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. nu. 8. & nume. 11. Aimon conf. 115. l. 1. conf. 44. lib. 1. Pct. Nanni. respons. 13. nu. 8. ) minus oberit quoniam vsucapio non est necessaria alienatio respectu aliena: e prohibiti, quippe qui poterat vsucapionē prohibere, rem ab alio possessam coram iudice vendicādo. [ Minus oberit quod de re litigiosa dixit Pinelus, prohibetur siquidem alienari, sed nihilominus prescribi potest longo tempore, vt in. l. 1. C. de litigios. & in. l. 1. C. de prescrip. longi tempo. & ibi notat Paul. nu. 2. Nam id verum non est, nec probatur per. d. l. 1. C. de prescrip. longi tempo. quōd res litigiosa vsucapi possit, sed contrarium, quōd prescribi non possit, vt docet Bar. in. l. vlti. 1. opposi. C. de litigio. & in. l. 1. §. si inter & ibi Ange. ff. co. titu. itaque ipse possessor si non alienat non potest longo tempore prescribere, is autē in quem ipse possessor alienauit, prescribere poterit longo tempore, vt ex eo text. notat Paul. & doctor. non enim afficit rem vitium litigiosa, sed personam vt in dict. l. 1. C. de prescrip. longi tempo. & l. 1. §. si inter. ff. de litigiosi, & ibi notant Bar. & Ang. Nec oberit tex. in. l. 3. ff. de diuers. & temporal prescrip. vbi seruus glebæ ascriptus potest decennio vsucapi, quamuis eius alienatio prohibeatur, vt in. l. quemadmodum. C. de agrico. & cens. lib. 1. per quem text. etiam vsucapio longi temporis prohibetur. Quia respondeo distinguendo, quilibet seruus regulariter triennio vsucapitur vt in. l. in seruo. Cap. quib. caus. cess. longi tempo. prescriptio. Sin autem est seruus glebæ ascriptus longo tempore vsucapitur, quemadmodum fundus cui ascriptus est vt in dict. l. 3. ff. de diuers. & tempo. prescrip. vbi autem emptor sciebat esse prohibitam alienationem, propter malam fidem impeditur prescriptio etiam longi temporis, vt in dict. l. quemadmodum in fine, & nimirum si seruus qui aliās triē

nio vsucapi poterat propter prohibitionem alienationis viginti vel decem annorum tempore prescribatur: quemadmodum & in re immobili alienari prohibita contingit, quę triginta annis prescribi potest vt in. l. fina. §. sed quia, & §. sequen. C. commu. de legat. & dicam infra. Ex quibus manet firmā regula, quōd prohibita alienatione prohibita quoque censetur vsucapio longi temporis. [ Secunda conclusio, quoties alienatio prohibetur cum modificatio ne, vt sine causā cognitione, solemnitate, & decreto, non censetur prohibita vsucapio, nisi alia ratione specialiter prohibeatur, vt in. l. fina. C. in quib. caus. in int. resti. non est necessa. & ibi notat singulariter Bald. nume. 3. post Iacob. Butrica. & Cyn. ibi idem tenentes. & Barto. idem voluit Angel. Imol. & Paul. ibidem, Ferdinand. Vazq. de succes. creatio. §. 26. nu. 118. versi. 3. [ Tertia conclusio, vbi alienatio absolute vel cum modificatione, vel quoquo modo prohibetur, si prohibitio afficiat titulum, eumque reddat nullum (quod fit lege resistente, vt in. l. quemadmodum. C. de agrico. & cens. lib. 1. ) cessabit prescriptio longi temporis, quę titulum requirit, vt in. l. diutina. C. de prescrip. longi tempo. & l. penultim. co. titu. & l. nullo. C. de reuendicatio. quod etiam iure canonico procedit, vt probat Couarru. in regula possessor. 2. part. §. 5. num. 2. Eritque hac in specie locus prescrip. 30. vel 40. annorum, quę sine titulo procedit tam iure civili quā canonico, vt in capit. placuit. §. potest. 16. quæstio. 3. vt in. l. male agitur & l. si quis emptionis. §. 1. & l. omnes. C. de prescrip. 30. vel 40. annorum. l. 2. titu. 29. parti. 3. idem Couarru. vbi supra numer. 3. exclusa siquidem prescriptio ne, non censetur exclusa longissima triginta vel quadraginta annorum, vt constat ex Bonrio decisio. 42. numer. 35. & 38. & Cassane. in consuetud. Bergend. rub. l. 3. §. 1. nume. 16. & rubri. 4. §. 18. ad fin. nume. 1. fol. 186. & Pinel. in auth. nisi tricennale per text. ibi, hoc expresse probantem, nume. 18. 19. & sequentibus. C. de bon. matern. [ Ex quo inferitur in re alienari prohibita restitutionique subiecta quamuis locus non sit prescrip. longi temporis propter defectum tituli, prescrip. tamen longissime triginta vel quadraginta annorum locus erit: vt pote quę titulum nō exigat. Hęc fuit sententia Paul. Castr. in. l. fina. §. sed quia nu. me. 7. ad medium. C. commu. de lega. versi. adde aliam utilitatem, quem ibi sequitur Iaso & communiter doctor. idem Iaso conf. 57. colum. penulti. lib. 1. Corne. conf. 38. nu. 10. lib. 1. eam fatentur communem idē Corne. conf. 117. lib. 1. & conf. 297. ad fin. lib. 3. Balb. de prescrip. 5. parte. 3. partis principia. quęst. 4. num. 4. versi. sed Paulus, Grattus conf. 21. nume. 36. lib. 2. Pau. Pari. in. c. cum non liceat nu. 18. de prescrip. Anto. Gomez in. l. 40. Tauri nu. 90. versi. 2. limitā. Ripa in. l. filius fami. §. diui nu. 13. Croitus nu. 140. Loazes nu. 191. & Alcia. nu. 47. ibidem. ff. de lega. 1. Ari. Pine. recepto rem dicit in auth. nisi tricennale nu. 22. C. de bon. mater. Grego. Lupi in. l. 10. tit. 26. de feud. par. 4. in gloss. magna. 2. col. versi. quia sic reperimus & 6. col. versi. si militer nec obstat, Ferdinand. Vazq. lib. 2. de succes. crea. §. 26. nu. 115. Moli. l. 4. de Hispa. primog. c. 10. n. 23 [ Inferitur secundo bona aduenticia sui licet a patre, qui



qui habet in eis vsum fructum, alienari non possint, vt in l. 1. & per totum, C. de bon. mater. & l. quęcunq; C. de bon. quę libe. 30. annorum curriculo præscribi posse, ab eo tempore, quo filius effectus est sui iuris, vt est casus in auth. nisi tricennale. C. de bon. mater. non enim ea bona poterant longo tempore præscribi, quia lex annullat titulum lege resistente habitum iuxta l. quemadmodum. C. de agri. & censu. lib. 11. vt in. d. auth. explicat Paul. Corne. & Pinel. nume. 4. [ Infertur tertio, quod in bonis maioratus antiqui idem sit statuendum, vt ipsius maioratus re alienata a possessore præscriptio longi temporis locum habere non possit, sed longissimi, triginta vel quadraginta annorum: aduersus possessorem alienantem, vt colligitur ex. d. l. vlti. §. sed quia & §. sin autem sub conditione. C. commu. delega. & hanc illationem probat Soci. consil. 47. nu. 16. li. 3. Tira. de primog. q. 30. & vltra eos satis colligitur ex Corneo lasone Ripa & nouioribus supra nume. 21. citatis, idem voluit Pinelus in. d. auth. nisi tricennale nu. 23. C. de bon. mater. Et hanc esse receptionem sententiam attestatur Ferdinan. Vaz. de success. creatione. §. 26. nu. 128. Pinelus quoque in. d. auth. nisi tricennale nu. 23. C. de bon. mater. Moli. de Hispa. primog. li. 4. c. 12. nu. 2. [ Contrariam tamen sententiam, imo quod in bonis maioratus locum non habeat præscriptio longi temporis, nec longissimi etiam in præiudicium alienantis, tenuit Grego. Lupi in. d. l. 10. ti. 26. de Feudis par. 4. in gloss. magna. 6. col. versu. similiter nec obstat, & Ferdi. Vaz. q. d. §. 26. nu. 116. & sequentibus, & Anto. Gomez in. l. 40. Tauri nu. 90. versu. sed certe ego teneo contrarium. Concurrunt enim in maioratu duplex prohibitio alienationis, legis, & hominis Fortior autem est expressa testatis prohibitio, quam legis quę ex fideicommissio inducitur. Per hanc siquidem non omnino impeditur dominij translatio, per illam verò omnimodo impeditur, gloss. singul. in. l. cū pater §. libertis in verbo, ne alienaret. ff. de legat. 2. & ibi docto. omnes Paul. & ceteri in. l. filiusfami. §. diui. ff. de lega. 1. vt quę prohibitio hominis iūcta cum prohibitione legis aliquid operetur, longissimi temporis præscriptio locum non habere æquissimum est, vt constat ex traditis per Ferdi. Vaz. q. d. §. 26. num. 118. & 119. & Grego. Lupi in. d. l. 10. ti. 26. de feudis par. 4. glo. magna col. 6. versu. similiter: quę sit verior opinio dicam inferius nu. 32. [ Retenta tamen priori sententia, eam limita modis sequentibus. Primò vt præscriptio noceat ei, qui alienauit dumtaxat vel ei, contra quem præscriptum fuit, non verò successori maioratus, quippe qui fuit agere impeditus, possessore maioratus eum præcedente, qui verè dominus erat vsque ad mortem, successor autem spem solum habebat succedendi, quę sufficiens non erat ad reuocandam alienationem vel rem alienatam vendicandam. Impedito autem agere clarum est, non currere præscriptionem. l. 1. §. ne autem. C. de annali excep. auth. nisi tricennale. C. de bon. mater. cū pluribus similibus, per Rode. Xuar. traditis allega. 3. colu. 2. Nec oberit text. glo. & communis opinio in. l. cū pater. §. libertis. ff. de lega. 2. vbi si testator legauit libertis prædium ea lege & conditione, ne alienari possit, sed in familia remaneret, & quidam eorū partes suas alienauerint. alij qui non alienauerunt, eas poterunt

vendicare, quam receptam esse sententiam attestatur Anto. Gomez in. l. 40. Tauri nu. 88. illud enim ideo fit, quia totam fundi partem quam quilibet eorum habebat alienauit, atque ideo nimirum si alij partes alienantium vendicarent, quas simul cum sibi legatis possiderent. At in specie nostra quomodo admittetur successor maioratus ad vendicandam vnam ex pluribus rebus maioris, & ceterę apud possessorem maioratus erunt contra fundatoris voluntatem, quę fuit, vt bona apud vnum integra manerent semper? Ecce quomodo successor non licuit agere aduersus eum, in quę bona aliqua maioratus alienata fuerunt, nam si eis licuisset agere dixit Grego. Lupi in. d. l. 10. titu. 26. de feudis, par. 4. gloss. magna col. vltima præscriptionem longissimi temporis eis nocere, in quo omnes doctores conuenire asserit. Itaque communis est resolutio, vt præscriptio bonorum maioratus etiam longissimi temporis non noceat successori, & in specie hoc asserit Roderi. Xuar. allegatione. 3. quod etiam tradit, Curti. Iunior consil. 181. nu. 5. & vlti. Deci. consil. 445. nume. 47. Anto. Rube. consil. 84. nume. 6. Hieronym. Grattus consil. 21. nume. 37. & consil. 101. nume. 42. lib. 3. Lofredus consil. 10. nu. 22. Marian. Soci. Iunior consil. 126. nume. 27. lib. 1. Paul. Pari. consil. 23. nu. 199. lib. 1. & in. c. cum non liceat nume. 18. in fin. de præscriptione. Ana. consil. 46. Iacobi. à. S. Georgio in. l. vlti. ad fin. C. qui admi. Ioan. Crottus in rep. l. filiusfami. §. diui nu. 146. & ibi Ripa nume. 116. & Ferdinan. Loazes nu. 191. Claud. & Alciat. ibidem ad finem Balbus de præscriptio. 4. parte. 4. partis. q. 12. in fin. nu. 20. Bal. consil. 215. lib. 2. & in feudis id voluerunt Ifern. & Matth. A. vlti. in. c. 1. §. quid ergo nume. 20. de inuelti. de re alie. facta Grego. Lupi neminem citans in. d. l. 10. titu. 26. de feudis par. 4. gloss. magna colu. vlti. versu. sit quartus casus, Anto. Gomez in. l. 40. Tauri numer. 90. versu. sed certe ego teneo, Ferdinan. Vazquez hanc dicens communem & ab ea in iudicando non esse recedendum, atque ita in senatu Hispanensi asserit fuisse iudicatum in causa ardua ducis de Vexar. in lib. de successio-num creatio. §. 26. nu. 131. licet ipse in eodem paragra-pho nu. 124. inaduertenter dixerit in contrarium esse communem opinionem, citans doctores, qui potius tenent communem & eam probat Molin. lib. 4. de Hispano. primog. cap. 12. nu. 3. Pinelus etiam hanc dixit communem in. d. auth. nisi tricennale numer. 41. C. de bon. mater. dicens ita debere limitari & restringi, quod Soci. tradit consil. 47. lib. 3. & Tira. de primogenijs. q. 30. [ Ipse idem Pinelus hanc communem sententiam ampliat & extendit ibidem nu. 50. vt procedat etiam si ipse successor maioratus sit heres eius contra quem præscriptio completa fuit, quia cessat hac in specie ratio. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. & l. cum a matre C. de reiuendi. is enim contra quem vsucapitur solum negligit non autem contrahit vt ipse Pinel. notat in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. nu. 83. limita. §. & in. d. auth. nisi tricennale. d. nu. 50. citatque Ripa in. d. §. diui nu. 116. & ibi Alcia. ad fi. Deci. & Rube. cō. sup. n. præcedenti citatis. Notat Pari. cō. 23. n. 201. & 203. h. 1. quorū sententia vera est & communis, licet contrariū voluerit Cro. d. §. diui. n. 146. ver. primus casus & Fer. Vaz. d. §. 26. n. 130. quia nihil, inquit, impedit quin per totū tēpus

vite

vite istius, qui extitit heres prædecessoris alienantis, res illa sit extra familiā in eandem familiā reuerfura, cū primum sequens in gradu, qui superiorū alienantium heres non extiterit, maioratū illum assequutus fuerit. Quoniam verum non est, eum contra quem præscriptum fuit alienasse, nec præscriptioni verè consensisse, vt supra hac eadem glo. probauimus nu. 12. & 13. licet alienatio sit legalis ipsa vsucapio. Quare licet heres sit eius, cōtra quem fuit præscriptū, nihil ei obstat quominus rem vsucaptam vendicat, secus si ipse fuerit heres alienantis, quia tunc forte procedet opinio. Fer. Vaz. [ Pinelus tamen ipse in. d. auth. nisi tricennale nu. 55. pro subtili iudicio suo euertere conatur communem sententiam, tentans res maioratus posse longissimo tempore præscribi non solum contra ipsam alienantem maioratus possessorem, sed & contra eiusdem maioris successorem, propter rationem legis inducentis vsucapionem, ne dominia rerum sint incertaneuē lites suscitentur. l. vlti. ff. de vsucapio. ratione quę publice vtilitatis. l. 1. ff. co. ti. quę priuatę præfertur. Et maxime id procedit in præscriptione longissimi temporis, post quod tempus leges execrantur inquietare possessores, auth. hæc cōstitu. innouat colla. 8. Cui obiectiōni respondet Fer. Vaz. d. §. 26. nu. 131. omnes leges similiter propter bonum publicum esse statutas, quæ per testatorem quandoque transgrediuntur, vt constat ex notatis in. l. nemo potest. ff. de lega. 1. per Greg. Lupi in. l. 32. tit. 9. de legatis par. 6. per Ferd. Vaz. de success. creatio. §. 10. nu. 4. Imputandūque erit emptori, qui rem subiectam restitutioni & alienari prohibita emit. l. qui cum alio. ff. de regu. iur. Vel specialius respondere poteris ob publicum bonum maioratus institutos fuisse, vt quę bona eorum inalienabilia & indiuisibilia perpetuo apud vnum manerent, vt diximus supra co. l. 1. glo. 1. nu. 11. 12. & 13. quę vtilitas præponderat vtilitati etiam publice, quę ex vsucapione vsuuenit, vt ex ibi dictis colliges. Idque probare nititur Pinelus ex regula generali, quā ipse tradit in. d. auth. nisi tricennale numero. 25. & sequent. quod prohibita alienatione non censetur prohibita vsucapio, eam tamen opinionem falsam esse probauimus supra hac eadem glo. nume. 11. 12. & pluribus sequentibus. Minus obest quod ipse ait, non posse testatorem vel contrahentem ipsius maioratus fundatorem, vsucapionem habenti titulum & bonam fidem tollere. Fa-teor non posse postquam iam est eius quęsitum, sed potest impedire, vt ex superius traditis satis constat. Nec me mouet, quod de effectu vsucapionis ait, quod vsucapientem reddat tutum in futurum; vt in. l. 1. & 3. ff. de vsucapione. quia in specie de qua agimus cessat præscriptio quoad successorem, quare de eius effectu tractari non potest. [ Quod autem Pinelus dixit absurdum esse vsucapionem fortiri effectum contra præsentem possessorem & non contra successorem (esset quippe diuidere effectum vsucapionis, contra tex. in l. cum qui ædes. ff. de vsucapio.) refutat Ferdi. Vaz. dicens esse nimis generale, nec aliās satisfacit. Sed tu dic, ibi non prohibetur nisi quod vna res diuersis temporibus vsucapiatur, vt domus, quę constat ex lignis præscribatur decennio & ligna triennio, tanquam res mobilis, eadem enim res non debet diuerso iure censeri

ri. At in specie nostra non præscribitur diuersis temporibus res maioratus, nec de hoc agimus, sed quod possessor maioratus non possit præiudicare successori alienando, nec alienari consentiendo per præscriptionem, sibi autem potuit præiudicari, sicut præiudicatur delinquendo, confiscantur enim bona maioratus ab eo possessore ad vitam dumtaxat suā, vt in. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci. Minus vrget quod de dominio vsucapione acquisito dicit Pinelus, quod semel alicui quęsitū sine eius facto auferri nequit, l. id quod nostrum. ff. de regu. iur. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poss. nec iuri esse ait consentaneum præscribenti concedere dominium statim ei auferendū; non enim est nouum alicui quęri ad tempus dominium, & eo tempore finito alij, idem enim statutum esse comperimus in specie. l. seruo legato. §. 1. ff. de leg. 1. & l. si. §. sed quia C. com. de lega. & l. si. C. de lega. & l. quoties. C. de dona. quę sub modo, & in alijs iuris articulis, vt & aduertit Fer. Vaz. d. §. 26. nu. 131. versu. postremo mouetur & Gre. Lupi in. d. l. 10. ti. 26. de feudis par. 4. glo. magna col. 6. in fi. & 7. [ Nec ad rē facit nec verum est, quod ipse Gre. Lupi paulo ante negabat, dominium ex præscriptione acquiri, nam ex receptori veriorique sententia dominium ex præscriptione acquiritur non solum vtile sed & directū iuxta Martini opinionem, vt constat ex latè traditis ab eodem Pinelo in auth. nisi tricennale nu. 36. 37. & 38. C. de bon. mater. Minus obstat argumentū de feudo à glo. cōmuniter recepta traditum in. c. 1. §. præterea de capitu. Corra. dicente in rebus feudalibus dari præscriptionem. 30. vel. 40. annorū, quasi glo. sentiat præiudicare eam præscriptionem non solum possessori præfenti, sed & ceteris successoribus in perpetuum, quod expressim respondit Curti. Senior cōf. pen. col. 3. nam glo. illa procedit solum quoad possessorem, non quoad successores agere impeditis iuxta verioris rem & receptoris sententiam, vt ex superius traditis colliges. [ Quatenus autem ipse Pinelus in. d. auth. nisi tricennale nu. 55. versu. retenta autē. C. de bon. mater. respondet ad præcipuum fundamentum nostre sententię, quod impedito agere non currit præscriptio, vt intelligatur, quando in initio talis præscriptionis datur tale obstaculum, quando enim lex resistit initio magis impeditur effectus vt in. l. 1. & ibi Bar. nu. 11. ff. de regula Catoria, at in specie nostra non adest impedimentū in initio præscriptionis, sed in eius cōtinuatione. Nam respondeo quoad ipsum successorem nunquam fuisse ceptam præscriptionem, atque ideo in eius initio quoad eum occurrit impedimentum, quia non potuit agere, quare nimirum si præscriptio ei non præiudicat. [ Iure autem regio nulla dubitatio est, quando præscriptio non fuit completa cum prædecessore maioratusque possessore: quia eo mortuo possessio tum ciuili tum etiam naturalis translata est in successorem maioris per legem nostram, quare nulla possessio mansit penes eum, in quem res maioratus fuit alienata per ipsum prædecessorem vel alium quencūque extraneum, quomodo ergo potuit sine possessione vsucapere? Ita sentire videtur Grego. Lupi in. d. l. 10. tit. 26. par. 4. in glos. magna col. 4. in fin. versu. si bene consideretur, & col. penul. versu. & hæc apertius procedent, & Ferdi. Vaz. de successio. creatio. §. 26. nu. 142. Anto.



Anto. Gomez in l. 40. Tauri nu. 90. versi. 3. pro hac sententia & sentit Moli, de Hispa. primog. li. 4. c. 12. nu. 6. vbi autem vsucapio completa fuit contra predecessorem, maioratusque possessorem lex nostra nihil probat, vt recte aduertit Ant. Gomez, quare recurrere dum est ad ius commune, & ad ea, que a nobis tradita sunt supra ista glo. nu. 25. & sequen. vbi probauimus eam prescriptionem successorum maioratus non nocere tanquam impedito agere iuris impedimento. Et si dixeris quomodo potuit prescribere sine possessione contractus enim erat nullus propter prohibita a lege & ab homine alienationem. Respondeo, & si contractus & alienatio sit nulla, & ex ea non transferatur dominium, transfertur tamen possessio, vt in l. 1. §. si vir uxori, & ibi notant docto. omnes. ff. de acq. posse. de quo late agit Anto. Gomez in l. 45. Tauri nu. 23. & sequen. & nu. 26. vbi expresse loquitur in bonis maioratus a possessore alienatis, in quibus probat transferri possessionem, licet dominium transferri non possit, appetitque legem nostram, quatenus mortuo possessore maioratus transferri ait possessionem ciuilem & naturalem in successorem, quamuis extraneus quispiam eam occupauerit & possederit in vita predecessoris vel post eius mortem, vel ab ipso predecessore eam habuerit: probat ergo aperte lex nostra res maioratus vel alienari prohibitas ab extraneis possideri posse, licet alienatio in eos facta non teneat, sitque nullius momenti. Cum ergo extraneus possideat, nimirum si contra alienantem prescribat longissimo tempore. 30. vel 40. annorum iuxta ea, que diximus supra hac eadem glo. nu. 23. successorum tamen non noceat completa prescriptio, tanquam agere impedito, vt diximus, & si completa non fuerit, interruptatur ita, vt deinceps quoti nari non possit propter defectum possessionis. Et quod autem diximus nu. 23. bona maioratus longo tempore prescribi non posse, sed longissimo, 30. vel 40. annorum non nulli intelligunt, vt procedat quoties res que prescribitur fuerit alienata ab ipso maioratus possessore, nam si ab alio tertio vendita fuerit, poterit emptor longo tempore decem vel viginti annorum eam prescribere, ex sententia singulari Bal. in l. 2. in fi. C. de vsucap. pro empto. cui subscripsit Pau. Castr. in d. l. vlti. §. sed quia nu. 7. versi. aduerte. C. commu. de lega. ubi que Iaso. & ceteri interpretes & alij quos refert & sequitur Balb. de prescrip. 5. parte. 5. part. q. 5. Paulus Pari. consi. 81. nu. 44. lib. 2. Ioan. Crotus in rep. l. filius fa. §. diui nu. 143. & Ripa nu. 115. col. pen. & ceteri scribentes. ff. de lega. 1. Ari. Pine. dicēs eam communem in d. auth. nisi tricennale nu. 35. C. de bon. mater. Mouētur ex eo qd simile statutum videmus in alijs casibus, nempe, licet actio quod metus causa duret triginti annis aduersus eum qui metum incussit, si tamē ea res super qua metus fuit illatus, alteri fuit vendita, ipsa actio aduersus vltimum emptorem decem annis prescribetur, l. 3. & ibi Cyn. Bart. & alij. C. quod metus causa Tiraquel. citans, concordantes & similes li. 1. de retractu. §. 1. glo. 10. nu. 11. & 14. vbi idem probat in actione hypothecaria & Pinelus in d. auth. nisi tricennale nu. 35. ad fi. addit aliud simile dicēs restitutio nē actionē que facile dari minori lesio, contra eū qui cū eo contraxit: non ita aduersus tertium habentē cau-

fam ab eo cui minor vendiderat. l. plane & l. preced. ff. de mino. A lex. conf. 65. lib. 5. extollit Rod. Xua. allega. 21. ad fi. explicat Couarru. li. 1. resol. c. 6. nu. 7. Sed nihilominus contrarium tenet Roderi. Xuar. allega. 3. & Anto. Gomez in l. 40. Tauri nu. 90. versi. sed salua pace. & Gre. Lupi in d. l. 10. ti. 26. glo. magna versi. sit tertius casus, par. 4. Moli. d. li. 4. c. 12. nu. 1. moti ex eo quod prohibitio alienationis afficit rem, ita vt perpetuo alienari non possit, diuidi nec separari, non verò dicitur prohibitio personalis, vt in l. 2. C. de vsucap. pro empto. vbi res prohibita alienari est in prescriptibilis, & sic impedimentum est in re non in persona, non ergo interest ab vno nē an ab alio alienetur. Idē voluerunt Pet. & Cyn. in l. vlti. C. in qui. cau. in inter. recti. non est necessā. Pau. in l. vlti. §. sed quia nu. 7. versi. aduerte tamen. C. conu. de lega. Anto. Gomez d. l. 40. Tauri nu. 90. versi. sed salua pace. Sed communi opinioni magis accedo, vt res maioratus vendita ab alio extraneo, ab emptore prescribi possit longo tempore, quoad maioratus possessorem, non tamē ea prescriptio successorum nocebit tanquam agere impedito, vt probauimus supra ead. glo. nu. 25. [Limitat etiam sententiā comunem supra nu. 23. traditam Anto. Gomez in d. l. 40. Tauri nu. 90. versi. quod tamen primo, vt prescriptioni bonorum maioratus locus sit videntibus & consentientibus his, qui ad silum sunt vocati, quia quemadmodum consentire possunt alienationi vt in l. nihil. §. omnibus. ff. de lega. 1. & in l. cum pater §. libertis. ff. de lega. 2. & l. quoties. C. de fideicō. ita & prescriptio consentire possunt, vt in specie assererat Bar. quem ceteri sequuntur in d. §. diui pen. quæstio. & Imol. notabiliter in l. vbi lex. ff. de vsucapio. Sed hæc limitatio vera non est in maioratu, qui perpetuo durat, nec intra certas personas & familias terminatur, prout in specie Bar. & sequaciū vt recte aduertit, Ari. Pine. in d. auth. nisi tricennale nu. 54. C. de bon. mater. dicēs nunquā verē dici posse in alienatione vel vsucapione rerum maioratū consentire omnes de familia, vel omnes quorum interest, cū maioratus ultra viuentes ad futuros extendatur, quod multi graues viri non aduerterunt, nec Bar. ipse in d. §. diui nu. 22. & Alexan. & ceteri eum sequuti, viui autē nascituris nocere nequeunt, vt in l. 3. ff. de interd. & relega. 35 [Nec hac in specie tractari potest de vltimo familia, quemadmodum tractatur in relicto familia quod intra certam familiam seu generationem terminatur, vt in l. qui solidum. §. prædium. ff. de lega. 2. cum ibi notatis, & per Iaso in d. §. diui. 2. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. & alios à Pinelo citatos. d. nu. 54. in fi. [Quatenus autem limitat eandem sententiam nu. 23. traditam Gre. Lupi in d. l. 10. glo. magna in fi. ti. 26. de feudis par. 4. & Anto. Gomez in d. l. 40. Tauri nu. 90. in fi. & Ferd. Vaz. de successionū creatione. §. 26. nu. 125. & Moli. d. li. 4. c. 12. nu. 10. vt non procedat in prescriptione immemorabili, possunt enim res maioratus eo tempore prescribi etiā contra successores, nullā habet hæc conclusio dubitationē, cū habeat hæc prescriptio ius tituli & privilegij. l. hoc iure. §. ductus aque ff. de aqua quoti. & est. c. super qui busdā. §. præ crea de verb. signi. Rod. Xua. allega. 3. & quia in hac prescriptione constare non potest de initio, & quamuis in constitutione maioratus sit habita

habita mentio huius rei, de cuius prescriptione tractatur, sciri non potest, an ante vel post eandem constitutionē qui prescripsit eam possidebat, vt dixit Anto. Gomez in d. l. 40. Tauri nu. 90. in fi. imo presumptio est pro prescribente, qd ante maioratum eam possiderit, nam aliās constaret de initio possessionis, quod utique est contra eiusdem prescriptionis naturam, vt late traditur per eos, quos supra eodem l. 1. gloss. vlti. num. 2. latius citauit.

G L O S S. VI.

- 1 Maioratus bona possidens potest possessionem transferre in eum, cui ea vendiderit, licet venditio sit nulla. Possessio transferri potest ex inuoluntario contractu, ibidē.
  - 2 Maioratus possessor an possit propria autoritate ingredi possessionem rei maioratus ab alio possessore? & deinceps. Aedificium ab alio factū in meo fundo an possim propria autoritate deicere? ibidem.
  - 3 Possessio rei mobilis vacans, vel non vacans quando acquiratur eam occupanti?
  - 4 Possessio ab alio occupata quando & quibus casibus possit ab ipso possidente propria autoritate recuperari, & a detentore auferri, ibidem.
- f Oel dicho tenedor le aya dado la posesion dellas. Nota ex hac lege bonorum maioratus possessionem ab eius possessore tradi posse, licet bona sint alienari prohibita, & contractus seu alienatio sit nulla, licet enim ex contractu inutili non transeat dominium, transit tamen possessio, vt in l. 1. §. si vir uxori & ibi notat docto. omnes. ff. de acq. posse. dixi in gloss. precedenti num. 32. [Ex his verbis colligi etiam potest, successorum non posse propria autoritate ingredi possessionem bonorum maioratus ab eius possessore alij traditam, nam si verē possidebat, prout dicit lex nostra, ne mo eū expellere poterit, non enim reperitur iure cautum, quod ciuilem possessor possit propria autoritate expellere clandestinum possessorem vel detentorem, nisi post denegatam & interuersam possessionem ex sententia Dyni in l. 1. §. interdicitum autem, vbi quoque Rayne. & Alberi. in fi. ff. vt posside. idem voluit Cyn. in l. 1. C. vnde vi. 2. colum. Fran. de Aretio in l. clam possidere. §. qui ad nundinas num. 11. ff. de acq. posse. idem Cyn. in l. vna. C. vt possit. nu. 10. & probat Moli. lib. 3. de Hisp. primog. cap. 12. numero. 12. Cōuestitur hæc opinio ex l. si alius. §. bellissimē. ff. quod vi aut clam, vbi dominus fundi non potest propria autoritate tollere aut diruere ædificium ab alio in fundo factum, nisi ex magna causa, propter defectum iudicis, vel quando mora esset periculum & non modicum damnum allatura secundum gloss. Bart. & docto. ibi. Præterea si hoc liceret successorum maioratus, quilibet hoc fingere posset, & daretur occasio res proprias cuiuslibet auferendi iniuste, & tum maximē cum detentator præterderet se successorum maioratū, vel eas

res non esse maioratus, sed liberas & nullē restitutioni subiectas arg. tex. in l. §. si quis idē a possessione ff. ne vis fiat ei. [ Verum his minime obstantibus contraria sententia verior est & receptior, imo quod successor maioratus possit propria autoritate bona auferre a tertio detentore, & per vim eum expellere, ex sententia singulari gl. in d. l. 1. §. interdicitū autē. ff. vt possit. in verbo vltro vbi Bar. nu. 3. egregie distinguit. Aut enim vacabat possessio rei, & aliquis eā fuit ingressus, & nequaquam poterit propria autoritate expelli. l. sequitur. §. itē si occupaueris iuncta gl. ff. de vsucapio. Et hic non est casus noster nec adaptari potest questione, de qua agimus, cum possessio rerum maioratus nec momento vacare dicatur, cum mortuo possessore ipso momento trāseat ipso iure possessio ciuile & naturalis in successore, vt dicit lex nostra. Aut possessio rei non vacabat, sed per occupationem eius qui eam fuit ingressus, priuatur prius possessore vtraque possessione, quod vsuuenit in re mobili, vt in l. si rem mobilem & l. 3. §. Neraa filius. ff. de acq. posse. & tunc primus possessor potest eā rē ab eo auferre in contententi, non verò ex intervallo, arg. tex. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu. confert tex. singul. in l. si quis in seruitute in fi. ff. de furt. hic etiā casus non facit ad propositū, quia de rebus mouilibus nihil ad nos, cū maioratus constituitur, vt plurimū de rebus immobilibus. [ Aut verò possessio rei non vacabat, quādo alter eā fuit ingressus, sed vel vtramque possessionem, vel ciuilem tantum habebat aliquis, quod contingit in re immobili, vt in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acq. posse. & tunc poterit possessor eum qui rem ab eo possessam occupauit propria autoritate expellere, & ab eo rem illam auferre, atque ita intelligi debet gloss. in d. l. 1. §. interdicitum autem. ff. vt possit. vt eam intelligit Bar. ibidem, cuius doctrinam sequuntur Ang. ibi & Paul. Cast. in d. §. qui ad nundinas. 2. col. post principium & Lud. Roma. ibi. 2. col. Vbi tamen dicit tutius & sanctius esse ad iudices occurrere, vt scandala euitentur & rixæ Iaso. in d. §. qui ad nundinas. 4. notat. Imol. post Inno. in c. olim. 1. de resti. spolia. num. 10. Ange. de Aret. in §. quadrupli in l. de actio. pen. col. Alexand. hanc dicens communem in l. quemadmodum. ff. de acq. posse. nu. 3. sic & in nostra specie successor maioratus ex beneficio legis nostre possidet ciuiler & naturaliter, poterit ergo propria autoritate expellere ingressū. Ex quo hanc conclusionem probat Anto. Gomez in d. l. 45. Tauri num. 124. & pluribus alijs fundamentis eam fulcit, respondetque ad allegata in contrarium, ad quem lectorem relego.

L E Y I X:

¶ Que pone la orden que se ha de tener en el proceder y determinar en el remedio de la ley passada.

¶ Pragmatica del Emperador don Carlos y la Reyna doña Juana en Madrid hecha año de 1543.

¶ Mandamos que quando alguno o algunos occurrieren al nuestro consejo sobre pleytos y causas de mayorazgos, o sobre el remedio de la ley pasada, <sup>a</sup>pareciendo a los del nuestro consejo, que es caso en que se deve de dar juez, le den, y en la comision que lleuare, le manden, que en comenzando a entender en el negocio, asigne termino de cinquenta dias a las partes <sup>b</sup> por todos terminos y plazos: el qual no se pueda prorogar ni alargar por ninguna manera ni causa: <sup>c</sup>dentro del qual los oyga, y las partes ante el digan e aleguen, y presenten los mayorazgos, y otros titulos y escripturas, y probanças que quisieren. Y hecho y concluso el negocio dentro de los dichos cinquenta dias, sin otra mas conclusion ni prorogacion <sup>d</sup> para lo determinar, se traya ante los del nuestro consejo: y traydo se vea y determine luego, sin que ay a ni den lugar a otra alegacion ni probança, y la sentençia que en ello dieren se execute sin embargo de qualquier supplicacion, que della se interpusiere, y executada se resciba la supplicacion, y se den otros quarenta dias, y no se puedan prorogar ni alargar: dentro de los quales presenten y prueben las partes lo que quisieren, y vieren que les conuiene, para que en el dicho grado de supplicacion se vea y determine lo que fuere justicia. Y si la sentençia fuere confirmatoria, se remita el negocio al presidente e oydores de la nuestra audiencia, que hagan en el justicia, y en caso que la sentençia que fuere dada por los del nuestro consejo en el dicho grado de supplicacion fuere reuocatoria, que la sentençia de reuista sea lleuada a pura y

deuida execucion, y en cuyo fauor se diere, sea puesto en la tenencia de los bienes del tal mayorazgo, sin embargo que la sentençia de vista aya sido executada, e no quede otro remedio ni recurso alguno, y el pleyto se remita a la dicha nuestra audiencia en posesion y propiedad, dode las partes figan su justicia. ¶ Y la misma forma y orden susodicha mandamos que se tenga y guarde, quando a los del nuestro consejo pareciere se deve conofcer del tal negocio en el consejo, y no embiar juez, para que en el se le den los dichos cinquenta dias de termino, sin que se pueda prorogar mas, dentro del qual las partes digan y aleguen y prueben, y presenten lo que quisieren, y luego se vea el dicho pleyto, y y la sentençia que dieren se execute, y executada si alguna de las partes supplicare, se guarde y cumpla la orden susodicha. Y declaramos que lo que asi fuere sentenciado en nuestro consejo y executado sea auido solamente por tenencia de bienes, y en caso que algun poseedor de mayorazgo falleciere, y el que pretende ser llamado al tal mayorazgo tomo la posesion del, y estuuiere en ella por medio año, <sup>e</sup>y pasado el dicho tiempo otro viniere al nuestro consejo, pidiendola por virtud de la dicha ley de Toro, mandamos que en tal caso no se de juez, ni se conozca del en el nuestro consejo, sino que se remita a la dicha nuestra audiencia. <sup>h</sup>

G L O S. I.

- 1 Maioratus successori competit interdictum retinende, adipiscenda, & recuperanda.
- 2 Sequestrationi an locus sit, si duo contendunt super possessione alicuius rei, & rixa speratur, vel timetur? & ibi limitatur.

3 Interim

3 Interim dicti remedium remissive.  
Maioratus successor interdictum retinende propones, alio oppositore litigante super eiusdem maioratus possessione, quid debeat probare & quomodo: ibidem.

- a Sobre el remedio de la ley pasada. Remedia legis precedentis sunt tria, competit imprimis maioratus successor mortuo possessore interdictum retinende possessionis, quod a peritioribus aduocatis proponitur semper, vt probauimus supra eo.l.8.gloss.2.num.7.& seq. & adipiscenda quoque, vt ibi dixi num.3. & sequen. & recuperanda, vt late ibi insinuauimus numero. 12. & sequentibus. Quin & propria autoritate possessionem apprehendere ostendimus in.d. l. 8. gloss. vltim. nu.2.3.&.4. [ Ceterum quid si duo vel plures contendunt se successores esse maioratus, inter quos contentio & rixa speratur maximaque discordia, ita quod deuenire credatur ad arma: quia vterque preparat se & suos pro adipiscenda actuali possessione & detentatione rerum ipsius maioratus: certe iudex hac in specie ex officio vel ad partis petitionem poterit eos sub poenis prohibere, ne accedant ad fundos vel alias res maioratus, easque faciet sequestrari, donec iudex causam decidat, iuxta tex.in.l. equisimum. ff. de usufru. & glo. ibi notat, Bald. in princ. & Bart. & Alberi. in. §. vlti. legis precedentis, Moli. de Hisp. primog. lib.3. cap.13. nu.71. cum concordantijs ab Ant. Gomez traditis huic adhaerens opinio in.l.45. Tauri num. 125. vbi tamen conclusionem limitat, nisi alter eorum fuerit adeptus possessionem actualē bonorū huius maiorie, tunc enim sequestrationi locus non erit, etiam si alter eorum præparet arma & alia faciat, ex quo rixa timeatur autoritate Bald. in.l. quidam æstimauerūt 2. colum. post medium vers. secundo casu, argum. tex. in.l. vlti. ff. de offi. procura. Cetera idem voluit Bald. in cap.2. de vita & honesta. cleri. nu.8. & in.c.1. de sequestra. poss. & fruct. num.9. Iaso. in.l. quidam æstimauerunt. 3. col. post princ. ff. si cert. pct. Alberi. in.l. equisimum. ff. de usufru. quam legit sub.l. precedenti. §. vlt. [ Verum enimvero si neuter eorum ingressus fuit possessionem, nec timetur de rixa inter eos, sed vterque proponit coram iudice interdictum retinende vti possidetis, tunc deueniendum est ad remedium interdictum, de quo late agit Anto. Gomez in.l.45. Tauri numero.126. & melius dom. Dida. Couarru. lib. praecarum quaestionum cap.17. & nos quoque in stylo cancellariae titulo.3. cap.1. §.27. gloss. 4. vbi vndecim differentias inter hoc remedium & vti possidetis tradidimus, ibi etiam numero. 19. modum probandi in hoc remedio docuimus, quo quidem nostra in specie opus non est, supponimus siquidem neutrum ex colligantibus corporaliter possidere, nec actu possessionem ingressum fuisse, quare ex instrumento maioratus constabit quis sit in possessione tuenda, quod voluit Molina. d. libr. 3. capit. 13. numero.70. &.71. & licet per hanc legem detentationem tantum ex hoc remedio successor acquirat, & non possessionem, per legem tamen sequentem, & non immerito, hoc immutatur, & corrigitur statuiturque possessionem

acquiri, vt ibi dicemus

G L O S. II.

- 1 Maioratum causa ardua sunt, ideo quoad tenentia & possessionem in consilio regio agitatur.
  - 2 Consilium regium de quibus causis cognoscatur?
  - 3 Commenda Indorum lites in Indiarum consilio, non in cancellarijs controuertuntur.
  - 4 Commenda Indorum causa in regio consilio Indiarum pendente, mortuis litigatoribus an super fructibus litigari possit in cancellaria, & num. sequen.
  - 5 Accessorium iam dici non potest extincto principali.  
Beneficium mortuis litigatoribus prouideri potest ibidem.  
Causa vel lite principali extincta, extincta quoque cessatur accessoria, ibidem.
  - 6 Casus superueniens a quo dispositio nondum perfecta incipere non potest viciat dispositionem.
  - 7 Privilegio extincto quoad principales, & quoad eos quibus accessorie competebat censetur extinctum.
  - 8 Iudex causa principalis dicitur quoque iudex causa incidentis, & pluribus exemplis probatur, num.9. 10.11. &.12.
  - 13 Privilegij causa cessante cessat privilegium.  
Fructus diuerso iure censentur ab ipsa re, ibidem.
  - 14 Officium iudicis nobile non spirat finita causa principali, sed mercenarium sic.  
Fructus officio iudicis mercenario debentur, ibidem.
- b Termino de cinquenta dias a las partes. Hic poteris mutare plurima ex his, que diximus in stylo cancellarie tit.1. praeminentia. 17. casu. 12. per totum. Nota casum in quo cause cognitio spectat ad regium consilium, & non ad cancellariam vel regium pretorium, sunt enim cause maioratu arduæ vt plurimum, & quandoque inter magnates & illustres viros controuersæ, agiturque de ducatibus, comitatibus, & marchionatibus, oppidis, villis, & iurisdictionibus vni auferendis & alteri conferendis: quapropter regium consilium sibi reseruat huiusmodi causarum cognitionem quoad tenentiam olim, & hodie quoad possessionem, vt in.l. seq. [ Et si dixeris quomodo de proprietate maioratu cognoscitur in regijs pretorijs & cancellarijs, quod maioris est momenti, vt constat. Respondere licebit, hoc ideo fieri quia spaciosam cause cognitionem proprietatum cause exigunt, de quibus regij consilij, alijs moderatio nis regni negocijs prepediti cognoscere nequeunt, vt in.l.ii. tit.5. de regia cancellaria &.l.21. &.22. tit.4. de regio consilio supra lib.2. & hoc potissimum procedit, ex eo quod ex vltima sententia in regia cancellaria lata supplicari potest in his causis arduis secundo ad regiam personam iuxta legem Segouie .l.1.2. &.4. ti. 20. de secunda supplicatione supra lib.4. & sic deuoluitur ad regium consilium. l.12. eo. ti. Sed de causis sumarijs, prout hæc est, & arduis cognoscere potest regium consilium, vt ex dictis legibus colliges. [ Cuius exemplo in Indiarum regnis eo-

rum preTORIA & cAcellarię cognoscere nequeunt de cau-  
 sis super commendis Indorum controuersis, sed tan-  
 tum porrecto libello exceptionibusque oppositis, par-  
 tes ad probandum admittendę sunt, dilatione trium  
 vel sex mensium data, quę nulla ex causa prorogari  
 potest, & absque vlla alia publicatione & conclusio-  
 ne causa remittenda est ad regem regiumque Indiarũ  
 consilium, vt ibi ex eisdẽ actis summarie decidatur,  
 & vnus dumtaxat casus excipitur, in quo cancellaria  
 cognoscere potest, nempe, super spolio ab alio alteri fa-  
 cto, vt in. l. 33. in legibus Indiarum, & in regijs scrip-  
 tis ad regna Indiarum misis. [ Sed quia ex facto  
 hoc in regio preTORIO argentino causa agitata est,  
 ex qua aliam limitationẽ colligere poteris, non graua-  
 bor hęc referre. Inter duos huius regni ciues conten-  
 tio orta fuit super Indorum commenda, & processu  
 facto in cancellaria regum iuxta formam supra tradi-  
 tam, causa regi remissa fuit, & regio Indiarum consi-  
 lio, eaque ibi pendente mortuus fuit commendę pos-  
 sessor, & alter qui cum eo litigabat, heredes eorum in  
 hoc regno commorantes super fructibus hoc in foro  
 regio contenderunt, rei que conuenti iurisdictionem  
 declinauerunt huius regij fori, dicentes causam remit-  
 tendam esse ad regium consilium, vbi causa principa-  
 lis Indorum pendebat, actores negabant causam pen-  
 dere in regio consilio, fuit enim extincta morte litiga-  
 torum, fuit dubitatum, an in hac regia cAcellaria cau-  
 sa hęc trutinari possit necne, & videtur remitti debe-  
 re ad regium consilium, tam enim super principali, q̃  
 super fructibus ibi coeptum fuit iudicium, ibi ergo fi-  
 niri debet. l. vbi coeptum. ff. de iudi. cũ similibus. Prę-  
 terea accessorium non debet a principali separari, sed  
 eius semper sequi naturam. c. accessorium de regul.  
 iur. lib. 6. cum concordantijs ibi a glo. Dyno & Ioan.  
 And. adductis. [ Sed nihilominus opposita sententia  
 mihi visa fuit verior, & in puncto iuris sustētabilior,  
 ex sequen. Et primo quia regula iuris est, accessorium  
 sine principali stare non posse. l. naturaliter. ff. de con-  
 dicti. indeb. l. 4. §. ex conuentione nu. 5. ff. de re-  
 iudi. extincto itaque principali, accessorium amplius  
 iam dici non potest. l. 1. 2. 3. & 4. ff. de peculio lega. l. nã  
 quod liquidẽ in prin. ff. de penu lega. l. fundi. §. si. ff. de  
 fundo instructo, vbi ita cum tex. summat Bart. a quo  
 remouetur principale, & eius accessorium. Sed nostra  
 in specie extincta fuit causa principalis mortelitagã-  
 tium, eod quod ad eorum vitam durabat commenda,  
 quemadmodum si duo vel plures super sacerdotio seu  
 beneficio litigent, eis mortuis causa dicitur extincta  
 & finita, ita vt ex tunc fieri possit eius beneficij præ-  
 sentatio & collatio, vt in Clementi. 1. vt lite pend. in  
 priori eius parte, Couarru. lib. practi. quęstionũ. cap.  
 36. num. 7. versi. secundus casus: sic & lis quę inter di-  
 ctos huius regni ciues vertebatur in regio consilio su-  
 per Indorum commenda, mortuis litigatoribus finita  
 & extincta fuit, quod ad principale, hoc est, quoad  
 Indorum commendam, quippe quę eorum morte fi-  
 niebatur, ita vt alteri potuerit commendari, prout cõ-  
 mendata fuit in specie, de qua agimus, nimirum ergo  
 si causa Indorum principali finita & extincta, ex-  
 tincta quoque censetur causa accessoria fructuũ, iux-  
 ta regulam. l. cum principalis causa, & l. nihil dolo. §.

cum principalis. ff. de reg. iur. cum concordan. ibi in  
 glos. citatis, quibus adde vltra superius dicta, tex. in. l.  
 3. §. qui habet. ff. de serui. rusti. præd. qui ad hoc solet  
 allegari, quod extincto actu principali, extinguitur  
 quoque & accessorium, & quod venit in consequen-  
 tiam, tex. etiam in. l. fi. C. de consti. pecu. de quo per  
 glo. & Cyn. in. l. 2. ff. de iuri. om. iud. & per Bald. in. l.  
 & si is. C. de præd. mino. per Cano. in. c. si diligenti de  
 foro comp. & c. inter dilectos de fide instr. cum con-  
 cordan. per Tiraq. latissime congestis in lib. de consti-  
 tuto. 3. par. limi. 7. nu. 40. cum quindecim numeris præ-  
 cedentibus. [ Cum igitur lis super fructibus sine prin-  
 cipali causa Indorum non poterat in regio consilio  
 agitari, sed in cancellaria, vt in. d. l. 1. tit. 5. de regia cã-  
 cellaria supra lib. 2. & deuenit ad casum a quo incipe-  
 re non potuit, necessario remitti debuit ad cancella-  
 riã iuxta notata in. l. pluribus. §. etsi placeat. ff. de ver-  
 bo. obliga. vbi dispositio nondum perfecta & consu-  
 mata viciatur, si ad eum deuenit casum a quo non po-  
 tuit incipere, & ibi Bar. optime materiã explicat nu.  
 2. 3. & 4. & in. l. debitor decem in prin. num. 1. ff. de le-  
 ga. 2. & in auth. quomo. oportet. episcopos. §. hæc autẽ  
 de Deo nu. 1. per text. ibi col. 1. sed causa, de qua agi-  
 mus, non erat consummata & perfecta quando litigato-  
 res mortui sunt, & sic quando ad eum casum deuenit,  
 a quo initium habere non potuit, quare consequitur  
 proculdubio causam fructuum accessoria extinctã  
 esse, nec in regio consilio tractari posse, sed in cancel-  
 laria. [ Suadetur hæc eadẽ sententiã, quia mortuo prin-  
 cipali, cui principaliter competit priuilegium, extin-  
 guitur etiam quoad alios, quibus accessorie compete-  
 bat, vt notat Bal. in. l. 2. circa finem vers. 6. quero. C. de  
 episcop. & cleri. Soci. conf. 84. num. 1. lib. 3. Deci. in. l.  
 in omnibus causis nu. 10. ff. de reg. iur. Sed in casu isto  
 competeat priuilegium causę Indorum, vt in regio  
 consilio tractaretur, non in cancellaria, & accessorie  
 quoque fructuum causę idem priuilegium compete-  
 bat, non quod huic causę incidenti priuilegium fuis-  
 set concessum, sed ex principali causa hoc priuilegio  
 potiebatur, arg. tex. in. c. si cui. §. 1. c. dudum in prin. de  
 praben. in. 6. c. sicut nobis de verb. signifi. cod. lib. Dõ-  
 mi. conf. 74. ad finem Deci. vbi supra, quare extincta  
 causa principali Indorum morteligatorum, extin-  
 cta similiter fuit causa accessoria fructuum. [ Finita  
 ergo ea instantia, quę pendebat coram regijs consilia-  
 rijs, potuit denuo intentari super fructibus in hac re-  
 gia cancellaria, tanquam causa principalis pecunia-  
 ria, quę non accedit causę Indorum, cum ea finita  
 & extincta fuerit morte litigatorum. Et si obijcias,  
 ad cognitionem habendam cui fructus pertineant,  
 cognosci debet necessario, cui commenda Indorum  
 competeat, cuius cognitionis inhibitiõ sunt India-  
 rum cAcellarię, vt in. l. 33. in legibus Indiarũ, nõ ergo  
 cognoscere poterit de fructibus. Respondeo, iudicẽ cau-  
 sę principalis esse iudicem causę incidẽtis, de qua prin-  
 cipaliter cognoscere nõ posset, vt in. l. quoties. C. de  
 iudi. vbi iudex pedaneus de causa status cognoscere  
 põt incidẽter, qui aliã de ea cognoscere non valebat,  
 vt in. l. 2. C. de pedane. iudic. idẽ statuitur in arbitro,  
 vt in. l. cum proponas. C. de rebus credit. [ Hinc  
 fit, vt iudex habens limitatam iurisdictionem,

non

non possit cognoscere de causa diuersa speciei, nisi  
 vsuueniat incidenter, ita vt sine eius cognitione, nõ  
 posset causa principalis coram eo controuersa diffini-  
 ri, vt in specie. d. l. quoties. C. de iudi. Bar. & Paul. Ca-  
 str. decidunt in. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi.  
 Rober. Maranta de ordi. iudicio. 4. par. 6. distinctio-  
 ne principali iudiciorum nu. 25. & sequentibus. [ Simi-  
 liter iudex causarum ciuiliũ, qui causarum criminalium  
 iurisdictionem non habet, poterit punire testes  
 falsa deponentes in causa ciuili coram eo penden-  
 te, etiam si nullam in testem iurisdictionem habeat. l.  
 nullũ. C. de testib. l. 2. & ibi Bal. C. de sportul. l. si quis  
 forte. §. si quos. ff. de poenis. l. vlti. tit. 16. par. 3. cum plu-  
 ribus concord. per dom. Did. Couar. traditis in libro  
 practi. quęst. c. 18. nu. 8. & est tex. regni nostri in. l. 57.  
 tit. 5. de præfectis pratorio & senatoribus cancellarię  
 supra lib. 2. vbi hanc punitionem testium falsa dep-  
 nentium permittit lex illa senatoribus regię cancella-  
 rię, qui aliã cognitionem non habent criminalium.  
 [ Sic & quilibet iudex poterit hoc in regno de causa  
 nobilitatis Hispanę cognoscere incidenter, si quis for-  
 tẽ contendat se non debere in carcerem detrudi ob de-  
 bita ciuilia, quia nobilis est & fidalis, licet aliã su-  
 per causa nobilitatis Hispanę principaliter nemo cog-  
 noscere possit, præter iudices ad id nuncupatum depu-  
 tatos, vt in. l. 12. tit. 11. de pratoribus nobiliũ supra lib.  
 2. l. 21. & l. 31. eo. tit. hæc fuit sententiã Bal. in. l. nõ igno-  
 rat. C. de his. qui accusa. non poss. cui accessit Arceus  
 Otalora in libro de nobilitate Hispana. 3. part. c. 2. nu.  
 8. & Pet. Nunnii. Auendaño in lib. de mandatis regijs  
 exequendis. c. 1. num. 29. vers. 20. causa. [ Quinetiam,  
 quod plus stringit iudex laicus coram quo testis cle-  
 ricus falsum deposuit, poterit de falsitate cognoscere  
 ad decidendam causam principalem, quę corã eo ver-  
 titur, non autem ad eum puniendum, vt voluerunt Ho-  
 sti. Innocen. Ioan. And. Ant. Panor. & Felin. in. cap.  
 verum de forõ compe. Ripa in cap. decernimus nu. 26.  
 de iudi. dom. Dida. Couar. d. c. 18. col. pen. & si. Sic &  
 in specie nostra, regia cAcellaria cognoscere potuit de  
 causa fructuum, quę causa est pecuniaria, & inciden-  
 ter ad quem ex litigatoribus iam defunctis Indorum  
 commenda pertinuerit, quamuis pronũciare nihil po-  
 tuerit super dicta commenda, nec pronũciare erat  
 necesse, cum morte litigatorum vacauerit, & ob prædi-  
 ctam vacationem Indi alteri commendati fuerunt. Si  
 militer in casu. d. l. quoties. C. de iudi. nõ lieuit iudici  
 pedaneo de causa status pronũciare, & si de ea cognos-  
 cere incidenter potuerit ad effectum diffiniendę cau-  
 sę hereditarię, vt rectẽ intelligit Rober. Maranta de or-  
 di. iudiciorum. 4. par. 6. distinctio. princip. iudiciorũ  
 nu. 26. [ Nec oberunt adducta in oppositum, non  
 enim negamus, vbi coeptũ fuit iudiciũ, ibi finiri oport-  
 ere: sed hic iam finitum fuit iudiciũ principale In-  
 dorum mortelitantium vt supra deduximus, quo  
 finito cessauit accessorium fructuum, vt probauimus,  
 & quia cessante causa priuilegię cessat priuilegium. l.  
 atethę. §. 1. ibi quoad in prædatu sunt, & in. l. Geome-  
 tricę. ibi dicitur curam gerit, & in. l. idem Vlpianus  
 ff. de exca. tuto. l. Titia Seyo. §. vlt. & ibi gloss. &  
 Bar. ff. de lega. 2. c. concordatijs & similibus ab An-  
 drea Tiraq. congestis in Libella, quã inscribitur, cau-

sa cessante, 1. par. nu. 203. & pluribus sequen. At in ca-  
 su nostro cessat ratio commendę Indorum in fructi-  
 bus eius, qui separati sunt ab ipsa commenda & diuer-  
 so iure censentur ab ipsa re vt in. l. in edibus. §. ex re-  
 bus. ff. de donatio. Bal. in. l. vlt. C. de vlucap. pro dona-  
 to, nec de eius substantia esse dicuntur, sed quid sepa-  
 ratum: iubemus. C. ad Trebell. l. scimus in prin. & ibi  
 Bar. nu. 2. C. de inoffi. testa. [ Quatenus autem dixi-  
 mus accessorium non debere separari a principali, fa-  
 teor equidem, nisi principale fuerit extinctum, tunc  
 nimirum extinguitur quoque accessorium, vt proba-  
 ui supra nu. 5. Quod si obijcias finita causa principali  
 durare officium iudicis nobile super accessorio, & nõ  
 extingui, vt in. l. vlt. §. Lutus Titius & ibi notat Bar.  
 nu. 2. ff. de conditio. indeb. Respondeo, fructus non  
 officio iudicis nobili, sed mercenario debentur, vt no-  
 tat Bal. in. l. 1. nu. 23. & in. l. 2. nu. 4. C. de fructi. & lit.  
 expens. & licet officium iudicis nobile non extingua-  
 tur extincta principali actione, extinguatur tamẽ of-  
 ficium iudicis mercenarium, vt in. l. terminato. C. de  
 fructi. & liti. expens. & l. 4. C. de positi Bar. in. d. l. vlt.  
 §. Lutus Titius. ff. de conditio. indeb. & si adhuc in-  
 stes si extinguitur officium iudicis, quomodo poterit  
 iterũ suscitari & denuo agere? cõtra. l. qui res. §. areã  
 ff. de solu. Respondeo hęc non fuit lata sententia super  
 principali, prout fuit in specie cõtraria, sed fuit extin-  
 cta causa principalis per mortem litigantium, quare  
 quoad ipsam dumtaxat in stãtiam perempta quoque  
 fuit causa fructuum accessoria, durat tamen iudicis of-  
 ficiũ, vt in alia instantia denuo proponi possit.

G L O S S. IIII.

Prorogari an possit terminus legalis ex cõsensu par-  
 tium?

Prorogari ni aliquid porninguna manera ni causa. Sed  
 an ex consensu partium possit hic terminus proroga-  
 ri tractatui latẽ in stylo cancellarię tit. 1. præminuentia  
 17. casu. 12. declara. 6. glo. 2.

G L O S S. IIIII.

Dilationes nouę quãdo dentur in cõsistorio principis?

Si otra mas conclusiõ, ni prorogaciõ. Sed contra vi-  
 detur quandoquidẽ quoties causa examinatur in cõ-  
 sistorio principis datur nouę dilationes, vt in. l. in of-  
 ferendis in fi. C. de appella. Sed Bar. ibi nu. 4. hoc in-  
 telligit, si examinatur causa per modũ appellatiõis, se-  
 cus si per modum consultatiõis, vt in. l. cum a nobis  
 C. de dilatio. atque ita intelligi debet glo. in. l. ne cau-  
 sas. C. de appella. Vel dic hæc in specie dilatiõẽ datã  
 videri ab ipso consilio, cum ab eius edmissario con-  
 cessa fuerit. l. qui per alium. ff. de regu. iur.

G L O S S. V.

Para que en el Scilicet dicto consilio, ibi enim poterit  
 B b 3 de



de causa tenetur cognosci nullo iudice commissario apud quem processus fulminetur.

GLOSS. VI.

- 1 Detentatio quid sit?  
Detentatio dicitur si alicui fuerit res tradita nullo procedente titulo habili ad transferendum dominium ibi.
- 2 Detentator vsucapere non potest.  
Detentatori competit officium iudicis in quibus casibus possessori competunt interdicta, ibid.
- 3 Detentatio animo retinetur sicut & possessio ex receptoria sententia,

4 Solamente por tenencia de bienes. Detentatio est nuda & simplex in silentia rei, ex qua nec dominium nec possessio civilis neque naturalis quæritur occupanti, ut si quis rem tradit alicui nulla causa procedente, neque titulo habili ad translationem dominij, nã licet depositũ & comodatum præcedat, nõ dicitur possidere, q̄ ita rē occupavit vel is cui res ita tradita est. l. nũ quã nuda. ff. de acq. rer. domi. l. licet vers. rei depositæ ff. de pos. l. comodatæ. ff. comod. l. qui vniuersas. §. vlt. & l. si rem mobilẽ in prin. ff. de acq. poss. §. possidere insti. de interdi. cum cõcord. ab Ant. Gom. traditis in l. 45. Tau. nu. 6. 7. & 8. vbi cumulat alios casus, in quibus detentatio acquiritur vsque ad numerũ. 10. Et nu. 11. & sequentibus refert differentias inter detentionem & possessionẽ. Primõ, vt vsucapere nõ possit regula sine possessione de reg. iur. in. 6. Secundõ, q̄ non competunt remedia possessoria si detentator turbetur in sua detentatione vel aliã molestetur in ea, sed officiu iudicis. l. Acquilus Regu. ff. de donatio. & ita expendit ex eo gl. vlt. & Bar. Ang. Pau. Roma. Imol. & Cuma. ibidẽ, gl. Bar. Bal. & doct. communiter in. l. & ideo. §. Neratius. ff. de condit. furtiua. Denique vbi cũ que remedia possessoria cõpetunt possessori, vel spoliato a possessione, competunt detentatori & ab ea spoliato ex sententia Ang. de Perusi. in. l. manifestissimi §. sed cũ in secũda. C. de furt. 2. col. in fi. Et quemadmodũ animo retinetur possessio, ita & detentatio. l. si nita. §. si quis metu. ff. de dam. infecto. & hæc est receptoria sententia teste Ant. Gom. in. d. l. 45. Tau. nu. 15. sed lex ista corrigitur per sequentem, non enim queritur detentatio successoris maioratus per sententiam sententiarum, n̄ verumetiam possessio, vt ibi dicam.

GLOSS. VII.

- 1 Maioratus successor si per sex menses realiter possedit, non tenetur respondere super possessione, sed super proprietate.
- 2 Possessor rei immobilis per tẽpus vnus anni & diei, an respondere teneatur super possessione vel super proprietate?
- 3 Præscriptiones plures vnus anni referuntur remissive.

4 Por medio año. Nota ex lege ista, q̄ prætendens successorem esse maioratus, si actu apprehenderit possessionem, & in ea steterit per sex continuos menses, nõ poterit super maioratus possessione conueniri, sed super

proprietate dumtaxat, nec hæc in specie cognoscit cõsiliũ regiũ, sed cancellaria, quod est profecto mirabile vide in gl. seq. Nec deinceps magni pendemus decisionem. l. 3. ti. 15. de præscriptio. supra l. 4. vbi possessor rei immobilis per annũ & diẽ cũ titulo & bona fide nõ tenetur super possessione respondere, si super ea ab aliquo, is q̄ in ea ciuitate vel loco præfens fuit, cõueniatur, sed super proprietate dũtaxat, & hoc permittit lex illa in his ciuitatibus vel locis, in quibus ita ex consuetudine obseruabatur, quæ lex multas doctorũ regni nostri cõtentiones subtulit, qualiter atque aliter intelligebãt. l. 1. tit. 13. de præscrip. lib. 3. ordina. vbi Did. Perez col. 1220. & seq. refert diuersas opiniones, nempe, Ant. Gom. in. l. 45. Tau. nu. 102. vers. hodie tamen, & d. Did. Couar. in relectio. regulæ possessor. 2. par. §. 11. nu. 7. quibʰ hodie locus nõ est, ea siquidẽ lex 3. tit. 15. supra lib. 4. eas omnino declarauit, vt supra vidimus. Plures alias præscriptiones vnus anni congregauit Dyn. in tracta. de præscrip. Mõtal. in. l. 7. gl. 1. tit. 11. lib. 2. foro legũ, alias addit Did. Perez in. d. l. 1. ti. 13. de præscrip. lib. 3. ordina. col. 1219. & sequen.

GLOSS. VIII.

- 1 Detentatio an vero possessio acquiratur successoris maioratus per possessionem anni & vnus diei.
- 2 Possessio an acquiratur per eũ qui vere constiterit non esse successorem an vero detentatio.
- h Si no que se remita a la chancilleria. Secundum dispositionem huius legis causę maioratus super possessione non poterant tractari in regio consilio, sed in cãcellaria, vt hic dicitur, quia e videtur non possessionem acquiri, sed detentionẽ dumtaxat per possessionẽ sex mensium. Sed verior est sententia contraria, imo quod possessio quæritur vt diximus supra gl. precedenti in prin. quandoquidem ipse succellor, si verẽ succellor erat, ciuilitè & naturaliter possidebat iuxta legẽ præcedentem mortuo possessore. Nullo ergo casu detentationẽ solũ acquirat sex mensibus elapsis, nisi vbi cõstiterit eũ non fuisse vocatũ ad maioratũ, nec verẽ esse succellorem, tũc enim detentator dicitur, nõ possessor cũm verus succellor possideat, vt. d. l. supra proxima.

LEY. X.

¶ Por la qual se corrige la ley passada en quãto de claro, que lo determinado en consejo fuesse en tenuta y no en possession. Y manda que se entienda en possession, y sola la propiedad se remita a las auaiencias,

¶ Don Phelippe. II. en Toledo año de 1560. petition. 73. Fue publicada esta ley en. 19. de Septiembre del dicho año.

¶ Mandamos que en los pleyto y negoçios sobre bienes de mayorazgo, y bienes vinculados, en que conforme a la ley passada se conofce en el nuestro cõsejo, que determinodos los tales negoçios

en vista y grado de reuista en el nuestro consejo, la remision se haga a las nuestras audiencias tan solamente quanto a la propiedad, y no asimismo en quanto a la posesion, como hasta aqui se ha hecho. Demanera que la sentencia y determinacion del consejo sea y se entienda ser en posesion, y que sobre lo asimismo sentenciado no aya ni pueda auer otro pleyto y juyzio de posesion, guardandose en lo demas todo lo contenido en la dicha ley. Lo qual se entienda y guarde en todos los negocios, que al presente penden, y de aqui adelante pendieren en el nuestro consejo, excepto en aquellos que al tiempo de la data y publicacion desta ley estuuieren ya vistos en el nuestro consejo, que en aquellos no se guarde ni se estienda esta ley y declaracion.

GLOSS. I.

- 1 Dominij diffinitio.  
Alienatio rei propria prohibetur ex pluribus causis, ibidem.
- 2 Proprietas et dominium pro eodẽ poni solent quãdoque.
- 3 Proprietas dicitur respectu possessionis, cũ qua nihil habet commune.
- 4 Proprietas dicitur respectu vsusfructus formalis.  
Vsusfructus duplex, formalis & causalis, & quid sit formalis, quid vero causalis, ibidem.
- 5 Proprietas dicitur respectu vtalis dominij, & quomodo intelligatur?  
Dominium directũ dicitur proprietas, nõ vtile, ibid.
- 6 Proprietas & dominium simul inueniuntur in iure & legibus.  
Proprietas quandoque sumitur pro re ipsa, sicut possessio, ibidem.
- 7 Lex si tibi. ff. quẽ vsu. amitta. explicatur nouẽ.  
Proprietatis dominium quidẽ ibidem.  
Vsusfructus dominium, ibidem.
- 8 Maioratus proprietas in regia cancellaria tractari debet & possessio in regio consilio.

¶ Quanto a la propiedad. Solet dubitari, an proprietas & dominium sint idẽ, an inter se differãt, quod latè discutit Ari. Pinel. in. l. 2. par. nu. 6. & seq. C. de bon. mater. sed nõ bene se resoluit iudicio meo. Dic ergo dominium est ius de re corporea vel incorporea pfectè difponendi, secũdũ ius diuinũ & humanũ, ita diffinit tex. in. l. 1. ti. 28. de acqui. rerũ domi. part. 3. quẽ melior est diffinitio, q̄ ea quã a Bar. traditur & scribetibus in. l.

si quis vi. §. differẽtia. ff. de acq. posse. hæc enim vltima verba diffinitionis secũdũ ius diuinũ vel humanũ oẽs prorsus tollunt difficultates, iure enim humano quãdo que prohibetur alienatio rei propria, vel quia alteri venit restituẽda post mortẽ, vt dixi supra eo. l. 6. gl. 3. nu. 13. vel ex alia iusta causa, puta, ne deformetur ciuitas, vel aliã, eius dispositio ad libitũ prohibetur, vel si dominus est vt iliter, prohibetur de re disponere nisi obtenta licẽtia a dño directo. l. 2. & vlt. C. de iure emphi. c. 1. de prohib. feudi aliena. per Lothari. c. Imperiale in prin. de prohib. feu. alie per Frederi. l. 10. ti. 36. de feudis par. 4. Proprietas autẽ nomẽ specialius est, licet quãdoque pro eodẽ ponatur a iuriscõsultis & legulatoribus, authore Fabro in. §. omnium nu. 21. in sti. de actio. cui accedit Pinel. in. d. l. 1. 2. par. num. 6. C. de bon. mater. ita intelligens tex. in. l. si procurator. ff. de acq. rer. domi. ibi dominium & proprietas, & vltra eum id colligitur ex fine legis, vbi id quod vtroque nomine in prin. designauerat, proprietatem in fine legis appellat, dicens proprietatẽ eis acquiri. Idẽ constat ex pluribʰ legibus eiusdẽ tituli. ff. de acq. rer. domi. & ex l. vlt. ff. de superfi. vt tradit Duarenus in. l. disputatio. nũ. c. 17. ad finẽ. Proprietas dicitur proprie respectu possessionis, quãdoque autẽ respectu vsusfructus, in re qualibet est dare proprietatẽ & possessionẽ, quẽ nullã habet cõmunionẽ, sed diuersa sunt. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poss. l. permisceri eo. tit. l. 1. §. huius autẽ. ff. vti posside. Proprietas quoque dicitur respectu vsusfructus formalis, qui est separatus a dominio, & dicitur seruitus psonalis. l. 1. ff. de serui. de quo agit titulus. C. & ff. de vsufu. & differt ab vsufructu casuali, quia hic nõ separatur a dominio, illũ quippe habere dicitur dñs rei, ex sententia gl. in prin. insti. de vsuf. Bar. in. l. 1. nu. 4. ff. de cõdi. ex lege, quẽ sententia recepta est cõmuniter, vt attestatur Alex. in. l. si ita stipulat. §. 1. nu. 2. ff. de verb. oblig. l. in. §. equẽ si agat nu. 4. in sti. de actio. Rober. Maran. in. l. is pot. nu. 172. ff. de acq. hered. Ari. Pinel. in. l. 2. par. nu. 9. C. de bon. mater. eãque pluribus legibus fulcit cõtra Duarenũ Corrafiũ & Cõnanũ in locis ab eo citatis, negãtes dari vsufructum causalem, dñs enim non dicitur habere vsufructũ, secũdũ eos. Itaque proprietas secundum oẽs est apud vnũ, vsufructus autẽ formalis est apud aliũ. §. vsufructus insti. de vsufu. cũ licet ait vsufu. ut a proprietate separationẽ recipit. l. 70. ti. 31. de seruitutibus par. 3. Proprietas etiã dicitur esse apud dñm directũ, & tunc dicitur proprietas respectu vtalis dominij, est enim dominium vtile & directũ, vt in. l. 1. ff. si ager vectig. vel emph. peta. proprietas hac in specie semper stat pro dominio directo, secũdũ Bal. in. l. si de pprietate nu. 13. vers. & nota. C. si a nõ cõpe. iud. idẽ notat Bal. in. l. pprietatis dominium nu. 1. C. de proba. Deci. in. c. ceterum nu. 16. de iudi. Alex. cõf. 159. nu. 9. lib. 5. Corraf. in. l. pro parte nu. 5. ff. de seruitu. l. in. l. traditionibʰ. 2. col. C. de pact. & in. d. §. nihil cõmune nu. 13. & ibi Ripa nu. 4. & nouiores, quod tãquã receptũ tradit Moline. in consuetud. Parisien. fol. 305. col. 3. Ari. Pine. d. l. 2. par. nu. 6. C. de bon. nat. Ex quo nu. 8. infert ad. q. an agẽs actione reali si dicat se proprietarium, vel ad se spectare proprietatem, obtineat probando vtile dominium, & concludit obtinere debere

recum Bald. & Paul. in. l. 2. ff. de condi. insti. quia improprietantur verba ad sustinendum libellum, quod verius est & receptus. [ Ecce in casibus superius traditis proprietas differt à dominio, quippe quod largius accipiatur quam proprietas, sed quadoque inuenitur in iure vt ique nomen, proprietas & dominium simul, vt in. l. proprietatis, dominium. C. de proba. vbi gl. & doct. exponit, vt nomē domini stet expositiue, quasi dicat proprietas quæ est dominium, vel ex contrario, dominium, quod est, proprietas, similia verba posuit iuriconsultus in. l. si tibi, ibi proprietatis dominium. ff. qui. mod. vsufu. amitta. sed Sali. in. d. l. proprietatis. C. de proba. verbū illud proprietatis, ibi poni asserit pro ipsa re, in qua dominiū quis habet, quæ sententia placet Pinelo in. d. l. 1. 2. par. nu. 7. C. de bon. mater. adducens tex. id iudicio suo probantem in. d. l. si tibi. ff. qui. mod. vsu. ami. eamque vltra doctores appendit ad huius sententiæ comprobationem, dicit enim iuriconsultus, quod habens vsufu. emit dominium proprietatis, quod plane secundum eum refertur ad rem ipsam, vt inde dicamus nomen proprietatis, vt vulgariter dici solet, pro re ipsa sumatur, quæ admodum ex vulgari locutione nomen possessionis accipitur pro rebus ipsis & proprietatibus. l. interdū. ff. de verbo. signifi. [ Sed iudicio meo licet intellectus iste adaptari possit textui in. d. l. proprietatis. C. de proba. nullatenus tamen quadrare potest textui in. d. l. si tibi. ff. quem. vsufu. ami. sed potius adaptabitur in tellectus Pauli Castr. in. d. l. proprietatis, quem vt obsecurum & inuolutum improbat idem Pinelus in. d. l. 1. 2. par. nu. 6. in fi. dicit enim iuriconsultus in. d. l. si tibi, quod is cui legatus erat vsufu. fundi emit dominium proprietatis, quæ erat apud hæredem, nondum enim euenerat conditio sub qua eadem proprietas alteri legata fuerat, si post emptionē conditio euenerit, pleno iure fundū habebit is, cui proprietas legata fuerat, cū ex emptione proprietatis cōsolidat⁹ fuerit vsufu. fructus cum proprietate, & sic legatarius vsufu. fructus legatū amisit, Ecce ibi tex. clare loquitur de emptioe proprietatis nudæ, ipse enim emptor erat vsufu. fructuarius, quare vsufu. fructū emere non poterat à seipso, non igitur emptio domini proprietatis referri potest ad emptionē domini ipsius fundi, sed ad emptionem domini proprietatis nudæ, quæ erat apud hæredem, nec mirum videri debet, quoniam in ipsa nuda proprietate est dare dominium, vt inquit Paul. Castr. in. d. l. proprietatis nu. 2. quia de proprietate disponere potest, qui eā nudā obtinet, ita & qui habet vsufu. fructum, dicitur etiam habere dominium illius iuris l. qui vsufu. fructum. ff. si vsufu. peta. hoc enim nomē est latum & amplum, & cadit in omni iure, quod quis habet, quod in vsufu. fructu probat Anto. Gomez in. l. 48. Tauri nu. 2. & ipse Ari. Pinel. in. d. l. 1. 2. par. nu. 18. C. de bon. mater. attestantes hoc esse communiter receptum, [ Ex quibus resoluo in specie legis nostræ causam proprietatis bonorum maioratus vel ipsius iuris maioratus remittendam esse ad regiam cancellariā, & proprietatē hīc appellari respectu possessionis, quæ diuersa est à proprietate, vt in. d. §. nihil commune, ita quæ causa possessionis deciditur in regio. consilio, causa verò proprietatis in regijs cancellarijs, in quo autē

differunt causa petitorij à causa possessorij, recurrendum est ad Bart. & scribentes in. d. §. nihil commune.

GLOSS. II.

- 1 Maioratus causa quoad possessionem expediri debet in regio consilio, & quoad proprietatem in regia cancellaria.
- 2 Sententia lata in possessorio non parit exceptionē rei iudicatæ in petitorio. Possessio est quid diuersum à proprietate, & quæ ex hoc inferuntur remissiuæ, ibidem. Possessionis diffinitio & quotuplex sit? remissiuæ ibidem.
- b Nipueda auer otro pleyto ni juyzio de possession. Hæc lex corrigit præcedentem, nam in regio consilio expediri debet causa possessionis, seruata solemnitate & dilationibus legis præcedentis, ea tamen causa finita in regio consilio, non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, hoc est, in causa proprietatis, quippe quæ in regia cancellaria est agitanda, vt hīc statuitur.
- 2 Et sic ex lege ista colligitur, quod sententia lata in possessorio, non parit exceptionem rei iudicatæ in petitorio, vt in. l. & an eadem. §. vlt. ff. de excep. rei iudic. l. naturaliter. §. nihil commune & ibi notant glo. & docto. & ibi Ripa num. 12. ff. de acq. poss. eo quod nihil commune habet proprietas cum possessione, vt ibi dicitur & ex hac lege colligitur, quod amplia & extē de pluribus modis, vt videre licebit apud eundem Ripam in. d. §. nihil commune nu. 1. & sequē. diffinitionem autem possessionis tradunt Bart. & docto. in. l. 1. in prin. ff. de acq. poss. Ant. Gom. notabiliter in. l. 45. Tauri nu. 17. & 18. & nu. 19. quotuplex sit.

LEY XI.

¶ En que se manda guardar por ley la clausula del testamento del Rey don Enrique segundo.

¶ Don Fernando y doña Ysabel año de. 488. y don Philippe. II. año de. 1566.

¶ Por quanto el Rey don Enrique el segundo auiedo hecho muchas donaciones en perjuizio y diminucion de la corona Real destos reynos, por descargo de su consciencia, y para algũ reparo y remedio de lo que ansí auia hecho en perjuizio de la dicha corona, en su testamento puso vna clausula q̄ es del tenor siguiente. ¶ Por razon de los

los muchos y grãdes y señalados seruiçios que nos hizieron en los nuestrs menesteres los Prelados y Condes, y Duques, y ricos omes, e Infançones, y los caualleros, y escuderos, y ciudadanos, asy de los naturales de nros Reynos, como de fuera dellos, y algunas ciudades, villas e lugares de los nuestrs Reynos, y otras personas singulares de qualquier estado o condicion que sean. Por lo qual nos les ouimos de hazer algunas gracias y mercedes, porque nos lo auian bien seruido, y son tales que lo mereçeran y seruiran de aqui adelante. Porende mandamos a la Reyna, e Infante mi hijo, que les guarden y cumplan y mantengan las dichas gracias y mercedes que les nos hezimos, y que las non quebranten ni mengüen por ninguna razon, y nos gelas confirmamos, y tenemos por bien que las ayan segun que se las nos dimos y confirmamos, y mandamos guardar en las cortes que hezimos en Toro. Pero toda via que ayan por mayorazgo, y finquen al hijo legitimo maior de cada vno dellos. Y si muriere sin hijo legitimo, que torne sus bienes del que asy muriere ala corona de los nuestrs Reynos. ¶ La qual dicha clausula los señores Reyes catholicos, don Fernando y doña Isabel mandaron guardar por ley general, y nos la mandamos asy guardar segun y como en la dicha clausula de su so inferta se contiene.

GLOSS. I.

- 1 Donatio remuneratoria à Principe facta ob benemerita & seruitia reuocari non potest.
- 2 Donatio ob benemerita à principe facta ob in gratitudinem non reuocatur.
- 3 Donatio ob benemerita vel Priuilegium immunitatis an reuocari possit à principe, & numero precedenti.

4 Donatio ob benemerita an à principe possit ex causa reuocari remissiuæ?

¶ Por razon de los grãdes muchos y señalados seruiçios que nos hizieron. Priuilegia vel donaciones à principe cōcellē propter merita grata, & accepta seruitia, & in eorum remunerationem transeunt in contractum, at que ideo reuocari non pōllunt, arg. tex. in. l. si pater. §. si iuncta glo. in verbo irreuocabilis. ff. de dona. vbi donatio remuneratoria non reuocatur ob ingratitudinem, ex quo plane deducitur, id quod alias est reuocabue, fieri irreuocabile, si factum fuerit ob benemerita, quem tex. ad hoc appendunt Ang. & Roma. ibi, & Bal. in. l. si cum mihi. ff. de dolo Panor. in cap. vlti. prope finem extra de donatio. Roma. singul. §. 16. Cor. conf. 194. lib. 3. Barba. conf. 54. lib. 2. & conf. 2. lib. 4. Alex. conf. 42. numer. 16. lib. 4. Stepha. Ber. conf. 154. num. 3. lib. 1. Soci. conf. 84. colu. pen. lib. 3. Felin. in. c. nouit num. 12. de iudi. Iaso. in. l. ex hoc iure nu. 54. ff. de iusti. & iu. Tiraq. in. l. si vnquam in verbo donatione largitus, nu. 12. & 19. C. de reuocari. dona. Nicol. Boeri. dec. 127. Fortuni. in. l. 1. §. ius naturale num. 66. ff. de iusti. & iu. Ioan. Lupi in repe. rubri. de don. int. vi. & vxo. §. 50. num. 5. Roma. conf. 26. num. 8. Curtius Seni. conf. 66. num. 2. Thom. Grama. Decisio. 65. num. 24. Gozadi. conf. 5. num. 10. [ Hanc conclusionem ex textu illo in. d. l. si pater. §. vlti. ff. de dona. nēpe quod donatio ob benemerita per principem facta reuocari non possit, tenuit Roma. conf. 436. nu. 14. 15. & sequētibz, & in repe. l. si verò. §. de viro. 24. fallē. ff. solut. matri. & And. Alcia. in lib. i. de verbo. signifi. vbi integram illam Romani repetitionem multo altius & ornatus transcripsit, & ante eos Bal. in. l. si cum mihi. ff. de dolo, vbi hoc exemplificat in concessionibus officij, terræ & iurisdictionis. [ Idem tamen in priuilegio immunitatis ob benemerita concessio, vt reuocari non possit, asseuerat Alex. conf. 101. colu. 1. & 2. lib. 1. & conf. 307. col. 1. & 2. lib. 2. Barba. & Felin. num. 12. in vitroque casu in cap. nouit de iudi. licet Areti. ibi dubitet, Barba. conf. 2. colu. 4. lib. 4. Soci. conf. 58. nu. 9. lib. 1. Stepha. Bertran. conf. 254. li. 3. & conf. 157. nu. 8. eod. lib. 3. Iaso. in. l. ex hoc iure num. 54. ff. de iusti. & iu. Tiraq. in. d. l. si vnquam verbo donatione largitus nu. 13. Ioan. Lupi in rep. rubr. extra de dona. int. vi. & vxo. §. 50. num. 5. & 6. Anto. Capi. decif. 121. nu. 15. & seq. & decifio. 166. num. 3. Thom. Gram. decif. 65. num. 24. Math. affli. in cap. 1. nu. 24. de natura feudi & in consti. regni Siciliæ rub. 47. numero. 2. in. fi. lib. 1. Paul. Paris. conf. 11. num. 44. & seq. li. 1. vbi latissime, & conf. 2. num. 127. & 129. & sequē. lib. 4. Cassan. in confue. Burgun. rub. 1. §. 5. numero. 190. fol. 61. Ioan. Iacob. Leonard. inter conf. feuda. Alberti Brunet. fol. 114. num. 259. & sequentibus vbi attestatur hæc esse communem opinionem, dicam latius infra hoc lib. tit. 10. de donationibus. l. 6. gloss. 1. [ Ex causa tamen de qua infra in glo. 3. reuocari posse data æquivalentia infra probauimus, ex Ario Pinelo, qui huic donationi remuneratoriæ negat effectus tribui, de quibus communiter per docto. vbi que & immerito quidem, vt infra constabit, in gloss. 9.

GLOSS.

G L O S S. 11.

- 1 Ricos omes in Hispania qui dicuntur?
- 3 Infanzones Hispani qui dicuntur?

**b** Ricos omes e Infanzones. Diuus Thomas in lib. de regimine principum. cap. vlti. dicit in Hispania, omnes sub rege principes, diuites homines appellari, & precipue in Castella, est que tex. regni nostri expressus in l. 10. tit. 23. par. 4. cuius verba sunt. *Ricos omes, segun costumbre de España, son llamados los que en otras tierras dizen Condes o Varones.* Denique diuites homines hispani dicuntur, qui domini sunt vassallorum, & oppidici: cuius vel castri, qui Varones ex comuni vltio loquendi etiam appellantur, secundum Fran. Curti. in tracta. feudo. 2. par. fo. 7. col. 4. versu. sed quia glo. Gre. Lupi in d. l. 10. tit. 23. de vassallis par. 4 in verbo Varones. [Itaque apud nos ricos omes, latine diuites homines, qui sanguine diuites sunt & dignitatem habent digniores nobilioresque sunt, non quod diuites sint & opulenti, vel quia pecunijs abundant, vt in l. 2. tit. 28. de blasphemis par. 7. [Infanzones autem dicuntur apud Hispanos nobiles fidalgui, q. apud Italos Catani & Valuafores dicuntur, vt in l. vlt. tit. 1. de regibus & magnatibus par. 2. vbi Gregor. Lupi citat beatum Thom. in lib. de regimi. principum lib. 3. cap. vlti. dicentem, ideo Infanzones appellari, quia incipiunt potentes esse aliqua oppida vel castra possidentes, nec magnatibus comparari possunt, quippe qui potetiores eis sint, & ipsi tanquam infantes coram hominibus reputantur. Catani autem, vt ipsemet beatus Thom. dicit esse supra alios curia mites, a cata verbo greco dicti, quod significat vniuersa. e. Valuafores autem dicuntur, qui ad custodiendas portas regie domus sunt deputati, quos hostiarios appellamus, vt refert Greg. Lupi in d. l. vlti. tit. 1. par. 2. in verbo valuafores. Aliter explicatur hoc nome apud Albarotum, quem refert & sequitur Cassane. in consue. Burgund. rub. 8. §. 5. ad finem rubricae numero. 66 quod valuafor dicitur quasi dignus stare ad valuas domini, & eas intrare propter beneficium quod a domino accipit.

G L O S S. III.

- 1 Privilegium non subdito concessum transit in vim contractus, nec reuocari potest. Exteris concedi possunt privilegia & sunt irreuocabilia, ibidem.
- 2 Privilegium non subdito concessum reuocatur ex causa, ex qua donatio perfecta reuocatur. Exemptio quando reuocari possit non subdito concessa? ibidem.
- 3 Privilegium non subdito concessum ante acceptationem reuocari potest.

Como defuera dellos. Privilegium ei qui subditus non est a principe concessum reuocari non potest, quia trahit videtur in contractum secundum Innocen. in

cap. nouit de iudi. quem omnes sequuntur teste Feli. ibidem numero. 8. versu. ex dicto ergo singulari, & Decio ibi numero. 13. idem voluit Feli. vbi citat concordantes in cap. 1. num. 2. de proba. Roma. conf. 252. Panor. conf. 35. & conf. 41. lib. 1. Lapsus allegatione centesima ad finem, Card. conf. 85. colu. vlti. Aymon Crauette conf. 241. num. 17. versu. 4. principaliter Tiraqu. his non citatis in lib. primigeniorum. q. 44. nume. 11. in fine, vbi probat posse non subditis concedi priuilegia, & alias eorum commodo consuli, vt in l. 1. & ibi glo. C. de emancipa. libero. quam conclusionem tenuit etiam Alexan. conf. 216. numer. 18. lib. 2. & alij vbi que Ioan. Neuizani inter conf. Alberti Bruni conf. 12. num. 29. in fi. Alexan. conf. 216. & conf. 101. lib. 1. [Qua plurariam limitat Feli. in d. cap. nouit de iudi, nume. 8. & 9. & ibi Deci. num. 14. quarum duas referam, quas existimo esse veras. Prima, nisi reuocatio priuilegij fiat ex causa, ex qua donatio perfecta reuocari potest, de quibus in capi. vlti. de donat. & in l. his folis & l. si vnquam. C. de reuocand. donat. vt propter ingratitudinem secundum Imol. in cap. cum M. 2. colu. versu. aduertendum tamen, de constitu. Bald. in l. 2. C. de libert. & eorum liber. vbi dicit, quod exemptio reuocari potest propter ingratitudinem, quibus accedunt Feli. in d. cap. nouit num. 9. limi. 4. & Deci. nume. 14. ibidem, quod ipsi sublimitant, nisi priuilegium transferret in contractum, vt in exemplo a Panor. tradito ibidem, de eo cui conceditur immunitas vt veniat ad habitandum in loco aliquo, hac siquidem in specie priuilegium immunitatis non subdito concessum reuocari non potest secundum Gemi. in capit. 1. vltim. oppos. de constitu. libro. 5. quem sequuntur Feli. & docto. supra citati. [Secundo hęc limitatur conclusio, nisi ante acceptationem priuilegium reuocatur, quia tunc valet nimirum reuocatio secundum Car. in cap. perpendimus de senten. excommu. 9. colu. versu. vt autem, Areti. & Feli. numero. 9. limi. 7. in cap. nouit de iudi.

G L O S S. IIII.

- 1 Seruitia & merita precedentia attendi non solum oportet, sed & futura in donationibus bonorum regie coronae & in commendis Indorum.
- 2 Donationes ab Enriquo factae an feudis comparantur? Foemina an excludatur a donationibus a Rege Enriquo factis? & a feudis? ibidem.

**d** Mereceran y seruiran de aqui adelante. Nota legem istam, que in donationibus bonorum ad regem spectantium, non solum aduertit attendenda esse merita & seruitia precedentia, verum etiam qualitatem & nobilitatem eorum quibus donationes fiunt, vt inde colligi possit quomodo in futurum seruiant. Non enim solum seruitia precedentia, sed & futura attendenda sunt, quod & in Indorum commendis fieri oportere dicam infra hoc eodem lib. tit. 10. de donationibus. l. 15. glo. 2. in fine & gloss. 6. numer. 3. [Ex his verbis etiam expendi potest huiusmodi donationes a rege Enriquo factas, feudis

dis quodammodo comparari, magis quam in simplici donationi, quippe que facte fuerint propter seruitia futura. Ex quo videtur ad foeminam non extendi, quia foemina non succedit in feudis, vt in cap. vno in principio de aliena. feu. pater. cap. 1. §. filia de succes. feudi. Sed his non obstantibus, quod dispositio huius ad foeminas extendatur deficientibus filijs, verius est auctore Ioan. Lupi in rep. rub. extra de dona. int. vi. & vx. §. 69. num. 29. & 30. qui vti ipse probat hoc non est feudum, sed donatio remuneratoria, vt probaui supra in gloss. 1. & quia per dictum regem Enriquum nullum fuit onus nec seruitium iniunctum donarijs, quare dici non potest feudum. Et quia licet feudum esset, foemina non excluderentur, quia non habent huiusmodi donationes seruitium virile, quod a foeminis explicari non possit quo casu foemina succedere possunt in feudis, vt in cap. 1. de feudo foemi. in vltibus feudorum, de quo latius infra eo. glo. 8. numero. 6. & sequentibus.

G L O S S. V.

- 1 Princeps legē successorī imponere non potest a qua non liceat recedere.
- 2 Princeps legē sibi vel successorī imponere non potest cum clausula derogatoria.
- 3 Principis contractus vel donatio remuneratoria ligat successorem.

**e** Mandamos a la Reyna e Infante mi hijo. Sed contra videtur principem non posse legem imponere successorī, quin eam possit reuocare cap. viti. de rescrip. in. 6. l. digna vox & ibi glo. & docto. C. de legi. capi. innotuit de electio. l. ille a quo. §. tēpestium. ff. ad Trebe. l. nam & magistratus. ff. de arbi. Bar. in l. 1. circa principem de constitu. prin. Paul. Paris. conf. 141. num. 32. libr. 4. [Quin etiam clausulam derogatoriam sibi imponere non potest nec successorī, quia potestatem quam a publico habet sibi ipsi auferre non potest secundum Paul. in l. humanum. C. de legi. doct. in cap. nouit. de iudi. & quod de successore diximus tenet Ioan. Monach. in cap. 1. de constitu. li. 6. cuius meminit Bal. in preclud. feud. §. expedita. eidem assentiens, Iaso. conf. 127. col. vlti. lib. 2. Marcus Salon Burgun. in proemio legum Tauri numer. 462. & 463. sed licet id non possit. [Contractus tamē a principe factus ligat successorem cap. abbate sane de re iudi. lib. 6. per que ita allerunt Bal. & Abb. in cap. 1. de proba. & il. i. Feli. numero. 2. & deci. num. 7. Cin. & Bald. in d. l. digna vox C. de legib. Feli. in cap. nouit num. 21. de iudi. Bald. conf. 159. lib. 3. Paul. Paris. conf. 2. nu. 132. Donationes autem remuneratoriae, de quibus hic, loco contractus sunt, vt dixi in glo. 1. supra eo. quare nimirum si tanquam contractus successores ligent, vt hic dicitur, late Paris. conf. 11. num. 44. & seq. lib. 1.

G L O S S. VI.

- 1 Donatio remuneratoria non reuocatur ex ingratitudine.
- 2 Donatio remuneratoria ob delictum non solum reuocatur, sed & grauius punitur donatarius.
- 3 Donatio remuneratoria ex causa publicae utilitatis reuocari vel modificari potest. Dominium ex causa a principe auferri potest, sed ei aequialenter satisfieri debet. ibi.

**f** No quebranten ni menguen por ninguna razón. Nota ex lege ista donationem remuneratoriam etiā a principe factam reuocari non posse ex aliqua causa, nempe, ob ingratitudinem, est ad idem tex. iuncta glo. in l. si pater. §. si. in verbo irreuocabilis. ff. de don. vbi Bar. Ang. & Rom. idem Roma. notabiliter conf. 26. Feli. in cap. nouit de iudi. num. 12. Bal. in l. si cum mihi. ff. de dolo Affli. in cap. 1. num. 24. de natu. feudi Iaso. in l. ex hoc iure num. 14. ff. de iust. & iu. Tiraqu. in repe. l. si vnquam verbo donatione largitus numero. 12. & seq. Anto. Capi. decis. 121. num. 15. & sequi. & decisio. 166. num. 3. Thom. decis. 65. num. 24. cum alijs supra in glo. 1. citatis. [Aduerte tamen, quod talis esse potest causa ingratitudinis, quod non solum possit auferri donatum, sed & alias grauius puniri, vt recte explicat Alexan. conf. 42. num. 16. lib. 4. [Ex causa etiam publicae utilitatis princeps eam potest reuocare vel modificare, sicut & in dominio iure gētū quefito, quod amplius est, potest id facere, vt in vtraque specie probat Ari. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. numero. 62. illatione. 16. dicens hoc casu, ei satisfieri debere aequialenter ex sententia Innocen. in cap. nisi cum pride. col. 1. in fi. de renuncia. tradit Feli. in cap. que in ecclesiasticum num. 28. de consti. & alibi sepius scribentes dicam infra eo. glo. vlti.

G L O S S. VII.

- 1 Donationes ab Enriquo rege. II. factae qua occasione & tempore factae fuerint.
- 2 Dignitates marchiae, comitatus, vel ducatus a rege donatae an pro maioratu habeantur, & numeris sequentibus.
- 3 Reges in regno succedunt primogeniti & iure maioratus, idemque in alijs dignitatibus marchiae, ducatus, & comitatus. Argumentum de successione regni ad successorem aliarum dignitatum valet, ibidem.
- 4 Donationes dignitatum marchiae, ducatus, & comitatus censentur a rege factae a titulo maioratus. Feuda marchiae, ducatus, & comitatus non diuiduntur, alia sic ibidem.
- 5 Dignitates marchiae, comitatus, & ducatus quando sunt personales & cum persona extinguuntur vel non.
- 6 Donationes a Rege Lusitanorum factae bonorum regie coronae maioratus esse censentur.



8 De maiorazgo. Rex Enriquis secundus frater incli-  
te memorię Petri regis Castellę, fecit plures donatio-  
nes comitatuum, & aliarum dignitatum, ciuitatum,  
oppidorum, & Castellorum huius regni nobilibus,  
qui ei nimis seruiert tempore scismatis inter eum  
& dictum Petrum fratrem suum, quę donationes for-  
titę sunt effectum, postquā fratre occisio in oppido  
de Montiel regnum adeptus fuit, tādē paccatis reg-  
nis immensas donationes modificare volens adiecit  
testamento suo clausulam modificationis, de qua in  
hac lege mentio fit, pro legeque custodiri precipitur,  
qua statuitur, donatarios predictos iure maioratus ha-  
bere debere bona sic donata, ita vt ad filium maiorē  
deueniāt, quōd si decesserint sine filio legitimo bona  
predicta ad regiam coronam reuertantur. Tria dubia  
occurrunt circa huius legis intellectum. Primum an  
modus iste post donationem perfectam apponi value-  
rit, quōd examinabimus in gl.9. Secundum, an vltra  
primum filium primogenitum ad alios descendentes  
extendantur huiusmodi donationes, de quo infra in  
glo. seq. dicemus. [ Tertium an marchionatus, ducatus,  
vel committatus, & similes dignitates predictis  
donatarijs vel alijs concessę absque predicta clausula  
bona censętur maioratus indiuisibilia & inalienabi-  
lia, & ad primogenitos pertinentia, an verō sint bo-  
na diuisibilia, & primo filio dum taxat pertineant? Et  
videtur quōd huiusmodi dignitas morte spiret ipsius  
donatarij, & bona diuidantur inter heredes, quia talis  
dignitas est personalis & cum persona extinguitur  
c.1. de feudo marchię. l.6. tit.26. de feudis part.4. auth.  
de exhibend. reis. §. optimum colla. §. cap.1. quis dica-  
tur dux, ex quibus huic sententię accessit Rod. Xua.  
in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. u. limi-  
tatione in principio & in §. secundum dubium. [ Sed  
nihilominus contraria sententia verior est & recep-  
rior, imo q̄ per donationem a rege factam comitatus  
vel ducatus vel marchionatus cum oppidis locis & iu-  
risdictionibus ei annexis, videtur eo ipso maioratus  
constitutus, ita quōd bona sint inalienabilia & indi-  
uisibilia, ad primogenitos in perpetuum pertinentia,  
non solum ad descendentes verum etiam ad transuer-  
sales. Hęc fuit sententia Antonij Gomez in. l.40.  
Tauri num.12. idem voluit Grego. Lupi in. l.12. tit.1.  
par.2. glo.1. Arius Pinelus in. l.1.3. par. numer.17. C. de  
bon. mater. Moli. lib.1. de Hisp. primog. cap.11. num.  
5. cum seq. qui a num.10. hanc tractat. quęstionem &  
bene loquitur. Mouentur quia in regno hoc idem est  
dispositum in cap. licet de voto & in. l.2. tit.15. de cu-  
stodia filiorum regis & eorum successione par.2. ex-  
tenditur ergo hęc eadem dispositio ad membra, hoc  
est. ad dignitates marchię, comitatus, & ducatus, quo  
argumento vtitur Paul. Castr. in conf.164. column.1.  
lib.2. dom. D. Couarr. l.3. resolu. c.5. nu.5. vers.4. Abb.  
in. d. cap. licet de voto & in capi. prudentiam, in fine  
prin. de offi. delega. Ferdi. Vazquez de success. crea.  
§.26. num.94. & 86. Marc. Salon Burg. in proemio le-  
gum Tauri numero.69. [ Preterea donationes talium  
dignitatum a rege factę censentur cum qualitibus &  
privilegijs familiarium dignitatum, sed communiter  
omnes magnates habent possidentque eas dignitates  
iure maioratus secundum Anton. Gomez in. d. l.40.

Tauri num.12. Rursus huiusmodi dignitates in feudis  
concessę non diuiduntur, licet alia feuda communi-  
ter diuidantur. cap.1. §. preterea ducatus, de prohib.  
Feudal. per Federi. cui Tiraq. tradit. 16. limitatio-  
nes in tracta. primigeniorum. q.4. num.21. & sequ. vs-  
que in finem quęstionis, Soci. in conf.67. libr.1. num.  
25. & sequentibus, & conf.165. lib.2. Alex. conf.25. li.5.  
Curti. Senior conf.68. Curti. Junior de feudis.4. part.  
q.30. Iaso. in. l. stipulationes non diuiduntur num.  
31. ff. de verbo. obliga. Moderni conf. feuda.66. [ Nec  
oberit quōd hęc dignitates extinguntur cum persona  
tanquam personales, id siquidem procedit quādo nu-  
dę & simplices conceduntur, secus si cum oppidis &  
territorio eis annexo, quia tunc sunt perpetuę. Hanc  
tamen sententiam limitat Anto. Gomez. d. l.40. Tau-  
ri num.12. in fi. nisi quis habeat bona propria absque  
dignitate, & a rege sibi concedatur dignitas marchię,  
ducatus, vel comitatus, tunc etenim bona predicta nō  
efficiuntur maioratus, sed diuiduntur inter heredes,  
& dignitas tanquam personalis spirabit, & ita proce-  
dent hac in specie fundamenta ex aduerso tradita. &  
idem eo non relato probat Moli. d. li.1. cap.11. nu.26.  
[ Apud Lusitanos verō in quacūque donatione quę  
a rege fit de terra regię coronę, solus descendēs primo  
genitus vel proximior succedit, nec vlla diuisio admit-  
titur, vt in lib.2. ordi. titu.17. §.3. constat, etiam si do-  
natio fiat donatario, eiusque heredibus & successoribus  
vt Ari. Pinel. referat in, d. l.1.3. par. num.17. in fi.  
C. de bon. mater.

GLOSS. VIII.

- 1 Maioratus boni a rege Enriquo donata an deuenire  
possint ad filios primogenitos non solum primi do-  
natarij, sed & omnium successorum in infinitum  
& num. seq.
- 2 Priuilegium tibi & heredi tuo concessum an restrin-  
gatur ad primum heredem.
- 3 Maioratus natura est perpetuus.  
Dispositio quacunque recipit interpretationem ex na-  
tura rei & ex subiecta materia, ibidem.
- 4 Priuilegium alicui concessum suapte natura est perpe-  
tuum, nec finitur primo actu.  
Priuilegium alicui & eius familiaribus concessum  
vt tempore interditi possint ingredi ecclesiam ad  
omnes familiares extenditur, vltra eos qui erant  
tempore concessionis, ibidem.  
Priuilegia principis quomodo interpretentur. remis-  
sue, ibidem.
- 5 Primogenitus dicitur filius secundo genitus, mortuo  
primogenito.
- 6 Fœmina primogenite an ad maioratus admittantur  
deficientibus masculis, maxime in donationibus a re-  
ge Enriquo factis, & num. seq.
- 7 Masculinum concipit fœminum in fauorabilibus.
- 8 Fœmina an succedat in maioratibus deficientibus  
masculis.

9 Filius secundogenitus mortuo primogenito maiora-  
tus possessore sine liberis an admittatur ad bona ab  
Enriquo donata?

h Y finquen al hijo legitimo mayor de cada vno dellos.  
Quęstionis esse solet apud Nostrates, an clausula hęc  
regis Enriqui extendatur ad primogenitos filios in  
perpetuum, an verō intelligatur de primis dumtaxat  
filijs donatariorum? Et videtur ad filium primum ma-  
iorē donatarij hęc verba esse restridā, & nō ad vltio-  
res arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi. l. an  
tiquitas. C. de vsufr. [ Ex quo Petr. & Alberi. in. l.  
beneficium num.20. in fi. ff. de consti. princi. asserunt  
quōd si in priuilegio fiat mentio de herede in singula-  
ri, tibi & heredi tuo concedo priuilegium, intelligitur  
de primo herede, quam materiam latē examinat Bar.  
& docto. in. l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de vulga. Bal.  
in. l. fi. C. de here. insti.8. opp. & 21.22. & 26. q. Alex.  
& Moderni in. l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posthu.  
quibus addere poteris plura similia per Tiraq. conge-  
sta in rep. l. boues. §. hoc sermone in principio. ff. de  
verbo. signi. [ Contrariam sententiam resoluit  
Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vx. §. 69. nu-  
mero.21. Moli. de Hisp. primog. lib.1. cap.5. num.21. &  
22. & cap.6. nu.21. eo quōd mens regis donantis ab ini-  
tio hęc fuit, dum dixit, quōd faciebat donationem eis  
& heredibus & successoribus suis. Item quando adie-  
cit modificationem dicens, pero toda via que lo ayan  
por mayorazgo, e que finquen al su hijo mayor legiti-  
mo de cada vno dellos. Voluit quōd res ita donatę  
deferantur iure primogeniturę & maioratus in pri-  
mogenitos in infinitum, aliās frustra diceret, que lo  
ayan por mayorazgo, si concessio in primo filio spira-  
ret, hęc enim est natura maioratus, vt perpetuus sit, vt  
latē probat dom. D. Couarr. lib.3. resolu. cap.5. nume-  
4. At regula. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbo. signi.  
secundum Alcia. ibi & Tiraq. 18. limi. limitatur & re-  
stringitur, vt non procedat, si natura rei siue subiecta  
materia repugnet. nam & illud perpetuum est, teste  
eodem Tiraq. vt omnis dispositio, quęcunque ea sit,  
sumat interpretationem ex natura rei & subiecta ma-  
teria. l. si vno in principio & ibi glo. Bar. & Bal. ff. lo-  
ca. & c. constitutus de relig. denu. cum concord. a  
Stephano Federico cōgestis in lib. de legum interpre-  
tatione par.3. cartha.2. versic. amplius licet, & Iaso. in  
l.3.2. notab. C. de transactio. Feim. in. conf.28. numer.  
4. & 10. eodem Feli. & Deci. in cap. nam concupiscen-  
tiam de constitu. & ab ipso Tiraq. latius in relect. l. si  
vnuquam in verbo reuertatur num.37. C. de reuo. do-  
natio. [ Preterea quod per priuilegium concessum est  
primo actu nō cōsumitur, quia suapte natura priuile-  
gium principis perpetuum est cap. decet de regu. iur.  
in.6. Ceterum si donatio Enriqui, de qua agimus, de  
primo filio intelligeretur, esset temporalis, & non per-  
petua contra naturam priuilegij, & contra intentio-  
nem principis. Ideo priuilegium concessum alicui &  
eius familiaribus, vt possint ingredi ecclesiam tem-  
pore interditi, non de primis tātum intelligitur, qui  
scilicet familiares erant tempore priuilegij concessi,  
sed de alijs eorum loco subrogatis, ita post A Egidi

Cremonen. voluit Ioan. And. Domi. & Philip. Fran.  
in cap. licet de priuileg. quibus plurima congregat si-  
milia Ioan. Lupi in. d. §.69. num.22. & sequentibus, &  
Tiraq. in. d. §. hoc sermone limi.8. Feli. in. c.2. de tre-  
gua & pace limi.7. multa etiam colligit Oldra. conf.  
300. quibus probat priuilegia principum latissimē esse  
interpretanda & extendenda quoad res, & quoad per-  
sonas, quoad tempus, & quoad modum agēdi, & quo  
ad omnia genera causarum, atque etiam fauorabiliter  
intelligenda, quoad perpetuam & incommutabilem  
eorum durationem, vt ipse loquitur: que etiam corro-  
borantur ex his que ab And. Tiraq. traduntur in. d.  
l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi.6. limi. & 12.  
[ Nec me mouet, quōd lex nostra vocet primogeni-  
tos ad huiusmodi maioratum, nam cedente vel de-  
cedente primogenito filius secundogenitus potest dici  
primogenitus, & quicunque alius, etiam vsque ad mil-  
le gradus, secundum Bal. in cap.1. de feudo Guardia  
& Ioan. Lupi in. d. §.69. num.23. quod expendunt ex  
cap. vlti. §. item opponitur.22. q.2. & cap. nam & ego  
extra de verbo. signi. sumpto a diuo Hierony. in pa-  
rabolis, cum pluribus similibus a Tiraq. cōgestis de  
primigenijs. q.3. num.11. & pluribus precedentibus.  
[ Ceterum filijs legitimis deficientibus masculis, an  
fœminę primogenitę admittantur ad bona ab ipso re-  
ge Enriquo donata? & videtur, a dmittendās nō esse,  
ex mente ipsius regis mentionem dumtaxat masculo-  
rum facientis, & quia huiusmodi donationes feudo  
comparari videntur, vt dixi supra eo. glo. 4. in fi. in  
quo fœminę non succedunt, vt ibi dixi. [ Sed nihilo-  
minus filias fœminas esse admittendas in defectum ma-  
sculorum probabilius est: quoniam in fauorabilibus ma-  
sculinum concipit fœmininum, vt in. l. si ita scriptum  
ff. de lega.2. l. qui duos mulos. ff. de lega.3. glo. & do-  
cto. in cap. in generali de electio. lib.6. Cyn. Bal. & ce-  
teri in. l. quicūque. C. de fernis fugi. Iaso. latissimē om-  
nium in. l. si quis id quod. ff. de iur. om. iud. Deci. in. l.  
2. ff. de regu. iuris: quibus plura addit Tiraq. lib.1.  
de retractu. §.1. glo.9. num.178. vsque ad numerū. 242.  
[ Et quia fœminę deficientibus masculis eiusdē gra-  
dus admittuntur de iure & consuetudinē ad maiora-  
tum & regnum. l.2. tit.15. par.2. probat optimē dom.  
D. Couarr. lib.3. resolu. cap.5. num.5. & latissimē om-  
nium & profusissime Marc. Salon Burgen. in proe-  
mio legum Tauri num.42. in fi.43. & pluribus sequ.  
licet contrarium suadere videatur Tiraq. de primige-  
nijs. q.10. ad quos recurrito. Et in specie harū dona-  
tionum ab Enriquo factarum, quod admittantur fœ-  
mina masculis deficientibus expressim asseuerat Lu-  
dou. Roma. conf.98. col.2. Ioan. Lupi in. d. rep. rub. de  
dona. §.69. num.24.25. & pluribus sequen. Marc. Sa-  
lon Burg. in. d. proemio legum Tauri num.67. satis-  
que sentire videtur dom. D. Couarr. lib.3. resolu. cap.  
5. nume. etiam. 5. quorum sententia mihi admodū  
placet. [ Ex quibus similiter infero mortuo filio pri-  
mogenito. donatarij absque liberis succedere posse  
in huiusmodi bonis a rege Enriquo donatis filium se-  
cundogenitum, quia mortuo primogenito filius se-  
cundogenitus dicitur primogenitus, vt in capi. nam  
& ego de verbo. signi. cum concord. supra numero.5.  
traditis, quare dici non potest donatarium vel eorum  
dem

dem bonorum possessorem sine filio legitimo primogenito decessisse, in quam sententiam inclinare videtur Ioannes Lupi dubie tamen in d. rub. de donatio. in vi. & vxo. §. 69. num. 30. vsque ad. 37. vbi plures rationes pro vtraque parte adducit, quod modo non examino, & idem voluit in fortiori casu. Moli. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 6. num. 12.

G L O S S. IX.

1. Donaciones regia ex causa remunerationis factæ moderari postea poterunt, si nimis lædant regiam coronam.
2. Donatio perfecta nec reuocari potest, nec ei apponi conditio seu grauamen.
3. Donatio ex causa remuneratoria est irrevocabilis, ibi.
4. Donaciones immoderatae etiam ob remunerationem factæ si lædunt regiam coronam, moderari possunt per legem.
5. Donaciones ab Enrriquo rege. II. Hispania factas ab eo & successoribus per legem moderari, ibidem.
6. Donaciones remuneratorias a rege factæ per eum vel successorem ex causa publicæ utilitatis possunt reuocari & modificari, & num. seq.
7. Decreta & conventiones reipublicæ reuocantur ex causa.
8. Princeps si donata reuocat ex causa etiam vtilissima & necessaria, debet æquivalenter satisfacere donatario si per viam rescripti hoc faciat.
9. Princeps per legem reuocans vel modificans ab eo vel successore donata, nõ tenetur satisfacere donatarijs de æquivalenti precio.
10. Donaciones a principe factæ tempore angustia & scismatis an valeant, ibidem.
11. Donaciones bonorum regia coronæ in re regio Portugaliae moderantur, vt per viam maioratus ea possideant donatarij & eorum descendentes.
12. Princeps vel rex quando possint donaciones ab eo factas & privilegia reuocare vel modificare? remissiuè.

1. *Y si muriere sin hijo legitimo, que tornen sus bienes del q̄ asi muriere ala corona de los nuestros reynos.* Nota ex lege ista donaciones immoderatas a rege factas moderari posse, etiam si ob benemerita facta fuerint, si nimis lædunt regiam coronam, reducit enim rex has donaciones ad modum maioratus, ita vt deficientibus filijs legitimis, bona redeant ad coronam regiam. [Sed videtur, has donaciones modificari non posse, perfecta siquidem donatio conditiones nullas recipit, nec aliquid ei adijci potest. l. perfecta. C. de donatio, quæ sub modo Bal. in l. vlt. ff. de senato. & cõf. 277. in principio lib. 3. vbi hoc ad principem extendit, quod mirabile & non alibi reputat Ioan. Lup. in rep. rub. extra de dona. in. vi. & vxo. §. 69. nu. 13. & tũ maxime, quia donaciones fuerunt remuneratoriæ, at-

que ideo irrevocabiles, cum transferint in eõtra dũm, vt late probauimus supra eadem l. glo. i. num. 1. & sequen. [ Verũm his minime obstantibus, contraria sententia verior est & receptor, imo huiusmodi donaciones potuisse per regem concedentem vel successorem ex causa modificari, imo & reuocari non solum per legem vt hic fit, verũmetiam per principis rescriptũ, veluti si vertitur præiudicium vel incommodum maximum regia coronæ vt hic refertur. Primum, quod per legem generalem modificari vel reuocari possit ex causa, probatur indubitabiliter per Bal. in l. nuptæ ff. de senato. & per Affli. cap. 1. num. 25. de natura feudi, Arium Pinelum in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. nu. 62. illatione. 16. versu. ego autem pag. 122. [ Secundum, quod per rescriptum ex causa publicæ utilitatis donacione potuerit rex donas & eius successores modificare & reuocare, tiam si ex causa remunerationis facta fuerit, veluti si post cõcessionẽ incipiat esse valde nociua regi vel regno, pbatur arg. tex. in. c. suggestũ & ibi gl. & doct. extra de decim. quod colligitur etiã ex gl. in. c. decet de regul. iur. in. 6. & ex. l. 5. tit. 20. de decimis par. 1. l. 43. tit. 18. de instrumentis par. 3. & ibi Gregor. Lupi. Gozadi. conf. 5. nu. 20. vel ex alia iusta causa utilitatem publicam concernẽte. l. Luti. ff. de eui. ctio. l. item si verberatum. §. item si forte. ff. de reiuend. Bar. in proœmio digestorum in prin. nume. 6. Cin. & alij in l. vlti. C. si con. ius vel vti. pub. Affli. lib. feudo, rum titu. quæ sint regal. §. potestas num. 26. & melius idem Affli. eo. lib. tit. de capita. qui curi. vend. ex nu. 56. fol. 105. Thom. Gram. dicens hoc esse receptum decimo. 65. num. 29. Bal. in l. qui se patris num. 14. C. vn. de lib. Anto. Card. Imol. A reti. & Feli. num. 8. & 10. in cap. nouit de iudi. Alex. conf. 216. num. 18. lib. 2. Gozadi. conf. 5. num. 23. [ Ex causa etiam reuocantur decreta & conventiones reipublicæ, & alia quæ regulariter sunt irrevocabilia, vt in l. quod semel, ibi nisi ex causa. ff. de decret. ab ord. faci. vbi Bar. & ceteri scribent. Iaso. singul. in l. Barbarius num. 34. ff. de offi. præto. & conf. 1. lib. 1. Alex. & Moline. conf. 1. num. 7. lib. 1. Carol. Ruy. conf. 229. ad fi. lib. 1. Ioan. Plat. in l. vacuatis ad fi. C. de decurio. li. 10. Affli. in cõst. reg. Si ciliq̄ lib. a. rub. 100. nu. 2. Ari. Pin. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 62. illatione. 16. [ Quod si ex causa etiã iustissima princeps reuocet donata ob remunerationem meritorum, debet æquivalenter satisfacere donatario, vt pulchre asserit Innocen. in cap. nisi cum primidem col. 1. in fi. versu. nos dicimus, extra de renuncia. Felin. in. cap. quæ in ecclesiarum num. 28. de constitũ. Iaso. in l. vlti. C. si con. ius vel vtil. pub. Alex. cons. 151. lib. 6. Math. Affli. in prælud. feudo. q. 4. numero. 17. & in titu. de capita. qui curi. vend. §. similiter num. 19. & multis sequen. Paul. Pari. vbi citat concord. conf. 11. num. 117. lib. 1. Ari. Pine. d. illatio. 16. ad finem cũ alijs a me adductis infra hoc eodem lib. tit. 10. de donatio. l. 6. glo. 1. num. 15. & 16. [ Quando autem per legem tollitur ius alicui, non tenetur princeps precium læso restituere secũdum Alex. conf. 190. num. 16. versu. ad tertium & num. 17. lib. 2. Deci. in cap. quæ in ecclesiarum num. 21. de consti. Iaso. in l. Barbarius nume. 44. ff. de offi. præto. Marcus Salon Burg. in l. 3. Tauri. §. part. num. 1451. Paul. Paris. conf. 1. num. 46. libr. 1. cum ergo legem

legem habeamus in hoc regno modificationem istam confirmantem, necessaria nõ est disputatio, possit nec fieri, & tum potissimum, quia donaciones prædictæ fuerũt ad eõ immoderate & immẽse ac regno nociuæ, quod de earum validitate poterat merito dubitari iuxta notata in cap. intellecto de iure. iur. præsertim quia factæ fuerunt tempore scismatis & tantæ angustie & oppræssionis, antequam regnare inciperet, qua in specie promissa non sunt adimplenda ex sententia Panor. in cap. sicut. 1. notab. 3. per illum tex. extra de iure iu. Calderi. in titu. de iure iu. conf. 3. Feli. in. capi. 1. de proba. num. 7. Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. in. vi. & vxo. §. 69. nu. 17. 18. & 19. [ Sic & in regno Portugaliae per legem generalem, quæ mentalis appellatur eo quod rex Ioan. eius nominis primus legem quandam mente concepisset, & cõceptam seruare iussisset: filius eius Rex Eduardus eam in scripturam redegit sub tit. 17. ordinationum regiarum libr. 2. §. 1. per eam, inquam legem statutum fuit, vt donaciones bonorũ regie coronæ a rege factæ, si iuxta verborum tenorem late acciperentur, grande damnũ regia coronæ essent allaturæ admodum maioratus reuocarentur, vt probatur eod. tit. §. 14. quæ modificatio iure fieri potuit iuxta notata per Luc. Penensem in l. quicumque col. 4. versu. ex præmissis. C. de omni agro deser. libr. 11. Ioan. de Plat. in l. qui fundos eod. tit. & per ea quæ su-

pra late tradidimus Eman. Costa in. q. patruj & nepotis pag. 3. & 4. Ari. Pinel. in. d. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. num. 62. illatio. 15. [ Quando autẽ princeps priuilegium possit reuocare vel modificare, dicant congruentius infra hoc li. ti. 10. de dona. l. 6.

G L O S S. X.

*Tenor rei confirmatae si inseratur in confirmatione cõsetur princeps actum confirmare ex certa scientia.*

*Clausula de suo inserta.* Quoties tenor rei confirmatæ est insertus in confirmatione videtur princeps ex certa scientia actũ confirmare vt in .c. venerabilis & ibi glo. expresse extra de cõfirma. vtili vel inuti. & ibi notat Panor. Ferd. Vazq. in lib. de successiõnũ creatione. §. 26. numero. 100. dixi supra eodem l. 3. gloss. 2. numero. 3.

*Que en los negocios de posesion de mayorazgo conforme a la ley de toro no aya segunda supplicacion de las mil e quinientas doblas de las sentencias de revista que los del consejo dieren. l. 14. titulo. 20. supra libro. 4.*

TITVLVS OCTAVVS DE successiõnibus & hæreditatis diuisione.

L E Y. I.

*Como succeden los ascendientes a los descendientes donde de los bienes no son troncales y en que parte.*

*Don Fernando y Doña Juana en Toro: año de 1505. ley. 6.*

Los ascendientes legitimos a por su orden y linea derecha succedan ex testamento, y abintestato, a sus descendientes: y les sean legitimos herederos, como son los descendientes a ellos, en todos sus bienes de qualquier calidad que sean, en caso que los dichos descendientes no tengan hijos o descendientes legitimos o que ayan derecho de los heredar. Pero biẽ permitimos

que no embargante que tengan los dichos ascendientes, que en la tercia parte de sus bienes se puedan disponer los dichos descendientes en su vida, o hazer qualquier vltima voluntad por su alma, o en otra cosa qual quisiere. Lo qual mandamos que se guarde, saluo en las ciudades, villas, e lugares, donde segun el fuero de la tierra se acostumbra tornar los bienes al tronco, o la rayz a la rayz.

G L O S S. I.

1. Ascendentes legitimi quomodo succedant descendentibus, & an considerari debeat quod sint legitimi ipsi, an quod respectu descendentium sint legitimi?
2. Ascendentes qui adoptauerunt vel arrogauerunt filios

1. *hos eis in quarta succedunt ab intestato & nu. 3.*  
 2. *Filiorum appellatione an veniant filij adoptiui seu ar-*  
*rogati in dispositione hominis vel legis? ibidem.*

3. *Legitima arrogatorum est quarta, quae non augetur*  
*nec minuitur, licet legitima filiarum per diuersas le-*  
*ges augetur vel minuat.*

4. *Arrogator succedens arrogato non tenetur ultra vi-*  
*res hereditarias, ibidem.*

5. *Foemina quomodo possit arrogare vel adoptare fi-*  
*lios.*

6. *Lex nostra tripliciter limitatur et nu. 6.*

7. *Filio, inuito patre, a principe legitimo pater non suc-*  
*cedit, ibidem.*

8. *Filio nato ex matrimonio illegitimo, qui propter bo-*  
*nam fidem matris erat legitimus an succedat pater?*  
*Filio legitimo an succedat pater? remissive, ibidem.*

9. *Los ascendentes legitimos.* Lex nostra tractat de succes-  
 sione ascendentium suis descendentibus tam ex testa-  
 mento quam ab intestato, omittamus tamen successio-  
 nem testamentaria & de successione ab intestato tra-  
 ctemus, ad cuius successione lex nostra exigit quod  
 ascendentes sint legitimi. Hoc tamen in primis volo  
 te intelligere, ne legitimum hic accipias respectu pro-  
 priæ personæ, nihil enim refert, quod pater meus sit le-  
 gitimus vel spurius ex reprobo coitu natus quoad  
 successione bonorum meorum, sed exigit lex nostra  
 vt respectu meo sit legitimus, nempe quod ex iustis  
 nuptijs me habuerit vel aliis legitime, vt statim dicā,  
 ita intelligit legem istam Telli Fernandez in l. 6. Tau-  
 ri numero. 6. [ Dicit lex nostra ascendentes, vt succe-  
 dere possent descendentibus debere esse legitimos, nō  
 exigit esse naturales secundum sanguinem, sed legiti-  
 mos tantum, itaque arrogator seu adoptans succedet  
 filio arrogato seu adoptiuo, quemadmodum filius ip-  
 se adoptiuus vel arrogatus succedit patri arroganti  
 vel adoptanti, horum quippe successio reciproca est  
 ab intestato vt in §. mortuo insti. de acq. per arroga-  
 tio. vbi Faber. & Ang. post gl. Et quamuis in dispo-  
 sitionibus hominum appellatione filij non veniant  
 adoptiui, vt in l. fideicommissum. ff. de cond. & demō-  
 stra. & in l. si ita quis. §. vlti. ff. de lega. 2. in dispositio-  
 ne autem quæ ex lege prouenit, verbum ascendens vel  
 filius verificatur in filio adoptiuo vel arrogato secun-  
 dum Riminal. consilio. 324. num. 5. & numer. 23. & se-  
 quentibus & in specie hoc tenet Telli Fernandez  
 in d. l. 6. Tauri num. 1. & 2. [ Vbi & numero. 3. subdit  
 successione hanc esse limitatam, quia filius arrogat-  
 us tantum succedit in quarta vt notant Ioan. Fab. &  
 Ange. in d. §. mortuo, quandoquidem hæc sit legiti-  
 ma eius adeo, vt minime augetur, licet circa legitimā  
 filiorum diuersæ leges emanauerint eam augendo vel  
 minuendo, vt ex communi sententia notat Iaso. in l.  
 si arrogator nu. 53. ff. de adoptio. Itaque filius adopti-  
 uus patri succedit in quarta bonorum suorum portio-  
 ne, & similiter arrogator succedet arrogato in eadem  
 portione quarta per legem istam, non tamen tenebitur  
 ultra vires hereditarias, quamuis inuentarium nō  
 faciat secundum Bal. in auth. causa quæ fit cum mona-

cho vlti. q. C. de epi. & cleri. Ferdi. Vazquez in lib. de  
 successio. creatio. §. 16. numero. 15. [ Atque in foemina  
 idē erit, si in casu permisso ar rogauerit non aliās, ne-  
 pe ob solatium liberorum amissorum si ex permisso  
 principis arrogauerit, vt in §. foemine insti. de adop-  
 tio. [ Vbi autem naturalis filius a principe inuito pa-  
 tre legitimaretur, tunc alter alteri non succedet, vt di-  
 cā latius infra eo. l. 10. gl. & resoluit Telli. Fer. in d.  
 l. 6. Tauri num. 6. [ Limitabitur etiam hæc lex, vt nō  
 procedat in filio legitimo & naturali nato ex matri-  
 monio prohibito, sed propter bonam fidem alterius  
 ex coniugibus dicitur legitimus iuxta tex. in capiti-  
 cum inter & capit. ex tenore qui filij sint legi. & dixi-  
 mus supra hoc lib. tit. 1. in rubr. numero. 115. 116. & se-  
 quent. qui licet patri succedat & matri, pater autem  
 qui habuit malam fidem non succedet ei, secundum  
 Bart. in l. auunculo, ff. de condi. & demonstra. per  
 tex. in l. qui in prouincia. §. ff. de ritu nup. idemque  
 esse iure canonico satis probat idem Telli. Fernan. in  
 d. l. 6. Tauri numer. 7. 8. & 9. Qui & numero. 10. negat  
 in filio legitimo procedere legem nostram, nō enim  
 succedit ei pater, cum & ipse legitimatus patri nō suc-  
 cedit nisi in eo, quod pater ei relinquere voluerit,  
 quod tamen latius explicabitur infra eo. l. 10.

GLOSS. 11.

1. *Linea triplex consideratur in successione ab intestato,*  
*descendentium, ascendentium & transuersalium*  
*& numero seq.*
2. *Representationi locus non est inter ascendentes sed pro-*  
*ximior gradu succedit num. 3.*
4. *Collateralium successio ab intestato remissive.*

b. *Por su orden y linea derecha.* De successione ab intesta-  
 to tractaturi oportet illud premittamus, triplicē con-  
 siderari lineam in hac materia descendentium, ascen-  
 dentium, & collateralium seu transuersalium, vt in  
 auth. de hæred. ab intestato veni. per totum & in l.  
 1. ff. de gradi. l. 2. titulo. 13. part. 6. Mortuo itaque pa-  
 tre vel matre, auo vel alio quocunq; ex linea ascen-  
 dentium, succedant descendentes, de quo latē agemus  
 in glo. 4. [ Mortuo verò filio vel alio ex descenden-  
 tibus succedant pater & mater, vel alij ex ascenden-  
 tibus legitimis secundum gradus proximitatem, vt  
 hic dicitur, sine representatione, nec differentia bono-  
 rum, vt in auth. de hæred. ab intest. veni. §. si igitur de  
 functus ibi hos præponi iubemus, qui proximi gra-  
 du reperiuntur, clarior tex. in l. 4. titulo. 13. part. 6. vt  
 latius declarabimus in glo. sequentibus. [ Quod au-  
 tem non sit locus representationi inter ascendentes  
 probat Ant. Gom. in l. 6. Tauri vnde hæc sumpta fuit,  
 nu. 5. 6. & 7. & Tell. Fer. ibidem nu. 16. & Ioan. Lupi  
 nu. 9. & 10. dicam infra eo. glo. seq. nu. 12. & 13. [ Mor-  
 tuo autem fratre vel sorore nullis relictis descendibus  
 vel ascendētib; succedunt ei fratres, velleis deficien-  
 tibus patri, vel alij qui fuerint gradu proximiores  
 iuxta formam traditam infra eodem in gloss. 4.

GLO.

GLOSS. III.

1. *Intestatus quis decedere dicatur? nu. 2. & 3.*  
*Intestatus dicitur decedere non solum qui nullum facit*  
*testamentum, sed qui fecit, quod vel fuit nullū vel*  
*ex aliqua causa rūpitur vel efficitur inualidū, ibid.*
2. *Intestatus dicitur decedere qui fecit testamentum, &*  
*postea per sententiam iudicis rescinditur.*
3. *Intestatus iure regio non dicitur decedere, qui fecit te-*  
*stamentum, in quo nullum instituit hæredem.*
4. *Pater non succedebat filio iure digestorum, sed occu-*  
*pabat eius bona iure peculij profectitia, aduentitia,*  
*& castrensia.*
5. *Ascendentes iure Codicis authenticorū, & regio suc-*  
*cedunt descendētib; iure hereditario tanquā hæ-*  
*redes, & non iure peculij.*
6. *Pater hodie non succedit in bonis profectitijs, sed ea in*  
*re peculij occupat.*  
*Bona profectitia quæruntur patri in vita filij, ibidem.*
7. *Pater occupans bona iure peculij vel ab intestato suc-*  
*cedens quid consequatur commodi vel incommo-*  
*di, vel in quo hæc duo differant?*
8. *Pater & mater equaliter ambo ad successione filij*  
*intestati admittuntur.*
9. *Pater & mater succedunt filio exclusis fratribus iu-*  
*re regio, licet iure cōmuni pater solus admitteretur.*
10. *Ascēdētes succedūt descēdētib; ab intestato iuxta gra-*  
*dū prerogatiuā, ita ut proximior sēper admitratur.*
11. *Ascendentes non succedūt descendētib; in fundo em-*  
*phiteusi & maioratu.*
12. *Representationi locus non est inter ascēdētes, sed prio-*  
*ritas gradus sēper attenditur.*
13. *Ascendentes non succedunt per representationem &*  
*quare hoc fiat.*
14. *Ascendentium successio ab intestato fit, in stirpes &*  
*non in capita.*
15. *Ascendentes succedūt descendētib; iure civili posi-*  
*tivo, & non naturali, & quis sit effectus?*  
*Lex vlt. C. quorum bono. & auth. de hæred. & Fal-*  
*cid. §. itaque explicatur, ibidem.*
16. *Ascendentium successio cum sit de iure civili potest*  
*per legem vel statutum tolli.*
17. *Separationi bonorū an sit locus in successione ascen-*  
*dentium?*  
*Lex nostra appenditur, ibidem.*
18. *Pater non admittit usufructum bonorum aduenti-*  
*tiorum mortuo filio civiliter vel naturaliter.*  
*Pater præfertur matri in usufructu bonorū aduenti-*  
*tiorum mortuo filio, ibidem.*
19. *Requisita ab initio acquisitionis cuiusque rei nō exigun-*  
*tur postea in eius conseruatione & progressu.*
20. *Pater non amittit usufructū filij suam, qui ingressus*  
*fuerit religionem, vel effectus fuerit episcopus.*
21. *Pater amittit usufructum bonorum aduentitiorū*  
*si filius contrahat matrimonium.*

c. *Pater propter emancipationem filij perdit medietatē*  
*tantum usufructus, sed si filius matrimonium cōtra-*  
*hat in facie ecclesie totū amittit usufructū ibi.*  
 Ab intestato. Intestatus dicitur decedere qui nullū fe-  
 cit testamentum. l. 1. ff. de iniust. rup. & instituta de hæ-  
 redi. quæ ab int. defer. in prin. l. 1. tit. 13. de successio-  
 nib; ab intestato par. 6. Sed an is qui testari nō potest  
 dicatur intestatus decedere, tractat latē Alex. cōf. 115.  
 li. 2. & ibi latissimē Carol. Moli. in additione magna,  
 & Greg. Lup. in d. l. 1. tit. 13. par. 6. Dicitur etiam inte-  
 status vel ab intestato decere, qui fecit testamentum  
 sed minus solemne, vt in prin. insti. de hæred. quæ ab  
 int. de fer. l. 1. tit. 13. par. 6. Vel qui fecit testamentū, sed  
 fuit nullum ratione præteritionis. l. 1. & l. inter cæte-  
 ra. ff. de libe. & posthu. l. 1. in fi. ff. si tabulæ testa. nulle  
 extab. idem si fuit ipso iure ruptum posthumi natiui-  
 tate, vt in l. 3. §. ff. de lib. & posth. Vel agnatione sui  
 hæredis. l. posthutorū. ff. de iniust. rup. §. posthuro-  
 rū insti. de exhereda. libero. Vel arrogatione sui hære-  
 dis, vt in prin. insti. qui. mod. testa. in firm. l. certū. ff.  
 iniust. rup. d. l. 1. tit. 13. par. 6. Vel per adoptionē filij fa-  
 ctā ab auo materno, vt in prin. insti. qui. mod. test. in-  
 fir. iuncta. l. in adoptiuis. C. de adoptio. §. hodie & §.  
 seq. insti. de adop. tradūt Alex. Soci. Iaf. & alij in  
 rub. ff. de lib. & posth. [ Decedere etiā quis dicitur ab  
 intestato qui testamētū fecit mero iure validū, sed in  
 firmatur postea iudicis sentētia per bonorū posse. cō-  
 tra tabulas a filio emancipato præterito, ppositā, vt in  
 §. emancipatos insti. de exhereda. libero, & per totū ti-  
 tulū. ff. & C. de bon. poss. cōtra tab. & q; hac in specie  
 valeat mero iure testamētū tenet gloss. in l. filij. §. sed  
 quæadmodū, in verbo cōtra emancipatū. ff. de bon. posse.  
 cōtr. tab. cōmuni. recepta secundū Iaf. in l. vlt. nu.  
 25. C. de bon. poss. cōtr. tab. & Curt. ibi nu. 1. & 76. vel  
 si rescinditur per querelā inofficiosi testamēti. l. vt li-  
 beris ibi, rescissū. C. de collatio. l. posthumus. §. ex his  
 ibi, rescissū. ff. de infir. test. [ Vbi aut deficit hæredis  
 institutio nō dicitur quis decedere ab intestato iure  
 nostro regio, etiā quoad institutionē, quādoquidē ve-  
 niētes ab intestato instituti & scripti cēsēt ex præ-  
 sumpta volūtate testātis se cū legibus regijs conforma-  
 re volētis, vt late probauimus supra eo. l. 5. tit. 4. de  
 sta. l. 1. gl. 10. nu. 47. & 56. & iterū gl. 13. [ Et vt materia  
 hæc successione ab intestato ascēdētiū resoluatur, fa-  
 cio sequētes cōclusiones. Prima cōclusio, iure Digesto-  
 rū pater nō succedebat ab intestato filio in ei? potesta-  
 te, cōstituto iure hereditario: sed filio mortuo occu-  
 pabat eius bona pater iure peculij tã profectitia & aduē-  
 titia q; castrensia, & qualicāstrētia. l. 2. & ibi Bar. & do-  
 cto. ff. de castr. pecul. [ Secūda cōclusio, iure Codicis, au-  
 thēticorū, & regio pater succedit filio ab intestato de  
 functo tanquam verus & legitimus hæres & iure hæ-  
 reditario in bonis castrensibus & qualicāstrētib; &  
 in aduentitijs, vt in l. 3. in prin. C. de bon. quæ libe-  
 & ibi notant Bar. Paul. Sali. & docto. communiter. l.  
 vlt. prope finem. C. commu. de successi. vbi etiā notant  
 doct. l. si. vers. si verò defuncta. C. ad Tertull. auth. de  
 hæred. ab int. veni. §. si igitur defunctus colla. 9. vbi ex-  
 presim deciditur, quod deficiente linea descēdētiū suc-  
 cedūt ascēdētes seruata gradū prerogatiua, & si plures  
 sūt in eodē gradu, vt puta, pater & mater, pariter succe-  
 dant,

Cc



1 Se acostumbra tornar los bienes al tronco o la raxa a la raxa. Quæ consuetudo viget in quibusdam locis regni huius vt bona immobilia ad stipitẽ redeant, licet iure cõmuni postquam iam sunt incorporata in patrimonio filij non deberent separari, vt superius diximus glo. 3. num. 17. & glo. 5. in locis tamen vbi hæc viget cõsuetudo bona ex stipite materno, ad ascendentes ex parte matris redire debent, & ex contrario, vt hic & in l. 10. tit. 16. lib. 3. [ Et nimirum cõm statuta vel consuetudines particulares vineant leges imperiales. & regias l. de quibus. ff. de legi. & traditur in l. omnes populi ff. de iusti. & iu. & in §. ex non scripto insti. de iu. natu. gen. & ciui. cum concordan. per Ioan. Lupi traditis in præfatione repeti. rub. de dona. int. vi. & vxo. cap. 2. num. 10. & pluribus seq. & Did. Segura in repe. l. 3. §. fi. num. 39. & seq. ff. de lib. & posth. & latius per Did. Perez in proemio ordinationum. q. 8. & 13. & in hac specie hoc tenet Dida. Castelli in l. 6. Tauri in verbo el fuero de la tierra. & Ioan. Lupi nume. 35. & Gomez Arias num. 280. & sequentibus, & Anto. Gomez num. 16. [ Quod proculdubio procedit ab intestato secundum omnes supra citatos. Sed an contra testamentũ procedat & obseruetur hæc cõsuetudo? Anton. Gom. num. vlti. dicit quod non. Ceteri dicunt stãdum esse consuetudini & eius interpretationi, & in dubio vtroque casu procedere, primũ verius pato, ne auferatur libera testandi facultas contra. l. 1. & similes. C. de sacro. eccle. successio. nem autem ab intestato quia à lege delatam, potuit lex cohortare.

L E Y. II.

¶ Quando se dice el hijo auer nascido de parto natural o abortino para poder succeder a sus padres.

¶ Ley. 13. de Toro

¶ Por euitar muchas dudas que suelen ocurrir cerca de los hijos que mueren recien nascidos, sobresi son naturalmente nascidos o si son abortiuos, ordenamos y mandamos que el tal hijo se diga que naturalmente es nascido y que no es abortiuo, quando nascio viuo todo, y que alomenos despues de nascido viuo veynte y quatro horas naturales; y fue baptizado antes que muriese

murieffe. <sup>b</sup> Y si de otra manera nascido murio dentro del dicho termino, o no fue baptizado, mandamos que el tal hijo sea auido por abortiuo: y que no pueda heredar a sus padres, ni a sus madres, ni a sus ascendientes. Pero si por el ausencia del marido, o por el tiempo del casamiento claramente se probase que nascio en tiempo, que no podia viuir naturalmente, <sup>d</sup> mandamos que aunque concurran en el dicho hijo las calidades suso dichas, que no sea auido por parto natural ni legitimo. <sup>e</sup>

G L O S. I.

- 1. *Natus naturaliter quis dicatur iure civili & canonico, ut succedere possit, & transmittere.*
- 2. *Natus naturaliter ex cesso ventre an sit partus legitimus.*
- 3. *Abortibus quis dicatur.*
- 4. *Natus viuus etiam si illico decedat non dicitur abortibus iure civili, ibidem.*

<sup>a</sup> Sobre si son naturalmente nascidos o son abortiuos. Ante legem istam magna erat contentio, quis diceretur partus naturalis vel abortiuus ad effectum successionis & transmissionis, iure namque civili ille dicebatur naturaliter natus, qui viuus nascebatur, quamuis voce non emitteret, dum tamen integer nasceretur, non declinans ad monstruum vel prodigium, vt in l. vxoris abortu cum l. seq. C. de posth. hered. institu. Iure autem canonico is dicitur naturaliter natus, qui nascitur viuus & fuit baptizatus, cap. nam & ego, extra de verb. signifi. [ Nec refert ex cesso ventre fuisse extractum, an naturaliter nascatur, vel sine membro aliquo natus fuerit, vt in l. quod dicitur, & ibi notant doct. ff. de lib. & posth. hanc notat Did. Castelli in verbo naturalmente nascidos in l. 13. Tauri vnde nostra lex sumpta fuit, & ibi Ioan. Lupi num. 1. [ Abortiuus autem dicitur qui mortuus nascitur, l. qui mortui, ff. de verb. signi. Si autem viuus nasceretur, etiam si illico mortem obiret non dicebatur iure civili abortiuus. l. 2. & 3. C. de posth. here. institu. Quid sit iure regio dicam in glo. seq.

G L O S. II.

- 1. *Partus naturalis vel abortiuus iure regio quis dicatur & num. seq.*
- 2. *Natus non dicitur naturaliter, qui totus viuus non nascitur, ibidem.*
- 3. *Natus non dicitur naturaliter qui postquam natus*

- 4. *Posthumus non rumpit testamentum patris antequam nascatur.*
- 5. *Natus non dicitur naturaliter vel legitime, qui ante quam baptizaretur mortuus fuerit, licet plusquam 24. horis vixerit.*
- 6. *Natus ex seceto ventre si baptizatus fuerit & 24. horis vixerit dicitur natus naturaliter, & succedit.*

<sup>b</sup> Y fue baptizado antes que muriese. Nota ex lege ista, tria exiguntur, vt partus dicatur naturalis iure regio & non abortiuus. Primum vt totus nascatur viuus, na qui pro parte nascitur, licet vocem emittat & viuus appareat, non dicitur legitime vel naturaliter natus. l. pen. in fi. & ibi docto. C. de posth. hered. insti. nec talis rumpit testamentum contra tex. in l. quod dicitur. 2. responso. ff. de libe. & posth. Did. Castelli in d. l. 13. Tauri in verbo todo. si enim antequam totus exiret de ventre mortuus est, prout soepe contingit, non dicitur natus. l. qui mortui, ff. de verbo. signi. l. 2. C. de posth. hered. insti. §. posthumi insti. de hered. quali. & disse. [ Secundo requiritur quod postquam natus fuit, viuus totus viuat viginti & quatuor horis, nam qui statim cum nascitur obiit, non dicitur viuere secundum glo. & Bal. in cap. 1. §. quinetiam tit. episco. vel Abb. lib. feudorum Abb. in d. cap. na & ego de verb. signi. ex quo reprobatur opinio glo. & docto. communiter in l. 1. & 2. C. de posth. hered. insti. de qua in glo. precedente in fine: non enim rumpit testamentum iure regio posthumus, qui non vixit viginti & quatuor horis postquam natus est secundum omnes in d. l. 13. Tauri Ioan. Lupi ibi nu. 9. & Did. Castelli in verbo veynte e quatro horas. Gomez Arias num. 9. [ Sicut enim posthumus non rumpit testamentum patris antequam nascatur, vt in l. posthumus nato. C. de bon. poss. con. tab. & ibi notat glo. Odof. Cin. Pet. Iaco. Butr. Bart. Bal. Ang. Salice. Paul. Alexan. Iaso. Corn. Fran. Cur. & Deci. & l. 20. tit. 1. par. 6. cuius rationem reddit post plures alios per eum laudatos Anton. Gomez in l. 13. Tauri nu. 1. & 2. ita etiam non rumpit, si postquam natus fuerit non vixerit, 24. horis, vt dicit lex nostra. [ Tertio requiritur quod fuerit baptizatus, na si baptizatus non fuerit, non succedet patri, nec rumpit testamentum eius, licet plusquam viginti quatuor horis vixerit, vt lex nostra decidit, vt Dida. Castelli ad notauit in d. l. 13. Tauri, in verbo fue baptizado, & Ioan. Lupi num. 15. & Gomez Arias num. 9. Ant. Gomez num. 4. tria enim copulatiue requiruntur, vt partus dicatur naturalis, quorum altero deficiente dicitur partus abortiuus, & non naturalis vel legitimus ad succedendum, vel ad rumpendum testamentum, secundum omnes in d. l. 13. Tauri. [ Sin autem hec tria concurrant, satis erit ad succedendum vel rumpendum testamentum, vel transmittendum secundum docto. omnes in d. l. 13. Tauri, licet ex seceto ventre natus fuerit. L. quod dicitur & ibi gloss. & doct. ff. de libe. & posth. Antonius Gomez in specie nostra in d. l. 13. Tauri numero. 4.

G L O.

G L O S. III.

Claramente se probase. Aduerte tex. istum claram exigere probationem, quod clarius colliges ex his, quae dicam in glo. sequen. clarè enim articuli sunt faciendi & probandi eorum, quae ibi dicam.

G L O S. IIII.

- 1. *Partus vt naturalis sit & legitimus quid probari oportet.*
- 2. *Partus legitimus esse censetur, si in septimo, nono, decimo mense editus sit.*
- 3. *Partus in vndecimo mense editus naturalis est ex externorum sententia.*
- 4. *Partus ex iuris civilis authoribus quis dicatur esse legitimus, sexto mense & vno vel duobus diebus, & septimo, nono, & decimo mense, non octauo vel vndecimo.*
- 5. *Partus nono mense post mortem viri editus, si vxor secundo mense post viri mortem alij nupsit, cuius esse presumatur.*
- 6. *Filius natus post absentiam vel mortem viri vno anno, non presumitur esse viri absentis vel mortui, sed alterius.*
- 7. *Partus si declinat ad monstruum, non succedit patri.*
- 8. *Que nascio en tiempo que no podia viuir naturalmente. Nota quartum requisitum hic a lege nostra enarratum, vt partus naturalis dicatur, & natus succedere possit nempe, quod clarè probetur, natum esse posthumum eo tempore, quo naturaliter viuere posset, & preterea esse legitimum, quod ex hac lege doctores notant in l. 13. Tauri in fi. vnde haec sumpta fuit. [ Exempla tradidit poterunt ex medicis & illustribus philosophis, quorum crebrior opinio est, & pro vero recepta, postquam mulieris vterus conceperit semen, gigni nascique hominem septimo mense rarenter, octauo nunquam, sepius nono, sepe numero decimo, eumque esse hominem gignendi summum finem, decem menses non inceptos sed exactos, quod probat Gellius libr. 3. noctium Atticarum cap. 16. ex Plauto & Menandro. [ Refert que vsuuenisse Romae feminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia in vndecimo mense post mariti mortem peperisse: diuique Adriani editum se legitime attestatur, quomodo statuit in vndecimo quoque mense partum edi posse, idque tulisse requisitis veterum medicorum & philosophorum sententijs, quare rigurose nimis iudicasse Iustinianum in aath. de resti. & ea que parit in vndecimo mense post mortem viri, asseuerat Alciatus libr. 3. paradoxorum cap. 7. contra partum in vndecimo mense editum post mortem viri, quoniam impossibile esse censuit, vndecim menses vterum mulierem gerere. [ Hanc ferè probantur iure Imperatorum, quo ex sententia Hypocratis doctissimi viri receptum est, septimo mense nasci*

perfectum partum. l. septimo mense. ff. de statu homi. quinetiam septimo mense incepto & non completo, vt intra sex menses & duos dies, vt in l. intestatos. vlti. ff. de suis & legi. hered. vbi etiam iuriconsultus ait decimo mense partum esse legitimum vsque ad finem decimi mensis, non vltra, itaque in vndecimo non esse partum legitimum, vt in d. aath. de resti. & ea que parit, §. mulier colla. 4. l. vlti. C. de posth. hered. insti. iuxta illud Sapientie. 7. in ventre matris mee figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum. Nonus mensis partui naturalior est & crebrior, vt hec colliges ex doctoribus in l. gallus in principio. ff. de lib. & posth. & in l. septimo mense. ff. de statu homi. vbi Corraf. & ex lege regni nostri expressa in l. 4. tit. 23. de statu hominum part. 4. In octauo tamen mense nasci posse naturaliter omnes negant, vt tradit Socin. conf. 65. num. 2. libr. 3. & Deci. conf. 657. & conf. 288. Aret. conf. 31. idem Deci. & Moderni in cap. per tuas de proba. Telli Fern. refert in d. l. 13. Tauri ad finem. [ Qui refert etiam questionem illam ambiguam, si foemina duobus mensibus elapsis post mortem viri alij nupsit, & peperit filium nono mense post obitum mariti, cuius esse presumatur & cui eorum succedat, an vero vtrique an neutri? Quam late examinant doct. omnes Moderni in l. Gallus in principio. ff. de lib. & posth. & Alcia. lib. 9. parergo. c. 12. Ego in ea sum sententia, vt priori marito succedat, quia naturalius est vt foemina nono mense partum edat vt in d. l. 4. tit. 23. par. 4. cum concord. num. 4. citatis. [ Itaque si constet maritum mortuum vel absentem fuisse per vnum annum ante filij natiuitatem proculdubio non presumetur filius mariti mortui, vel absentis, nec ei succedet licet totus natus fuerit viuus & vixerit. 24. horis & baptizatus fuerit, vt hic statuitur, quod & iure communi id voluerunt Paul. Castr. Alex. & Moderni in l. 2. C. de posth. hered. insti. Cuma. & alij in l. quod dicitur ff. de lib. & posth. eratque communis opinio vt attestatur Anto. Gomez in l. 13. Tauri num. 4. quod probat tex. in l. 17. tit. 6. de iure deliberandi part. 6. iuncta l. 4. tit. 23. par. 4. [ Vbi autem partus declinat ad monstrum non succedet vt in l. 3. C. de posth. here. insti. l. 5. tit. 23. de statu homi. par. 4.

G L O S. V.

Partus qui legitimi non sunt quoad effectus iuris civilis?

<sup>e</sup> Por parto natural ni legitimo. Qui nascitur in octauo mense vel in sexto vel in vndecimo vel deinceps non dicitur natus ex partu legitimo, licet naturaliter nasci possit in his mensibus secundum quorundam opinionem a doctoribus & authoribus externis supra in glo. precedenti citatis traditam, quoniam leges nostre illum non admittunt vt partum legitimum, quo ad successionem & alios iuris civilis effectus, quod fieri posse plusquam notissimum est, vt & in alio casu probauimus supra hoc lib. tit. 7. de in d. l. 8. glo. 1. numero. 14.

¶ Quando los hijos vienen a heredar a sus padres, y partir la herencia, que es lo que an de traer a colacion, y quando las dotes o donaciones rescibidas se diran inofficiosas.

¶ Ley. 29. de Toro.

¶ Quando algú hijo o hija viniere a heredar o partir los bienes de su padre, o de su madre, o de sus ascendientes, sean obligados ellos y sus herederos a traer a colacion y particion la dote y donacion propter nuptias, y las otras donaciones que ouiere rescibido de aquel cuyos bienes vienen a heredar. Pero si se quisieren apartar de la herencia que lo puedan hazer, salvo si la tal dote o donaciones fueren inofficiosas: que en este caso mandamos que sean obligados los que las rescibieren ansí los hijos y descédientes en lo que toca a las donaciones, como las hijas y sus maridos en lo que toca a las dotes, puesto que sea durante el matrimonio, y a tornar a los otros herederos del testador aquello en que son inofficiosas, y para que lo partan entre si, y para se dezir la tal dote inofficiosa, se mire a lo que excede de su legitima y tertio y quinto de mejoría en caso que el que la dio podia hazer la dicha mejoría, quando hizo la dicha donacion, o dio la dicha dote, auiedo cõsideracion al valor de los bienes del que dio o prometio la dicha dote, al tiempo que la dicha dote fue constituida, o mandada, o al tiempo de la muerte del que dio la dicha dote o la prometio do mas quisiere escoger a aquel a quien fue la dicha dote prometida o mandada. Pero las otras donaciones que se hizieren a los hijos. Mandamos que para se dezir inofficiosas se aya consideracion a lo que los dichos bienes del donador valieren al tiempo de su muerte.

- 1 Collationi locus est ab intestato & ex testamento. Relicta filio in testamento non conferuntur, sed in legitimam imputantur, ibi.
  - 2 Collationi locus est etiam si filij sint inæqualiter instituti.
  - 3 Collationi locus est inter descendentes in potestate constitutos vel emancipatos. Collationi locus non est inter ascendentes, ibidem.
  - 4 Conferuntur bona que obueniunt filio vel descendenti ex substantia eius, de cuius successione agitur, non alia. Bona Castrensia vel aduentitia non conferuntur sed profectitia, ibidem.
  - 5 Bona & donatio propter nuptias conferuntur. Donatio ob causam conferuntur, ibidem.
  - 6 Donatio simplex que ab initio, valuit non conferuntur, nec imputatur in legitimam.
  - 7 Donatio simplex que ab initio non valuit, sed morte confirmatur, an conferatur, vel in legitimam imputetur. Lex. 3. tit. 4. de dona. par. 5. explicatur, ibidem.
  - 8 Donatio simplex filiosam, facta, que statim valet in re regio, non conferuntur eodem iure, nec in legitimam imputatur, nisi quatenus excedit tertium & quintum.
- a A colacion y particio la dote y donacio propter nuptias. Collationi locus est non solum ab intestato verum etiam ex testamento, vt in auth. ex testamento & ibi docto. expendunt a contrario sensu. C. de collatio. & in auth. de trie. & semi. §. illud quoque colla. 3. Donata in vita conferre tenetur filius, non relicta in testamento, quia hæc non conferuntur, sed habentur præcipua. l. a patre & l. filiam. 2. C. de collationibus Deci. in auth. ex testamento in principio. C. eo. titu. computantur tamen in legitimam vt ex receptori sententia resoluam infra nu. 7. [Collationi que locus erit etiam si in testamento filij sint inæqualiter instituti, secundum Lud. Roma. in. l. si emancipati nu. 9. & ibi Fulg. num. etiam. 9. C. de colla. Deci. in. d. auth. ex testamento fi. col. & q. cod. tit. Anton. Gomez in. l. 29. Tauri, vnde hæc sumpta fuit num. 5. [Scire etiã oportet, regulam esse generalem in hac materia, omnes descendentes, quibus legitima debetur, conferre debere sibi in vita donata ab eo, de cuius successione tractatur, nulla differentia facta sexus, vel gradus, emancipationis, & patrie potestatis, neminemque alium conferre debere, vt in. l. vt liberis & l. illud. §. fi. C. de collatio. Bal. in. l. si emancipati. 2. colum. in fi. & Paul. Castr. num. 2. & Deci. num. 9. C. eod. tit. quã regulam in specie explicat Anto. Gomez in. l. 29. Tauri num. 6. & seq. Ex quo ascendentes conferre non teneri constat ex eodem Gomezio. d. l. 29. nu. 9. auctoritate Petr. de Belaper. in auth. ex testamento pen. column. in fi. C. de collatio. cui accedunt Cyn. in. l. si eman-

emancipati in fi. cod. tit. & ibi Bal. num. 3. Paul. num. 2. Alex. num. 5. Iaso. num. 27. Deci. num. 8. Curti. nu. 27. Rom. & Lancelo. 2. colu. Vitalis in tractat. de collatio. 2. §. [Illa autem bona conferuntur, que obueniunt fratri vel descendenti ex substantia eius ascendentes, de cuius successione agitur, non alia, vt in. l. quoniam nouella in fi. C. de inoff. testa. & ibi docto. omnes. l. vt liberis versi. vt in diuidendis. C. de collatio. itaque bona castrensia vel aduentitia non conferuntur, sed solum profectitia, vt in. l. 5. tit. 15. de diuisione hereditatis par. 6. & optime explicat idem Antonius Gomez in. d. l. 29. Tauri num. 10. & ii. [Dos autem & donatio propter nuptias, & quælibet donatio ob causam conferuntur, vt hic & in auth. ex testamento & ibi glo. & docto. C. de colla. & in. l. quoniam nouella. C. de inoff. testa. Bar. in. l. in quartam num. 10. Ripa num. 148. dicens communem. ff. ad. l. Falcid. docto. omnes in. l. 26. & 29. Tau. [Donatio verò simplex ex mera liberalitate procedens, si ab initio valuit non conferuntur, nec imputatur in legitimam, nisi hoc a patre donante fuerit dictum, vt in. l. ii. quando. §. & generaliter. C. de inoff. testa. melior iuris secundum Iaso. ibi, ex qua id asserit Bar. in. l. in quartam num. 10. ff. ad. l. Falcid. vbi Ripa num. 144. attestatur communem, Alex. in. l. illud num. 4. C. de collatio. [Si autem ab initio non valet sed morte confirmatur, tunc habet vim relicti, atque ideo imputatur in legitimam, gloff. & docto. communiter in. d. auth. ex testamento. C. de colla. l. etiam. §. si debita. ff. de bon. liberto. l. filium que habentem. ff. fami. herciscun. sed non conferuntur vt in d. l. illud ad fi. ita cõmuniter intellecta. C. de collatio. quem intellectum communem esse fatentur Alex. & nouiores in. d. auth. ex testamento. Itaque si mihi a patre legentur mille aurei, & legitima mihi debita valeat sexcentum aureos, hæc quantitas computabitur in legitimam: quatuorcentum autem, qui supersunt, non conferuntur, sed habebuntur præcipuos, nomine prælegati & meliorationis secundum communem sententiam, vt Ripa attestatur in. d. l. in quartam num. 144. ff. ad. l. Falcid. & ibi Picus num. 66. & Carol. Rui. nu. 18. & 23. Ferd. Vaz. de success. creatio. §. 30. nu. 161. qui tenet contrarium imò quod non computatur in legitimam post Corraf. in. l. filium quem habentem num. 107. in vlti. parte. C. fami. hercisc. dom. D. Couar. communem sequitur in cap. Raynaldus. §. 2. num. 6. de testamen. Contra quam insurgunt Ang. & Deci. in. l. illud & in. d. auth. ex testamento. C. de colla. dicentes hanc donacionem filiosam, factam esse conferendam per text. in. l. si donacione. C. de collatio. & §. illud in auth. de trie. & semi. colla. 3. cui opinioni fauet text. regni nostri in. l. 3. tit. 4. de donatio. par. 5. vbi donatio simplex filiosam, facta a patre conferuntur, & in legitimam imputatur, prout eam legem intelligit dom. D. Couarru. in. d. capit. Raynaldus. §. 2. numero. 6. intrepide que asseuerat communem sententiam, per eam legem corrigi. Sed iudicio meo text. ille non corrigit receptam opinionem, sed alternatiue dicit, quod hæc donatio conferatur aut in legitimam imputetur, cum sit ait, Ca el hijo a quien lo diesse, si ouiesse otros hermanos, tenudo seria despues de muerte de su padre de aduñir la e meterla a particion con ellos, o de recibirla. en su

parte, entregandose cada vno de los otros hermanos de otro tanto como valiese la donacion que le dio el padre. Ecce est in electione donatarij donata conferre vel in legitimam imputare, non ergo cogitur præcisse conferre, quia in alternatiuis debitoris est electio. l. plerunque. §. si. ff. de iure doti. l. quod autem. §. si. maritus. ff. de dona. int. vi. & vxo. l. si quis. C. de condi. indeb. cū similibus, atque ideo eliget potius computationem, si res donata excedit legitimam, quàm collationem, vel secundum Gre. Lupi in. d. l. 3. in verbo en su parte, lex illa intelligenda est iuxta distinctionem. l. 4. tit. 15. de diuisione hereditatis par. 6. ne ei aduersetur, & repugnet, nempe, vt tunc collationi locus sit, cum frater peteret vt foror conferret dotem, vel alter frater donationem propter nuptias, tunc enim propter equalitatem seruandam conferre teneretur frater donationem simplicem morte patris cõfirmatam, vt ibi dicitur & in. l. illud versi. ad hoc & ibi notant docto. communiter. C. de collatio. Anto. Gomez in. d. l. 29. Tauri num. 26. limita. 2. [Iure tamen regio nouiori donatio simplex filiosam, facta statim valet, licet possit reuocari, vt in. l. i. tit. 6. de melioratio. supra hoc eodem libr. & ibi adnotauit in glo. 3. num. 1. & vlti. & notant docto. in. l. 17. Tauri vnde ea lex sumpta fuit. Quare nec conferuntur nec imputatur in legitimam, nisi quatenus excedit tertiam & quintam bonorū partem, in qua melioratus esse censetur, vt in. l. 10. tit. 6. de melioratio. supra hoc eodem libr. 5. & reliquum computabit in legitimam, etsi excellerit reddet ceteris filijs tanquam inofficiolum, vt hic dicitur, ita asseuerat Anto. Gomez in. l. 29. Tauri num. 29. in fi. & 30. dom. D. Couar. in. d. c. Raynaldus. §. 2. num. 8. de testam. Bernar. Diez a Lugo ad Roder. Xuares in rep. l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. §. q. num. 4. fol. 96. Grego. Lupi in. l. 3. in litera. L. in fi. ti. 4. de donatio. par. 5. Tell. Fern. his non citatis in. l. 26. & 29. Tauri num. 2. quorū sententia vera est & recepta. Contrariū autē vedetur hac lege statui ibi, y las otras donaciones, quod declarabo in glo. sequen

- 1 Lex nostra explicatur & lex. 10. titulo. 6. supra hoc libr. 5.
- 2 Alius dictio est repetitina similium, ibidem.
- 3 Donatio ob causam quare imputetur in legitimam, et donatio simplex non?
- 4 Libri a patre donati quando conferantur vel imputentur in legitimam?
- 5 Libri donati a patre filio in sacris constituto vel primam tonsuram habenti, an imputentur in legitimam vel conferantur.
- 6 Clericus primæ tonsuræ quado gaudeat privilegio clericali, ibidem.
- 7 Libri donati a patre filio scholari quando imputentur in legitimam.
- 8 Expensæ a patre factæ cum filio in studio, an conferantur vel in legitima computentur.



- Filius si non profecit in studio, an libri vel expensæ cōputentur in legitimam, ibi.*
- 7 *Pater bona habens filij sui, quidquid pro eo in studio expenderit censetur ex bonis filij expendisse, non ex suis, atque ideo in legitimam imputabitur.*
  - 8 *Filius cui pater libros dedit vel expensas cum eo in studio fecit, an censetur melioratus in casu in quo expensæ non computantur in legitimam?*
  - 9 *Donatio remuneratoria filio facta an valeat irrevocabiliter & an computetur.*  
*Donationes ob causam, quæ efficiuntur peculium aduentitium non conferuntur, ibi.*
  - 10 *Donatio remuneratoria filio facta an reuocari possit iure regio.*
  - 11 *Donatio ob causam, quæ efficitur castrensē vel quasi castrensē peculium an conferri possit.*
  - 12 *Donata ob causam quæ transmissibilia vel vendibilia non sunt, an conferantur, vel imputentur.*
  - 13 *Officium tabellionatus vel aliud an vendi possit & an conferri & imputari in legitimam.*
  - 14 *Donata à patre filio in titulum patrimonij ad ordines suscipiendos sacros an conferantur, vel in legitimam computentur?*
- b** *Y las otras donaciones.* Intellige de donationibus ob causam, nam donationes simplices filijs facte non cōferuntur, vt dixi in glo. præcedenti in fi. per tex. in l. 10. ti. 6. supra hoc libro, quare nē lex illa & ista in vicem repugnent, hæc nimirum intelligenda est in donationibus ob causam, dictio etiam alius, de qua in hac lege ibi, otras donaciones, est repetiua similitum. l. si fugitiui iuncta glo. vlti. C. de seru. fugi. & ibi Bal. & docto. norant auth. ex testamento & ibi docto. notat C. de collatio. ita has leges cōcordat Rod. Xua. in rep. l. quoniā in prioribus. §. q. post limitationes. C. de in offi. testa. dom. D. Couarr. in cap. Raynaldus. §. 2. nu. 8. de testamen. Ioan. Lupi in l. 29. Tauri num. 7. & ibi Cifonta. nu. 1. & Anto. Gomez num. 29. in fi. Tellius Fernand. numero. 1. in fi. & numero. 2. & 6. Grego. Lupi in l. 3. in verbo en su parte in fine titulo. 4. de dona. par. §. & in l. 3. in verbo no querria tit. 15. de diuisio. hēredi. par. 6. est que communis & recepta concordia. [ Sed hic queramus rationem, quare donatio ob causam imputetur in legitimam, donatio verō simplex non: & alijs pluribus omisissis vera & receptior est, quod donatio simplex ideo in legitimam non imputatur, quia cum ex mera liberalitate donantis procedat, præsumitur, patrem voluisse, vt cum ceteris filijs non communicaret, sed eam donationem haberet præcipuam: non sic in dote vel donatione propter nuptias, quæ ex necessitate proficiscitur. l. vlti. C. de dot. promi. In necessitatibus autem nemo liberalis existit, nec donandi animum habere creditur, sed debitum potius soluēdi. l. rem legatam. ff. de adm. lega. animus etenim donandi nunquam præsumitur, quoties alia coniectura capi potest. l. cum de indebito. ff. de proba. l. Campanus. ff. de oper. liberto. cum similibus. Nec ad rē pertinet, quod dos à matre data impu-

tetur in legitimam, & idem in donatione propter nuptias respectu filij. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. quoniam mater etiam videtur quadam necessitate impelli ad dotem filie & donationem propter nuptias filio dandum, cum iure naturæ omnes impellamur ad sobolem procreandam & conseruandam. l. 1. ff. de iust. & iu. in prin. insti. de iure natu. cap. ius naturale. 4. distinctio. quæ conseruatio absque matrimonio fieri nequit. l. 1. & ibi notant docto. ff. solu. matri. & consequenter dos est etiam necessaria, & donatio propter nuptias plerumque vt matrimonium sequatur, quæ ratio in donatione simplici cessat: quam rationem colligere poteris ex Ripa in d. l. in quartam nu. 148. ff. ad. l. Falcid. & ex Carolo Ruyno ibi, num. 23. & Paulo Pico num. 64. & alijs. ex Corrafio in l. filium quem habentem num. 128. C. fami. c. ciscun. ex Berengario in d. l. in quartam. 3. art. 3. partis numer. 15. & ex omnibus interpretibus. l. 29. Tauri. eam refert Ferd. Vazq. de success. creatio. §. 30. num. 268. vbi & numer. sequ. aliam reddit, quæ tamē in idē ferē cecidit. [ Ex quo inferri post ad quæstionem, an libri filiofam. donati causa studij, vel alia expensæ eadem causa factæ imputari debeant in legitimam vel conferri, & an talis donatio reuocari possit: in qua quæstione vt rectè percipiatur, facio sequētes cōclusiones. Prima cōclusio libri filio donati à patre, si eos habere pōt vt peculium quascastrensē, non conferuntur nec in legitimam imputantur, nec donatio eorum reuocari potest veluti si eos donauit filio iam doctōri vel licenciato effecto, vel scholari, qui postea viuo patre factus fuit doctōr vel licenciatus, vt colliges ex Bar. in l. 1. §. nec castrensē nu. m. 2. & 3. ff. de collatio. bono. Pau. & Alex. in l. in quartam num. 20. 21. & 22. ff. ad. l. Falcid. vbi Ripa num. 168. & ex Decio, in l. si donatione nu. 40. & 41. C. de collatio. Corrafio in l. filium quem habentem num. 9 2. & 10. C. fami. herciscū. & Anto. Gomez in l. 29. Tauri num. 17. & tradit latē Ferd. Vazq. de success. creatio. §. 30. num. 204. & pluribus sequenti. [ Et num. 208. hoc extendit ad donationem filio in sacris constituto factam, qui quascastrensē peculium habere dicitur, vt ibi probat post Iaso. in l. filia licet C. de collatio & Ripam in d. l. in quartam numer. 171. ff. ad. l. Falcid. Idem si donentur filio clerico primæ tōsuræ, quippe qui habere potest peculium quascastrensē, non secus ac si esset sacris initiatus, secūdm Abb. in l. si donatione. C. de colla. Iaso. & Ripa vbi supra Bertrand. conf. 201. in fi. dom. D. Couarr. in cap. quia nos in principio de testamen. Petr. Nun. in responso. 17. nu. 3. hoc limitans, quando talis filius primæ tonsuræ esset in exercitio clericali seruiens ecclesie, ex mēte tex. & ibi notat Ioan. Faber, in auth. præbyteros C. de epi. & cleri. quod confirmatur hodie per sanctā Synodum Tridentinam sessione. 23. in decreto de reformatione ordinis cap. 6. vbi vt gaudere possit fori priuilegio clericus primæ tonsuræ, debet actu ecclesie deseruire de mandato episcopi, ita etiam in specie nostra. [ Secunda conclusio, libri à patre filio studentī donati ad discendum, licet non sit filius doctōr vel licenciatus, non conferuntur nec in legitimam imputantur. l. 5. ibi para aprennder alguna scientia en escuelas titu. 15. de diuisione hēreditatis par. 6. & ibi notat Gre. Lupi

Lupi in verbo, los libros ad medium ad idem est tex. in l. 3. ti. 4. de donatio. par. §. ibi, en q̄ aprehendiese, Vbi autem pater donaret filio multos libros vtilēs ad patrocinium præstandum, vel iudicandum, sed non necessarios ad addiscendum, censet Greg. Lupi ibi de bere conferri, & in legitimam imputari, nisi donatio fieret doctōri & alijs de quibus supra nu. præcedenti, quod asserit autoritate Odofredi & sequacium in auth. ex testamēto. C. de collatio. & in l. si filiusfam. per tex. ibi. C. fami. c. ciscun. vbi peculium castrensē dicitur, non solum quod pater tradit filio existenti in castris, verum etiam, quod ei traditur eunti ad castra: sic & in scolari cui libri à patre tradūtur, vt perueniat ad doctōratum consequendum, dicitur peculium quascastrensē, quare nō conferrentur nec in legitimam imputabuntur, quod & voluit glo. in l. filie cuius, C. fami. c. ciscun. & est tex. in d. l. §. ti. 15. par. 6. & l. 3. ti. 4. par. §. quas ita intelligit Ant. Gom. in l. 29. Tau. nu. 17. absque vlla distinctione & limitatione, sed tu tene limitationem Grego. Lupi, & vide circa hanc conclusionem Pet. Rebuffum de priuilegijs scolariū priuileg. 55. per totum vbi. 4. modis ampliat & §. limita. [ Tertia cōclusio, expensæ à patre facte in studio censentur bona castrensia & non conferuntur, neque in legitimam computantur. l. quæ pater. ff. fami. c. ciscun. vbi notat glo. & docto. & in d. l. §. tit. 15. par. 6. & l. 3. tit. 4. par. §. Ioan. Lupi in l. 17. Tauri num. 16. Petr. Due. in regula. 222. limi. 3. ad fi. Quam conclusionem limita primo, nisi pater protestetur, se velle vt huiusmodi expensæ in legitimam imputentur, vel ex alia coniectura de hoc animo appareat, vt quia in libro eas scribebat vt in d. l. quæ pater & ibi tradunt doctōres. Expensæ tamen quas aliās filius esset facturus, non repetentur nec computabūtur in legitimam, etiam si protestatio; de qua supra præcesserit, arg. tex. in l. sed si lege. §. quod autem. 2. in fi. ff. de peti. hēredi. vt probat pluribus similibus Anto. Gomez in l. 29. Tauri num. 16. versu. 2. limita. Petr. Nunni. respon. 17. nu. 2. ad fi. in dictionario in verbo castrensē Pet. Dueñas in reg. 222. limi. 2. ad finem. Aliam coniecturam refert Greg. Lupi in l. 5. in verbo los libros tit. 15. par. 6. ad fi. quando resularet magna inæqualitas inter fratres vt ibi per eum. Idem erit si filius non profecit in studio, quia tunc libri & quod in studio expensæ fuerit, cōputabitur in legitimam secundū Bald. & Ias. in auth. quod locū colu. vlti. C. de collatio. Greg. Lupi in d. l. §. in verbo e las despenfas tit. 15. par. 6. Petr. Nun. in responso. 17. nu. 2. [ Secundo limita nisi pater haberet apud se aliqua bona filij consistentia in pecunia ex castrensibus vel aduentitijs, tunc enim de eis videtur expendere & erogare, atque ideo imputabūtur in legitimam arg. l. Nenfenius. ff. de nego. gest. tenent Bar. & docto. in d. l. §. nec castrensē num. 8. ff. de colla. bono. Anto. Gomez alios referens in l. 29. Tauri num. 16. & ibi ceteri interpretes, Grego. Lupi in l. 5. tit. 15. part. 6. in verbo, e las despenfas. Petr. Nunni. in dictionario in verbo, Castrensē in fi. Aduerte tamen, quatenus Gomezius. d. num. 16. versu. aduertendum, dicit idem esse, si pater haberet bona aduentitia vel castrensia filij non consistentia in pecunia, adhuc etenim præsumitur pater de his bonis erogare arg. l. vlti. ff. de peti. hēredi. suspectum esse,

quoniam si pater non vendit bona filij ad faciendam expensas, sed de propria pecunia erogat, non videtur animo repetendi, vel in legitimam computandi erogasse: quia si de eis bonis erogare voluisset ea vendidisset.

- 8 [ Quarta conclusio iure nostro regio nouiori in omnibus casibus in quibus diximus donationem librorū vel expensas studij non computari in legitimam, in tel ligi oportet, quod computantur in tertiam & quintā bonorum paternorum partem, in quibus melioratus censetur filius, et si quid superest computabitur in legitimam, etsi exceßerit, reddet ceteris filijs tanquam in officiosum, vt in hac lege & l. 10. tit. 6. de meliorationibus supra hoc libro & ibi dixi in glo. 2. & supra hac eadem lege in gloss. præcedenti in fine cum cōcor. ibi citatis. Nec putes posse aliud tertium & quintum dari eidem vel alteri filio, non enim poterit vt rectè aduertit Ferd. Ari. in l. 26. Tauri num. 14. & 15. Petr. Nunni. in dictionario suo, in verbo castrensē prope finem, est que ad id tex. in l. 12. ti. 6. de melioratio. supra hoc libro. Denique in omnibus casibus in quibus nō est donatio ob causam necessariam seruabis hac regulam. [ Inferitur etiam, donationes ob causam, si efficiuntur peculium aduentitium, non conferri, nec imputari in legitimam, vt si ob filij merita fiant, quæ in specie bona censeri aduentitia attestatur Accursi. ab omnibus receptus in auth. vnde si parens in verbo Falcidij C. de inoffi. testa. sed aduentitia non conferuntur, vt in l. si. C. de collatio. l. §. tit. 15. de diuisione hēredi. par. 6. rationes reddit Ferd. Vaz. de successione creatio ne §. 30. num. 256. vbi hanc asserit communem opinionem Bar. in l. in quartam num. 10. & ibi Picus num. 62. & Ripa num. 143. cum pluribus seq. & nu. 160. & pluribus seq. & Carol. Ruy. num. 18. & 23. hanc dicentes communem, camque sequitur Corrafio. in l. filium quem habentem. C. fami. c. ciscun. Anto. Gomez in l. 29. Tauri num. 23. Petr. Dueñas in regula. 222. limi. 1. Vbi merita esse probanda probat plurimum autoritate, nec solum patris asseritionem sufficere vt late diximus supra hoc libro tit. 6. de meliora. l. 1. glo. 9. num. 2. & 3. [ Quod autem num. 3. tetauimus, huiusmodi donationem remuneratōriam iure regio reuocari posse eo quod ex reuocatione nullum tertio obuēniat in eodem modum iuxta dispositionem eiusdem legis. tit. 6. supra hoc libro. §. contrarium mihi nūc verius videtur sequēdo communem opinionem. Nec obricit lex illa que in melioratione tertie & quintæ partis loquitur, quam reuocari posse statuit etiam si ob causam fiat, modo alium non tangat, in cuius præiudicium reuocari non poterit, nec in legitimam imputari, nisi quod superest deducto. §. 3. & §. 5. Nos vero loquimur nō in melioratione, sed in donatione remuneratōria, quæ potius est debiti solutio, quam donatio, vt dixi in d. l. 1. glo. 9. num. 2. & 3. quare merito reuocari non potest, etiam si alij nō noceat reuocatio, nec in legitimam imputatur, sed vt es alienum habetur, quia opera filij magis, quam patris liberalitate cōtingere videtur. Quod tamen intelligunt omnes, quando merita æquivalent rei donate, non aliās ex sententia glo. communiter recepta in l. si donatione in verbo postulas. C. de colla. & cap. relatum. 2. in verbo iuxta seruitij, de testamen. Bar. in l. si forte num. 5. ff. de castren. pecul. Tiraquel.

in rep. l. si vnquam verbo donatione largitus num. 75. & 77. & nos quoque. d. l. i. ti. 6. supra hoc libro glo. 9. num. 2. modò in beneficiorum collatione consideres que tradit Tiraq. in. d. verbo donatione largitus nu. 74. Ari. Pincel. latius in. l. i. c. de bon mater. 3. part. nu. 59. & 60. dicam oportuni in. l. 15. tit. 10. de donatio. 11 infra hoc eodem libro glo. 6. [ Infertur similiter, donata ob causam quæ efficiuntur castrêse vel quasci castrêse peculium, non conferri nec in legitimam imputari, vt in. l. si filius. C. fami. c. circun. l. 5. tit. 15. de diuisione heredi. par. 6. l. 3. tit. 4. de donatio. par. 5. vt in exemplis supra traditis nu. 3. 4. 5. & 6. Idem in armis militi donatis vt in. d. legibus septipartitarum dicitur, & Bar. in. l. 1. §. nec castrêse num. 2. ff. de colla. bono. & in alijs exemplis, à Petro de Duënas traditis in regula. 222. limi. 3. à Ferdin. Vazq. de succes. creatio. §. 30. num. 215. & 216. & 214. [ Infertur etiam non conferri neque in legitimam imputari donata ob causam, quæ tamè transmissibilia ad heredes non sunt, & que vèdibilia non sunt. l. omnimodò. §. imputari. C. de inoffi. testam. Vt in alimentis victus & vestitus à patre filio prestitis iuxta. l. legatis. ff. de alim. & cibar. lega. quod probat tex. in. l. que pater. ff. fami. c. circun. tenet Bar. in. d. §. imputari, doct. in. l. filij licet. C. de collatio. vel in expensis, que à patre fiut in nuptijs, aut pro consequendis honoribus & dignitatibus, que non imputantur in legitimam vt in. l. 2. §. vlti. & ibi gl. fi. ff. de mune. & hono. Bald. Ange. Iaso. & docto. in. d. §. imputari per illum tex. & in. l. 1. §. sed an ipse. ff. de collatio. bono. Nicola. Boeri. decisio. 14. num. 3. Fran. à Ripa in. d. l. in quartam num. 163. cum alijs. ff. ad. l. Falcid. Pet. Duënas in. d. regula. 222. limi. 2. [ Ex quo officium emptum ex pecunia patris imputatur in legitimam, quando tale officium erat vendibile, licet non esset transmissibile ad heredes, vt in. l. omnimodò. §. imputari ibi, eo quod talis sit militia vt vendatur. Idem si tale officium vel militia est transmissibile ad heredes licet vendi non possit vt in. d. §. imputari ibi, vel certa pecunia ad eius heredes perueniat, idem si vtrunque concurrat, quòd officium vendi possit & transmitti. Quando autem militia nec vendi, nec transmitti potest, non imputatur in legitimam, nec confertur, hæc est vera & communis conclusio, quam obscurat Odo. fre. Albe. Iaco. Butri. Guill. de Cun. Ioan. Fab. Pet. de Belaper. Cin. Bal. & Ang. Sali. Fulgo. Areti. & Iaso. in. l. omnimodò. §. imputari. C. de inoffi. testa. Bart. in. l. 1. §. nec castrêse & ibi omnes docto. ff. de colla. bono. Bar. in. l. in quartam & ibi Ang. Imol. Alex. Ripa Paul. Picus Carol. Ruy. & Fernã. berégari. Fer. Vaz. de succes. creatio. §. 20. nu. 203. & 218. Vbi hoc extendit ad officium tabellionatus, eo quod sit vendibile ex principis licentia & permissione, quæ nemini denegatur, quod latius ipse probauit in dialogo relatoris. 4. part. cap. 11. & 12. Pet. Nun. Auendaño respòso. 9. do. D. Couarr. lib. 3. resol. cap. 19. num. 4. & 6. Anto. Go. in. l. 29. Tauri num. 21. & ibi Telli. Fer. num. 11. & seq. maxime numero. 15. vbi hoc concedit in officijs vendibilibus, negat autè officia tabellionatus posse vendi, cuius rationibus ipse satisfeceram, antequam hæc Telli. scripserat in. d. dialogo. 4. par. cap. 11. [ Sed an à patre donata filio ad titulum patrimonij vt ordines sus-

cipiat, imputentur in legitimam, an verò præcipua habeat? Quæstio est discussa per dom. Did. Couarr. in cap. Raynaldus. §. 2. num. 7. de testam. & per Telli. Fernandez in. l. 29. Tauri num. 16. suntque ediametro contrarij: dom. D. Couarr. censet esse imputanda in legitimam, eo quod sit donatio ob causam & quasi propter nuptias, cui accedit Pet. Nunni. responso. 17. & Ant. Gomez. in. l. 29. Tauri num. 21. versic. item subinfero quasi per transfennam. Telli. tamè Fernandez in. d. l. 29. Tauri num. 16. tenet oppositum, imò quod non imputetur sequutus Fabrum & Aimonè & Igneum & Cassaneum in locis per eum citatis eo quod non dicitur donatio ob causam, nisi que fit ob causam necessariam, ad quam pater cogi poterat: sed huic rationi satisfacit dom. Dida. Couarr. nihilominus tamen assentior opinioni Telli. Fernandez, quia in causam castrêsem vel quasi donatio facta censetur, quare nec confertur, nec in legitimam imputatur secundum communem sententiam supra numero. 11. relatam, & hanc nostram sententiam communem & veram esse attestatur Ferd. Vazq. in lib. de successio. creatio. §. 30. numero. 116. vbi plures citat authores idem tenentes.

GLOSS. III.

- 1 Collationi an locus sit si filius nolit adire patris hereditatem.
- 2 Dos confertur hodie, etiam si filia nolit patris hereditatem adire, quia non potest à patre meliorari. Dos si est inofficiosa, filia tenebitur quod ultra legitimam habet restituere sibi.

c Pero si se quisieren apartar de la herencia que lo puedan hazer. Nota ex lege ista filium, cui aliquid à patre est donatum, quod conferre teneatur, non teneri necessario conferre, nisi tum demum cum velit hæres esse patris, nam si eius hereditatem repudiauerit, conferre donationem minimè tenebitur, sed retinere poterit si bi donata, & que promissa sunt petere vt in. l. vlti. ff. de collatio. dot. cuius verba sunt. Fuit questionis an si sua hæres filia patri cum fratribus cõtenta dote abstineat se bonis, compellatur eam conferre? & Diuus Marcus rescripsit nõ compelli abstinentè se ab hereditate patris. Ergo non tantum data apud maritum remanebunt, sed & promissa exigentur etiam à fratribus, & ibi notat glo. & docto. l. ex causa donationis. C. fami. c. circun. Bal. in. l. si emancipati in fi. C. de colla. & ibi Iaso. num. 35. & Deci. num. 11. & ceteri Moderniores, & est casus in. l. nostra. [ Iure tamen nostro regio nouiori, etiam si filia se abstineat ab hereditate paterna cõferre tenebitur dotem ad instantiam fratrum, nõ enim potest pater filiam dotare vltra legitimam vt in. l. 1. tit. 2. de dotibus supra hoc eodem libr. & ibi adnotauit in gl. 2. Vbi autè dos est inofficiosa, quod superfluum tenebitur restituere, etiam si hæreditatem patris renũciauerit, vt infra dicitur,

GLO.

G L O S S. IIII.

- 1 Dos congrua que dicatur? remissiuè. Pater quãtũ dare teneatur filia in dotè? remissiuè ibid. Pater quantum dare possit filia in dotem omni iure? ibidem remissiuè.
- 2 Dos inofficiosa que dicatur? iure antiquo & nouo?
- 3 Donatio propter nuptias inofficiosa que dicatur?
- d Saluo si la tal dote o donaciones fueren inofficiosas. Congrua dos que dicatur diximus supra hoc li. ti. 2. de dotibus. l. 1. glo. 1. nu. 4. & 5. & optimè explicat Gaspar à Bac. vir vtique doctus in lib. de nõ meliorandis dotis ratione filiabus. c. 1. vbi qui dotare tenetur vsque ad quam quantitatem dare teneatur, an vsque ad legitimam late tractat vsque ad nu. 23. à name. autem. 24. & deinceps vsque ad quam quantitatem pater possit dare filia in dotem iure cõmuni, & quid iure regio nu. 27. & quid iure regio nouissimo per. d. l. 1. tit. 2. supra hoc libro, tractat nu. 30. qua lege statuitur, posse patrem dotem conferre filia vsque ad legitimam, & nõ vltra. [ Si ergo excedit legitimam dos erit inofficiosa, & quatenus legitimam excedit, tenebitur cæteris filijs restituere, vt in. d. l. 1. diximus, & in hoc lex nostra per il lam corrigitur: quoniam permittit patri in dotem dare filia non solum legitimam, verum etiam tertiam in super & quintam bonorum suorum partem, vt expedit Ioan. Lupi in. c. per vestras. §. 22. in cõstituenda nu. 11. & 14. Segura in. l. coheredi. §. cum filia nu. 160. ff. de vulga. Gomez Arias in. l. 27. Tau. nu. 5. Gre. Lup. in. l. 8. tit. 4. de donatio. par. 5. in verbo a otro, & in. l. 3. tit. 15. de diuisione heredi, in verbo no querria part. 6. Bernard. Diez à Luco in regula. 213. fallen. 4. dixi in. d. l. 1. tit. 2. supra hoc lib. glo. 2. num. 1. 2. & 3. [ Sed lex ista quoad filias est correctã, non quoad filios, vt rectè aduertit Baeza in libr. de non meliorandis dotis rati, filia. c. 1. num. 27. & c. 7. vsque ad nu. 8. itaque donatio propter nuptias inofficiosa dicitur quatenus excedit tertium & quintum & legitimam, vt hinc dicitur, & in hoc remanet lex incorrecta.

G L O. V.

Dos inofficiosa etiam à marito est restituenda. Dos respectu viri est titulus onerosus.

Como las hijas y sus maridos en lo que toca a las dotes. Nota maritum restituere teneri dotem inofficiosa, licet dos respectu viri sit titulus onerosus, vt late dixi d. l. 1. gl. 4. nu. 4. tit. 2. de dotibus supra hoc libro.

G L O. VI.

- 1 Lex. si. §. si à focero. ff. que in fraud. credi. explicatur, & nu. 4.
- 2 Creditores potius ius habent filijs.
- 2 Dos inofficiosa an constante matrimonio post mortem patris possit reuocari. & nu. 3.
- 4 Dos inofficiosa haberi dicitur ex causa lucratiua in eo quod excedit etiam quoad maritum.
- 5 Dos data à patre sacerdote filia spuria vltra quod permissum est, an reuocari possit constante matrimonio in eo, quod excedit, & nu. 2.
- f Puesto que sea durante el matrimonio. Cõtra legem istã,

opponitur de. l. vlt. §. si à focero. ff. que in fraud. credi. vbi dos filia data in fraudem creditorum non potest constate matrimonio reuocari à creditoribus, quomodo ergo hinc filij mortuo patre possunt constate matrimonio dotem inofficiosa filia ab ipso patre datã reuocare? cum filij debilius ius habeant quàm creditores, vt in. l. Papinia nus. §. quarta autè. ff. de inoffi. test. Præterea dos cõsetur titulus onerosus quoad maritum l. pro oneribus. C. de iu. doti. gl. Bar. & Alex. in. l. Meua. ff. solu. matri. Bal. Rom. & Alex. in. l. si donaturus ff. de cõdi. ob caus. cõ concord. à me traditis supra hoc lib. ti. 2. de dotibus. l. 1. gl. 4. nu. 4. licet quoad mulierem censeatur lucratiua vt ibi dixi nu. 5. [ Ex quibus hæc opinionem, quòd constate matrimonio nõ possit dos inofficiosa à patre filia data post mortem ipsius patris reuocari tenuit nũcupatim Segura in rep. l. coheredi §. cõ filie nu. 129. & pluribus seq. ff. de vulga. Ioan. Bernar. Diez à Luco in regula. 215. dos filie cõcessa. Lupus in. l. 17. Tauri nu. 44. & ita fuisse iudicatũ in sacro concilio Neapolitano refert Afflict. decis. 86. ad fi. Quibus suffragatur doctrina Bar. in. d. l. fi. §. si à focero ff. que in frau. credi. vbi voluit, nõ posse reuocari dotem filia spuria datã excedente modũ à lege permissum durate matrimonio inter eã & maritũ, cui subscript, ibi Ange. & Ias. in. §. ite si quis in fraudẽ in sti. de actio. nu. 30. Bal. in auth. ex cõplexu. C. de incest. nup. Segura in. d. §. cõ filie nu. 131. Ang. de Aret. in. §. si res aliena in sti. de lega. Bal. & Sali. in. l. 2. C. de reuoc. his que in frau. credi. & opinionem hæc esse cõmuni receptam attestatur Ioã. Lup. in rep. c. p. vestras nota. 3. §. 24. in cõstituenda nu. 3. de don. in. vi. & vx. Capitius decis. 181. nu. 2. [ His verò nõ obstantibus etiã iure cõmuni verior æquior, & apud nos receptior est cõtraria sententia, quã lex ista confirmat, nepe quod excessus dotis reuocari possit à fratribus post mortem patris, etiã constate matrimonio, siue maritus sciret esse inofficiosa, siue nõ, quã tenuit Pau. Cast. in. l. vna in fi. C. de inoffi. dotib. Ioã. Lu. in rep. c. per vestras. 3. nota. §. 22. nu. 10. & §. 24. nu. 3. de don. in. vi. & vx. quia iniquũ esse ait, de fraudari fratres portione legitima propter dotem sororis, Moline. in tract. de donatio. factis in contractu matrimonij nu. 59. vbi cõtrariã sententiã appellat erroris portetũ, & in tracta. de inoffi. test. nu. 79. Nico. de Vual. de succes. ab int. §. ad vnũ, aliàs, successio nu. 50. quod est veri? authore Ripa in. l. 1. nu. 68. ff. solu. matri. Gabriel Sarai in ad di. ad Mathesi. singul. 46. col. 2. Gaspar. Bae. hoc probas pluribus rationibus & auctoritatibus in li. de nõ meliorandis dotis ratione filiabus. c. 32. nu. 3. & seq. dixi supra hoc eod. li. tit. 2. de dotibus. l. 1. gl. 4. nu. 7. idẽ pbat Ant. Gom. in. l. 29. Tau. nu. 34. & ibi Lup. nu. 24. [ Nõ obstat ex aduerso tradita nã. l. vlt. §. si à focero. ff. que in frau. credito. loquitur de dote, nõ de nimia dote, hinc aut tractamus de reuocanda immodica dote, quã maritus portionem excedente nõ cõsetur habere ex causa onerosã, sed ex causa lucratiua, vt docet Moline. de donatio. factis in contractu matrimonij nu. 51. & in tract. de inoffi. testa. col. fi. quia donatio ob causam dicitur titulus onerosus pro portione dũtaxat æquivalenti causæ: quatenus autem excedit, dicitur titulus lucratiuus, & mera & gratuita donatio. l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. in. vi. & vx. ex qua id expedit Ang. in. l. sed si

lege. §. consuluit. ff. de peti. hæred. & in. l. Aquilus, vbi Roma. & Imol. ff. de dona. Paul. & Alex. in. l. si donatione. C. de collatio. Tir. q. l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 69. C. de reuo. dona. & ibi Ripa q. 13. & 14. Barb. in. c. vlt. in. fi. de dona. Gaspar Baeza in lib. de non melioradis. c. 32. nu. 8. & licet in. d. §. si a focero habeat maritus dotem titulo oneroso, hic excessum habet titulo lucratiuo, vt dixi, quare nimirum si cõstãte matrimonio excessus peti possit à fratribus. [ Minus oberit doctrina Bar. in. d. §. si a focero, loquitur enim in casu diuerfo nimis, dos enim excessiua data filiæ spurix applicatur cognatis sacerdotis, quibus non ita debetur hæreditas, sicut & filijs, & quia cõtraria sententia verior est in puncto iuris, vt probat Ripa in. l. 1. nu. 68. ff. solu. matri. Lupus in. d. §. 24. nu. 3. in fine Nicol. de Vbald. de success. ab intest. §. successio-num nu. 50. Baeza. d. c. 32. nu. 10.

G L O S S. VII.

- 1 Dos inofficiosa in eo quod excedit solū reuocatur, & num. 2.
- 3 Arrharum excessus vltra decimam bonorum partē reuocatur dumtaxat.
- 4 Dos vel donatio inofficiosa reuocari an possit in vita patris? & num. seq.
- Donatio inofficiosa non potest viuo patre reuocari, ibid.
- 5 Lex. 8. tit. 4. de dona. part. 5. explicatur.
- 6 Donationis rei dotis immense fructus, an debeantur filijs reuocantibus excessum, & à quo tempore? & num. sequen.
- Dotis constitutio excedens summam. l. 1. tit. 2. de dotibus supra hoc lib. est ipso iure nulla, ibidem.
- Fructus ex contractu nullo restituendi sunt, ibidem.
- 7 Fructus rei ab aliquo possessa ex contractu nullo quibus casibus debeantur?
num. 103. extra de iudi. Cœpola, in l. si fugitiui. nu.  
37. C. de serui. fugi. Cassan. in consue. Burgund. rubri.  
1. §. 1. fol. 23. col. 2. num. 5. Ioan. Lupi plura ex hoc infe-  
rens in repet. c. per vestras. 3. notab. §. 21. num. 12. de  
dona. inter vir. & vxor. Quibus rationibus freti iudi-  
ces ipsi decipiuntur, vt ibi attestatur Ioan Lupi, fœ-  
minas & clericos diffamātes, multisq̄e infidijs & ca-  
uillationibus vtentes, vt eos in lecto iacentes deprehē-  
dant. occulta sacerdotum crimina reuelantes contra  
Constantini consilium supra relatum, vt ex. c. in scri-  
pturis. 96. dist. adnotauimus. [ Is enim in crimine di-  
citur inuentus, qui per testes de crimine conuincitur,  
vt in l. 2. ff. de custo. reor. & l. 1. C. de raptu virg. Ang.  
Ioā. de Imo. & ceteri in l. 3. §. Neratius. ff. de neg. gest.  
Bald. & Alex. in. c. proposuit de appella. Nec sufficet  
in specie nostra, fœminā in cōcubinato cū clerico, mo-  
nacho, vel cōiugato fuisse deprehēsam, vt poenis legū  
regni locus sit, nisi publicē crimē fuisse cōmissum pro-  
betur. Sola quippe deprehēso in crimine nō reddit il-  
lud publicū vel notoriū, nisi aliter conuincatur delin-  
quēs, vt est glo. notab. iūcto tex. in. c. ex literarū de eo  
qui duxit in matris. quam polluit. per adult. & ibi id ex-  
pendit Ioā. And. Abb. & ceteri bonus tex. in. l. 1. C.  
de pet. bono. subla. lib. 10. Ioān. Lupi. in. d. §. 21. nu. 17.  
Auiles in. cap. 47. pręto. in verbo manceba publica.  
18 [ Huiusmodi autē probatio debet concludere mulie-  
rem esse publicā clericī, vel monachi concubinā, vel  
hominis coniugati, vt leges præcitatę requirunt, vel  
quia publicē domi cōcubinā retinebat sciētibus vici-  
nis & vidētibus, ei fortē necessaria ministrās, arg. l. si

vicinis. C. de nupt. idq̄; asseuerāt Hosti. Ioā. And. &  
Abb. in. c. de illo extra de eo qui cogn. cōf. vxo. l. uz  
cū cōcordā, per Ioā. Lup. traditus in. d. §. 21. nu. 14. & 15  
Anto. Gom. in. l. 80. Tauri. nu. 22. vel si vidētibus vel  
aliās sciētibus vicinis clericus, monachus, vel cōiuga-  
tus domum mulieris ingrediebatur frequēterq̄, cū ea  
conuersabatur, vel ex cōtrario illa domū clericī ingre-  
diebatur & frequētebatur, alimētaq̄, ab eo eidē mini-  
strabatur, vel si cōcubinā habet domi, tāquam vxorē  
publice nutriēdo filios ex ea procreatos, ita quod ne-  
gari nō posset, vel negatio parū sibi prodesset, vt dicit  
glo. in. l. sententiā. in verbo celari. C. de poen. cōfert. l.  
illud. §. sed et si. ff. de tritica. actio. c. nullus. & c. præter.  
32. dist. Sin autē nō est crimē hoc ita notoriū, sed pro-  
babiliter potest tergiuerfari, vt quia tenet cōcubinā  
cū eius matre cuius famulā esse dicit, nō dicitur tunc  
publica concubina, nec ipse publicus concubiniarius  
c. sicut. de cohabita. cleri. vel mulie. c. si qui. §. 1. dist. te-  
net Abb. post alios in. c. vestra de cohabi. cleri. & mu-  
lie. Ang. de Clauis. in summa in verb. cōcubina. vers.  
4. Ioā Lup. hoc ita explicās in. d. §. 21. nu. 20. Auiles. d.  
c. 47. prętorū. nu. 1. Cauēat ergo iudices ab huiusmodi  
excessu & clericorū infamia, vt recte aduertit Bald. in  
l. palā. ff. de ritu nup. & Auiles. d. nu. 1. in fi. fat enim  
est, publicū cōcubinātū per testes probari, licēt con-  
trariū asseueret Did. Perez in. d. l. 23. ti. 3. lib. 1. ordin.  
in glo. vti. in. fi. col. 172. Quomodo autē possit iudex  
secularis domū ingredi clericorū & cōcubinā querere  
videbitis in. l. 2. ti. 19. de cōcubinarijs. infra li. 8. & ibi  
dicā. [ Tertia cōclusio, his poenis locus nō est, si cōcu-  
bina publica clericī vel religiosi vel cōiugati est cōiuga-  
ta, quoniā eā eius vir solus accusare poterit de adul-  
terio, vt in. l. si vxor. vers. sed et in ea deadul. Vbi ha-  
betur, q̄ licet accessus ad meretricē nō sit punibilis, fal-  
lit tñ in meretrice nupta: eā quippe poterit vir eius  
de adulterio accusare, & adulterium nō cadit sub le-  
gibus simpliciter loquētibus de accessu & delicto car-  
nali mulierū, secūdū Ioā. And. in addi. ad specu. in tit.  
de iniur. in rub. cuius sententiā extollit And. Sicul. in  
c. lator. 1. col. de pign. & Ludo. Rom. in. l. si vero. §. de  
viro. nu. 23. ff. sol. matr. Alex. in. l. pleriq̄; ff. de in ius  
voc. nu. 12. & ibi Ias. pen. col. in fi. & ita expresse deci-  
dit. l. 3. ti. 19. de cōcubinarijs. infra lib. 8. Ioā. Lu. in re-  
pe. c. per vestras. 3. notab. §. 21. nu. 22. de don. in. vi. &  
vxo. Auil. in. d. c. 47. prętorū. in verbo manceba publi-  
ca. nu. 2. Anto. Gom. in. l. 80. Tauri. nu. 20. Et hi tres  
vltimi doctores hoc limitāt, nisi maritus sciret vxor-  
is suæ mores, & taceret, per dissimulationēq̄, id pate-  
retur, tñ autē eā nō excusari a poena, si cōcubina pu-  
blica esset clericī, nec gaudere priuilegijs cōiugatarū,  
ita firmat Ioan. Bapt. de S. Seueri. in tract. de debitor.  
fugitiuo. col. 13. nu. 24. cuius dictū extollit & reputat  
nouū & singulare Hyp. Marfi. in. l. vnica. nu. 31. C. de  
raptu virgi. Fallit secūdo, quoties cōcubina clericī ma-  
trimoniū cōtraxerit cū famulo clericī, & adhuc durat  
in seruitio clericī, punietur si quidē ac si nupta nō ef-  
set, licēt maritus eā nō accuset, vt singulariter decidit  
lex. 3. ti. 19. infra lib. 8. estq̄, optima limitatio ad. l. 4. ti.  
7. lib. 3. fori. & l. 2. tit. 17. part. 7. quibus est statutū, ne-  
mini licere vxorem adulteram accusare ipso marito  
tacente & consentiēte, & in. l. 2. in fi. tit. 19. infra. lib. 8.  
[ Sed

20 [ Sed quia diximus de poenis concubinariarum clerico-  
rum, religiosorum, non erit inconcinnum, crimē ipso  
rum appendere, & poenas tanto crimine condignas re-  
ferre. Consideremus imprimis dignitatem sacerdotia-  
lem: sacerdotes Angeli Dei appellatur, vt attestatur di-  
uus Hiero. super Malachiam. c. 2. quare non secundū  
carnē viuere debent, sed secundū spiritū teste Apосто-  
lo ad Roma. c. 8. dicente, qui in carne viuunt Deo pla-  
cere non possunt: illi autem dicuntur viuere in carne,  
qui operantur secundum carnē, opera carnis sunt for-  
nicatio, immunditia, & impudicitia, curare ergo de-  
bent sacerdotes, ne vitam ducant impudicam, ex ēplū  
fumentes ab veteris legis sacerdotibus, vt habetur. 1.  
Regum. c. 7. & Paralipomenō. c. 15. Exodi. c. 19. Hinc  
Apostolus ad Corinthios loquēs presbyteris, ait quā-  
tū sitis, nescitis, quia templū Dei estis, & spiritus in vo-  
bis, eo q̄ preciosum corpus dominicum in vestris cor-  
poribus recipitis. Immaculata ergo corpora custodire  
oportet, quod facece negligitis, si amplexibus concu-  
binarijs fruamini, quoniā vt idē apōstolus ait. 1. ad Co-  
rinthios. c. 6. qui adheret meretrici vnum corpus cum  
ea efficitur. Alia peccata animam tantum nō corpus  
ledunt, fornicatio verō vtrūque vt ibidem dixit Apo-  
sto. omne, inquit, peccatum quodcūque fecerit homo  
extra corpus est: qui autem fornicatur in suū corpus  
peccat. Cauēat igitur sacerdotes, ne corpus suū, quod  
est templum Dei, & habitaculum Spiritus sancti, per  
carnis concupiscentiam maculent, sunt etenim mem-  
bra Christi, membra ergo meretricis efficere non de-  
bet. Vnde propter impudiciā & luxuriam sacerdo-  
tum Christus plærunque ad preces eorum & oblatio-  
nes aures dedignatur cōuertere, eorūq̄e sacrificia cō-  
temnit, & holocausta tāquam abominabilia respuit  
orationesq̄e non audit, dicente Propheta, non acci-  
piam sacrificiū de manibus vestris, quia polluti estis.  
Ex quo, vt refert Augusti. Deo magis placet rugi-  
tus leonum: siue mugitus boum, vel grunitus porcorū  
quā cantus presbyterorū luxurantiū, viri siquidē ec-  
clesiastici ad hoc deputati sunt, vt in castitate Deo fa-  
mulentur: quale enim erit obsequium eorum, quorū  
mens polluta fuerit: aut quomodo sacrificiū accepta-  
bile offerent Deo, si vita eorum maculata extiterit?  
21 [ Sed cū pro dolor, nostra cernamus ætate, maximē  
in his Indiarū regnis, tantam sacerdotum dissolutione-  
nem, concubinas publicē retinentium, rudes & barba-  
ros Indos ad fidem recenter conuersos, scādalizantiū  
quorū vita non modo non est eis in exemplum, verū  
potius in perniciem, nimirū si Christus nobis irasca-  
tur, si tot flagella huc emittat, si tot varias & graues  
erumnas & tribulationes quotidie patiamur, si tot dis-  
crimina belli, pestis & famis nos agrediantur. Nam si  
pro peccatis populi sacerdotum oratione Deus placa-  
tur, utpote qui inter Deum & homines mediatores  
existant, ad eosq̄e spectet, peccata hominum comedere  
re, atque ea suis precibus consumere, vt refert Hiero.  
in. c. quia sacerdos. 10. q. 1. & c. nulli. 3. q. 1. si tamē ipsi  
nequiores sunt ceteris, propter eorum vitam luxurio-  
sam, Deum quem deprecantur, irritant, iuxta senten-  
tiam Grego. dicentis cū is qui displicet ad interceden-  
dum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora  
prouocatur. Quod si pro proprijs exorantes crimini

bus non exaudiuntur, quomodo pro aliteris Deū depre-  
cantes, placabilem reddent? qui enim fordidus est ac  
immundus, quo pacto aliorum sordes purgare pote-  
rit? ab immundo quis mundabitur? Ecclesiastici. 33. c.  
vnde Dominus verba dirigens ad immūdos sacerdo-  
tes Esaiæ cap. 1. dixit facta vestra sunt mihi molesta,  
& cum extenderitis manus vestras, auertam a vobis  
oculos meos, & cū multiplicaueritis orationē vestrā,  
non exaudiam, quia immundi & polluti estis. Sic etiā  
Deus loquitur sacerdotibus per os Malachię prophē-  
tæ. c. 1. dicens, non est mihi in vobis voluntas & mu-  
nus non suscipiam de manu vestra. [ Ex quo clerici  
22 concubinarij committere dicuntur crimen adulterij  
& stupri, & incestus, & cōtra naturam, vt latē probat  
Veremondus de publi. cōcubinarijs. c. 1. nu. 23. qui in  
crimen Apostasię incidere etiam contendit, & in fa-  
crilegium: de quibus criminibus singula capita facit  
describens poenas pro his criminibus iure ciuili & ca-  
nonico impositas. Nō tamē propter ea que dicta sunt  
intelligas sacerdotes in peccato mortali existentes nō  
posse sacramenta conficere, potest siquidem modō ef-  
fentialia omnia que ad sacramenta conficienda & cō-  
ferenda pertinent seruauerit, vt in Cōcilio sacro Tri-  
dentino statuitur sessio. 7. canone. 12. cuius verba sunt  
*Siquis dixerit ministrū in peccato mortali existēte, modō  
omnia essentialia, que ad sacramētū conficiēdū aut cōferēdū  
pertinent, seruauerit, non conficere aut cōferre sacramē-  
tum, anathema sit.* [ Sed qua poena clericī concubina-  
rij sint puniendi, hīc inquirere oportet, & certē poena  
suspensionis a iudice imponenda, non tamen deposi-  
tionis esse puniēdos docet gloss. in. c. Maximianus in  
verbo remoueat. §. 1. distincti. glo. 1. in. c. presbyter.  
82. distincti. glo. in. c. lator. 2. q. 7. quas sequuntur magis  
communiter doctō. in. c. at si clericī de iudi. teste Au-  
gusti. Beroi ibi, nu. 165. & Did. Perez in. l. 23. glo. 1. tit.  
3. lib. 1. ordina. col. 170. Si tamen esset ita publicē cōcu-  
binarius, vt nulla tergiuerfatione posset crimē celari  
ipso iure suspēsus est. c. si qui sūt. §. 1. d. c. præter. 32. dif.  
Siluest. in summa in verbo clericus. 2. q. 2. quo fit, vt si  
prius quā vitā emēdet, celebret irregularis efficiatur,  
atq̄; a solo Papa possit reduci. c. 1. de re iudi. lib. 6. quę  
opinio verior est secundum Siluest. in verbo concubi-  
narius. q. 4. Guindisal. de Villadiego in tracta. de irre-  
gularitate colu. 9. Panormitan. in capit. vestra de co-  
habita. cleri. & mulie. Tostatum in tracta. contra cle-  
ricos concubinarios conclus. 3. Didac. Perez in dict.  
col. 170. in fi. Petr. Rebusi in concordia. rub. de publi-  
cis concubinarijs vers. 3. poena, vbi triginta enumerat  
poenas a iure statutas contra concubinarios, adde  
Ioan. Bernard. Diez a Luco in praxi canonica crimi-  
nali capi. 73. [ Hodie tamen iuxta Concilium Tri-  
dentinum Sessio. 25. in decretis de reformatione ca-  
pitu. 14. pagin. 332. & 233. alię poenę imponuntur in  
hęc verba. Quam turpe, ac clericorum nomine,  
qui se diuino cultui addixerunt, sit indignum, in  
impudicię sordibus immundoq̄e concubinato  
versari, satis res ipsa, communi fidelium omnium  
offensione, summoq̄e clericalis militiæ dedecore,  
testatur, vt igitur ad eam, quam decet, conti-  
nentiam, ac vitę integritatem ministrī ecclesiæ  
E 2 reuocent



reuoentur: populusque hinc magis eos discat reuereri, quo illos vita honestiores cognouerit, prohibet sancta Synodus quibuscunque clericis, ne concubinas aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo vel extra detinere, aut cum his ullam consuetudinem habere audeant, alioquin poenis a sacris canonibus, vel statutis ecclesiarum impositis puniantur. Quod si a superioribus moniti, ab ijs se non abstinerint, tertia parte fructuum obuentionum, ac prouentuum beneficiorum suorum quoruncunque, & pensionum ipso facto sint priuati, quae fabricae ecclesiae, aut alteri pio loco, arbitrio episcopi applicetur. Sinuero in delicto eodem cum eadem vel alia foemina perseverantes secundum monitioni adhuc non paruierint, non tantum fructus omnes ac prouentus suorum beneficiorum & pensiones eo ipso amittant, qui praedictis locis aplicentur, sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione, quoad ordinarius, etiam uti sedis apostolice delegatus, arbitratur, suspendantur, & si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum ijs etiam versentur, tunc beneficijs portionibus, ac officijs & pensionibus quibuscunque ecclesiasticis perpetuo priuentur, atque inhabiles ac indigni quibuscunque honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs in posterum reddantur, donec post manifestam uitae emendationem ab eorum superioribus cum ijs ex causa visum fuerit dispensandum. Sed si postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, praeter praedictas poenas, excommunicationis gladio plectantur. Nec quouis appellatio aut exemptio praedictam executionem impediatur, ac suspendatur, supra dictorum omnium cognitio non ad archidiaconos, nec decanos, aut alios inferiores, sed ad episcopos ipsos pertineat, qui sine strepitu & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta, procedere possint. Clerici vero beneficia ecclesiastica aut pensiones non habentes, iuxta delicti & contumaciae perseverantiam, & qualitate ab ipso episcopo carceris poena suspensione ab ordine ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsue modis, iuxta sacros canones puniantur. Episcopi quoque (quod absit) si ab huiusmodi crimine non abstinerint, & a synodo prouinciali admoniti, se non emendauerint, ipso facto sint suspensi, & si perseverent, etiam ad sanctissimum Romanum Pontificem ab eadem synodo deferantur, qui pro qualitate culpe, etiam per priuationem si opus fuerit, in eos animaduertat, haecenus sacrum concilium. [ Quae autem sit poena coniugatorum concubinas habentium, dicam infra libr. 8. tit. 19. de concubinarijs. l. 5. & 6. & de poena clerici adulteri tractat. d. D. Couarru. de spoli. 2. par. c. 7. §. vlti. in fine.

GLOS. III.

- 1 Spurius qui proprie dicantur.
- 2 Spurius appellatione adulterini, nepharij & incestuosus si comprehenduntur.
- 3 Spurius ex testamento vel ab intestato vel ex contractu, quicquam ex bonis patris capere non potest.
- 4 Spurius a patre sibi relicto an praescribere possit.
- 5 Spurius an per substitutionem vulgarem vel fideicommissariam, aut pupillarem aliquid ex bonis patris capere possit.

missariam, aut pupillarem aliquid ex bonis patris capere possit.

6 Pupillaris substitutio non continet tacitam vulgarem si filius spurius sit substitutus.

7 Spurius non potest ex substitutione fideicommissaria, aliquid ex bonis patris accipere. Substitutus vulgariter vel per fideicommissum testatori succedit non instituto, ibi. Separatio bonorum quando admittatur, ibi. Filius spurius vel clerici an possit a patre pupillariter substitui in regione, ibi.

8 Spurius si instituatur a patre et alius vulgariter substituat vel per fideicommissum an vitetur substitutio.

c Los bienes de sus padres clericos.) Qui dicantur filij naturales dicam in l. 9. infra eo. spurij autem (omissis alijs interpretationibus Theophili in. §. si aduersus instit. de nupt. & Alciati lib. 1. praetermissorum, & Plutarchi in problematis, c. 103.) proprie dicuntur qui ex his parentibus nati sunt, qui coniugium contrahere non poterant tempore conceptionis vel natiuitatis. c. tanta iuncta glo. qui fil. sint legi. c. ad abolendam de fili. presbyte. ita diffiniuit Ange. de Are. in. §. nouissime insti. ad Officia, vel qui ex coitu lege punito nascuntur Alcia. lib. 4. Paregon. c. 3. ex eo dicti, quod patre praefamiam nominare non audent, etiam si eum certum habeant, ut prebat. d. D. Couarru. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 1. ex Tito Livio li. 1. ab urbe condita & Angelo Politi. no li. miscellanorum. c. 8. & Erasmo Erotodamo, in prouerbio terrae filius. Ludo. Celio, lib. 11. lectionum antiquarum. c. 28. [ Et sub hoc nomine generali spuriorum plurimae species comprehenduntur, qui dam sunt adulterini, nati, scilicet, ex adulterio, in quibus comprehenduntur filij clericorum, qui adulterium committunt, ex sententia glo. in. c. per venerabilem qui filij sint legi. cum fide coniugij spiritualis violant, ut probat Vermond. de publicis concubiniar. c. 1. nu. 23. Alij nepharij dicuntur, nempe qui nati sunt ex linea descendenti, alij incestuosus, qui nati sunt ex linea collateralium in gradu prohibito. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. auth. de incest. nup. in prin. colla. 2. & ibi gl. & doct. notat, auth. incestas, & auth. ex co. plexu. C. de incest. nup. l. quin etiam. ff. de ritu nuptia. §. ergo insti. de nup. explicat An. Gom. in. l. 9. Tau. nu. 13. hi omnes spurij dicuntur ut probat Coua. d. §. 5. nu. 1. & An. Gom. vbi supra. [ Ex lege nostra clare deducitur filios clericorum non posse patribus suis succedere. Sed tu dic generalius, filius spurius nec ex testamento, nec ab intestato nec ex contractu inter vivos aliquid a patre capere potest. §. si. in auth. qui. mo. natu. effi. sui & auth. licet. C. de natura. lib. 1. 10. ti. 13. de success. ab int. par. 6. du autem lex illa vocat spurium natum ex fornicatione, intelligenda est quoties accedente consensu fornicationi non posset inter eos contrahi matrimonium vetante iure canonico, ita ibi interpretatur Gre. Lup. in gl. 1. probatque ex tex. in. l. 1. tit. 15. par. 4. iuncta. l. vlti. titu. 14. ead. par. idem voluit. d. D. Couarrub. de sponsalibus. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 3. Rod. Xua. in. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori quam conclusionem probant docto. plures per Pet. Duernas citati

4 citati in regula. 366. vbi plurifariam ea ampliat & limitat. [ Tu tamen materia legis nostrae resoluere sequentibus conclusionibus. Sit prima conclusio, filij spurij & incapaces sibi a parentibus contra legis prohibitionem relicto praescribere lego tempore non possunt, quia deficit titulus, quippe qui sit lege reprobatus: quinimo nec quadraginta annis, quia deficit bona fides, cum contra ius fuerit institutus, vel ei fuit relicto vel donatum, ex sententia Bal. in. l. id quod pauperibus col. vlt. C. de ep. & cle. & in. l. nullo. 2. q. C. de reuendi. idem voluit gl. nota. in. l. nemo. ff. pro legato, Sali. in. d. l. nullo, & in. l. 1. C. pro here. Alex. cof. 74. nu. 7. lib. 3. Cor. cof. 236. nu. 4. lib. 2. Veremod. de publi. concubina. in verbo qui etiam filios ex tali concubinato procreatos nu. 16. pa. 315 Fran. Balb. in tracta. prescrip. 4. par. 4. partis princi. q. 18. per totam, & in rep. l. Celsus. ff. de vfu. cap. 1. par. nu. 9. Pet. Duernas in. d. regula. 366. amplia. §. [ Secunda conclusio, pater non poterit filium spurium vulgariter substituire, nec per fideicommissum, cum priori specie testatori succedatur immediate, ut in prin. insti. de vulg. Secundo casu testatori succedat mediante persona instituti. l. co. haeredi. §. cum filie. ff. de vulg. quorum bonorum spurius est incapax. Poterit tamen pater filium spurium pupillariter substituere, par haec siquidem substitutionem non patri sed filio impuberi fratri suo succeditur, cui succedere non prohibetur, l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. bona tamen patris ex ea substitutione minime capere poterit glo. in auth. qui. mod. natu. effi. sui. §. si. in verbo participium colla. 7. hac distinctione faciens, cui accedit Guill. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelaia deci. 5. nu. 128. d. D. Coua. de spon. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 4. & 5. Vermond. de publi. concubi. qui melius ceteris hoc explicat in verbo qui etiam filios in tali concubinato procreatos nu. 17. pag. 316. & seq. An. Gomez in. l. 9. Tau. nu. 20. Pet. de duernas in. d. regula. 366. amplia. 12. estque recepta sententia teste Alex. & Iaso nu. 3. in. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & Fran. Ripa in. l. Lutus nu. 3. ff. eo. & Guill. Bene. in rep. c. Raynutius, verbo & vxore nu. 690. Pet. Duernas in regula. 366. amplia. 12. & 2. limi. Ari. Pinel. in. l. 3. nu. 21. C. de bon. mater. Sed tu aduerte ne erres, quia per huiusmodi substitutionem pupillariter, ut modo dicebamus auctoritate glo. in verbo participium, spurius consequetur bona dura taxat pupilli, non vero paterna, quia paterno iudicio illa esset habiturus, & sic quod vna via denegatur, alia concederetur. [ Ex quo apparet in huiusmodi pupillari substitutione, in qua filius spurius incapax substituitur pupillariter filio legitimo impuberi, non contineri tacitam vulgarem, atque ideo filio legitimo repudiante paternam hereditatem, spurius ei substitutus minime admittetur, nec succedet in bonis paternis, ex vi vulgaris tacite, cum per eam patri succedatur & non impuberi, ut in. d. l. si is qui ex bonis. ff. de vulg. & ibi hoc item adnotauit Bal. in fi. Ang. & Iaso. 3. notab. glof. & Bart. in auth. qui. mod. natu. effi. sui. §. si. in verbo participium in fi. colla. 7. Vermond. de publi. concubinarijs pag. 317. nu. 17. [ Inferatur etiam eadem ratio, idem esse in substitutione fideicommissaria, non enim poterit spurius eius virtute aliquid consequi, cum per eam non succedatur grauato, sed ipsi testatori, ut in. l. cohaeredi. §. cum filie. ff. de vul-

ga, Ex quibus etiam deducitur, ex causa permitti, fieri separationem bonorum, etiam si aditione vna fuerint & incorporata in patrimonio fratris impuberis secundum Pau. in. d. l. si is qui ex bonis nu. 2. Alex. nu. 3. Iaso. nu. me. 8. ff. de vulg. Anto. Gomez in. l. 9. Tauri nu. 20. paulo ante finem, qui subdit hodie iuxta ius nostrum regium non posse filium spurium succedere ex substitutione pupillari fratri suo legitimo & impuberi, cum non possit ex testamento nec ab intestato consanguineis patris sui succedere, ut in hac lege statuitur, non ergo poterit fratri suo legitimo ex vi substitutionis pupillaris etiam in bonis proprijs pupilli succedere. Sed salua pace nostri Antonij, lex ista loquitur in filijs clericorum, quare cum sit poenalis, crederem ad alios spurios non extendi, praeter eos de quibus loquitur. [ Tertia conclusio, si praesbyter instituat filium spurium spurium heredem, & ei vulgariter substituat aliquem (quamuis institutio sit nulla ipso iure, & pro non scripta habeatur, ut in. §. si. in auth. qui. mo. natu. effi. sui & in auth. ex co. plexu. C. de incest. nup. & l. spurius. ff. vnde cognat. & l. si pater & ibi glo. & l. nec apud. C. de here. insti.) substitutus tamen admittetur per vulgarem substitutionem, si co. & heredes legitimis exclusis: quandoquidem vulgaris semper durat, quamuis institutio sit pro non scripta, vel efficiatur caduca veluti si institutus nunquam fuerit in rerum natura, vel fuerit mortuus viuente testatore, adhuc siquidem conferuatur voluntas testatoris ex expressa vulgari l. cum ex filio. §. vlti. in verbo, viuo patre, & l. si pater impuberem in verbo, viuo patre. ff. de vulg. Vermond. de publi. concubinar. in verbo qui etiam filios ex tali concubinato procreatos nu. 19. Vbi etiam asseuerat idem esse in substitutione fideicommissaria, cessante fraude. Veluti si pater spurium instituat in certa bonorum suorum parte, cumque per fideicommissum grauet ea bona alicui restituere, licet enim institutio sit pro non scripta ratione incapacitatis, tamen spurius tamen executor testamenti poterit fideicommissario restituere, bona tamen apud haeredem remanere minime debet, ita asseuerat Bal. in. l. ab coverf. quare quid si testator donauit spurio. C. de fideico. Vermond. vbi supra citas tex. in. l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Tre. vbi heres institutus qui solidum capere nequit, poterit tamen adire, ut alij restituat, eadem sententiam tenet Ang. & Imo. in. l. in tempus. ff. de here. insti. Alex. in. d. §. hi qui solidum Ioa. Lupi in rep. c. per vestras. §. 10. nu. 12. de don. int. vir. & vxor. Rod. Xua. allega. 27. Corne. cof. 217. nu. 3. lib. 3. Ioa. Galden. in tracta. de arte testandi ti. 1. cautela. 14. num. 10. Pet. Duernas in regula. 366. limita. 9. Nec hoc videtur inconueniens, cum etiam spurius possit constitui executor testamenti paterni, modo ex hoc nullum sentiat commodum secundum Bal. in. l. si quis ad declinandam versu. iuxta hoc quero, C. de epi. & cleri. Vermond. vbi supra pag. 317. nu. 20. quorum sententia vera est, quamuis Alberi. post Oldral. & antiquos in l. scire oportet. §. 1. ff. de tuto. & curato. dat. ab his, dixit spurium non posse esse testamenti paterni executores, cui subscripsit Anto. Gomez in. l. 9. Tauri nu. 19. versu. 3. facit: id enim intelligitur vbi ex tali munere commodum aliquod spurius consequeretur, id enim non licet, neque vna via prohibetur, alia permittatur.



GLOSS. IIII.

- 1 Naturales filij non succedunt cōsanguineis patris, nec ipsi eis.  
*Consanguinei patris non sunt consanguinei filij naturalis propter incertitudinem, ibi.*
- 2 Fratres naturales tantum quomodo inter se succedat & an præferantur legitimis.
- 3 Fratres spurij qui non sunt ex damnato coitu nati, quomodo succedant fratribus.
- 4 Fratres ex damnato coitu nati quomodo succedant fratribus, & nume. sequenti.
- 5 Filius qui prohibetur succedere patri non prohibetur succedere consanguineis patris.
- 6 Lex si spurius. ff. vnde cognati explicatur.  
*Cognatio non contrahitur inter matrem & filium natum ex damnato coitu, ibi.*
- 7 Lex. 9. Tauri explicatur.
- 8 Lex. 6. & 7. huius tituli explicatur, ibi.  
*Exceptio debet esse de contentis in regula, ibi.*  
*Clericorum proles odiosa semper fuit canonibus & legibus regijs, ibi.*
- 9 Filij nati ex damnabili coitu succedunt paternis & maternis consanguineis ex testamento etiam in bonis patris.  
*Clericorum filij non succedunt ex testamento patris consanguineis, ibi.*
- 10 Fratres naturales quando succedant cū legitimis, vel quando excludant legitimis.
- 11 Successio ab intestato est reciproca, qui mihi potest succedere, & ego ei.

1 Ni de otros parientes de parte del padre.) Nota ex lege ista q̄ spurius filius clerici nō succedit ex testamento nec ab intestato cōsanguineis patris. Et videtur, legē nostram in successione ab intestato nullā habere dubitationē, eo q̄ filius naturalis tantū non succedit ab intestato cōsanguineis ipsius patris, nec ipsi cōsanguinei succedūt ei, quia non reputatur inter eos agnatio ex parte patris propter incertitudinē, ignoratur siquidem sit nē filius eius, nimirū ergo si in spurij idem obferretur, & maiori ratione in incestuosus & filijs clerici. Hęc conclusio probatur in. l. si spurius. ff. vnde cognata cuius verba sunt. Si spurius intestatus decesserit, iure consanguinitatis aut agnationis, hæreditas eius ad nullum pertinet, quia consanguinitatis itēque agnationis iura a patre oriuntur, ibiq; id notat Dyn. Albe. & antiquiores §. vulgo quęstos insti. de succe. cognata. cuius sūt verba vulgo quęstos habere nullos agnatos manifestū est, cū agnatio a patre, cognatio a matre est. hi autem habere nullū patrē intelligūtur. Et quāvis ex leges loquantur in spurij & vulgo quęstos, idē est in naturalibus tantū habitis ex cōcubina domi retēta, vel ea quę iure nostro regio habetur pro cōcubina, hanc cōclusionē probat nūcupatum tex. in auth. qui. mo. natu. effi. sui. §. filij vero colla. 7. cā expresse tenet Cyn. in auth. itaque. C. cōmu. de succe. 2. col. in fi. & Alberi. ibi. 3. col. in prin.

Ang. in. §. vulgo quęstos insti. de succe. cognato. 1. col. in fi. & ibi Ioan. de Piat. Panor. in. c. cum haberet de eo qui dux. in matr. quam poll. per adul. pen. col. in fine Pau. Cast. in. l. si is qui ex bonis fi. col. in prin. ff. de vulga. Dyn. in tract. de succe. ab inte. nu. 22. Mathesi. eod. tracta. fo. 13. col. 2. nu. 3. & ibi Bologni. in additi. Nicol. de Vbald. eod. tracta. col. 51. nu. 7. Anto. Gom. in. l. 9. Tauri nu. 47. & ibi Cyfon. nu. 4. Aymō Sabilia. conf. 138. nu. 3. 4. 5. & sequen. Pet. Ducas in regu. 366. amplia. 8. vbi citat cōcord. est deniq; tex. optimus regni nostri hęc probās in. l. vlti. in. fi. ti. 13. de success. ab intest. par. 6. vbi Grego. Lupi. & d. D. Couarru. in epitome de sponsali. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 19. [ Sed quōd maiorē dubitationē habet, inuestigare oportet, an fratres naturales vel spurij consanguinei vel vterini sibi inuicem succedant? In qua quæstione libet facere sequētes conclusiones. Prima cōclusio. frater naturalis succedit ab intestato fratri naturali ex parte patris cōiuncto, quos pater habuit ex diuersis cōcubinis etiā domi retentis diuersis tēporibus, quōd procedit deficientibus fratribus vterinis, hoc est, ex eadem matre natis, hi nanque præferuntur consanguineis fratribus, intellige etiā deficientibus fratribus legitimis & naturalibus, hi siquidē naturalibus tantū præferūtur, hęc omnia probat tex. in. l. vlti. ti. 13. par. 6. in versi. mas si esse hio natural, vbi Gre. Lupi in verbo estos a tales aduertit ex lege illa improbari glo. cōmuniter receptā in. l. hac parte. ff. vnde cognata. quā dixit vnicā Albe. ibi post Rayne. & singularē Abb. cōf. 50. col. 1. li. 2 & Floria. in. l. qui testamentum. ff. de proba. Angel. Areti. in. §. vulgo quęstos. 1. col. insti. de succe. agnato. & in. §. vulgo quęstos. 2. col. insti. de success. cognato. Mathesi. in tracta. de succes. ab intest. fo. 13. col. 2. nu. 4 Ioan. Bap. Cacialupi in. l. si qua illustis nu. 44. C. ad Orficia, quę dicit filios naturales ex eodē patre & duabus cōcubinis natos sibi inuicē nō succedere, licēt fuerint diuersis temporibus ab eo retentę, quod & voluit Specula. & Ioan. And. in additio. eius in ti. de succes. ab intesta. §. i. verf. quid de natis ex vno patre nu. 19. pro quibus est tex. in auth. qui. mod. natu. effi. sui. §. si liū verō colla. 7. qui non excipit fratres ab ea regula ibi tradita, q̄ filius naturalis vt extraneus censetur quoad agnatos ex parte patris. Qui tamen nō obstat sententię nostrę, quoniam ab illa regula fratres naturales ex parte patris excipiūtur per legē vlti. ti. 13. par. 6. vbi hac ratione fratres naturales ex parte patris succedere fratri naturali, deficientibus fratribus vterinis ea lex disponit, vt singulariter aduertit Ant. Gomez in. l. 9. Tauri nu. 48. & d. D. Couarru. in epitome de spōsali. 2. par. c. 8. §. 5. nume. vlti. Frater tamen vterinus ex parte matris præferetur in successione ab intestato fratri consanguineo ex parte patris, vt decidit Ant. Gomez ibidem. d. nu. 48. cui accedo. [ Secunda cōclusio, fratres naturales vel spurij, modō non sint ex damnato coitu geniti, succedunt sibi inuicem ab intestato si vterini sint, hoc est, ex eadem matre nati, itaque filij naturales succedunt fratribus suis vterinis vel ceteris cognatis ex parte matris, & cognati ipsi filijs naturalibus: quippe qui propter certitudinem partus, dicuntur verē & indubitanter consanguinei, vt in. l. hac parte. ff. vnde co-

gna. versi. item si ipsi fratres, & in. l. si spurius eod. tit. §. vulgo quęstos insti. de successio. cognata. l. fi. in prin cip. & in fi. titu. 13. par. 6. §. nouissimē vbi Ange. Aretin. insti ad Orficia, Anto. Gomez in. l. 9. Tauri nu. 48. in fin. d. D. Couarru. in epitome de sponsa. 2. part. c. 8. §. 5. in fin. Ludou. à Sardis de legitimatione. 3. par. de spuriorum successione fin. quęstio. est que communis & indubitata opinio. [ Sed maxima est inter doctores contentio, quid in filijs incestuosus & natis ex damnato coitu, an sibi inuicem succedant ab intestato, si sint fratres vterini ex eadem matre nati, vel an natus ex damnato coitu succedat consanguineis ex parte matris, vel ipsi consanguinei succedant eidē spurio ex incestu vel damnato coitu nato? Et videtur q̄ sibi inuicem succedant, quia non est lege aliqua prohibita in transuersalibus successio, licēt nati sint ex damnato coitu. Probatur etiam per text. in. l. si spurius. ff. vnde cognata. quę generaliter statuit quōd spurius succedit matri & consanguineis eiusdem matris, & ex contrario. Sed spurij appellatione etiam comprehenditur incestuosus & natus ex damnato coitu, vt resoluius supra eo. glo. 3. num. 2. non est ergo lex illa restringenda ad spurios vulgo conceptos. Rursus licēt iura authenticorum corrigant leges antiquas quoad successione ascendentium, ne spurij ex damnato coitu eis succedant, nec ipsi ascendētes filijs suis spurij, vt in. §. vlti. in authen. quib. mod. natura. effi. sui. & §. vltimo in authentica quib. mod. natura. effi. legi. Non tamen corrigunt quoad transuersales, quod ergo non mutatur quare stare prohibetur? dixit tex. in. l. sancimus. C. de testamen. & tum potissimum cū hac in specie sit ratio diuersa in ascendentibus & collateralibus. Quoniam ascendentes ex proprio crimine puniuntur, non sic in transuersalibus. Peaterea hodie sublata est differentia agnationis & cognationis. §. placebat in situ. de success. cognata. §. nullam verō in authen. de hæredi. ab intesta. veni. collatio. 9. si igitur consanguinei ex parte patris nō succedunt spurio nato ex damnato coitu, nec ipse consanguineis, pariter ergo non succedet cognatis ex parte matris. [ Item non est inconueniens, quōd prohibeatur successio inter ascendentes & descendentes & non inter collaterales, videmus etenim passim hoc fieri. Nā filius non succedit patri damnato ob crimen læsę Maiestatis, vt in. l. Pauthonius. §. per duellionis. ff. de acquirere. hæredi. l. cum filius. §. fin. ff. de lega. 2. §. interdū veris. per contrarium insti. de hered. quę ab int. defer. Nihilominus tamen succedit alijs agnatis & cognatis patris, quia hoc non reperitur prohibitum. Item emancipatus filius non succedebat patri iure antiquo agnatis tamen & cognatis sic, vt in. l. si ab eo. C. de legi. hæredi. his & alijs rationibus hanc sententiam tenuerunt Cyn. in auth. itaque. C. cōmu. de successio. And. de Iher. in. c. 1. §. naturales in fin. si de feud. fuer. contro. inter domi. & agna. Ang. in authen. qui. mod. natu. effi. sui. §. vlti. nu. 18. Ludou. de Sardis in tract. de legitima. c. sequitur de successione spuriorū verf. 7. quęritur, Ioan. Sancti Petrucij de Mōte Sperelo in rep. l. si qua illustis. C. ad Orficia. & ibi Philip. Cornueus final. colu. & Ioan. Baptif. numer. 57. Anto. de Rosell. in tracta. de successione ab intestato. §. col. nu.

28. Mathes. eod. tracta. fol. 13. versicu. secundum membrum principale, & ibi Bologni. in aposti. Angel. de Aret. in. §. vulgo quęstos nume. 3. insti. de successio. cognata. Corn. consil. 21. lib. 1. vbi attestatur hanc esse cōmunem opinionem, idē Corn. consil. 234. colu. penulti. lib. 4. Curti. Iunior consil. 123. Nicola. de Vbald. in tracta. de successio. ab intesta. par. 3. colu. 4. Angel. de Aret. in tracta. de testamen. verbo nolens intestatus colu. 8. d. D. Couarru. in epitome de sponsali. 2. part. cap. 8. §. 5. nume. vlti. Grego. Lupi in. l. 11. titu. 13. de success. ab intesta. par. 6. in glof. magna ad finem Matth. Afflict. decis. Neapoli. 96. vbi asseruit iuxta hanc opinionem bis fuisse iudicatum in consilio Neapolitano, quamuis ipse adherere videatur contrarię opinioni. [ Oppositam tamen sententiam obseruant plurimi non modicę authoritatis viri, imo quōd spurius ex damnato coitu natus non succedat fratribus vterinis, nec cognatis ex parte matris, nec ipsi succedant spurij. Mouentur ex eo quōd. d. l. si spurius. ff. vnde cognata. non procedit in spurij ex damnato coitu natis, sed in vulgo quęstos, qui etiam spurij dicuntur, quorum conceptio non est accusabilis, vt optime resoluit Barto. in. l. vlti. versicu. quæro an succedat matri. ff. de his quib. vt indig. vnde sicut cognatio non contrahitur inter matrem & filium natum ex damnato coitu, nec potest inter eos esse successio vt in. l. vltima in fin. C. de natura. lib. ita nec consanguineis matris succedet, quandoquidem sit radix infecta & sicca, qua deficata nimirum si arbor nullos producat fructus secundum Bald. in. l. vltim. C. de verbo. significatio. hęc fuit opinio Dyni in tracta. de successione ab intesta. cap. de incestuosus & nepharijs, cui accessit Mathesila. in eod. tracta. penulti. cartha versi. secundum membrum principale, Benedi. de Barzis in tracta. de filijs non legitime natis. 4. cartha in quæstio. an licēt natus ex coitu accusabili non possit succedere matri, possit succedere collateralibus, Hostiens. in summa qui filij sint legitimi. circa principi. Ioan. Fab. in dist. l. si qua illustis. C. ad Orficia. Ioan. de Anan. & Bologni. in eius additio. consil. 95. Abb. consil. 50. lib. 2. Matth. Affli. decis. 96. Deci. consil. 31. colu. 1. Aymon Crauet. consil. 138. nume. 6. Alexand. consil. 174. nume. 3. lib. 5. Fulgo. consil. 36. Bertrand. consil. 6. libr. 1. Guill. Benedi. in rep. c. Raynatus de testamen. verbo & vxorē nomine Adelasium, in tracta. de successio. ab intesta. nume. 706. Bermond. de publi. cōcubinar. pagi. 357. nu. 77. Alexan. consil. 57. in fin. lib. 4. Anto. Gomez in. l. 9. Tauri nu. 51. per text. ibi & in. l. nostra sumpta ex. l. 2. tit. 3. li. 5. & l. 22. titu. 5. lib. 1. ordina. Vbi statuitur q̄ filij clerici, & sic nati ex damnato coitu non succedant patri, nec alijs consanguineis: & l. 7. infra eo. in. l. trafumpta ex. l. 9. Tauri, dicit quōd disposita in. l. ordinationum & in hac lege obseruētur in specie illius Taurinę cōstitutionis, nempe in successione bonorum maternorum, vt diligēter aduertit Cyfonta. in. d. l. 9. Tauri nu. 5. Interpretanda ergo erit lex nostra & extendenda ad consanguineos ex parte matris, quod & Anto. Gomez censet in dist. l. 9. Tauri nume. 51. quod expenditur ex vltimis verbis dictę Taurinę cōstitutionis, quę mentionē facit legis nostrę & ad eā se refert, quod minime faceret, nisi

cerneret legem nostram vtriusque parentis consanguineos comprehendere, quod presciferunt verba legis nostrae, ibi. *Otro si por no dar ocasion que las mugeres, asi viudas como virgines sean barraganas de clergos, si sus hijos heredasen los bienes, y de sus padres o sus parientes?* Et clarius statutum erat in l. 22. titu. 3. lib. 1. ordina. vbi dicebatur, si sus hijos heredasen sus bienes, scilicet matris, & paternorum; ibi y de sus padres, & consanguineorum ex vtroque latere coniuñtorum ibi, o pariente, vt erudite expendit Cyfontan. in d. l. 9. Tauri nume. 5. in fi. licet nostrae legi hoc quadrare non possit, cum expresse dicat filium clerici non succedere cognatis ipsius patris clerici, & mentionem non facit de cognatis ex patre matris. [ Solebam etiam ipse appendere verba vltima dict. l. 9. Tauri, ibi, saluo si fueren los hijos de clergos, &c. In quibus precipiebat legem ordinationum. 22. tit. 3. lib. 1. feruari, exceptio autem debet esse de regula & de contentis in ea, alioqui vana omnino esset exceptio, quae non predicaretur de eo, quod in regula continetur, perperam enim quis exciperet dicendo, lego Seyo seruos meos excepto equo albo, vel omnes homines currunt excepto equo, vt Dyn. explicat in rub. de regu. iur. in d. nu. 14. Bar. & Bald. in l. in his. ff. de legib. Barto. & doctor. communiter maxime Deci. nume. 20. in l. i. ff. de reg. iur. Euerard. in locis legalibus loco. 3. versu. 2. d. D. Couarru. eleganter lib. 2. resolutio. capi. 4. numer. 4. & 5. vbi tractat de intellectu. l. nam quod liquide. §. vlti. ff. de penu. lega. Cum ergo. l. 9. Tauri & l. 7. infra eod. ex ea sumpta quae loquitur de successione bonorum maternorum, non est verisimile casum legis nostrae excipere, si in eisdem bonis maternis non loqueretur. [ Sed procliuor sum priori sententiae, vt successioni bus locus sit hac in specie, cum prohibita non inueniatur, & lex nostra & sequens minime obstant, cum loquantur in successione filiorum clerici, qui minime succedent patri, nec matri, nec consanguineis paternis vel maternis, odiosa enim semper fuit haec proles canonibus & legibus nostris regijs, vt constat ex concilio Toletano. 9. cap. 10. & cap. cum multae. 15. quaestio. 8. vt nobis insinuat d. D. Couarru. in epitome de sponsalib. 2. par. cap. 8. §. 5. nume. 17. & probatur in l. nostra & sequen. conferunt tradita per Ferdinan. Vazq. de successio. creatio. §. 10. nu. 648. versu. infero qd si Imperator, atque ideo nimirum si grauiore pœr qd haec proli a legibus inferatur, nec ex eis liceat arguere ad alios spurios & incestuosos filios. Quare Greg. Lupi in l. vlti. glo. 1. titu. 13. par. 6. recte non immerito asseruit in tanta doctorum varietate dubium esse, quae ista rum sit receptior opinio, atque ideo egere regia declaracione. [ Tertia conclusio, filij nati ex damnabili coitu succedere possunt ex testamento omnibus paternis & maternis consanguineis, etiam in bonis a parentibus prouentis, vt resoluunt Bar. & doctor. in l. si is qui ex bonis. ff. de vulgar. Fallit tamen hoc in filio clerici, cui non potest aliquid a consanguineis relinquere, vt in hac lege expresse statuitur. Quod Anto. Gomez extendit ad omnes ex damnato coitu natos in dict. l. 9. Tauri nu. 51. in fi. cui minime accedo, ex ratione supra tradita nume. praecedenti. [ Quarta conclu-

sio, frater legitimus ex parte matris succedit fratri naturali tantum simul cum alio naturali ex eadem matre nato, & non excludit eum, licet in successione matris excluderet, vt in l. 7. infra eod. & illa dumtaxat in specie lex illa corrigit ius commune, non in successione fratris, in qua ius commune manet incorruptum, vt recte aduertit Anto. Gomez in d. l. 9. Tauri nu. 49 & nume. sequen. Subdit fratri naturali mortuo ab intestato succedere fratrem naturalem ex vtroque latere coniuñctum, hoc est, ex eodem patre & matre, excludereque non solum fratres naturales vterinos, verum etiam fratrem legitimum & naturalem vterinum ex eadem matre natum, ex alio tamen patre, quia est vtrinque coniuñctus & habet potiora iura argu. tex. in authent. itaque. C. com. de success. quam conclusio nem nuncupatum tenet Ange. de Aretio in §. vulgo questos. 2. col. prope finem versu. quid si superueniret dictus Petrus institu. de successio. cognata. & Ange. de Perusio in authen. qui. mod. natura. effi. sui. §. fin. nu. 19. Grego. Lupi in l. vlti. titu. 13. de successio. ab intestato in verbo naturale legitimum par. 6. [ Sit denique certa regula in hac materia successiois ab intestato, quod semper est successio reciproca, & in ea est seruanda aequalitas, vt si quis alteri non potest succedere nec alter sibi, & qui mihi succedere potest, & ego ei, vt in §. filium vero versu. nullum tamen in authen. qui. mo. natu. effi. sui colla. 7. vbi hoc notat Barto. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nu. 51. & nume. 8. & est tex. in authent. licet. C. de natural. libe. in fin. Azo in summa. C. eo dem nume. 5. l. 8. in fi. titu. 13. par. 6. vbi Grego. Lupi in verbo manera,

GLOSS. V.

1. *Spurio vel filio clerici nihil potest a patre relinquere.*
2. *Spurio a patre relictum acquiritur heredibus legitimis, & ipsis nolentibus fisco.*
3. *Spurio a patre relictum acquiritur heredi instituto, quo deficiente quaeritur legitimis.*
4. *Heres qui in testamento fuit grauatus restituere spurrio, si non accommodauit fidem restituendi non amittit hereditatem nec applicatur fisco.*

c. *Ni ayan ni puedan gozar de qualquier manda.* Nota ex lege ista quod filio clerici nihil potest a patre relinquere non solum titulo institutionis verum nec legati. Ceterum hoc non solum in filio clerici procedit, sed & in quocunque filio spurio, qui nec ex testamento nec ab intestato, nec ex contractu inter viuos aliquid a patre capere potest (filium spurium hic intelligo etiam vulgo quaesitum) vt in authen. quib. mod. natura. effi. sui §. vlti. & l. si. & authent. licet. C. de natural. libe. l. 10. tit. 13. de successio. ab intesta. par. 6. l. 10. tit. 5. lib. 3. fori, authen. ex complexu. C. de incest. nup. dixi supra glo. 3. nume. 3. [ Quod si pater filio spurio aliquid relinquat, id a lege legitimis liberis vel cognatis proximioribus defertur. l. 1. & ibi Bal. & Salicet. notant. C. de

de natural. lib. c. Bar. in l. vlti. ff. de his qui. vt indig. l. 1. fo in l. 2. nu. 9. C. de hered. institu. Alexan. dicens hac opinionem communem esse in l. hereditas. C. de his quib. vt indig. & in consi. 74. nu. 6. lib. 3. & consi. 202. lib. 6. Corne. consi. 236. lib. 2. Bermondus hanc attestatus commonem in lib. de publicis concubinar. in verbo qui etiam filios ex tali concubinato procreatos nume. 21. & 22. pagi. 318. & sequen. qui etiam in filio clerici, de quo nostra lex loquitur, idem concludunt Barba. consi. 46. lib. 1. d. D. Couarru. in epitome de sponsalib. 2. par. c. 8. §. 5. nume. 3. Petr. de Dueñas in regul. 366. nume. 3. Sed si venientes ab intestato id petere neglexerint vel tacuerint vsque ad duos menses, eis elapsis ea bona fisco vendicabit. Idem si pacto aut renunciatione consanguinei excludantur. l. 1. §. quibus tacetibus. C. de naturali. libe. & ita per illum text. hoc voluit Bal. in l. certum nume. 17. versu. sed pone bastardus. C. vnde legitimi. Bermond. de publicis concubinarijs in verbo qui etiam filios ex tali concubinato procreatos nu. 7. pagin. 311. Rolandi. Bononien. in tractat. de testamen. rubri. 18. nu. 1. Ludo. de Sardis in tractat. de natural. libe. in fine in versu. secundo videndum est nume. 1. Ioan. Garron. in repe. l. i. nu. 101. & sequen. C. de secund. nupt. d. D. Couarru. d. c. 8. §. 5. num. 3. hanc opinionem confirmat text. in l. 10. titu. 13. de successio. ab intestato par. 6. [ Diximus si quid pater filio spurio relinquat, id a lege legitimis liberis, vel proximioribus consanguineis deferri. Sed hoc alius inuestigandum est, nam si pater ei aliquid reliquit palam vel cum instituit heredem simul cum alijs: tunc portio spurij applicabitur ceteris scriptis heredibus, vel quidquid ei fuerit relictum, non legitimis ab intestato venientibus. Si vero nullos alios heredes instituit, erit testamentum ipso iure nullum, & succedent venientes ab intestato, & idem fiet hodie iure regio, licet testamentum non propterea sit nullum, vt in l. 1. tit. 4. de testamen. supra hoc libro. Cuius ratio est, quia filij spurij non sunt culpa sua indigni, atque ideo non fisco quaeritur hereditas sed heredibus legitimis, quoniam autem propria culpa sunt indigni fisco applicatur hereditas vel legatum talibus relictum, vt in l. auferatur & ibi glo. & communiter docto. ff. de iure fisci, ex qua id expendit Bar. ibi, post doctores antiquos, idem Bar. in l. 3. ff. de his quib. vt indig. Areti. & communiter Moderni in l. si is qui ex bonis. ff. de vulgar. hanc sententiam confirmat text. in l. non intelligitur §. si quis palam. ff. de iure fisci. & in specie hanc opinionem asserunt Barto. in l. fina. nu. 8. ff. de his quibus vt indig. idem Bar. in l. hereditas nume. 1. C. eod. titu. & ibi Paul. nume. 4. Sali. nume. 6. Alexand. nume. 3. hac dicens communem Iaso. nu. 5. & Corne. 3. col. prope finem Bald. & Imol. in l. 3. ff. de testament. glof. vltima in l. Lutius §. in Testamento & ibi Bar. Paul. Innoc. & communiter docto. ff. de lega. 1. Barto. consi. 119. Segura in repe. l. 3. §. fina. nume. 143. ff. de libe. & posth. Anto. Gomez in l. 9. Tauri numer. 21. Bermond. de publi. concubinarijs in verbo qui etiam filios &c. nu. 20. & sequen. pagi. 318. Grego. Lupi hanc testatus receptiorem sententiam in l. 10. in verbos heredes titu. 13. par. 6. dicit tamen legem illam regiam destrueri communem opinionem, qua haeredes scripti pre-

ferbantur legitimis: quinimo ad legitimos deueniat priusquam ad scriptos, quae fuit opinio Azo. quam sequitur & confirmat lex Partitae secundum eum dubitans tamen hoc asserit, & dicit super eo cogitandum. Quod mihi non placet, ea siquidem lex regia non loquitur in casu, in quo alij heredes fuerunt scripti: ideo tanquam casus omisus manet sub dispositione iuris communis. l. commodissimè. ff. de liber. & postum. [ Aut verò pater capacem aliquem instituit heredem, cumque palam rogauit, vt hereditatem filio suo spurio restitueret, heresque nullam accommodauit fidem & hac in specie hereditas non auferatur ab heredibus nec fisco applicatur. Quoniam heres non deliquit, vt in l. 3. §. si quis palam & l. ita fidei. ff. de iure fisci. l. Lutius §. in testamento & l. in tacitis. ff. de lega. 1. & ibi doct. omnes Bald. in l. eam quam nume. 21. C. de fideicom. Nisi eam restituerit filio spurio testatoris, quia tunc ab eo auferatur, & applicatur fisco text. vnicus & singularis in l. si postulante. §. fin. ff. ad Trebellia. vbi cum expendunt & commendant docto. Bald. in d. l. eam quam num. 21. Paul. Castren. in l. Lutius §. in testamento. ff. de lega. 1. Anto. Gomez in d. l. 9. Tauri nu. 21. in fi. l. 13. titu. 7. part. 6. & ibi Grego. Lupi in verbo cumplie tal ruego. De tacito autem fideicommissio dicat infra co. glo. 8.

GLOSS. VI.

1. *Donatio spurio facta est nullius momenti, & reuocatur per descendentes & legitimos.*
2. *Iuri accrescendi in contractibus an sit locus. Donata spurio an accrescant alteri donatario capaci cui eadem res simul cum spurio donata fuit, ibidem.*
3. *Donatio a donatario patris spurio facta an reuocetur & censetur facta fuisse in fraudem.*

f. *O donacion.* Quemadmodum titulo lucratiuo ex vltima voluntate nil potest filio spurio vel incestuoso relinquere, vt dixi in glof. precedenti, ita nec per contractum ex causa lucratiua, veluti donatione. Si pater enim donat filio spurio (praeter alimenta, vel quintam bonorum suorum partem, quae iuxta l. 7. & 8. infra eod. succedit loco alimentorum) donatio est nullius momenti, & reuocatur per descendentes legitimos, vel per patrem vel matrem, vel fratrem vel sororem, quibus non extantibus, vel agere expresse recusantibus, vel tacite, per lapsum duorum mensium reuocabitur per fisco, vt in l. 1. & ibi glof. Cyn. Barto. Bald. & Sali. C. de natural. libe. Azo in summa illius tituli, text. in l. 10. & ibi Grego. Lupi titu. 13. part. 6. Anto. Gomez in l. 9. Tauri num. 33. & docto. supra citati in glo. praecedenti. [ Sed quaero, si donatio fuit duobus facta, nempe, spurio, & alteri capaci, an pars quae deficiatione incapacitatis spurij accrescat coniuncto? Et licet in vltimis voluntatibus dubitetur, an sit locus hac in specie iuri accrescendi, vt aduertit Anto. Gomez in d. l. 9. Tauri nume. 34. ibidem tamen ipse resoluit

uit minus dubitationis esse in casu proposito, quandoquidem in contractibus ex causa lucratiua & mere diuidua, locus non est iuri accrescendi, vt in l. si mihi & Titio. ff. de verbo. obliga. & ibi communiter docto. [ Secundò aduertere oportet fraudem legi factam censerit, si is cui pater spurij donauerit aliqua bona, in continentis spurio donauerit, vel ex interuallo dicens id facere in remunerationem primæ donationis, vel si sit maxima quantitas quæ donatur secundum Bald. in l. eam quam nu. 40. C. de fideico. Ioan. Lupi in repe. rubri. de donatio. int. vir. & vxor. §. 30. nu. 14. quemadmodum & ex alijs coniecturis potest id præsumi factum fuisse secundum Anani. conf. 13. d. D. Co uarru. in epito. de sponsalib. bus. 2. part. c. 8. §. 5. numer. etiam. 5.

GLOS. VII.

- 1 Clerici filij. s. nil potest ex bonis patris vel eius consanguineorum etiam titulo emptionis acquirere.
- 2 Spurius vel ex damnato coitu natus an possit ex emptionis contractu aliquid habere ex bonis patris, & nunc sequen.
- 3 Spurius an possit mutare patri, vel ab eo aliquid emere? quod sic, si vera numeratio interuenierit. Emptio vera inter maritum & vxorem valet, ibidem.
- 4 Lex a. C. de natural. liber. explicatur.
- 5 Confessio patris de recepto precio an sufficiat ad validandam venditionem spurio factam.
- 6 Confessio non sufficit in quocunque actu suspicionem habente, nisi vera numeratio.
- 7 Confessio patris iurata in fauorem spurij non validat venditionem, nisi verè constet de numeratione.
- 8 Pater alienare potest bona sua titulo oneroso modò constet de vera numeratione.
- 9 Confessio in aliorum præiudicium facta quibus casibus eis noceat.
- 10 Confessio testatoris iurata nocet heredi.
- 11 Confessio patris in fauorem spurij cõcurrentibus alijs indicijs probat.
- 12 Traditio vera & actualis requiritur in actu suspecto & reprobo, nec sufficit constitutum nec alia sita traditio. Lex vna. C. de suffragio, ibidem.
- 13 Assertioni etiam iurata persona prohibita non est standum in prohibitis. Assertioni meritorum donatarij quando stetur? ibidem.
- 14 Lex nostra limitatur & optime intelligitur, spurio etiam iure regio pater videri potest aliquid si vera precij numeratio interueniat, ibidem.

3 O vendida. ) Nota legem optimam, quòd vsque adeo prohibitum est aliquid ex bonis paternis vel consan-

guineorum eius manere apud filium clerici, vt nec per contractum onerosum emptionis & venditionis aliquid ex eorum bonis consequi possit. [ Sed an id sit in alijs filijs spurij, vel ex damnato coitu natis? Et videtur quòd per contractum emptionis vel venditionis pater possit bona sua in filium spurium & incapacem transferre, eo quòd tunc capiat iure suo ex proprio contractu, sicut quilibet extraneus, & quia nil recipere videtur ex bonis patris, cum tantum absit, quantum adest: atque ideo nullam fraudem factam videri legibus prohibitijs. Ex quo id voluit Accur. in l. qui testamentum in glo. 2. ff. de probatio. Bartol. quoque & Bald. Fulgo. & ceteri ibidem dum reproband glo. dicentem valere confessionem patris dicentis se recepisse precium à filio, si igitur verè recepisset valeret vtique emptio. Hanc conclusionem probat in specie Specula. in titu. de successione ab intestato vers. quòd si inter se vendere velint nume. 34. Bal. in l. si is qui ex bonis. 2. colu. in fi. & ibi Alexan. numer. 7. & Areti. nu. 6. in fi. ff. de vulga. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nume. 35. Grego. Lupi per text. ibi in l. 10. titu. 13. part. 6. Ioan. Galden. de arte testandi titu. 1. cautela 14. nume. 3. Guill. Benedi. in repe. c. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adeliam decis. 5. nu. 129. Bermond. de publi. concubinar. pagi. 323. nume. 22. & pagi. 325. nume. 32. versu. & prædicta conclusio, Iacobi. de S. Georg. in d. l. qui testamentum nume. 8. & sequen. ff. de probatio. Pet. Dueñas in regula. 366. amplia. 11. [ Pro hac sententia solet citari text. in l. qui testamētum. ff. de probatio. vbi valere asserit iurisperitus contractum mutui vel alium onerosum inter patrem & filium spurium incapacem, quoties vera pecuniæ numeratio interuenit, nec sat esse solam patris confessionem de recepto, text. etiam in l. seruum meum. ff. de hæred. instituen. vbi valet venditio facta ei, qui hæres institui non potest, nec aliquid ex testamento capere, & ibi cum expendit Bald. idem Bald. in l. si is qui ex bonis. ff. de acquiren. hered. Præterea quamuis inter virum & vxorem donatio non valeat, ob id què inter eos semper censetur contractus suspectus valet tamen contractus onerosus verè & absque vlla fraude inter eos celebratus, vt in l. si sponsus. §. circa venditionem. ff. de donationi. inter virum & vxor. l. quod autem. §. si maritus eod. titu. l. si quis donationis. ff. de contra. emp. confirmat item hanc sententiam text. in d. l. 10. titu. 13. de successio. ab intesta. par. 6. quæ non ab redonationem dum taxat fieri prohibet à patre filio incapaci, non emptionem, quod ibi appendit Grego. Lupi in verbo la donacion, & Anto. Gomez in l. 9. Tauri nume. 35. [ Verùm aduersus hanc receptam sententiam solet citari text. in l. 1. C. de natu. libe. cuius verba sunt. Sive itaque donatum per ipsum, qui pater dicitur, vel per alium, sive per interpositam personam, sive ab eo emptum est, sive ab alio, sive ipsorum nomine comparatum, statim retractum reddatur quibus insimus, vbi id expendit Bar. text. etiam in l. nostra qua expresse prohibetur emptio & venditio inter patrem & spurium clericum filium, imò quod magis est, etiam inter consanguineos patris & spurium ipsum. Ex quibus huic sententiæ accedit Segura in re peti.

peti. l. 3. §. vlti. ff. de libe. & posthu. nume. 145. versu. & circa hoc, & Anto. Gomez in l. 9. Tauri num. 35. prope finem. [ Ipse tamen Gomezius nume. 35. versu. sed his non obstantibus asserit priorem sententiam iure communi Imperatorum veriorē & receptiorē esse. Credit tamen per legem nostram esse correctam, quod an verum sit, dicam inferius. Respondetque tripliciter ad l. 1. C. de natural. libe. & vltimò quòd ibi pater non emebat aliquid à filio, nec ei aliquid vendebat, sed nomine filij spurij ab alio emebat, in apertam fraudem legis, quare improbat emptio, vt ibi, sentit Cyn. 2. notab. quæ solutio placet Gomezio & mihi applaudet. Communis tamen sententia limitatur, vt procedat quoties constiterit patrem verè recepisse precium, nec sat erit, patrem confiteri se recepisse, & si constet de confessione ex eodem instrumento venditionis: quoniam ea confessio presumitur facta in fraudem, vt in l. qui testamentum. ff. de proba. vbi si pater confitetur in testamento se debere filio incapaci plusquam capere possit, non valet nec probat talis confessio, nisi verè & liquido probetur, quem text. in id expendit Odofre. Bar. Bald. Sali. & communiter docto. quod verum esse asseuerant etiam si confessio fiat in contractu inter viuos, contra gloss. ibi, quæ in hoc reprobat & contra eam est text. in l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3. hanc limitationem sequitur Anto. Gomez in l. 9. Tauri nume. 35. versu. sed his non obstantibus. [ Secundò hæc instruitur limitatio, nam in quocunque actu fraudis presumptione habente non sufficit confessio partis, sed vera & corporalis traditio exigitur, veraque numeratio, eiusque probatio, vt in l. per diuersas versu. ita tamen iuncta glo. & l. ab Anastasio versu. si quis, ibi re ipsa perfoluit. C. manda. vbi actio per creditorem cedi potest titulo oneroso, non lucratiuo, ob vitandas fraudes, quæ hæc in specie committi solent. Debetque hoc casu constare de numeratione, vt etiam voluerunt Iaco. Butri. in dict. l. per diuersas in fi. & ibi Barto. 2. colu. Ange. 1. colu. Sali. & communiter docto. idem Salice. in l. 2. C. de licc. potentio. 2. colu. Iacob. de Velouifia Barto. & ceteri in authen. de æquali. dot. in fin. colla. 7. Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. nu. 85. Corne. conf. 348. nume. 7. lib. 1. & quæ dixi in l. 12. glo. 2. in fin. titu. 6. de meliorationibus supra hoc libro. [ Et vsque adeò vera est hæc conclusio, vt procedat etiam si confessio patris fuerit iurata, adhuc siquidem est in ualida respectu spurij incapacis in cuius fauore emanauit, vt in d. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de lega. 3. & ibi notant Barto. & alij interpreses, Iacob. de S. Georg. in d. l. qui testamentum nume. 8. & sequen. ff. de probatio. Alexan. conf. 18. lib. 3. & confil. 45. lib. 1. Vermond. de publicis concubinarijs pagi. 323. num. 32 ad fi. & sequen. [ Conuenitur hæc eadem sententia quoniam licet pater alienare possit bona sua titulo oneroso, nec consideretur an id dolo fecerit necne, debet tamē constare de vera precij numeratione, vt alienatio valeat, aliàs non valet, ita docet singulariter Ioānes de Plat. in §. item si quis in fraudem in l. 1. ff. de actio. quod reputat singulare iaso. in d. l. 1. ff. de eo per quem factum erit. 2. colu. & in authen. vnde si parens. C. de inoffi. testamen. quam sententiam confirmat text. in

l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quis in fraud. patro. quæ ad hoc appendit Paul. Castren. in l. 1. vltima. colu. & questio. C. de inoffi. testamē. Iaso in additio. ad Christopho. Porcum in §. post mortem institu. de inutili. stipula. Bartholom. Beron. in cautela. 36. Did. Segura in repe. l. 3. §. fin. nume. 131. ff. de libe. & posthu. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nu. 36. Quod extendit, etiā si pater hoc iurasset autoritate Specula. in titu. de confessio. §. sed nunc videndum versu. sed nunquid patris confessio, cui accedit Alexan. conf. 143. lib. 5. Segura in l. coheredi. §. cum filij nume. 129. ff. de vulga. & in dict. l. 3. §. fina. nume. 132. ff. de liber. & posthum. & in repe. l. vnum ex familia. §. sed si fundum nume. 173 & 174. ff. de lega. 2. Cassa. in consuetu. Burgun. rubri. 7. §. 3. nume. 29. fol. 233. colu. 1. & latius Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. nume. 80. Stephan. Bertrand. conf. 71. prope finem lib. 4. Alciat. in c. cum contingat nume. 26. de iure iur. Barba. & Guill. Benedi. in cap. Raynutius de testamen. verbo si absque liberis more retur. 1. nume. 27. Corn. Iaso & Deci. in l. si donatione C. de collatio. Ferdinand. Vazq. lib. 3. de successio nū creatione. §. 30. nume. 257. [ In quibus autem casibus confessio in aliorum præiudicium facta eis præiudicet necne, tradit latè Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. nume. 82. & 88. & sequentibus, & latius lib. 2. §. 1. glo. 7. nume. 47. & §. 4. glo. 6. numer. 11. & 14. Petrus Nunnus de mandatis exequendis. 2. par. c. 29. num. 10. & sequenti. [ Nec oberit text. in authen. quod obtinet. C. de probatio. & in l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. 3. vbi confessio testatoris probat cum iuramento, debet siquidem intelligi in præiudicium extranei heredis, non filij, quod probare videtur text. in dict. authen. quod obtinet quatenus dicit in fine, eam confessionem non nocere creditoribus, ergo nec filio. [ Cæterum quod supra diximus nume. 8. procedit, præterquam si cum patris confessione concurrant alia iudicia, nempe, vnus testis, vel semiplena probatio, vel aliæ coniecturæ, vt censet Anto. de Batrio & Abb. in cap. quamuis de re iudi. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nume. 35. versu. limita tamen: quibus adde concordantes, vt Tiraquel. refert in repe. l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 28. C. de reuocand. donatio. vbi plura similia adducuntur, sumamē in praxi conducibilia. [ Fulcitur præterea hæc assertio per text. in l. vna. C. de suffrag. ibi. sequaturque traditio corporalis, vbi probatur quòd in contractu suspecto & reprobo, semper requiritur vera & actualis traditio rei, vt suspicio cesset & presumptio fraudis vel simulationis. Nec sufficeret clausula cõstituti vel alia traditio ficta, vt ex eo textu expendunt ibi Bar. Salice. & communiter doctor. Imol. in l. si is qui ex bonis. 2. colu. in fin. ff. de vulga. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nu. 36. versu. 3. facit: [ Item in prohibitis non est standum assertioni etiam iuratæ persone prohibite secundum Petr. & Cyn. in l. 1. C. de sacrosanct. eccle. idem voluit Bar. in l. cum quis decedens. §. Titia honestissima. ff. de lega. 3. & in l. Aurelius. §. vlti. ff. de libera. lega. cum pluribus concordat à Tiraquel. congestis in d. l. si vnquam in verbo donatione largitus nume. 79. C. de reuoc. donat. Petr. Nunnus de mandatis exequendis. 2. par. c. 29. num. 13. Sicut nec creditur.



creditor in prohibitis assertioni meritorum donata... etiam si specialiter enumerentur secundum Guill. Cyn. & Alberi...

GLOSS. VIII.

- 1 Spurio posse a patre aliquid donari vel relinqui an statui possit statuto vel lege.
2 Delictorum occasio omnino fugienda est a legibus. Delicti futuri remissio fieri non potest, ibi.
3 Lex generalis an valeat, disponens patrem posse spurio donare vel aliquid relinquere?
4 Spurio restituere rogatus palam bona patris potest bona retinere nec fisco restituere tenebitur.
5 Spurius non potest tutē in foro conscientie bona a patre vel eius cognatis relicta retinere.
6 Spurius quando in foro conscientie possit retinere bona patris?
7 Haeres qui tacitam fidem praestitit patri de restituendis bonis spurio, non tenetur spurio restituere.
8 Haeres qui tacitam fidem praestitit patri de restituendis bonis spurio, non tenetur hoc fisco pandere, nec

- ei bona restituere ante condemnationem, & nume. sequen.
9 Poena an obliget in foro conscientie? ibi.
10 Poena censura obligat in foro conscientie & quare?
11 Haeres qui tacitam fidem praestitit de restituendis bonis patris spurio tenetur fisco bona restituere in foro exteriori licet ea bona spurio non restituerit.
12 Haeres rogatus spurio restituere bona paterna nisi restituat non capiet ea bona fisco, ibi.
13 Tacitum fideicommissum quomodo probetur, & nume. sequen.
14 Tacitum fideicommissum probatur per confessionem heredis.
15 Tacitum fideicommissum etiam iuratum tenetur haeres a iudice interrogatus pandere.
16 Tacitum fideicommissum probatur per coniecturas & praesumptiones.
17 Probatio difficilis coniecturis fieri poterit, ibi.
18 Lex. 3. §. tacite. ff. de iure fisci. explicatur, ibi.
19 Taciti fideicommissi coniecturae quae sunt sufficientes ad eius probationem, & nu. 16.
20 Taciti fideicommissi bona cum fructibus sunt restituenda.
21 Taciti fideicommissi bona cui fisco applicantur an seculari vel ecclesiastico?
22 Spurius an possit haeres institui sub conditione si a principe legitimeretur.
23 Spurius sub conditione si legitimeretur institutus a patre an possit interim bonorum possessionem habere?
24 Nepos ex spurio an possit ab auo haeres institui?
25 Nepos ex spurio exijente prole legitima institui non potest ab auo.
26 Nepos ex incestuoso filio institui non potest ab auo, etiam si legitimi deficiant.
27 Nepos ex filio clerici presbyteri potest ab auo institui.
28 Nepos ex spurio ab auo institutus si est in potestate patris an possit bona capere ex institutione vel an patri queratur usufructus.
29 Cautela instituendi filium spurium vel clerici.
30 Clericus an possit nulum instituere?

h. Agora ni de aqui adelante. Ex his verbis improbari videtur statutum vel legem in contrarium factam & in futurum fiendam. Cuius occasione hic incidit quaestio an valeat statutum disponens spurios ex testamento vel alia vltima voluntate posse patribus suis succedere, vel an eis possit aliquid ab ipsis patribus donari & non posse id statui asseruerunt Hostien. in summa in tit. qui filij sint legitimi. §. qualiter pen. col. versi. quid si Imperator Card. in c. per venerabilem vlti. q. extra cod. tit. Bar. in l. 3. nu. 7. ff. de testam. vbi etiam Bald. & Imol. & ceteri interpretes, Anarra. in c. 2. de testam. nu. 28. Frede. de Senis conf. 265. nu. 1. & col. 277. Arcti.

Arcti. in l. cum etos populos nu. 13. C. de sum. Trini. & ibi Bal. nu. 13. Iaso in l. ait prator in prin. nu. 12. ff. de iureiu. Soci. consi. 95. nu. 9. lib. 4. Deci. in cap. 2. l. etio. 2. notab. 2. de consi. Vermond. in tractat. de publicis concubinari. in verbo qui etiam filios ex tali concubinato procreatos nu. 63. & seq. pag. 344. Ioan. Lupi in l. 9. Tauri nu. 6. quam dicunt communem opinionem Ioan. Bapt. Cacialupi in rep. d. l. cum etos populos nu. 170. Deci. in c. in praesentia nu. 124. de proba. Ioan. Galden. in tracta. de arte testandi titu. 1. cautela. 14. nu. 1. Ferdinan. de Loazes in tract. de matrimonio. 2. dubio. 2. fundamento pro parte negatiua nu. 7. vbi refert plures doctores hoc idem asserentes, & iterum in tracta. de conuersio. paganorum colu. 22. nu. 7. versi. ex hac ratione, Nicola. Boeri. decis. 127. nu. 9. Guill. Benedi. in repe. c. Raynutius in prin. nu. 39. de testamen. Ioan. Bapti. in repeti. l. omnes populi fol. 11. col. 1. ff. de lega. 1. Pet. de Dueñas in regula. 366. ampliatio. 1. d. D. Couarru. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 5. numer. 6. Deci. consi. 271. nu. 12. Caicane. consi. 6. nu. 3. & consi. 59. nume. 7. Nicol. de Vbald. de successio. ab intestato nu. 39. Dida. Perez ad Securam in rep. l. coheredi. §. cum filij nu. 122. ff. de vulga. Ripa in l. si vnquam. q. 28. nu. 76. C. de reuoc. dona. Ioan. Lupi in l. 9. Tauri nu. 6. Segura in tracta. de bon. lucra. nu. 13. & 14. & ibi Did. Perez. [ Mouentur primo, ne quis inuiteretur ad delinquendum, vt in l. fina. C. de natura. libe. ibi, quia vicium paternum refrenandum esse exist inauerunt. Secundo quia eadem ratione non valet pactu, per quod fit remissio delicti futuri, vt in l. si vnus. §. pacta que turpem. ff. de pact. & ibi hoc notat Alberi. Bal. Ang. Paul. Castri. & communiter docto. consert. tex. nota; & expressus in l. conuincere. ff. de pact. dotali. & ibi notat Bal. & Salice. & docto. communiter text. in l. 1. §. hanc autem actio. ff. si quis testa. lib. c. de in. ff. de l. vlti. ff. de his que in fraud. cred. l. 1. §. illud. ff. de post. l. eo tractus quidam. §. 1. ff. de regu. iur. l. nec ex pratoris cod. tit. Praterea tale statutum vel lex esset occasio peccati, ideo non permittenda, vt in c. vlti. de prescri. c. cum infirmitas de poeni. & remissio. de lus siquidem futurus per nullam dispositionem remitti potest. l. quidam decedens, & ibi glos. & docto. ff. de admi. tuto. l. 29. titu. 11. par. 3. cum concord. per Anto. Gomez traditis in l. 9. Tauri nu. 16. qui plura ex hoc infert nota bilia. [ Contrariam sententiam, imo qd valeat lex generalis disponens qd filij nati ex damnabili coitu possint parētibus succedere tenet Bal. in l. 1. nu. 3. C. de iure annullorum aureo. & ibi Sal. idem Bald. in c. canonum statuta nu. 22. de consitu. & Paul. Castri. in l. fina. nu. 2. C. si contra ius. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nu. 16. per text. ibi, qui admittit carnes ratos ex damnabili coitu ad successionem n. atris, prater quā in eo casu quo incurrit poenam mortis, & ibi resp. cedet ad allegata in oppositum, & denique ex mente Pauli Castren. has concordat opiniones, vt cen. m. n. s. procedat extantibus legitimis, vbi non extantibus si fiat per statutum propter defectum potestatis statutum. Secunda verò sententia procedat, quando fit per legem generalem, & filij legitimi non inter sunt. [ Et vt materia legis nostrae plenē & probo ordine explicetur, facio. 12. conclusio. 1. 1. Prima conclusio,

quamvis heres institutus palam rogatus spurio restituere, possit iure optimo illa bona possidere, vt in l. non intelligitur in principio, & §. 1. ff. de iur. fisci; & l. si in metallum. ff. de his que pro non scrip. hab. Bartol. in l. final. colum. 3. ff. de his qui. vt indig. hoc efficaciter probans: si tamen heres ab aliquo scriptus ei fidem praestat de restituenda hereditate vel parte hereditatis spurio, etiam si palam id fecerit, vt indignus priuatur hereditate vel parte eius, & fisco applicatur, vt in dicta: l. non intelligitur. §. si quis palam & l. ita fidei. ff. de iure fisci. l. p. donis loco ff. de peti. heredi. l. in tacitis & l. Lutius. §. final. ff. de legat. 1. potuit enim lex iustissime spurium paternam hereditate priuare, eumque reddere incapax; quod a legibus factum esse constat, vt in authentic. quib. mod. natural. effi. sui. §. vltimo cum concordantibus supra cod. glo. 3. nume. 3. & glo. 3. in princip. traditis: [ Secunda conclusio, spurium in foro anime non potest tutē bona a patre vel eius cognatis sibi relicta vel inter viuos donata obtinere, eo quod iuste ad ea capiendā incapax redditur per legem nostram ad id potestatem habentem, quin etiam id lege ciuili, canonica & regia interdicitur: quare in eodem foro ad restitutionem eorum, tenentur. Nec huic obicit sententia quod poena legis exterioris consideranda non sit in interiori iudicio, donec a iudice eius executio fiat iuxta gloss. celebrem & communiter receptam in cap. fraternitas. 12. quaestio. 2. de cuius interpretatione late agit. d. D. Couarru. in epitome de sponsalib. 2. part. cap. 6. §. 8. nume. 10. & domi. Iacob. Septimacen. Episcopus Ciuitaten. meritisimus de institutio. catholice. cap. 9. nume. 44. Id enim verum est, & procedit in poenis iudicis executionem exigentibus, non tamen in poenis, quarum nulla iudicium executio exigitur, quales sunt ea, que aliquem reddunt indignum vel incapax malicius actus, tenentur enim ab eo actu se abstinere in foro anime: sic & incapax aliquorum bonorum tenetur a possessione illorum recedere, ex sententia Cayeta. 2. 2. quesi. 62. articu. 3. cui accedit. d. D. Couarru. de sponsali. 2. par. cap. 8. §. 3. nume. 8. & cap. 6. §. 8. nume. 16. in fin. versi. nono ex praemissis. Vel ultra eos dic. eam non esse poenam, nulla siquidem praecessit culpa spurij, sed ob bonum publicum, vt homines arceantur a similibus peccatis, lex voluit filium reddere incapax bonorum patris, quare peccat ea accipiens contra prohibitionem legis & canonis ea capere prohibentis, licet antea quā incapax redderetur, non peccasset, atque ideo nimirum ad restitutionem est obnoxius, cum bona aliena inuaserit, nempe legitimum hereditatem, iuxta ea que diximus se praecod. gloss. §. nume. 2. & 3. [ Tertia conclusio, spurium filius poterit tutē in anima iudicio & conscientie foro bona possidere patris, que sibi liberē tradiderit haeres a patre scriptus, nulla promissione praemissa: eo quod talia bona ex voluntate veri domini acquirat, hoc est, haereditas, qui additione hereditatis dominus efficitur, vt in l. cum haeres. ff. de acquir. haereditate, nec lex aliqua prohibet eum posse tradere hereditatem illa filio spurio, nisi ex parentis voluntate & iudicio tradiderit,

quæ utique voluntas hac in specie non interuenit, vt ex superius traditis probat .d.D. Couarru. de spõ salib. 2. part. cap. 8. §. 5. [ Quarta conclusio, hæres à testatore scriptus non tenetur in iudicio animæ spurio testatoris filio hæreditatem restituere, etiam si tacitam fidem de ea spurio restituenda præstitit, quoniam promissio illa facta fuit contra legis prohibitionem, & in eius fraudem, quare ex ea non tenetur, vt in l. iurifgentium. §. generaliter, & §. prætor ait. ff. de pact. & ibi Fortun. Garfia. 3. notab. d. D. Couarru. in epitome de sponfalib. 2. part. cap. 8. §. 5. numero. 9. Sin autem non obstante legis prohibitione hæres ea bona spurio tradiderit, quamuis eam fidem tacite præstitam adimplere non tenetur, poterit tamen spurium in foro conscientie tutè ea bona possidere tametsi hæres qui fidem præstitit grauius peccauerit fraudem insignem committens aduersus leges prohibentes dictam fidem præstari, vt in l. i. ff. de iure fil. l. 3. §. cum ex causa, & l. penulti. cod. titu. l. ex facto, §. Iulianus versicu. respondi. ff. de vulgar. l. beneficio. ff. ad l. Falcid. l. 3. C. eodem titu. l. cum quidam. §. diuus Pius versicu. in tacito. ff. de vsur. l. 13. in fin. titu. 7. partit. 6. quia non prohibent leges illæ traditiones bonorum spurio fieri nec ob fidem præstitam amittit hæres hæreditatem & rerum hereditarium dominium, vnde cum dominus sit, potuit res illas in spurium transferre. Nec dici potest, spurium acquisitione huiusmodi à lege priuatum, eo quod ex voluntate patris fuerit facta, nam non eius voluntate sed potius hæredis facta dicitur, quippe qui dominus erat cum restituit, nec ignorabat nulla lege ex tacita fidei præstatione teneri ad restitutionem spurio faciendam: quod optime resoluit Couarru. in dict. §. 5. num. 8. in fin. [ Quinta conclusio, hæres scriptus, qui tacite promissit testatori, restituere hæreditatem spurio, non tenetur in conscientie foro illa bona ad fiscum deferre, nec fisco seu iudici id crimen ab eo commissum pandere, quia verus hæres est & dominus, & loco pœnæ leges hæreditatem fisco deferunt. l. 1. C. de his quib. vt indign. l. ita fidei. & l. nõ intelligitur. ff. de iure fisci. pœna autem in animæ iudicio non debetur, etiam si ipso iure sit statuta, donec per iudicem declaretur deberi. Imo etiam post declarationem non cogitur condemnatus executionem facere sententiæ contra se. Est itaque tutus in foro conscientie pœnam retinendo donec per iudicem vel executorem eius executio fiat, ex sententiæ gloss. in cap. fraternitas. 12. quæst. 2. quam docto. omnes commendant, sequunturque in cap. 1. de institu. maxime Abb. Felin. & Deci. ibi. Corsetus in singulari in verbo pœna, Adria. quodlibeto 6. articulo. 1. illatio. 3. Ludou. Gomez in §. si itaque, num. 16. & in §. ex maleficijs. nu. 14. institut. de actio. Dyn. in regula peccatum. 2. colum. de regul. iur. in. 6. d. D. Couarrub. hæc attestatus communem in epitome de sponfalib. 2. per cap. 6. §. 8. num. 10. Thom. 2. 2. quæstio. 66. articulo. 3. Fortun. in tracta. de ultimo fine illatio. 18. ad fin. Hieronym. Paul. in practica. Can cellariæ Apostolicæ. pagin. 88. versu. bona quæ auferuntur damnato Didac. Perez in l. 22. colum. 167. titu. 3. lib. 1. ordinament. Iacob. Septimacen. in lib. de institut. catholic. cap. 9. num. 27. & pluribus sequentibus,

Dominicus à Soto lib. 1. de iustit. & iure. quæstio. 6. articulo. 6. Vbi mirè hoc explicat, frater Franciscus à Victoria in relectione. 1. de Indis insularis. num. 14. Siluester in verbo hæres. §. 8. Caietan. in Sûma in verbo pœna. Siluester in verbo pœna. quæst. 25. & alij plures ab ipsis taciti, & hæc verior & receptior est sententia, licet contrariam tenuerit Barto. in l. vltima. num. 9. ff. de his quib. vt indign. Sûma Rosella. in verbo filius. 4. colum. versu. quæro. quid debet facere secundum conscientiam, Didac. Segura in repetitione. l. coheredi. §. cum filie. num. 124. ff. de vulg. subst. Bernard. Diez à Luco in practica Crimin. Canonica. §. 58. Antoni. Gomez in l. 9. Tauri. num. 28. & Gregor. Lupi. in l. 13. titu. 7. part. 6. in verbo cumplisse tal ruego, Conrad. lib. 1. de contractibus. quæstio. 7. Ludou. Gomez in cap. 1. de rescript. lib. 6. num. 9. Alphonf à Castro, lib. 2. de iusta hæretico. punitio. cap. 6. & lib. 2. de potestate legis pœnalis. cap. 4. & sequenti. Abb. & Felin. in cap. 1. de constitutio. Cardina. Barba. Parpalia. Corsetus, & Matthæ. de Afflict. in locis per Ti raquel. citatis in repetitio. l. si vnquam, in verbo reuertatur. num. 236. C. de reuocand. donat. hi omnes asseruerant in foro conscientie teneri soluere pœnam ipso iure alicui impositam absque vlla declaratione, vel executione. Sed nihilominus opposita sententia verior & receptior & humanior est, & in specie proposita eam tenet. d. D. Couarruias, in Epitome de sponfalibus. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 9. & Didac. Perez. in l. 22. titulo. 3. lib. 1. ordinament. columna. 167. cum alijs ab eo citatis, & iterum ad Seguram in repetit. l. filius dum in ciuitate est. num. 15. ff. de verbor. obligati. vbi allegat Concordan. & inter alios Med. nã in l. de restitution. rubri. de rerum diuisione. qua sit. 1. fol. 4. colum. 4. vbi eam attestatur communem, & fol. 7. colum. 1. quæstio. 2. & fol. 49. quæst. 13. colum. 3. Martin. ab Azpilcueta in cap. sacerdos. num. 148. de pœnitent. distinct. 6. [ Sed hæc communis conclusio locum non habet in censuris ipso iure impositis, quæ nulla indigent executione, vt ex Martino, & d. D. Couarruias, & Didaco Perez in locis supra citatis cernere fas erit. Cõstat igitur hac in specie hæredem qui tacitam fidem præstitit de restituendo spurio testatoris filio, non teneri fisco hæreditatem restituere, nec ipsi spurio, vt supra probaui, num. 7. & 8. nec hæredibus legitimis ab intestato succedentibus, cum iste sit verus hæres, & licet fides ab eo præstita in pœnam delicti tollat ab eo hæreditatem, & deferat fisco, non ob id definit hæres & dominus esse, donec per sententiam ab eo auferatur bona, cum ergo sit verus hæres excludit venientes ab intestato: quod si verus hæres non esset hæreditas ad testatoris propinquos pertineret. vt probat d. D. Couarruias de sponfalibus. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 9. ad finem. vbi respondet ad l. prædonis. ff. de petitione hæred. quod iurifconsultus non appellat ibi hæredem prædonem, sed dicit censendum esse prædonis loco: quia fraudem fisco fecit tacitam fidem præstando. Sed tunc prædonis loco censendus erit, cum plene fuerit probatum, tacitam fidem accommodasse, non autem quoties id non constat, prout in casu proposito, in quo agimus quoad forum anime. [ Sexta conclusio, in foro conten-

tioso hæres qui tacitam fidem præstitit de restituendo incapaci, hoc est, filio spurio testatoris tenetur fisco restituere, etiam si spurio bona nondum tradiderit. l. 1. ff. de iure fisci. l. 3. §. cum ex causa, & l. pen. eo. tit. l. 3. iuncta glos. & ibi. Salicet. C. ad l. Falcid. l. cum quidam. §. diuus Pius, versu. in tacito. ff. de vsur. l. 3. in fine. titu. 7. part. 6. & ibi. Gregor. Lupi in verbo cumplisse tal ruego. Anton. Gomez in l. 9. Tauri. numer. 21. in fine. & num. 23. si verò non accommodauit tacitam fidem, sed testator tacite eius fidei commisserit, tunc non sufficeret hoc probari, nisi & hæreditatem spurio restituerit, vt probatur in dict. l. 13. in fine. titu. 7. de exhæredatione & indignitate par. 6. & ibi aduertit Gregor. Lupi in verbo cumplisse tal ruego, paulo ante finem. Quod si partem hæreditatis, & non totam tacite rogatus fuerit restituere, ea dumtaxat portio fisco applicabitur, & non tota hæreditas. l. hæres qui tacitam & ibi expendunt Barto, & alij. ff. de his quib. vt indign. ex facto. §. Iulianus. & ibi notat Alexand. & Moderni. ff. de vulgar. vbi Iass. num. 4. improbat Bald. in l. 3. C. ad l. Falcid. cõtrarium asserentem, refert Anto. Gomez in l. 9. Tauri. num. 22. [ Sed qualiter constare poterit de tacito fideicommissum? Anton. Gomez in dict. l. 9. Tauri. numer. 24. & sequentibus. docet pluribus modis hoc constare. Primo si reperiat instrumentum priuatum, quo hæres promissit & fidem præstitit restituendi hæreditatem spurio, vt in l. 3. versu. & ferè. & §. tacite. ff. de iure fisci. & l. in tacitis. ff. de legat. 1. & ibi notat Bart. Alberti. & Angelus. Secundo si testibus probetur vel aliis pactum fecisse vel stipulationem, vel pollicitationem restituendi. l. in fraudẽ. vbi gloss. Bart. & doctores. ff. de his quib. vt indign. Tertio, si instrumento publico occultè & clam factò coram notario valde amico & testibus domesticis promissit hæres restituere incapaci, & accommodauit tacitam fidem. Est siquidem hac in specie eadem ratio. Quoniam id dicitur fieri clam, quod verissimiliter venire nequit in notitiam aduersarij argument. text. in d. l. prohibere. §. fin. ff. quod vi aut clam & quasi per totum. l. clam possidere. & ibi doctores. ff. de acquiren. possess. & nuncupatim hac ratione hoc assererat Bar. in dict. l. 3. §. tacite. ff. de iure fisci. & in dict. l. in fraudẽ. ff. de his quibus. vt indign. Angelus. Paulus. & Imol. in dict. l. in tacitis. ff. de legat. 1. [ Quarto constare poterit & probari tacitum fideicommissum per confessionem hæredis tacitam fidem accommodantis ex sententia. gloss. in verbo probationibus. in dict. l. 3. §. tacite. ff. de iure fisci. vbi eam sequuntur & commendant Bart. & communiter doctores. Salicet. in l. 3. num. 9. C. ad l. Falcid. & in l. generaliter. num. 18. C. de non. numer. pecu. Ioan. de Imol. in l. in tacitis in fine. ff. de legat. 1. & hac in specie cogitur hæres positionibus respondere an fuerit tacite rogatus, & an accommodauerit tacitam fidem, vt allegerit Barto. in l. 3. §. tacite in fine. & in l. vltim. ff. de his quibus. vt indign. numer. 10. Nec id mirum quidem cum etiam in delictis respondere reus teneatur positionibus, vt in l. Marcellus. §. 1. ff. rerum amotar. & an quis possideat vel dolo deserit possidere, vt in l. quoties. §. prætor. ff. de præcar. & in l.

qui petitorio. ff. de reuendicatio: [ Quinimo etiam si hæres qui tacite fidem præstitit de restituendo spurio hæreditatem iurauerit, se id nemini proditurum, debet vocatus à iudice omnino verum dicere, & rem totam exprimere, vt respondit Cardina. consi. 35. cui subscripsit Felin. in cap. intimaui. colum. 2. & 3. de testibus, & Martin. Azpilcueta in relectio. cap. inter verba. 11. quæstio. 3. parte vltima. correlario. 65. Quæ tamen omnia procedunt quando quis à iudice interrogaretur præcedente infamia contra ipsum tacite fidei. Idem quoties eius testimonium exigetur sub monitione generali, & præcederet etiam infamia: alioqui si id crimen occultum & de pœna tantum soluenda agatur, non de restitutione illati damni, non cogitur quis dicere testimonium nulla præcedente infamia. At si responderit, vbi responderet nec testimonium dicere tenebatur, ita debet respondere, vt verum dixisse constet, vt latissime probat Martin. Azpilcueta Nauarrus in dicto cap. inter verba part. vltim. correlario. 64. d. D. Couarruias, in epitome de sponfalibus. 2. parte. cap. 8. §. 5. numero. 10. [ Quinto probatur tacitum fideicommissum per cõiecturas & præsumptiones: quia quoties agitur de probando dolo vel fraude, vel aliquo alio actu occulto, qui difficiliter per testes probari possit, probabitur per indicia vel cõiecturas prouenientes ex actibus exterioribus, vt in l. dolu. C. de dolo, cuius verba sunt, dolum ex perspicuis indicijs probari cõuenit. l. qui autem. §. non simpliciter. ff. si quis omis- sa cau. testa. l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mod. pign. vel hypo. soluit. authenti. sed iam necesse. C. de donat. ante nup. cap. 2. de renuntia. lib. 6. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. ibi sed licet hoc liquido constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est. l. consensu. §. super plagijs. C. de repud. cap. finali. de testibus cogend. capit. asserere de præsumptio. Nec oberit. tex. in l. 3. §. tacite. ff. de iure fisci. vbi iurifconsultus assererat, tacitum fideicommissum probandum esse ex manifestissimis probationibus. Non enim text. ille excludit probationes per cõiecturas & verissimiles præsumptiones: quippe quæ liquidissimæ etiam probationes appellantur in similibus actibus sui natura occultis, quique difficulter probantur, vt ex præcitis legibus expendunt omnes, & in specie Salicet. in l. 3. in fine. C. ad l. Falcid. & Antoni. Gomez in l. 9. Tauri. num. 25. & in dubio hoc casu contra fiscum est iudicandum, quia causam præcendit lucrativam, vt in l. non puto. ff. de iure fisci. & ibi notat Dynus, Bart. Albericus, Angelus, & communiter doctores. d. D. Couarruias lib. 7. resolutio. cap. 16. per totum. vbi agit de intellectu dict. l. non puto. [ Sed quæ sint cõiecturæ istæ, ex quibus tacitum probetur fideicommissum? Respondeo plurimas à doctores enarrari. Prima cõiectura est, quando hæres institutus statim mortuo testatore restituit bona filio spurio, ex celeritate siquidem actus præsumitur fraus. l. si ventri. §. finali. ff. de priuileg. credi. ex quo ita dicit Bald. in l. eam quam. numer. 40. C. de fideicommiss. quem non immeritò pungit Anton. Gomez in l. 9. Tauri. num. 26. dicens id verum non esse, nisi concurrant aliæ cõiecturæ

ieatur simul cum celeritate restitutionis. Stat ergo vera & sufficiens coniectura, si testator dixerit heredi, fac de bonis meis quod scis vel quod tibi in secreto dixi, nam si postquam hæc dixerat testator, hæres eo mortuo statim bona tradiderit spurio, censetur tacitam accomodasse fidem, vt in l. cum tacitum iuncta gloss. 2. & ibi Salicet. 3. oppo. ff. de probatio. & l. 3. & l. ita fidei. ff. de iure fisci. gloss. in l. Lutius Titius. §. in testamento. ff. de lega. 1. gloss. vltima, Antonius Gomez in l. 9. Tauri numer. 26. post medium. [ Probatur secundo tacitum fideicommissum, si testamenti tempore testator loquutus fuerit cum hærede ad aurem, & deinde mortuo testatore statim restituit hæreditatem spurio. l. Lutius Titius. §. in testamento, iuncta gloss. 1. ff. de lega. 1. Iacobi. de San. Georg. in l. cum tacitum numer. 4. ff. de probationi. Antonius Gomez in l. 9. Tauri numer. 26. ad finem, vbi idem esse assuec- rat, si pater instituit capacem heredem & eodem patre mortuo reperiretur spurio in possessione bonorum vidente id & consentiente hærede instituto, ex hoc enim fraus præsumeretur, argument. text. cum materia in l. sicut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pign. vel hyp. solui. ex quo id asserit Imol. in l. si is qui ex bonis. 2. colum. post medium. per text. ibi. ff. de vul- gar. [ Septima conclusio, filius spurio, cui bona pa- tris sunt restituta ex tacito fideicommissio, tenetur ea restituere fisco tacito fideicommissio probato cum fructibus, à die quo bona fuit consequutus, quia semper in mala fide fuisse intelligitur. Idemque est in hærede grauato, qui nondum restituerat bona spu- rio, vt in l. cum qui tacitum in princip. ff. de his qui. vt indig. ex qua id expendunt Barto. & doctor. an- tiqui, text. in l. prædonis, & ibi Bartol. Alberi. Bald. Angel. Paul. & cæteri. ff. de petitio. hæredita. idem Barto. in l. vltima numer. 10. ff. de his quib. vt indig. Antonius Gomez in l. 9. Tauri numer. 27. verum ex hoc non deducitur, spurio non posse ea bona retinere in foro conscientie, cum hæc fructuum restituti- o sit etiam poena, ad quam non tenetur in foro ani- mæ, vt probauimus supra eadem gloss. numero. 6. [ Octaua conclusio, si clericus heredem laicum insti- tuit, taciteque rogauerit, vt hæreditatem restitueret filio suo spurio, siue eam restituerit siue non, ob cri- men ab herede commissum tacitam fidem accomo- dante, hæreditas fisco applicatur seculari, non fisco ecclesiæ: attenditur siquidem persona heredis delin- quentis, qui cum sit laicus fisco seculari, sin autem esset clericus fisco ecclesiæ esset deferenda hæreditas secundum Bald. & Paul. Castren. in l. si quis præby- ter. C. de episcopis & clericis, quos sequitur Felin. in capi. quia. V. de iudi. 2. colu. Cassianus in con- suetudi. Burgund. rubric. 8. §. 5. numer. 4. Segura in re- petitio. l. 3. §. final. nume. 145. ff. de liber. & posthum. & ibi Didacus Perez, idem Didacus Perez in l. 22. ti- tul. 3. libr. 1. ordinamen. colum. 165. in f. n. Plat. in l. 1. C. de bon. vacan. libr. 10. penultima colum. Anarra. in capitul. cum secundum leges vltima colum. de he- reti. in 6. & in repetitio. regulæ ea quæ. 21. questione numer. 26. de regul. iur. in 6. Ioan. Lupi in repetitio. rubricæ de donationib. inter virum & vxorem. §. 39. numer. 9. d. Couarru. in epitome de sponsalibus. 2

part. capit. 8. §. 5. numer. 10. Antonius Gomez singu- lariter in l. 9. Tauri numer. 29. & 30. Vermondus de public. concubinarijs in verbo qui etiam filios ex ta- li concubinato procreatos numer. 26. pagin. 322. Mar- fil. singula. 194. Iaso in l. hereditas. C. de his qui. vt in- dig. n. Grego. Lupi in l. 13. in glo. penultima tit. 7. par. 6. & hæc est vera & recepta sententia quidquid in- uoluerit Ferdinand. Vazquez de successio. crea- tione. §. 26. nume. 61. [ Nona conclusio, spurio po- test à patre institui heres sub conditione si legitime- tur à principe, quod si legitimatio sequatur iustè retinebit hæreditatem patris, absque vllò animæ pe- riculo: cum institui iure possit incapax in tempus quo capere possit. l. in tempus. ff. de hæredibus insti- tuendis. l. sicut, & ibi gloss. in principio. ff. quib. mod. vsuffru. amitta. & hac ratione hoc voluit Bald. in l. Gallus. §. instituens. 4. notab. & ibi Imol. 1. colum. vlti- mo notab. Aretin. Alexand. & Soccin. 1. colum. vlti- mo principio & Iass. numer. 5. ff. de liberis & posthumis, Angel. & Imol. in dict. l. in tempus Paul. Castren. in dict. l. Gallus. §. quid si is. 2. colum. hanc opinionem communem esse attestatur Iaso numer. 5. Lancelot. Deti. in dict. §. instituens & Galdens. de arte testandi tit. 2. cautela final. idem hac inspecie voluit Bald. in l. 1. 6. questione & Socin. numer. 11. C. de institutio. & substitutio. sub conditione factis, quorum opinio- nem communem esse attestatur Catelli. Cotta in vlti- mis memor. distione spurio. 3. & Gregorius Lupi eam sequutus in l. 19. tit. 3. part. 6. in gloss. magna ad medium Iaso in l. is qui hæres. ff. de vulga. Aretin. consil. 155. d. D. Couarru. in epitome de sponsalibus, 2. part. capi. 8. §. 5. numer. 12. Antonius Gomez notabi- liter in l. 9. Tauri nume. 18. versicu. similiter etiã Fran- cisc. Curtius Iunior consil. 4. numer. 3. Lancelot. Gal- liaula in repetitio. l. Gallus. §. & quid si tantum nume. 4. & ibi Acofta. 2. part. numer. 172. ff. de liber. & pos- thumis, Petr. Dueñas in regula. 366. limitatio. 1. Dida- cus Perez in l. 22. tit. 3. libr. 1. ordinamen. colum. 163. in principio Vermond. de publicis concubinarijs pa- gina. 327. numer. 37. Decius in l. ea quæ raro. ff. de re- gulis iuris, dicam infra eodem. l. 10. gloss. 1. numer. 19. [ Quinimo spurio sub hac conditione si legitimitur à principe institutus vel substitutus à patre, poterit sub eadem conditione & ea pèdente agnoscere bono- rum poss. secundum tabulas, & petere se mitti in bonorū poss. non ad hoc vt consequatur eorum bonorum do- minium & ius plenū heredis, sed vt habeat interim ad ministratōem, tãquam curator bonis datus arg. tex. in l. 2. §. si sub conditione. ff. de bon. poss. secundum tabu- & l. h. demum & l. si sub conditione cod. ti. & l. si quis instituitur hæres. ff. de here. insti. Ex quibus id expref- sim adnotauit Iaco. de Arc. in l. libertas testamēto. ff. de manumi. testa. & ibi Albe. idē Alb. in l. si is qui ex bonis. 1. col. ff. de vulga. Bal. Arg. & Pau. in d. l. si quis instituitur. ff. de here. insti. Bal. in l. Gallus. §. instituēs 4. not. & ibi Are. 2. col. in prin. Alex. 1. col. in fi. & Ias- nu. §. ff. de liber. & posth. Ioã. de Pla. in l. 1. C. de delato- ri. 10. in fi. Ioã. Lu. in rep. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 29. nu. 4. d. Coua. de spōsa. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 12. versu imo hic spurio Frã. Cur. Iun. c. 6. §. 4. nu. 4. Ioã Gual. in tracta. de arte testadi cautela. 14. nu. 15. Petr. Dueñas

in regula. 366. limi. 1. ad fi. Grego. Lupi in l. 19. gloss. pen. tit. 3. de hered. insti. par. 6. hæc dixit cōmunē. Cō- trariam tamen sententiam imo quod spurio sub con- ditione si legitimitur instituto nō concedatur admini- tratio bonorū, nec ad bonorū poss. admittatur tenuit Imol. in d. l. in tempus. 2. colum. in principi. ff. de here. insti. Ludoui. de Sardis in tracta. de naturalibus li- beris in fine, & Coepola cautela. 38. finali columna in princip. Iacobi. de S. Gerg. in l. cum tacitum fi. co- lumna. ff. de proba. Grego. Lup. in d. l. 19. glos. pen. titulo. 3. part. 6. Anto. Gomez, qui optinē loquitur in d. l. 9. Tauri numero. 19. esset quippe facere fraudē legi, quæ reddit filium spurium bonorū paternorū in- capacem. Respondetque ad l. 2. §. si sub conditione. ff. de bono. poss. secund. tabul. & ad alias leges supra- citatas: quod procedunt in hærede capace sub- conditione instituto, secus autem erit in filio incapace: quia non reperitur iure cautum, quod hac via pos- sit patri succedere capit. cum quid vna via de regul. iuris in 6. l. neque per se. C. de here. insti. l. contra le- gem cum. l. sequen. ff. de legi. l. sed Iulianus. ff. ad Ma- cedo. l. scire oportet. §. 1. ff. de tuto. & cura. dat. ab his, quæ sententia mihi applaudet, durum quippe esset contrariam admitti in praxi, secundum quam leges spurium succedere patri suo prohibentes essent profecto verbis & ludibrio impositæ contra legem. 2. C. commun. de lega. [ Decima conclusio, nepos legiti- mus, naturalis, vel spurio ex spurio deficiente prole le- gitima, potest ab auo hæres institui, nec censetur in du- bio patris gratia institutus, quod Bar. censet in consi- 118. per tex. in l. si. ff. de his quib. vt indig. & in l. si. C. de natural. libe. idem voluit Bar. Imol. Alexã. Areti. & Iaso. 1. lectio. nu. 19. & 24. & 2. lectio. nu. 10. di- cens hanc communem in l. Gallus. §. quid si is. ff. de li- be. & posthu. Panor. in c. cum haberet de eo qui dux. in mat. quam poll. per adult. Signorol. consil. 114. ean- dem communē esse attestatur Iaso. in l. hæreditas nu. 8. C. de his qui. vt indig. Alexan. consil. 74. numero 2. lib. 3. vbi Carol. Molin. idem asseuerat Deci. consil. 462. nu. 17. & 18. Corne. consil. 25. numero. 10. lib. 1. Ioã. Galden. de arte testandi tit. 1. cautela. 14. numero. 12. Vermondus hanc questionem latè examinans de pu- bli. concubi. in verbo quia etiam filios ex publico cō- cubinatu procreatos num. 65. & sequen. pagi. 346. & pagina. 350. numero. 70. eam diffinit dicens esse com- munem, Dida. Perez in l. 22. tit. 3. libr. 1. ordina. col. 163. vers. alia & 4. est cautela, Did. Castelli in l. 9. Tauri in verbo ex testamento, & ibi Anto. Gomez numer. 17. Guiller. Benedi. in repe. capit. Raynutius in verbo & vxorem decis. 5. numero. 131. Rode. X Suarez in l. 9. tit. 11. libr. 1. fori versu, consideratum, & in l. 1. tit. 6. libr. 3. fori versu. circa hoc queritur de pulchra questione Nicol. Bocri. decis. 127. numero. 16. Callane, in consue. Burgun. rub. 3. §. 5. fol. 113. col. 4. nu. 7. Petr. Dueñas in regula. 366. limi. 2. dom. D. Coua. in epitome de spons. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 13. Ari. Pinel. in l. 3. C. de bon. ma- ter. nu. 20. & 22. [ Ex quo infert ibi Couar. auū non posse nepotem ex spurio legitimum & natu- ralem existente prole legitima instituere secundum oēs, imo nec existētib. liberis legit. matris ex rescripto principis, vt respondit Alexan. consilio. 74. libro. 3. &

Deci. consilio. 238. Infert. 2. idem Couarru. d. numero 13. eam institutionem adhuc non valere, si constet pa- tris gratia factam fuisse ex mente omnium supra ci- tatorum, quos sequutus idem censet Aimon Crauet. consil. 184. [ Verum hæc decima conclusio in nepote nato ex filio incestuoso non procedit, hic etenim ab auo institui nō pōt, etiã si legitimi deficiant secundū Bal. per tex. ibi, in l. si quis incesti num. 2. C. de incest. nup. quæ dixit vnicū idē Bal. in c. in presentia nu. 35. de proba. idē voluit Corfe. in singul. incip. hæres. 4. & Marf. in sing. 143. Alex. in d. l. Gall. §. quid si is cōtra Paul. Cast. ibi, idem voluit ibi Iaso. nu. 25. hanc dixit communem Sali. in d. l. si quis incesti, & Iaso. in d. §. quid si is nu. 25. licet à Bald. velit recedere eandem di- xit communem Corne. consilio. 25. lib. 1. huic opinio- ni adhæret Cifuen. in l. 9. Tauri nu. 7. & ibi Did. Cas- te. in verbo ex testamento Ant. Gom. ibidem nu. 17. dom. Did. Couar. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 13. Ver- mond. de publi. concub. in verbo qui etiam filios nu. 7. pagina. 351. versicul. ista conclusio, Guiller. Benedi. in dicto capit. Raynutius in verbo & vxorem decis. 5. numero. 131. Roderi. X Suarez in l. 1. titulo. 6. libr. 3. fori Petr. Dueñas in regul. 366. limita. 2. versiculo quæ li- mitatio Grego. Lupi in l. 19. glossa penulti. ad finem titulo. 3. part. 6. ad quod non aduertit Pinelus in d. l. 3. numero. 20. C. de bonis maternis. [ Ceterum quæ de nepote ex filio incestuoso diximus numero præce- denti, locum minime obtinebūt in nepote ex filio elec- tici post sacros susceptos ordines presbyteratus cōn- cepto & nato, is siquidem ab auo poterit institui, quæ admodum ceteri spurij, nam licet filius clericus quodā modo dicatur incestuosus ex sententia glossa Bald. & Pauli in l. 2. C. de episcop. & cleri. non tamen pro- priè dicitur incestuosus, sed spurio vel adulteri- nus ex gloss. communiter recepta in cap. per vene- rabilem qui filij sint legi. dixi supra in glossa. 3. nu- mero. 1. & 2. Quare nimirum si nepos legitimus vel naturalis ex filio clerico ab auo possit institui, quod Bald. censet in dicta. l. si quis incesti. C. de incest. nup. Petr. Cyn. & Salice. in l. 2. C. de episcop. & cler. Alexã. in d. l. Gallus. §. quid si is numero. 9. Roderi. X Suarez in l. 9. titulo. 11. libro. 1. fori. 2. columna Cor- fet. in singul. in verbo fornicatio, vbi attestatur hanc esse communem dom. Didac. Couarru. de spons. 2. parte capit. 8. §. 5. numero. 14. Cyfonta. in l. 9. Tauri numero. 7. Abb. in capit. ex tenore & capit. causam quæ & capit. lator qui filij sint legi. Petr. Due- ñas in regula. 366. limita. 2. in fine. [ Sed hic incidit dubium, nunquid nepote ex filij spurio ab auo in- stitutum, qui est in potestate patris, vsufructus bo- norum sibi ab auo relictorum, patri quaratur? vel an maneat penes nepotem? an verò ob id irretetur in- stitutio? Et quod non valeat institutio si nepos sit in potestate patris spurij vel alius incapacis, cen- suit Specula. in titulo de successio. ab intestato. §. 1. versiculo quid si habens filium spurium, ex quo quod incapax ex persona propria, erit similiter inca- pax mediante persona alterius argumen. tex. in l. 4. C. de natural. lib. in versu siue itaq; ibi siue per interpo- sitā personā. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari. 2. §. 1. ff. de adm. rer. ad ciui. pertinē. cuius verba sunt,



*Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet.* l. non licet. ff. de contra. emptio. cum similibus, si vero nepos est emancipatus, vel alius sui iuris valet secundum eum institutio, quia sibi in totum potest acquiri, & pro hac sententia stringit tex. in l. queritur. ff. de bon. libert. vbi si filius patroni iuste exheredatur a liberto, nepos ex eo similiter excluditur a bonorum possessione contra tabulas, si est in potestate patris, quam legem dixit ibi Alberi. bonam & famolam ad plures questiones. Sed his non obstantibus verior & receptior sententia est in contrarium, imo quod institutio valeat vsufructusque non queratur patri, sed maneat apud nepotem, prout fieret, si expresse dixisset, vt in authen. excipitur. C. de bon. que libe. censetur enim hoc voluisse & cauisse, vt actus valeat & non infirmetur. Conuincitur preterea hec sententia, quia cum patri queri non possit vsufructus, queritur cui queri potest, & sic ipsi nepoti, & hec presumitur esse intentio disponens arg. tex. in l. proinde. §. vlti. & l. si seruus communis meus & tuus. ff. de stipu. seruo. hanc sententiam amplectuntur Bar. Ang. & Imo. in d. l. Gal. §. quid si is & ibi Pau. numero. 6. Soci. vers. tertio principaliter Aret. colum. 1. qui late loquitur, & Alex. dicens esse communem numero. 7. & Iaso. nu. 18. Ang. & Sali. §. q. in l. fi. C. de naturali. libe. Bar. consi. 118. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nu. 17. versic. sed dubium. Vbi respondet ad l. queritur. ff. de bon. liberto. dicens eam legem procedere iuxta ius antiquum Digestorum, quo patri quebatur quid quid filius acquirere, nec aliquid poterat penes filium remanere etiam ex expressa datus vel relinquens voluntate, non magis quam penes seruum, vt in l. placet. ff. de acq. hered. nostra vero conclusio procedit iuxta ius nouissimum, quo vsufructus queritur patri & proprietate filio in eius potestate constituto, nisi testator expresse voluerit vsufructum non queri patri, vt in d. auth. excipitur. C. de bon. que libe. sic ergo nostra in specie, cum per legem non potest queri vsufructus patri propter eius incapacitatem, nimirum si penes eius filium maneat ex tacita testantis voluntate, vt Paul. explicat in d. §. quid si is, & Tiraquell. libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 9. numero. 70. Bertrand. consilio. 96. col. 1. li. 3. Arius Pinelus dicens communem in l. 3. nu. 22. in fi. C. de bon. mater. [ Vndecima conclusio, si clericus vel alius filium habens spurium, instituat fiduciarium, vel ei donet bona sua absque villo pacto & fraude, ea que postea filio spurio reddiderit, vel eum instituerit heredem, non auocabit ab eo fidei iuris nec venientes ab intestato ea bona, quia postquam aditione vel apprehensione bonorum amicus testatoris effectus fuerit verus dominus, quod spurio tradiderit eius effectus, nec a patre dicetur ea bona habere, sed ab eo qui tradidit, cuius iam erat effectus patrimonium, arg. text. iuncta gl. in l. 1. §. veteres. ff. de acq. post. & l. sed si plures. §. filio impuberi. ff. de vulg. l. eius qui in prouincia. §. si. ff. de cer. per. l. 1. §. preterea. ff. de separa. bon. l. si C. de inoffi. testa. §. 1. in l. de hered. quali. & differen. Deinde hec sententia probatur in l. qui Titij testamtu. ff. de his qui. vt indig. vbi quauis ille qui accusauit Titij testamentum de falso non possit ei succedere, non tamen succedere prohibetur eius heredi, quia non

dicatur principaliter succedere Titio, & ibi cum text. ad hoc expendit Alberi, & ceteri interpretes, confert etiam text. in l. post legatum. §. qui accusauit in prin. eod. tit. & in l. 3. C. de peti. hered. & in l. cum autem. §. si. versicul. ponamus. ff. de edili. edi. & in specie hac tradit assertionem Specul. in tit. de success. ab int. §. 1. nu. 30. Bart. in l. 1. fi. 2. col. ff. de his qui. vt indig. & l. si is qui ex bonis. 2. quest. princ. & ibi Imol. & ceteri ff. de vulg. Alberi. in auth. licet prope finem. C. de natural. lib. Sali. in l. 2. fina. q. eodem tit. Coepola cautela 38. fi. col. Ludo. de Sardis in tracta. de naturalibus liberis in fi. vbi communem esse attestatur cautela, & meliorem ceteris, ad relinquendum aliquid spurio, qua communiter omnes vtuntur Anto. Gomez in l. 9. Tauri numero. 18. & ibi Gomez Arias numero etiam 18. Vermondus de publi. concubina. pagina. 313. numero. 13. & sequen. Dida. Perez in l. 22. titulo. 3. lib. 1. ordina. colum. 163. versiculo. 2. cautela. Et quod spurius possit ab herede patris institui tenet Specula. in tit. de success. ab intest. & ibi Ioan. And. §. 1. versiculo quid si pater instituit nu. 30. glo. in auth. qui. mod. natu. effi. sui. §. vlt. in verb. participium colla. 7. Bar. in l. si is qui ex bonis nu. 3. ff. de vulg. vbi dixit huiusmodi institutionem in fauorem spurij factam validam esse, quia ex actu testandi non est presumenda fraus, argumen. tex. in l. edicto. §. sed heredem. ff. de alie. iud. mutan. cau. fa. quem ibi doct. sequuntur teste Iaso. in l. si is qui ex bonis numero. 10. idem voluit Bald. in l. eam quam numero. 34. C. de fideicom. Alexan. consi. 51. numero. 3. libro. 2. Vermond. vbi supra Pet. Duennas in regula. 366. limi. 11. [ Duodecima conclusio, clericus potest heredem instituere nulum vxorem filij sui spurij, vel maritum filie sue, aut ei aliquid donare, nam licet filios spurios instituere non possit, nec eis aliquid relinquere vel donare, vt in hac lege & in §. fi. in authenti. qui. mod. natu. effi. sui colla. 7. & in l. 10. titulo. 13. part. 6. leges iste poenales non debent extendi vltra casus in eis comprehensos. c. statutum de electio. libro. 6. glossa in Clementina vnica in verbo obseruare de viur. & hac ratione hoc voluit Didac. Perez in d. l. 22. titulo. 3. libro. 2. ordina. columna. 163. versiculo tertia cautela, & Anto. Gomez in d. l. 9. Tauri numero. 17. versic. ex quo etiam notabiliter infero, & Petr. Duennas eis tacitis in regula. 366. in fine vbi plurima tradit in comprobationem huius sententiae, refertque Hostien. in capit. 1. columna. 2. de testamen. contrarium tenentem, cui Ioan. Andr. & Cardi. ibi subscripserunt, eo quod donatio vel institutio huiusmodi censetur in fraudem legum facta, contra legem non dubium cum similibus. C. de legibus: quorum sententiam verior esse crederem contra Nostrates, nisi ante matrimonium contractum cum filio clerici donatio fieret, quia tunc nulla ex causa fraus presumi posset, vt recte aduertit Pet. de Duennas vbi supra. Vel dicere possumus, tunc fraudem presumi, quando alie coniecture concurrerint, non alias, vt pluribus probat rationibus Petr. Duennas in d. regula. 366. in fine. Ceterum hic examinare oporteret, an spurio alimenta debeantur & in relinquit possint a patre dicam infra eodem l. 7. & 8.

G L O S S. IX.

- 1 Clericorum filij nihil possunt habere ex bonis parentum vel consanguineorum etiam ex priuilegio principis.
- 2 Spurijs & incestuosis possunt bona patris habere ex rescripto principis cum clausula non obstante.
- 3 Mandamos les non valan. Nota legem istam, annullantem priuilegium principis confirmans relicta filijs clericorum a patre suo vel eius cognatis, adeo eorum proles est exolla legibus & canonibus, quod ipsis non proderit quoad succedendum patri & matri aut eorum cognatis, vel aliquid ab eis habendum titulo lucratiuo vel oneroso, vt hic statuitur. [ Quamuis in alijs spurij vel incestuosis aliud sit statutum: potest siquidem princeps eis relictum a parentibus confirmare, cu clausula non obstante, vt tradit Azoi in summa. C. de natural. liber. col. 2. vers. sed quid si Imperator glo. in l. 1. C. cod. tit. text. regni nostri in l. 10. tit. 13. de success. ab intest. par. 6. vt ibi eo expendit Greg. Lup. in verbo confirmasse, quod sensit Ferdi. Vazq. de successio num creatione. §. 24. nu. 6. in fi.

L E Y. VII.

- ¶ Como y quando los hijos bastardos y de dañado ayuntamiento y de frayles, y clergos, y monjas pueden succeder a las madres, o auer alimentos.
- ¶ Ley. 9. de Toro, año de 1505. por don Fernando y doña Juana.

¶ Los hijos bastardos o illegitimos de qualquier calidad que sean, no pueden heredar a sus madres ex testamento ni ab intestato, en caso que tenga sus madres hijo, o hijos, o descendientes legitimos. Pero bien permitimos que les puedan mandar en vida o en muerte hasta la quinta parte de sus bienes, de la qual podrian disponer por su anima, e no mas ni allende. Y en caso que no tenga la muger hijos o descendientes legitimos, aunque tenga padre o madre o ascendientes legitimos, mandamos que el hijo o hijos o descendientes que tuuieren naturales o spurios por su orden e grado la sean herederos legitimos ex testamento y ab intestato, salvo si los tales hijos fueren de dañado y punible ayuntamiento de parte de la ma

dre, que en tal caso mandamos que no puedan heredar a sus madres ex testamento ni ab intestato. Pero bie permitimos que les puedan en vida o en muerte mandar hasta la quinta parte de sus bienes: e no mas de la que podian disponer por su anima, y de la tal parte despues que la ouieren puedan disponer en su vida o al tiempo de su muerte los dichos hijos illegitimos como quisieren. Y queremos y mandamos que entoces se entienda y diga dañado y punible ayuntamiento, quando la madre por el tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural, salvo si fueren los hijos de clergos, o frayles, o mojas professas: que en tal caso aunque por el tal ayuntamiento no incurra la madre en pena de muerte, mandamos que se guarde lo contenido en la ley que hizo el señor Rey don Iuán el primero en la ciudad de Soria, que habla sobre la succession de los hijos de clergos supra proxima.

G L O. I.

Filij illegitimi qui dicantur? remissiuè.  
 Filij manceres, nepharij, incestuosi, adulterini, & filij clericorum qui? remissiuè.  
 Spurijs qui dicantur? remissiuè.

a De qualquier calidad que sean. Illegitimi filij dicuntur naturales, de quibus dicam in l. 9. infra eod. spurij, nepharij, incestuosi, adulterini, manceres, & filij clericorum, de quibus dixi supra eod. l. 6. glo. 3. nu. 1. & 2. & qui nati non sunt ex legitimo matrimonio, vt in authen. ex complexu. C. de incest. nup. & in prin. insti. de adoptio. l. 10. & 11. tit. 13. de success. ab intest. par. 6. l. 1. & ibi Greg. Lup. tit. 15. de filijs illegitimis par. 4. & melius ceteris exponit Conanus lib. 2. iuris ciuili. e. 16. de naturalibus liberis.

G L O S S. II.

- 1 Filius naturalis vel spurius vel ex damnato coitu natus succedit matri ex testamento & ab intestato. Fallit tribus modis numeris sequen.
- 2 Filius naturalis vel spurius non succedit matri extantibus legitimis.
- 3 Filius spurius ex coitu damnato natus, propter quem mater incurreret poenam mortis, non succedit matri.

4 Filius clerici vel monachi non succedit matri ex testamento nec ab intestato.

G L O S S. IIII.

b Heredar a sus madres ex testamento ni ab intestato. Lex ista tradit regulam cum tribus limitationibus, regula est quod omnis filius naturalis vel spurius etiam ex damnato coitu natus succedit matri suae ex testamento & ab intestato & ceteris ascendentibus ex parte matris, 2 Fallit primo haec regula, nisi mater haberet filios legitimos, hi namque excludunt naturales & spurios. 3 Fallit secundo, nisi filius esset habitus ex coitu, propter quem mater possit damnari ad mortem naturalem. 4 Tertio fallit, quando esset filius clerici vel alterius in religione professi. Quid autem dicitur iure communi, vel regio antiquiori, dicam in glossis sequentibus.

G L O S S. III.

1 Filij naturales spurij, vel vulgo quasci nullo modo succedunt matri extantibus filijs legitimis nec ex testamento nec ab intestato, sed quintam bonorum partem dumtaxat habere possunt ex bonis matris iure nostro regio. 2 Filij naturales spurij, vel vulgo quasci iure communi Imperatorum poterant succedere matri simul cum legitimis & naturalibus, nisi mater esset illustris, et filij spurij. 3 Legis nostra iustitia & l. si qua illustris. C. ad Orfic. in iustitia ostenditur. c En caso que tegan sus madres hijo, o hijos, o descendientes legitimos. Nota ex lege ista, quod filij naturales, vel spurij, vel vulgo quasci, nullo modo succedunt matri extantibus legitimis, nec ex testamento nec ab intestato, sed quintam dumtaxat partem bonorum, de qua pro anima disponere poterat, poterit eis mater inter vivos vel in ultima voluntate relinquere. 1 Iure autem communi aliud erat statutum nempe, quod filij naturales, vel spurij, seu vulgo quasci poterant succedere matri simul cum descendentes legitimis ab intestato, nisi mater sit illustris, ei siquidem non succedunt filij spurij, sed naturales tantum sic, extantibus legitimis l. si qua illustris. C. ad Orfic. l. hac parte & l. spurij. ff. vnde cogn. l. pen. ti. 12. de success. ab int. par. 6. tradunt docto. 3 omnes in l. 9. Tauri. 1 Et optima ratione lex nostra id statuit, iniquum quippe esse videtur, naturales filios ex fornicario coitu conceptos simul cum legitimis conceptis admitti ad matris successione, scriptum enim est Genes. c. 21. non erit heres filius ancillae, id est, concubinae cum filio liberae, id est, uxoris auctore Ambrosio sermo. ne. 65. c. dicit aliquis. 32. q. 4. c. non omnis. 32. q. 2. ex verbis Apostoli ad Gala. c. 4. in Genes. c. 25. scribitur de Abraham cum qua considerat Isaac filius verum concubinarum largitus est munera, & separavit eos a filio suo Isaac, quod adnotavit Ioan. Annius super Philonem li. 1. Fortun. in tract. de ultimo sine illatio, 8. d. D. Couar. de spoli. 2. par. c. 8. §. 4. nu. 15. Inferuntque iniusta esse decisionem l. si qua illustris. C. ad Orfic. que in Gallia non servatur teste Guill. Bene. in c. Raynutius verbo de vxore nu. 70. Cassa. in consue. Burgu. rub. 8. §. 3. & Carolo. de Grassalio. lib. 1. regali. Franciae. iur. 7.

1 Spurio an aliquid possit a parentibus relinqui iure communi & regio antiquo, & iure canonico & regio nouiori? 2 Quinta pars bonorum paternorum, quae filio spurio relinqui potest, si excedat eam portionem, quae cuilibet filio legitimo competit, an possit spurio relinqui, & numero sequen. Filio naturali iura iure communi relinqui potest extantibus filijs legitimis, fallit si sint filij. 12. vel plures, ibi. Filio legitimo an possit plus relinqui quam legitimo? ibidem. 3 Maritus qui ex statuto lucratur tertiam partem dotis, tunc lucrabitur cum non sit maior pars quam quae vni filiorum primi matrimonij competit. 4 Quintum extraneo relinqui an possit a patre, si excedit partem, quae vni ex filijs competit? & num. seq. 5 Quintum relinqui potest filio spurio vel extraneo etiam si filij minorem partem habeant pro legitima. 6 Spurio ex damnato coitu nato an possit relinqui a matre quinta bonorum suorum pars, extantibus legitimis?

d En vida o en muerte hasta la quinta parte de sus bienes. Iure communi & regio antiquiori pater non poterat aliquid relinqueere vel donare filio spurio auct. ex complexu. C. de incest. nup. l. pen. tit. 13. de success. ab int. par. 6. Iure autem canonico filio spurio & incestuoso relinqui possunt alimenta arbitrio iudicis. c. cum haberet de eo qui dux in matris. qua poll. per adul. Iure autem regio nouissimo pater vel mater possunt filio spurio, vel ex damnato coitu nato in vita vel in morte quintam bonorum suorum partem donare vel relinquere, quam extraneo poterat relinquere. l. 12. ti. 6. de melioratio. supra hoc lib. vbi dixi, ita Nostrates resoluunt in l. 9. Tau. vnde de lex nostra depropta fuit. 1 Sed Telli. Fer. in d. l. 9. Tau. nu. 26. 27. 28. & seq. limitat legem nostram, asserens ita demum procedere, dummodo quinta pars a parentibus spurio relicta vel donata non sit maior, quam quae vni filio vel descendenti legitimo contingerit, quod evenire poterit, si sint sex vel septem aut plures filij legitimi & naturales, ne sit melioris conditionis filius spurius quam legitimus, quod fulcit auctoritate Alberi. in auth. licet. C. de natural. libe. vbi existente sobole legitima vnicuique permittitur patri filio naturali relinquere, dummodo legitimi non sint duodecim, ex tex. in l. communium §. vlti. C. de natural. libe. idem voluit Bald. in c. per tuas nu. 2. de maio. & obedi. & Ang. in auth. qui. mod. natu. effi. sui. §. & queniā, vbi pater filio legitimo non potest plus relinquere quam filio legitimo, & licet tex. ille loquatur in legitimo pro obligatione curiae, idem est in legitimo per principis rescriptum, vbi ibi notat Ang. & in §. tribus eiusdem auct. Molin. in consue. Paris. ti. de materia feudali. §. 8. gl. 1. nu. 46. Soci. in l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 28. & ibi Iaso. nu. 108. & Eman. Costa de cens. comunem ibidem. 2. par. n. 137. cum sequ. Gomez. in d. l. 9. Tauri nu. 68. & ibi Telli. Fernan. nu. 28. & seq. vbi citat concordantes, & asserunt hoc a fortiori procedere in filio habito ex coitu damnato. 1 Nec obstat secundum

eum quod quilibet extraneus erat capax quinti: nam intelligi oportet, dummodo non consequatur plusquam filius legitimus, quod ait proprius notare Bar. in l. hac ed. etali. C. de secund. nup. vbi stante statuto, quod maritus lucretur tertiam partem dotis, intelligitur, dummodo non sit maior pars, quam quae vni filiorum primi matrimonij competit, quae sententia communis est & recepta, vt Paul. Cast. attestatur in auct. preterea nu. 4. C. vnde vir & vx. & in l. codicillis. §. matre nu. 3. ff. de lega. 2. Curti. Junior in d. auct. preterea nu. 14. Bertrand. in d. l. hac ed. etali nu. 20. cum sequen. C. de secund. nup. saltem quando simpliciter loqueretur statutum, vt ipse explicat nu. 21. Ex quo Telli. asseruerat indubitatum esse, filium hunc illegitimum non consequi quintam bonorum maternorum partem ex eiusdem matris dispositione, si plures filij legitimi adsint quam quinque. 1 Eadem ratione censet ipse Telli. nu. 30. idem esse in extraneo, quod quintum ita demum ei a patre vel matre possit relinqui, modo extraneus non habeat maiorem partem, quam vnus ex filijs legitimis arg. eorum quae superius adduximus, relinquit tamen cogitandum. 1 Sed iudicio meo, vtraque in specie parentes poterunt disponere de quinta suorum bonorum parte ad libitum, prout leges regiae eis permittunt. l. 7. tit. 12. de donatio. & l. 9. tit. 5. de legatis lib. 3. fori & l. 12. tit. 6. de meliorationibus supra hoc eodem lib. dicam infra eod. l. 9. glo. 1. num. 6. leges enim predictae eam esse legitimam filiorum statuerunt, nempe omnia bona decemta quinta parte, quare nulla eis fit iniuria, si portio legitima vnicuique filiorum, licet plures sint, relinquatur. Preterea lex nostra non facit distinctionem vllam, an sint filij legitimi duo, vel tres, vel quinque aut plures, sed indistincte statuit extantibus filijs legitimis, posse matrem filio spurio quintam relinquere bonorum suorum partem, ergo nec nos distinguere debemus. l. de precio. ff. de publicia. l. non distinguemus ff. de arbit. Rursus leges regiae auxerunt filiorum legitimam vsque ad quatuor partes, quinta relicta patri, vt de ea possit ad libitum disponere sine obligatione filijs relinquendi, nunc ergo propter multitudinem filiorum legitimam eorum augere esset profecto iniquum, maximeque; absque lege compelleret patrem totam substantiam filijs relinquere: eiq; facultatem testandi auferret contra l. 1. C. de sacros. eccles. & alias similes. Non diffiteor hoc posse a lege statui, vt quando plures essent filij legitimi, legitima eorum augetur, quod quae non esset maioris privilegij luxuria quam castitas, nec esse integrum parentibus maiorem portionem spurij relinqueere, quam legitimis, propter crimen ab eo patratum cum spurios genuit, sed hoc non disposuit, in contrarium capacem eum faciens quintae bonorum partis, vt in hac lege videmus statutum, quare sine lege hoc facere non licebit. 1 Sed an extantibus filijs legitimis mater possit filio spurio ex damnato coitu nato, propter quem poenam mortis mereretur, quintam bonorum partem relinquere? Et quod non possit ei legare quintum asseruerat Ioan. Lup. in l. 9. Tau. nu. 48. eo quod in prin. legis hoc statuitur in spurio simpliciter, & in fine cum loquitur de nato ex damnato coitu, propter quem mater poenam mortis mereretur, dicit ei posse legare quintum non existenti bus legitimis, videtur ergo, quod extantibus le-

gitimis non possit ei relinqui. Verum quia ratio eadem vtraque in specie militat, contrarium tenet Telli. Fernan. in d. l. 9. Tauri nu. 33. citatque dom. Did. Couar. hoc idem asserentem (contra Ioan. Lupi in l. 9. Tauri nu. 50.) in epitome de sponsali. 2. part. c. 8. §. 6. nu. 6. in fi. quibus ipse assentior.

G L O S S. V.

1 Spurius filius testatoris an possit ab executore testamenti eligi cui testator distributionem bonorum inter pauperes commisit? & nu. seq. & vsque ad quintum posse. 2 Spurius filius testatoris an possit ab executore testamenti eligi? 3 Spurio alimenta possunt dari ab executore testamenti paterni. 4 Spurius testatoris an possit ab executore vel episcopo haeres institui vel ei possint relinqui bona paterna. 5 Spurius filius executoris potest ab eo eligi tanquam pauper, si ei fuit commissa distributio in pauperes. e De la qual podian disponer por su anima. Ex his verbis deciditur quaestio, si pater in testamento suo bona praecipit distribuere inter pauperes vel conuictos, an possit executor testamenti eligere spurium vel incestuosum, & natum ex damnato coitu: vt quo ad quintam bonorum partem possit executor spurium vel incestuosum eligere, eam quintam partem ei assignando: quam testator potuit pro anima sua erogare & distribuere. 1 Eratque magna limitatio ad communem sententiam doctorum, qua asseritur, executor non posse eligere spurium, vel incestuosum filium testatoris bona sua inter pauperes distribuere praecipientis, ex sententia Bal. in l. id quod pauperibus nu. 34. q. 22. C. de epis. & cleri. Mouetur, quia appellatione conuictorum non continetur spurium, & quia factum executoris iudicatur perinde ac factum ipsiusmet testatoris, vt in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. ff. de leg. 2. vbi inquit iuriscōsultus, quod electus non dicitur capere ab eo, qui cum elegit, sed qui praecipit eligere, idem voluit Bald. in l. ab eo. C. de fiducia. per tex. in l. si is qui bonis. ff. de acqui. heredi. vbi qui per se capere prohibetur, nec per alium capere poterit, confert. l. 1. C. de natura. lib. eandem opinionem tenuit Bar. in l. si nu. 7. ff. de his qui. vt indig. Bertach. in tract. de episcopo lib. 4. par. 6. nu. 39. Corn. cōf. 236. nu. 10. lib. 2. Ioan. Galden. de arte testandi tit. 1. cautela. 14. nu. 9. Ioan. Lup. in l. 9. Tauri nu. 16. & in repe. c. per vestras. 3. notab. §. 24. nu. 2. de dona. int. vi. & vx. Vermondus de publicis concubinar. pag. 31. nume. 8. Guill. Bened. in rep. c. Raynutius in verbo & vxorem. §. decisio. nu. 122. de testa. Alex. conf. 54. nu. 1. lib. 7. Calcane. conf. 62. num. 7. Pet. Duenas in regula. 366. amplia. 6. Bart. consilio. 194. Nicola. Boeri. decisio. 127. nu. 14. & 15. dom. Ant. Padilla in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia nu. 2. ff. de leg. 2. 1 Quam sententiam limita secundo, nisi executor vel episcopus dederit spurio filio testatoris aliquid, quod non excedat alimenta, quia cum hoc liceat patri, ergo & executori quod voluit

Ioan. Lupi in. d. §. 24. nu. 2. Paul. & Iaf. in. l. si is qui he res. ff. de vulg. & Bal. conf. 228. in fi. li. 3. Boeri. d. decif. 127. nu. 14. in fi. est que de mente omnium supra citato rum, & hæc probatur per istum tex. vt dixi in prin. [Tertiõ limita, nisi executor ipse vel episcopus spuriũ testatoris instituerit hæredem, vel in testamento lega uerit omnia bona patris sui, hoc siquidem facere lice bit, quia ex testamento, cessat omnis suspicio fraudis l. ex edicto. §. sed hæredem. ff. de aliena. iudi. mut. cau. fact. ita censet Specul. & Ioan. And. in tit. de succes. ab int. §. 1. vers. sed quid si pater instituit, Bar. in. l. si is q. ex bonis nu. 3. & ibi Iaf. nu. 10. ff. de vulg. Imol. conf. 71. Calca. conf. §. 8. col. 1. Alex. cõf. §. 1. ad fi. li. 2. Boeri. di cta decif. 127. nu. 15. vbi citat concordantes, quod tamẽ sublimita, nisi pater spurij expresse grauasset hæredẽ vel executorem suum spurio restituere, vel tacite fidẽ præstitit de restituendo, vel nisi semper passus fuerit spurium bona possidere arg. l. sicut. §. superuacuo. ff. qui mod. pig. vel hypo. solui. ita limitant Bal. Imol. & Alex. ad Bar. in. d. l. si is qui. ff. de vulg. nu. 3. [ Exe cutor tamen testamenti bene poterit filio suo spu rio vel incestuoso pauperi aliquid dare ex bonis testa toris, qui eiusdem executoris nõ esset cognatus, quo niã hic filius videtur electus in huius elemosynã sub sidium, nõ ab executore, sed à testatore, vt expressim decidit Paul. Cast. in. d. l. si is qui nu. 5. & ibi Alexan. nu. 8. & Iaf. nu. 7. & And. Poma. ad Bart. nu. 3. Bald. conf. 75. lib. 3. Calderi. conf. 39. de testa. licet in conf. 31. voluerit contrarium Pet. de Anarra. confil. 437. qui hoc colligit ex. l. vnum ex familia. §. si de Falcidia ff. de leg. 2. vbi hoc idẽ sequitur. d. Ant. Padilla nu. 3.

G L O S S. VI.

- 1 Spurijs matri succedunt exclusis ascendẽtibus ipsius ma tris, idque & in Rota decisum fuit.
- 2 Spurijs matri illustri an succedant? Lex si qua illustris. C. ad Orficia. explicatur, ibidem.
- 3 Anque tenga padre o madre o ascendentes legitimos. Nota filios spurios succedere matri ex testamento & ab intestato, non extantibus filijs legitimis, etiam si ma ter parentes habeat, vel alios legitimos ascendentes, quod adnotauit dom. Did. Couarru. de sponfal. c. 8. §. 4. in fi. atque ita attestatur fuisse decisum in Rotã auditorio, secundum Calsadorum decisio. vnica de successio. ab intestato, nec id opinatur lege regia ab rogari: sed potius expresse hoc lege nostra deciditur, quã desumpta fuit ex. l. 9. Tauri vbi id expendit An to. Gom. nu. 10. post alios eius legis interpretes. [ Quã ipse limitat, p̄terquam si mater esset illustris, tunc etenim nõ ei succedet spurius, etiam si descẽdentes nõ supersint, vt asserit probari in. l. si qua illustris. C. ad Orficia, quã in hoc manet incorrecta. Sed limitatio nem hanc non immeritõ improbat Telli. Fern. in. d. l. 9. Tauri nu. 2. eo quod per. d. l. si qua illustris nec alibi probatur, q̄ spurij filijs legitimis deficientibus nõ suc cedant matri illustri, sed eo dumtaxat casu ei nõ succe dunt, cum legitimi filij supersint, & licet ratio illius legis generalis est, dũ dicit, nominari spurios satis in iuriosum satisque acerbũ & nostris temporibus indig

num esse iudicemus: atque ideo militare videtur tam existentibus filijs legitimis, quã eis deficientibus, sed nihilominus cum lex tantum disponat conditionali ter, & sic, iustus liberis existentibus, hæc ratio restrin genda est ad eum dumtaxat casum, ne aliã sequatur correctio iurium, atque ita. d. l. si qua illustris intellexit Ang. in. §. nouissime insti. ad Orficia. col. 2. versic. Ista autem regula fallit, & Ioan. Bap. in. d. l. si qua illu stris nu. §. 6. vers. 4. conclusio, & idem sentit lex regia n. tit. 13. de succes. ab int. par. 6. ibi, no deue heredar de los bienes della el spurio con el legitimo, quod verum esse cenleo contra Gomezium.

G L O S S. VII.

- 1 Legitimi heredes dicuntur ex testamẽto instituti, quẽ admodum & qui ab intestato succedunt.
- 2 Spurijs & naturales filij legitimi heredes dicuntur ma tri & de primo capite liberorum, non cognatorũ, prout antea erant.
- 3 Spurijs vel naturales filij an possint cõtra matris testa tamẽtũ succedere, et illud euertere si sint præteriti?
- 4 Spurijs mater an possit agere quærela aduersus filij te stamentum eam prætereuntis, vel si quid est ei reli ctum agere ad supplementum legitima?
- 5 Herederos legitimos ex testamento. Nota tex. expressũ, heredes legitimos propriẽ dici, qui in testamẽto insti tuti sunt, perinde atque qui ab intestato vocantur, quod probat tex. in. l. lege obuenerit. ff. de verb. signifi. vt ex eo deduxi contra Pinelũ in. l. 1. tit. 4. de testamẽ tis supra hoc lib. glo. 1. nu. 16. [ Nota secundo ex his verbis, filios spurios & naturales non extantibus legi timis esse legitimos heredes matri, & de primo capite liberorum, & sic confirmatur hac lege opinio Specu in tit. de testa. §. 4. versic. nunc de naturaliũ & seq. vbi dixit, quod naturales filij ex cõcubina, legitimis non extantibus, dicuntur legitimi quoad matrem, non de capite vnde cognati sicut olim, qui non habebant in bonis parentum bonorũ possessionem, idẽ voluit Bal. in. l. certum nu. 8. C. vnde cognata. Did. Castelli in. l. 9. Tauri in verbo herederos legitimos in princ. [ Dicit lex nostra quod filij spurij succedunt matri ex testa mento & ab intestato tanquam hæredes legitimi, nõ extantibus filijs legitimis. Sed dubitatur, an contra te stamentum matris agere possint, si sint in testamento præteriti vel exheredati, & testamentum maternum subuertere tanquam legitimi? Et posse subuertere res pondit iuriscõsultus in. l. si suspecta vers. de inofficiof so. ff. de inoffi. testa. in hæc verba. De inofficiofso testamẽ to matris, spurij quoque filij dicere possunt, & ibi ex eo expendunt Odofre. Alberi. Bal. Ang. Paul. & cõmu. docto. glo. vlt. & doct. in. l. si qua illustris. C. ad Orfi cia, quod addendum esse legi nostrẽ aduertit Ant. Go mez in. l. 9. Tauri nu. 12. & ibi Ioan. Lup. nu. 6. & 7. & Dida. Castelli in glo. in verbo legitimos, qui tamen di cunt, & perperam, hoc esse contra ius commune, quod lex nostra corrigit, nempe, legem vlt. C. de natural. lib. & l. si quis incesti. C. de incef. nup. quarũ prima

in successione patris loquitur, secunda successione in cestuosi, & alio casu, atque ideo nihil ad rem faciunt: Quare fatendum est, hoc idẽ iure communi esse sta tutum, vt contra matris testamentum filij naturales admittantur & spurij, vt in. d. §. de inofficiofso, vbi glo. asserit hoc etiam hodie seruari, idem voluit dom. Dida. Couar. in epito. de spõsal. 2. par. c. 8. §. 4. nu. pen. in fi. & finali. [ Idẽque erit in matre naturali & alijs ascendentibus ex linea materna, poterũt siquidẽ per querclam inofficiofsoi testamenti impugnare testamẽ tum filij eos prætereuntis, vel si quid eis fuerit relicta agere ad supplementum legitima, vt arg. d. l. si suspectu §. de inofficiofso. ff. de inoffi. testa. probat Greg. Lupi in. l. 1. in verbo los bienes de su madre vers. & poterit tit. 13. de succes. ab int. par. 6. iunctis his quã diximus in. l. præcedenti gloss. 4. in fi. Quod autem de supplẽ mento dixi probatur arg. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. & ita vidi præticari hoc in foro regio argenti no in causa hospitalis horfanorũ Hispanensis cũ qua dam Inda matre naturali cuiusdam qui dicitur hospiti le instituit, matri suã legato relicto, quod iure regio sufficit, licet non relinquatur titulo institutionis, vt latẽ probaui supra hoc lib. tit. 4. de testamen. l. 1. gl. 10. nu. §. 6. & 66.

G L O. VIII.

- 1 Spurijs ex damnato & punibili coitu nati non succe dũt matri, etiã si filios legitimos nõ habuerit, et nu. 2.
- 2 Spurijs ex damnabili & punibili coitu nati quando suc cedant matri iure regio, vel non?
- 3 Nepos ex spurio ex damnato coitu nato: an possit suc cedere auia ex parte matris?
- 4 Saluo si los tales hijos fueren de dañado y punible ayunta miento, de parte de la madre. Nota filios spurios ex dã nato & punibili coitu natos nõ posse succedere matri ex testamẽto nec ab intestato, etiã si mater filios legiti mos & naturales nullos relinquerit. [ Et quãuis hoc in distincte erat iure communi statutum, vt filij nati ex quocunq̄ coitu aliqua lege Imperiali damnato, nõ succedat matri nec patri nec alijs ascendentibus: quia erant omni legis beneficio indigni, vt in auth. ex cõ plexu. C. de incef. nup. & in. §. fi. in auth. qui. mo. nat. effi. sui & l. pen. tit. 13. par. 6. Bart. in. l. si. ff. de his qui. vt indig. 1. col. in fi. Deci. conf. 31. Gabriel Paleotus in lib. de nothis & spurij. c. 43. Modie tamen quoad ma trem hoc solum procedit, si coitus ex quo filium ha buit erat punibilis poena mortis, vt dicam in gloss. 11. & ita intelligunt Anto. Gomez in. l. 9. Tauri nu. 13. & Ioan. Lupi nu. 25. & Telli. Fernan. nu. 3. Cyfonta. nu. 2. [ Lex nostra extenditur ad auiam ex parte matris, vt nepos spurij ex dãnato coitu nati, propter quem mater incurrit poenam mortis, non possit auie succe dere, nec auia nepoti, vt latẽ probat Telli Fernand. in l. 9. Tauri nu. 24. & 25. autoritate Mathesiani de suc cess. ab int. 2. memb. 1. articul. num. 2. vers. ideo dico, & Ioan. Bap. in. l. si qua illustris nume. §. 6. vers. 1. subit etiam præfatus doct. & vers. 7. conclusio. C. ad Orfi cia. contra Soci. conf. 148. nu. 7. lib. 1.

G L O. IX.

Alimenta quã possunt filio spurio relinqui excedere non debent quintã bonorum parentum partem.

1 Hasta la quinta parte de sus bienes y no mas. Nota text. singularem ad limitandum & restringendum tex. in c. cum haberet, de eo qui duxit in matr. quã poll. per adul. vbi spurius & incestuosus debet à parẽtibus suis habere alimenta, quẽ lex nostra restringit, vt excede re nõ possint quintam bonorũ parentũ partem, dicã latius infra eo. l. seq. glo. 1. nu. 6. 7. 8. & seq.

G L O S. X.

- 1 Spurius cui à matre quinta bonorum suorum pars fuit relicta, licet sit natus ex coitu punibili poena mor tis, p̄t ad libitũ in vita vel morte de ea disponere.
- 2 Filius clerici an possit habere ex testamento matris quintam partem, si habeat, vnde se alat?
- 3 Puedan disponer en su vida o al tiempo de su muerte los dichos hijos illegitimos como quisieren. Nota legem op timam, quod relicto à matre filio spurio nato ex dã nabili coitu, ex quo mater poenam mortis meretur, si non excedit quintam eius bonorum partem, censetur ei relicto non solũ quoad vsum fructũ & alimẽta, sed quoad proprietatem, de qua spurius in vita vel in morte poterit ad libitũ disponere, vt hic dicitur. [ Et hæc quinta pars poterit filio spurio relinqui, licet sit diues, & habeat alia bona, vnde se alere possit: nisi sit filius clerici, huic enim non potest quintum relinqui sed solum alimenta, quã quintam partem nõ excedant, de quo tractat lex sequens, vbi dicam latius. Ita hanc legem intelligit Telli. Fern. singulariter in. d. l. 9. Tauri nu. 34. effectus hic erit, vt si clerici filius habeat bona vnde se alat, quintũ ei relinqui non possit, quam sententiam veram esse autumo, vt latius probõ infra eo. l. 8. glo. 1. nu. 13. 14. & 16. & tandem num. 18. distin guam ad intellectũ. l. nostrẽ & legis sequentis.

G L O. XI.

- 1 Incestus per mulierem commissus quã poena puniatur?
- 2 Lex. 2. titulo. 18. de incestu part. 7. explicatur, ibidem & num. sequen.
- 3 Incestus crimen quis dicitur incurvere?
- 4 Affinitas contrahitur ex coitu illicito. Incestus cõtrahitur ex coitu cum affini vsque ad quar tum gradũ, & quando intelligatur ibid.
- 5 Nepharius coitus poenam mortis meretur etiã ex par te femine.
- 6 Coitus inter Christianam & Iudæum, vel Mahometi cum meretur poenam mortis. Coitus qui sunt dãnati poena mortis ibid. et per totã gl.
- 7 Filius natus ex adulterio an succedat adulterã & nu. sequen.
- 8 Filius natus ex adulterio an succedat adulterã matri iure regio. Adulterã an hodie dicitur incurvere poenã mortis ibi. Filius adulterã est matri insuccessibilis ex testamento & ab intestato, ibidem.



- 8. *Filius natus ex soluta & viro coniugato succedit matri ab intestato & patri ex testamento.*
- 9. *Filius adultera per vim cognita matri succedit ab intestato.*

Por el tal ayuntamiento incurriere en pena de muerte natural. Quibus casibus incurrat foemina propter coitum poenam mortis naturalis tractat doctores in l.9. Tauri. vnde hec sumpta fuit. Primus casus est propter incestum commissum extra figuram matrimonij, mulier enim quae incestum commisit incurrit poenam mortis naturalis, vt in l.3. tit.18. de incestu. par.7. quae mulieri imponit eandem poenam, quae homini, homini autem ibi imponitur poena adulterij, quae est poena mortis, vt in l.15. tit.17. de adulterijs part.7. cuius verba sunt. *acusado siendo algun hombre que ouiesse hecho adulterio si le fuesse probado que lo fizo deue morir por ende.* Et licet aliter Greg. Lup. in d.l.3. in verbo la muger in princ. tit.18. par.7. quatenus ea lex dicit, *essa misma pena debe de auer la muger que a sabiendas hiziere este peccado*, secundum proprium & benigniorem sensum, refertur de bere ad poenam adulterij, non mortis, quae viro infligitur, sed de trahonibus in monasterium, vt in auth. sed hodie C. de adulte. & d.l.15. tit.17. de adulterijs par.7. Verior tamen est intellectus Telli Fernan. in l.9. Tauri nu.6. vt referatur ad poenam mortis, quam vir incurrit, vt ibi dicitur, cui accedere videtur idem Greg. Lupi sibi contrarius in l. pen. tit.13. in glo. magna verfic. hodie vero per l.9. part.6. [ Sed quis dicitur crimen incestus incurriere? Respon- deo is, qui consanguineam vel affinem vsque ad quartum gradum cognouit. c. lex illa. §. incestus. 36. q.1. si adulterium cum incestu in princ. ff. de adulte. notat optimè diuus Thomas. 2. 2. q.154. artic.9. §. ergo & ibi doct. insti de nup. l.1. tit.18. de incestu par.7. l.7. tit.20. de adulte. & incestu infra lib.8. vbi etiam additur poena confiscationis dimidia bonorum partis dom. Did. Couar. de sponfal. 2. par. c.6. §.8. in princ. [ Dubitat tamen Pet. Nun. Auendaño in responso.7. & iterum in dictionario in verbo incestu, an id quod de auctoritate dicunt leges illae, intelligatur non solum quando ex matrimonio contrahitur affinitas ipsa, verum etiam quando contrahitur ex illicito coitu: quod magis probat, cum ex coitu illicito etiam contrahatur affinitas, vt in c. discretionem, de co qui cogno. cōsang. vxo. suz & l.5. tit.6. part.4. ibi, quic sean casados o no, probat Couar. de sponfal. 2. par. c.6. §.7. nu.3. & §.8. num.3. in fi. vbi hanc sententiā tenet citatque Ioan. Bernar. Diez à Lucio episcopum Calagurritanū in practi. crimi. ca. noui. c.78. Deci. consilio. 158. Et quamuis mero iure hec poena incurratur, praxis tamen minorē admittit teste Pet. Nun. d. responso.7. nu.2. in fi. & sensu Greg. Lup. in l.3. tit.18. de incestu par.7. [ Idē maiori ratione fiet in nephario coitu inter descendentes & ascendentes, qui poenā mortis meretur, vt habetur Leui. c.18. & in legibus supra nu.1. citatis, quae loquuntur de incestu, & maiori ratione, idem statui oportet in nephario, qui etiam coitus incestuosus appellatur, vt in l.13. tit.2. par.4. Greg. Lup. in l. pen. gl. magna. 1. col. in me-

dio tit.13. de success. ab int. par.6. licet contrarium sentiat in l.3. ti.18. de incestu. par.7. quamuis se demū referat ad ea quae dixerat in d.l. pen. [ Tertius casus est, in filio nato ex coitu habito inter Christianā & Iudaeū vel Mahometicū, per quem incurritur poena mortis l.9. tit.24. & l. vlt. ti.25. par.7. licet Boeri. in Iudaeo dubitet decis. 316. nu.5. vt refert Telli. Fern. in d.l.9. Tauri nu.7. Quartus casus est in filio nato ex adulterio & incestu, qua in specie mater propter concursum criminum incurrit poenam mortis, vt in l. si adulterium cū incestu. ff. de adulte. vbi Bar. id notat & Greg. Lup. in d.l. pen. tit.13. par.6. in verbo natus ex damnato coitu col.1. post mediū, & Telli. Fern. in d.l.9. Tauri nu.5. Quintus casus est, in filio nato ex muliere, quae proprio seruo se iniūxit, propter quod poenā mortis meretur, vt in l.1. C. de mulie. quae propr. seru. se iniūx. Greg. Lup. & Telli. in locis proxime citatis. Sextus casus, est in filio nato ex simplici fornicatione facta per famulum cū filia, vel cōsanguinea, vel virgine, quā herus eius domi habebat. l.6. ti.20. de adult. vel incestu & stupro infra li.8. Septimus casus, in filio nato ex adulterio, nō enim succedet matri adulterae, etiā prole legitima deficiente ex sententia gl. in §. nouissimē insti. ad Officia. quā ibi sequuntur Fab. Ang. & Porc. Sali. in l. si qua illustis col.1. vers. quærit gloss. C. ad Officia. Specul. in ti. de success. ab int. vers. sed an ex dānato coitu Deci. cōf. 288. in prin. & cōf. 311. in prin. Rode. Xua. in l.1. ti.6. li.3. fori in cap. successione filiorū spuriorū ex parte matris Gabri. Paicotus in li. de nothis & spurijs. c.43. [ Iurisperitem regio est maior dubitatio, cum per legē nostrā hi dūtaxat excludantur à successione matr. §. qui nati sunt ex coitu dānato, per quē mater poenā incurreret mortis. Et tamē hodiernō videtur cā poenā incurrere, sed solū traditur marito, vt cā poenae subdat ad libitū vsq; ad mortē, vt in l.1. ti.7. li.4. fori, & in l.1. ti.20. de adulte. infra li.8. hē siquidē leges nō puniūt, sed petmittūt marito punire, quemadmodū. l. Gracchus. C. de adult. permittit marito adulteros in ipso crimine deprehēsos occidere, nō autē id faciet maritus auctoritate legis præcipientis, sed solū permittentis, vt notat gloss. in l. accusationis. C. quod met. causa quā ibi sequitur Paul. & ceteri interpretes cōmuniter Bal. in l. data opera nu.94. vers. super. 2. punēto. C. qui accus. nō poss. qua ratione in specie nostra id asseruit Gre. Lup. in l. pen. gl. magna ti.13. de success. ab int. par.6. subdubius tñ more suo. Sed nihilominus oppositū asseuerat Telli. Fern. in d.l.9. Tau. nu.12. & seq. quia nō ex permissione sed ex legis dispositionē mulier incurrit poenā mortis, cui se subdit statim q̄ adulteriū commisit, vt in l. palā. §. quē in adulterio. ff. de ritu nupt. lex quē regia cā morti dānauit, cuius poenae executionē marito cōmissit, tēquā legis & iudicis ministro secūdū diuū Tho. quē oēs sequuntur à me citati supra col.1.6. gl.1. nu.9. & 17. qui poenam mitigare & condonare potuit vxori, necesse tamē non est, vt quis poenam mortis dicatur incurriere, quod sit accusatus & condemnatus, vel executioni fuerit mandata sentētia, vt Gabriel Paicotus probat in tracta. de nothis & spurijs. c.40. numero.6. & Telli. Fernan. d.l.9. Tauri nu.12. sed satis est, quod possit accusari, & ad mortē damnari, & executio subsequi, quae omnia in huiusmodi adul-

adulterij crimine fieri possunt, aliud tamen est in casu. l. Grachus, quae marito permittit absque publica auctoritate adulteros in crimine deprehēsos occidere quae permissio non excusat occidentem à peccato vt dixi in d.l.6. glo.1. num.11. supra eod. Nostro autem casu excusatur, quia publica auctoritate lege præcipiente id facit, vt ibidem probaui num.9. & 17. quare vera sententia est vt filius adulterae sit matri in successi bilis ex testamento & ab intestato, idem voluerunt doct. omnes in l.9. Tauri. [ Quod tamen intellige, si mulier habebat virum viuū, cum adulterium commisit, secus tamen erit, si ipsa eo tempore erat soluta, nam licet accessum habuerit cum homine coniugato, poterit filius ei succedere, quia non incurrit ipsa propter coitum poenam mortis, vt notatur in l.1. C. ad l. iul. de adulte. quod voluit Sali. in d.l. si qua illustis nu.2. & ibi Corn. 2. colum. in principio & Cyfonta. in l.9. Tauri num.2. vers. item & 2. & ibi. Anto. Gomez num.14. vbi alios citat, dicitque patri coniugato posse succedere ex testamento, si proles legitima deficiat. [ Secūdō, limita nisi vxor fuerit per vim stuprata, tūc enim non extantibus legitimis, filius ex tali coitu natus matri succederet secundum Bald. in d.l. si qua illustis, quem sequitur Cyfonta. in d.l.9. Tauri numer.2. Ioann. Lupi numero.15. & Did. Castelli in glo. magna in fine, quia hoc casu non incurrit poenam mortis vt ipsi probant.

GLOSS. XII.

- 1. *Filius clerici in sacris constituti, quemadmodum non potest succedere patri nec cognatis eius, nec ex contractu aliquid capere ex eius bonis, ita nec matri succedere nec eius cognatis, nec aliquid ex eorum bonis habere poterit.*
- 2. *Filius clerici in minoribus constituti beneficium seu sacerdotium habentis vel non habentis an succedat matri vel patri.*  
*Clericus in minoribus constitutus sacerdotium seu beneficium habens potest matrimonium contrahere, perdit tamen beneficium ibidem.*
- m. *Que se guarde lo contenido en la ley.* Nota ampliatiōē magnam ad l. præcedentem, qua fuit statutum, filios non posse succedere in bonis patris clerici, nec ab eo recipere legatum, vel donationē, nec ab eius cōsanguineis, nam per hanc legem idem statuitur in successione matris, non solum si filius fuerit clerici, verū etiā religiosi vel cuiusvis monialis professi, ijs enim casibus nec ad successione nec donationem nec legatū patris vel matris venire permittitur, quod & iure cōmuni erat statutum, vt declarat Xuares in l.2. antep. colum. §. hęc in successione parentum, vers. quid autem in filio clerici, & hoc clare colligitur ex verbis legis nostrae, vt notat docto. in l.9. Tauri, vnde hęc sumpta fuit, & Ferdinandus Vazquez de successio. creatione. §.10. nu.497. [ Sed quæstionis apud Nostrates esse solet, an satis sit, quod clericus sit in minoribus cōstitutus possideatq; sacerdotium seu beneficiū, vt dif-

positio legis nostrae locum habeat, an vero requiratur quod sit in sacris constitutus? Et quod filius clerici in minoribus constituti beneficium habentis vel sacerdotium succedat patri & matri, constat duplici ratione. Prima, quia ille coitus nō est punibilis iure fori. Secunda, quia inter illius parentes poterat contrahi matrimonium: vt in capit.1 & 2. de cleri. coniuga. licet contrahendo amittat clericus beneficium, secundum Mathesila, in tract. de success. ab int. in.6. specie filiorū legitimorum nu.59. & 60. vbi deridet Bart. contrarium tenentem in l. in concubinato. 2. col. ff. de concubi. vt refert Telli. Fern. Mathesilano consentiens in d.l.9. Tauri numero.36. in fi. & 37. quibus rationibus hanc sententiam fulciunt Ioann. And. in regula sine culpa in mercurialibus colum.5. vers. ad primum quæstionis dubium, Card. & Butri. ff. col. de regu. iur. in 6. Prepos. in cap. tanta qui filij sint legit. num.12. vers. quæro. 6. Bal. in capit.1. §. naturales, si de feu. fuer. contro. int. domi. & agna. vasa. glo. in pragma. sanctione titu. de concubinarijs. §. ipsas, verbo arcere, Nicol. de Vald. in tractatu de success. ab int. colu.20. dom. Did. Couar. de sponfal. 2. par. capit.8. §.2. num.5. & §.5. numer.17. vers. nec temere diximus, Dida. Perez in l.22. tit.3. lib.1. ordina. colu.168. vers. quæritur tamen Tel. Fernandez in d.l.9. Tauri nu.35. idem attestatur Gre. Lupi ab eis nō citatus in l.1. in glo. magna paulo post prin. tit.13. de filijs legitimis par.4. quorum sententia verior est & receptior, licet contrarium asseueret Bar. in clerico in minoribus constituto beneficium habente, in l. in concubinato num.5. vers. ad quæstionē principalem. ff. de concubi. quem sequitur Panor. in cap. per venerabilem num.3. qui filij legit. Lud. de Sar. in tracta. de legitimatione. 2. part. §. de legitimatione per subsequ. matri. q.3. Anton. Rosellus lib.1. legitima. tio. colum.4. Cyfonta. in d.l.9. Tauri num.6. vers. aut non fuit natus & ibi Ioan. Lupi num.39. idem in cap. per vestras. 3. notab. §.21. de dona. int. vir. & vxo. Ex quo habes optimam limitationem ad l. nostram vt filius clerici non possit succedere patri nec matri nec cognatis parentum, intellige si sit in sacris cōstitutus, aliās secus.

LEY. VIII.

- ¶ *Que los padres siendo obligados a dar alimentos no puedan dar mas del quinto. Y a los hijos naturales puedan dar todo lo que quisieren.*
- ¶ *Ley.10. de Toro año de 1505.*
- ¶ *Mandamos que en caso que el padre o lamadre sea obligado a dar alimētos a alguno de sus hijos illegitimos, en su vida, o al tiempo de su muerte, que por virtud de la tal obligacion no le pueda mandar mas de la quinta parte de sus bienes: de la que podia dispo-*  
Ff 5 ner

ner por su anima: y por causa de los dichos alimentos no seamas capaz el tal hijo illegitimo. De la qual parte def pues que la ouiere, el tal hijo pueda en su vida, o en su muerte hazer lo q̄ quisiere, o por bien tuuiere. Pero si el tal hijo fuere natural, y el padre no tuuiere hijos, o descendientes legitimos, mandamos que el padre le pueda mandar justamente de sus bienes todo lo que quisiere, aunque tenga ascendientes legitimos. °

GLOS. I.

- 1 Spurio filio alimenta à patre sunt præstanda, etiamsi ex damnato coitu natus sit.
- 2 Filiorum etiam spuriorum educatio an sit de iure naturali. Alimenta filiorum an sint de instinctu vel iure naturali. ibidem.
- 3 Alimenta spurij debentur iure canonico, quod in foro civili seruandum est. num. 4. & seq.
- 5 Spurio filio & incestuoso loco alim. extantibus nihil ultra quintum potest pater relinquere extantibus legitimis.
- 6 Spurio extantibus filijs legitimis an possit à patre ultra quintam substantia sue partem aliquid relinqui si ad alimenta non sit satis quinta pars numero 7. & sequen.
- 8 Spurio à patre si quintum relinquatur, non reuocetur, etiam si excedat alimenta.
- 9 Filio clerici vel spurio deficientibus legitimis possunt relinqui alimenta quintum excedentia, ibi.
- 9 Spurio quando possit ultra quintum relinqui extantibus legitimis.
- 10 Alimenta spurio debita taxari debent secundum qualitatem spurij & non secundum indigentiam nature tantum.
- 11 Alimenta an taxari debeant iuxta valore bonorum an iuxta valore reddituum & quid in casu contrario.
- 12 Alimenta spurio præstanda an quintum possint excedere. Spurio an pater compellatur integrum dare quintum, si minus sufficiat ad alimenta, ibidem.
- 13 Spurio si à patre relinquatur quinta pars, an possit ab eo auocari, si excedat metam alimentorum.
- 14 Lex nostra optime explicatur.
- 15 Alimenta spurij debita vt rectè taxentur, quid oportet inspicere.
- 16 Spurius habens bona vel artem vel industriam quibus se alere possit absque dedecore an sit à patre alendus.

- Spurio relictum extra causam alimentorum est nullum, ibi. Spurius si habeat rem magni valoris & parui redditus an cogatur eam vendere, & an interim debeantur à patre alimenta, ibidem.
- 17 Spurio à patre quinta pars loco alimentorum quando possit relinqui.
  - 18 Legis nostre & precedentis verus intellectus.
  - 19 Spurio alimenta an præstare teneatur heredes patris.
  - 20 Alendi onus quando transeat ad heredes vel emptores vel donatarium omnium bonorum vel ad fiscum, & nu. 21. & 22.
  - 23 Spurius an alere teneatur auus & alij ascendentes ex parte patris.
  - 24 Alimenta an tolli possint pacto, etiã iurato, et nu. 25
  - 26 Alimenta an tolli possint per testatoris prohibitionem, & an lege vel consuetudine, et nu. 27.
  - 28 Alimenta ex quibus causis denegari possint à patre filio spurio & num. seq.
  - 29 Lex. 6. tit. 19. par. 4. explicatur.
  - 30 Spurio non succedit pater, quibus casibus spurius patri non succedit.
  - 31 Spurius an teneatur alere parentes?
  - 32 Spuria filia an pater dotare teneatur? & quando no.
  - 33 Dos spurie debetur iuxta quantitatem alimentorum & sic vsque ad 5. partem.
  - 34 Dotis excessus quando & à quibus reuocari possit, num. 35. & 36.
  - 37 Alimenta an possint in hospitali exhiberi ab eo, qui alere teneatur.
  - 38 Spurius principis an possit ab eo dotari vel institui ad libitum, & num. seq.
  - 39 Princeps vel Papa conferendo dignitatem spurio an censetur eum habilitare, & num. seq.
  - 40 Princeps quando fame censetur aliquem infamen restituere, & num. 41.
  - 42 Princeps an possit filium suum legitimare, ibi.
  - 43 Ignobili si concedatur feudum nobile vel dignitas aliqua à principe scienter an censetur nobilitatus.
  - 44 Spurio vt monasterium ingrediatur an possit a patre ultra quintum relinqui. Spuria vt monasterium ingrediatur an possit a patre ultra quintum donari, remissine, ibi.
  - 45 Spuriam an teneatur pater dotare.

Ad aler alimentos a alguno de sus hijos illegitimos. Vt optime materia hec explicari valeat, fac obsecro sequentes conclusiones. Prima conclusio, quamuis iure civili Romanorum alimenta filijs spurij ex damnato coitu natis à parentibus dari denegabatur, vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. auth. licet in fi. C. de natural. libe. auth. qui. mo. natu. effi. sui. §. pen. colla. 7. Iure aut canonico à parentibus alendi sunt, etiã si ex incestuoso vel nephario coitu nati sint, iuxta psonam filij qualitatem, vt in. c. cū haberet, de eo qui dux. in matri quā polluit p adul. Decet enim iure naturali hominē pro

pro creatū conferuari, atque ali, ne pereat. Pater verò genitor fuit, & in eo amoris causa manet iure naturali, alere ergo tenebitur filium, vt Abb. profitetur in d. cap. cum haberet num. 5. [ Itē quia filiorum educatio est de iure naturali. l. 1. §. ius Naturale. ff. de iust. & iare, §. ius naturale. l. dist. l. 2. ti. 1. par. 1. natura autē cōmunis est legitimis & spurij, l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. quisquis. C. ad. l. Iul. Maieft. Bald. in. l. vnica num. 73. C. de confess. & in. capit. 1. §. naturales, si de feudo fue. cont. int. domi. & agna. vassa. dicens legem Pompeianam de parricidis locum sibi vendicare etiam in filijs spurij, quem sequitur Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus num. 43. ff. ad Trebe. Fortun. in tracta. de ultimo fine illatio. 7. Ius igitur naturale cogens parentes educare & alere liberos commune est legitimis & spurij. Neque enim à principio quando sola natura sanciebat hominis, ante quā seip te prouenirent leges, fuit quedam differentia naturalis atque legitimi, sed antiquis parentibus antiqui filij mox vt procedebant, fiebant legitimi, vt in auth. qui. mod. natura. effi. legi. §. si quis vero versic. liceat colla. 6. & in auth. qui. mod. natu. effi. sui in principio versic. natura colla. 7. atque ideo ius canonicum considerauit hunc primum naturę instinctum, quem reduxit in necessitatem secundum Hostiē. in fi. & Anto. de Butr. num. 11. in. d. c. cum haberet dom. Dida. Couarruuias de sponsa. 2. part. cap. 8. §. 6. nu. 2. Quod verum credo, licet necessitatem istam non iure naturali inductā, sed civili asseuerent Deci. & Cagnolus in l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. alle num. 3. hic num. 6. & Claud. in. l. 1. §. ius naturale num. 4. ff. de iust. & iu. & Telli. Ferna. in. l. 10. Tauri numero. 4. adducens in probationem tex. regni nostri in. l. 2. tit. 19. de alendis liberis par. 4. ibi, Claras razones y manifestas son por que los padres e las madres son tenudos de criar a sus hijos, la vna es el mouimiento natural. & l. 1. cod. tit. ibi, piedad y deudo natural debe mouer a los padres para criar a los hijos. Quali lex sentiat necessitatem prouenire à lege civili, vt in. l. 1. & per totum. ff. de liber. agno. quo modo autem hoc intelligatur infra videbimus nume. 6. & 7. [ Secunda conclusio, constitutio iuris pontificij de alendis à patre liberis incestuosis, nepharijs, vel spurij, iuxta tex. in. d. capit. cum haberet de eo qui dux. in matri. quam polluit. per adulte. seruanda est nō solum in terris ecclesie, verum etiam in terris imperij, & in alijs regnis non recognoscentibus superiorem, non obstantibus legibus Imperatorum contrarium disponentibus: eo quod iuri naturali conformis est lex canonica, iuxta ea que diximus numero precedēti. Ex quo id asseuerant glo. in. d. capi. cum haberet & ibi, Anto. num. 11. & Panor. num. 5. & Cardia. de eo qui dux. in matr. quam polluit. per adulter. idem Panor. conf. 115. & conf. 50. lib. 2. Ange. Areti. in. §. 1. inst. t. de iu. natu. gen. & ciui. & in. §. nouissim. in. insti. ad Orfi. 1. colum. in fi. Ang. de Gabelio. in. tit. aet. de testam. fol. 27. 4. colu. nume. 5. vbi attestatur ita iudicatum fuisse in curia Marchionis de Ferrara, Nicol. de Vbald. in tract. de succes. ab int. num. 46. Petr. Cyn. Bart. & doctor. communiter in auth. ex complexu. C. de incest. nup. asserentes. d. auth. esse correctam per. d. cap. cum

haberet, Fortun. in tract. de ultimo fine illatione. 8. & in rub. ff. de iust. & iu. Corset. in reperto. ad Abb. in verbo alimento, & in singula. incip. filij spurij, Frā. Ripa, dicens hanc esse comunem in rubr. ff. de verbo. obliga. num. 58. & iterum in. l. si vnquam. q. 27. num. 68. C. de reuo. dona. & in. l. 1. numer. 65. ff. solu. matri. Ioan. Neuzani in Silua nuptiali l. b. 3. num. 25. Caro. Molin. ad Alex. conf. 74. lib. 3. litera. C. Calcane. cof. 62. num. 12. Vermondus de publicis concubinar. pag. 343. num. 62. vbi etiam attestatur hanc esse receptorē. Deci. in cap. clerici num. 4. de iudi. & in capi. in præsentia num. 115. de proba. Ioan. Lupi in rep. cap. per vestras. 3. notab. §. 9. num. 14. de dona. int. vi. vx. Alciat. lib. 4. Parergon. cap. 5. Anto. Gomez in. l. 10. Tauri numer. 38. Ioann. Galde. in tract. de arte testandi titu. i. cautela. 14. num. 13. Pet. Dueñas in regula. 367. amplia. 1. dom. Dida. Couarr. de sponsali. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 6. Greg. Lupi in. l. 5. in verbo que suben tit. 19. de alendis liberis par. 4. ibique respondet ad eam legem Dida. Perez in. l. 22. tit. 3. lib. 1. ordina. col. 163. ad finem Rolandi. à Valle plures allegans conf. 64. num. 47. Ioan. Orosius in. l. 1. §. ius naturale num. 19. ff. de iust. & iud. Anto. Padilla in auth. res quæ num. 65. C. communi. de legā. [ Quæ sententia verior est & receptor, licet plures teneant contrarium, imo quod quelibet dispositio seruari debeat in suo foro canonica in terris ecclesie, ciuili in terris imperij & ceterorum regnorū, eo quod non est materia peccati nutritiua, nec concernēs spiritualia, nec periculum anime, quā in specie ius canonicum iuri ciuili repugnans non est seruandum in foro ciuili, iuxta communes traditiones doctorū in cap. vlti. de prescrip. & in cap. nouit de iudi. & cap. pen. & fi. de secund. nup. cap. 1. de noui ope. nunciā. iūcta glo. in. cap. 2. de regu. iur. in. 6. & in cap. 2. de arbit. eod. lib. Ex quo id nūcupatim asseuerat Imol. in. l. Lutatius Titius §. in testamento in fi. ff. de legat. 1. & in. l. ex facto. §. si quis rogatus. 1. colu. §. in fi. ff. ad Trebell. Feit. in. cap. ecclesia sanctæ Marię num. 45. de constit. Segura in repe. l. coheredi. §. cum filij numer. 123. ff. de vulga. Ferdinan. Vazquez Menchaquensis de successionum creatione. §. 20. num. 313. Sed nihilominus tenēda est prior sententia tanquam verior & receptor, vt dixi. [ Tertia conclusio, iure nostro regio in casibus in quibus parentes tenentur alere spurium vel incestuosum, nihil amplius donare vel relinquere possunt quā quintam suorum bonorum partem: quam pro anima expendere possunt, licet pater ipse filios habeat legitimos vt in hac lege statuitur, quam ita intelligit dom. Dida. Couarru. in epitome de sponsali. 2. par. capi. 8. §. 6. num. etiam. 6. in fine dixi supra eod. l. 7. glo. 4. in fi. Quamuis Ioan. Lupi in. l. 5. Tauri num. 50. & sequen. hoc non concedat, si supersint filij legitimi, quod ante eum voluit Bal. in auth. ex complexu nume. 1. C. de incest. nup. & Lud. de Sardis de naturalibus liberis tit. de obligatione inter patrem & filium nu. 4. in fi. Sed prior sententia contra Bald. & Ioan. Lupi. verior est, cui adheret Rod. Xuar. in. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori versic. prædicta de naturalium successionē Pet. Dueñas in regula. 367. amplia. 5. [ Ceterum magna oritur controuerfia an filij legitimis extantibus, possit pater clericus vel laicus ultra quintam bonorum partem filio suo

suo spurio seu incestuoso aliquid donare, si quinta pars sufficiens omnino non sit ad alimenta, attenda qualitate & dignitate patris & filij? & videtur ultra quintam partem ei posse relinquere vel donare, imo ad id teneri ex æquitate canonica. d. cap. cum haberet de eo qui duxit in matris. quæ in utroque foro est seruanda, vt resoluimus supra hac eadem glo. num. 3. & 4. & quia alimenta quatenus corporis necessariam continent sustentationem, sunt de iure naturali. l. 1. §. huius studij. ff. de iust. & iu. quod est ius immutabile. §. vlti. in sti. de iu. natu. gen. & ciui. quare ad quintam partem alimēta restringi non possunt per legem nostram, si ex ea non potuit filius commodè sustentari. Suadetur hæc sententia ex. d. cap. cum haberet ibi necessaria subministrat, si igitur necessaria sunt spurij tribuenda, debent secundum indigentiam alimentari, nec restrictio ad quintam bonorum partem fieri potuit, ex quibus hanc sententiam tuetur dom. D. Couarru. de sponsali. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 8. in fi. & Didac. Perez in. l. 22. tit. 3. libr. 1. ordi. colu. 165. citant Ioann. Lupi in rep. cap. per vestras. 3. notab. §. 24. num. 7. in fi. & nu. 8. & num. 10. [ Verum Telli. Fernandez in. l. 10. Tauri num. 3. libenter ab hac opinione discedit, tum propter legem nostram, quæ expressim prohibet aliquid spurij ultra quintum relinqui, ne grauentur filij legitimi in sua legitima, item quia ius alimentandi non iure naturali prouenit, sed in instinctu naturæ, qui ad necessitatem non producit, sed in hoc oppositum asserui supra num. 2. Præterea ait Telli. etiam si concedamus necessitatem alendi esse de iure naturali, qualitas tamen educationis non potuit esse iuris naturalis: quia eo iure non erat cognita dignitas personalis, sed tantum quatenus ipsa natura erat contenta, ne fame periret. [ Quid dicendum in tanta opinionum consuetudine? Crederem neminem eorum errasse: loquuntur enim in diuersis speciebus: & imprimis Ioan. Lupi in. d. §. 24. num. 10. dicit quod vbi quinta pars excedit necessaria alimenta, non reuocatur donatio vel legatum quinti, quia indistinctè permittitur patri, quintam donare partem vel legare spurio, siue alimenta excedat siue non, de quo postea agemus. Dida. autem Perez loquitur in filio clerici, cui asseuerat prestari posse ultra quintam bonorum paternorum partem, si quinta pars ei ad alimenta non sufficit, quod certe verum est & sine dubio, cum nullum præiudicium fiat filijs legitimis, quos habere non potest clericus, nisi ante susceptos ordines fuissent concepti, hac siquidem in specie non cohartatur pater quintum filio spurio relinquere, sed eo dumtaxat casu, quo filios habet legitimos, quod constat ex verbis legis nostræ ibi, Mas de la quinta parte de sus bienes, de lo que podia disponer por su anima. ) Ecce tex. clare loquitur, vbi filij super sunt legitimi, quia ipsis non extantibus non solum de quinta parte posset disponere pro anima, verum tota eius substantiam pro anima expendere. [ Dom. Dida. Couarru. vir profecto eruditissimus in. d. §. 6. num. 8. in fi non fallitur iudicio meo, prout Telli. autumat, si recte eius verba appendantur, quæ talia sunt, igitur plurimum conducit iudicis arbitrium in his alimentis definiendis, sed & regia lex. 10. Tauri promissit patri titulo alimentorum quintam bonorum partem desig-

nare his filijs, quibus alimenta dare tenetur, quæ quidem pars si sufficiens non sit vitæ subsidio necessario erit augenda: si verò excedat illam quantitatem, quæ dignitati filiorum conuenit, minime diminuetur auctore Ioan. Lupi. d. cap. per vestras. 3. notab. §. 24. in fine. hæc tamen Couarru. ecce non ita generaliter hoc asseuerat, prout Telli. dixerat, sed eo dumtaxat casu loquitur, quo filio spurio iuxta naturæ indigentiam, quinta bonorum paternorum pars non erat sufficiens ad alimenta: vt quia adeo esset naturæ imbecillis & infirmus, vel demens aut furiosus, vt ad questum ex propria industria aut viribus faciendum esset omnino inhabilis: hac siquidem in specie si quinta pars non sufficit ad alimenta iuxta naturæ indigentiam, quæ modo contenta est teste Seneca, poterit pater necessaria alimenta relinquere, quamuis quintam bonorum partem excedat, imo ad id ipse & hæredes eius compelli poterunt, licet filijs legitimis aliquod in legitima inferatur præiudicium, modò eis alimenta non desint. Et istam credo fuisse mentem dom. Did. Couarru. vt ex verbis supra enarratis expendere poteris. Cui sententiæ suffragatur Aimò Crauette cōf. 219. nu. 8. dicit non de beri alimēta spurio splendide secundum qualitatem patris, sed secundum educationem, quæ est de iure naturali, refert etiam Iacob. de Puteo id tenentem inter cōsilia Calcanei cōf. 62. col. 5. circa mediū, & hanc dom. Did. Couarru. sententiam sic intellectam tenet & eleganter confirmat Gaspar Vaeza in libr. de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 8. num. 28. v. r. & supra dictis ad de & seq. opinio autem Telli. Fernandez vera est si eam restringas prout dom. Did. Couarru. restringit, vt diximus num. præcedenti. [ Ex quo elicio aliam & quartam cōclusionem, nempe, spurij, & incestuosi filijs iure canonico alimenta deberi iuxta parentum facultates, & perspecta filiorum qualitate: iure autem civili eatenus ipsis spurij alimenta deberi, quatenus vitæ subsidio sunt satis, ne fame aut frigore pereant: non tamen illa, quæ attenda filiorum dignitate sunt necessaria. Lex siquidem civilis alimenta negare potuit, quæ naturali iure non sunt necessario exhibenda, non quæ iure naturæ debentur vt num. præced. diximus: hæc assertio expenditur ex glossa in. l. nepos proculo in verbo dignitate. ff. de verbo. signifi. quam dixit singulararem Iaso. in. §. fi. colu. 1. & in. §. item Seruiana nu. 64. in sti. de actio. commendat Alex. in. l. si maritus. ff. solu. matri. dicens alimenta, quæ miserationis causa alii cui præstantur præstanda fore circumspecta persona illius cui præstada sunt, optimus tex. in. in. l. sed & siquid. §. sufficenter ff. de usufruct. cuius verba sunt, sufficenter alere & vestire debet, secundum ordinem & dignitatem mæcipiorum. c. cum haberet de eo qui dux. in matris. notat Imol. in. l. Nefeni. §. fi. ff. de re iudi. Areti. conf. 17. col. pen. Sed licet iure civili non deberentur alimēta spurij nisi iuxta indigentiam naturalem, nihilominus tamen in foro ciuili seruat ius canonicum, vt iuxta paternum patrimonium & spurij dignitatem & qualitatem & familiam ei debeant prestari alimenta, & ultra docto. supra citatos hoc asseuerat Anto. Gomez in. l. 10. Tauri num. 40. & dom. Did. Couarru. de sponsali. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 7. & 8. Gaspar Vaeza singulariter in. d. §. numer. 30. & 31. quod tamen non semper concedit Greg.

Gregorius Lupi per tex. ibi, in. l. 2. titulo. 19. part. 4. cuius verba sunt. *E la manera en que deuen criar los padres a sus hijos e darles lo que les fuere menester, maguer no quieran, es esta: q̄ les deuen dar que coman, e que beban, e que vistan, e que calcen, e lugar do moren: e todas las otras cosas que les fueren menester, sin las quales no pueden los homes vivir. Esto deue cada vno hazer segun la riqueza e el poder que ouiere, catando toda via la persona de aquel que lo deue recibir en que manera le deue esto hazer. E si alguno contra esto hiziere el juzgador de aquel lugar le deue apremiar prendandolo, o de otra guisa de manera que lo cumpla asi como sobre dicho es.* Ad idem confert plurimum lex. pen. ff. de alimen. & cibari. l. ga. l. si quis a liberis. §. sed si filius & §. de alimentis. & §. si quis ex his. ff. de liberis agnoscend. [ Ceterum aduertere oportet, alimenta hac in specie, & vbiunque debentur pro modo facultatum taxari & limitari de bere, non pro modo valoris bonorum, sed pro modo reddituum: veluti si in patrimonio alimentare debentis esset aliqua res magni valoris, sed parui redditus, tex. & singul. in. l. qui bonis. ff. de celsio. bono. vbi statuitur, inspicere debere estimationem fructuum vel reddituum, non proprietatis bonorum eius, qui cōueniri non potest ultra, quam facere possit, quem tex. reputat inrabilem Bar. ibi, notant & commendat Albert. Ang. & Cuma. & ceteri interpretes, illum etiam dixit vnicum Ang. Imol. Paul. & Alex. in. l. Imperator. ff. ad Trebellian. lmo. & Lancelo. Decius in. l. apud Iulianum §. hæres. ff. de lega. 1. l. aso. in. l. si fundum per fidei commissum. co. tit. Ioan. Fab. in. §. fi. in sti. de actio. Deci. in. auth. præterea fi. col. C. vnde vir & vx. Alex. conf. 100. colu. fi. lib. 1. & conf. 72. num. 7. lib. 5. vbi & Carol. Molin. in apostillis, idem hac in specie consulit Aimò Crauet. conf. 219. num. 9. lib. 2. Deci. in. l. diuus in. fi. ff. de regu. iur. Aymon Crauet. conf. 199. num. 11. Grego. Lupi, in specie de qua agimus, in. l. 2. in verbo la rriqueza in fine tit. 19. de alen. l. ber. par. 4. Anton. Gomez in. d. l. 10. Tauri nu. 40. Dicens id limitari vbi alimentum debetur titulo lucratiuo, vel ex legis dispositione, secus si ex causa onerosa ex sententia Alex. in. l. maritum. ff. solu. matri. Contrarium tamen voluit Telli. Fernandez in casu contrario, scilicet, quando filius habebat rem magni valoris & parui redditus, vt cogatur vendere proprietatem, & pater non teneatur aliis ei alimenta prestare: quia si non tenetur cum alere, quando ex sudore vultus sui questum facere potest sine decore, multo minus hac in specie, quod probat pluribus rationibus, & respondet ad contraria in. l. 10. Tauri num. 14. & 15. vide per eum. [ Iure autem nostro regio ad tollendum has ambiguitates, quintum a patre prestari posse filio spurio & incestuoso pro alimentis statuit lex nostra sumpta ex. l. 10. Tauri & non amplius filij liberi extent legitimi. Sed hæc restrictio intelligenda est in casu, in quo quinta pars non sufficit ad alimenta iuxta qualitatem spurij præstanda, bene tamen sufficit ad alimenta iuxta naturæ necessitatem & indigentiam, ne fame pereat, nam si ad hoc non sufficiat poterit, imo tenebitur, ultra quintum alimenta prestare, vt optime omnium probat Gaspar Vaeza, quem

omnino vide in lib. de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 8. num. 28. ad medium & 29. 30. & 31. Non tamen compelletur integram quintam bonorum partem dare filio spurio, si minor quantitas sufficit ad eam alendum iuxta eius personæ qualitatem & patris substantiam, solum enim lex nostra prohibet metas quintæ partis excedi, non minui, quando ad alimenta iuxta eius qualitatem præstanda, necessaria non est, ita voluit Anto. Gomez in. d. l. 10. Tauri num. 41. & dom. Did. Couarru. de sponsali. 2. par. capi. 8. §. 6. nu. 8. in fi. Ioan. Lupi in. d. §. 24. numer. 10. Gaspar Vaeza in. d. lib. de non meliorandis. cap. 8. num. 29. & sequen. 13 [ Quinimo etiã si pater filio spurio donasset quintam bonorum suorum partem, quæ tamen excederet necessitatem alimentorum habita consideratione personæ eius & qualitatis, reuocanda erat donatio & restringenda ad eam dumtaxat necessitatem: quoniam spurius nihil ex bonis paternis consequi potest præter alimenta, quæ miserationis causa à iure canonico concessa sunt, cuius concessionis limites transgredi non licet, limitata siquidem causa limitatum producit effectum. l. agecum Geminiano. C. de transactio. l. agris. C. de acq. rer. domi. ita asseuerat Bald. in. l. eam quam nu. 41. C. de fideicom. Ioann. Bap. in. l. si qua illustri num. 67. C. ad Orficia. Bart. in. auth. ex complexu. C. de incest. nup. Capici. decif. 181. num. 1. Gabri. Paleo. in. lib. de nothis & spurij cap. 45. vers. hodie quoque, Telli. Fernandez in. l. 10. Tauri num. 9. quibus ipse accedo, Quamuis opositam sententiam, imò quod si quinta pars excedat illam quantitatem, quæ dignitati filiorum conuenit, minui non debeat, asseuerant Ioann. Lupi in rep. cap. per vestras. 3. notab. §. 24. in fi. quem sequi videtur dom. Did. Couarru. de sponsali. 2. par. cap. 8. §. 6. numer. 8. in fine Anton. Gomez in. l. 10. Tauri nu. 41. ex lege illa ex qua lex nostra deprompta fuit. [ Quæ tamen nihil obstat, prohibet siquidem ultra quintam partem substantiæ paternæ, quidquid a patre dari filio spurio alimentorum nomine, ad quæ tenebatur, vbi autem alimenta non debebantur, vt quando habebat aliunde vnde se aleret, vel non tãta, & quinta pars excederet debitum alimentorum, non posset proculdubio pater eam donare vel legare: quia tunc donare vel legare lex nostra permittit, quando alimenta debentur, non aliàs, vel quatenus debentur, quia idem iuris est de parte quoad partem quod de toto quoad totum, vt in. l. quæ de tota cum similibus. ff. de reuend. contenti enim esse debent spurij iure civili incogniti & omnino exossi & alimentorum incapaces, quod iure canonico eis permittitur alimenta prestari a patre, quod eis sufficit, nec ultra alimenta eos fecit capaces, quare nimirum si lex nostra eos non reddiderit capaces: nec talis fuit sensus eius, sed quod ultra quintam partem extantibus filijs legitimis donare vel legare non possit pater spurio, etiam si inspecta eius dignitate & qualitate quintum non esset ad alimenta sufficiens. 15 [ Sed aduertere oportet in taxatione quantitatis alimentorum, considerandam esse non solum personam filij spurij, verum etiam personam vxoris, & si patre reluctantem eam acceperit, vt Ioan. Crot. notat in. l. si constanter. 2. lectura num. 11. & deinceps. ff. soluto matri. per. l. si quis a liberis. §. non tantum. ff. de l. ber. agno. & ad



& ad liberos eius (vt ibi dicitur) debet attendi, & ad ancillas & seruos, l. habitatio. ff. de ven. in poss. mittē. Grat. conf. 86. num. 20. lib. 2. Denique in taxatione alimētorum filij spurij debet haberi cōsideratio ad omnes personas, quas filius alimētandus tenetur alere, vt Telli. Fernan. aduertit in. l. 10. Tauri num. 10. & dom. D. Couar. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 4. [ Sed si filij spurius habeat vnde se aliat, vel ex operis suis & industria, vel arte aliqua, quam sine dedecore exercere possit, quēstū facere possit ad se alendum, nō tenebitur pater eum alere, vt in. l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de libe. agnos. glo. in auth. de trien. & semi. in prin. in verbo idonei, pulcher tex. in. l. si. §. ipsum autem filium. C. de bon. que libe. ibi, si inopia ex vtraque parte vertitur. Bar. & Plat. in. l. vnica. C. de mendicanti. valid. lib. 11. in fi. Anto. & Abb. num. 10. in. d. cap. cum haberet de eo qui dux. in. l. soci. cōf. 121. nu. 47. lib. 4. Ioan. Bap. Cacial. in. l. si qua illustris nu. 93. C. ad ad Orfici. Deci. singulariter conf. 576. Nicol. de Vual. de success. ab int. l. par. nu. 49. latē Aimon Crauet. cōf. 199. nu. 1. Calcan. conf. 72. nu. 14. Vbi hoc limitat nisi esset verecundia spurio talem artem exercere, Alex. cōf. 74. nu. 4. li. 2. Ioan. Lupi in. c. per vestras. 3. notab. §. 23. nu. 6. Vermondus de publicis cōcubinarijs pag. 339. nu. 8. vers. sed aduerte Cyfonta. in. l. 9. Tauri nu. 1. Petr. Dueñas in regula. 367. limi. 1. dom. D. Couar. de sponsa. 2. par. cap. 8. §. 6. nu. 9. Telli. Fernan. in. l. 10. Tauri nu. 6. & est tex. regni nostri id probans expresse in. l. 6. vbi Grego. Lupi in verbo tal menester, addit concordantes ti. 19. de alendis liberis par. 4. Ex quo infertur, quod cum hac in specie alimenta spurio non debeantur, non poterit pater quintam substantiæ suæ portionem ei relinquere: quia lex nostra hoc concedit, vt dixi nu. 14. quando alimenta à patre debentur. Nam aliàs esset facere fraudem legibus permittētibus alimenta prestari filijs spurijs, atque ideo legatum filio spurio factum extra causam alimentorum est nullum teste Aimone Crauette cōf. 219. 2. par. nu. 7. vers. ad. 4. dubium, cui hac in specie assentitur Telli. Fern. d. l. 10. Tauri num. 7. etiam filijs consentiētibus, vt ibi probat nu. 8. & sequentibus. Imo & nu. 14. & 15. hoc extendit, etiam si filius habeat rem magni valoris & parui redditus, adhuc enim eam cogetur vendere, nec interim pater eū alere tenebitur, vide eum pro vtraque parte quēstionem latē discutientem vt & dixi supra num. 11. [ Vbi autem filius spurius est pauper, vel licet aliqua sit præditus arte, eam exercere non possit sine dedecore, vel si exerceat, non possit commodē alii, iuxta plurima exempla ab Aimone tradita. d. confil. 199. poterit pater eidem spurio quintam bonorum suorum partem donare vel relinquere, vt in hac lege statuitur, modō non excedat alimenta necessaria in specta conditione & qualitate, bonis, vel industria ipsius spurij, vt Telli. Fernandez asserit in. d. l. 10. Tauri numero. 7. & 8. & dixi supra numero. 13. & 14. nec cōtrarium voluit Aimon Sabillia. d. con. 199. vt attestatur Telli. Fernan. contra. dom. Did. Couarru. de sponsal. 2. parte cap. 8. §. 6. numero. 10. vbi autoritate Aimonis asseruit, lege aliqua definiēte certam quantitatem, quam titulo alimentorum liceat patri filio relinquere, etiam spurio, posse patrem eam quan-

titatem filio legare, quamuis ipse filius habeat patrimonium, vel bona, ex quibus seipsum alere valeat, Ex quo ait accommodari intellectum legi. 9. & 10. Tauri, quibus pater poterit filio illegitimo iure alimētorum legare quintam bonorum partem, etiam si sit filius ditissimus. Sed contra dom. Didac. Couarruias expresse tenet Telli. Fernandez in. d. l. 10. Tauri numero. 6. & 7. cui libenter subscribo ex rationibus hīc & numero. 14. traditis. [ Saluari tamen potest dom. Did. Couarruias sententia, vt procedat in specie. l. 9. Tauri transcriptę in. l. præcedenti, quæ loquitur in matre, cui non ita interdicitur filijs spurij donare vel bona sua relinquere, sicut & patri. Permittit enim lex illa matri liberos legitimos habenti, filio spurio, etiam si ex dānato coitu, ex quo mater incurrat poenam mortis, natus sit, quintam partem bonorum suorum, quam pro anima erogare possit, ipsi filio relinquere: tunc nimirum poterit mater filio spurio etiam diuiti, & aliās habenti bona ex quibus se alere possit, quintā substantiæ suæ partē donare, vel legare, quia vsque ad eā quātitatē matri permittitur filio spurio dare, non miserationis causa nec loco alimētorū, sed quia non ita arctabatur mater spurij bona sua relinquere, sicut & pater, de quo lex nostra loquitur, quæ hoc non permittit patri sed prohibet vltra quintam aliquid spurio relinqui loco alimētorū, quæ ei debebantur suadēte æquitate canonica, quare vbi quinta excederet necessitatem alimentorum habita consideratione dignitatis & qualitatis spurij, minuēda erit quinta spurio legata vsque ad eam quantitatem & necessitatem, vt numeris præcedentibus satis superque probauimus, quæ summē nota ad intellectum harum, legum quas non ita inuenies ab aliquo explicatas, de quo valde miror. [ Sed dubitari solet an ius istud alimentorum transeat ad hæredes? & crederem sic esse distinguendum, aut querimus an transeat ad hæredes patris filium spurium alere debentis, an ad hæredes filij spurij. Priori casu transit ad hæredes ius alimentandi, vt in auth. licet. C. de natural. libe. & ibi Bal. adnotauit, Bart. & cōmuniter docto. per tex. ibi in. l. si quis à liberis. §. item rescriptū. ff. de libe. agnos. cen. Cyn. in. l. alimenta. C. de nego. gest. docto. in. d. c. cum haberet, de eo qui dux. in. l. matri. Cass. in consu. Burgun. ti. de successione. rub. 8. §. 3. fo. 284. col. 3. num. 3. Soci. in. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebelli. dicens ita fuisse consultum per doctissimos viros Vermondus de publicis concubi. pag. 336. num. 52. & sequent. Panormi. cōf. 115. libr. 2. Matthesila. singul. 148. Laurenti. Calcane. confilio. 62. numero. 17. Antonius Gomez in. l. 9. Tauri numero. 39. Petrus de Dueñas in regula. 367. amplia. 4. Ioann. Bap. Cacialupian. l. si qua illustris col. pen. C. ad Orficia. Soci. conf. 161. libro. 2. d. D. Couarru. in epitome de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 6. numero. 14. Gregorius Lupi per tex. ibi in verbo herederos in. l. 8. titulo. 13. de success. ab int. part. 6. quorū opinio vera est & recepta, quidquid aduersus eā cōtēderit Fer. Vaz. Mench. de successione creatione. §. 20. num. 315. [ Idem erit quoties alimenta debentur ex dispositione hominis per cōtractum vel vltimam voluntatem: onus siquidem alimentandi transit ad hæredes eius, qui alere tenebatur, vt in. l. libertis quos. §. 1. ff. de

ff. de alimen. & cibari. lega. & ibi notant docto. anti- qui, Bar. etiam in. l. 4. §. Cato num. 32. & ibi ceteri interpretēs. ff. de verbo. obliga. Anton. Gomez in. l. 9. Tauri num. 39. ad finem. [ Secundo hæc sententia procedit, etiam si fiscus sit hæres, vel bona ex tacito fidei commissio vel ex alia causa ad fiscum peruenierint: tenebitur siquidem fiscus alere filios, etiam spurios, vt tradit Ioan. Lupi in rep. cap. per vestras. 3. notab. §. 24. num. 8. & 9. Petr. Dueñas in regula. 367. amplia. 4. in fine. [ Tertio hæc assertio extenditur ad donatariū omnium bonorum, quippe qui iudicis officio cogitur filios donatoris etiam spurios alere auctore Fran. Ripensi in. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. q. 27. cui accessit dom. Did. Couarr. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 6. nume. 14. quorum sententia vera est quidquid in oppositum dixerit Ferdin. Vazqu. de successione creatione. §. 20. num. 316. non tamen transit hoc onus alēdi liberos ad priuatum emptorem, vel ad eum qui ex alio quocunque contractu bona patris obtinuit, cum nullum hac in specie detur hypothecæ ius, vt dicit dom. Did. Couarr. d. num. 14. referens Galdensem de arte testandi tit. de liberis instituendis cautela. 17. qui inaduertenter dixerat, bona parentum esse subdita tacite hypothecæ pro alendis liberis, atque ideo emptores ad hæc alimenta teneri per tex. in. l. 2. ff. de alimen. lega. Quod falsum esse insinuat, eo quod. d. l. 2. ab eo citata, locum sibi vendicat in bonis quæ expressim designantur in testamentis vel in contractibus, ad alimenta alicui exhibenda, vt Bart. ibi adnotauit, idem Bart. per text. ibi, in. l. Lutius. ff. eodem titulo Ludoui. Roma. confil. 388. Hieroyn. Gigas in tracta. de pensionibus. q. 51. dom. Did. Couarr. d. §. 6. num. 14. Simile quodam adducens de vxore, cui maritus alimēta prestare tenetur, ne prorsus agere valeat aduersus possessores ex titulo emptionis bonorum, quæ mariti quondam fuerunt: refertque ita respondisse Ioā. Gal lum. q. 122. De secundo distinctionis membro an ius alimentandi transeat ad hæredes spurij, agam in glo. 3. [ Quarta conclusio, non solum pater & mater asseriti sunt ad alēdos filios illegitimos, naturales, vel spurios, verum etiam auus & proauus, ceterique his maiores, si parentes carent facultatibus, eadem siquidem æquitatis ratio in eis viget, quod Panor. adnotauit in d. cap. cuni haberet si. col. extra de eo qui duxit in matre, quam polluit. per adult. Soci. conf. 161. lib. 2. vers. 4. & vltimo præmitto, Nicol. de Vbald. in tracta. de successio. ab int. l. par. vers. sequitur. 4. species liberorum nu. 47. sentit Bar. in. l. pen. ff. de lib. agnos. Cin. in. l. 2. C. de alend. libe. d. D. Couar. hac sequitur sententiā de sponsal. 2. par. c. 8. §. 6. nu. 16. Petr. de Dueñas in regula. 367. amplia. 7. Qui respondet ad. l. §. 19. par. 4. dicens eā legem debere intelligi iuxta rigorem iuris civilis, nō autem attentā æquitate iuris canonici, quatenus dicit, auum & proauum ex parte patris non teneri alere nepotem vel pronepotem spurium, nisi ex proprio marite id facere velint, quemadmodum eis licet et extraneos quoscunque alere, matrem verō & ceteros ascendentes ex parte matris ad id teneri, quem tex. aliter fuit interpretatus Grego. Lupi ibidem in verbo quæ suben, dicens de patre legem illam nihil decidere, cōsiderata forte æquitate iuris canonici. d. c. eū haberet.

sed de auo vel ceteris ascendētibus ex parte patris: quos liberos esse pronunciat ab onere alimentandi nepotes vel pronepotes spurios vel incestuosos, quæ in specie asserit lum. tari ius canonicum & d. capit. cum haberet beret, quod in patre dumtaxat loquitur non in ceteris ascendētibus per lineam paternam, & quia maior ratio viget in patre quā in ceteris ascendētibus vt ibi per eum, quod etiam suadere nititur Ferd. Vazquez de success. creatio. §. 20. num. 318. & 319. Sed nihilominus verior mihi videtur prior sententia & receptior, non enim video congruam rationem differentie inter patrem & ceteros ascendentes, maxime cum nō æque omnes hac obligatione astringantur, sed tunc de mum auus alere tenetur nepotem, cum patri alendi facultas non adsit, & sic de ceteris. Itaque ab initio maior ratio viget in patre, quā in auo, sed postquam de sunt bona patri, necessitas alendi incumbit auo iure naturali, quemadmodum & patri, vt ex mente & verbis Azō. expendere poteris in summa. C. de alen. lib. & ex. l. 4. tit. 19. par. 4. [ Quinta conclusio, patet filiū spurium vsque adeo alere tenetur, vt ius istud alendi, tolli non possit pacto partium, nec prohibitionē expressā testatoris, nec lege aliqua municipalī, aut consuetudine: & quod pacto tolli non possit, probat specula. in tit. qui fil. sint legi. §. 1. vers. sed pone quidam num. 12. Alberi. in. l. 1. §. ius naturale colum. vlti. vers. sed quæro, & ibi Bald. vers. quæro quid si filius. ff. de iusti. & iur. Bar. in. l. si quis à liberis. §. patris. ff. de libe. agnos. cen. Alex. in. l. si cum dotem. §. 1. num. 9. ff. soluto matri. & in. l. alia. §. eleganter num. 12. eodem. tit. [ Etiam si pactum sit iuramento roboratum vt Domi. asseruat in cap. quamuis pactum col. 2. de pactis lib. 6. Feli. in cap. ex rescripto de iureiu. num. 12. dom. D. Couarru. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 3. Sed cōtrarium credere verius ex his, quæ iuxta receptionem sententiam tradit in renunciatione alimentorum iurata. d. Anto. Padilla in. l. de alimentis numer. 5. C. de transactio. nisi postea is qui renunciauit ad vrgentem vel extremam vergat inopiam, quo casu ne fame ille depercat, poterit aduersus transactionem vel renunciationem etiam iurata venire: quæ casus hic omiffus in renunciatione fuerit arg. tex. in. l. sed & si quis §. quæsitum. ff. si quis cautio. & l. fistulas. §. frumenta ff. de contra. emp. Alcia. in cap. cum contingat nume. 192. de iureiuran. dom. Did. Couarru. in cap. quamuis pactum de pact. lib. 6. 2. par. §. 6. num. 4. Anto. Padilla in. d. l. de his. C. de transactio. num. 6. [ Secundum quod debeantur filio spurio alimenta etiam si pater in testamento prestari prohibuerit, probat Bald. in. l. id quod pauperibus vers. vltimo quæro. C. de ep. & cleric. Roderi. Xuar. in. l. 1. vers. notandum tit. 6. lib. 3. fori Dyn. conf. 9. qui pulchre respondit, patrem in testamento nō posse filium priuare alimētis sub hac conditione si cum fratribus cōhabitare noluerit, dom. D. Couarru. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 6. num. 3. [ Tertium quod dixi supra num. 24. non posse lege vel consuetudine aliqua alimenta tolli, cum iure naturæ debeantur probat Panor. in cap. vlt. de consuet. num. 12. à quo nemō discrepat teste Rochō. Curtio ibidem folio paruo 24. col. 2. dicit. Did. Couarru. d. cap. 8. §. 6. num. 4. quibus accedunt alij a Ferdin. Vazqu. citatis in libro de success. crea-

cel. creatio. §. 20. nu. 311. vbi tamē ipse tenet contrariū sequutus Decium in l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. quorum fundamenta ad rem de qua agimus non faciunt, quis enim negat legem postquam facta fuerit, et se seruandam & presumi iustam & iusta ratione factā & si rigida sit? negamus tamen eam fieri posse, atque ideo lege canonica abrogari. Ex quo idem dom. Di. Couarr. ibi plura infert in proposito & circa legitimā filijs debitam, an iure humano tolli possit: ad quem lectorem relego. Nam & Fer. Vazq. plura effudit. d. c. 20. num. 303. & pluribus alijs contra veras & receptas sententias. Non tamen omitto quod, dom. D. Couarr. d. §. 6. num. 5. versi. tertio, asseuerat, nempe, filium a patre alendum esse, etiam si vxorem honestam absque licentia patris duxerit sine dote, vt tradit Deci. conf. 231. col. pen. imo etiam ipsam vxorem, vt probat Ioā. Crotus in l. si constante. 2. lectione pen. & si. colu. ff. solu. matri. [Sexta conclusio, pater potest filio spurio alimenta denegare ex causis que ad eum exheredandum sufficiunt, vt Accursius censet in l. si quis a liberis. §. idem iudex. ff. de libe. agnoscen. in verbo detulerat, & in l. vlti. in verbo promerueris. C. de alen. liber. Panor. in capit. cum haberet num. 10. de eo qui dux in matri. quam poll. per adul. Alex. in l. 1. col. 3. ff. solu. matri. Stepha. Aufrerij in decis. cape. Tollosanæ. 77. deci. & Ferrara in l. iura sanguinis. ff. de regu. iuris Fran. de Aret. in l. 3. §. filius nu. 9. ff. de libe. & posthu. Roma. in singul. 222. Fran. Cremen. singula. 19. Gerar. de Petrasancta in singul. 1. Ioan. Lupi in l. 49. Tauri num. 9. Iaso. in l. ius autem ciuile num. 28. ff. de iust. & iu. Cassa. in confu. Burgund. in titulo des justices rub. 1. §. 4. fo. 33. colu. 1. num. 19. Pet. Dueñas in regula. 367. limi. 3. Bar. in l. diuus. ff. ad. l. Pomp. de parricid. Carol. Moline. in consue. Parisien. tit. 1. §. 30. in principio Ioan. Lupi in rep. cap. per vestras. 3. notab. §. 5. & §. 13. dom. Did. Couarruias. de sponsal. 2. part. capit. 8. §. 6. prope finem, est optimus tex. iure regio in l. 6. titu. 19. de alendis liberis par. 4. vbi & Gregor. Lupi idem notat glo. etiam ab omnibus recepta in d. cap. cum habere. [Verum enim uero summe est aduertendum, quod ex d. l. 6. in fi. titulo. 19. par. 4. expendit. D. Couarruias. d. §. 6. in fi. dicens alimenta que sunt precisse necessaria in subsidium vite, ne forte filius fame pereat, ob in gratitudinem non posse denegari, nisi ingratitude esset talis, que filium redderet morte dignum, tunc etenim priuari posset alimentis etiam ad vitæ subsidium necessarijs. Aliud mirabile colligit ex ea lege Grego. Lupi in verbo padre, quod hæres tenetur alere patrē vel filium exheredatum a testatore, quoties filius vel pater exheredatus summa laboraret egestate, quod tenuisse attestatur Ricardus doctōr antiquissimus ab Alberico relatus in l. si quis a liberis. §. parens. ff. de libe. agnoscen. ipse tamen Alberi. tenet contrarium se quutus glo. in auth. vt cum de appella. cogno. §. siue igitur per tex. in l. si quis a liberis. §. referiptum. ff. de lib. agno. qui tex. hoc non dicit, quare singularem reputat Gregorius Lupi eam legem. 6. que hoc expresse de cidit. [Septima conclusio, qua ratione spurius nō succedit patri vel matri, eadem & multo maiori, non succedit pater vel mater filio suo spurio. Sunt siquidem parentes indigniores filio, quoniam macula & inca

pacitas procedit ab ipsis, vnde nimirum si a successione liberorum repellantur, vt notabiliter resoluit Bart. in l. si. num. 4. ff. de his qui. vt indig. & clarius Bald. in l. certū. C. vnde cogna. & in auth. licet. C. de natu. libe. idem ante eos voluit Azo. in summa. C. de hæred. institutu. & C. de legi. hered. in fine, Iaso. in §. pœnales nume. 61. insti. de actio. per tex. in d. auth. licet, Guilliel. Bene. in rep. cap. Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelsiam decilio. §. nu. 113. Mathæfilla. in tract. de successio. ab intest. 2. membro. 2. articuli princip. num. 6. Vermondus de publi. concubinarijs, pag. 357. num. 77. Alexan. conf. 150. nu. 6. lib. 2. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. des successioe rubr. 7. §. 1. & 2. folio. 283. colu. 2. Ioan. Bap. Cacialup. in repe. l. si qua illustis nu. 77. C. ad Orficia. Pet. Dueñas in regula. 366. amplia. 7. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nu. 45. [Sed an spurius teneatur alere parentes suos? & Bald. negauit in auth. ex complexu. 2. lectione, & ibi Salic. C. de incest. nup. Sed contrarium voluit Bald. Nouel lus in tracta. de dote. 6. par. priuilegio. 16. num. 5. in fi. Alex. ad Bal. in d. auth. ex complexu. 1. lectura Gre. Lupi dicens hoc sibi videri verius & equius, in l. 5. glo. pen. tit. 19. par. 4. Anto. Gomez in l. 9. Tauri nu. 45. Telli Fernandez alios plures citans idem tenentes, in l. 10. Tauri num. 25. quibus accedo arg. tex. in l. 8. in fi. titu. 13. de succes. ab int. part. 6. vbi notat idem Grego. Lupi in verbo manera, Et quia inter parentes & filios legitimos. & naturales reciproca est successio & alimentorum causa, l. nam etsi parentibus. ff. de in officio. test. l. scripto. ff. vnde libe. l. si quis a liberis. §. vtrum & §. parens. ff. de libe. agnoscen. glo. notabilis communiter recepta in l. qui se patris in verbo facultates. C. vnde libe. Idem ergo esse debet inter filios naturales tantum vel spurios & eorum parētes, quos nō solum alere tenetur filius spurius, sed etiam dotare matrem, si est iuuenis, vt resoluunt Bal. Nouel. & Greg. Lupi in locis supra citatis, [Octaua conclusio, pater tenetur dotem filie sue spurie designare, perinde atque obnoxius est alimenta eidem exhibere: hæc fuit sententia Bar. in l. si. num. 7. ff. de his quib. vt indig. & in d. auth. ex complexu nu. 4. C. de incest. nup. & in l. Meuius. §. duobus nu. 18. ff. de lega. 2. quem sequitur Abb. in cap. cum haberet numer. 5. de eo qui dux. in matri. quam pollu. per adulte. Roder. Xuar. in l. i. tit. 6. lib. 3. fori. fol. 91. pag. 1. versi. & per d. cap. cum haberet. Que sententia communis est teste Ioan. Bap. in d. l. si qua illustis colu. pen. num. 65. C. ad Orficia. qui nume. 92. hoc extendit ad filiam clerici, eam siquidem pater tenebitur dotare, pro vt in vtraque specie voluit Bar. in d. l. si. & in l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de lega. 32 Guill. Bened. in repe. cap. Raynutius in verbo dotem quam ei dederat num. 43. Cyfonta. in l. 9. Tauri num. 9. & ibi Anto. Gomez num. 44. Pet. Dueñas in regula 366. limi. 5. & in regula. 367. amplia. 3. Mathesil. nota. 147. Ioan. Lupi in rep. cap. per vestras. 3. notab. §. 9. & §. 23. Ioan. Campe. de dote. 1. par. quæst. 17. Bald. Nouel lus in eodem tracta. part. 6. priuilegio. 26. Euerardus in centuria locorum legalium. cap. 29. Curt. Iun. conf. 37. colu. fi. Fortuni. de vltimo. sine illatione. 9. Cœpola cautella. 38. Soci. in l. 1. numero. 25. & Aretin. numero. 7. & Fran. à Ripa numero. 66. soluto matri. & ibi

& ibi Crotus au. 76. & Camillus nu. 119. dom. Didac. Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. c. 8. §. 6. num. 11. Iaso. in §. fuerat nu. 104. & 120. insti. de actio. Capiti. decis. 182. Boeri. decis. 127. nu. 7. dom. Anto. Padilla in auth. res quæ numer. 64. C. commu. de legat. Paleotus in tit. de nothis & spurijs. c. 49. Aimon conf. 119. libr. 2. Telli. Fernand. in l. 10. Tauri num. 12. & hæc est vera & receptissima sententia, quidquid contra eam conetur infurgere Ferdinand. Vazquez. libr. de successio num creatione. §. 20. numero. 314. sequutus Alexand. in d. l. 1. numero. 8. ff. soluto matrimo. affirmantem patrem non esse obligatum ad dotem constitutendam spurie per tex. in l. vxorem. §. pater. ff. de legatis 3. Cui respondet Fortuni. dallatione. 9. & dom. Didac. Couarru. d. capit. 8. §. 6. numero. 11. locum habere, quando filia habet bona, ex quibus possit sibi dotem constituere, tunc nimirum si pater eā dotare non teneatur, vt & sentiūt doctores superius citati. Ceterū dos non solum constituenda est a patre clerico filie sue ex bonis patrimonialibus, verū etiam ex bonis que sitis intuitu ecclesie secundum gloss. in c. omnino 31. distinctio. quam sequitur & optimè explicat Vermondus de publi. concubinarijs pag. 337. nu. 53. & 54. Ioan. Lup. in d. c. per vestras. §. 23. nume. 13. Pet. de Dueñas in regula. 367. amplia. 3. [Sed aduertere oportet, dotem filie spurie deberi iuxta quantitatem pro alimentis debitā ex ratione per præcitatos doctores tradita, & per Euerardum in centuria locorum. c. 29. & notat hac in specie Curti. Iunior cōf. 37. prope finem dom. Did. Couar. loco nuper citato. Atque ideo excedere non potest iuxta legem nostrā quintam bonorū partem, aliās quod excesserit rescabitur, vt docet optime Gaspar à Baeza in libro de non meliorandis dotis ratione filiabus. c. 13. nu. 15. citat Ripam in l. 1. num. 68. ff. solu. matri. Bald. in l. eam quam nu. 41. C. de fideicom. Bar. in l. si. §. si a focero nu. 2. ff. que in fraud. credi. Ioan. Lupi in d. c. per vestras. §. 24. num. 12. Couarru. de sponsal. 2. part. c. 8. §. 6. num. 12. Curti. Iunior conf. 35. in fi. Paleotum de nothis. c. 45. idem voluit Capiti. decis. 181. nu. 1. Ioan. Bap. in l. si qua illustis num. 66. C. ad Orficia. Boeri. decis. 127. nu. 7. Telli. Fernand. in l. 10. Tauri num. 13. [Excessus tamen iste iure cōmuni Imperatorum secundum receptiorem sententiā non poterat ab heredibus dotantis reuocari matrimonio constante, sed demū eo soluto, ne filie maritus eluderetur, qui oneroso titulo pro sustinendis oneribus matrimonij dotem possidere dicitur, vt in l. si. §. si a focero. ff. que in fraud. credi. vbi Bart. & Ange. hanc probant conclusionem Segura in repe. l. coheredi. §. cū filie numero. 130. ff. de vulga. vbi Didac. Perez addit concordantes cum alijs pluribus a me traditis supra hoc libro titulo. 2. de dotibus & arthi. l. 1. glossa. 4. numero. 2. 3. & pluribus sequen. [Hæc tamen communis assertio hac in specie limitatur, vt procedat, quoties maritus ignorabat eius vxorem spuriam esse, alioqui Bart. & communis doctrina falsa esset, siquidem etiam matrimonio constante posset dotis excessus peti, vt fatetur Ioan. Lupi in capit. per vestras notab. 3. §. 24. numero. 2. & Ripa in l. 1. numero. 97. ff. solut. matri. post C. ma. in d. l. si. ff. de his quæ in fraud. credi. & Nicol. de Vbald. de successio. ab int. 4. specie

filiorum folio. 6. colu. 1. dom. Dida. Couarru. de spōsal. 2. part. cap. 8. §. 6. nu. 12. Vermond. de publi. concubinar. pag. 341. nu. 59. [Verū contraria sententiā verior est, & apud Nostrates receptior etiam iure cōmuni, vt etiam constante matrimonio excessus dotis possit reuocari, & iure regio confirmatur per text. in l. 3. supra eod. sumpta ex l. 29. Tauri, quod latè probauit in d. l. 3. gloss. 6. & in l. 1. tit. 2. de dotibus supra hoc lib. gloss. 4. nu. 7. & nostra in specie repeti poterit excessus dotis filie spurie a patre datæ ab herede donantis, vt dixi num. precedenti, modò palām fuerit dos data vel relicta spurie, vel a fisco, si per interpositam personam per tacitum fideicommissum fuerit relicta, & sic in fraudem legis, vel a legitimis heredibus, si inter viuos pater dedit dotem, quibus non petentibus intra duos menses applicabitur fisco, arg. text. in l. 1. C. de natural. libe. ex qua id decidit Anto. Gom. in l. 9. Tauri. nu. 44. in fine, dixi in l. 6. supra eod. gloss. 5. num. 2. & 3. [Nona conclusio, pater huic iuri alendi liberos spurios vel alios non satisfaciet, si id curet & agat, vt filius recipiatur in hospitali, in quo pauperes publicè aluntur & curantur, quod patri & ipsi filio dedecori est, vt sentit Bal. in l. vnica. §. sed scimus. C. de latina liber. tollen. quem sequitur Prepos. in d. c. cum haberet, de eo qui dux. in matri. Anto. Burgon. in c. 1. de emp. & vendi. colu. penult. & Ioan. Lupi in cap. per vestras notab. 3. §. 23. nume. 9. de dona. int. vi. & vxor. dicentes alimenta præstari obnoxium, obligationi satisfacere, si curet illum recipi in domo pauperum, nisi si indecens sit, illum eo in loco alimenta percipere. Ex quo id in specie tenet dom. Did. Couar. d. §. 6. numero. 9. dicens non decere patrem, filium suum hospitali tradere: quod verum esse crederem; nisi pater adeo indigeret, vt vnde filios aleret domi non haberet, nam tunc non tenebitur vltra quam facere possit, deducto ne egat ex sententia Bernardi & Panormita. numero. 10. in d. capit. cum haberet, & probatur iure nostro regio in l. 5. titulo. 19. par. 4. tradit Petrus Dueñas in regula. 367. limitatio. 2. & hac in specie crederem filium posse a patre tradi hospitali, vbi alimenta percipere possit, sed raro continget casus iste. [Decima conclusio, filius spurius principis potest a patre suo dotari & institui, & et potest a principe donari, vt respondit Bald. consilio 456. numero. 9. libro. 1. idem Bald. consilio. 267. numero. 11. lib. 1. Nicola. Boeri. decisio. 127. numero. 17. idem Bald. in capit. 1. numero. 30. de constituto, vbi asseruit principem hoc facere posse de plenitudine potestatis, licet Barbati. ibi numero. 191. teneat contrarium, & Cassane. in consuetu. Burgund. titulo de successio. ni. §. 3. folio. 285. columna. 2. numero. 14. asserentes principem posse dotare filias suas spurias, quatenus sufficiat ad alimenta, ex sententia gloss. in d. cap. cum haberet. Sed secundum hanc opinionem nullum esset principis priuilegium, cum quilibet priuatus hoc facere posset, etiam si sit clericus, vt dixi supra numer. 32. & 33. Quare Petr. Dueñas tenet priorem sententiam in dicta regula. 366. limitatio. 7. in cuius gratiam cōgerit que ipse tradit in regula. 43. limi. §. circa plenitudinem potestatis regie, cui libeter accedo, nā si princeps habet potestatem legitimandi, eo ipso



quod instituit filium spurium, cum videtur legitima-  
 39 re, & habilem facere. [ Papa siquidem vel princeps  
 sciens aliquem esse spurium, si ei episcopatum vel alia  
 dignitatem conferant, cuius spurium capax non sit, in-  
 telligitur eum legitimize & natalibus restituere non  
 solum quoad dignitatem consequendam, verum etiam  
 quoad successione[m] actuam & passivam. Hæc fuit sen-  
 tentia Bal. in l. imperialis. §. similes. C. de nupti. & ibi  
 Barba. in aposti. & Ioh. Maria. Riminaldus ad Sal. ibi  
 dem, Alex. idem voluit in l. quidam consulebat. ff. de  
 re iudi. num. 8. Iaso. in l. Barbarius notab. 6. & vlti. ff.  
 de offi. præto. Vermondus de publi. concubinarijs pa-  
 gi. 332. num. 46. vbi in Papa hoc limitat, vt censetur  
 quoad spiritualia legitimatus, vel in terris duntaxat  
 ecclesiæ quo ad temporalia, quod etiam voluit Ludo.  
 à Sardis in tracta. de natural. liber. titu. de legitimo  
 40 ne per rescriptum quæ. 4. nu. 5. & 6. & 11. [ Pro hac  
 opinione adduci solet tex. in d. l. imperialis. §. similes.  
 C. de nupti. vbi qui à principe cõsequitur dignitatem  
 tacite videtur restitutus ad famam, sine qua perueniri  
 non potest ad dignitatem, in famibus siquidem clausæ  
 sunt portæ dignitatum, vt in l. 2. C. de dignita. lib. 12.  
 concessa ergo censentur omnia, per quæ ad dignita-  
 tem peruenitur. l. ad legatum & l. ad rem mobilem. ff.  
 de procura. l. illud. ff. de acq. hæredi. d. §. similes vbi gl.  
 & Bal. & quia concessa re aliqua censetur remotu ob-  
 staculum, quod impediret effectum concessione[m], ex  
 quo ibi Bal. in fine dicebat, quod si princeps aliquem  
 infamen scieter in suum consiliarium accepit, eo ipso  
 est famæ restitutus, quia cum principis comitatus illu-  
 41 strat. l. 1. C. de præpositis laborum lib. 12. [ Eandem  
 sententiam instituit tex. optimus in l. idem Vlpianus  
 §. si. ff. de excusat. tuto. vbi rescriptum principis sci-  
 us aliquem esse tutorem, quo eum permisit alibi trans-  
 migrari, liberat eum à tutela, cõfert etiam tex. in d. l.  
 quidam consulebat. ff. de re iudi. & l. 3. in fi. tit. 4. par.  
 3. Ex quibus communiter doct. expèdunt Papam dis-  
 pensare videri, quatenus potest, quoties promouet  
 aliquem scienter contra ius, auctore Innocentio in c.  
 diuersis fallacijs de cleri. coniuga. cui subscripsit Bart.  
 in l. Barbarius per tex. ibi num. 12. & ibi Iaso. attesta-  
 tur communem notab. 6. Fel. in c. si quando nu. 6. &  
 ibi Mar. Azpil. exceptione. 9. pag. 29. de rescrip. Ang.  
 in d. l. quidam consulebat in fi. ff. de re iudi. faciunt cõ-  
 gesta per fel. & Deci. in c. cum inter de exce. quibus  
 in locis traditur quando dicatur princeps aliquid ex-  
 certa scientia facere. At in specie, de qua agimus, con-  
 stat aperte principem non ignorare eum, quem insti-  
 tuit hæredem vel cui donationem fecit esse filium  
 suum spurium: conuincitur ergo, quod donando vel  
 hæredem instituendo eum legitimasse videatur, vt ea  
 42 pax reddatur relicti & donationis. [ At si quis obie-  
 cerit, quo pacto poterit princeps maculam propriam  
 abolerè, quam culpa sua in filium spurium iniecit?  
 non ergo equum est eum posse spurium propria au-  
 thoritate legitimare, sed ad superiorem debere recur-  
 rere, vt id agat, vt extra de pœnitent. distinet. 1. per to-  
 tum. l. rescriptum. C. de preci. inpera. offer. Respõde-  
 re obiectioni licebit, quod si est princeps nullum re-  
 cognoscens superiorem, vt in rege Hispaniæ & Fran-  
 ciæ, poterit proprium filium legitimare, quia nullum

habet superiorem in temporalibus, ad quem recurre-  
 re possit, vt probat optimè Ludo. à Sardis in tracta.  
 de natural. liber. titu. de legitimatis per rescriptu nu-  
 43 mero. 6. quæstio. 3. [ Nec omittere, quod in hanc ean-  
 dem sententiam adducit Tiraquell. in libr. de nobili-  
 tate cap. 7. numero. 14. dicens, quod si Imperator vel  
 Rex in regno suo, vel etiam alius, qui ius habet conse-  
 rendæ nobilitatis, concesserit feudum regale ducatus,  
 vel comitatus, vel aliud nobile ignobili cuiquam, quæ  
 non ignorat esse ignobilem, censetur eo ipso ei conce-  
 dere nobilitatem, arg. eorum, quæ notantur in d. l. qui  
 dam consulebat. ff. de re iudi. Quod si alius cui id ius  
 non sit, ea feuda cõcesserit, non videt, quemodo dici  
 posset fuisse nobilitatos eos cui concessa fuerunt, nisi  
 princeps, qui hoc ius habet, consumauerit, in quam  
 sententiam citat Andr. de Ysern. in capit. 1. §. si vero  
 contigerit circa medium titu. de pace iur. m. firm. Za-  
 fi. in tracta. feudorum. 5. part. capit. 2. ad n. edium, Ca-  
 rolum Moline, in consue. Parisien. titulo. 1. §. 9. glo. 3.  
 44 [ Undecima conclusio, Pater relinquere potest filio  
 suo spurio aliquid ultra alimenta, sub conditione si  
 ingrediatur monasterium, valet siquidem huiusmodi  
 legatum ex sententia Guillelm. de Cun. & Bald. nu-  
 mero. 3. in l. 1. C. de sacros. eccl. quos ibi sequitur An-  
 dr. de Visetis in repe. numero. 111. nam quemadmodu  
 filius legitimatur per oblationem curiæ, vt in auth.  
 qui. mod. natu. effi. sui. §. si quis igitur colla. 7. ita per  
 oblationem monasterio factam, vt ibi resoluit Bald.  
 quem sequitur Alexand. in addi. ad Bart. in l. cum  
 quis. C. de natural. liber. & in l. necessarijs numero  
 13. & ibi Frã. de Aret. ff. de acq. hæred. Cyfonta. in l. 10  
 Tauri num. 15. Hyp. pol. Marfi. in singulari. 273. Iacob.  
 de S. George in auth. nõ licet num. 11. C. de libe. præ-  
 te. Pet. Ducnas in regula. 366. lim. 3. Sed an pater possit  
 filia suæ spurie dotem constituere, vt monasterium  
 ingrediatur, ita vt alimenta excedat, tractat optimè  
 Gasp. Bac. in lib. de non meliorãdis dotis ratione filia-  
 bus. c. 14. quærens an filia legitimam possit in præiudi-  
 cium aliorum filiorum ultra legitimam relinquere, &  
 45 resoluit non posse piuribus rationibus, quas huic quæ-  
 stioni accommodare poteris. [ Et quod pater cam-  
 teneatur dotare pro ingressu religionis tenet Bal. in  
 l. pactum quod dotali. 20. quæstio. C. de collatio. Par-  
 pili. in rubri. ff. solu. matri. numero. 5. Bart. à Bartu-  
 lianis in l. 1. numero. 22. ff. solu. matri. Telli. Fernandez  
 in l. 10. Tauri numero. 12. in fine,

GLOSS. II.

b Mas de la quinta parte de sus bienes. Repete hic quæ dixi-  
 ximus in gloss. præcedenti numero. 5. 6. & 7. 8. & 9.  
 12. 13. 14. 17. 18. 33. 38. & 44.

GLOSS. III.

6 Spurius si non disposuit in vita vel in morte de quinto  
 sibi relicto pro alimentis an transeat ad hæredes  
 des, an ad hæredes patris.

Alio

- 1 Alimenta vita finiuntur et ad hæredes non transeunt.  
 Alimenta spurio relicta an morte finiuntur? ibidem.
- 2 Alimenta filijs naturalibus relicta, quibus proprietates  
 legari potest, non finiuntur morte, sed proprietates rei  
 designatæ ad alimenta ad hæredes legatarij trans-  
 mittitur.
- 3 Spurio res legata pro alimentis iure regio ad eius hæ-  
 res transmittitur.
- 4 Legis nostræ limitatio triplex.  
 Spurio alimenta à patre relicta quando ad hæredes spu-  
 rij non transmittantur: ibidem.
- 5 Spurio an possit pater grauamen restituendi post mor-  
 tem apponere in quinto ad alimenta relicto.

El tal hijo pueda en su vida o en su muerte hazer lo q̄ qui-  
 siere a por bien tuuere. Id iuris notissimum est, alimenta fi-  
 lijs legata vel donata seu tradita ad hæredes filiorum  
 minime pertinere, non quidem ratione alimentorum,  
 quippe quæ vita finiuntur. l. cum hi. §. si vni. ff. de trá-  
 factio. l. dominus. §. si. ff. de usufruct. nec ratione pro-  
 prietatis, quia illa filijs spurij à patre donari vel relin-  
 qui non potest. §. si. in auth. qui mod. natura. effi. sui  
 l. 10. tit. 13. par. 6. l. 6. cum ibi dictis supra eodem. Nullo  
 ergo iure ad filiorum hæredes spectant bona illa, quæ  
 pater eis pro alimentis legauit seu assignauit, ita doc-  
 cet Bald. in l. eam quam numero. 41. C. de fideicom. Ioa-  
 n. Bap. in l. si qua illustris colu. pen. C. ad Officia.  
 Anto. Gomez in l. 10. Tauri nu. 42. & Telli. Fernan-  
 ibi numero. 16. & sequentibus dom. Dida. Couarru.  
 de sponfal. 2. part. c. 8. §. 6. nu. 15. Itaque iure communi  
 si filij ex fructibus seu redditibus rei ad alimenta de-  
 signatæ alij possent, illius rei dominium mortuis filijs,  
 ad patrem vel eius hæredes reddibit, vt præter præci-  
 tatos doctores, voluit Ioan. Lupi in repe. c. per vestras  
 de dona. int. vi. & vx. notab. 3. §. 24. num. 5. [ At in  
 alijs filijs naturalibus quibus proprietates eo iure legari  
 poterat, erat secus, ad hæredes siquidem legatarij tran-  
 sibat proprietates, licet ex fructibus filius potuisset ali-  
 secundum receptionem sententiam, quam communè  
 esse fatentur Thom. Ferrar. cautela. 2. & Paul. à Mon-  
 tepico in l. Titia cum testamento. §. Titia. ff. de legatis  
 2. dom. Dida. Couar. in epitome de sponfal. 2. par. c. 8.  
 §. 6. numero. 15. licet ab his dissentiat Carol. ~~in~~  
 5 in Alexand. consil. 223. lib. 2. [ Quinetiam si res ad  
 alimenta spurio relicta in estimatione proprietatis nõ  
 excedit quantitatem alimentis necessariam, ad hære-  
 des filij eam rem transire probare conatur Rode. Xua-  
 rez in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori versic. secundum est. Sed hoc  
 apertius per legem nostram & præcedentem expedi-  
 tum est, quibus sancitum est, quintam bonorum pa-  
 ternorum partem, quæ loco alimentorum filijs relin-  
 qui potest, ad hæredes vel successores filij spurij, cui re-  
 licta fuit, proculdubio transire, vt ex præcitatis legibus  
 expendit Didac. Castelli in d. l. 10. Tauri in verbo lo-  
 que quisire & in l. 9. in verbo como quisieren, & ibi  
 Anto. Gomez numero. 42. & Telli. Fernandez num. 16.  
 4 17. & 18. dom. Did. Couar. d. §. 6. numero. 15. [ Quam  
 assertionem limita, nisi ex expressa vel tacita volunta-  
 te testatoris colligatur, noluisse quintum spurio lega-

tum ad hæredes eius transmitti, vt si quid annuum le-  
 gavit, quod vita finitur, vt in l. cum hi. §. si vni. & §. 5.  
 vult igitur versic. modus autem. ff. de transactio. vel  
 quando fructus alicuius prædij qui sufficiunt ad ali-  
 menta legantur. [ Vel si pater filium suum grauauit,  
 vt post mortem restituat alicui bona sibi ad alimenta  
 legata, quintam suæ substantiæ partem non exceden-  
 tia, tenet enim grauamen hoc quatum ad id, quod ex-  
 cedit alimenta, non enim cogitur pater integrum bo-  
 norum quintum spurio relinquere, si minor pars suffi-  
 ciat ad alimenta, vt fatetur Anto. Gomez in l. 9. Tauri  
 num. 41. versic. præterea, licet contrarium asserat, imo  
 quod grauamen hoc non valeat, in d. l. 9. Tauri num.  
 43. cuius sententia vera non est, vt arbitror; nisi vbi  
 quinta pars spurio relicta sit ei necessaria ad ali-  
 menta, quod sentire visus fuit Telli. Fernan. in l. 10. Tauri  
 num. 15. & 18. versic. sit tertia conclusio. [ Vbi autè spu-  
 rius non disposuit in vita vel in morte de hac quinta  
 parte loco alimentorum sibi relicta, non reuertetur ad  
 hæredes patris, sed ad legitimos hæredes spurij ex do-  
 ctri. Bald. in l. 1. in fin. versic. vltimo quæro. ff. de pact.  
 vbi facultas nominandi aliquem in emphiteusi transit  
 ad hæredes eius, qui non nominauit. l. 4. C. de cont. &  
 cõmi. stipu. Dec. conf. 578. nu. 10. Ari. Pine. in l. 2. C.  
 de bon. mater. num. 11. & sequi. Telli. Fernandez in l. 10.  
 Tauri in fi;

GLOSS. IIII.

d Pero si el tal hijo fuere natural. Quis dicatur filius natu-  
 ralis tractat lex sequens vbi dicam, & quæ ad eius suc-  
 cessione[m] ab intestato spectant.

GLOSS. V.

- 1 Naturales filij iure communi non excludebant ascende-  
 tes, quoniam relicta eis legitima non alia, poterat  
 pater eis legare totam substantiam.
- 2 Naturales filij à patre instituti excludunt omnino as-  
 cendentes iure regio.
- 3 Naturales filij non rumpunt patris testamentum, nec  
 succedunt contra illud.
- 4 Naturales filij stante legitimo qui successione patris re-  
 nunciamt an possint patri succedere: remissiuè.
- 6 Aunque tenga ascendientes legitimis. Lex nostræ est cor-  
 rectoria iuris communis, quo iure patri non permette-  
 batur, existentibus ascendentes legitimis ultra  
 duas suæ substantiæ partes aliquid naturalibus relin-  
 quere, debebat enim tertiam partem bonorum ascen-  
 dentibus referuare (quæ erat legitima eorum, vt in auth.  
 de trien. & semille §. 1.) quod expressim erat disposi-  
 tum in auth. licet. C. de naturali. liber. [ Hodie autem  
 per legem nostram excluduntur omnes ascendentes,  
 si pater filij naturalis ei voluerit omnem substan-  
 tiam relinquere, itaque ex testamento in defectum  
 descendentes, erit filius naturalis capax; sicut le-  
 gitimus, quod notant doct. omnes in l. 10. Tauri  
 vnde hæc desumpta fuit, maximè Telli. Fernandez  
 Gg 2 num. 19.



3 **nm.19.** [ **Contra testamentum autem patris in nihilo succedunt naturales, etiam si legitimi filij non superint, nec rumpere possunt patris testamentum (licet ab intestato vel ex testamento succedant), ut hic statuitur] glo. est singularis hoc probans in l.1. in verbo naturales. ff. de bon. poss. con. tabi. quam dixit vnicam Dyn. & Alberi. & singularem Bar. & communiter docto. Paul. Cast. in l. si qua illustris. & ibi Sali. nu. 2. C. ad Officia. Anto. Gomez in l.9. Tauri nu. 21. qui citat concor. & plures alios citat Ferd. Vaz. Mencha. lib. de successio. creatione. §. 10. num. 339. vbi communem sequitur, & Tirac. in rep. l. i. v. inquam in verbo susceperit libero. num. 47. Deci. in l. 2. num. 9. C. de bon. poss. con. tabi. dom. D. Couar. in epitome de sponsal. 2. par. c. 8. §. 3. nu. 15. in fi. & num. 16. Marcus Salo. n. Burgen. in l. 3. Tauri. 1. parte. 2. conclu. nu. 296. alia est glo. similis in §. tanu autem naturales in fi. de inoffic. testa. pro quibus est tex. expressus in l. vlti. C. de naturalib. & in l. 8. versic. per. tit. 13. de success. ab int. par. 6. [ **Sed an extante filio vel filia legitima, que successioni paternae renunciauit, admittatur ad successionem patris filius eius naturalis? discutit optimè Telli. Fernandez in l. 10. Tauri nu. 20. 21. 22. 23. & 24. vide etiam, alibi dicam infra eo. l. seq. glo. 1. nu. 8.****

L E Y. I X.

¶ *Quales se dixerint hijos naturales.*

¶ *Ley. 11. de Toro.*

¶ **Porque no se pueda dudar, quales son hijos naturales. Ordenamos y mandamos: que entoces se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que nascieren o fueren concebidos, sus padres podian casar con sus madres justamente sin dispensacion, b con tanto que el padre lo reconozca por su hijo: puesto que no aya tenido la muger de quien lo vuo en su casa, ni sea vna sola: ca corriendo en el hijo las calidades suso dichas, mādamos que sea hijo natural.**

G L O S S. I.

- 1 *Naturales filij succedunt ab intestato in duabus vncijs, & quid iure antiquo?*
- 2 *Naturales filij non succedunt extantibus filijs legitimis ab intestato vel legitimatis.*
- 3 *Filij legitimati & adoptiui excludunt naturales ab intestato, ibidem.*
- 4 *Naturales nepotes & alij descendentes, legitimis non extantibus succedunt ab intestato in duabus vncijs.*
- 5 *Nepotibus in auth. qui. mod. natu. effi. sui & l. 1. de*

- 6 *Naturales filij excludunt ascendentes legitimis ex testamento iure regio, ibidem.*
- 7 *Naturales filij extantibus legitimis in quo possint patri succedere ex testamento iure comuni & regio.*
- 8 *Naturali filio an possit a patre quintum relinqui extantibus filijs legitimis?*
- 9 *Naturali an possit a patre ultra quintum relinqui ex consensu legitimorum, & quid in spurio?*
- 10 *Naturales an possint institui si legitimus renunciauit hereditati?*
- 11 *Filios non extare vel extare, & non posse succedere paria sunt, probatur optimè ibidem.*
- 12 *Nepos naturalis an possit aucto succedere ex testamento extantibus vel non extantibus legitimis.*

a **Ser los hijos naturales. De successio. nibus spuriorum vidimus in legibus præcedentibus, restat nunc de successione filiorum naturalium tractare, in qua tractatione facio sequentes conclusiones. Sit prima conclusio, filius naturalis ab intestato patri non succedebat, nec erat iure antiquo Digestorum & Codicis cognitus quoad successionem, vt in l. humanitatis. C. de natural. libe. Iure verò authenticorum succedit in duabus vncijs, hoc est, in sexta parte bonorum, deficientibus filijs legitimis, & deficiente vxore propria ipsius patris, & matri spurij superstiti virilis portio eiusdè competit. 6. partis, vt in auth. licet. C. de natur. libe. vbi gl. & doct. omnes, text. etiam in auth. qui. mod. natu. si effi. sui. §. si quis autem defunctus colla. 7. & in auth. de trien. & semi. §. consideremus vers. intestato colla. 2. Iure verò regio Partitarum idem est dispositum, quod & iure authenticorum, præterquam quod vxor patris non excludit filios naturales à successione paternam in dictis duabus vncijs, modò filij legitimi non ad sint. l. 8. & 9. tit. 13. de success. ab intest. part. 6. Roderi. Xua. in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori vers. viso qui dicantur spurij fol. 87. dom. Did. Couar. in epitome de sponsal. 2. par. c. 8. §. 4. nu. 9. & Anto. Gom. in l. 11. Tauri num. 4. [ **Secunda conclusio, filij naturales succedunt patri in duabus vncijs, si non supersint filij legitimati per principis rescriptum, quod deducitur ex d. auth. licet, quæ sobolem civilem exigit ad naturalium exclusionem, & conuincitur autoritate Bald. in l. eam quam nu. 26. C. de fideicom. & in l. cum accutissimi nu. 6. cod. tit. de iuris statutum de legitimis loquens habere etiam locum in legitimatis per principis rescriptum: quanto ergo fortius id dicimus procedere in legum comuniū interpretatione: ita adnotauit Bal. in l. quisquis. C. ad l. lul. maie. Hinc etiam infertur idem dicendum fore in filijs adoptiuis, vt eis extantibus naturales ab intestato in nihilo succedat, quod asserit Nicol. de Vbal. in tracta. de successio. ab intesta. column. 11. & Ioan. Baptist. de sancto Seuerino in l. si qua illustris fol. 3. columna 3. C. ad Officia. dom. Did. Couar. de sponsa. 2. par. c. 8. §. 4. numero. 9. & Grego. Lupi in l. 8. titulo 13. part. 6. in verbo dos partes. [ **Tertia conclusio, nepos******

pos naturalis & legitimus ex filio naturali cõceptus, vel nepos naturalis ex filio legitimo conceptus vel ex alio naturali succedit aucto ab intestato in duabus vncijs, legitimis filijs deficientibus, & denique ea quæ numeris præcedentibus diximus procedere in filijs naturalibus, locum obtinent in nepotibus. l. vltim. vbi Odofred. & Cin. C. de natura. libe. & ibidem Bald. & Salice. text. in c. causam quæ. 1. & c. lator & c. ex tenore, qui filij sint legi. notat Ange. per text. ibi in auth. de hered. ab intest. veni. §. reliquum versic. ex diuerso, Bald. in l. fi. C. de reuendi. Deci. conf. 311. Azo in summa. C. de natura. lib. gloss. in auth. qui. mod. nat. effi. sui. §. nepotibus, Ioan. Bapt. Cacialupi in d. l. si qua illustris numero. 39. contra Guillelm. Benedi. in repe. cap. Raynutius in verbo & vxorem numer. 700. de testamen. qui oppositum asseruit per text. in d. §. nepotibus, & in d. l. vltim. in fi. C. de natur. libe. Quibus respondet dom. Dida. Couar. d. §. 4. numero. 10. in fine dicens, id tatum ibi probari, nepotes etiam legitimis ex filio tantum naturali intestato aucto non succedere, vt legitimis: non tamen negant dictæ leges, eos posse succedere vt naturales, idem voluit Anto. Gomez in l. 9. Tauri num. 6. & Grego. Lupi in l. 8. glossa. 2. tit. 13. de success. ab intest. part. 6. Rode. Xua. in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori vers. hæc de filiorum naturalium successione in prin. fol. 88. Arius Pinelus hoc latè differens in l. 3. num. 20. & sequentibus. C. de bon. mater. & hæc est verior, æquior, & receptior sententia. [ **Quarta conclusio, pater filium naturalem habens potest iure Codicis ei relinquere dimidiã suã substantiã partem deficientibus descendentes vel ascendentes legitimis, vt in l. humanitatis. C. de natura. lib. Hodie verò hac in specie poterit pater omnia bona sua filio relinquere in vita vel in morte, vt in auth. licet. C. de natura. lib. auth. qui. mod. natu. effi. sui. §. ne igitur versic. si verò filios colla. 7. l. 8. tit. 13. part. 6. Quinetiam si pater habeat ascendentes legitimis, potest naturalem filium heredem instituere, modò ascendentes legitimam reliquerit. d. auth. licet. C. de natura. lib. vbi gloss. communiter recepta auth. quib. mod. natu. effi. sui. §. si vero habuerint. l. 8. tit. 13. part. 6. & ibi notat Grego. Lupi in verbo ascendentes. Legitima autem ascendentium est tertia pars bonorum descendentium, secundum communem opinionem interpretantiū auth. nouissima. C. de inoffi. testam. Iure tamen regio duræ ex tribus partibus sunt legitima ascendentium, vt in l. 1. supra eodem. Hæc tamè cõclusio in his regnis iam est omnino sublata per legem supra proximam: vbi pater potest filios naturales in omnibus bonis heredes instituere nulla parte parentibus relicta, vt ibi dixi in gloss. §. est etiam tex. in l. 1. prope finem tit. 6. lib. 3. fori. [ **Quinta conclusio, pater filium naturalem habens, legitimis etiam extantibus, potest ei in testamento vnciam, id est, duodecimam bonorum suorum partem relinquere: ex qua virilis portio matri eius competit, si sola cõcubina patris fuerit, non aliã, vt in l. 2. & autem. nunc soli. C. de natura. liber. & in l. 8. tit. 13. part. 6. sed concubina deficiente poterit pater integram vnciam filio naturali relinquere, secundum gloss. & Alber. in d. l. 2. est que tex. regni nostri in d. l. 8. tit. 13. part. 6. dom. D. Couar. de sponsa. 2. par. c. 8. §. 4. nu. 11. quorum****

sententia vera est, quidquid aduersus eam contenderit Ludo. Sard. in tract. de legitimat. 3. par. q. 1. Hodie verò iure regio nouissimo pater poterit filio naturali quintam bonorum suorum partem legare, etiam legitimis filijs extantibus, vt in l. 7. supra cod. sumpta ex l. 9. Tauri, & ante eam legem id quandoque fuisse hoc in regno obseruatū insinuat. Rod. Xua. in l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, idque obseruari ait Couar. d. §. 4. nu. 11. & Grego. Lupi in l. 8. tit. 13. in verbo la vna ad fi. par. 6. vbi resoluit quintam dumtaxat partem ei posse relinqui, nõ verò vnciam & supra vnciam quintam, quod verum est. [ **Quã conclusio nẽ limita singulariter, nisi testator quinque haberet filios legitimis, quia tunc pater non posset filio naturali quintã bonorū suorum partem relinquere, ne plus habeat naturalis quã legitimis, arg. l. communium in fi. C. de natura. libe. vbi hoc filio naturali etiam per oblationem curiẽ legitimato patet relinquere non potest, & in auth. de nup. §. & quoniã varie. Quod in specie iuris communis, quo vnciam tantum relinqui poterat, hoc nuncupatim asseruit Alberi. in auth. licet. C. de natura. lib. cui accedit Rode. Xua. in d. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori vers. viso qui dicantur filij spurij fol. 87. & Greg. Lupi in d. l. 8. tit. 13. in verbo la vna, par. 6. Telli. Fern. in l. 9. Tauri nu. 26. 27. & 28. Sed nihilominus oppositū ipse tenui supra eo. l. 7. glo. 4. nume. 2. 3. 4. 5. & 6. imo quod possit pater integrum quintum filio naturali & spurio relinquere, licet sint quinque vel sex filij legitimi vel plures. [ **Secundò limita, nisi legitima proles consentiat expresse patrem plus relinquere filio naturali, tunc nimirū id iure validum erit, nec sufficet tacitus consensus, sed expressus, vt dixi, & in conspectu naturalium præstitus, vt latè probat Aimon Craue. conf. 200. nu. 5. & nume. 9. dom. Dida. Couar. d. §. 4. numero. 11. Telli. Fernan. in l. 10. Tauri num. 8. vbi tamen confusse procedit, in uolens successionem naturalium cum successione spuriorum. nam quod supra diximus procedit in filijs naturalibus. In spurijs autem ex coitu damnato natis nihil operabitur consensus filiorum legitimorum in vita patris præstitus, cum incapacitas sit non solum respectu spurij, sed & respectu patris eius ob eius delictum, vt notat Bald. conf. 456. numero. 9. lib. 5. atque ideo consensus legitimorum facere non potest capacem quos lex reddidit incapaces, quod hac ratione voluit Ange. conf. 223. nu. 2. versic. si enim fuisset natus ex damnato coitu, quem ipse Telli Fernandez citat sequiturque. Et cõfestim limitat, nisi consensus filiorum legitimorum præstitus fuisset post mortem patris, cum iam omnia bona erant effecta ipsorum legitimorum, quare ab ipsis iam capere videtur spurius non à patre, vt in l. in ædibus. §. si filius familias. ff. de donatio. l. si liquet. C. de inoffi. dona. & licet filius spurius à patre capere nõ poterat, à fratre verò poterat. l. is qui ex bonis. ff. de vulga. l. qui Titij tabulas. ff. de his qui. vt indign. tradunt Moderni in l. 1. §. veteres. ff. de acq. poss. Hoc tamè fallit in filio clerici, cui prohibetur etiam à fratribus & alijs patris consanguineis accipere, vt in l. 6. supra eodẽ. Et an in filijs ex damnato coitu natis idem sit, latè examinaui supra eodem. l. 6. glossa. 4. numero. 4. 5. 6. 7. & 8. [ **Tertiò hæc regula limitatur, nisi filij legitimi absque vlla fraude bonis paternis renũ******

et iauerint, tunc enim pater poterit filio naturali bona sua liberè relinquere, quemadmodum posset legitimis non extantibus, vt respondit Ludo. Roma. consil. 43. numero. 3. versi. quoad tertium Bart. in. l. 1. §. qui habebat. ff. de bon. poss. cont. tabu. Guill. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo & uxorem nomine Adelasiam num. 679. & seq. Grego. Lupi in. d. l. 8. titu. 13. in verbo dos partes in fine par. 6. idem voluit Iaso. conf. 68. lib. 3. colu. 7. ad fi. versi. item facit quod notabiliter tenet Roma. Quibus optimis rationibus contradicit Telli. Fernan. in. l. 10. Tauri num. 20. & sequentibus, & tandem reliquit cogitandum. Tu interim tene communè paria enim sunt, vt inquit Roma. filios non extare vel extare & non posse succedere vt in. l. 1. §. qui habebat & ibi notat Bar. ff. de bono. poss. con. tabul. cui rationi non respondetur congruè per Telli. Fernan. nam doctrina Bal. in auth. cui relicta. C. de indicta vidui. toll. nu. 10. versi. extra quæritur, pcedit quoniã vxor cuius causa aufertur hereditas ab herede, nõ potuit habere hereditatem, quia testator eam non vocauit nec lex, quare hereditas applicatur eis, quibus de iure debetur, hoc est, heredibus legitimis. Minus obicit tex. iuncta gl. in auth. licet. C. de natural. lib. quem pro sententia contraria adduxerat Telli. & ante eum Corne. conf. 85. num. 5. libr. 3. vbi naturalis non potest succedere extante cõiuge, quæ tamè non ideo admittitur ad hereditatem viri, quamuis excludat filium naturalè, quia lex illa erat irrationabilis, quare corrigitur per. l. 9. tit. 13. par. 6. quod inulitatum erat, eas partium leges corrigere leges iuris communis, quare dicit expressè lex illa legem iuris communis esse irrationabilem. [ Septimã conclusio, nepos naturalis vel ex filio naturali procreatus potest ex testamento succedere auo in omnibus bonis suis nullis extantibus liberis legitimis, vel eis extantibus in quinta parte. At ascendentibus superstitibus, hoc est, abauo, vel proauo, potest in omnibus aui bonis ex testamento succedere iure regio, vt in. l. precedenti sumpta ex. l. 10. Tau. vbi hoc notat Anto. Gomez nu. 7.

G L O S S. II.

- 1 Filiorum tria genera.
- 2 Naturales filij iure civili qui dicantur?
- 3 Naturales filij iure canonico & regio qui dicantur?
- 4 Naturales filij hodie dicuntur nati ex homine illustri & femina vili vel ancilla, cum inter hos possit sistere matrimonium.  
Matrimonium iure canonico & regio consistere potest inter illustrem & ancillam, ibidem.
- 5 Naturalis filius dicitur natus ex virgine stuprata vel vidua honesta.
- 6 Bastardi dicuntur filij naturales.
- 7 Nothi filij qui dicantur?  
Naturales nothos comprehendunt iuxta ius nostrum, ibidem.
- 8 Manceres filij qui dicantur.

b *Suspades podian casar consus madres iustamente y sin dispensacion.* Tria sunt genera filiorum, quidam sunt legitimi & naturales simul, alij naturales tantum, alij spurij, de legitimis & eorũ successione dixi supra eo. l. 1. gl. 4. de spurij supra eo. l. 6. glo. 3. §. 8. & l. 7. & 8. & de successione naturalium dixi in glo. preced. qui autem dicantur filij naturales hinc venit differendũ. [ Naturales filij dicuntur iure civili, qui ex vnica concubina eaque demi cohabitante nascuntur ex vtroque parente soluto. l. pen. & ff. de concubi. iuncta. l. si quis officium. ff. de ritu nuptia. auth. qui. mod. natural. effi. sui. §. si quis autem filios glo. in cap. per venerabilè in verbo naturalibus, qui filij sunt legitimi. l. 2. tit. 14. de concubinis par. 4. hanc definitionem probat Azo in summa. C. de natural. libe. l. coi. & in summa. C. de concub. in fi. gloss. Dyn. & Bart. in. l. pen. ff. de concubin. Bald. per text. ibi, in auth. licet. C. de natural. libe. Ange. in. l. si qua illustris. C. ad Officia. Ioan. de Plat. in. §. fi. i. col. insti. de nup. Ange. de Aretio in. §. nouissime l. col. insti. ad Officia. Dyn. in tracta. de success. ab intest. 2. colum. Specul. in eod. tit. §. 1. versic. nunc de naturalium, Hosti. eod. tit. versic. & nota, Anto. Abb. & ceteri in cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi. glo. & docto. in. c. nisi cum pridem de renuncia. & hec est communis & indubitata opinio de iure civili docto. omnes in. l. 1. Tauri vbi Telli. nu. 1. [ Iure autem Pontificum & regio id solum exigitur, vt filius naturalis quis dicatur, nempe, vt sit natus ex his paribus, qui tempore conceptionis vel natiuitatis matrimonium absque dispensatione contrahere poterant, vt in cap. innotuit de electio. c. tanta qui filij sunt legitimi. etiam si non sit natus ex vnica concubina domi renta, quod consuetudine generali esse receptum attestatur Abb. in. d. c. per venerabilem super gloss. in verbo naturalibus, & Bal. cõf. 129. l. 2. A imõ Sabilla. conf. 166. nu. 8. l. 1. Bal. cõf. 206. ad fi. l. 3. Ias. cõf. 31. lib. 3. atque idem apud Hispanos diu seruatum fuisse attestatur Rod. Xua. in. l. 1. tit. 6. lib. 3. fori, versi. hoc supposito, quod probari videtur in. l. 8. tit. 13. par. 6. teste Anto. Gomez in. l. 9. Tauri numer. 1. Et est hodie decisum per legem nostram, idem voluerunt Ioan. Brunellus in tracta. de sponsali. conclus. 2. numero. 27. dom. Didac. Couarru. eodem tractatu. 2. part. cap. 8. §. 4. numero. 2. Guillem. Mayneri. in. l. quoties idem numero. 12. ff. de regulis iuris, Nicola. de Vuald. in tracta. de success. ab intest. 1. part. numero. 58. Syluester Aldobrandinus in. §. vlt. numero. 11. insti. de nup. Franc. à Ripa in repe. l. si vnquam nume. 55. C. de reuocand. dona. Petr. Ducas in regula. 350. numero. 11. in fi. Grego. Lupi in. l. 2. glossa pen. tit. 14. & in. l. 1. gloss. 1. tit. 15. part. 4. [ Quam regulam extende, vt procedat, etiam si pater sit illustris, & filius natus sit ex femina vili vel ancilla, quia licet iure communi & regio Parutarum tales filij non dicebatur naturales sed spurij, vt in. l. 1. C. de natu. libe. & in. l. vlt. tit. 14. par. 4. Hodie tamen per nostram legem hi filij naturales dicuntur & non spurij, propter generalitatem legis id solum requirentis, vt filij dicantur naturales, nempe, quod tempore conceptionis vel natiuitatis parentes eius sint habiles ad matrimonium contrahendum. At iure canonico, civili, & regio, vir illustri

lustris potest cum femina vili contrahere matrimonium, vt in authen. vt lice. matri & auig. §. quia vero l. colla. 8. & in authen. sed nouo iure. C. de natural. libe. & per totum titulum extra de cõiugio feruorum cap. si quis liber & c. si quis ancillam. 29. quæst. 2. l. 11. tit. 2. part. 4. quod expressim voluit hac ratione motus Petr. Nun. in dictionario suo in verbo hijo natural, & Grego. Lupi, dubitans tamen, more suo, in. l. vlt. tim. tit. 14. de concubi. in verbo que non debent recipi part. 4. dicens ita fortè praeticari, quibus libenter accedo, [ Secundo hæc ampliatur conclusio, vt procedat etiam si filius nascatur ex virgine stuprata vel vidua honesta, & homine soluto & non coniugato, adhuc enim filius dicitur naturalis iure canonico & regio per hanc legem, atque etiam si vi fuerint raptæ secundum gloss. & Bald. in cap. innotuit de electio. & Roderi. Xua rez. in. l. 5. ti. 6. lib. 3. fori fol. 4. Grego. Lupi in. l. 1. gloss. 1. tit. 15. part. 4. dom. Didac. Couarru. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 18. [ Naturales etiam filij alio nomine bastardi appellantur secundum gloss. in rubr. ff. de concubinis, Deci. consilio. 433. Ludo. de Sardis in tracta. de legitimatione. 2. part. q. 1. Alexan. consilio. 128. colum. penult. lib. 1. dom. Did. Couarru. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 4. numer. 8. qui respondet ad. l. 9. Tauri vt ibi per eum. [ Hinc etiam fit, natum ex concubina quæ domi non retinetur, spurium proprie nõ dici, sed naturalem seu nothum, vt probat Alcia. lib. 4. Parergo. c. 5. ex auth. qui. mo. na. effi. sui adiucto Græco titulo, qui naturales nothos appellat, dom. D. Couarru. in epitome de sponsali. 2. part. c. 8. §. 4. nu. 6. qui tamen alio sensu & veriori quidem asseuerat filios nothos adulterinos appellari, vt Budeus explicat in. l. vulgo concepti. ff. de statu homi. Quintil. etiam lib. 3. c. 8. & probatur in. l. 1. in fi. tit. 15. par. 4. resoluit tamen ipse dom. D. Couarru. apud iuriconsultos & legum latores, nothum dici natum ex scorto seu meretrice. Nothus tamen comprehenditur sub spurio iuxta latam spurij significationem, iuxta quam etiam vulgo quæfitos comprehendit. l. spurij. ff. de decurio. Iaso. in. l. 2. in prin. ff. de verbo. obliga. Greg. Lupi in. l. 1. in verbo spurij titu. 1. par. 4. & probat optimè Couarru. d. §. 4. num. 6. ita intelligens glo. in. c. nisi cum pridem. §. per sonæ de renuncia. & Bar. in. l. vlti. l. colu. ff. de his qui vt indig. & legem regiam. l. tit. 15. par. 4. [ Manceres autem licet lata significatione nati dicantur ex scortis & meretricibus. c. 23. Exodi & l. 1. tit. 15. par. 4. proprie tñ dicuntur qui nati sunt ex his qui iure Pontificio matrimonium contrahere prohibentur, vt probatur in. d. capit. nisi cum pridem. §. personæ, vt attestatur dom. Didac. Couarru. de sponsali. 2. parte cap. 8. §. 5. numero. 2. dicens has dictiones sapissimè atque aliter assumi.

G L O S S. III.

- 1 Filiatio non probatur ex sola nominatione vel recognitione parentum, nisi alia concurrant adminicula, limitatur. 4. modis & num. 2. §. 4. & 5.

- 6 Filius legitimus an naturalis vel spurius presumatur? & cui incumbat onus probandi & num. sequentibus.
- Qualitatem legitimitatis alleganti, siue sit actor siue reus incumbit onus probandi ibi.
- 7 Naturalem esse alleganti incumbit onus probandi ea que lex nostra requirit.
- 8 Naturalis filius quando quis esse presumatur & nume. 12.
- 9 Qualitatem aliquam alleganti, quæ est fundamentum suæ intentionis, siue actor sit siue reus, incumbit onus probandi.
- Paupertatem vel diuitias alleganti an incumbat onus probandi ibi.
- 10 Filium legitimum esse quando incumbat reo onus probandi.
- 11 Filij naturalis probatio quando reo incumbat.
- 12 Legitimitatis probatio quando actori non incumbat.
- 13 Legitimitatis probatio quando reo incumbat, et quædo non num. 14.
- 15 Lex de filijs loquens intelligitur de legitimis.

c *Con tanto que el padre lo reconozca por su hijo.* Nota ex lege ista, quod filiatio non probatur ex sola nominatione parentum, vel ex sola recognitione patris, sed alia adminicula probanda sunt, postquam enim dixerat lex nostra, ad probandum filium esse naturalem alicuius requiri imprimis, vt probetur parentes esse solutos, & posse matrimonium liberè contrahere absque vlla dispensatione, tempore conceptionis vel natiuitatis, addit postea hæc non sufficere, nisi pater eum recognoscat seu nominet filium. Et quod nominatio sola non sufficiat, nisi alia adminicula concurrant probat text. in. cap. ex transmissæ & ibi glossa extra qui filij sunt legitimi. & capit. per tuas de proba. glossa communiter recepta. in. l. non epistolis. C. de proba. hanc dixit communem Deci. in. d. capit. per tuas numero. 28. ex quo gloss. in capit. Michael de fili. præbyte. dicens solam sufficere nominationem, secundum ea que dicta sunt est intelligenda, vt aduertunt Petr. de Ducas in regula. 342. in prin. & dom. Didac. Couarru. de sponsal. 2. parte capit. 8. §. 3. numero. 7. [ Vel quando hæc nominatio contigisset in actu, qui solum vero filio conuenit, vt emancipatio, melioratio, & similia, tunc enim sufficiens est, hæc nominatio filio possidenti ad transferendum onus probandi in aduersarium, Bartol. in. l. 1. §. idem per contrarium. ff. de liber. agnoscen. ex hoc enim filius constitutus est in quasi possessione filiationis. [ Idem que erit si actus ille esset conueniens magis filio, quam extraneo, vt datio alimentorum, & traditio alicuius rei pro alimentis, vt etiam notat Bar. in. d. §. per contrarium, quem Anto. de Butri. Areti. & Deci. sequuntur in. d. capit. per tuas de proba. quo in loco Deci. hanc attestatur receptiorem, licet Abb. ibi numero. 7. velit contrarium, Iaso. cõmunem sequitur conf. 102.

lib. 4. Jacobi. de S. Georgeo in l. quidam quasi numero. 3. ff. de proba. Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 16. numero. 7. vbi citat concordant. Paul. Paris. conf. 10. nu. 50. dom. Did. Couar. d. 3. numero. 7. & Petr. Dueñas dicta regula. 342. limi. 1. [ Potest & tertio sola nominatio parentum filio sufficere, vbi principaliter fuisse facta propter filiationem in iudicio non propter aliud. l. 1. §. Iulianus. ff. de lib. agnoscen. modo fiat presente filio. l. certum. §. si quis absentē. ff. de confess. Panormit. in d. capit. per tuas de proba. nu. 8. & ibi Deci. num. 32. Paul. Paris. conf. 10. num. 47. lib. 1. d. D. Couar. & Pet. Dueñas in locis paulo ante citatis: idē esse asseuerantes in confēssione extraiudiciali presente filio principaliter ad id facta, saltem vt filio possidente in aduersarium transferatur onus probandi. l. pen. iuncta glo. ff. de proba. Imol. in l. ex hac scriptura. ff. de don. Abb. & Dec. in d. c. per tuas. 5 [ Si vero nominatio fiat in aliquo actu, ad hoc vt actus ille valeat, sufficiens erit probatio inter eos, qui actum gerunt. l. optimam. C. de contra. & com. stipul. Host. & Abb. in c. illud de presump. Fel. & Dec. in d. c. per tuas. d. D. Couar. d. §. 3. nu. 7. in fi. vbi videre poteris alios plures modos probandi filiationem. 6 [ Sed hic quero, in dubio an presumatur filius esse legitimus, an naturalis, vel spurius. Et omisso multiloquio Telli Fernandez in l. 11. Tauri num. 2. 3. & sequentibus, crederem regulam tradi posse generalē, vt qui allegat esse filium legitimum, siue sit actor siue reus, id probare teneatur, si qualitas legitimatis est fundamentum sue intentionis, Ang. per tex. ibi in l. liberorum ff. de his qui notan. infam. Deci. conf. 54. Iaso. in l. neque professio. C. de testam. & in conf. 102. lib. 4. d. D. Couar. de sponsali. 2. par. c. 8. §. 3. in prin. [ Idem, si quis alleget esse filium naturalem, si naturalitas est fundamentum agentis, probate tenetur illam qualitatem, iuxta ea que lex nostra exigit, alias non obtinebit ex notatis per Bar. in l. siquidem. C. de exceptio. & in l. in illa. ff. de verb. obli. & in l. ex facto. §. si quis autem ff. ad Trebelli. vbi actor qualitatem probare tenetur, que est fundamentum sue intentionis, alias succumbet, ita respondit Bertrand. conf. 135. nu. 1. & 2. lib. 2. se cū dū impresione Symonis Vincentij, Aymō Craue. conf. 166. num. 4. Telli Fernandez in l. 11. Tauri num. 5. 8 [ Vbi autem reus & possessor bonorum allegat esse naturalem, & alter ad eum excludendum allegat esse spurium, nulla incumbet probatio reo, quia hac in specie presumitur filius naturalis, ne delictum presumatur contra legē merito. ff. pro socio, ita cōsuluit Aymō conf. 138. num. 1. & conf. 166. nu. 1. & 4. & actori incumbet probatio eius quod ad fundandam suam intentionem allegat reum esse spurium iuxta text. in l. actor quod asseuerat. C. de probatio. l. 1. tit. 14. part. 3. ita asseuerat Aimon conf. 166. nu. 1. & 4. Quod tamē limita, vt infra num. 11. & 12. [ Confirmatur ex regula generali, quod ei qui aliquid asseuerat siue actor, sit siue reus, si est fundamentum sue intentionis, incumbit onus probandi. gloss. singul. & non alibi in l. si vero §. qui pro rei qualitate ff. qui satisd. cogan. vbi paupertatem vel diuitias alleganti incumbit onus probandi, siue actor sit siue reus, quattu communiter recepta esse attestatur Couar. eam latē examinans lib. 2. resolutio. c. 6. nu. 2. & deinceps, vbi respondet ad glo. in sign-

nem in l. cum de lege. ff. de probatio. vbi allegas paupertatem ad aliquid obtinendum, eam legitime probare dicitur per solam assertionem vel declarationē bonorum quæ habet, nā ei qui cum plura bona habere dixerit incumbit probatio: dicit dom. D. Couar. eam glo. non esse ita intelligendam, prout plures intelligunt, quod sola assertio & declaratio bonorum sufficit ad releuandum eum ab onere probandi paupertatem, sed demum confecto inuentario & repertorio bonorum, pro quo lex presumit, si est legitime confectum, nimirum ergo cum in specie dictæ glossæ allegans paupertatem habeat presumptionē pro se, quod non habeat alia bona, quæ quæ in repertorio conscripta sunt, transferat onus probandi in aduersarium, quod plurimum autoritate probat, & attestatur hunc esse communem intellectum dictæ glo. [ Ex quo infero, periculosam esse Telli Fernandez opinionem in d. l. 11. Tauri num. 6. quatenus asseruit filium possessorum bonorum patris presumi esse legitimum, nisi contrarium ab actore probetur, adducens authorem eius opinionis Aimonem. d. conf. 166. num. 4. & nil aliud non enim hoc dicit Aimon, nec de legitimo aliquid tractat, sed de filio naturali, contra quem obijciebatur esse spurium & non naturalem. Ponamus autem fratrem testatoris petere hereditatem fratris sui ab intestato defuncti, quam Titius possidet, qui se defendit dicens esse filium legitimum defuncti, si actor fratrem legitimum defuncti esse probauerit, non quidem absoluetur reus, nisi legitimis probationibus ostenderit se esse filium defuncti legitimum, quia hoc est fundamentum sue intentionis, quod probare tenetur, alias condemnabitur ad bonorum restitutionem, cum actor suam probauerit intentionem, nempe, esse fratrem defuncti, nam quod ab intestato decesserit presumitur, nisi aduersarius probet testamentum fecisse, secundum Bart. communiter receptum in l. is potest numero. 25. ff. de acquirend. heredi. per text. in l. si emancipati. C. de collatio. vbi de actores magis comuniter hoc asseuerant, vt attestatur dom. Didac. Couar. plures alios citans libro. 2. resolutio. capit. 6. numero. 5. licet nonnulli refragentur. [ Sic etiam si filius naturalis est à patre institutus ascendentibus preteritis, & statim in possessionem bonorum missus, si auus petat ab eo hereditatem, sufficit probare esse auum legitimum, & reo incumbet probatio filiationis, licet bona possideat, & nisi probauerit filium esse testatoris natum ex concubina, cum qua tempore conceptionis vel natiuitatis pater poterat absque dispensatione contrahe- re matrimonium, & quod pater eum nominauerat filium, & pro tali eum recognouerat iuxta legem nostram, condemnabitur profecto filius ad restitutionem bonorum, licet contrarium asseruerit Telli Fernandez in dicta. l. 11. Tauri in fine. [ Cui non refragatur, quod diximus supra numero. 8. ibi enim fundabat intentionem suam actor, dicens reum esse spurium, & non negabat esse filium, quare nimirum presumitur naturalis, & actori incumbit onus probandi esse spurium, in specie autem numeri decimi & undecimi actor asserbat defunctum ab intestato decessisse, vel testamentum esse inofficiosum, quia ascendens fuit preteritus, & probauit, cum esse auum

auum vel fratrem defuncti, & sic heredem legitimum, quare reo bona possidenti incumbit probatio filiationis, quia est fundamentum sue intentionis, quod nisi probauerit condemnabitur ad restitutionem, vt ibi dixi. Et si dixeris quomodo in specie proposita supra num. 8. poterat actor fundare suam intentionem obijciendo reo filium esse spurium? Respondeo si nullo alio casu poterat actor in dictis bonis succedere, vt si proximior consanguineus testatoris peteret hereditatem defuncti dicens testamentum ab eo factum in quo filium suum instituit esse nullum, eo quod non esset filius naturalis, sed spurius, tunc enim nisi actor probauerit esse proximiorē, atque filium institutum esse spurium non obrinebit, & ita intelligitur quod dixi dicto num. 8. [ Vbi autem lis vertitur inter aliquos, sed quidam pretendit episcopatum, ad quem nisi sit filius legitimus promoueri non potest cap. cū incunctis in fi. principij de electio. cap. 1. & 2. capit. vt filij de filijs presbite. si non est diffamatus presumitur esse illius qualitatis, quam asserit, presumitur enim idoneus, donec ab aliquo opponatur, & probetur contrarium, tunc enim obtinet vicem actoris, & qualitate tenebitur probare cap. accedens de purgatio. cano. Ioann. And. in capit. veniens de presbi. non baptiza. Lancelo. Galiaula in rub. ff. de verbo. oblig. num. 75. vers. sed aduerte quod Ioann. And. Aimon conf. 166. num. 3. vers. sed ad istud Hieron. Cagnoli in l. si emācipati nu. 94. C. de collatio. Telli Fernandez in l. 11. Tauri num. 7. Paleotus in lib. de nothis & spuri. capit. 20. 14 [ Quones autem reus est in possessione vel quasi possessione nobilitatis seu alterius rei, cui ius resistit, non presumitur eum esse legitimū vel naturalem, nisi hoc probet, siue actor sit siue reus, cum habeat ius commune contra se, vt in l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si ferui. vendice. Bar. in l. si prius. ff. de no. ope. nuncia. declarat Paul. Cast. in l. si solēnibus. C. de fide instru. Telli Fernandez in d. l. 11. Tauri nu. 8. [ Id autem generale est, leges de filijs loquentes ad legitimos referri, vt in l. filium cum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum alijs à Decio traditis in l. generaliter. §. cum autem. C. de mī. & substi. sub condi. fact. & Alberto Bruno in tracta. an extantibus masculis filie foemine succedant articulo. 12. quest. 3. colum. 2. in fine Marc. Salon Burgenfis. in l. 3. Tauri. 1. part. 2. conclus. numero. 295.

GLOSS. III.

- 1 Naturalis filius natus ex meretrice vel concubina que domi non retinetur à patre, vt naturalis dicatur, requiritur quod ab eodem patre recognoscatur.
- 2 Naturalis filius natus ex concubina domi retenta, naturalis dicitur, etiam si à patre non recognoscatur vt talis, etiam hodie iure regio.
- d Puesto q̄ no aya tenido la muger de quien lo vno en su casa, ni sea vna sola. Vidimus supra eo. glo. 2. quid requiratur hodie ad hoc vt naturalis dicatur filius, non enim exigitur, vt ibi diximus, quod sit natus ex concubina

vnica & in domo retenta. Ceterū aduerte oportet, differentiam non modicam esse, etiam hodie in hoc regno inter filium natum ex concubina domi retenta, vel ex meretrice vel alia que domi non existat, qui alio nomine nothus dicitur, vt autoritate Alciati diximus. d. gl. 2. nu. 7. nā qui ex meretrice vel concubina domi non retenta natus est, non dicitur naturalis, nisi à patre pro tali reputetur, nominetur, & agnoscat, vt in hac lege statuitur. [ In his autem qui ex concubina domi retenta nascuntur, satis est si constet domi fuisse natos, nec alia patris recognitio erit necessaria ex sententia glo. in cap. Michael de fili. presbi. quam ibi sequitur Innoc. Card. Abb. & communiter docto. Alberi. in l. filium cum diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & in specie legis nostræ ad eius limitationē hoc asseuerat Anto. Gomez in l. 9. Tauri num. 1. & 2. melius. dom. D. Couar. in epitome de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 4. num. 7. Pet. Nunnii. Auendaño in dictionario suo in verbo hijos naturales, quibus assentior. Pet. Dueñas alios citans in regula. 344. amplia. 3.

LEY. X.

Que el hijo legitimado auiedo descēdiētes legitimos, no pueda succeder a sus padres, pero en todas las otras cosas sea auido como nascido de legitimo matrimonio.

Ley. 12. de Toro.

Si alguno fuere legitimado por rescripto o priuilegio nuestro, o de los Reyes que de nos vinieren, aunque sea legitimado para heredar los bienes de sus padres o madres, o de sus abuelos: y despues su padre o madre o abuelos, ouieren algun hijo o nieto, o descendiente legitimo, o de legitimo matrimonio nascido, o legitimado por subfiguiente matrimonio, el tal legitimado no pueda succeder con los tales hijos o descendientes legitimos, en los bienes de sus padres, ni madres, ni de sus ascēdiētes ab intestato ni ex testamento. Saluo si sus padres, o madres, o abuelos en lo que cupiere en la quinta parte de sus bienes, que podian mandar por su anima, le quisieren alguna cosa mādar: que hasta en la dicha quinta parte bien permitimos que sean capaces y no mas. Pero en todas las otras cosas, assi en succeder a los otros



parientes, s como en honrras y preeminencias que an los hijos legitimos, mandamos que en ninguna cosa difieran de los hijos nascidos de legitimo matrimonio.

GLOSS. 1.

- 1 Dispensatio non extenditur ex maiore rationis.
- 2 Dispensatio quæ dicitur?
- 3 Legitimatio dicitur, & non dispensatio, si naturalis legitimitur, etiam si quoad successionem limitatur.
- 4 Legitimatio an possit diuidi quoad effectus?
- 5 Legitimatio quoad successionem limitata vel dispensatio spurij non extenditur ad succedendum contra voluntatem patris.  
Legitimatio instituta an possit grauamē apponi de restituendo alteri? ibidem.
- 6 Dispensatio est odiosa, & legitimatio fauorabilis & extendi potest.
- 7 Legitimus vel dispensatus an veniat appellatione legitimi? & num. 9.  
Legitimus ex rescripto est verè legitimus, ibidem.
- 8 Legitimatio ex rescripto non valet, si filius per subsequens matrimonium potuit legitimi commode.
- 9 Legitimatio requirit expressum vel tacitum consensum patris & filij, & an sola scientia sufficiat?
- 10 Legitimatio quando patre renitente fieri possit?
- 11 Legitimari an possit à principe filius clerici?
- 12 Legitimatio secunda non valet, nisi de prima faciat mentionem.
- 13 Legitimatio mentionem non faciens legitimorum filiorum non valet.
- 14 Legitimatio ex rescripto an exigat citationem agnatorum vel eorum mentionem fieri.
- 15 Legitimatio an fieri possit non facta mentione ascendentium.
- 16 Dispensatio an requirat citationem venientium ab intestato?
- 17 Legitimatio filij post mortem patris an exigat citationem venientium ab intestato, vel quod fiat eorum mentio in precibus.
- 18 Legitimare an possit princeps filium post mortem patris in præiudicium agnatorum, quibus erat acquisitum dominium verum hereditarium?
- 19 Legitimare an possit princeps filium mortuo patre in præiudicium agnatorum, quibus erat delata hereditas, nondum tamen adierant.

a. Legitimatio por rescripto o. privilegio nuestro. Præmitte legitimatiois modum duplicem esse: quædam di-

citur legitimatio, alia verò dispensatio. Differunt, quia dispensatio non extenditur etiam ex maiore ratione nisi ultra expressa in ea, vt in cap. 1. & 2. de fil. præsbiter. ex quo id expendit Paul. Castr. conf. 30. libr. 1. numero. 3. Alexander. in. l. sed si hac. §. patronum numero. 6. ff. de in ius vocan. Socin. in rub. ff. de libe. & posth. numero. 12. versu. 4. infero, Curti. Senior conf. 73. numero. 6. Paul. Paris. conf. 7. numero. 6. versu. verum posito, & conf. 12. nume. 207. lib. 2. Secus in legitimatioe, vt infra videbimus. [ Sed quæro quando dicitur dispensatio, & quando legitimatio? Responde, si filius legitimatus est habitus à parentibus, inter quos esse non poterat matrimonium, obstare impedimento iuris diuini vel canonici, tunc est successio non sit limitata, nec aliud quod ex legitimatioe sequitur, erit dispensatio & non legitimatio, nec ex ea aliud consequetur filius quæ quod expressum est in ea nūcupatim, cetera verò quæ non sunt expressa, quæ veniunt in cōsequentiā legitimatiois (iuxta ea quæ in lege nostra cōtinentur in fi.) non veniunt, vt nu. præcedenti probauimus. & quæ hæc sit dispensatio tenet Paul. consilio. 30. libro. 1. numero. 4. Barba. consilio. 58. numero. 19. libro. 2. Crotus. in. l. Gallus. §. & quid si tantum numero. 83. versu. 3. casus Grattus conf. 63. num. 25. libr. 1. Maria. Socin. Iunior consilio. 142. numero. 23. libro. 1. & conf. 120. numero. 19. libr. 2. Deci. conf. 293. nu. 10. & conf. 576. nu. 6. & conf. 579. in prin. & conf. 264. numero. 3. Curtius Senior consilio. 64. numero. 10. & consilio. 16. nu. 19. Gozadi. conf. 6. num. 51. & conf. 92. nu. 13. versu. 4. considero, quæ cōmunē & sine cōtradictione attestatur Laurenti. Syluan. conf. 45. num. 42. Telli. Fernand. in. l. 12. Tauri num. 24. dom. D. Couarru. de sponsal. 2. par. c. 8. §. 8. num. 4. versu. tertio. Vermondus de publi. concubi. pagi. [ Legitimus autem dicitur filius naturalis, & non dispensatus etiam si quoad successionem limitetur legitimatio, quia quoad personam erit vera legitimatio & non dispensatio secundum veriorē & receptiorem sententiam, & consequetur omnes effectus veri legitimi & nati ex vero matrimonio, præter exceptos vel modificatos in legitimatioe: limitatio enim in successione non alterat naturam legitimatiois, quod ex hac lege expeditur, vbi licet legitimatus non succedat cum legitimis fratribus ante vel post legitimatioem habitis, nihilominus à lege nostra vocatur legitimatus in omnibus & per omnia nihil differens à legitimis, & quia successio est effectus legitimatiois, & separatim quid ab ipsa legitimatioe, vt docent Bar. Paul. Alex. Aret. & Iaso. in. l. is potest. ff. de acqu. hæred. Quare limitata causa successiois, non ob id impeditur, veram esse legitimatioem, & omnes fortiri effectus legitimatiois præter in ea exceptos, hæc fuit sententia Ioā. A. nd. in additio. ad Specu. in tit. de succel. ab intest. §. 1. versu. ex facto quæritur, cui accedit Ruy. conf. 145. num. 4. lib. 3. & cō. 75. num. 11. & conf. 103. num. 11. & conf. 86. num. 4. eod. li. 3. Curti Senior conf. 16. num. 22. & conf. 18. num. 2. Deci. in. l. pactum num. 15. C. de collatio. & in. l. solet nu. 9. ff. de iuri. omni. iudi. & conf. 246. num. 3. & con. 258. nu. 10. vbi latè prosequitur Tiraq. in rep. l. si vnquam in verbo donatione largitus numero. 259. Alcia. in rub. ff. de liber. & posth. nu. 9. Goza. conf. 6. num. 63. Paul.

Paul. Paris. conf. 7. num. 15. & 16. lib. 2. Emanuel Costa in. l. Gallus. §. & quid si tantum. 2. part. numer. 152. per tex. in. l. cum in adoptiuis. §. Sed nec articulum. C. de adoptio dom. Did. Couarru. de sponsal. 2. par. capit. 8. §. 8. num. 1. versu. dicebat tamen Deci. Telli. Fernandez hanc dicens receptiorem sententiam in. d. l. 12. Tauri num. 22. 23. & 24. [ Quamuis nume. 21. referat plures doctores contrarium asseuerantes, imo quod legitimatio non possit diuidi, sed in omnibus & per omnia esse oportere legitimatum & vt legitimū haberi, aliās si aliquid etiam circa successionem excipitur, nempe, vt quoad ea quæ pater voluerit relinquere censeatur legitimatus, vel sine præiudicio filiorum legitimorum non recte vocari legitimatioem, sed potius dispensationem, quia in persona non potest dari diuiduum, esset enim monstrum in natura aliquem esse pro parte legitimum, & pro parte illegitimum, ex sententia Bernardi in cap. cum in inhibitio. §. si quis verò, verbo si ambo parentes, de clandest. desponsatio. in actu si quidem legitimo non datur diuisio vt in adoptione, emancipatione, vel legitimatioe, vt in. l. si pater. ff. de libera. cau. tradit latè Tiraquel. in. l. si vnquam verbo donatione largitus num. 232. C. de reuoc. donat. quod nemo negat. impossibile etiam est, esse legitimatioem si diminuta fuerit in substantialibus, vt in cap. per venerabilem. §. præterea, ibi, etiam si simplex episcopus extra qui filij sint legitimi. Ex quibus huius sententiæ fuerunt Bald. conf. 93. num. 16. & 17. lib. 2. & conf. 9. nu. 5. lib. 4. Ang. & Paul. Castr. in. l. si ab eo num. 3. C. de legit. hered. & in. l. pactum quod dotali numer. 9. C. de collatio. & ibi Alex. num. 5. & Iaso. 2. colu. ad mediū & Deci. num. 14. idem Paul. in. l. sed si hac. §. patronum num. 5. ff. de in ius vocan. & ibi Soci. num. 20. Alcia. in. l. 2. in principio num. 51. ff. de verbo. obliga. Corn. conf. 3. num. 4. lib. 1. Curti. Senior conf. 73. num. 6. prope finem Præposi. in. c. per venerabilem. §. quod autē num. 54. qui filij sint legitimi, Deci. conf. 338. numero. 3. Callane. conf. 39. num. 67. Carol. Ruy. num. 72. nu. 15. & conf. 106. num. 8. lib. 3. Paul. Paris. conf. 14. nume. 45. & ibi Additio. lib. 2. Ant. Gomez in. l. 12. Tauri num. 70. versu. sed his non obstantibus. George. Natā in cap. quamuis pactum num. 3. de pact. libr. 6. [ Fundamenta contraria diluuntur, eò quòd successio non est pars integralis nec substantialis legitimatiois, sed effectus eius, circa quos potest legitimatio minui & limitari, vt se ipsum explicat Paul. in. l. pactum in fi. C. de colla. Pari. conf. 9. num. 94. lib. 2. vbi communi. dānari asserit gl. in. d. c. cum in inhibitio, Dec. in. l. pactum num. 15. & 16. C. de colla. & consil. 258. nu. 10. & 264. num. 3. & hoc apertè conuincitur ex lege nostra vt supra nume. 3. probaui & Telli. Fernandez expendit in. d. l. 12. Tauri num. 23. in fine. [ Quando igitur legitimatio est coheretata ad succedendum ex testamento vel ab intestato, vel sine præiudicio descendendum vel ascendendum, vel in eo quod patri placuerit: vel vbi cumque cum filio spurio dispensatur, non extenditur huiusmodi legitimatio vel dispensatio ad succedendum contra voluntatem patris, vt respondit Paul. Cast. conf. 200. nume. 1. ad fi. lib. 2. cui accedit Soci. in rub. ff. de libe. & posth. num. 12. vbi Iaso. num. 14. idē Iaso. conf. 162. num. 2. lib. 2. & conf. 202. eod. lib. Alex.

conf. 189. ad fi. lib. 5. & con. 30. num. 5. lib. 4. repetito in conf. 174. li. 7. Deci. in. l. 1. C. de bon. poss. cōt. tab. nu. 10. versu. & quod dictum est, Sylua. conf. 45. nume. 21. Alcia. in rub. ff. de libe. & posth. 4. colu. dom. D. Couarru. de sponsal. 2. parte. c. 8. §. 8. numer. 2. in fi. Telli. Fernandez in. d. l. 12. Tauri num. 26. & 27. vbi improbat Deci. cōf. 256. 2. colu. versu. sed difficultatem facit, & 3. colu. versu. non obstant allegata, & Ripam, qui cum sequitur, in. l. centurio nume. 47. & 48. ff. de vulga. Hæc conclusio est limitantes, vt non procedat quādo pater imposuit aliquod grauamē filio legitimo restituenti ea, quæ sibi reliquerat, tunc enim asserunt filium posse contra voluntatem patris venire ad impugnandum grauamē, quod certè falsum est vt dicit Telli. & mihi idem videtur, nam si vt ipsi fatentur, pater nil filio legitimo cū prædicta limitatione relinquere tenetur contra eius voluntatem, quis dubitabit in eo quod ei reliquerit posse grauamen apponere, cum id minus ei videatur relinquere, etsi quōties nil reliquisset non posset conuenire, quia legitimatio ad hoc non porrigitur, a fortiori si modicum, vel cum grabamine reliquerit, vt in specie explicat Alexander. consilio. 30. lib. 4. & Iaso. consilio. 162. numero. 2. & 3. Paris. conf. 7. nume. 10. lib. 2. Alcia. in rub. ff. de libe. & posth. num. 11. & quod onus fideicommissi minuat successionem probat text. in. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebelli. Rod. Xuares in. l. quoniam in prioribus. 12. lim. 8. colu. & sequi. Ruy. in. d. §. & quid si tantum nu. 114. [ Differt etiam legitimatio à dispensatione, quia hæc odiosa est, & sui natura restringibilis, illa vero fauorabilis, vt in auth. qui mod. natura. effi. legi. §. sit igitur licentia, notat Fortuni. in. l. Gallus. §. & quid si tantum colu. 130. ff. de lib. & posth. text. optimus in. c. per venerabilem, qui filij sint legitimi. doct. omnes in. d. §. & quid si tantum vbi Alcia. num. 51. & Galiaula colu. 3. asserunt hanc communem, dom. D. Couarru. de spōsal. 2. part. c. 8. §. 8. numer. 5. & 6. plura ex hoc inferens. [ Quo fit, vt appellatione filij legitimi non continetur filius spurius eorum, quibus lege diuina & canōnica prohibitum erat cōtrahere matrimonium, à principi legitimus, quia dispensatus proprie dicitur & non legitimatus vt supra num. 2. diximus, hæc fuit sententia Paul. Cast. in. l. sed si hac. §. patronum in fi. ff. de in ius vocan. cui accedit Curti. Senior conf. 73. nume. 21. & conf. 16. num. 8. & conf. 18. num. 13. Soci. in. d. §. patronum à num. 15. & sequi. & maximè nume. 20. Ruy. conf. 76. num. 2. lib. 3. Deci. conf. 52. nume. 3. Brunus in tracta. de statutis excludentibus foeminas. 12. arti. q. 4. limi. 4. Telli. Fernan. in. l. 9. Tauri numer. 21. est enim odiosa dispensatio: quare nimirum si appellatione filij legitimi non comprehendatur dispensatus. c. odia de regu. iur. in. 6. [ Appellatione autem filij legitimi continebitur legitimatus ex propria verbi significatione, nisi communis vsus loquendi contradiceret, cui legitime probato esset standum, vt vtrumque probat optime Telli. Fernandez plurium doctorum auctoritate in. d. l. 9. Tauri à num. 15. vsque ad num. 23. ad quæ lectorem relego. Est enim legitimatus ex rescripto verè legitimus secundum Deci. conf. 258. num. 4. estque communis vt attestatur Telli. ibi nume. 22. in fi. & 16. & 17. dom. Did. Couarru. de sponsal. 2. par. cap. 8. §. 8. num.



**b** *Videspues sa padre o madre o abuelos ouieren algun hijo o nieto o descendiente legitimo.* Filius naturalis legitima tus per rescriptum principis, vel spurius dispensatus potest a patre institui non extantibus legitimis filiis vel legitimatis per subsequens matrimonium, licet ascendentes habeat pater vel agnatos quosunque. l. cu quis in fi. & ibi Ioann. Faber, C. de natura, libe. auth. quib. mod. natu. effi. sui. §. nullum colla. 7. Bald. in capit. de causis numer. 34. de offi. de lega. Iaso. in auth. si qua mulier numero. 47. C. de sacrosanct. ecclesi. & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto colum. 1. C. de testam. Catelli. Cota in memorabilibus in verbo spurius. 3. Deci. conf. 258. num. 5. l. 17. tit. 6. lib. 3. fori. & ibi Montal. glo. in regula cæcellariæ apostolicæ Innocentij Ostaui. 48. Did. Perez in l. 22. tit. 3. li. 1. ordinatio. col. 163. prope finem. Vermondus de publicis concubinarijs pag. 327. numero. 38. & 39. Cifonta. in l. 12. Tauri nume. 2. Petr. Dueñas in regula. 366. limi. 6. dixi supra in glo. præced. numer. 16. [ Extantibus verò filiis legitimis, legitimatus ex rescripto principis non succedit cum legitimis, qui tempore rescripti erant in reru natura, vel saltem concepti, nisi in rescripto hoc expresse caueatur, quod cum facit legitimum etiam extantibus legitimis & in eorum præiudiciu, quod princeps facere potest ex certa scientia, quandoquidem possit legitimam filiorum minuere: quare nimirum si sic legitimatus cum legitimis succedat, hæc fuit sententia Iacobi. de Bello visu in auth. qui. mo. natu. effi. sui in princi. 2. colum. versic. queritur, quem sequitur Sali. in auth. item sine in princi. C. de natura. lib. quod apertè voluit Hofst. in c. tanta. 2. col. in prin. qui fil. sint legi. Ant. in c. per venerabilem nu. 15. eo. ti. & ibi Panor. nu. 27. Paul. Cast. in l. Gallus. §. & quid si tantum numero. 16. & ibi Aret. num. 26. & Iaso. numero. 79. vbi hanc attestatur communem ff. de lib. & postu. Pau. in l. ex facto in fi. ff. de vulg. Albaro. in cap. 1. §. naturales, si de feud. fue. contro. int. domi. & agna. num. 4. Anto. Rosell. in tractatu legitimationis fol. 97. versu. modo videamus. 2. colum. num. 3. Anto. Gomez in l. 12. Tauri num. 67. contra Yfern. in d. §. naturales cum alijs in glo. præcedenti numero 15. traditis, vbi iniquum hoc esse diximus, & a regijs fenatoribus & consiliarijs non debere admitti talem supplicationem absque legitimorum consensu. [ Si tamen admissa fuerit seruandam esse legitimationem, & cum filiis legitimis & legitimatis succedere ipsum legitimatum, si hoc expresse in rescripto continetur asseuerat Telli. Fernandez in d. l. 12. Tauri numer. 3. & 4. & hac in specie limitari legem nostram, siue filij legitimi ante legitimationem vel postea nati essent, quod iure communi receptius erat, vt filius legitimatus per rescriptum principis succederet patri cum filiis legitimis post legitimationem natis, siue in legitimatione id expressum fuerit, siue generaliter dictum ad succedendum in bonis patris, vtraque enim in specie ex communi resolutione admittebatur legitimatus cum legitimis filiis ad bona paterna, vt in l. si te parens. C. de sus. & legi. libe. Ex quo id ibi expendunt Bald. & docto. communiter, idem voluit Specula. in titulo de successione, ab intesta. versu. sed ex facto numero. 31. Alberi, in auth. licet pen. q. C. de natu. libe. Anto,

de Butr. in capit. per venerabilem numero. 18. & ibi Panormi. numero. 30. qui filij sint legi. Bart. in l. ex facto numero. 3. & ibi Bald. in fi. & Ang. numero. 3. versu. siculo extra glo. Alexander. numero. 20. & Iaso. hanc dicens communem numero. 15. ff. de vulg. Andr. de Yfern. in d. §. naturales numero. 5. Siluester in summa in verbo filij numero. 14. Anto. de Rosellis in tracta. legitima. fol. 99. versu. vltim. quarto numero. 25. que vera est & recepta sententia secundum Anton. Gomez in l. 12. Tauri numero. 68. versu. item adde. Quamuis contrariam, imo quod legitimi postea nati excludant legitimatos per rescriptu principis probare videatur tex. in l. ex facto. ff. de vulg. in principio, & ibi id notat Dyn. idem voluit Guido de Suza. Alberi. & ceteri docto. antiqui in l. tale pactum. §. vltim. ff. de pact. Oldra. consilio. 247. colum. 2. Paul. Cast. in d. l. ex facto in fi. & ibi Aretin. numero. 8. quoad honores vero & alios effectus non irritabatur secundum eos. [ Hæc vltima sententia Dyni approbatur hodie & confirmatur tanquam equior per legem nostram, vbi expressim statuitur, quod legitimati per principis rescriptum non succedant cum filiis legitimis postea natis, nec cum legitimatis per subsequens matrimonium, etiam si in legitimatione dicatur, quod succedere possint parentibus & cæteris descendenti bus. Secus autem si in rescripto expressim dicatur, quod succedat legitimatus cum legitimis patri, tunc enim hæc lex non prohibet successione, vt dixi supra hac gloss. numero 2. & 3.

GLOS. VIII.

- 1 Legitimatō per subsequens matrimonium est efficacior legitimatione per rescriptum.
- 2 Legitimus per subsequens matrimonium, si parentes eius tempore conceptionis poterant matrimonium contrahere, est vere legitimus & numero. 7.
- 3 Legitimus per subsequens matrimonium ad honores, dignitates, officia & episcopatum admittitur absque dispensatione.
- 4 Legitimatō filius per subsequens matrimonium in mortis articulo vel a decrepito sene contractum.
- 5 Nepos ex filio naturali mortuo antequam pater eius contrahat matrimonium cum concubina, non legitimatō per subsequens matrimonium.  
Legitimatō filij naturales per subsequens matrimonium validum iure canonico, licet sit inuvalidum iure civili, ut cum vir illustris contrahit cum femina vili, ibidem.
- 6 Legitimatō filius per subsequens matrimonium, licet ipse nolit legitimari.
- 7 Legitimus per subsequens matrimonium an preferatur in maioratu filio legitimo secundo genito, si legitimatō fiat post natiuitatem filij legitimi secundo geniti, & num. sequen.

Legi-

- Legitimatō in nihilo differt a legitimo, ibidem.*
- 8 Legitimatō per subsequens matrimonium an retrotrahatur & num. 2.  
Fictio inductiua non inducitur in his que iuris sunt, translatiua autem sic, ibidem.
  - 9 Legitimatō an postliminio comparetur.
  - 10 Legitimus an possit pro parte esse legitimus & pro parte illegitimus & num. 18.
  - 11 Legitimus per subsequens matrimonium potest absque dispensatione ad sacros ordines, & ad episcopatum promoueri.
  - 12 filius legitimus secundo genitus præfertur naturali prius nato, sed post natiuitatem secundi legitimato.
  - 13 Legitimatō non retrotrahitur in præiudicium tertij.
  - 14 Retrotractio non fit in præiudicium alterius, vt in beneficij collatione & fictione & alijs.
  - 15 Fictio duo extrema habilia requirit & altero deficiente deficit fictio.
  - 16 Legitimus per subsequens matrimonium est vere legitimus a tempore contracti matrimonij non ante in præiudicium alterius.
  - 17 Retrotractio loci non est vno extremo deficiente.  
Retrotractionem non impedit ius spe quasitum, ibidem.  
Spes primogenitura est considerabilis & impedit retrotractionem, ibidem.  
Spes successione filij est probabilis & considerabilis ibidem.
  - 18 Legitimus esse pro parte & pro parte illegitimus non decet post legitimationem,
  - 19 Legitimatō an retrotrahatur.
  - 20 Legitimus per subsequens matrimonium præfertur legitimo secundo genito ex eodem matrimonio nato.
  - 21 Legitimus per rescriptum principis excluditur a maioratu successione per legitimatum per subsequens matrimonium ante vel post.  
Legitimus per rescriptum principis non est proprie legitimus, legitimatus autem per subsequens matrimonium est vere legitimus, quoad effectus, ibidem.
  - 22 Legitimus per rescriptum non succedit in feudo.  
Legitimus per subsequens matrimonium succedit in feudo, ibidem.

**e** *O legitimado por subsequente matrimonio.* Nota ex lege ista, efficacior em esse legitimationem, que fit per subsequens matrimonium, quam que ex rescripto principis fit. Nam legitimatus ex rescripto excluditur a successione ex testamento vel ab intestato per legitimatum postea per subsequens matrimonium

**2** vt hic dicitur. [ Tanta est enim vis matrimonij, vt natus ex solato & soluta qui tempore conceptionis poterant contrahere matrimonium, si postea contrahat ab eod die proprie & vere sit legitimus, vt in auth. quib. mod. natu. effi. legi. in principio colla. 6. gloss. 1. in capit. tanta qui filij sint legitim. Anto. de Butr. in capit. innotuit de electio. Paul. Castren. in l. vltim. C. de his qui veni. ata. impetra. Iaso. in l. generaliter §. cum autem numero. 9. C. de insti. & substi. sub condi. fact. Ripa in l. si vnquam in rubr. numero. 86. C. de reuocan. dona. & ibi Tiraquell. hoc late probans in verbo susceperit liberos numero. 63. Antonius Gomez in l. 12. Tauri numero. 66. l. i. in fi. tit. 13. part. 4. dixi supra hoc lib. tit. 1. de matrimonio in rubr. gloss. 1. num. 123. & 120. Castan. in consue. Burgun. rub. 7. §. 1. fol. 228. col. 4. nu. 7. Pet. Dueñas in regula. 350. amplia. 1. & in principio citat plures hanc regulam explicates. [ Ex quo ad honores, dignitates, beneficia, & episcopatu admitti absque dispensatione probat gl. communiter recepta in c. tanta qui fil. sint legi. & in c. innotuit in verbo coniugata de electio. & docto. plures ab ipso Petro Dueñas citati in d. regula. 350. amplia. 5. Et amplia. 6. Infert ex hoc etiam in feudis succedere plurium autoritate, & potissimum Math. de Affli. post Iaco. de Velo. in c. 1. §. naturales, si de feu. fue. cot. int. dom. & agna. Tiraque de primogenijs quest. 34. nu. 53. Zaf. de feu. 8. par. nu. 87. Paul. Paris. conf. 13. num. 44. libr. 2. denique omnia ei competunt, que legitimis & naturalibus, vt ibi videri poteris per Pet. Dueñas in d. regu. 350. [ Quin etiam filij naturales legitimantur per subsequens matrimonium, etiam a tene decrepito vel in mortis articulo contractum, vt post longam disputationem resoluit Ioan. And. in regula sine culpa. 1. quest. num. 1. de regul. iur. lib. 6. idem Ioan. And. Anto. de Butr. & Præpos. in d. c. tanta num. 7. qui filij sint legi. Lud. de Sardis in tracta. de natura. libe. capit. de legitimatione per verum matrimonium nu. 1. 2. 3. & 4. domi. D. Couarru. de sponfal. 2. par. c. 8. §. 2. num. 10. Paul. Paris. conf. 13. num. 68. lib. 1. Anto. de Rosell. in tracta. de legitimatione vbi eam latissimè examinat in princip. c. de causa materiali legitimationis a num. 23. vsque ad nu. 43. & Ioan. Brunclius in tracta. de sponfali. 2. conclus. nu. 10. Castellus in l. 21. Tau. nu. 25. & ibi Cifont. num. 13. Tiraque in rep. l. si vnquam in verbo susceperit liberos numer. 73. C. de reuoc. dona. Pet. Dueñas citans concord. in d. regula. 350. limi. 1. Moli. de Hisp. primog. li. 2. c. 5. num. 25. & 26. Quod tamen ibi limitat, nisi talis legitimatō in mortis articulo facta esset in fraudem legatariorum vel fidei commissariorum, quod plurimū autoritate probat, & potissimum Tiraquell. in d. l. si vnquam in verbo susceperit liberos num. 74. [ Nepos autem mortuo patre ante contractum matrimonij non legitimatō per subsequens matrimonium, vt ibi probat Petr. Dueñas limi. 2. Antonius Gomez in l. leg. 12. Tauri numer. 61. Couarru. de sponf. 2. part. cap. 8. §. 2. nume. 18. tenent contrarium, quibus accedo. Denique quoties matrimonium est validum iure Canonico filij legitimantur: licet sit inuvalidum iure civili, vt si illustris vir feminam vilem duxerit, vel clericus in minoribus constitutus beneficium seu sacerdotium habens, vtroque enim casu valet matrimo-

nium



6 nium iure canonico, atque ideo per illud filij ex concubina nati legitimantur secundum receptiorem sententiam, ut ipse Pet. Dueñas plurium autoritate probat in d. regula. 350. limi. 7. & 8. [ Et an contra voluntatem filij hoc fieri possit? tractat ipse limi. 9. & concludit contra voluntatem filij non legitimari contra dom. Did. Couarru. de sponsa. 2. par. capit. 8. §. 2. num. 13. & alios ibi citatos, quibus malo accedere, hic enim est effectus matrimonij vt in d. cap. rāta, qui filij sint legi. quem nemo potest impedire, quemadmodū nec impedire posset filius legitimus ex legitimo matrimonio natus, quin esset legitimus, etiam si nollet esse.

7 [ Quid autē erit in maioratu seu primigenio, in quo primogeniti succedere solent ex lege, vel consuetudine, vel testatoris voluntate, an præteratur filius primogenitus ex concubina, secundo genito ex legitimo matrimonio cum alia contracto, si demum mortua vxore legitima, cum concubina ex qua filium naturalem habuerat, contraxerit matrimonium? & videtur, filiū primo natum & per subsequens matrimonium legitimum præferri debere secundo genito, quia legitimatus in nihilo differt à legitimo, vt in §. reliqui in auth. qui. mod. natura. effi. sui. ibi, semel eos efficientes legitimos, damus habere successiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi sunt, & in §. illi. l. vers. si quis ergo in fi. ibi, nihil à legitimis filiis differentes eo. tit. cum alijs à Tiraq. congestis in d. l. si vnquam in verbo susceperit liberos numer. 70. C. de reuo. dona. Qui & nu. 63. probat pluribus autoritatibus, quod legitimatus per subsequens matrimonium dicitur vere legitimus non fictus, de quo supra diximus numer. 2. & probat tex. noster vt dicam in glo. 4. sequenti. Anto. Gomez in l. 12. Tauri num. 6. [ Præterea legitimatio per subsequens matrimonium retrahitur ad tempus natiuitatis, quia licet fictio inductiua in his quæ iuris sunt, non possit cadere, fictio tamen translatiua locum habet de tempore ad tempus in his, quæ mæri iuris sunt, vt retro quem fuisse in potestate, vel retro fuisse legitimum secundum Bar. in l. si is qui pro emptore num. 45. & 46. ff. de v. l. cap. & constat in specie, quia legitimatio est restitutio natalium, fingens medio tempore non fuisse spurium. l. vlti. ff. de natali. restit. Bar. & Alex. in l. 2. ff. de vulg. cum concor. per Tiraq. congestis in lib. primigeniorum. q. 34. nu. 33. & 34. & quod legitimatio hæc retrahitur ad tempus, quo habuit accessum ad concubinam, tenent cōmuniter docti. in d. c. tanta, qui filij sint legi. si retrahitur, ergo quoad omnes effectus, vt in l. potior. ff. qui potio. in pig. hab. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peri. & commo. rei vendi. [ Conuenerit ratio hæc, quoniam videmus retro dici in ciuitate fuisse, qui ab hostibus redijt. l. retro. ff. de capti. cui quidē iuri postliminij nil adeo simile est, ac huius legitimatōnis ius: perinde enim ac postliminium eū à seruitute amouet & facit esse eius conditionis, ac si nunquam in ea seruitute fuisset, l. postliminium. ff. de capti. & capit. prima actione. 16. quæst. 3. sic & legitimatio illegitimum facit haberi ac si nunquam fuisset illegitimus l. si quis filio. §. pen. ff. de iniusto rup. & sicut per postliminium reuersus excludit secundo genitos & remotiores per d. l. si quis filio. §. sed si pater & l. si ne

10 cem. §. si deportatus. ff. de bon. liberto. & l. qui ex liberis. §. 1. ff. de bono poss. secun. tabu. ita & per legitimatōnem. [ Tertio si legitimatio non retraheretur, illud continuo sequitur, legitimatum aliquando fuisse naturalem tantum & nō legitimum, aliquando quoque naturalem & legitimum, quod esset monstruum vt notat gloss. in capit. cum inhibitio de clandest. desponsa. cum multis concordantijs à Tiraque. congestis in d. l. si vnquam verbo donatione largitus numero. 232. C. de reuo. donat. Antonio. Gomez in l. 12. Tauri numero. 63. [ Quarto legitimati per matrimonium possunt ad sacros ordines promoueri, vt in capit. tanta, qui filij sint legiti. & ad dignitates ecclesiasticas eligi, vt notant glossa & docto. in capit. innotuit de electione, imo & in episcopum electi, & dignitate episcopali insigniri absque vlla dispensatione, vt inquit glossa illa capit. cum inhibitio Antonius & alij ibidem, quos sequitur Nicolaus Boerius decisio. 159. columna. 2. & est communis opinio teste Decio in capit. cum in cunctis eolumna 2. de electio. dom. Didacus Couarruuias de sponsa. 2. part. capit. 8. §. 2. numero. 24. At quod in spiritualibus conceditur, multo magis in temporalibus concessum videtur. c. per venerabilem in principio qui filij sint legiti. capit. solitæ de maiori. & obedi. capit. duo sunt 96. distinctio. poterit ergo primogenituram assequi, quæ dignitas est vt notat glo. in capit. quam periculo sum. 7. quæst. 1. his rationibus & alijs hanc sententiam tenuerunt Guilliell. Armes. in sua disputatione in hac specie nuncupatim facta in cip. cum rex Anglicus quem retulit Ioannes And. in d. capit. sine culpa. 1. quæstione. 2. quæstionis princip. de regul. iur. in 6. Ricard. Malub. in sua disputatione incipi. in quibusdam prouincijs, vt cum retulit Albericus in l. cum quis. C. de natural. libe. Collecta. in d. capit. tanta columna. 1. & 2. Bart. sibi contrarius in §. tribus versiculo quærit hic Jacob. in authentica quibus modis naturalis effi. sui, & Sali. in l. quotiens. C. de reu. numero. 6. Paulus Castrensis in l. Gallus. §. & quid si tantum columna penultima versiculo ex istis patet, & ibi quoque Franc. de Aretio. columna antepenul. ff. de liberis & postum. Florianus in l. in delictis. §. si extraneus columna. 2. versiculo item facit iste text. ff. de noxalib. Antonius Rosellus in tracta. legitimatōnis libro. 1. columna. 15. versiculo vltimo est videndus, Felinus in capit. prudentiam columna. 3. versiculo primogenitus de offi. de lega. Boeri. decisio. 159. in fi. Alciat. libro. 3. de verbo. signifi. iu. 2. axiomate. [ Contraria tamen sententia, imo quod secundo genitus præferatur naturali prius nato, sed legitimato per subsequens matrimonium, post natiuitatem secundo geniti, verior est & receptior, cuius author fuit Tancretus quæstione. 9. & Bartholomeus Brixienis in sua. 55. quæstione in cipienti aliquis habuit filium, quos sequitur Ioannes And. qui hanc partem multis magnisque rationibus ac munimentis vallauit in. capit. sine culpa in. 1. quæstione. 2. quæstionis princip. & ibi Philip. Franc. 2. columna de reglis iuris in. 6. Enrriq. Cardina. Ancarran. numero. 12. & Ceteri interpretes in d. capit. tanta qui filij sint legitimi. Jacob. de Areti. Jacob. Butri. Rayne. Albe-

Albe. Bal. Ang. Pau. Cast. & Iaso nu. 40. in l. quoties C. de reuendic. Angel. in d. §. & quid sit tantum in fine, & ibi quoque Alexander hanc dicens communem col. pen. et fin. Areti. sibi parum constans & Iaso nu. 77. & 89. Lancelo. Galiula nu. 80. Fortu. Garfia ibidem colu. 121. vers. ex his breuiter & Ioan. de Mō. refer cartha. 11. colu. 1. vers. circa primum articulum, Carol. Moline. in consuetud. Parisien. titu. 1. §. 8. glo. 1. 7. quæst. nu. 34. & seq. Tiraque. in tracta. primigeniorum q. 34. nume. 23. cum concordantijs per eum citatis nu. 3. Ioan. Cirieta in tracta. de primogenitura lib. 1. quæst. 14. d. D. Couarru. attestatus frequentiori docto. in epitome de sponsalib. 2. par. cap. 8. §. 2. nume. 28. Anto. Gomez in l. 12. Tauri nume. 63. & 64. Cyfontan. in l. 40. Tauri q. 1. Didac. Castelli in l. 12. Tauri in verbo signifiante matrimonio, & Gregor. Lupi succinte, more suo, loquutus in l. 1. in glo. magna post medium fit. 13. de filiis legitimis part. 4. & Petr. de Dueñas in regula. 350. limita. 14. vbi addit concordantes, Molin. lib. 3. de Hispanor. primoge. cap. 1. nume. 7. Hæc communis sententia probatur in capit. tanta qui filij sint legitimi. à contrario sensu, dicit enim tex. ille, quod post contractum matrimonij, filius ante matrimonium natus, est verè legitimus, igitur antea non erat verè legitimus. Quo fit, vt secundogenitus ex matrimonio, sit primogenitus censendus, cum eo tempore quo ipse natus fuit, nullus esset filius legitimus, qui eum præcederet, quod rectè considerat Alciat. libr. 3. paradoxorum cap. 12. & d. D. Couarru. dict. §. 2. nume. 28. [ Alias plurimas rationes tradunt docti. supra citati, ipse autem vna dumtaxat ero. contentus, qua satisfiet ex aduerso adductis, legitimatio non retrahitur in præiudicium alterius, vt in §. liceat igitur, ibi & suos de cætero, & rursus ibi, & hoc facto exinde filios, & ibi Ange. notat in authentica quib. mod. natu. ra. effi. legi. & in §. illud tamē in fi. vers. quo facto ex hoc filios, & ibi gloss. in verbo facto, & in verbo ex hoc in authenti. quibus mod. natura. effi. sui, & in capit. tanta in verbo post contractum matrimonij, qui fil. sint legitimi. Bartol. & omnes in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. cum concordant. ibi per recentiores traditis, Tiraquel. in repetitio. l. si vnquam in uerbo susceperit liberos nume. 52. C. de reuocand. donationib. & in tractatu primigeniorum quæstio. 34. numer. 7. & sequent. Anto. Gomez in l. 12. Tauri numero. 64. optimus text. in l. 3. titu. 15. par. 4. vbi id expendit Grego. Lupi in gloss. magna in principio. [ Idque est generale, vt cum quid retrahitur, intelligatur in præiudicium contrahentium, non aliorum, siue id sit beneficij collatio, vt in capit. si pro te de rescriptis lib. 6. siue confirmatio cap. si apostolicæ de prebend. libr. 6. siue legitimatio, vt dixi, siue fictio, quæ non fit in præiudicium tertij, ex sententia gloss. in capi. quia circa de priuileg. quam doctor. sequuntur in l. hac edictali. §. his omnibus. C. de secund. nupt. Petr. de Ancharra. consil. 106. col. 1. in fin. Bald. consil. 16. libr. 4. & qui eidem consilio subscripserunt, argument. eorum quæ notat Cyn. in l. vltima. C. ad Meccedonia. & probatur in l. stipulatio de dote. ff. de iure doti. & in l. singulari. §. vltimo

ff. sola. matrimo. quæ iura citat Cardinal. Florenti. cō filio. colu. 4. vers. item retrahitur. Restitutio in integrum etiam intelligitur absque præiudicio tertij l. & si sine §. sed quod Papinianus. ff. de minori. l. vltima. C. de sentent. passis cap. quamuis de rescrip. libr. 6. cum concordant. ab Alexand. traditis in dicto. §. & quid si tantum. Idem in actu facto ex vi mandati præcedentis, vt in pulchro casu respondit Bald. cō filio. 198. ad fin. libr. 1. idē & in conditione voluit Philippus Decius in l. pecunians ad fin. ff. si cert. petatur & ante eum Bald. in l. 1. in fin. per illum text. & ibi quoque Salicet. C. an seru. ex suo facto, & expressius Alexand. consil. 228. numer. 3. libr. 6. Hostien. in summa titu. de conditionib. apposit. §. quæ conditio colu. 2. vers. quid si contraho cum vna, Collecta in capit. supra per eo in princip. extra cod. Tiraq. lib. 1. de retrahit. §. 1. gloss. 10. nume. 68. Igitur huiusmodi legitimatio retro vires suas non extendit, sed robur incipit habere à tempore suo, quare legitimus ante id tempus primogenituræ adeptus ipsum non amittit per legitimatōnem naturalis, quam metimur ex suo tempore, quo matrimonium ab eius parentibus contractum fuit, non antea. [ Et tum potissimum hæc procedunt in specie proposita, in qua deficit extremum à quo incipit fictio, cum eo in tempore reperitur alius primogenitus & legitimus, qui legitimatum præcedat in qualitate legitimatatis, vt optimè considerauit Tiraquel. dict. quæstione. 34. primigeniorum numer. 229. At cum duo extrema habilia in fictione translatiua requirantur secundum Bartol. doctrinam communiter receptam in l. si is qui pro emptore nume. 4. & 28. ff. de v. l. capio. per text. in l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. & l. bonorum. ff. rem ratam hab. cum similibus, si vnum deficit, nimirum si retractioni locus non sit. [ Et ex his patet responsio ad ea quæ ex aduerso adduximus. & sigillatim poteris respondere, vt per Ioannem Andream in dicta regula sine culpa, & Alberi. in l. cum quis. C. de naturalibus liber. ad quos lectorem relego. Sed non quiescit animus meus, donec sigillatim respondeam. Non obstat primum argumentum numero. 7. traditum, quod legitimatus per subsequens matrimonium sit verè legitimus, & in nihilo differat à legitimo, fateor siquidem, sed intellige, vt ab eo tempore incipiat verè legitimus esse, quo matrimonium contractum fuit ab eius parentibus, & non antea, vt constat ex dicto capitulo tanta, qui filij sint legitimi & dixi supra nume. 13. & 14. [ Ad secundum respondeo, retractioni locum non esse hæc in specie propter defectū extremi à quo, & nō præiudicij fiat iuri formato, & in cōmutabili filij legitimati ante legitimatōnem alterius nati, nā licet ius spe quæsitum nō impediatur retractionem, vt in l. 1. §. qui mortis. ff. ad Trebellian. vbi si is, qui mortis tempore cuius Romanius erat, ante aditam hæreditatem, in seruitutem reducatur, legitimata hæreditas ei non deferretur, etiam si postea liber factus sit, nisi beneficio principis fuerit restitutus, & tamen eo seruo potius effecto, erat interim alteri scilicet proximiori ius quæsitum, idque probat. l. 1. §. final. ff. de bono possessione contra tabulas iunctis. his quæ notat

glo. in l. Gallas, §. & quid si tatum. ff. de lib. & posth. Hoc ideo fit, quia spes successioneis non est adeo considerabilis, ut dici possit ius esse quæsitum ei, qui talem habet spem. Spes vero primogenituræ est probabilis & considerabilis, quæ filio vel successoribus cuiuscunque cõ petit viuo possessore, ita ut ei non possit auferri, ut laicè probat Tiraq. de iure primigeniorum. q. 21. & q. 40 in multis locis, & d. D. Couarru. lib. 3. resolu. c. 5. Imo & ius successioneis competens filio in bonis parentum est considerabile in eorum vita, & est quedam probabilis spes, tam iure naturali, quam positivo, ut in l. scripto. ff. vnde libe. l. cum ratio. ff. de bo. damna. l. in suis. ff. de libe. & posth. §. sui insti. de heredi. quali. & differ. Bar. & docto. in l. 1. §. si impuberi. ff. de colla. bono. & in l. is potest. 2. col. ff. de acqui. har. cum cõcord. per Anto. Gomez traditis in l. 12. Tauri nu. 64. [ Nec me mouet tertium argumentum, quod esset monstro simile, quandoque fuisse filium naturalem tantum, quandoque legitimum & naturalem, quia illud procedit, postquam quis est iam legitimatus, tunc nimirum non congruit pro parte esse illegitimum, & pro parte legitimum, ut constat ex iuribus & rationibus per Tiraq. congestis in rep. l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 232. C. de reuo. dona. Sed in specie nostra legitimatus per subsequens matrimonium ab eo tempore incipit esse verè legitimus ex legis dispositione, quod fuit contractum matrimonium, nec poterit deinceps pro parte esse legitimus, sed quoad omnia ut in d. c. tanta qui filij sint legi. licet in legitimatione per rescriptum secus sit, potest siquidem pro parte non esse legitimus, id est, quoad effectus legitimitatis aliquos, nẽpe, successioneis, quare filij postea nati ex legitimo matrimonio, vel legitimatione per subsequens matrimonium eum excludunt, ut in hac lege statutum est, quãuis iure cõmuni dubium, erat ut retuli supra glo. 2. num. 3. & late constat ex Tiraq. in d. l. si vnquam verbo donatione largitus nu. 225. & pluribus seq. [ Minus oberit quartum fundamentum nu. 11. adductum, quod legitimatus per subsequens matrimonium possit ad sacros ordines promoueri, & dignitate episcopali insigniri, absq; vlla dispensatione, ergo à fortiori poterit primogenituram consequi, quia fateor verum esse argumentum, non tamen obstat conclusioni nostræ, primogenituram nanque verè consequitur ab eo tempore, quo pater matrimonium duxit, ut in dict. capi. tanta, non tamen retrotrahitur ad tempus natiuitatis in præiudicium filij legitimi postea ex legitimo matrimonio nati, cui ante legitimationem alterius erat ius primogenituræ quæsitum. [ Quo fit, ut primogenitus naturalis legitimatus per matrimonium ante natiuitatem secundogeniti legitimi (ut fit cum post susceptum ex concubina filium, pater, nullo matrimonio intermedio, vxorem duxit eandem concubinam ex qua filium habuerat, & ex eadem iam vxore legitima effecta, alium suscepit filium) ille in quã qui prior natus est naturalis, & prius legitimus factus per subsequens matrimonium, obtinebit ius primogenituræ, & alteri præferetur ex omnium sententia, teste Tiraque. de iure primigeniorum. q. 34. nu. 47. & id quidem optimo iure, ut ipse ait, nam quia is naturalis iam est legitimus, ex legitimatione per subsequens matrimonium

facta ante natiuitatem alterius legitimi: & sic habuit ante vtrunque vinculum, & civile, & naturale, tum etiam quia hic prior filius causauit ut secundus nasceretur legitimus, propter eum siquidem concubinam matrem suam duxit in vxorem, ex qua secundum filium suscepit, qui ob id gratiam agere debet ei, cuius beneficio ipse natus fuit legitimus, ut dixit imperator in l. cum quis, & l. nãper. C. de natu. lib. & in §. vlti. in auth. qui. mod. natu. effi. leg. Tiraquel. dict. quæst. 34. nume. 37. & 47. & in hac specie voluit Angel. Areti. in §. vltim. in fin. insti. de nup. Dida. Castelli in l. 12. Tauri in gloss. in verbo figuente matrimonio col. 2. Mo. li. 2. de His. primog. c. 11. nu. 23. & l. 3. c. 1. nu. 6. [ In legitimatione autem per rescriptum principis facta, siue fiat postquã filius ex legitimo matrimonio natus fuit, siue antea, per superuenientiam filiorum legitimorum excluditur legitimatus à primogenitura vel successione, quia non verè legitimus est, sed per fictionem, ut in primo membro omnes doctores conuenire attestatur. d. D. Couarru. in epitome de sponsalibus. 2. par. c. 8. §. 2. nu. 28. ad finem. Sed tu in hoc die ut supra glo. 1. nume. 9. Secundum autem membrum probat idẽ Couarru. ibidem post Tiraquel. in repet. l. si vnquam in verbo donatione largitus nume. 223. quæst. 15. C. de reuocand. donationib. probat hanc sententiam. l. nostra, non enim tantum habet roboris legitimatio per rescriptum, quã quæ fit per subsequens matrimonium, ut non mirum videri debeat, legitimatum ex matrimonio succedere in primogenitura postpositis his qui per huiusmodi legitimationem nati sunt, non etiam legitimatos per rescriptum. [ Nam legitimatus per rescriptum non succedit in feudo, legitimatus autem per subsequens matrimonium rectè succedit, ut pluribus autoritatibus insinuat Tiraquel. de iure primigeniorum quæst. 34. nu. 33. qui & numeris sequen. alia inter legitimationes discrimina constituit. Et pluribus autoritatibus probat etiã Petr. de Dueñas in reg. 350. amplia. 6. & sequitur Moli. lib. 3. de Hispa. primog. c. 3. num. 3. cum sequen.

GLOSS. IIII.

- 1 Legitimus per subsequens matrimonium excludit legitimatum per rescriptum.  
Legitimus per subsequens matrimonium est verè legitimus, non sic per rescriptum, ibi.
- 2 Legitimus per subsequens matrimonium in nihilo differt à legitimis.
- 3 Legitimus per subsequens matrimonium putatiuũ filius propter bonam fidem alterius ex coniugibus.
- d El tal legitimado no pueda succeder con los tales hijos, o descendientes legitimis. ) Nota text. singularem & expressum quod filius legitimatus per rescriptum principis non est proprie legitimus sed legitimatus per subsequens matrimonium est verè legitimus, dixerat lex

lex ista in prin. q. legitimatus per rescriptum principis non succedit cum filijs legitimis postea natis, nec cum legitimatis per subsequens matrimonium postea subsequutum, quos nunc legitimis vocat, cum ait. Con los tales hijos o descendientes legitimis. [ Consequitur ergo, filios legitimatos per subsequens matrimonium verè legitimis esse, & in nihilo differre à legitimis, dixi in glo. præcedenti nu. 2. & 7. [ Quod procedit etiam in matrimonio putatiuo, nam si alter ex coniugibus habuerit bonam fidem, nihilominus legitimabitur naturalis filius in concubinato habitus. l. 1. ti. 13 & l. 2. tit. 15. par. 4. l. 4. tit. 6. lib. 3. fori Rode. Xuar. ibi. fo. 85. pagi. 1. §. ad prædicta ut de naturalibus Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. §. 36. nu. 2. Petr. Dueñas alios citans in regula. 350. amplia. 9. Molin. lib. 3. de Hispa. primog. c. 1. nu. 11.

GLOSS. V.

Legitimi per subsequens matrimonium succedunt contra testamentum paternum, & rumpunt illud.

Ab intestato ni ex testamento. ) Si non succedunt naturales legitimi per rescriptum ex testamento instituti cum legitimatis per subsequens matrimonium, consequitur necessario, filios legitimatos subsequenti matrimonio posse rumpere testamentum paternum, ac si legitimi forent ante testamentum: quod Bald. assue rat in l. filius à patre. §. 1. ff. de libe. & posth. & in l. certum & ibi Imol. ff. de iniur. rup. Ange. consi. 77. Ancharra. consi. 290. Soci. consi. 226. nume. 5. lib. 2. & consi. 63. nu. 19. lib. 3. Iaso in l. qui se patris num. 15. C. vnde libe. & in rub. C. de posth. hære. insti. nume. 1. Cassane, in consue. Burgun. in titu. de successione rub. 7. §. 3. fo. 287. colu. 2. nume. 8. Siluanus consi. 3. numer. 25. Anto. Rossell. in tracta. de legitimatione lib. 1. c. de matrimonio præsumptiuo num. 13. Tiraquel. in l. si vnquam in verbo suscepit liberos nume. 80. & 81. C. de reuo. donatio. Pet. Dueñas in regula. 350. amplia. 20. Anto. Gomez in l. 12. Tauri nu. 66.

GLOSS. VI.

Legitimi per rescriptum ut extranei habentur respectu legitimorum & legitimorum per subsequens matrimonium, quia non potest eis vltra quintum relinquere.

Que hasta en la dicha quinta parte biẽ permitimos q̄ sean capaces. ) Nota filium legitimatum ex rescripto haberi tanquam extraneum respectu legitimorum & legitimorum per subsequens matrimonium, sunt quippe bonorum paternorum incapaces, nisi quintæ duntaxat partis, cuius sunt extranei capaces ut in l. 9. ti. 5. li. 3. fori dixi in l. 1. ti. 6. de melioratio. supra hoc lib. glo. 1. nu. 1. & 2. tex. in l. 12. ti. 6. supra hoc lib.

GLOSS. VII.

Legitimi per rescriptum principis licet non succedant

dant patri suo cum filijs legitimis, consanguineis vero patris vel matris succedunt cum alijs.  
2 §. filium vero in auth. qui. mod. natu. effi. legi. explicatur.  
3 Legitimi per rescriptum principis non extantibus legitimis, succedunt contra testamentum patris, & illud rumpunt si fuerint præteriti.

Pero en todas las otras cosas, a si en succeder a los otros parientes. ) Nota ex lege ista, quod licet in successione ascendente legitimi ex rescripto principis non concurrant cū postea legitime natis, quoad successioneem verò agnatorum legitimi omnino censentur, & indiscriminatum succedunt consanguineis patris vel matris simul cum legitimis fratribus & ipsi succedunt eis. Ideoque à fortiori disponitur in legitimatis per subsequens matrimonium, tam ex testamento, quã ab intestato, sicut veri legitimi, ut in auth. qui. mod. natu. ra. effi. sui. §. reliqui colla. 7. & in §. si quis ergo & in §. & quoniam varie eiusdem authentici, ita notat Ant. Gomez in l. 12. Tauri nu. 69. & Tell. Fernan. ibidem nume. 43. & Dida. Castelli in verbo a los otros parientes Ioan. Lupi nu. 40. 46. & 47. & Cyfon. nu. 4. [ Nec oberit tex. in d. auth. qui. mod. natu. effi. sui. §. filium vero, quia loquitur in legitimatione per oblationem curiæ facta, ita explicat Cyfon. & Castell. & Anto. Gomez vbi supra Bar. in §. qualiter nu. 5. eiusdem auth. & in auth. de incest. nup. §. dubitatum, Specula. in ti. de success. ab int. versi. quid de legitimatis per principem nume. 21. Anto. de Butr. in c. per venerabilem nu. 17. qui filij sint legi. & ibi Panor. nu. 28. Iaso in l. si is qui pro emptore nu. 264. ff. de vsucap. [ Ex his verbis colligitur etiam, quod non extantibus legitimis legitimi per rescriptum principis præteriti à patre rumpent eius testamentum secundum Bal. in l. cum in adoptiis nume. 5. C. de adoptio. cui accedit Didac. Castelli in l. 12. Tauri in verbo no pueda succeder. 1. col. vers. sed quæ ro an legitimatus, & ibi Ioan. Lupi nu. 36. optimus est tex. in §. 2. insti. de hære. quæ ab int. defer. notat Iaso in rub. ff. de libe. & posth. 2. col. Ioã. Cirier lib. 1. de primogenitura. q. 13. latius Tiraq. in rep. l. si vnquam verbo suscepit liberos nu. 64. C. de reuo. dona. d. D. Couarru. de spon. 2. par. c. 8. §. 8. nu. 2. vbi hoc limitat non procedere in filio dispensato, vocat enim dispensatum eum, cui princeps non cõcessit successioneem nisi limitatam, quod nos negauimus supra eo. glo. 1. nu. 3. Non tamen negamus hac in specie legitimatum non posse venire cõtra testamētũ patris, ut ibi etiam dixi nu. 6.

GLOSS. VIII.

- 1 Naturales filij an gaudeant nobilitate Hispana, hidalguia nuncupata, & nu. sequen.
- 2 Lex nostra intelligitur optime & nu. sequen.
- Legitimi per rescriptum si nati sint ex damnato coitu non gaudent nobilitate Hispana. ibi.
- 3 Legitimus per rescriptum quando gaudeat nobilitate Hispana vel non, & nu. sequen.

Lex. 20. ti. 11. lib. 2. huius collectionis & l. fin. ti. 2 lib. 6. explicantur ibi.

Lex. 1. tit. 11. par. 7. & l. 3. ti. 15. par. 4. explicantur ibid.

4 Legitimus per rescriptum non gaudet nobilitate Hispana, nisi sit filius naturalis ex concubina vnica domi retenta.

h Como en hõrras y preeminencias que hã los hijos legitimos. Filij naturales an gaudeant nobilitate parentum iure communi dixi supra hoc lib. tit. 1. in glo. rubr. nu. 126. Iure autem regio ibi resoluimus nu. 127. per. l. 1. tit. 11. par. 7. filios naturales tantum, gaudere nobilitate Hispana, fidalguia, nuncupata, licet non gaudeat ceteris honoribus, vt in l. 3. tit. 15. par. 4. quas sic intelligit Grego. Lupi in d. l. 3. in verbo honrras, & Oalora de nobilitate Hispana. 2. par. 3. partis principa. c. 3. numer. 3. vers. notum est etiam, Ioan. Orosius in l. cum legitime. ff. de statu homi. nu. 20. Dida. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordina. colu. 1328. [ Cui conclusioni repugnare videtur verba legis nostræ, cum hoc tribuat naturalibus legitimitatis per rescriptum principis, si autem hoc erat iure communi concessum ante legitimationem frustra precibus impetraretur, quod iure communi erat concessum, quare hanc legem intelligit Pet. Nun. Auenda ño in dictionario suo in verbo hijos naturales, vt procedat in filiis spurij, qui tamen nati non sint ex damnato & punibili coitu, nam in his legitimationem nihil posse asserit, vt gaudere possint nobilitate Hispana, quod probat ex pragmati. sanctione Pincia lata, anno. 1542. que hodie transcripta est in l. 12. tit. 2. de nobilibus Hispaniæ infra lib. sexto, cuius verba refert aliter quam ibi scripta sunt Dida. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 4. ordina. colu. 1328. Idem voluit Pet. Dueñas regula. 69. in fine, aliter tamen hoc explicat idem Petr. Dueñas in regu. 366. limi. 6. [ Poteris tamen aliter eam legem intelligere & l. 20. titu. 11. de iudicibus nobilium supra lib. 2. ( vbi statuitur filios rescripto principis legitimos, etiam si verbis rescripti legitimi fiant, nullatenus gaudere exemptione à tributis vel nobilitate Hispana in his, in quibus ante legitimationem non gaudebant) vt procedat in filiis naturalibus natis ex concubina, quæ domi non retinetur, nã licet legitimi fuerint, non gaudent nobilitate parètum, quæ fidalguia, nuncupatur, & in hoc corrigat legem nostram. Lex autem nostra verificetur in alijs honoribus & dignitatibus vel præminentijs, à quibus erant alieni filij naturales, vt in l. 3. tit. 15. par. 4. quarum legitimitas fecit eos capaces, lex vero. l. 1. tit. 11. part. 7. procedat in filiis naturalibus ex concubina vnica & in domo retenta natis, in quibus expresse loquitur, vt hi absque legitimatione gaudeant nobilitate Hispana, nec ad alios extendatur, licet hodie naturales sint, vt in l. 9. supra eo. & ita intellige quod diximus supra hoc lib. titu. 1. de matrimonio glo. 1. rubricæ nu. 126. 127. & 128. [ In spurij verò ex coitu damnato natis nulli dubium, quin dispensatio principis non extendatur ad exemptionem à tributis, nec ad alia nobilitatis Hispaniæ priuilegia vt concludit Petrus Nunnus in dictionario in verbo hijos legitimos, & Didacus Perez in dict. l. 1. titu.

1. libr. 4. ordina. colu. 1328. & alij numer. 1. citati. Itaque hodie filius naturalis ex concubina vnica & domi retenta natus siue legitimatus fuerit siue non gaudet nobilitate Hispana, & non alius licet à principe legitimetur apposita clausula quod facit eum legitimum: vt in dict. l. 20. titu. 11. supra libr. 2. & l. vltima titu. 2. infra libr. 6. Non autem illæ leges corrigunt eam legem par. 1. titu. 11. par. 7. eo quod in eis dicitur, in his in quibus ante legitimationem non gaudebant, si ergo gaudebant, prout in eo casu dict. l. par. nimirum si priuilegio fidalgorum gaudeant, si sint à principe legitimi, cum absque legitimatione eo potiebantur. Itaque legitimitas hac in specie nihil operatur.

GLOSS, IX.

Legitimus per rescriptum principis in nihilo differt à legitimo, etiam si quoad successionem sit legitimitas limitata.

i Que en ninguna cosa difieran de los hijos nascidos de legitimo matrimonio. ) Nota filios naturales per principis rescriptum legitimos in nihilo differre à filiis legitimis, etiam si in successione limitetur legitimitas, quia hoc non immutat substantiam legitimationis, vt ex communi resolutione probaui latius supra hac eadem lege glo. 1. nu. 3. & 9.

LEY XI.

¶ De los herederos que no querellan la muerte del que es muerto a tuerto.

Don Enrrique. III. en el quaderno de las penas de camara, año de. 1400. Y don Alonso eod. tit. c. 10.

¶ Si algun hombre fuere muerto a traycion o a tuerto, e sus herederos qui fueren heredar sus bienes por herencia e los resciben, y la muerte no querellã dentro en cinco años por querella de justicia b ante el Rey, o ante sus alcaldes, pierdan la herencia que del finado han recaudado para la nuestra camara. c Y esto se entienda en aquellos que han edad cumplida, d e son varones. e Y si fuere sabido qui fue el matador, f y que sea en la tierra. g Y que sea poderoso para demandar la muerte. h

GLOS.

GLOS. I.

- 1 Hæres non vindicans necem defuncti efficitur indignus hereditatis, & applicatur fisco.
  - 2 Lex nostra intelligitur, & nume. sequen.
  - 3 Hæres non vindicans necem defuncti ante apprehensam hereditatem quando efficitur indignus, & nume. sequen.
  - 4 Hæres adiens hereditatem ante vindicationem necis defuncti palam commissæ quomodo efficitur indignus?
- a A traycion o a tuerto. ) Nota legem istam, que limitare & restringere videtur ius commune Imperatorum, & regum Partitarum, quo hæres non vindicans necem defuncti efficitur indignus hereditatis, & applicatur fisco. l. 1. & l. cum fratrem, & l. minoribus. C. de his qui. vt indig. l. in cognitione & l. sequens. §. vlti. ff. ad sen. conf. Sillania. l. 13. tit. 7. par. 6. [ Nam lex ista exigit occisionem proditoriæ vel per insidias factam vt ab hærede hereditas auferatur necem defuncti non vindicante. [ Sed iudicio meo lex ista nihil immutat iuris communis, debet nãque intelligi cum clari occiditur & occultè veneno, vel aliis, ita vt eius occisio sit occulta, & hac in specie potest hæres impunè aperire tabulas testamenti, & hereditatem adire. l. necessarios. §. vlti. & l. propter veneni. ff. ad Sillania. tenebitur tamen postea vindicare intra quinquenium. l. 13. tit. 7. par. 6. quod crederem computari à die scientiæ. l. cum fratrem vbi Bald. Salicet. & Alexand. C. de his quib. vt indig. [ Sin autem palam fuerit occisus tabulas aperire, vel adire non potest, donec necem vindicauerit, quod si antea aduerit fisco queretur hereditas cum fructibus perceptis. l. hæredem. ff. de his quib. vt indig. l. 13. vers. la segunda razon, tit. 7. par. 6. vbi Grego. Lupi in verbo es traños, hanc fuit sequutus sententiam contra Azonem.

GLOSS, II.

Hæres nõ potest propria sed iudicis auctoritate vindicare necem defuncti.

b Por querella de justicia. ) Nota non licere hæredi auctoritate propria necem vindicare defuncti, sed iudicis. l. 13. tit. 7. par. 6. l. 1. & per totum. C. vt nemi. lice. sine iudi. se vindi. l. hæredè & l. portiones. ff. de his qui. vt indig. l. 1. & l. cum mortis. ff. de iure fisci, Anto. Gomez de delictis. c. 3. nume. 53.

GLOSS, III.

- 1 Hæres efficitur indignus hereditatis. §. modis & applicatur fisco hereditas, & nume. sequen.
- 2 Hæres efficitur indignus hereditatis si necem defuncti à familia occisi factam nõ vindicauit ante aditionem hereditatis & applicabitur fisco. ibi,

- 2 Hæres vt indignus non efficitur an sit satis accusacionem contra familiam proponere an debeat spectare supplicium?
- 3 Lex. 13. tit. 7. par. 6. explicatur. Geminata verba maiorem deliberationem insinuât ibidem. Geminacionis. 36. effectus, remissive, ibi.
- 4 Hæres si adierit hereditatem ante necem defuncti palam ab extraneo factam vindicatam efficitur indignus & applicatur fisco hereditas. Hæres si intra quinquenium à die aditæ hereditatis & scientiæ mortis non vindicauerit, indignus efficitur. ibid.
- 5 Hæres non vindicans mortem defuncti non efficitur indignus si ab alio in accusacione fuerit præuentus vel si est rusticus & ignarus. Rusticus sagax nõ excusatur prætextu rusticitatis, ibi.
- 6 Hæres non efficitur indignus si non accusauerit patrem suum, qui occidit testatorem.
- 7 Fiscus hæres an teneatur defuncti necem vindicare? Lex. 1. C. vbi causa fiscales explicatur. ibi.
- 8 Hæres non vindicans necem defuncti excusatur si per eum non steterit vel ob inopiam eius.
- 9 Hæres sit indignus aperiens tabulas & adiens hereditatem ante accusacionem contra occisores proposita.
- 10 Hæres occidens testatorem vel morti occasione præbens efficitur indignus hereditatis eius.
- 11 Hæres efficitur indignus, si cum vxore defuncti eo viuo vel mortuo concubuerit.
- 12 Hæres de falso accusans testamentum efficitur indignus & quomodo?
- 13 Procurator vel aduocatus de falso accusans testamentum, in quo est scriptus hæres, efficitur indignus.
- 14 Testis vel index contra testamentum an amittat momentum, quod ex eo sibi competebar.
- 15 Hæres dicens testamentum falsum si ab accusacione desiterit post sententiam pendente causa appellacionis, an efficitur indignus?
- 16 Hæres qui tacitam fidem accomodauit defuncto efficitur indignus.

c Pierdan la herencia que del finado han recaudado para la nuestra camara. ) Aduertere hic oportet, quinque modis effici indignum hæredem, obidque fisco applicari hereditatem. Primo si necem defuncti nõ vindicauit, quod dupliciter consideratur. Primo quatenus pertinet ad senatusconsultum Sillanianum, quod prohibetur hæredi testamentario vel legitimo adire hereditatem, vel bonorum possessionem petere, donec necem defuncti à familia factam vindicauerit, & quæstionem habuerit de dicta familia occidente: suppliciumque ex ea sumpserit, idest, poenam capitalem postulauerit imponi seruis, qui defendere dominum potuerunt, neque enim hæres propter compendium suum fami-



lia facinus debet occultare. l. 3. §. quod ad causam, & §. non tantum. ff. ad sen. conf. Sillani. l. 3. in prin. titu. 7. quibus ex causis hereditas amitti possit; part. 6. l. necessarios. §. non alias. ff. ad Sillania. [ Sed quando dominus occiditur a familia seruorum, vel serui cum a morte non liberarunt, cum potuerint a periculo mortis erueri, an satis sit heredi aduersus eos accusationem proponere capitalem, vt ei liceat hereditatem adire impunè; an verò sit necessum supplicium spectare? Et Salicet, in. l. cum fratrem. C. de his quib. vt indign. oppos. e. questionem hanc resoluit dicens: Aut dominus palam occiditur a familia; & antequam supplicium summatur a seruis adire non poterit. l. 3. §. quod ad causam. l. necessarios. §. i. ff. ad Sillanian. Aut vero occiditur clam a familia, vel culpa familie, & tunc necessario quæstio habenda est a familia ante omnia; & questione habita; si confessio resultaerit sufficiens, spectari debet supplicium: si verò nihil ex tortura sufficiens haberetur, poterit impunè adire, nec supplicium spectare tenebitur, atque ita intelligi debere assuerat text. in. l. 3. §. non tantum. ff. ad Sillanian. & l. si ea. C. de his quib. vt indign. hanc resolutionem sequitur Alexand. in. l. cum fratrem. C. eodem titulo. & Gregor. Lupi in dict. l. 13. in verbo querella titu. 7. parti. 6. ita intelligens textum illum contrarium sentientem, cum sit ait: *Si el here-ro sabiendo esto entrase la heredad ante que hiziese querella al juez.* [ Sed ni fallor, contrarium sensit lex illa, imo quod indiscriminatim siue familia dominum necauerit, siue extraneus quispiam, satis sit heredi quærellam seu accusationem proponere, ad euitandam hereditatis publicationem seu confiscationem, quamuis supplicium non spectauerit, quod æquissimum est, & a verbis legis Partita. non alienum, quippe quæ ter ea verba repetit, semel in eius initio, ibi, *Si el heredero sabiendo esto entrase la heredad ante que hiziese querella al juez.* Et iterum ibi, *Bien podria su heredero entrar en la herencia, e despues hazer querella de la muerte del hasta cinco años,* & tertio, in versiculo, la segunda, ibi, *antes que hiziese la acusacion de los matadores del.* Hæc repetitio & geminatio verborum enixam voluntatem legislatorum ostendit. l. si mulier. C. ad Velleja. Bartol. in. l. cum scimus in fin. C. de agricol. & cens. lib. 10. Paul. Paris. consil. 1. nume. 76. lib. 4. & iterum consil. 10. nume. 31. & consil. 48. nume. 24. & consil. 50. nume. 15. & consil. 52. nume. 18. & consil. 72. numer. 45. eodem lib. 4. Vbi enim interuenit geminatio verborum, ibi plenam deliberationem interuenire creditur, vt in authent. vt nulli iudi. §. & hoc verò iubeamus, Bald. in consil. scismatis posito sub rubric. C. si quis aliq. testari prohib. §. sed in contrarium nume. 15. Felin. in. c. si cautio numer. 39. in fin. de fide instrum. vbi circa materiam geminationis plura congregat vtique ad numerum. 45. Canonistæ in capi. vltimo de offi. delega. Moderni in. l. 1. in princip. ff. de offi. eius cui manda. est iuri. Deci. consil. 60. Anton. Corsetus in tracta. de potesta. regia cum agit de verbis geminatis. Hinc gloss. in cap. si quis iratus. 2. quæstio. 3. in verbo reiterato dixit, quod reiteratio præsupponit de

liberationem: Dixit etiam Paul. Paris. consil. 89. nume. 23. lib. 3. quod geminatio actus inducit deliberatam & appensatam mentem facientis vel disponentis, & alibi scribit Bald. verba geminata coniungere iuris intellectum veritati, vt refert Paul. Paris. consil. 38. nume. 8. lib. 4. denique triginta & sex esse actus geminationis congregat Ferdinand. Vazquez Menchaq. lib. de successio. creatione. §. 3. nume. 13. Si ergo lex regia vellet supplicium esse spectandum, & non sufficere accusationis propositionem, vt poena confiscationis euitetur, non repeteret toties verba illa; hazer querella: Quod confirmatur ex verbis legis nostræ, ibi: *E la muerte no querellan dentro de cinco años.* Sed licet poenam confiscationis non incurrat hæres; qui adiuuit hereditatem post propositam accusationem, tenebitur tamen sub eadem poena accusationem prosequi intra tempus a iudice præfixum: ne leges verbis impostæ esse videantur contra. l. 2. in fin. C. commun. de legat. [ Secundum, quod prædiximus esse considerandum, pertinet ad edictum de his quibus vt indignis, & hoc est, cum ab extraneis fuerit testator palam occisus, non potest hæres adire, donec occisores accusauerit, atque de eis supplicium sumpserit. l. minoribus ad fin. C. de his quib. vt indign. Bartol. Salicet. & Paulus Castr. in. l. cum fratrem. C. eodem titulo. Gregor. Lupi in. l. 13. in verbo estranos titu. 7. parti. 6. qui ita eam legem esse obseruandam attestatur. Sed, vt numero præcedenti diximus, satis erit, si accusatio nem proposuerit, etsi supplicium non spectauerit, vt ex verbis eiusdem legis expenditur. Si verò clam occisus fuerit, putâ veneno vel aliâ occulte, poterit proculdubio hæres impunè adire hereditatem, sed postquam adiuerit quærellam proponere tenebitur intra quinquennium vel aliud tempus a iudice præfixendum, vt voluit Gregorius Lupi in dict. l. 13. in verbo hasta cinco años in fin. argumen. text. in l. si quis homicidij. C. de accusat. & in. l. prætor edixit §. si dicatur. ff. de iniur. hanc sententiam probat in specie lex nostra, vt dixi supra eod. gloss. text. in in dict. l. 13. in verbo la segunda titu. 7. quib. ex cau. hered. amittatur parti. 6. Et si accusatio intra quinquennium non proponatur, hæres efficitur indignus atque ideo hereditas fisco applicatur. l. propter veneni. ff. ad Sillanian. l. 1. & l. cum fratrem. C. de his quib. ut indign. dict. l. 13. & lex nostra. [ Quam sententiam limita pluribus modis. Primo nisi ab alio fuerit hæres in accusando præuentus, quia tunc nullam incurrit poenam, etiam si accusationem non proposuerit. l. fororè. C. de his quib. vt indign. Secundo fallit in rustico ignaro. l. 3. §. si quis ignorans. ff. ad Sillanian. tunc enim parcutur rustico, quum & ignarus fuerit, & quum est rusticus opere & conuersatione. l. atlethe. §. de rusticis. ff. de excusatio. tutor. l. vltima. C. de testam. Bald. in. l. 2. numer. 7. C. de rescinden. venditio. text. in specie in dict. l. 13. vers. la segunda, & ibi notat Gregor. Lupi in verbo, aldeano nescio. Rusticus siquidem sagax non excusatur pretextu rusticitatis gloss. notabilis in dict. §. de rusticis, & notat Bal. in. l. 1. C. de interdi. mat. inter pupi. & tuto. in vtraque lectione, ibique gloss. asserit esse præsumendum contra rusticum

rusticum aliquem actum clam facientem. [ Tertio limita, nisi hæres sit filius occidentis, tunc enim accusare non tenetur patrem, quare si hereditatem adierit necesse inulta non redditur indignus secundum Pileum ab Alberic. relatum in rubric. C. de his quib. vt indign. per text. singularem in. l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adulter. idem ante Alberic. voluit Ioan. And. referens verba Pilei in additioni. ad Specula. in rubric. de successio. ab intesta. col. 1. Iaso eos sequitur in. l. 1. col. 2. C. de his qui. vt indign. Grego. Lupi in. d. l. 13. in verbo deue. a perder. titu. 7. parti. 6. qui idem asseuerat in casu contrario, si filius occidisset testatorem, & pater fuisset hæres institutus ab occiso, refertque hoc voluisse Iaso in. d. l. 1. argu. d. §. liberto ex ratione eius. [ Quarto limitatur & restringitur regula prædicta, vt non procedat si fisco fuit hæres institutus, qui non tenetur necem defuncti vindicare secundum gloss. singularem in. l. recusare. §. si fisco in verbo vindicauerit. ff. ad Trebellia. quæ frequentius recipitur teste Grego. Lupi in. d. l. 3. in verbo, debela perder in fi. tit. 7. parti. 6. & Iaso in. l. 1. primo notabi. in fin. C. de his qui. vt indign. licet oppositum voluerit And. de Yern. in tit. que sint regalia versic. & quæ indignis, dicens fisco heredem institutum accusare debere homicidas, si desit alius accusator, vt in l. 1. C. vbi causæ fiscal. ibi, nec bona a fisco peti posse prius quam de crimine constiterit apud eum, cui conuictis poenam irrogare licet, cui non respondent doctor. nec ipse Grego. Lupi. Sed iudicio meo, diuersam continet text. ille speciem ab ea de qua agimus: non enim ibi fuit fisco hæres institutus, sed tractabatur coram Cæsaris procuratore quæstio non defensionis mortis defuncti, & quidē iudices non esse causæ huius responderunt Imperatores Seuerus & Antoni. Redduntque in secunda parte eiusdem legis rationem dicentes, mirum non esse procuratorem Cæsaris iudicem non esse quandoquidem fisco bona petere non poterat, antequam coram iudice competenti qui conuictis poenā irrogare posset, de crimine & necesse testatoris constiterit. Iudex tamen, inquit text. ille, procurator esse poterit, si occisores mortui fuerint, cum iam non de crimine aut poena mortui, sed de eius bonis querendum est, vt in. l. 2. in fi. C. vbi causæ fiscal. Et ex. d. l. 1. elicitur alia & §. limitatio, nempe, vt regula non procedat, nisi prius constiterit de morte testatori illata, antea siquidem fisco bona petere ab indigno non poterit, vt ibi statuitur. [ Sexto fallit, si per heredem non steterit, quo minus mortem defuncti vindicaret, veluti si homicidam accusauit, & iudex ei iustitiam non ministrauerit, aut succumbens non appellauerit, quoniam hac in specie bona fisco non quærentur, vt in. l. propter veneni. §. vltima. ff. ad Sillania. l. 13. ti. 7. parti. 6. Vbi Greg. Lupi hoc intelligit procedere, nisi sententia fuerit iusta (quod in dubio præsumitur) vel quia esset inops, aliâ appellare teneretur hæres, causamque appellationis prosequi secundum glo. & Ang. in. d. l. si propter veneni. §. fin. ff. ad Sillania. & l. minoribus. C. de his qui. vt indign. alias quinque limitationes dicam in glossis sequentibus. [ Secunda causa quæ indignum reddit heredem est, si sciens testatorem ab aliquo fuisse interfectum aperuerit tabulas testamenti, antequam propo-

neret accusationem. l. in cognitione. ff. ad Sillania. l. 13. vers. la segunda, titu. 7. parti. 6. sed Bar. in. d. l. in cognitione, & Grego. Lupi in. d. l. 13. in verbo enrase la heredad, & in verbo abre el testamento tit. 7. parti. 6. dicunt aperturam tabularum non sufficere ad poenam confiscationis incurrandam, sed ultra requiri aditionem hereditatis, quorum sententiam veram esse existimo, vt ex verbis & mente legum satis superque constat. Secus tamen erit, si occisores ignorasset, vt in. d. l. 13. & 15. ti. 7. parti. 6. & in hac lege. [ Tertia causa quæ reddit indignum heredem est, si forte occidit ipse testatorem vel eius negligentia aut culpa testator decesserit. l. indignum. ff. de his qui. vt indign. l. 13. vers. la tercera tit. 7. parti. 6. l. pen. tit. 9. lib. 3. fori. l. fororem vbi Iaso. 3. notat Bar. ff. de bon. damna. l. Lutus. ff. de iure fisci. Azon in summa. C. de his quib. vt indign. 2. col. Bald. in. l. hereditas nu. 7. cod. titu. vbi asserit heredem, antequam ab eo fisco auferat hereditatem, esse in effectu hæredem, posseque interim actiones exercere hereditarias vt notatur in. l. his consequenter. §. i. ff. fami. c. circums. Grego. Lupi in. d. l. 13. in verbo heredero titu. 7. parti. 6. [ Quarta erit causa, si hæres concubuit cum uxore testatoris eo vivo, vel demum mortuo, qua in specie auferatur hereditas ab heredem, & applicatur fisco, vt resoluit Greg. Lupi per tex. ibi in. d. l. 13. vers. la quarta tit. 7. parti. 6. in verbo yoguiesse, vbi respondet ad. l. ex parte. ff. de adimend. lega. vbi Bar. idem voluit & Azon in summa. C. de his qui. vt indign. 2. col. Idem est statutum si cum filia vel nuru testatoris heres coierit. l. 9. tit. 26. parti. 4. vbi & Gre. Lupi adnotauit. [ Quinta causa est, si hæres dixerit testamentum falsum, vel aliâ illud impugnaverit, nam si in accusatione perstiterit vsque ad sententiam diffinitiuam, qua testamentum fuerit approbatum, & validum pronunciatum, amittet hereditatem, vt indignus & applicabitur fisco. l. qui cum maior. §. accusate. ff. de bon. liber. l. alia causa. C. de his qui. vt indign. d. l. 13. vers. la quinta es, tit. 7. parti. 6. Azon in summa. C. de his quib. vt indignis versic. est secunda causa. Idem est si quis contra tabulas bonorum possessionem intentauerit; nam si succubuerit, nihil habebit ex testamento; sed fisco applicabitur gloss. notab. & ibi Bartol. in. l. 1. qui contra in gloss. l. 1. ff. de vulgar. Paul. in. l. alia. C. de his quibus vt indignis, pro quibus est text. optimus in. l. 2. in principio. ff. de his quibus vt indignis, & in. l. filium. §. omnibus. ff. de legat. præstand. & hanc opinionem communiter omnes sequuntur dempto Fulgoso in dict. l. 1. qui contra. ff. de vulgar. teste Alexand. in. l. alia numer. 3. C. de his quibus vt indignis, licet ipse inclinet in oppositam sententiam; Hanc tamen poenam non incurrit minor viginti & quinque annis, vt in. l. post legatum. §. ætati. ff. de his quib. vt indign. argumento. l. minoribus. C. eod. ex quibus id adnotauit Gregorius Lupi in dict. l. 13. in verbo que era falso titulo. 7. partita sexta. [ Procurator verò aduocatus, vel fideiussor accusantis testamentum falsum, amittit hereditatem, vel legatum in eo testamento sibi relictum, & fisco applicatur. l. post legatum. §. sunt qui putant. ff. de his quibus vt indignis. l. 13. versiculo la quinta.

titu.7.par.6.l.vltim.1.responso. ff. de inoffi. testamen. Fallit in aduocato fisci, quem necessitas officij excusat...

cusatur a poena. Masculinum quando non comprehendit foeminas? Foemina non comprehenditur viri appellatione, ibidem.

GLOSS. VI.

Heres ignorans occisorem defuncti excusatur, si necem eius non vindicauerit.

Si fuerit sabido quien fue el matador. Nota ex his verbis a contrario sensu aliam & non limitationem ad legem nostram...

GLOSS. VII.

Heres non vindicans necem defuncti si occissor est absens in remotis partibus excusatur.

Que sea en la tierra. Ecce decima limitationem, vt lex nostra non procedat & poena in ea contenta non incurratur...

GLOSS. IIII.

Heres minor 25. annis non vindicans mortem defuncti non efficitur indignus hereditate, nec applicatur fisco.

Que ha edad cumplida. Hec est septima limitatio ad regulam in princi. huius legis traditam, vt non procedat in minore...

GLOSS. V.

Heres foemina non vindicans mortem defuncti excusatur a poena.

di in absentia in criminalibus supra libr. 4. tenebitur enim hoc facere, alias incidet in poenam legis nostre.

GLOS. VIII.

Heres non vindicans mortem defuncti factam a potentiori excusatur a poena.

Poderofo para demandar la muerte. Hec est vndecima & vltima limitatio, quam antea tradiderat text. in l. vltima tit. 9. lib. 3.

LEY. XII.

Que los bienes y herencia del que muere ab intestato, no dexando descendientes, ni ascendientes, ni transuersales, son del Rey.

Don Enrique tercero, Titulo de poenis. c. 18. l. 13. tit. 5. lib. 3. fori.

Todo hombre o muger que finare y no hiziere testamento en que establezca heredero...

GLOS. I.

Intestatus an dicatur decedere qui fecit testamentum, in quo nullum instituit heredem.

Y no hiziere testamento en que establezca heredero. Nota ex lege ista, testamentum fieri posse absque heredis institutione...

GLOS. II.

Fiscus succedit ab intestato deficientibus heredibus legitimis viro atque vxore.

Sean para la nuestra camara. Siquis decedat intestatus nullis relictis descendibus, ascendibus, vel collateralibus...

LEY. XIII.

¶ Que en la successio de los bienes de los cleros adquiridos intuitu ecclesie, se succeda como en los otros bienes suyos patrimoniales.

Emperador Don Carlos en Valladolid año de 1523. capi. 47. Y Don Philippe. 11. año. 1566.

¶ Por quanto en estos Reynos ay costumbre muy antigua, que en los bienes que los cleros de orden sacro dexaren al tiempo de su muerte, aunque sean adquiridos por razon de alguna yglesia, o yglesias, o beneficios, o rentas ecclesiasticas, se succeda en ellos ex testamento y ab intestato, como en los otros bienes que los dichos cleros tuuieren patrimoniales auidos por herencia o donacion, o manda. Mandamos que se guarde la dicha costumbre.

GLOSS. I.

- 1 Clericus de generali consuetudine facit fructus beneficij suos & bona intuitu ecclesie acquisita, & de eis potest testari & disponere.
- 2 Clericus non est proprie dominus nec usufructuarius beneficij sed fidelis dispensator.
- 3 Clericus quomodo possit fructus beneficij expendere. ibidem.
- 4 Clericus quando non possit ex generali consuetudine disponere de bonis intuitu ecclesie acquisitis.
- 5 Clericus si occidatur, satisfactio occisionis hereditatis eius competit, non ecclesie.

¶ Ay costumbre muy antigua. De generali consuetudine clericus in sacris constitutus facit fructus beneficij suos & bona intuitu ecclesie ex dictis fructibus acquisita: de quibus in vita vel in morte potest disponere ad libitum, quam consuetudinem Papa non ignorat nec alij ecclesiarum prelati, sed tacite tolerant, vt notat gloss. in cap. presenti de offi. ordina. in. 6. ab omnibus eius capituli interpretibus recepta, Siluester in sua summa in verbo clericus. 4. quest. 2. Hostien. in. c. vlti. colu. 2. de pecu. clerico. Ioan. Faber in. §. his vero institui. de rer. diuisio. Paluda. in. 4. sententiarum distinctio. 15. quest. 3. arti. 6. Florenti. 3. par. titu. 10. c. 3. §.

14. Ioan. And. in regula nemo plus nume. 3. de regul. iur. in. 6. Ioan. Gallus. q. 139. ad fi. Philip. Probus alios citans in dict. cap. presenti de offi. ordina. in. 6. Panor. per tex. ibi in cap. cum tibi de verbo. significa. Guido Papæ decisio. 115. Guill. Benedict. in capit. Raynutius de testamen. in verbo & uxorem numer. 264. gloss. in pragmati. sanctione titu. de annatis in parte acquisitis fol. 149. vbi attestatur & in Francia obseruari Philip. Fran. in tracta. de testamen. questio. 20. Cassane. in consuetudi. Burgund. rub. 8. §. 5. nume. 30. & 63. hanc esse communem opinionem attestatur Apostilla ad Panormi. in cap. reprehensibilis de appellatio. Pet. Nūni. in respon. 19. nume. 13. d. D. Couarru. in cap. cum in officijs. nu. 9. de testamen. Pet. Duëñas in regul. 366. colum. antepen. in fi. Dida. Perez in proemio ordinatio num. q. 8. Ferdinan. Vazq. de successio. creatione §. 22. nume. 39. & 40. Anton. & Imol. in capi. final. de peculio cleri. asseuerant hanc consuetudinem vsu fore si fuisse receptam, Alb. & alij in cap. relatum de testamen. hęc consuetudo viget in Hispania, & confirmatur per legem istam, & hi omnes tenent validam esse hanc consuetudinem: ex quo constat receptiorem esse hanc sententiam, vt dicam in glo. vlti. infra hac eadē lege, licet Grego. Lupi dubitet in. l. 53. titu. 6. de clericis & eorum priuilegijs, par. 1. [ Iure autem canonico clericus non sunt proprie domini fructuum suorum sacerdotiorum, seu beneficiorum, nec omnino vsufructuarij & viuarij, sed fideles dispensatores eorum quibus super sunt: nec ad eos quidquam pertinet, nisi quod ex iusta causa & ratione expenderunt, vt in cap. res ecclesie & cap. expedit & per totum. 12. quest. 1. & hęc est verior & receptior opinio Canonistarū attento iure primiuo & antiquo, quam communem attestatur Albertus in tracta. de vero clerico lib. 2. c. 51. post Abb. in. c. cum esles de testamen. & in capit. final. de pecul. clerico. text. expressus in. l. 7. titu. 28. par. 3. vbi Grego. Lupi pluribus rationibus fulcit, & Pet. Nun. responso. 19. nume. 1. Vbi ex hoc infert, clericum perceptis sibi necessarijs, reliquum expendere teneri in vsu pauperum & ecclesie, vt in. c. nulli in fi. 12. quest. 1. aliās peccat mortaliter si in voluptates & delicias expendat, & ad restitutionem tenetur secundum Thom. 2. 2. quest. 185. ad septimum, & Felin. in cap. postulasti num. 6. de rescrip. Silua nuptialis in parte monitorij numer. 43. Siluester in verbo clericus. 4. quest. 16. vide plura alia per Pet. Nun. d. responso. 19. nume. 7. 8. & 9. [ Hęc tamen consuetudo tunc haberet locum, cum non esset onerosa ecclesie, vbi autem ei esset nociua, quia forte indigeret refectio. vel ornamentis ad celebranda officia diuina, vel vrgeret alia quęlibet necessitas a consanguineis clericis in ea beneficiati auferretur hereditas, vel pars quę ad sustinendum hoc onus esset necessaria & applicaretur ecclesie, vt in cap. 1. de consuetud. maxime si latio non esset modica, secundum Philippū Franc. in tracta. de testamen. q. 20. & Siluestrum in verbo clericus. 4. quest. 2. Calderin. in rubri. de testamen. quest. 2. Petr. de Raue. in allegatione consuetudi. fol. 171. Petr. Nun. d. responso. 19. nume. 15. Gregor. Lupi in dict. l. 53. titu. 6. par. 1. in gloss. prima prope finem. Alias limitationes tradit Petr. Nun. quas non credo veras, præter vltimam. [ Denique si clericus occidatur

cidatur, satisfactio occisionis applicari debet hereditibus clericis, vt notat Petri Nun. d. responso. 19. numer. vlti. & d. D. Couarru. libr. 2. resolutio. capit. 9. nume. 10.

GLOS. II.

Consuetudo viget in Hispania & Francia, quod clericus de bonis intuitu ecclesie que sitis possit disporre & testari.

b O beneficios. Nota consuetudinem, quę in Hispania viget, quod clericus potest disponere de bonis intuitu ecclesie que sitis, vt ex sacerdotio vel alijs redditibus ecclesiasticis; quę & in Francia viget, & generalis est vt dixi in glo. precedenti nu. 1. quam valere probabo infra eod. glo. vlti.

GLOSS. III.

Clericis consanguinei succedunt ab intestato in bonis intuitu ecclesie que sitis ex generali consuetudine.

c Ex testamento y ab intestato. Nota hic text. expressum quod consanguinei clericis ei succedunt ex testamento & ab intestato ex generali consuetudine, licet Grego. Lupi dixerit se nescire an ex generali consuetudine consanguinei succedant ab intestato in bonis intuitu ecclesie que sitis, in. l. 53. tit. 6. par. 1. in gloss. 1. prope finem

GLOSS. IIII.

- 1 Clericus quod ex consuetudine generali possit testari de bonis intuitu ecclesie que sitis, confirmatur & approbatur iure Regio, & an valeat consuetudo. & numero sequenti.
- 2 Consuetudo immemorialis disponendi de bonis intuitu ecclesie que sitis valet.
- 3 Papa potest clericis dare licentiam testandi de bonis intuitu ecclesie que sitis.
- 4 Clerico successoribus beneficij quaruntur bona prædecessorum intuitu ecclesie que sita, non ecclesie.
- d Mandamos que se guarde la dicha costumbre. Nota legē nostrā confirmari consuetudinem generalem, quod clericus possit testari de bonis intuitu ecclesie que sitis, & quod ei ab intestato succedant consanguinei in eisdem bonis, quam consuetudinem plerique dānant teste. d. D. Couarru. in. c. cum in officijs nu. 9. de testamen. & Gregorio Lupi in. l. 53. titu. 6. par. 1. ex textu in cap. relatum. 2. de testamen. vbi approbatur consuetudo quę permittit clericis testari in pios vsus, aut in præmium alicuius ministerij clericis viuētibz a famulis impensū: ex quo videtur, generalem consuetudinem improbari, citant doctores plurimos hoc tenere,

vt ibi per eos, ex quo receptiorem sententiam esse affirmant. [ Sed contrarium tenent communiter doctores Hispanie & Francie, & alij plures in glo. 1. in principio citati, eo quod tēpore immemorabili recepta fuerit consuetudo ex tacito consensu & tollerantia summi Pontificis & Cardinalium & Cæsarum, quę vim obtinet priuilegij. l. 3. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & est. c. super quibusdam de verbor. significatio. Balb. de præscrip. 5. par. principi. quest. 7. & 2. par. 3. part. principia. q. 6. Mar. singul. 80. Probus in. c. 2. nu. 7. de præben. cum concord. ad. d. D. Couarru. citatis in. d. c. cum in officijs nume. 9. de testamen. [ At Papa potest priuilegio hanc licentiam clericis concedere, vt pluribus rationibus & autoritatibus probat idem. d. D. Couarru. d. c. cum in officijs nume. 7. ergo & per consuetudinem immemorabilem, quę loco priuilegij est, fieri poterit. Nec oberit text. in dict. c. relatum. 2. de testamen. quoniam ibi Romanus Pontifex non reprobabat consuetudinem generalem, de qua agimus, licet approbet illam consuetudinem tunc vigentem, vt aduertit optimē Couarrub. d. c. cum in officijs numer. 9. in fin. [ Quare non videtur, in quo fundet scrupulum Gregor. Lupi in dict. l. 53. gloss. 1. titu. 6. part. prima, maxime stante egregia decisione text. extrauagantis Ioan. 22. incip. suscepti de electio. dicentis valere consuetudinem, qua inductum sit fructus beneficij vacantis per aliquod tempus ad defunctum pertinere, nimirum ergo si de illis possit testari, & ab intestato consanguinei quarantur. Et potissimum cum præiudicium ex hoc nullū causetur ecclesie, sed successori in beneficio, cui bona intuitu ecclesie que sita a prædecessore referuntur, cap. presenti de offi. ordina. in. 6. cap. relatum. 2. de testamen. Quare mihi verior videtur & receptior hęc opinio vt consuetudo valeat, licet consulerem eis, ne ea semper vtantur, sed in vita fructus in pios vsus erogent, quod sane tutius erit.

¶ Como han de ser meridos los herederos en possession de la herencia ex testamento o ab intestato, y la pena del que se entrare en ella sin authoridad de la justicia. Pone la ley de Soria, que es la tercera, titu. 12. libr. 4.

¶ El marido y la muger sean obligados a reseruar a los hijos del primer matrimonio, lo que ouieren de aquel matrimonio, ley quarta titulo primero de este libro quinto.

¶ La muger casada no pueda repudiar herencia sin licencia de su marido, pero aceptarla si, con beneficio de inuentario, ley primera titulo tercero de este libro quinto.



TITULO NONO DE LAS GANANCIAS entre marido y muger.

LEY PRIMERA.

¶ Que los bienes que dexaren o tuuieren marido y muger se presumen ser comunes, salvo los que cada vno dellos probare ser suyos.

Ley del estilo. 203. Don Philippe. 1. 1. año de. 1566.

¶ Como quier que el derecho diga que todas las cosas que há marido y muger que todas se presumen ser del marido, hasta que la muger muestre que son suyos: pero la costumbre guardada es en contrario, que los bienes que há marido y muger, q son de ambos por medio, b salvo los que prouare cada vno que son suyos apartadamente. c Y así mandamos que se guarde por ley.

GLOSS. I.

1. Bona per uxorem quesita constante matrimonio iure communi presumuntur quesita ex bonis viri.

Bona per praelatum vel regem quesita presumuntur ex dignitate quesita. ibi.

Bona per concubinam quesita presumuntur, ex bonis amasi quesite. ibi.

2. Bona per uxorem etiam adulteram quesita ex bonis viri quesita presumuntur.

3. Bona per uxorem quesita presumuntur, ex bonis viri quesite etiam si alleget soluto matrimonio quesita fuisse.

4. Bona per uxorem quesita quando non presumantur ex bonis mariti fuisse acquisita.

¶ De presumen ser del marido. Nota iure communi quesita per uxorem constate matrimonio, presumi acquisita ex bonis mariti, vt euitetur turpis questus suspitio. l. Quintus. ff. de dona. inter vi. & vxor. l. etiam. C. cod. tit. l. 2. tit. 14. de probationibus & presumptioni. par. 3. ibi. Porque sospecharon que toda cosa que hallasen en poder de la muger, que era de los bienes del marido hasta que ella mostrase lo contrario. Cum concordan. per Ioan. Lupi traditis in rep. rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 60. in prin. Et nu. 2. dicit, idem esse in prelato & rege, qui intuitu dignitatis quesite in dubio presumuntur.

tur. c. inquirédū de pecu. cleri. c. ad apostolicę. §. sed ad hoc in prin. & ibi notat Domi. de re iudi. in. 6. Idē esse ait in cōcubina, de bonis etenim amasi acquisisse presumitur, quidquid acquisierit secundū Bal. in. l. 1. C. de natura. liber. [ Et nu. 11. in. d. §. 60. extendit conclusio nem hāc, vt procedat, etiam si probetur vxorē fuisse adulterā, ex bonis enim mariti presumetur acquisisse nisi contrarium probetur arg. tex. in. l. miles. §. mulier & §. defuncto. ff. de adulte. Bal. in. d. l. cum oportet nu. me. 12. C. de bon. que liber. [ Vbi autem vxor allegaret non fuisse ea bona quesita constante matrimonio, sed post mortem viri, tunc non presumuntur acquisita de bonis viri, sed qui hoc allegat & pretendit, probare te nebitur secundum Sali. in. d. l. Quintus. ff. de dona. in. vir. & vxor. & Ioan. Lupi in. d. §. 60. nu. 15. versi. limita primo. Sed ipse nu. 16. & 17. tenet contrarium auctoritate Vberti de Bobio in. l. etiam. C. de dona. int. vi. & vxor. & Fran. Arc. confi. 31. colu. 3. [ Limitat tamen hanc conclusionem ipse Ioan. Lupi nu. 19. versi. 2. limita. nisi ex parte mulieris adesset alia violentior presumptio q̄ ex bonis suis vel aliunde quesierit secundū An. Sicul. in. c. 1. de pecu. cleri. fortior enim presumptio elidit aliam. l. diuus. ff. de in. inte. restit. l. cum de indebito. ff. de proba. c. literas de pręsump. & ibi notat Bal. Feli. in. c. cum in tua de testib. Veluti si mulier tempore nuptiarum erat diues, & accepit maritum pauperē secundum Anto. Anchar. & And. Barba. in. d. c. 1. de pecu. cleri. Vel si vxor publicē negocietur secundum Bald. in. d. l. cum oportet nu. 12. in. fi. C. de bon. que libe. l. 2. in. fi. ti. 14. par. 3. Vide in hac materia plura que refert Ioā. Lupi in. d. §. 60. vbi in. fi. dicit, aliud hoc in regno de consuetudine esse, vt in dubio bona presumantur communia, nisi contrarium probetur, quod cōfirmatur per legem istam vt dicam infra in glo. seq.

GLOSS. II.

1. Bona omnia mobilia vel immobilia & alia quecumque communia esse presumuntur viri & vxoris. & constante matrimonio quesita, nisi contrarium probetur.

2. Matrimonium cum celebratur optimum consilium est, vt fiat bonorum mariti & vxoris inuentarium.

3. Bonorum coniugum diuisio quo pacto fiet soluto matrimonio.

b Que son de ambos de por medio. Nota ex generali huius regni consuetudine, que hac lege hodie confirmatur, omnia bona mobilia vel immobilia iura & actiones & quecumque alia communia presumi mariti & vxoris, preter ea, que quilibet eorum probauerit esse sua, vt in. l. 203. styli, que incipit, como quier, que hic transcripta fuit, & communiter seruabatur antea & multo

multo magis nunc in praxi teste Montaluo in. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori, in verbo de confuno in fine, & ibi eū sequitur Rod. Xuar. vers. queritur vterius & 2. limi. & prope finem, in vers. ad finem accedens, & Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. in. vir. & vxor. §. 60. in. fi. Gregor. Lupi in. l. 55. in glo. magna. 3. col. ad fin. tit. 5. de emp. & vendi. par. 5. Anto. Gomez in. l. 53. Tauri nu. 70. [ Vbi subdit esse optimum consilium, vt tempore contracti matrimonij fiat scriptura publica repertorij de omnibus bonis vtriusque coniugis ad matrimonium adductis, quod ante eum consuluit Ioan. Lupi vbi supra dicit hoc esse nimis vtile, maximē quando matrimonium dissoluitur sine filijs, vel cum filijs, si coniux superstes transit ad secundas nuptias, vt quotidie fit, vel si alter ex filijs melioratur, quod nemini non est compertū. [ Sed quero soluto matrimonio quomodo fiet bonorū diuisio? Respondeo, vxor vel hæres eius ante omnia deducet dotem & arrhas, & alia bona propria que paraphernalia dicuntur habita ex hereditate vel successione parentum, vel aliā, cum enim maritus tenetur ad onera matrimonij, nimirum si vxor eius eo soluto ex bonorum aceruo ante omnia capitale deducat. Deinde maritus vel hæres eius bona propria deducit, que ad matrimonium deduxit, vel que eo constante habuit ex successione vel donatione aliqua, q̄ si vendita fuerint vel consumpta deducunt ante omnia precium seu estimationem eorum, & quod superest inter hæres viri & vxoris diuidetur tãquam lucra societatis constante matrimonio quesita, ita attestantur hoc in regno practitari Alfonso à Montal. & Rode. Xuar. in. d. l. 1. tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori prope finem, Anto. Gomez in. l. 53. Tauri nu. 69. ad medium, & nu. 70. & Grego. Lupi in. d. l. 55. tit. 5. par. 5. in gloss. magna col. 2. versi. & facit hoc ad aliam questionem, cuius praxis ego sum testis, quam probat text. in. l. 4. infra eo. vbi dicam in gloss. vlti.

GLOSS. III.

Societas viri & vxoris an sit omnium bonorum, an lucri tantum & questus remissus.

c Que son suyos apartadamente. Quo pacto fiat bonorū coniugum diuisio soluto matrimonio dixi in glo. precedenti in fine, & an sit hec societas omnium bonorū & an lucri & questus dumtaxat, dicam infra eod. l. 4. glo. 1. & vlti.

LEY. II.

¶ Como deuen partir las ganancias el marido y la muger.

Ley. 1. tit. 3. lib. 3. foro legum vide. l. 4. infra eod.

¶ Toda cosa que el marido y la muger ganaren o compraren estando de cōsu

no, b ayanlo ambos por medio. c Y si fuere donadio de Rey, y lo diere a ambos, ayanlo marido y muger, y si lodiere al vno, ayalo solo aql aquiē lo diere. d

GLOSS. I.

- 1 Societas an contracta videatur iure communi & canonico inter coniuges?
- 2 Cap. 2. de donat. int. vir. & vxor. exponitur. Bona pecunia communi coniugum quesita communicantur iure communi, ibid.
- 3 Bona matrimonio constante quesita iure regio communia sunt.
- 4 Bona matrimonio putatiuo constante quesita, inter coniuges eo soluto diuiduntur. Matrimonium putatiuum vero comparatur, ibi.
- 5 Matrimonium putatiuum ex parte vxoris efficit, vt commoda ex matrimonio obuentionia ad ignorantem non ad fiscum spectent.
- 6 Lex cum hic status. §. vlti. ff. de donationi. inter vir. & vxor. explicatur. Donatio facta inter coniuges putatiuos morte non confirmatur, ibi. Pactum de lucranda dote non est seruandum in matrimonio putatiuo, ibi. Societas tacita inter virum & vxorem quare censetur contracta? ibidem.
- 7 Societas tacita non minori fruitur privilegio quam expressa. Societas tacita inter virum & vxorem est quadā fraternitas sicut expressa, ibi.
- 8 Bona acquisita constante matrimonio communicantur inter coniuges, etiam si alter eorū sit ditissimus, & alter pauperrimus. Socij vnus industria supplet, quantum deest ex patrimonio, ibi.
- 9 Societas tacita inter coniuges an duret post mortem vnus, bonis indiuisis manentibus apud superstitem, & hæres mariti? & nu. sequenti.
- 10 Vidua in viduitate permanens dicitur esse sub precedenti matrimonio. Vidua an & quādo sit alēda ab hæredibus mariti, ibi. Vidua an debeantur alimenta omni tempore quo nō restituitur dos? ibi.
- 11 Bona soluto matrimonio quesita per superstitem coniugem an communicentur, & nu. sequenti. Societas ex quibus censetur continuata mortuo altero ex socijs, ibi. & sequen.
- 12 Societas an censetur continuata, si filius ipsdem institutoribus vtatur quibus & pater?
- 13 Bona acquisita matrimonio soluto quod non eōmunicentur?

- 14 *Empta nomine proprio & cum pecunia fratris, etiā si indiuisam possideant hereditatem, sibi quaruntur, non alteri fratri.*  
*Nomine proprio censetur actum quis facere in dubio, potius quam alieno, ibidem.*
- 15 *Societas morte soluitur etiam si inter socios conuentum sit, ne dissolui posset usque ad certum tempus quo nondum transacto mors socij interuenerit.*
- 16 *Leges fori non seruantur nisi probetur eo in loco consuetudine esse probatas.*  
*Vidua censetur esse sub precedēti matrimonio quoad damna, ibi.*  
*Socius ad dāna tenetur, aliās esset societas leonina ibi.*
- 17 *Socij defuncti vxor non dicitur socij superstitis sociā esse.*  
*Socius mei socij socius meus non est, ibi.*  
*Societas morte vnus ex pluribus socijs soluitur quoad omnes, nisi aliud conueniatur, ibid.*  
*Societas ita coiri non potest, vt transeat ad heredes ibidem.*
- 18 *Societas publicorum vectigalium an transeat ad heredes?*
- 19 *Societas quando renouata censetur inter socium mariti & vxorem & heredes.*  
*Socio mortuo, quae lucra communicentur inter eius heredes & socium superstitem, ibid.*
- 20 *Societatis negocia cōcepta an teneatur continuare heredes?*
- 21 *Lucrum vel damnum preparatum prope mortem socij ab eius heredibus venit communicandum.*  
*Socius in cōductione vectigaliū cōmunicat lucra & dāna & eius heredes mortuo ante finitū tēpus, ibi.*
- 22 *Societas continuata post mortem socij quando esse videatur.*
- 23 *Societas an censetur continuata inter fratres vel inter viduam & heredes viri si mercaturam nullā exerceat, sed retinent hereditatem communem pro indiuiso, & nu. 24.*
- 25 *Societas tacite an contracta esse cōsuetur si heres mariti negocietur vxor verò non.*
- 26 *Societas quando tacite contracta censetur inter fratres, & nume. 28.*
- 27 *Societas quando tacite contrahitur inter viduam & heredes mariti?*
- 28 *Societas inter fratres non contrahitur eo ipso, solum quod possideant pro indiuiso cōmunem hereditatē.*
- 29 *Socius omnium bonorum si seorsum negociari incōperit, vel res proprio nomine emerit, an fiat cōmunicatio.*  
*Societatis renuuciatio quādo & quomodo fieri possit, & an in absentia, ibi.*
- 30 *Socij omnium bonorum si sint fratres vel patruus cū nepotibus communicare inuicem tenentur, quae nomine proprio euenerit.*

- Societas distrahi non potest socio ignorante, ibi.*
- 31 *Frater proprio nomine pecunia fratris negotia gerēs sibi non fratri acquirit, nisi mercaturam longo tempore tractauerit.*  
*Augmentum negociationis seu mensa communis nō vnus tantum sed vtriusque socij esse censetur, ibi.*
- 32 *Actus nostri voluntarij nō extenduntur vltra quā gerantur.*  
*Empta nomine proprio ab vno ex socijs in his quae ex questu & opera descēdūt quādo cōmunicentur, ibi.*
- 33 *Empta nomine communi per alterum ex socijs, an communicentur.*
- 34 *Societas vnus tantum negociationis quando inter fratres contracta esse censetur?*  
*Emptum ex pecunia propria nomine proprio per socium extra causam societatis non cōmunicatur, ibi.*
- 35 *Emptum ex pecunia cōmuni nomine proprio per socium vnus tantum negociationis an cōmunicetur.*
- 36 *Emptum ab vno ex socijs si dubitetur cuius pecunia intelligitur propria, nisi ex coniecturis aliud cōstet.*
- 37 *Emptum ab vno ex socijs nomine cōmuni extra causam societatis altero ratum habente cōmunicatur.*
- 38 *Emptum in dubio nomine proprio praesumitur.*  
*Actus qui nomine proprio & alieno geri potest intelligitur proprio nomine factus, ibi, nisi ex coniecturis aliud constet, ibi.*
- 39 *Solita facere veniunt in mandato generali, ibi.*
- 40 *Libri mercatoris inscriptio ostendit animum contra hēndā vel continuandā societatis.*
- 41 *Societate inter fratres tacite contracta quorū vnus erat alterius tutor, quando lucra cōmunicentur.*  
*Pecunia redacta ex mercatura seu fructibus cōmuni- bus an sit communis, ibi.*  
*Culpa est insolita agredi, ibi.*
- 42 *Societas inter virum & vxorem post traductiōnē ad domum intelligitur contracta, nō antea.*  
*Coniugum simultanea cohabitatio operatur societatem, ibi.*  
*Lucrorum diuisio fit inter coniuges ex consuetudine Francia, ibi.*
- 43 *Coniugum simultanea cohabitatio quo ad lucra cōmunicanda dicitur, quando vnā familiā retinent licet absint.*
- 44 *Bonorum constante matrimonio quasitorum cōmunicatio inter coniuges etiam absentes fit.*
- 45 *Bonorum cōmunicatio fit etiam quasitorum post mortem alterius, donec mors in notitiam viri peruenerit.*  
*Societatis renuuciatio non prodest renuucianti donec in noticiam socij deuenerit, ibi.*
- 46 *Vxor à viro suo ex pulsa absque eius culpa an lucretur medietatem lucrorum?*  
*Maritus vxorē expellēs sine causa qua pena puniatur ibid.*

- 46 *Societatis dolosa renuuciatio causa fraudandi socij lucro, nihil prodest doloso.*  
*Societatis impetitiua renuuciatio non prodest renuucianti, ibi.*
- 47 *Matrimonium separatur quoad thorum propter seuitiam vel adulterium.*  
*Matrimonio quoad thorum separato propter culpam viri, an vxor perdat dotē vel partē lucrorū, ibi.*
- 48 *Lucrorum medietas cōpetit vxori separatione culpa viri facta acquiritorum vel acquirendorum.*
- 49 *Maritus sine causa vxorem expellens tenetur ei redere dotem, nec ei succedit ex capite vnde vir.*
- 50 *Maritus sine causa vxorem expellens tenetur eā extra domū alere si nullam habeat dotem vel bona.*
- 51 *Maritus sine causa vxorem de domo expellens amittit lucrum dotis ex lege vel pacto sibi perueniens.*  
*Seruus languidus à Domino exclusus, & nemini in curam datus consequitur libertatem, ibi.*
- 52 *Vxor acriter veruerata potest impune aufugere.*  
*Vxor potest à domo viri aufugere, si vir nolit eicere cōcubinā, nec redire tenetur, donec sibi caueatur, ibi.*  
*Maritus sine causa vxorem expellens vel fugere faciens eam tenetur extra domum alere, ibi.*
- 53 *Vxor si ob culpam viri ab eo separetur nihil ei acquirit, nec cōmunicat.*
- 54 *Bona quasita ab vxore post separationē culpa ipsius factam viro communicantur.*  
*Correlatiuorum eadem est disciplina, ibi.*
- 55 *Bona constante matrimonio quasita non diuiduntur inter coniuges diuortio facto culpa vxoris.*  
*Vxor de domo viri ob culpam ipsius vxoris fugiens amittit quasita matrimonio constante, ibi.*  
*Vxor adultera dotem amittit & arrhas & quasita constante matrimonio, ibi.*
- 56 *Bona quasita per alterum coniugem post separationem nullius culpa factam non communicantur.*
- 57 *Bona quasita per alterum coniugem post separationem consensu vtriusque factam non sunt cōmunia.*
- 58 *Bona quasita constante matrimonio non communicantur, si ita conuentum fuit, & nu. 60.*
- 59 *Socius qui vult ire Venetiās altero reuente, sibi quarit lucra, non socio.*
- 60 *Donatio inter virum & vxorem valet quoties donans nō sit pauperior, licet nō acquirat quod potest.*  
*Pater potest renuuciare vsufructui sibi in bonis filij competentem & valet renuuciatio, ibi.*
- 61 *Bona à coniuge iniuste quasita non cōmunicantur.*  
*Religiosi non debent iniusta querere monasterijs, ibi.*
- 62 *Societas inhonestarum rerum non contrahitur.*  
*Delictorum facta ac iniusta cōmunicatio est, ibi.*
- 63 *Bona iuste quasita in dubio praesumuntur.*
- 64 *Bona iniuste à viro quasita cōmunicantur, sed vxor tenebitur ad restitutionem.*
- 65 *Bona quasita constante matrimonio an cōmunicentur*

- in loco, vbi viget contraria consuetudo.*
- 66 *Consuetudo loci contractus matrimonij an domicilij mariti in diuisione lucrorum sit attendenda, & nu. sequen.*  
*Confiscatis bonis mariti non amittitur medietas lucrorum quae vxori competit lege regia, ibi.*
- 67 *Bonorum constante matrimonio acquiritorum fit diuisio iuxta tenorem pactorum.*
- 68 *Locus contractus celebrati attenditur, nisi alibi sit destinata solutio.*  
*Lex exigere dotem, ff. de iudi. explicatur, ibi, & nu. sequen.*
- 69 *Domicilium mariti attenditur, non vbi contractum fuit matrimonium quoad lucra dotis ex statuto.*
- 70 *Statuta domicilij mariti non contracti matrimonij seruanda sunt quoad lucra diuidenda.*
- 71 *Aduena non est conueniendus in loco contractus sed domicilij.*
- 72 *Domicilium vbi contractum fuit matrimonij quādo attendatur, ibi, & nu. 73.*
- 73 *Actus sequens declarat animum precedentem.*
- 74 *Lex. 24. ti. 11. par. 4. explicatur.*
- 75 *Consuetudo vel statutum considerandum est, vbi bona sita sunt quoad lucra dotis vel alia quae cōmuni- que.*
- 76 *Sine statuto loquatur personaliter siue realiter.*
- 77 *Consuetudo odiosa nō extenditur ad bona extra territorium existentia.*
- 78 *Consuetudo cōmunionis bonorum (est odiosa & cōtra ius) constante matrimonio quasitorum, ibi.*
- 79 *Bona mobilia an censentur esse eius territorij, in quo reperiuntur, an sequatur personā domini, & nu. 79.*
- 80 *Bona mobilia eius loci esse censentur, ad quem reuocāda sunt.*
- 81 *Bona mobilia quasita constante matrimonio quando communicentur.*
- 82 *Annui redditus quasiti cōstāte matrimonio alio loco existentes quomodo cōmunicentur.*
- 83 *Annui redditus etiam redimibiles quando inter immobilia computentur.*
- 84 *Actiones an sint bona mobilia vel immobilia aut tertium genus?*
- 85 *Actiones eius loci esse censentur, vbi debet fieri ex actio, etiam quoad confiscationem, ibi.*
- 86 *Statutum domicilij mariti an attendatur, si mulier ignorabat illud?*
- 87 *Vsufuctus proprietati consolidatus an sit communis coniugum iure nostro regio?*
- 88 *Bonorum valor auctus non est cōmunicandus inter coniuges.*
- 89 *Lex. 4. ff. de iure doti. explicatur.*
- 90 *Finis habens necessariam consequentiam, cum principio non attenditur, sed principium.*
- 91 *Vsufuctus consolidatio venit ex causa lucra- tina.*

Lex non quocumque. §. fundus. ff. de lega. 1. explicatur. ibid. §. nu. 92.

92. Lacratina causa dua non possunt concurrere.

93. Legatarius si usufructum emerit est ab hereditibus soluendum praeium.

Capra conf. 11. colum. 2. Deci. conf. 255. num. pen. in fine Alexand. conf. 49. nu. 11. lib. 1. per tex. in. d. l. si patruus & in. l. penult. C. si quis alte. vel sibi, cuius verba sunt. *Cum itaque de rebus communibus fratrem patruem tuum quedam comparasse contendas de tua pecunia, hunc conueniendo consultius facies, nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non cõpetit, cum concord. per Tiraquell. traditis lib. 1. de retractu §. 32. glo. 1. num. 17. Alij dicunt, precium dumtaxat esse restituendum pro parte sibi ex societate obueniente, quorum primas obtinet Bart. in. d. §. altero prope finem Bal. in. l. si patruus numero. 3. C. com. vtri. iudi. Ludo. Roma. conf. 291. dubio. 2. Soci. conf. 162. colum. pen. lib. 2. & conf. 192. numero. 2. eodem lib. Aimõ Craue. conf. 131. numero. 12. Grego. Lupi in. l. 7. in verbo vna cosa prope fi. ti. 10. par. 5. Sin autem alter ex fratribus erat minor, dic vt per Pet. de Vbald. in. d. tracta. de duobus fratri. §. part. numer. 3. post medium, Greg. Lupi in. l. 1. tit. 10. part. 5. Alexan. conf. 49. lib. 1. Paul. Parisi. conf. 86. lib. 1. Cassane. in consue. Burgun. rub. 7. §. 5. in verbo meillieur dele autre numero. 24. & sequ. [ Si uerò dubitatur, qua pecunia emerit, intelligitur in dubio propria emisse pecunia. l. si defunctus. C. arbitri. tute. l. si ventri in fi. ff. de priuileg. credi. Pe. de Vbald. d. tracta. par. 5. nu. 3. prope finem Bald. in. d. l. si patruus nu. 4. & in. l. 2. vbi & alij. C. pro socio & in. l. pen. C. si quis alte. vel sibi, Alex. hanc dicens communem conf. 134. numero. 3. & 7. lib. 5. & conf. 78. lib. 2. numero. 4. Roma. conf. 3. Corne. conf. 98. lib. 4. Decif. conf. 348. Bertran. conf. 253. lib. 3. Grego. Lupi in. l. 49. gloss. 1. tit. 5. part. 5. dixi supra numer. 14. Nisi aliud probetur, nempe, quod nulla alia habebat bona præter communia, nec erat industrius ad parandas pecunias in comparatione prædiorum, & hac in specie non tenebitur comunicare prædia, sed restituere precium pro parte alterius socij, secundum Bart. in. d. §. altero & doctores per Aimonem citatos. d. conf. 131. numero. 12. & supra numero. 35. ad fi. [ Aut emptio per alterum ex socijs facta fuit nomine communi, & res efficitur communis altero ratum habente. l. si ego. ff. de nego. gest. sed eo ratum non habente remanet solius ementis. l. fundus ille. ff. de contra. emp. Pet. de Vbald. d. tracta. par. 5. numero. 3. ad finem, resuso tamen precio à socio qui partem cõsequi vult, nisi de pecunia communi fuerit solutum Alexand. conf. 134. numero. 3. lib. 5. [ Aut dubitatur cuius nomine socius seu alter ex fratribus emerit, & præsumitur nomine proprio emisse. l. & magis. ff. de solutio. l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. obliga. text. expressus in. l. Titium & Meuium. §. præfectus, quem ita summat Bart. ff. de adm. tuto. Ex quibus id expendit Alexand. conf. 132. numero. 8. lib. 5. Deci. conf. 213. numero. 11. & conf. 446. numero. 2. & 3. Alexand. conf. 134. numero. 6. lib. 5. Bald. & Salic. in. l. penult. C. si quis alte. vel sibi Paul. Parisi. conf. 84. numer. 9. lib. 1. Aimõ Craue. conf. 129. numer. 2. & sequen. Actus enim qui potest geri nomine proprio & alieno, in dubio cõsetur gestus nomine proprio secundum Bar. in. l. gerit. 3. q. princ. vers. 2. modo. ff. de acq. hered. Bal. in. l. potuit. 10. q. C. de iur*

re delibe. Soci. conf. 113. num. 3. lib. 4. Corne. conf. 310. nu. 2. li. 3. Hoc tamen sanè intellige cessantibus alijs cõiecturis, nã vt inquit Bal. in. d. l. si patruus nu. 4. & 5. C. com. vtri. iudi. & Pet. de Vbald. in. d. tract. de duobus fratri. par. 5. nu. 3. prope finem, quoties dubitatur, quò nomine frater vel socius emerit proprio an communi, recurrendum est ad coniecturas, subditque considerandam esse affectionem vel consuetudinem ementis, nam si consueuit, vt plurimum communi nomine emere, ita in dubio emisse videbitur arg. l. vel vniuersorum. ff. de pignora. actio. vbi in mandato generali veniunt ea quæ solitus erat dominus facere: [ Et vt refert Bald. in. d. l. si patruus nu. 6. solebat Bar. cum questio de duobus fratribus occurrisset, inquirere, & videre librum rationis, nam si in eius inscriptione seu præfatione continebatur, hic est liber Petri & Ioãnis, mercatura communi nomine facta censetur, arg. l. Nensenius. ff. de nego. gest. secus si in inscriptione nomen vnus dumtaxat scriptum inueniatur, nam tunc nomine proprio scribetis emptio facta esse videbitur, idem voluit Sali. in. d. l. si patruus Alexan. conf. 132. nu. 9. lib. 5. Deci. conf. 21. nu. 1. & 6. Soci. conf. 87. num. 8. & 13. lib. 1. Qui ex ipsa inscriptione argumentum sumit, vt mortuo altero ex socijs, societas prosequuta seu renouata censetur inter socium superstitem & hæredes socij defuncti, ex titulo seu præfatione codicis: quibus subscripsit Benuentus de Stracha in tracta. de mercatore par. 2. nu. 53. & 54. Pet. de Vbald. de duobus fratri. §. par. nu. 3. prope finem. [ Vbi autem non apparet in libro mercatorum de societate, tunc inter maiores seruandum est, quod diximus nu. 38. At si alter ex fratribus erat tutor vel curator alterius, lucrifactum ex prima emptione nomine proprio ementis facta, erit cõmune, vt potest facta ex pecunia communi: secus verò erit in reiteratione emptionum, nam pecunia redacta ex mercatura, seu fructibus communibus, non est communis ex sententia Accursij in. d. l. si patruus glo. 1. & ibi Bald. nu. 6. C. commu. vtri. iudi. At si non apparet, an proprio nomine fecerit tutor ipse, tunc aut aggreditur negocium insolitum, mercaturæ forte, cuius pater expers erat, & cõsetur proprio gestisse nomine, ne dolus aut culpa aduersus tutorem ipsum præsumatur contra. l. merito. ff. pro socio: est enim culpa, insolita aggredi. l. si negocia. ff. de nego. gest. Aut verò cõtinuat solitum negocium, vt si ex duobus simul mercaturam exercētibus dececit vnus, & alter continuat eam, tenens indiuisam socij defuncti hereditatem cum filijs mortui impuberibus, tunc enim eorum nomine videtur continuata, arg. l. nã. & Seruius. §. si viuo. ff. de nego. gest. quia à primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de imponen. lu crati. descriptio. lib. 10. Nec in hac specie distinguitur, an ex prima emptione an ex sæpius reiterata aliquid lucretur, prout in priori casu, quia natura huius actus est, vt id quod postea fit, loco prioris subrogetur. l. cū tabernam. ff. de pigno. hæc fuit sententia Bald. in. d. l. si patruus nu. 8. C. commu. vtri. iudi. & in auth. ex testamento in fi. C. de collatio. Pet. de Vbald. de duobus fratri. §. par. numero. 3. in fi. Ex superius traditis colligetur, quid sit statuendum in specie nostræ ampliacionis supra numer. 9. tradite. Alias ampliaciones vide.



bis ex infra dicendis. [ Limita primò legem istam, & regulam, quam ex ea expendimus supra hac eadem glo. nu. 3. vt procedat, postquam vxor traducta est ad domum viri, & simul cœperunt cohabitare, & tempore quo bona quæruntur simul cohabitant, vt in hac lege in verbo de confuno, & in l. 205. in legibus styli, ibi estando en vno con fu muger, quia ab illo tempore incœpit societas contrahi, & non antea, nam licet in fauorabilibus ex benigna interpretatione disposita in marito & vxore habeant locum in sponsis de præfenti, vt in l. non sine versiculo quamuis C. de bonis quæ liberis, hoc tamen non procedit, vbi est diuersa ratio, prout hac in specie. Nam inter eos qui non cohabitant, societas non ita facile contrahi præsumitur: nec ita facile sponsa ad domum viri nondum traducta curam adhibere potest in conferuandis rebus quæstis, nec facile operas sponso præstare potest, sicut post traductionem, & si multaneâ cohabitationem, quare nimirum si lex nostra locum non habebat ante traductionem & mutuan cohabitationem, iuxta glossa in capit. cum societas. 27. q. 2. & notata in cap. 2. de donatio, inter virum & vxorem quibus suffultus rationibus hoc voluit Montal. in l. 1. titulo. 3. libr. 3. fori in glossa. 1. Didac. Segura in repe. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de legatis. 2. numero. 24. in fine & 25. vbi vxore nondum traducta ad domum viri sibi non viro acquirit, & ex contrario, idem profitetur Ioan. Lup. in repeti. rubric. de donatio. inter virum & vxorem §. 62. num. 1. 2. & 3. & in l. 16. Tauri nu. 12. & ibi Dida. Castelli in verbo durate el matrimonio, & Cyfonta: numero. 1. Antoni. Gomez in l. 53. Tauri numero. 72. in princip. dom. Didac. Couarru. in epitome de sponsalibus. 2. parte. capit. 7. §. 1. numero. 6. est que communis & recepta sententia. Id quod & apud Gallos communiter vsu fore receptum attestatur Nicolaus Boeri. decisio. 22. numero. 27. & 33. Decisio. confilio. 260. & confilio. 54. numero. 7. idem Boeri. in consuetudine Vituricen. titulo de consuetudine matrimonij. §. 2. col. 5. Guido tamen de Morcault consuluit contrarium, imo quod hæc consuetudo locum sibi vendicet in sponsa de præfenti nondum traducta ad domum viri, quod consilium refert & sequitur Cassane. in cōsuetu. Burgun. rub. 4. §. 6. verbo maride. [ Cæterum hæc simultanea cohabitatio mariti & vxoris ad societatem ineundam requisita non est adeò strictè accipienda, vt semper in eadem domo adesse debeant, & nunquam abesse, nam satis superque dicentur habitare simul, cum vnam eandemque domum & familiam retinent, & si eorum alter ex quacunque negotiationis causa sit absens, argumen. l. quæsitum. §. 1. ff. de legatis. 3. gloss. notabilis in l. 1. §. domum in verbo maneat. ff. de libe. agnoscen. manere inquit dicitur quis, licet modò præfens non sit, & ibi Bart. & ceteri interpretes hoc ipsum asseuerant, communicatio ergo hac in specie fiet bonorum vtriusque coniugis, ac si simul habitauerint, vt rectè aduertit Ioan. Lupi in repe. rubric. de donatio. §. 62. numero. 4. in fine. [ Quinimò si maritus propter es alienum vel paupertatem vel alia ex causa dimissit vxorem & filios, profectusque est in partes longinças, vt putà ad

Indos, quod quotidie fit, vbi magnam fortè argenti copiam congregauit, & lucratus fuit, deinde ad patriam reuersus inuenit vxorem mortuam, filij vel heredes eius repetent proculdubio medietatem bonorum constante matrimonio acquisitorum per maritum ipsum, vt optimè docet Ioan. Lupi in d. repe. rubric. de dona. §. 64. numero. 15. in fine, attestaturque ita fuisse iudicatum, quod refert & sequitur Ferdi. Gomez Arias in commento. l. 12. Tauri numero. 15. in fine. [ Et non solum acquisita constante matrimonio communicare tenebitur cõiux, verumetiam que post vxoris mortem lucratus fuit, donec mors ad eius deuenerit notitiam propter mortis ignorantiam, sicut in mandato. l. actione. §. morte versic. quod si integris omnibus manentibus. ff. pro socio, ex eoque id expedit ibi Bal. cui accedit Petr. de Vbald. in tracta. de duobus fratri. parte. 11. numer. 23. Nam prout paulò antea ipse dixerat eadem. 11. part. numero. 12. & sequent. quidquid socius absens querit postquam renunciauit societati, est communicandum, donec in notitiam alterius socij renunciatio peruenerit, licet damnum sit solum renunciantis, vt in l. sed & socius qui alienauerit. §. si absenti. ff. pro socio. l. actione. §. diximus eodem titulo. l. 11. & 12. titulo. 10. de societate part. 5. Et ex contrario quidquid querit socius, qui societati non renunciauerat, renunciationemque socij ignorauerat, sibi ipsi querit, non socio renuncianti, damnum autem sibi obueniens communicatur, vt in eodem. §. si absenti, quia quoad ipsum renunciantem societas est finita, non quoad socium, qui renunciationem ignorabat, secundum Bart. Per actionem autem negotiorum gestorum tenetur ad communicationem lucri, si id ratum habere voluerit, vt in l. in conductionibus & l. si negocia. ff. de nego. gestis, sicut ergo societas durat post renunciationem à socio ignoratam, ita & post mortem socij, que nondum in socij superstitis notitiam deuenerat, vt in d. versic. l. quod si integris. [ Quid autem si vxore iam ducta ad domum mariti, eam expulit de domo absque eius culpa, & sine causa, interimque aliquid quæsiuit maritus matrimonio durante, an cum ipsa vxore communicetur? Et Didac. Segura in repetitione. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. ff. de legatis. 2. numero. 27. & sequent. dixit communicanda esse lucra, argument. text. in l. si filia. ff. de diuorti. ne maritus ex dolo suo lucretur, neuè lucrum sibi à lege delatum auferat, c. indultum de regulis iuris in. 6. & quia lucrum hoc ei sub conditione defertur, si cum marito cohabitauerit, vt iam probauimus, que conditio pro impleta habetur, cum per vxorem non steterit, quominus adimpleatur. l. que sub conditione. §. quoties. ff. de conditio. institu. l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstra. allegat etiam text. in l. final. C. de repud. vbi maritus expellens vxorè sine iusta causa punitur in amissione quartæ partis bonorum suorum, si ergo punitur in amissione bonorū, multo magis equum est, vt puniatur in bonis, que à lege ipsi vxori deferuntur. [ Confert etiam, quod si alter ex socijs calidè renunciat societati, ne lucrum sibi lege societatis competens communicet consocio, nihil sibi prodest caliditas, quandoquidem illud communicare

communicare cogetur, vt in §. manet insti de societa. l. actione. §. diximus. ff. pro socio. l. 12. tit. 10. par. 5. Cum igitur inter virum & vxorem iure nostro regio sit tacite contracta societas bonorum omnium, vt in hac lege statuitur & in alijs huiusmet tituli, si maritus calidè & fraudulenter vxorè expellit à societate & cõfortio, æquum profecto non erit, dolum & fraudem sibi prodesse: quare nimirum lucrum interim ab eo quæsitum communicare tenebitur, cum societas hæc viri & vxoris non minori priuilegio muniatur, quam societas expresse inter aliquos contracta, vt dixi supra num. 7. Item quia renunciatio intempestiuè societati quod interim acquisiuit, tenetur socio communicare l. actione. §. Labeo. ff. pro fo. l. 11. tit. 10. par. 5. cum igitur maritus sine causa vxorem expulerit, societati dicitur intempestiuè renunciare, que minime soluitur, nisi morte alterius ex coniugibus, quare per maritum quæsitæ hac in specie communicantur. [ Quibus moti rationibus hanc sententiam sequuntur Ioannes Lupi in repe. rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 64. num. 2. in fi. & pluribus seq. & in l. 16. Tauri nu. 29. Anto. Gomez in l. 53. Tauri num. 72. Didac. Cast. in d. l. 16. Tauri glo. magna col. 7. versic. sed pone quod vxor iã ducta. Ex quo ipse infero, quod si propter mariti seuitiam separetur matrimonium quoad thororū & mutuan cohabitationem, iuxta tex. in cap. literas de resti. spolia, & notata per Alexand. conf. 78. lib. 5. & dom. Did. Couarru. de sponsal. 2. part. capit. 7. §. 5. vel propter adulterium mariti. capit. apostolus & cap. vxor à viro. 32. q. 7. frater Alfonf. à Veracruce in speculo coniugiorum. 3. par. arti. 1. conclus. 5. & articu. 3. per totum capit. præcepit & cap. seq. 32. q. 5. Greg. Lupi in l. 1. tit. 17. in verbo ni deshonna ala fuya par. 7. l. 13. tit. 9. par. 4. non solum vxori est dos restituenda, vt in cap. 1. & ibi notat Panor. extra de donat. int. vir. & vxor. Bald. in cap. 1. 3. notab. extra vt lite non cont. verumetiam medietas lucrorum à viro ante separationem quæsitorum vt in cap. significauit iuncta glo. 1. de dona. int. vir. & vxor. Ex quibus id asserit Did. Segura in repe. l. vnum ex familia. §. sed si fundum num. 39. ff. de lega. 2. aduertens aduocatos vxoris separationem & diuortium vxoris nomine petentes, vt non tantum dotem, sed & medietatem lucrorum petant, cui assentiuntur Ioann. Lupi in rep. rub. de dona. int. vir. & vx. §. 64. num. 10. Did. Castelli in d. l. 16. Tauri in gloss. magna in fi. & ibi Ioannes Lupi numero. 35. Antonius Gomez in l. 53. Tauri numero. 72. dom. Did. Couarru. in epitome de sponsal. 2. par. capit. 7. §. 1. numero. 6. Ari. Pinel. in l. 1. part. 1. numero. 58. C. de bonis maternis. [ Quin etiam bona ante separationem quæsitæ non solum erunt communia, verumetiam que post separationem quæsitæ fuerint, iniquissimum quippe esset vxorem propter culpam mariti expulsam & separatam quoad mutuan cohabitationem, lucro à lege sibi delato hoc est, medietate acquisitorum constante matrimonio priuari: vt uadet Ioannes Lupi. d. §. 64. numero 10. & in l. 16. Tauri numero. 35. Ferdinand. Gomez in l. 12. Tauri numero. 15. dom. Dida. Couarruu. d. cap. 7. §. 1. numero. 6. Didac. Perez in apostillis Seguræ in d. §. sed si fundum numero. 39. contra Seguram ibi & contra Didac. Castelli in d. l. 16. Tauri glo. mag

na contrarium tenentes, eiusdem sententiæ esse videtur Thom. Gramma. decis. Neapoli. 103. numero. 88. quæ communis est opinio contra Segu. & Castellum. [ Confirmatur hæc sententia communis, quia si maritus sine causa vxorem expulit, tenetur ei reddere dotem ex sententia Ioan. And. ad Specul. ti. de dote post diuortium restituenda. §. 1. colu. 3. in addi. incipi. dicit Odofre. cui accedit Bald. in l. vlti. in fi. C. de sentent. que sine cer. quanti. & in l. 1. in principio. C. de priuileg. dot. & cap. ex parte versic. item nota quod mulier extra de consuetud. Paul. Castren. in l. tum mulier. 1. notab. 3. ff. solut. matrim. Areti. & Soci. in l. 2. eod. tit. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 10. glo. vnica nume. 13. Ioan. Lupi in rep. capi. per vestras. 3. notab. in principio num. 4. de donat. int. vir. & vxor. contra Ioann. And. Paul. & Alexand. de hoc dubitantes, priuatur siquidem secundum alios fructibus rerum dotarum maritus ipse hac in specie Alexand. conf. 78. lib. 5. & conf. 26. lib. 6. Soci. conf. 64. lib. 4. Aymon Crauette conf. 31. num. 6. Nec ei succedet ex capite vnde vir et vxor, vt constanter asseuerant Paulus Castrenf. Alexand. & Iaso. in l. 1. C. vnde vir & vxor Guilielm. Benedl. in repe. capit. Raynutius de testamen. in verbo & vxorem nomine Adelasiam numero. 800. [ Sic & vxor iniuste & sine causa expulsa, ali debet à viro eam iniuste expellente, etiam si nullam dotem habeat auctore Iaco. de Are. cui accedunt Cyn. Alberi. Bald. & Salice. in l. quod in vxorem. C. de nego. gest. Bart. in tractat. de alimentis colu. vltim. versic. quæro an maritus Bald. in l. 2. versic. 3. dubitatur. C. de lega. Ange. Imol. & Alexander in l. si cum dotem. §. si autem. ff. soluto matrimonio, Cuman. consilio. 175. Roman. consilio. 517. columna. 1. Paulus Castrenf. consilio. 65. colum. pen. libro. 1. Guido Pape decisio. Delphinatus. 439. versic. si vir verberes, & consilio. 127. colum. 1. & iterum paulo ante finem, Socin. consilio. 286. libro. 2. & ante hoc omnes idem non obscurè voluisse videtur glo. in cap. significasti gloss. 1. ad fi. & ibi docto. omnes extra de duor. Ioannes Lupi in repe. capi. per vestras. 3. notab. in principio numero. 5. & 6. Tiraquell. libro. 1. de retractu. §. 10. gloss. vnica numero. 14. Aymon Sabilli. consilio. 31. numero. 6. [ Quibus concinnit quod maritus iniuste vxorem expellens amittit lucrum dotis sibi ex statuto vel pacto obueniens secundum Bald. in l. 1. §. sed scimus. C. de lati. liber. tollen. per illum text. dicentem, quod seruus languidus à domo eiectus & nemini in curam datus, cõsequitur hodie libertatem, nullo iure patronatus domino reseruato, cui concordat l. 1. titulo. 23. libro. 4. foro legum, & Baldum sequitur Ioann. de Anania in cap. 1. columna. 3. de languidis expositis, Paul. & Alexander qui dicunt esse notabile in l. si ab hostibus. §. 1. ff. soluto matrimonio idem Alexander consilio. 78. columna. 1. libro. 5. quod repetitur consilio. 26. libro. 6. Montalius in l. vlti. titulo. 23. libro. 4. fori in glossa, vltim. ad finem Ioannes Lupi in repetitione capit. per vestras de dona. int. vir. & vxores. 3. notab. in principio numero. 4. Tiraqu. libro. 1. de retractu. §. 10. gloss. vnica numero. 12. [ Infertur similiter ex iam dictis, quod si vxor culpa mariti fugerit à domo communi vel propria mariti, vbi simul degebant (eo fortè quod eam acriter verberauerat

rauerat, quo casu ei licuit auferre, vt in auth. de nup. §. si quis vitur alijs mitiores colla. 4. & in auth. vt lice. matri & auie. §. si quis autem colla. 8. gloss. in. cap. literas in verbo sufficiens securitas. de resti. spoliato. Nec ad maritum redire tenetur, nisi sufficiens securitas ei offeratur, vt dicit tex. in. d. capit. literas in fine, vel quia vir tenet concubinam domi, vel ad domum ducere volebat, potest enim vxor hac in specie à viro recedere, nec ad eum redire tenetur, nisi cautionē præstet de expellendo & nunquam admittendo concubinam sub poena, quia non bene conueniunt vxor & concubina secundum Bal. in. cap. 1. col. 1. extra vt lite non cont. Alexandri. in. capit. ex parte in fi. extra de sponsa. Ioann. Lupi in. rep. capit. per vestras. 3. notab. in princ. num. 6. de dona. int. vi. & vxor. & iterum. §. 21. num. 8. & seq. Vbi asserit vxorem posse hac in specie agere coram iudice ecclesiastico vel seculari, vt maritus expellat concubinam cap. si concubine de senten. excō. Et maritus tenebitur eā alere hac in specie extra domum suam secundum Cyn. & alios in. l. quod in vxorem. C. de nego. gest. Dyn. & Bald. in. l. 1. C. de legi. Ioann. Lupi in. repe. cap. per vestras notab. 3. in princip. num. 6. extra de dona. int. vi. & vx. Tenebitur etiam lucra ex questu habita ipsi vxori extra propriam domum habitanti communicare, quia non culpa sua fugit sed viri. [ Sic etiam si vxor ob culpam viri ab eo separetur, vel eius cohabitationem vitauerit, nihil ei acquirit, nec communicat auctore Bald. in. l. si vxor num. 6. in fi. C. de condi. infer. idē voluit Bal. in. l. non sine. C. de bon. quæ libe. Deci. in. l. 1. nu. 10. C. vnde vir & vxor Ari. Pinelus in. l. 1. part. 1. nu. 58. C. de bon. mater. cessante ergo culpa vxoris, si ipsa & vir eius seorsum habitent, consequetur vxor partem lucrorum, ac si simul habitassent, vt resoluit Ioan. Lupi in. repe. rubr. de donatio. int. vi. & vxor. §. 64. num. 15. citat text. in. l. cū hic status. §. si mulier. ff. de donat. inter vir. & vxor. [ At si non culpa viri, sed vxoris factum sit inter eos diuortium vel seorsum habitent, vt propter adulterium ab ipsa vxore commissum, quidquid ipsa acquisierit, viro communicare tenebitur, quia dispositum in vxore habet locum in viro, & ex contrario, correlatiuorum siquidem idem est iudiciū l. vltim. C. de indictio vidui. toll. cum alijs per Didac. Segurā cōgestis in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum num. 26. ff. de lega. 2. & ita ipse decidit in. 4. casu numer. 36. & Did. Castelli in. l. 16. Tauri in glo. magna colum. vlti. & Ioan. Lupi in. d. l. 16. Tauri numero. 32. [ Et hac in specie vxor ipsa nihil habebit ex bonis antea per maritum quæsitis, vel postea quærendis vt expressim adnotauit Ioan. Lup. in. rep. rubricę de don. int. vi. & vxor. §. 64. num. 1. & seq. Dida. Castelli in. d. l. 16. Tauri glo. magna colum. vlti. citans tex. in. l. 5. tit. 3. lib. 4. fori: vbi si vxor contra voluntatem mariti recessit de domo sua, amittit lucra constante matrimonio habita & l. 15. tit. 17. par. 7. vbi vxor adultera amittit dotem & arrhas. l. vlt. tit. 2. lib. 3. fori. Acquiruntur etiam marito bona cōstante matrimonio quæsitā proportionē, quæ ipsi vxori competebat, vt in. l. 1. titu. 7. lib. 4. fori, quæ seruat in regno, estque confirmata per tex. in. l. 5. tit. 20. de adulterijs infra lib. 8. sumpta ex. l. 82. Tauri. Si tamen habuerit filios mortua vxore

ei succedent filij, vt ibi dicitur, quod ita intelligit Pet. Nunnii. in dictionario suo in verbo adulterio, quem omnino vide, & Ioannem Lupi sequitur Anto. Gomez in. l. 53. Tauri numero. 72. in principio. [ Quoties autem vir & vxor separati sunt propter aliquam causam cum dispensatione, de qua in. cap. ex publico de conuersio. coniugato. & deinde alter eorū aliquid acquisiuit, sibi profecto acquireret, & non alteri, quia matrimonium iam non est, quod erat causa communicationis, vt in hac lege & similibus, qua cessante cessare nimirum debet cōmunicatio. l. adigere. §. quamuis ff. de iure patro. & quod per ingressum religionis cessat matrimonium ratum & non consummatum probat tex. optimus in. d. cap. ex publico de conuersio. coniugato. de cuius intellectu agit eleganter frater Alfonso à Veracrucē in speculo coniugiorum part. 2. articu. 28. quod probat etiā lex ista, ibi comprærendere cōsuno. Nam huiusmodi emptio fieri nō potest per coniuges insimul habitantes, cum separati sunt ipsi & eorū bona iustissimo iudicio ecclesiæ, vt aduertit Did. Castelli in. d. l. 16. Tauri in glo. magna colum. vlti. & Ioann. Lupi in. d. l. 16. Tauri num. 33. [ Cæterum si ex voluntate vtriusque coniugis, voto castitatis factō, quod fieri potest auctore Bernardo & Panormi. in. cap. veniens de regula, notatur in cap. dudum de conuersio, coniugato. Præpos. in cap. præterea. 1. colum. 2. de spō. fal. seorsum habitent, quilibet sibi acquireret, nec lucra communicabit, vt probat Did. Segurā in repet. l. vnum ex familia. §. sed si fundum num. 38. ff. de lega. 2. Did. Castelli in. l. 16. Tauri glo. magna colum. vltim. Ioann. Lupi ibidem num. 34. [ Secundo limita legem nostrā, vt communicationi lucrorum locus non sit, si ante cōtractum matrimoniū conueniat inter coniuges, quod vxor non gaudeat hoc legis beneficio, neque ei quarta medietas bonorum constante matrimonio quæsitorum, nec ad es alienum eo tempore contractum teneatur, valet etenim huiusmodi conuentio, vt sensit Bernar. in cap. 2. de dona. inter vi. & vxor. in verbo si non est aliud, idem voluit Ioan. Faber. in rubr. instit. de nup. & nuncupatim in nostra specie Roderi. Xuar. in. l. 1. tit. 3. de las ganancias libr. 3. fori limi. 1. verficul. queritur & secundo, Ioan. Lupi in. repe. rubr. extra de dona. int. vi. & vxor. §. 63. num. 1. & deinceps Ant. Gomez in. l. 60. Tauri per tex. ibi, Cassane. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 2. in verbo & acquæsta nu. 15. vers. limita. 4. Quod pactum fieri communiter solet, quoties maritus est diues, mercator forte, & vxor pauper, estque ad id tex. optimus in cap. 1. de filijs nat. ex mat. ad morgana. contra. in vsibus feudorum, vbi valet pactum vel consuetudo, quod vxor velocius filij nihil possint capere de bonis mariti. [ Solet in tutelam huius limitationis citari doctrina Bart. in. l. quia poterat post Dyn. ibi. ff. ad Trebellia. dicitur quod si duo erant focij eiusdem negotiationis, quorum alter vult ire Venetias, alter contradicit: nihilominus qui volebat ire Venetias dixit se velle periculo suo iter facere, iuit & multum lucratus fuit: socius qui contradixit nullam habebit partē lucri, & ita Bart. attestatur, definitum fuisse per legem illam, & Bar. sequuntur Ang. Cuma. Paul. Imo. & Alex. ibidem, Ang. de Aret. in §. illud insti. de socia. Pet. de Vbald. in tract. de duo. fratr.

fratr. §. par. q. 4. Ang. & Imol. in. l. postulante. §. sed si in huiusmodi. ff. ad Trebell. per illum tex. Paul. Cast. in. l. pen. §. mancipia. ff. solu. matri. eius legis auctoritate, Ang. in. l. ex duobus. ff. de nego. gest. est casus in. l. si vnus ex focijs. §. 1. ff. pro socio, ibi nam si suo nomine (quoniam fortis periculū ad eum pertinuit) vsuras ipsum retinere oportet, sic ergo dicemus in proposita specie, eo quod maritus in se suscipit periculum æris alieni constante matrimonio contracti, nimirum si cōmoda & lucra cum sequatur, & potissimum vxore cōsentiente arg. tex. in. §. illud insti. de socie. [ Extende primò limitationem istam, vt procedat etiam si vxor constante matrimonio lucris generaliter renunciauerit, vel specialiter, veluti si marito volenti domū emere vel vctigalia conducere contradixit, dicens se nolle partem habere in emptione illa vel conductione, & super hoc fecit cum marito pactum, valebit siquidem talis renunciatio & pactum vt in l. 221. in legibus styli incip. otro si el marido & in. l. 9. infra hoc titulo sumpta ex. l. 60. Tauri, ex qua id expendit Ant. Gomez nam licet donatio inter virum & vxorem prohibeatur, vt in. l. 1. & per totum. C. & ff. de dona. int. vi. & vxor. valet tamen quoties ex donatione coniux non fit pauperior, nec patrimonium diminuit, licet propter donationem non efficiatur ditior, vt si quis renunciet hereditati, legato, vel fideicommissō, vt ad alterū coniugem forte substitutum, vel coniugem, vel ab intestato successurum perueniat, vt in. l. si sponsus. §. si maritus. 2. ff. de dona. int. vi. & vxor. & ibi ex eo notat Odofre. Bar. & ceteri scribes, cui conuenit. l. 5. tit. 11. par. 4. vbi Grego. Lupi in glo. vlti. tenet cōtra iam debilibus fundamentis, tex. in. l. profectitia. §. si pater ff. de iure doti. & in. l. qui autē. ff. de his que in fraud. credi. l. cum oportet. §. in autem. C. de bon. quæ libe. vbi pater, qui alio donare non potest, potest tamen renunciare vsufructui in bonis aduenticijs sibi competentibus, & ibi notat Bald. Paul. Salice. & commun. docto. tex. in. l. pen. ff. de colia. bono. Nec obstat, si dixeris, quod dominium transit ipso iure in vxorem rerum acquisitarum constante matrimonio pro parte sua, atque ideo non posse patrimonium iam quæsitum donare marito: verē siquidem & non fide quæritur dominium vt infra dicam in. l. 9. infra. eo. vbi hæc materia renunciationis lucrorum discutitur. [ Tertio limita conclusionem nostram, vt procedat in acquisitis iuste, secus si iniuste, vt iudex ex repetitis, patronus ex illicito patrocinio, vel quilibet alius ex furto, ludo, adulterio, vel vsuraria prauitate, vel alio quolibet maleficio: hæc namque sic acquisita non communicantur inter coniuges secundum Cassan. in consue. Burgund. rubr. 4. §. 2. in verbo & acquæstez num. 16. in fi. Rode. Xuar. in. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori, limi. 4. Ioan. Lupi in. repe. rub. extra de don. int. vi. & vxor. §. 65. nu. 9. Quia lex vel statutum disponens de rebus acquisitis vel quærendis intelligitur de iuste non iniuste acquisitis secundum Barba. in capit. cōquæstus de foro comp. citat. l. quod seruus. ff. de acq. poss. & l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. l. certē. §. mala medicamenta. ff. fami. erciscū. quod inducit aduersus quosdam religiosos inhiantes temporalibus, qui monasterijs suis quomodocūque acquirere nō dedignatur, siue iuste siue iniuste id fiat, quod

minime fieri oportet, vt & Ioann. Lupi adnotauit. d. §. 65. in principio. [ Cuius ratio est, quia inhonestarum rerum non contrahitur societas, nec inde quæsitum communicatur, vt in. l. si fratres. §. socium. ff. pro socio, vbi socius etiam omnium bonorum nō cogitur cōferre, quæ ex causis prohibitis acquisiuit, cui conuenit. l. 2. tit. 10. par. 5. optimus tex. in. l. quod autem & l. nec præternittendum. ff. pro socio, vbi quod ex furto vel alio crimine quæsitum est, in societate nō oportet conferri, quia delictorum turpis causa, atque foeda communio est. l. 8. tit. 10. par. 5. Optimum huius limitationis tradit exemplum Rod. Xua. in. d. l. 1. tit. 3. fori, limi. 4. equitis aurati, qui à vasallis suis constante matrimonio extorsit violenter obsequia & seruitia plurima, ab ipsis exigēs operas indebitas, ex quibus multa iniuste acquisiuit & per vim: respondit enim Roderi. ipse hac in specie eo defuncto, vxorem superstitem non posse medietatem horum lucrorum ab hæredibus mariti exigere. [ In dubio tamen iuste acquisita presumuntur, nisi contrarium probetur, arg. l. marito. ff. pro socio, & cap. cum dilecti de accusatio. Bart. in. l. cum oportet num. 5. C. de bon. quæ libe. Ioann. Lupi in rub. extra de dona. int. vi. & vxor. §. 65. num. 9. Ex quo nu. præcedenti ipse dixerat, quod si vxoris hæredes peterent quæsitā constante matrimonio, maritus non posset allegare esse iniuste quæsitā, quia allegaret turpitudinem suam, cōtra. Laliās & ibi notat Bar. ff. de iureiu. sensit Raph. in. d. l. quod seruus. ff. de acq. poss. & ibi Alex. Bal. in. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. [ Hinc fit, quod si maritus huiusmodi res iniuste acquisitas sponte communicauit ad domum deferendo, communia erunt, & æqualiter inter eos vel eorum hæredes diuidenda, vt in. l. certē. §. mala medicamenta. ff. fami. erciscū. sed & si possessori. ff. de peti. hæredi. tenebitur tamen vxor ea restituere, vel maritus ipse ex bonis comunibus satisfaciet, imo & pœnam soluet, si vxor alienas vel male acquisitas esse sciebat, secus si ignorabat: quia tunc male acquisita tantū ex bonis comunibus restituet, non pœnam. l. si igitur ex hoc. ff. pro socio. Ex quo tex. interebat Bal. in. l. 1. C. pro socio & Sali. in. l. si societatis cod. tit. in fine, quod si plures sunt focij omnium bonorum, quorum alter ex vsuraria prauitate agentis aurique copiam quæsiuit, & cōmunicauit socio & fratri, episcopus poterit compellere fratrem eundemque socium ad vsurarum restitutionem. Idem ergo dicemus in vxore, eadē ratione, vt censet Ioann. Lupi in. rep. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 65. num. 10. vbi & nu. 12. in fine probat, maritum postquam illicitē acquisita adduxit in domum, posse eorum restitutionem facere sine consensu & voluntate vxoris, etiam si condemnatus non fuerit: cum ea potuerat alienare, vt infra subiiciam in cōmento. l. 5. infra. eo. [ Quarto tempera assertionem legis nostræ, nisi aliud consuetudine obseruetur in aliqua ciuitate vel prouincia huius regni, prout fieri solebat in ciuitate Hispanenssi teste Roderico Xuaez in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori vers. sexto limita hanc legem, & fit etiam in ciuitate Cordubę, vbi lex ista recepta nōn fuit, nec in ea habet locum isthęc communicatio inter virum & vxorem, vt attestantur Ioann. Lupi in. rep. rub. extra de dona. int. vi. & vxor. §. 60. in fi. & Iacob. Septi-

Septima. in libro de institutionibus catholicis. cap. 9. num. 93. Grego. Lupi in. l. 24. tit. 11. in glo. magna colu. vlti. post prin. par. 4. leges enim fori nullam vim obtinent, nisi quatenus sunt in vsu, quare articulos faciunt aduocati semper de vsu illarum legum, vt latè probat Rode. Xua. in proemio fori. Sed hodie crederem, limitationi huic locum non esse, eo quòd iam non lex fori dicitur, sed lex regia in hoc volumine inserta, quã legis vim obtinere præcipitur in lege & pragmatica sanctione in principio huius voluminis apposita. [ Sed circa hanc limitationem sese offert pulchra dubitatio, in domicilio viri viget cõsuetudo diuideri bona cõstante matrimonio quæ sita iuxta legem nostram, in loco verò vbi contractum est matrimonium, nempe, Cordubæ, vel in alio loco extra regnum istud, non sit diuisio vel communicatio lucrorum inter coniuges, quinã locus debeat attendi, si se offert casus, in quo petatur diuisionem fieri, vel quia solutum est matrimonium morte alterius coniugis, vel quia alter ex coniugibus fuit hereticus, atque ideo eius bona sunt cõfiscata (qua in specie portio coniugis infontis, nempe, medietas lucrorum non amittitur, vt in. l. 10. infra eod. sumpta ex l. 77. Tauri, quæ immodicam sedauit controuersiam doctorum hanc quæstionem disputatum, antequam lex illa conderetur, vt constat ex integro tractatu Didaci à Segura de bonis lucratis constante matrimonio) nũ quid attendatur locus contracti matrimonij, an verò locus domicilij mariti, vel eius loci, vbi se transtulerunt ad degendum, vel locus vbi bona sita sunt? Et omnia disputatione fac sequentes conclusiones. [ Prima cõclusio, quoties in cõtractu matrimonij pacta fiunt expressim de bonis illis, huic vel illi, vel vtrique coniugum in toto aut parte querendis, seruanda sunt, reiecta distinctione locorum vel consuetudinum, vtpote quæ non contra bonos mores, sed magis legibus ipsis comprobantur, vt in cap. 1. de sponsal. vbi hoc notant Anto. Felin. & ceteri interpretes cap. 1. de filiis natis ex matri. ad Morganicam contr. & nuncupationem de ciditur lege regia. 24. tit. 11. de dotibus & donationibus vel arrhis, par. 4. Roderi. Xua. hoc voluit in. d. l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. 6. limi. versic. secundo limitabis fol. 18. pag. 1. Iacob. Septimacen. in lib. de institu. catholi. c. 9. num. 94. referens multa circa hoc scripsisse Alexan. conf. 150. lib. 2. & conf. 87. lib. 6. Guill. Bened. in rep. c. Raynutius in verbo duas habens filias nu. 197. Deciu conf. 225. & 402. & rursus conf. 578. & 655. & in. l. patum quod dotali num. 10. C. de pact. Gozad. conf. 87. & Boerium decis. 204. [ Secunda conclusio, licet regulariter in omnibus contractibus possit quis in loco contractus celebrati conueniri, nisi alio loco sit destinata solutio, vt in. l. hæres absens. §. 1. ff. de iudi. c. Romana §. contrahentes de foro comp. lib. 6. in cõtractu autem dotali secus est, nam maritus dote recepta ad eius solutionem conueniendus non est in loco contractus, sed in eo, vbi domicilium habebat tempore contractus, l. exigere dotem, vbi Bart. Bald. Ang. Paul. & communiter docto. id notant. ff. de iudi. quam legem dixit singularè Bal. Nouellus in tract. de dote. 9. par. priuilegio. 18. Rochus Curtius cap. vlt. de consuetud. folio paruo. 72. colum. 1. & hoc esse speciale fauore dotis existimant docto. communiter, vt eius exactio fiat

in loco domicilij mariti, quia illic videntur coniuges destinasse solutionem, vbi mulier virum sequutura fori sortiri debet, vt in. l. cum quædam. ff. de iuri. om. iudi. & ita cõmuniter sentire doctores attestatur Alexand. qui eos sequitur, conf. 100. num. 8. lib. 3. Felin. in cap. 1. de sponsal. num. 24. dom. Dida. Couarru. in epitome de sponsal. 2. par. cap. 7. in principio nu. 6. Iaco. Septimacen. addens concordantes in lib. de institu. catholi. cap. 9. num. 96. [ Tertia conclusio, si in loco domicilij mariti statutum disponit, quòd vxore decedente sine liberis, maritus lucretur tertiam partem dotis, & in loco vbi fuit celebratus matrimonij & dotis contractus, sit alia consuetudo, attenditur quoad litis decisionem statum loci, in quo vir domicilium habet, licet secus sit in alijs contractibus, vt in. l. si fundus. ff. de euictio. l. 1. in principio. ff. de vsufru. lega. cum similibus, ita censuit Bart. in. l. cunctos populos. q. 1. C. de sum. trini. & fid. catho. & ibi Iaso. in repe. num. 60. & Fran. Purpura. num. 97. attestatur hanc esse communem opinionem, prout & attestatur Hierony. Grat. consil. 113. nu. 1. 10. & 11. licet ipse videatur sentire contrariũ, communem etiam sequitur Maria. Soci. Iunior conf. 14. lib. 1. etiam si matrimonium contractum fuerit in domicilio vxoris, Anto. Abb. & alij in cap. 1. de sponsal. dom. Did. Couarru. in epitome de sponsal. 2. part. cap. 7. in prin. nume. 6. Alex. alios citans conf. 100. nu. 8. lib. 3. vbi num. 9. asseuerat locum habitationis mariti esse attendendum, non locum originis, quod etiam probauerat glo. notab. in cap. statutum. §. cum verò in verbo vnam dietam de rescrip. lib. 6. alia in. l. exigere dotem in verbo redditura. ff. de iudi. notat Ant. & docto. in cap. vlt. de foro comp. In dubio nanque de domicilio habitationis intelligi oportet, secundum Bal. in. l. vlt. nume. 45. C. de edi. diui. Adri. toll. & in conf. 229. lib. 1. Ant. de Butr. conf. 21. in fi. Pet. de Ancharra. conf. 437. Imol. in cap. fi. de foro comp. Soci. in cap. 1. 2. colu. eo. tit. & conf. 129. lib. 1. Iaso. in. l. 1. colu. 5. C. de sum. trini. & fide catho. & in. l. si arrogator nume. 46. ff. de adoptio. Nicola. Euerardus in locis legalibus loco de contractu ad distractum, Curti. Iunior in. d. l. exigere dotem num. 18. ff. de iudi. Deci. conf. 352. Rogeri. de Mota in repe. l. hæres absens num. 111. ff. de iudi. Math. Affli. decis. Neapo. 226. & decis. 384. nu. 7. Hypol. Marsil. in repe. l. vlti. num. 60. ff. de iuri. omni. iudi. Anto. Imol. Feli. & alij in cap. fi. de foro compe. Bertr. conf. 109. lib. 1. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 9. glo. 2. num. 21. & 22. Affli. decis. Neapoli. 384. num. 7. Deci. in. l. si ea. 2. notab. ff. de offi. assesto. Carol. Moline. ad Alex. conf. 100. num. 9. lib. 3. [ Quarta conclusio, si diuersæ sint statutæ leges, aut inducæ cõsuetudines, quo ad communionem seu diuisionem rerum matrimonio constante acquisitarum, seu circa alia, in loco vbi vir domicilium habitationis habet, & in loco domicilij vxoris: seruandæ erunt leges domicilij mariti, nõ domicilij vxoris, vbi contractum fuit matrimonium. Nec refert, quòd maritus mutet domiciliũ, atque decedat in loco translationis, adhuc enim locum habet cõmunis opinio, quidquid aduersetur Sali. in. d. l. cunctos populos, vt ibi attestatur Iaso. in repe. num. 63. Rode. Xuar. in. d. l. 1. tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori, limi. 6. & hanc esse communem opinionem attestatur Nicol. Boeri

Boeri. in consue. Bituricen. tit. de cõsuetudine matri monij & doherij. §. 4. dom. Did. Couarru. in epitom. de sponsal. 2. par. cap. 7. in prin. num. 7. quia animi destinatione in domicilio mariti videtur cõtractum matrimonium, vt ex supra citatis authoribus colligitur. [ Hæc tamen conclusio & duæ præcedentes restringuntur, & limitantur plurifariam. Pimò vt procedant quoties maritus contraxit matrimonium in loco domicilij vxoris vt aduena, nõ animo ibi commorandi & perseverandi, sed confestim recedendi, in locum domicilij & habitationis ipsius mariti, tunc nimirum inspicitur cõsuetudo loci, in quem se transferunt, & nõ vbi matrimonium contraxerunt: (quemadmodum fit quando quis contrahit cum aduena, quem scit statim recessurum, non enim conuenietur in loco contractus, vt pote qui videatur solutionem destinasse in locum sui domicilij vt in. l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudi.) & alijs rationibus supra numeris præcedentibus traditis. Secus verò si matrimonium contrahitur eo animo, vt cõiuges in loco domicilij vxoris vbi contractum fuit matrimonium habitaret, tunc enim quia maritus animo gerebat cum vxore cohabitare eodem loco, leges illius loci sunt attendendæ, vt bellissimè voluit Bal. in. l. vlti. colu. 1. C. si à non compe. iudi. Ioann. And. Imol. & Feli. num. 26. in cap. 1. de spõsali. Fran. Cremenf. notab. 66. Iaso. in. l. cum quedam puella. 1. notab. 1. amplia. ff. de iuri. omni. iud. & in. d. l. cunctos populos. 1. lectio. 6. colu. versic. 2. limi. & iterum. 2. lectio. colu. 14. Guill. Bened. in repe. cap. Raynutius verbo & vxorem nomine Adelia. nu. 785. de testam. Barba. in rub. extra de consue. col. 15. versic. posset etiam, & conf. 4. colu. 1. lib. 2. Marsil. in singula. 267. paulo ante finem & in repe. l. vlti. num. 66. ff. de iuri. omni. iud. Fran. Purpu. in. d. l. cunctos populos nu. 120. Deci. optimam rationem huic limitationi reddes conf. 284. nu. 8. ibique tradit huius rei exemplum, ex quo animus coniugum possit colligi, nempe, si post cõtractum matrimonium in loco & domicilio vxoris manserunt, & ibi longo tempore cohabitauerunt. [ Actus enim qui sequitur declarat intentionem præcedentem. §. pauonum insti. de rer. diui. l. sed Iulianus §. proinde. ff. ad Macedo. notat Bar. in. l. certè. §. sed & si parauerit. ff. de lega. 1. vbi asserit quem præsumi habuisse animum faciendi, quod postea facit. Nam quæ confestim sequitur, declarat animum præcedentem cap. officij de electio. l. si ventri. §. si. ff. de priuileg. cre di. vbi Bart. idem Bar. in. l. post contractum. ff. de dona. & vltra præcitatos docto. num. præcedenti, idem voluit Tiraq. de legib. connubiali. glo. 2. numer. 46. & 49. Cassane. in consue. Burgund. rubr. 4. §. 2. in verbo Ouduchie de Bourgongne nu. 7. pag. 133. colu. 2. ad medium Hierony. Grattus omnino videndus cõf. 113. lib. 2. num. 12. & deinceps. Ioan. Lupi in rep. rub. extra de dona. int. vir. & vxor. §. 55. num. 12. & ibi Bernard. Diez à Luco in apostillis. [ Vbi Ioann. Lupi asserit ita esse intelligendã. l. 24. tit. 11. par. 4. cuius verba sunt. *E dezimos que el pleyto que ellos pusierẽ entre sî, deue valer en la manera que se auinieron ante que casasen, o quando casaron: e no deue ser embargado por la costumbre contraria de aquella tierra do fueren a morar. E so mesmo*

*seria maguer ellos no pusiesen pleyto entre si, ca la costumbre de aquella tierra do hizieron el casamiento debe valer quanto en las dotes, e en las arras, e en las ganancias que hizieron, e nõ la de aquel lugar do se cambiaron.* Ecce tex. ille aduersari omnino videtur communi sententiæ & dispositioni. l. exigere dotem. ff. de iudi. cum ait quoad litis decisionem legem loci cõtractus matrimonij obseruandam fore. Sed nihilominus ea lex regia communiter intelligitur, quoties matrimonium eo animo contractum fuit, vt eodem loco coniuges habitarent, & ibidem degentes permanerent. Nam licet postea animum seu propositũ mutauerint, & ad aliũ locum se transtulerint, in quo diuersa fuerit consuetudo, attendi debet lex seu consuetudo loci contractus, iuxta sententiam Bald. communiter receptam in. d. l. vlt. C. si à non compe. iudi. & aliorum supra num. præced. citatorum, ne lex illa euertat, quæ hætenus communi consensu fuerunt decisa, ita eam intelligit Rod. Xuar. insignis quidem vir, in. l. 1. tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori l. 6. dom. Did. Couarr. in epitome de spõsali. 2. par. cap. 7. in princ. numer. 8. Iacob. Septimacen. episcopus ciuitatem iuris peritissimus in lib. de institu. catholicis. cap. 9. num. 97. & 98. Grego. Lupi grauissimus iurisconsultus in. d. l. 24. tit. 11. par. 4. in verbo el casamiento, & iterum in verbo ganancias versic. aut contrahitur matrimonium in loco vxoris, atque ita quotidie praticari in regia cõcellaria attestatur Ioan. Lupi in. d. §. 55. num. 12. & ibi Bernard. Diez à Luco episcopus Calagurritanus. Quorum sententia mihi admodum placet, licet contrarium audacter asseueret Anto. Gomez in. l. 53. Tauri numero. 75. dicens hunc intellectum communem nostratum esse manifestam diuinationem, in quo iudicio meo fallitur, nam si cũ iudicio appendantur verba. d. l. par. hoc præferunt, dum ait. *E despues que son casados acaesce que vienen a vivir a otra tierra.* Ecce lex sentit, eos ab initio habuisse animum degendi in loco, vbi matrimonium contraxerunt, & ibi perpetuo manendi, deinde casu, mutato proposito recesserunt, hoc de notant verba illa acaesce, hoc est, contingit, succedit ergo regula vulgata, inspicere debere locum, vbi res esse solent perpetuò, non vbi casu adsunt, vel absunt. l. si ita legatum est. ff. de lega. 3. l. nihil interst. ff. de capti. Oldra. conf. 248. Ancharra. conf. 90. Alexan. conf. 216. lib. 7. Feli. in capit. Rodolphus de rescript. & capit. quoniam de offic. ordi. Deci. conf. 472. & iterum conf. 523. Fran. Ripa in tracta. pestis tit. de priuileg. contractuum nu. 180. Tiraq. de primigenijs. q. 48. num. 4. & 6. præterea hoc ipsum suadent verba vltima. d. l. 24. tit. 11. par. 4. ibi. *E nõ la de aquel lugar do se cambiaron, hoc est, mutarunt, si tanquam aduena ibi contraxisset vir non diceretur mutare domicilium & habitationem, sed quia animũ habuit ibi habitandi, vbi contraxit, animum & domicilium mutare dicitur, alibi se transferendo.* [ Secundo limita conclusiones tres supra traditas nume. 67. 68. & 69. vt procedant quoad bona sita in domicilio viri, non quoad bona alibi sita vbi vigeat alia cõsuetudo, nam bona sita Cordubæ iudicabuntur iuxta Cordubæ consuetudinem, vt non diuidantur: bona verò sita Pinciaz vel in alio loco vbi viget consuetudo de lu



cris constante matrimonio habitis diuidendis, iudicabuntur iuxta legem nostram, & inter coniuges diuidentur. Lex siquidem domicilij mariti non est consideranda, quoad bona que alibi coniuges habent, sed iuxta consuetudinem vel legem eius loci ubi sita sunt: quoniam consuetudo non extenditur extra territorium, maxime vt includat res alibi existentes, vbi diuersa aut contraria lex vel consuetudo viget. cap. illa. 12. distinctio. l. vlti. ff. de iuri. omni. iudi. quæ sententia multis iuribus probatur & frequentiori iuris peritorum calculo recepta est. l. forma. §. si verò. ff. de censu. l. si verò. ff. de tuto. & cura. datis ab his. l. Titium. §. tutor. ff. de admini. tuto. l. constitutio. ff. ad municipa. l. certa forma. C. de iure fisci lib. 10. l. 1. C. de mulieri. & in quo loco eo. lib. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. cap. ecclesia. 13. q. 1. cap. de decimis & seq. 16. q. 1. Sed & iuris interpretes communi consensu hanc sententiam sequuntur, nempe, Iaco. Aret. Guill. de Cun. Dyn. Rayn. Ioan. Faber, Bal. num. 17. & Alciat. in glo. vlt. colum. 1. & pen. in. l. 1. C. de sum. trini. idem Bal. conf. 245. li. 12. dicens hanc opinionem communiter obseruari, & practitari, & cõf. 132. ad fi. lib. 2. Collecta. in cap. 1. de consuet. 2. col. vers. quid si consuetudo, & ibi quoque Anchar. in repeti. 12. q. prin. post prin. vers. sed circa personas & vers. per ista soluitur questio, & iterum vers. que ro iuxta prædicta. In quo loco attestatur ipse Anchar. communem esse opinionem, vt in successione intestati attendatur locus bonorum, sine distinctione an sit statutum reale personale, hanc quoque sententiam tenet Masueri. in titu. de successioneibus & vltimis voluntas. §. item illud quod dicitur Nicol. Perus. in tract. de succes. ab intest. in. 6. specie filiorum. 1. partis prin. col. 5. vers. sed nunquid stante tali consuetudine, Alex. conf. 16. 1. dubio lib. 1. vbi Carol. Moline. hanc veram esse asseuerat & communem, reiecta verbali distinctione Bar. idem Alex. conf. 128. lib. 1. & conf. 19. lib. 6. hæc dicens communem sententiam, Corne. conf. 115. nu. 4. & 5. lib. 6. & conf. 202. nu. 11. lib. 2. & conf. 85. lib. 3. Soci. conf. 288. & conf. 292. libr. 2. Iacob. à. S. Georgeo in tracta. feudo. colu. 6. vers. insuper quero quidam, Geor. Natan in rep. cap. quamuis pactum col. 61. vers. 9. facit, de pact. lib. 6. Nicol. Euerardus in locis legalibus loco. 79. col. 12. vers. hinc etiam videmus, Tiraqu. in tracta. primigeniorum. q. 46. num. 1. & 2. & numer. vlti. dicit ita seruari in regno Franciæ, idem voluit Rube. conf. 71. Alber. Brun. in tracta. de statutis excludentibus foeminas. q. 25. vbi late differens concludit hanc esse receptiorem sententiam, quod quomodocunque statutum loquatur, siue in rem, siue in personam, non trahitur ad bona sita extra territorium, sed seruanda esse statuta vel consuetudines cuiuscunque loci, quoad bona vtrouique sita, atque idem respondit Ludo. Gozadi. conf. 49. num. 11. & 17. qui est omnino videndus, Cirierus in tracta. primogenituræ lib. 2. q. 7. idem voluit in simili consuetudine Franciæ, de bonis constante matrimonio questis inter coniuges diuidendis, Ancharra. conf. 163. Deci. cõf. 283. Curt. Senior cõf. 43. num. 19. Cassane. conf. 7. & in consue. Burg. rub. 4. §. 2. colum. 8. Oldra. conf. 249. Ioan. And. ad Specul. in titu. de instrumen. editio. §. cõpendiose, Signoro. cõf. 166. plenius ac melius Aymon Crauette conf. 30. per

matrimonio constāte iure regio, quoad partem dimidiam transfertur in vxorem absque aliqua traditione etiam ante solutum matrimonium, quod ad similitudinem societatis contractæ, ex l. 47. tit. 28. par. 3. postest hac in specie adnotari, idemque erit quoad possessionem arg. glo. in l. 2. ff. pro socio, in hanc partem inclinare videtur Rode. Xuares in l. 1. tit. 3. de las ganācias lib. 3. fori, vers. queritur vltimus vtrum in mulierem folio. 21. in fi. & 22. licet concludat maturius esse cogitandum, Did. Segura in repe. l. 3. §. fi. nu. 78. ff. de libe. & posthu. citans Bald. in consi. 103. lib. 1. quod attestatur se alibi non legisse, idem Segura in tracta, de bonis lucratis constante matrimonio nu. 44. & sequ. Ioan. Lup. de Pala. Rub. in repe. rubricæ extra de dona. int. vi. & vx. §. 66. num. 24. ad medium vers. bona enim acquisita: quamuis in §. 65. nu. 11. videatur velle contrarium, sed non constanter, idem voluit Cassane: in consue. Burgundie rub. 4. §. 2. verbo & participant num. 6. Anto. Gomez expressius in l. 33. Tauri nu. 76. ad finem dom. Did. Couar. lib. 3. resolutio. c. 19. num. 2. Greg. Lupi omnium latissimè in l. 35. in glossa magna col. 2. & 3. tit. 5. de emp. & vendi. part. 5. vers. veritas tamen huius quæstionis pendet. ¶ Mouentur per text. in d. l. 47. tit. 28. part. 3. vbi si societas omnium bonorū quæstorum, & quærendorum contrahatur, transit in socium dominium rerum, non solum quæstorum, sed & quærendarum pro eius parte, & quamuis lex illa loquatur in societate omnium bonorum, aduertendum esse ait Grego. Lupi, quod in quærendis non mouetur lex illa ex eo, quod sit omnium bonorum cōtracta societas, quia in tali societate iure communi non transibat dominium quærendorum in socium, qui non contraxerat, licet posset agere vt lucra sibi cōmunicarentur, vt in d. l. si quis societatem vbi glof. & docto. notant. ff. pro socio, & in l. 1. §. fi. & l. 2. ff. eo. ti. Sed quia voluit lex illa extendere leges Cæsarum loquentes in quæstis tēpore contractæ societatis ad quærenda deinceps. Cum ergo inter virum & vxorem sit societas vniuersalis in quærendis, vt in hac lege & sequentibus huius tituli statuitur, erit nimirum locus in huiusmodi societate dispositioni legis. 47. titulo. 28. part. 3. Nec in hoc dici poterit lex illa correctoria iuris cōmunis, sed communis opinionis doctorū & non omnium, quia plures idem tenuerunt, quod ex d. l. par. modo adnotamus, & sic corrumpunt præcipua fundamenta & rationes Tellij Fernan. in d. l. 16. Tauri nu. 11. & 12. & sequ. quibus contabatur communem Nostratum sententiā euertere. ¶ Secūdo pro hac sententia citat Greg. Lup. legē styli. 203. incip. como quier, ex qua sumpta fuit. l. 1. supra cod. vbi bona mariti & vxoris in dubio sunt communia, nisi aliud probetur, cum sic ait. *Pero la costumbre guardada es en cōtrario que los bienes que hāma vido y muger q̄son de ambos de por medio.* Appedit verbum sunt, quod est substantiuū, & de præsentis effecti uū, vt in l. his verbis in prin. ff. de hered. instatu. Bald. in cons. scilicet sub rubr. C. si quis aliq. testa. prohibue. 4. col. dicens hoc verbum sum. substantiā rei perfectissimè includere, nec aliud esse ita substantiuū in mundo, quare cū. d. l. 1. supra eo. supra ex. d. l. styli loquatur per verbū sunt cōmunia, quod est de præsentis,

non debet igitur ad futurum tēpus referri, hoc est, ad tempus soluti matrimonij, sed eo constante quando bona quærentur, vt tūc tēporis sint cōmunia viri & vxoris quoad dominiū & possessionem arg. l. quæ cōficiū & l. seq. & ibi Paul. Cast. ff. de serui. vrb. prædio. l. si ita & ibi Bar. ff. de auro & arg. lega. l. si stipulatus fuerim. §. 1. & ibi latè Iaf. ff. verb. oblig. l. cū stipulatus & l. si a colonico eo. ti. vbi verba præsentis tēporis non porriguntur ad futurum. Et licet hoc non procedat in legibus, quippe quarum propriū sit decidere casus futuros, vt ibi limitat Paul. nu. 2. & ceteri doct. supra citati, quoniam lex semper loquitur. I. Arriani. C. de heredi. & porrigitur ad casus futuros, sed ob id nō mutat naturalē & propriam significationē verbū præsentis tēporis ad tempus acquisitionis relatum, maxime quia ponitur in ipsius legis dispositione, & nō in casus narratione. ¶ Tertio hoc ipsum probari asserit in l. 14. ti. vlt. li. 3. fo. 11. & l. 9. infra eo. vbi vxor potest cōueniri ad debita cōstāte matrimonio cōtracta ratio ne lucrorū eidē à lege cōmunicorū. l. secūdo naturā ff. de reg. iur. eo enim quod lex ipso iure ei lucra cōmunicauit, voluit similiter, vt ad debita ipso iure teneretur. ¶ Vltimo citat. l. 60. Tau. quæ trāscripta fuit in l. 9. infra eo. vbi mulier liberatur à solutione debiti matrimonio cōstāte cōtracti, ita demū si lucris cōstāte matrimonio quæstis renūciauerit, Ecce renūciatione opus est, vt lucra ipso iure cōmunicata perdātur. At si quis dixerit legē illā potius probare cōtrarium, imo quod vxori nō sit quæstū quæstorum cōstāte matrimonio dominiū, vt pote quod sola renūciatione amitti nō possit, vt in l. si quis vi. §. differētia. ff. de acq. poss. ei respōdere licebit, id procedere in dominio iuregētū per traditionē verā quæsto, quod sola renūciatione vel volūtate amitti nō potuit. Secus verò est in dominio ipso iure absque traditione cōmunicata per legē, quæ efficere potuit, vt reuocabiliter quæreretur, sicut videm⁹ in dominio quod per legē quæritur legatario, vt in l. si tibi homo. §. cū seruus. ff. de leg. 1. & in alijs similib⁹. ¶ Aduertere tamē oportet teste codē Gre. Lup. q̄ licet ipso iure quæretur vxori dominiū & possessio rerū cōstāte matrimonio quæstiarū, nō tamē eo cōstāte acquiratur cū effectu, donec solutū sit matrimonij & sic finita societas. Nec eo cōstāte dominiū residet in muliere propriè in actu, sed in credito vel habitu, & iste habitus nō habet effectū realē, cum absque fraude maritus possit quæsta cōstāte matrimonio alienare, & de eis disponere. Itaq; dominium hoc quasi nebula detentum est, quæ durat, donec soluat matrimonium, eo tamen soluto siue per mortem, siue ex causa diuortij, siue ex alio quouis casu, quo separatio bonorū fieri debeat, veluti propter delictum cuiusque iuxta tex. in l. pen. & fi. infra eo. his omnibus casibus illud dominiū velatū in habitu tantū cōsistēs, exiit in actū, & in verā & actualē dominij & possessionis cōmunionē, ita elegāter explicat Carol. Molin. stante simili cōsuetudine nostre legis in cōsuetu. Parisi. §. 25. nu. 1. & 2. d. D. Couar. lib. 3. resolu. c. 19. nu. 2. in fi. Rode. Xuares, qui ita practica ri attestatur in d. l. 1. ti. 3. de las ganācias lib. 3. fori vers. queritur vltimus vtrum in mulierem, & Grego. Lupi in d. l. 35. tit. 5. par. 5. in glof. magna prope finem, Anto. Gom. in l. 33. Tauri numero. 76. in fine.

¶ Que

¶ Que sententia cōmunitis est & recepta, licet contrarium vult subdubitate tamen Tell. Fernan. ad. in. d. l. 16. Tauri num. 11. & sequētibus, & mihi valde applaudet communis ex iuperius traditis, & quia huiusmodi ficta traditio ex actū in ita societatis orta habet vim cōstituti, vt sentiant glossi. & doct. in d. l. 2. ff. pro socio, & que probat Tiraq. in l. de constituto par. 2. ampliat. 32. nu. 6. in fi. dom. Did. Couar. d. c. 19. nu. 2. Sed cōstitutum vel precarium habet vim transferendæ possessionis, non solum bonorum præsentium & quæstorum, sed & futurorum & quærendorum: vt si quis doctet omnia sua bona præsentia & futura, atque se constituat possidere pro donatario, nam ex huiusmodi constituto transfertur possessio bonorum futurorū tūc, cum fuerint acquisita, sicuti & nunc transfertur præsentium, ex sententiā Iaco. Butt. in l. vlt. C. que res pigno. obliga. poss. & ibi sequitur Bart. non nihil tamen immutans, & Sali. in fi. Bal. in rubr. C. de contra. emp. in. 21. q. & in l. si quis argentum. §. sed siquidem. C. de dona. Ang. cōf. 179. col. 4. vers. vbi autem interuenisset Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta ad finē & ibi Alex. nu. 17. ff. de verbo. obliga. C. de cons. 34. Alex. in l. 3. incertam nu. 7. & ibi quoque Fran. de Aretio col. 2. & Soci. nu. 7. hanc attestatus communē & l. 1. l. 1. l. 2. & posteriori col. vlt. & Claudi. A quent. in vers. & inducuntur prædicta. ff. de acq. poss. idem voluit Alex. cons. 85. prope finem lib. 6. vbi & hanc dicit communem Ang. in §. actionum nu. 10. in sti. de actio. Barba. in c. vlt. col. penul. vers. sed vtrū aut. extra de precar. Soci. consi. 11. vers. non omitto quod Iacob. lib. 3. Ioan. Petru. in l. ab emptione. ff. de pact. Iaf. cons. 147. col. 9. vers. nec dicatur quod tale cōstitutum li. 2. vbi hanc attestatur communem, Vitalis de Camb. in tracta. clausularum in clausula constituti penul. col. vers. item hæc clausula constitucns, Carol. Ruy. consi. 177. num. 3. lib. 1. & consi. 127. col. 4. vers. præterea incertitudo lib. 5. Matth. Afflic. decis. Neapolit. 37. nu. 3. & iterum decis. 335. nu. 8. vbi asseruit ita iudicasse cōsiliū Neapolitanum, esseque receptiorē sententiā, Alcia. in l. sub signatum. §. vlt. ff. de verb. signifi. & in l. vlt. in verbo nec donationes colum. 2. C. de pact. Fran. Ripa in l. 1. colum. 1. vers. ampliat. 13. ff. de pigno. Ant. Negusan. in tracta. de pigno. 2. par. 2. membro nu. 3. Tiraq. in lib. de constituto. 2. par. ampliat. 32. numer. 1. vbi & numeris sequentibus hoc probat tum autoritatibus, tum etiam rationibus, & nu. 5. refert plures doctores contrarium opinantes, sed receptiorē esse asseruit priorem sententiā num. 12. quam etiam sequitur Greg. Lupi in l. 5. in glof. magna ad medium tit. 13. par. 5. & iterum in l. 9. in glo. magna in prin. tit. 30. part. 3. & Anto. Gomez in l. 17. Tauri nu. 12. Sic igitur erit in societate omnium bonorum, quæ respicit cōmunionē etiam futurorū, quemadmodum & præsentium, vt in l. 3. §. cum specialiter pro socio. l. 3. & 7. tit. 10. part. 5. transfertur dominiū & possessio rerum ante contractam societatem acquiratū confestim post initam societatem, & futurarum cum acquire fuerint, vt probaui supra nu. 8. & 9. Idē quoque in societate quæ iuxta leges regias esse præsumitur inter coniuges, vt pote quæ ad futura lucra etiā extendatur, vt in hac lege & sequ. tūc ergo temporis

cum acquiruntur, tradita vxori esse censentur, licet per maritum proprio nomine emanatur, vel alio titulo acquirantur, vt ex superius traditis satis superque liquet. ¶ Ex quo infero, quod si hæres in testamento institutus, ex remedio. l. vlt. C. de edict. Adri. toll. vel ab intestato iuxta l. Soriaz, petierit se mitti in possessionem bonorum defuncti, quæ reliquit tempore mortis, non poterit mitti in possessionem dimidiæ partis bonorū constante matrimonio acquiritorum, qui pro parte domina erat & possessor vxor ipsa in vita defuncti, & cum missio petitur, ipsa possidebat. Is autē qui possidebat res tempore mortis defuncti, & tempore quo petitur missio in possessionē ex d. l. fi. C. de edict. Adri. toll. & d. l. Soriaz, est legitimus contradicitor, & impedit missionem quoad res ab alio possessas, vbi d. l. vlt. C. de edict. Adri. toll. ibi, earum rerum quæ testatoris mortis tempore fuerint, & ex ea hoc ibi d. x. pendit Bart. nu. 21. Paul. Cast. num. 12. Corne. num. 14. Bald. num. 43. & Deci. num. 40. & sequ. Anto. Gomez in l. 45. Tauri nu. 147. & 150. & licet ipse Anto. Gomez d. num. 150. prope finem dixerit, quod licet contradicitor sit verē dominus rei vel rerum, quæ tempore mortis defunctus reliquit, quia forte eas habuit ab ipso testatore, dum viueret, si tamen tempore contradicitionis non est in actuali & reali possessione vel detentatione, non est legitimus contradicitor, verā tamen nō est eius doctina, nec doctores ab eo citati hoc dicunt, sufficit enim, si per actum fictum contradicitor possideat, quæ possessio vera est, & non ficta, vt in l. certē. §. 1. ff. de preca. ibi proprie possidere videtur, & ibi notant Bart. & Cuma. Alex. consi. 83. lib. 6. Soci. & Iaf. in l. 1. §. si iusserim. ff. de acq. poss. Fran. Balb. de præscrip. 3. parte. 3. partis principalis. q. 3. vers. & nota quod possessio, Steph. Bertran. cōf. 174. col. 1. li. 2. Frā. Ripa h. i. responforum. c. 1. nu. 88. Alcia. in l. alienatum in prin. ff. de verb. signi. Lud. Roma. in l. traditionibus col. 1. C. de pact. cum concord. per Tiraq. traditis in lib. de constituto. 2. part. 1. ampliat. num. 2. ¶ Sed & possessio ciuiliissima quæ absque vilo actu vero vel ficto in aliquem transfertur, dicitur vera possessio non ficta, vt in c. contingit de dolo & contu. cum pluribus concordantijs à me traditis supra hoc li. ti. 7. de maioratu. l. 8. gl. 1. nu. 10. & sequ. & gl. 2. nu. 13. Ex quo inferitur, vxori cōpetere interdicta omnia possessoria pro medietate bonorū cōstāte matrimonio acquiritorū, nēpe, adipiscēde, retinēde, & recuperāde, quod quomodo fiat dixi in materia maioratus in d. l. 8. ti. 7. de maioratu supra hoc li. gl. 2. nu. 3. 7. & 12. & sequ. Inferitur etiā, vxori agēti interdicto recuperāde possessionis bonorū cōstāte matrimonio acquiritorū nō obstat exceptio nē dominij, sicut nec obstat successorij maiorat⁹ vel cōmēde Indorū, nec hereditaria cōsuetudinē Frācię vt in l. si maritus. ff. de don. int. vi. & vx. & l. si quis ad fundū. C. ad. l. Iul. de vi publi. & ibi Ang. nō semel, & in l. si de vi, & ibi gl. in fi. & doct. ff. de iudi. & in c. 1. & c. literas de restitu. spolia. gl. in c. super causa. 2. q. 3. & interpretes omnes. l. vltimē. C. de edict. diu. Adri. toll. Dynan. c. qui ad agendum col. 1. de regulis iuris in. 6. & omnes vbiq; vt Tiraq. asserit in tract. le morte fait le biph. 5. declara. 6. partis numero. 1. & 2. vbi ex Bal. in l. 1. col. vlt. C. de appella. reddit tres rationes.

kk 4 Primam



Primam, quia violentia elidit dominium opponen-  
 tis. si quis in tantam. C. unde vi. Deinde quia spolia  
 tusa ante omnia est restituendus. d. l. si quis ad se fundū  
 C. ad. l. l. de vi publi. etiam si sit p̄do, vt in. c. ex lite  
 ris de resti. spolia. iuncto. c. vit. de ordi. cognitio. Ter-  
 tio, quia ex dolo non debet spoliās consequi premiū  
 possidendi. l. itaque fullo. ff. de furt. unde nisi purgetur  
 vitium spoliationis, audiri non debet super propria  
 te. l. cum seruum. ff. de seru. fugiti. In fertur similiter,  
 quod si huiusmodi ciuilibus possessor turbetur a  
 vero domino rei verbis vel factis, etiam si dominus  
 habeat possessionem clandestinā vel vitiosam, vel so-  
 lam detentionem, poterit aduersus eam agere interdi-  
 cto retinendz vt possidetis, ne ab ipso domino mole-  
 stetur, & in consequentiam vt sibi fiat restitutio cor-  
 poralis possessionis seu detentionis, & dominus non  
 poterit exceptionem dominij vel tituli opponere, ex  
 sententia gloss. singularis & vnieq. in. d. l. de eo. §. fi.  
 gloss. vltim. ff. de acqui. poss. vbi agenti vti possidetis  
 non obstat exceptio dominij, etiam si in continenti  
 probetur, quam ibi notat & commendat Bart. nume-  
 2. Rayneri, in fi. Imol. 1. colum. Cuma. & Areti. 2. col.  
 & Alexand. numero. 4. eandem gloss. sequitur Bart.  
 in. l. naturaliter. §. nihil commune. 2. columna in me-  
 dio, & Cuma. 2. columna Vincenti, numero. 15. Iason  
 numero. 49. & Ripa numero. 98. ff. de acqui. poss.  
 Iacob. Butri. in. l. incerti iuris. 3. colum. & Sali. nume-  
 21. C. de interd. Abb. in. c. in literis. 2. colum. de resti.  
 spoliato. Arg. de Aretio in. §. quadrupli prope finem  
 mlti. de actio. Bal. in. l. si quis conductionis. 2. colum.  
 C. loca. Bart. consilio. 81. numero. 4. Bart. & Paul. Cast.  
 in. l. si de vi. ff. de iudi. Bald. & Salic. in. l. ordinarij. C.  
 de reuend. Tiraquel. in. tracta. de morte fasit le biph.  
 §. declaratio. 6. partis. numero. 3. qui solum Bald. citat  
 in cap. 1. ante medium versic. sed quid si opponens ex-  
 tra de resti. spoliato. hanc dixit magis communem  
 Fran. de Aretio in. d. l. si de eo. §. fi. 2. colum. ff. de acq.  
 poss. quam sequitur & communem esse attestatur An-  
 to. Gomez in. l. 45. Tauri num. 122. refertque Dynum  
 & doctores aliquos contrarium tenentes, communem  
 que fuit pluribus rationibus. [ Limitatque bifari-  
 ana. Primo quando agens interdicto vti possidetis  
 probauit possessionem suam, aduersarius vero nō, vel  
 quando agens melius probauit, secus vero si probatio-  
 nes in possessione essent omnino pares, quia tunc ille  
 vincet, qui melius probauerit dominium, secundum  
 Bart. & Moder. in. d. l. naturaliter. §. nihil commune  
 & Cum. & Areti. in. d. l. si de eo. §. fi. ff. de acqui. poss.  
 [ Secundo Limitat idem Tiraq. nisi dominium sit no-  
 torium, vt quia reus habet pro se sententiam diffiniti-  
 uam, qua dominus est declaratus in lite inter eosdem  
 agitata, hęc siquidē exceptio dominij notoria obstat  
 agenti interdicto vti possidetis ex sententia Cumani  
 in. d. §. nihil commune. 2. columna in fine, cui ibidem  
 subscripsere Paul. Cast. numero. 7. & Alexand. nu-  
 mero. 34. & Ripa numero. 9. Confirmatur, quia idem  
 statutum est in interdicto recuperandz, vt in cap. ad  
 decimas de resti. spolia. lib. 6. Sin autem possessor ciui-  
 lissimus, de quo nunc agimus, agat interdicto adipif-  
 cendz, atq. obstat exceptio dominij late examinat Ti-  
 raquel in. d. tracta. de morte. §. declaratio. 6. partis numero

4. & sequen. & Ant. Gomez in. d. l. 45. Tauri numero  
 147. dixi in. d. l. 8. tit. 7. de maioratu glo. 2. nume. 10.

G L O S S. IIII.

- 1 Vxor est domina constante matrimonio medietatis bo-  
 norum constante matrimonio acquirorum.
- 2 Donatio regia vel alterius cuiuscunque facta alteri ex  
 coniugibus efficitur propria eius, cui fit, nec alteri co-  
 municatur, nisi vtrique fiat, ibidem.
- 3 Donatio occasione societatis facta alteri ex socijs nō  
 communicatur.
- 4 Donatio facta ambasiatori vel legato alicuius pro-  
 uincie, an communicetur socio vniuersali?

¶ Si fuere donatio de Rey y lo diere a ambos, ay a lo mari-  
 do y muger, y si lo diere al vno, ay a lo solo aquel a quien lo  
 diere. Hic traduntur tres casus. Primus quando aliquid  
 donatur soli marito a principe vel ab alio, quod non  
 venit communicandum, sed totius donationis mari-  
 tus solus est dominus. Secundus casus quando vxori  
 aliquid donatur, minime etiam venit communican-  
 dum, sed totius donationis vxor est solam domina.  
 Tertius casus quando vtrique fuit donatum, & tunc  
 venit communicandum, quilibet ergo coniugum con-  
 stante matrimonio est dominus suz portionis, nam  
 respectu dominij quod ius est de toto quoad totum,  
 idem est de parte quoad partem. l. que de tota. ff. de  
 reuendi. Cum igitur in casu vbi acquisita seu donata  
 non communicantur, quilibet coniugum est domi-  
 nus insolidum totius donationis, sic & vbi communi-  
 cantur, scilicet, quando vtrique fuit facta donatio, vtri-  
 que dominium acquiritur pro sua portione, quo fit,  
 vt vxor sit domina suz partis constate matrimonio,  
 vt ex verbis legis nostre expendit Didac. a Segura in  
 tracta. de bonis lucrativis constante matrimonio nume-  
 58. ad finem, & nos latius expendimus in glossa pre-  
 cedenti numero. 2. & pluribus sequent. [ Nota etiam  
 ex hac lege iustitia. l. sequent. quod donatio regia vel  
 alterius cuiuscunque facta alteri ex coniugibus effi-  
 citur propria eius, cui facta fuit, nec venit communi-  
 canda, nisi vtrique facta fuerit, cum hac. l. concordat.  
 l. i. titulo. 3. de las ganancias & l. 8. titulo. 12. de las do-  
 nationes libro. 3. fori, facit tex. in. l. nec adiecit cum  
 duabus legibus sequent. & l. socium qui in eo. §. fina-  
 in fine. ff. pro socio, ibi aut quod ei donatum esset.  
 [ Vbi amplius probatur, quod etiam si propter so-  
 cietatem donatio facta esset, socio non communicabi-  
 tur, quod notat Roder. Xarez in. d. l. 1. tit. 3. de las ga-  
 nancias libro. 3. fori versiculo. 7. limita, idem Rode-  
 ricus. in. 3. limitatio. paulo post princip. expendit  
 ex dicta. l. socium qui in eo, in fine, quod damna &  
 lucra contemplatione societatis obuientia sunt  
 communia, secus si contemplatione personz, li-  
 cet luci societas fuerit occasio. Rationem reddit  
 ibi Bart. quia occasio est causa remota, vt latius pro-  
 bavi supra hoc libro, titul. 8. de successibus lib. 6.  
 gloss. 1.

glo. 1. in principio, atque ideo non est in consideratio-  
 ne. Veluti si socio a principe fuit caltrum donatum,  
 quia veniens ad curiam propter negocia societatis co-  
 placuit regi, ex quo sibi fuit facta donatio. Greg. Lu-  
 pi in. l. 3. in glo. magna tit. 10. de societa. part. 5. Ioan-  
 ni. Lupi in repe. rub. extra de donatio. int. vi. & vxor. §.  
 65. nu. etiam. 65. vide quz dicam infra eod. l. sequenti,  
 glo. 1. & 6. [ Idē si donatio fuit facta ambasiatori seu  
 legato alicuius prouincie, vt per glo. traditur in. l. qui  
 proprio. §. procurator vt in ceteris, & vbi Bart. &  
 docto. ff. de procu. Ioan. Lu. in rep. rub. de do. in. vi.  
 §. 45. nu. 6. cetera huc spectantia dicam infra eod. l. §.

L E Y. III.

¶ De las cosas que deben ser del marido o de la muger y en  
 que an ambos parte.

l. 2. tit. 3. lib. 3. fori legum.

¶ Si el marido alguna cosa ganare de he-  
 rencia de padre o de madre o de otro  
 propinquo, o de donatio de señoro  
 de pariente o de amigo, o en la huc-  
 ste del Rey, o de otro que vaya por su  
 soldada, ay a lo todo quato ganare por  
 suyo. Y si fuere en hucste sin soldada  
 a costa de si de su muger, quanto gana-  
 re desta guisa, todo sea del marido e de  
 la muger, ca. asy como la costa es comu-  
 nal de ambos, lo q asy ganare sea co-  
 munal de ambos. Esto que dicho es  
 de susode las ganacias de los maridos  
 y esso mismo sea de las mugeres.

G L O S S. I.

- 1 Societas omnium bonorum comprehendit donatio-  
 nes & legata & hereditates que vndeunque ob-  
 uenerint, omnia siquidem communicantur.
- 2 Societas lucri & questus non comprehendit legata  
 & donationes nec hereditates.
- 3 Legata hereditates vel donatio non sine causa obueniūt  
 sed obuient a ibidem.
- 4 Societas inter virum & vxorem non est omnium bo-  
 norum sed tantum lucri & questus.
- 5 Ganare de herencia. Nota ex lege ista, quod societas ta-  
 cita inter virum & vxorem, non est omnium bonoru,  
 sed tantum lucri & questus, Quoniam in omnium bonoru  
 societate vniuersus questus omnes, ex quacunque cau-  
 sa obuientes, etiam ex hereditate vel legato, vel do-

natione, vt in. l. 3. §. cum specialiter & l. societate vni-  
 uersarum. ff. pro socio. l. 6. tit. 10. par. 5. [ At in societa-  
 te simpliciter coita, censetur esse omnium, quz ex quz  
 stu veniunt, hoc est, si quod lucrum ex emptione, ven-  
 ditione, locatione, conductione descendit, vel ex cu-  
 iusque opera, vt in. l. coiri & l. seq. ff. pro socio, & l. 7.  
 tit. 10. par. 5. & in huiusmodi societate non venit com-  
 municanda hereditas, legatum, vel donatio alteri ex  
 socijs facta, forsitan hoc ideo, quia hęc non sine causa  
 obueniunt, sed ob meritum aliquod donatarij, hzre-  
 dis, vel legatarij accedunt, vt in. l. nec adiecit. ff. pro so-  
 cio & duabus sequentibus. [ Constat igitur non esse  
 omnium bonorum societatem quz iure regio contra-  
 hitur inter virum & vxorem, sed solum lucri & qua-  
 stus, cum legatum, hereditas, vel donatio coniugi ob-  
 ueniens alteri non communicetur, vt hic statuitur,  
 quod voluit Ioan. Lupi in repe. rub. extra de dona.  
 int. vi. & vxor. §. 65. num. 11. & Greg. Lupi in. l. 35. tit.  
 5. par. 5. gl. magna. 3. col. & hęc est vera & recepta sentē-  
 tia vt dixi supra eo. l. 2. glo. 3. num. 10. licet contrariū  
 voluerit Segura in repe. l. 1. §. si vir num. 20. ff. de acq.  
 posse. dicam infra eo. l. sequenti glo. 1. & adde hic que  
 diximus supra. l. precedenti glo. vlti. numer. 3. & 4. &  
 que dicam in glo. 6. infra hac eadem lege.

G L O S S. II.

¶ Hereditas filio & patrono est quasi debita.

- b De padre o madre, Quia plerunque vel a parente vel a  
 liberto quasi debita nobis obuient hereditas. l. &  
 quia. ff. pro socio. l. cum ratio. ff. de bonis damna. tradi-  
 tur late in. l. in suis. ff. de liberis & posthum.

G L O S S. III.

- r Presumptio propter naturalem affectū latissima est.
- z Charitas & necessitudo interpretari facit dispositio-  
 nem vltra consuetum modum.
- c Propinquo. Presumptio enim latissima est propter na-  
 turalem affectū. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libera. lega.
- 2 [ Charitas siquidem & necessitudo interpretari facit  
 dispositionem vltra consuetum modum, vt in. l. si ser-  
 uus plurium. §. si. ff. de lega. 1. si fuerit. ff. de reb. dub.  
 l. si is qui. §. 1. eodem titu. l. perulti. ff. de libera. leg.  
 l. vlti. ff. de iusti. & iure. l. cum tale in prin. & l. cū auus  
 ff. de condi. & demonst. l. generaliter. §. si. C. de iusti.  
 & sub. sub. codit. fact. l. vlt. C. de curat. furio. l. non  
 solum. §. denuo. ff. de ritu nuptia. cum concordantibus a  
 Tiraquello congestis in rep. l. si vnquam in principio  
 num. 3. & sequen. & iterum in verbo libertis num. 75.  
 & sequen. C. de reuo. dona. Oldra. consilio. 95. Socin.  
 consi. 26. lib. 4. Ludou. Gome. in. §. actiones. 2. regula  
 insi de actio.

G L O S S. IIII.



Amici magna amicitia coniuncti propinquis adaequatur, quando?

Donatio vel legatum amico non leui amicitia coniungitur, Et factum, quare non communicetur alteri con-

causa proxima spectatur semper, ibidem.

Donatio vel legatum ob merita semper factum praesumitur.

Donatio de senioro de pariente, o de amico. Expendi potest ex lege ista, quod disposita in consanguineis ratione praesumpti amoris & dilectionis, disposita censentur in amicis magna, antequamque, & non leui amicitia coniungitur. l. cum allegas, C. de castren. pecul. li. 12. Bar. in l. Ticia. ff. de verb. oblig. dixi late in dialogo Relatoris & aduocati, 3. par. c. 13. & pluribus sequere. Tiraque. in repe. l. si vnquam in verbo libertis nume. 75. & pluribus sequentibus. [ Sed quare donatio haec a propinquo vel amico facta non communicatur inter virum & uxorem? Respondeo quia causa finalis lucris est coniux, cui fit donatio, praesumitur siquida intercomunicatio potius ex naturali affectu, quam ex alia causa donationem fieri, vt in l. 2. §. fi. ff. de donat. & in l. creditor. §. i. ff. manda. quare donatio acquiratur solo, cum eius contemplatione donetur, & non alteri coniugi, arg. l. nec adiecit, ff. pro socio & l. & quia cod. titu. l. 17. u. 2. l. 4. foro iudgo. Proxima naque & immediata causa spectatur semper, l. sed si plures, §. in arrogato ff. de vulga. l. vlti. in fi. C. de usufru. Montal. in l. 2. tit. 3. lib. 3. fori glo. 2. 3. & 4. [ Nota etiam ex his verbis donationem vel legatum semper praesumi ob merita legatarij vel donatarij factam fuisse donationem & relictum legatum, vt in d. l. nec adiecit, ff. pro so. vide quod ex lege ista expendit Arius Pinellus in l. 1. 3. par. num. 60. versi probatur. 2. & sequenti. C. de bon. mater. contra donationem remuneratoriam.

GLOSS. V.

Bona castrensis in bello quaesita a milite stipendiario non communicantur cum uxore, secus si nullum habebat stipendium, & quare sit ratio differentiae? un. 2. et. 3. Fructus bonorum castrensiu seu aliorum quorumcumque que inter coniuges communicantur.

Portio soldada. Nota ex lege ista quod bona castrensis in bello quaesita a milite stipendiario, cui a principe stipendium datur, non debent cum uxore communicari, licet ea quae sine stipendio acquiruntur communicentur. [ Ratio differentiae est quia prior casu ex stipendio alitur vir & ex eo facit sumptus, nec aliquid erogatur ex bonis communibus, quare nimirum si in bello quaesita non communicentur. [ Secunda vero in specie alitur ipse, sumptusque facit ex bonis communibus, quare nimirum si lucrata in bello diuidantur & communicentur inter coniuges, quod & voluit Grego. Lupi in l. 3. in verbo generalmente post medium titu. 10. par. 5. dom. Did. Couarru. ad sententiam in capit. cum in officijs num. vlti. in fine de testamen. [ Fructus vero

omnium bonorum etiam castrensiu inter coniuges communicantur nulla facta bonorum distinctione vt in l. 4. & 5. infra eo. quare quoad proprietatem non corriguntur legem istam, vt asseruit idem Grego. Lupi in d. l. 3. gl. magna in fi. titu. 10. part. 5. & dicam in l. 5. glo. 3. infra eodem.

GLOSS. VI.

- 1 Bona constante matrimonio quaesita ex donatione legata, aut hereditate non communicantur.
2 Donatio remuneratoria alteri ex coniugibus obueniens an communicetur alteri.
3 Donatio remuneratoria an habeat effectus aliquos.
4 Donatio remuneratoria an possit dici mera donatio.
5 Bona a principe donata quando communicentur & quare?
6 Donatio remuneratoria restringitur ad valorem meritorum.
7 Donatio remuneratoria non communicatur inter coniuges.
8 Bona castrensis vel a rege donata non communicantur, fructus eorum sic.
9 Bona castrensis a milite stipendiario quaesita non communicantur, secus si non sit stipendiarius.
10 Hereditas alteri ex coniugibus delata non efficitur communis.

Analogo todo quanto ganare por suya, collige ex l. ista tres limitationes ad l. 2. supra eo. quae statuitur, quod quaesita constante matrimonio per alterum coniugem debent cum altero communicari, siue ex industria alterius ex coniugibus, vel opera, aut quaestu proueniant, quod & in l. coiri cum legibus seq. ff. pro socio satis probatur. Prima limitatio, & erit septima, est, nisi quaesita fuerint per alterum eorum, ex legato, hereditate, vel donatione: haec siquidem non communicantur, quia quae quaestu non descendunt, nec coniugi sine causa proueniant, sed forte ob meritum aliquod accedat, vt in l. nec adiecit cum sequ. ff. pro socio. l. duo. §. fin. eo. tit. dixi supra eo. glo. 1. Cassa. in consue. Burg. rub. 4. §. 2. in verbo & quaesita, in principio. Quod est verum etiam occasione societatis fuerit legatum vel donatio facta alteri eorum, vt dixi supra eo. l. 2. glo. vlti. in fin. & optime explicat Ioan. Lupi in d. repe. rubricae §. 65. nu. etiam. 65. [ Sed quid si donatio est remuneratoria, veluti si maritus curiam fecerit principis, cui ob seruitia aliquod donatur, castrense, vel aliqua pecuniae quantitas, vtrum sic acquisita veniant communicanda? & videtur non debere communicari, sed quod ei integra quaerantur, cui facta fuit donatio, licet fructus eius communicentur per l. 4. & 5. infra eod. quia a principe donata alteri coniugum ei soli quaeruntur, cui donatio facta est, vt in l. 2. in fi. supra eo. cum, vt sepius diximus, donatio semper facta praesumitur ob merita praecedentia, vt in d. l. nec adiecit cum l. seq. ff. pro socio, ibi non sit causa sed ob meritum aliquod accedat, quem tenet etiam Bar. vt dicitur Ioan. Lupi in d. §. re-

d, repe rubr. de dona §. 75. numer. 19. Ari. Pinel. in l. 1. num. 60. versi. probatur. 2. & 3. C. de bonis maternis. [ Quare ratione & alijs non leuib. subtiliter Pinelus ipse probare nititur, nullum continere effectum donationem remuneratoriam, nisi merita actione aliqua peti possent, contra communem receptissimamque sententiam. Secundo hoc conuinci videtur, ex eo quod lucra & largitates regum, quae alicui in curia regia obueniunt, dicuntur bona castrensis, vt in l. 6. tit. 17. par. 4. atque ideo liberè efficiuntur lucrantis, vt ibi statuitur, & expressius in l. 5. infra eod. vbi bona castrensis constante matrimonio acquisita liberè ad maritum pertinent, quoad eorum proprietatem, licet fructus communicentur. [ Sed nihilominus donata a principe, vel ab alio quocumque priuato coniugi ob bene merita constante matrimonio impensa, inter coniuges esse communicanda, sicut & cetera quae titulo oneroso quaeruntur. Nam donatio huiusmodi ob remunerationem facta non potest proprie donatio dici. l. Acquilius regulus, ff. de dona. & ibi Bar. & in proemio digefforum num. 14. Abb. in rubr. extra de donatio. Iaso. in §. sed & si quis num. 8. in l. de actio. & in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & in huius donationis remuneratoriae effectus plures enumerans, Tiraque. in repe. l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 11. & sequentibus & ibi Ripa. q. 14. C. de reuocan. dona. Fortu. in l. 1. §. ius naturale illatione, 10. ff. de iust. & in d. em. Dida. Couarru. in cap. cum in officijs num. 10. de testam. latissimè omnium Ari. Pinel. qui tenet, vt dixi contra communem in l. 1. par. 3. num. 59. & sequentibus, vbi subtiliter, more suo loquitur. C. de bon. mater. Cum ergo lex ista & praecedens & l. 5. infra eo. de mera simplici que donatione loquantur, (quae solum ob meram liberalitatem nullo iure cogente facta est, vt in l. 1. ff. de donatio) non est extendenda ad donationem remuneratoriam, quae improprie donatio dicitur, quoniam verba simpliciter prolata intelligenda sunt iuxta propriam verbi significationem. l. is qui nauem ff. de exercito. cap. vlti. de verbor. signi. [ Rationem differentiae reddit Rode. Xua. in l. 1. tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori. 3. liini. versi. et si dicatur, quia licet ipse solus maritus seruiet principis, hoc tamè fecit expensis communibus, quare nimirum est communicanda donatio ab eo facta, & merito quidem, cum vxor ipsa manserit domi in eius gubernatione, & procreatione liberorum, & conseruatione bonorum communium, verum enim erò si maritus ipse salarium a donatore consequatur, ex quo alii posset in curia, bona a principe donata non communicantur, vt probat ipse Rode. Xua. in fi. d. 3. limitationis per legem fori, vnde lex nostra depropta fuit. Huic quoque sententiae assentitur dom. Did. Couarru. in cap. cum in officijs num. vlti. extra de testamen. & Greg. Lupi in l. 3. tit. 10. in verbo egualmente tit. 10. par. 5. Hoc limitans, quoties donatio non excedit merita & seruitia, sed cum eis est commensurabilis, vbi autem merita excedit, non fiet proculdubio communicatio, cum sit quoad excessum mera liberalitas, & hac in specie militat ratio legis nostrae, citat quae habentur in l. donatione. C. de colla. & in cap. ad haec & cap. relatu. 2. §. licet de testamen. & in l. cum in plures §. fi. ff. de adm. tut. & l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio. distrah. l. 15. &

17. tit. 10. de donatio infra eo. [ Omnesque docto. hac de re loquentes effectus remunerationis restringunt ad valorem meritorum, vt Tiraque. refert in. d. l. si vnquam verbo donatione largitus a numer. 68. vsque ad num. 74. Ari. Pinel. in l. 1. C. de Bon. mater. 3. part. nu. 60. in fi. vbi inuehens aduersus communem, in his nullam aut difficilissimam collationem dari, nec vnquam esset vlla certitudo talis estimationis arg. l. plane §. fi. ff. de lega. 1. quae ambiguitas & confusio satis ait iudicare non esse veram communem traditionem, iuxta capit. erit autem lex. 4. distin. [ Atque ideo idem Pinel. nu. 62. illatione. 23. tenet donationem remuneratoriam non communicari inter coniuges, cum non sit causa onerosa sed lucratiua, secundum eius opinionem, cui ipse libenter accedo, vt perplexitas euitetur, & propter ea quae ex eodem Pinelo diximus, num. praecedenti, quibus non video congruum responsum. [ Praeterea si ex eo quod legata & donationes ob merita accedant, vt insapius citata. l. nec adiecit. ff. pro socio & in l. idem que §. fi. ff. manda. & in l. §. pen. ff. de codicil. non veniunt communicanda inter socios, vt in l. coiri & legibus seq. ff. pro socio, vt quae expresse statuitur in d. l. coiri & d. l. nec adiecit, diximus supra hac eadem lege glo. 1. ad finem, quis dicere poterit, quando maiora constant merita, maiori affici damno donatarium, cum potius maiori sit dignus praemio? Quare concludendum censeo, quacumque donationem simplicem vel remuneratoriam, maxime eam quae fit per principem, ceteraque bona castrensis minime esse quoad proprietatem communicanda cum uxore, sed fructus eorum communicari debere vt in l. 4. & 5. infra eo. vbi latius dicam, idem voluit Montal. in l. 2. glo. 1. tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori. atque ita dicit Ioan. Lupi fuisse iudicatum in regia cancellaria Pinciana in causa doctoris de Montaluo cum filijs vxoris suae defunctae, qui erat regis consiliarius, cui rex donauerat certos annuos redditus ad vitam eiusdem doctoris ob eius merita & seruitia, cuique per sententiam senatorum titulus & proprietates dumtaxat reddituum adiudicata, fructus autem pronunciatum fuit fore communes, atque ita attestatur in cancellaria praeterea in rep. rubri. extra de dona. int. vi. & vxor. §. 65. nu. item. 65. in fine. [ Secundo per hac legem limitatur regula de communicandis bonis constante matrimonio acquisitis, vt minime procedat in bonis castrensis in bello quaesitis a milite stipendiario, secus si nullum habebat stipendium vt dixi in glo. supra proxima & erit. 7. limitatio ad l. nostram. [ Tertio limita, nisi alicui ex coniugibus obueniat hereditas ex testamento vel ab intestato, haec enim non communicatur alteri, vt hic & in l. si societatem. C. pro socio Anto. Gomez in l. 53. Tauri num. 72. versi. Tertius est, & erit. 9. limitatio ad legem nostram.

GLOSS. VII.

- 1 Socij communicant lucra pariter & damna expensasque.
2 Coniuges lucra communicant & damna, ibidem.
3 Debita constante matrimonio contracta per coniuges sunt

sunt solvenda ex bonis communibus, etiam si ab altero eorum sint contracta.

3 Debitum fideiussionis à marito factum pro alio an sit solvendum ex bonis constante matrimonio questis.

4 Debita matrimonio constante contracta vxor solvere non tenebitur, si lucris renunciauerit.

5 Debita ad alendam vxorem contracta, bonis communibus deficientibus, soluentur ex bonis proprijs vxoris.

Alimenta si filio à patre prestentur ex pecunia patri mutuata, patre existente non soluendo, à bonis filij aliunde questis recuperantur, ibidem.

Mutuans patri pecuniam apponere faciat in instrumēto quod eas mutuatur ad alendum liberos, ibidem.

Mutuans pecuniam ad alendum liberos, vel ad aliquid faciendum ab instritore non est ei necesse probare quod eas in eam rem expenderit, ibidem.

6 Communis res viri & vxoris cuius periculo pereat? Coniugis res propria, cuius periculo pereat? ibidem.

Dammum superueniens casu fortuito rebus proprijs alterius coniugis cuius obuenerit periculo? ibidem.

7 Dos ab altero coniugum filia, aut donatio propter nuptias filio promissa, an ex bonis proprijs an vero ex communibus solui debeat?

Dotandi filias onus ad quem ex coniugibus spectet, ibidem?

Lex vlti. C. de dotis promi, ibidem.

8 Dotandi filios onus de bonis communibus fieri debet.

9 Dos à patre promissa filia soluto matrimonio morte vxoris ex quibus bonis solui debeat?

10 Debita necessaria constante matrimonio orta alicui ex coniugibus ex bonis communibus soluenda sunt.

Alimenta matri secūdo nupta debentur, et ex fructibus bonorum mariti generis sui, qui communes sunt coniugum, solui debent, ibidem.

Debita ex delicto alterius coniugum descendencia an solui debeant ex bonis communibus.

5 **Cassasi como la costas commnal.** Nota ex lege ista quemadmodum inter coniuges lucrum est commune, ita & damnum expensarum, quæ factæ sunt ratione societatis, vt medicorum vel medicinarum vel viatici, idemque est in alijs expensis & damnis, veluti si alter eorum profectus ad merces emendas communi nomine in latrones incidit, vel serui mortui sunt, vel vulnerati, vel aliquid propriū in itinere amisit, quod non amisisset, nisi ad merces comparandas profectus non fuisset, hæc omnia a tione pro socio pro parte dimidia ab eo exigī poterūt, vt in. l. cum duobus. §. quidam Sagariam, & in. l. si fratres. §. si quis ex socijs. ff. pro socio, & in. l. si merces. §. vis maior in fi. ff. loca. l. 16. tit. 10. de societate part. §. l. 7. ad medium eod. titu. lucrum enim non dicitur, nisi deducto damno. l. 3. ff. de in re verso. l. sed si a dijiatur & l. Mutius & ibi Bar. ff. pro socio. [ Ex quo inferitur, quod omnia debita

per coniuges vel eorum alterum contracta matrimonio constante debet ex bonis communibus solui, vt in. l. 14. tit. 20. lib. 3. fori. quam sic intelligit ibi episcopus & Alfonso. à Montaluo in glo. 1. in fi. l. styli. 206. in cip. todo deudo, ibi, *E como quiere parte en las ganancias asi deve parara las deudas.* l. 9. infra eod. sumpta ex l. 60. Tauri. Itaque licet solus maritus contrahat debitum, vxor dimidiū debiti soluere tenebitur, quin etiā si ambo simul & insolidum obligētur, tenebitur vxor ipsa insolidū, si ipsa cōueniatur, vt ibi decidit lex illa fori, ex qua id expedit Ioan. Lu. in rep. rub. extra de do. in. vi. & vx. §. 66. nu. 2. & 3. Segu. & Did. Pe. ad eū in tracta. de bonis lucratis num. 6. arg. tex. in. l. omnes alienum cum. l. seq. ff. pro so. dom. Did. Couarru. li. 3. resolutio. cap. 19. num. 3. [ Hoc tamen fallit si maritus pro alio fideiusserit, hoc siquidem debitum non tenebitur vxor soluere nec partem eius ex bonis constante matrimonio acquisitis, cum nullum ex fideiussione lucrum vir ipse consequi potuerit, perinde atq; ad debita contracta ante matrimonium minimè teneatur, vt in. l. 7. tit. 3. de mulieribus & earum obligatione supra hoc libro vbi hoc dixi in glo. 1. num. 2. quod & sentire videtur Montal. in. l. 5. tit. 18. lib. 3. fori in. gl. 1. in principio, dicam fortè in. l. 9. infra eod. [ Liberatur etiā mulier à solutione æris alieni matrimonio constante contracti, vel heres eius, si lucris renunciauerint vt in. l. 9. infra eod. sumpta ex. l. 60. Tauri vbi Anto. Gomez optimè loquitur circa eius legis interpretationem & d. Did. Couarr. in epito. desponsal. 2. part. cap. 7. §. 1. num. 11. dicam plenius infra eo. l. 9. vbi etiam dicam quo tempore duret ius repudiandi, [ Ceterum si bona communia desint, ex quibus satisfiet ei de bonis proprijs coniugis contrahentis? Et si forte maritus nulla habeat bona, sed accepit mutuo pecuniam ex qua aluit vxorem, tenebitur vxor ex bonis proprijs eam pecunie quantitatem soluere ex sententia Ioan. de plat. in. l. vxorem. C. de decurio. lib. 10. argumēto eius, quod voluit Bar. in. l. his solis. ff. de condi. in debi. dicens quod mutuans pecuniam pauperi, si ex ea liberos aluit, eam exiget à filijs res maternas possidentibus, quam sententiā ibi sequitur Ang. & Ludo. Roma. singula. 212. Cœpola cautela. 252. Ioan. Lupi in repe. rub. extra de dona. int. vi. & vx. §. 66. num. 9. qui addit cautos debere esse creditores mutuantes patri pauperi pecunias, vt omnino apponant in instrumento eas mutuas ad alēdos liberos vel vxorem, quod ait esse nimis vtile argum. l. vlti. ff. de exercito. vbi sufficeret inquit Affricanus si in hoc crediderit, non etiam illud exigendum, vt mutuans curam suscipiat in hanc rem pecuniam erogatam esse. [ Hinc fit, vt re communi perdita vel perempta absque coniugis culpa percat etiam communi periculo, vt in. l. communis seruus. 2. ff. cōmu. diuidun. & in. l. pen. ff. de actio. emp. Sed dubitari solet quid si res propria mariti casu percat, vel vxoris? & videtur quod domini periculo percat, vt in. l. quod te mihi. ff. si cer. peta. l. incendium. C. co. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. cum similibus. Consuetudo tamen huius regni est in contrarium teste Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. §. 66. num. 3. in fi. imo quod de bonis constante matrimonio questis refarciatur damnum casu obueniens in bonis alterius ex coniugibus, & ita

& ita attestatur fuisse iudicatum in regia cancellaria, & rectè quidem per tex. in. l. cum duobus. §. quidam Sagariam. ff. pro socio, & l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Quod conuincitur, ex eo quod bona propria vniuscuiusque coniugis sunt quoad fructus communia, vt in. l. 4. & 5. infra eo. nimirum ergo si damnum superueniens casu fortuito refarciatur ex bonis communibus: nisi forte culpa eius coniugis, cuius sunt bona, damnum euenerit, qua in specie credit Ioan. Lupi non fore damnum refarciendum ex bonis communibus, arg. l. cum duobus alijs. l. si fratres. §. per contrarium & l. adeo. §. quod in alea. ff. pro socio, idem Ioann. Lupi in repe. cap. per vestras notabili vlti. §. vltimo num. 11. in fine, hoc idem voluit Montal. in. l. 1. in verbo per medio tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori. quod verum esse censeo quidquid asseruerit in oppositum Ant. Gom. in. l. 53. Tauri num. 43. [ Inferitur etiam ratione huius societatis & oneris ad eam spectatis dotem à solo marito constante matrimonio promissam aut traditam filie, aut donationem propter nuptias filio deducendam & soluendam esse ex bonis constante matrimonio questis, vtriusque coniugis communibus, vt ad quemlibet eorum onus dotandi spectet ex dictis bonis pro parte dimidia, vt in. l. 8. infra eo. sumpta ex. l. 53. Tauri, quæ in hoc corrigit. l. vlti. C. de dot. promissio. l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. l. 8. tit. 11. part. 4. vbi onus dotandi filiam ad patrem spectat. Quod ideo fiebat, quia fructus dotis ad eū spectabant, & per ipsum acquisita non communicabantur vxori. Sed hodie iure nostro regio, cum lucra constante matrimonio communicentur inter coniuges, ad societatem huiusmodi spectat onus dotandi filios, quare siue vterque dotem promittat, siue alter eorum tantum, de bonis constante matrimonio questis censetur filie dotatæ, non de proprijs viri, nisi bona communia deficiant, tunc nimirum seruabitur dispositio. l. vltima. C. de dotis promissio. iuxta interpretationem Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. §. 66. num. 7. & sequ. & Antonij Gomez in. l. 53. Tauri num. 21. & sequ. & Gregorij Lupi in. l. 8. titu. 11. part. 4. in verbo el padre. Vbi autem ambo promittunt dotem filie, vel donationem propter nuptias filio, etiam si bona communia deficiant ad totam dotem vel partem exoluendam, quilibet coniugum tenebitur pro dimidia ex proprijs bonis etiam dotalibus ad residuū. Si verò solus pater promiserit, ipse de bonis proprijs soluere tenebitur vt in. l. 8. infra eo. sumpta ex. l. 55. Tauri, ex qua hoc expendant interpretes, maxime Anto. Gomez num. 21. & 24. Ioan. Lupi in. d. §. 66. numero. 8. & 13. in fi. Gregor. Lupi in. l. 6. in glo. ad mediū tit. 10. part. 3. dom. Did. Couarr. lib. 3. resolu. cap. 19. numero. 3. Qui duplicem reddunt rationem. Prima est, quam supra tradidimus, nempe, quod onus dotandi ad societatem hodie pertineat, quæ iure regio contracta esse censetur inter virum & vxorem, ad exemplum societatis omnium bonorum, cui hoc onus iure iniungitur, vt probare nititur Gregor. Lupi post alios doctores ab eo citatos in. d. l. 6. gloss. 3. tit. 10. part. 3. quod modò non exatino. [ Secunda ratio est, quia debitum istud necessarium dotandi filie, vel donationem propter nuptias filio faciendū matrimonio constante contractum est, de bonis ergo eorum

munibus est soluendum, vt in. l. 14. tit. 20. lib. 3. fori. l. 207. in legibus styli. l. 8. infra eo. quod & apud Gallos obtinere iuxta generalem Gallie consuetudinem attestatur Cassane. in consue. Burgun. rub. 4. §. 9. numer. 1. & sequentibus. [ Quid autem, si pater soluto matrimonio dotem dederit, vel promiserit filie communi, an sit soluenda ex bonis paternis, an vero ex bonis communibus constante matrimonio questis? Et quod ex bonis proprijs promississe censeatur, per. l. vlti. C. de dot. promi. tenuit. d. Castelli in. l. 53. Tauri & ibi Anto Gomez numero. 24. prope finem & quia. d. l. 8. infra sumpta ex. d. l. 53. Tauri loquitur durante matrimonio: ergo à contrario sensu, secus erit eo soluto. Contrarium nihilominus voluit Gregori. Lupi in. d. l. 6. glo. 1. ad fi. titu. 10. par. 3. & dom. Did. Couarru. lib. 3. resolutio. cap. 19. num. 3. ad finem, quod frequentiori iudicium suffragio receptū fuisse attestatur, imo quod hæc dotis constitutio ex bonis matrimonio constante questis facta esse censeatur, quod probari asserunt ex ratione eiusdem legis. 53. Tauri, quæ onus societatis respexit, & communionis coniugalis. Lucra enim ex huiusmodi societate obuenerit, obnoxia esse debent oneribus ex matrimonio descendentibus & propter matrimonium contingentibus, l. cum duobus. §. quidam Sagariam. ff. pro socio. l. omne es alienū & l. nec quicquam eo. tit. Quamobrem ea dotis constitutio aut promissio soluto matrimonio facta, solutio potius dicitur debiti legalis matrimonio constante contracti, & eius causa, & huic vltimæ opinionioni adhæreo tanquam veriori & receptiori. [ Infero etiam omnia debita necessaria constante matrimonio orta, tum mariti quam vxoris, soluenda esse ex bonis comunibus, & ex fructibus maioratus vel commendæ Indorum ad alterum eorum tantum pertinentis. Finge vxorem nulla habere bona propria nec dotalia, maritus vero habet maiorum vel Indorum commendam, cuius fructus iure regio sunt communes viri & vxoris vt in. l. 4. & 5. infra eod. vxor tamen ipsa habet matrem, quam iure alere tenetur. l. si quis à liberis in principio & §. si vel parentis. ff. de liber. agnoscen. l. 1. 2. & 3. C. de alen. libe. l. 2. in fi. tit. 19. part. 4. quod procedit etiam si secundo nupta fuerit mater, & maritus non habeat vnde vxorem alere possit, arg. l. quæ admodum. ff. de libe. agnoscent. Nec dici poterit filiam non habere vnde matrem secundò nuptam alere possit, si habeat bona constante matrimonio questita, etiam si sint fructus bonorum mariti, quippe qui communes sunt vt in. l. 4. & 5. infra eo. & ex eis tanquam communibus soluenda sunt debita vtriusque coniugis constante matrimonio contracta, vt in. l. 206. styli, & supra latè probatū est, numero. 2. & sequentibus, si debita voluntaria soluntur ex bonis constante matrimonio questis, quanto magis quæ sunt necessaria & à lege imposta? Nec obstat, quod maritus sit horum bonorum administrator, & non vxor, vt dicam in. l. 5. infra eodem gloss. 6. numero. 2. & sequentibus, quia nihilominus vxor ipsa est domina medietatis bonorum constante matrimonio acquisitorum, vt dixi supra eodem l. 2. glo. 3. numero. 12. & sequentibus. & gloss. 4. [ Debita tamen ex delicto alterius coniugis descendencia non soluntur ex bonis constante matrimonio questis, vel ex parte eorum ad

coniugem in fontem pertinenti, vt in. l. 10. infra eod. sumpta ex. l. 77. Tauri, Ioan. Lupi in rep. rubr. de do nat. inter virū & vxorē. §. 66. numero. 18. 19. & sequ. Segura in tracta. de bonis lucratis constante matrimonio per totum, dicam latius in. l. 5. & 10. infra eo.

GLOSS. VIII.

- 1 *Matrimonium consistere an possit inter infidelem & christianum.*  
Bona constante matrimonio quesita equaliter inter coniuges diuiduntur, si inter eos potest consistere matrimonium, ibidem.
- 2 *Bona omnia inter coniuges communia presumuntur, quacunq; soluto matrimonio supersunt.*

h *Comunal de ambos.* Bona constante matrimonio acquisita communia sunt viri & vxoris, & inter eos equaliter diuiduntur. Quod intellige, quoties potuit inter vi. & vx. consistere matrimonium, secus si vir & vxor esse non possent, quia tunc non dicitur matrimonium. l. si quis incesti. C. de incest. nupti. §. aduersus in sti. de nupt. veluti si vir est infidelis & vxor fidelis vel ex contrario, inter hos enim matrimonium consistere nequit. l. ne quis. C. de Iudic. cap. quanto de diuortijs: nimirum ergo si hac in specie communioni locus non sit, vt notabiliter probat Did. de Segura in tracta. de bonis lucratis num. 5. [ Quomodo autem fiet hæc diuisio? Respondeo omnia bona presumuntur communia, & constante matrimonio quesita, nisi propria alicuius coniugis esse probetur, ex communi vsu & consuetudine huius regni, vt in. l. 203. in legibus styli, hoc asserunt doctores omnes huius regni, nempe, Ioann. Lupi in rep. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 60. in fi. Rode. Xarez in. l. 1. tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori. prope finem Gregorius Lupi in. l. 35. tit. 5. par. 5. in glo. magna prope finem & est tex. in. l. 1. supra eodem, cuius praxim ibi dixi in gloss. 2. in fine.

GLOSS. IX.

- 1 *Vir & vxor sunt correlatiua.*
- 2 *Correlatiuorum eadem est disciplina.*
- 3 *Y eso mismo sea de las mugeres.* Vir & vxor sunt correlatiua, vt hic disponitur, ad paria enim iudicantur cap. debitum de bigam. cap. quanto & cap. gaudemus de diuor. quod potissimum obtinet in hac materia lucrorum vt in. l. 2. & 5. isto eodem titu. & probat optime lex ista. [ Disposita siquidem in altero ex correlatiuis & in altero disposita esse censentur, vt in. l. si. vbi Moderni. C. de indi. vidui. tollen. l. vnica. C. de cupre. libr. 12. Iaso. in authen. sacramenta puberum col. 13. C. si aduers. vendi. Curtius Junior consil. 6. Martili.

in. l. si quis viduam numero. 14. ff. de questio. Arelata. in tracta. de heredi. notab. 47. incip. memoria, Ioann. Bernar. à Luco in regula. 106. incip. correlatiuorum Guiller. Benedi. in quest. de vendi. numero. 10. Nico. Boeri. decis. 48. num. 3. Cassa. in consue. Burgun. rub. 4. §. 23. numero. 12. fol. 192. latissime Ioan. Bapt. de sancto Blasio in tract. de correlatiuis, vbi huic regulæ tradidit. 10. ampliaciones & totidem limitationes, quos retulit Dida. Perez ad Seguram in repe. l. 5. si vir num. 21. ff. de acq. posse.

LEY. IIII.

¶ *Que los frutos de los bienes sean comunes de marido y muger.*

Lex. tit. 3. lib. 3. fori.

¶ *Maguer que el marido aya mas que la muger, o la muger mas que el marido, quier en heredad quier en mueble los frutos sean comunes de ambos ados. Y la heredad y las otras cosas do viene los frutos, aya las el marido o la muger, cuyas antes eran b o sus herederos.*

GLOSS. I.

- 1 *Fructus bonorum quorumcumque communes sunt inter coniuges, siue bona sint propria, siue communia, siue castrensia, vel cuiuscunque generis, siue vnus eorum habeat plura bona propria, quam alter.*
- 2 *Societas contracta esse intelligitur inter coniuges, ibi.*
- 3 *Fructus dotis ad quem spectent.*
- 4 *Fructus dotis ante nuptias ad quem spectent.*
- 5 *Fructus dotis soluto matrimonio percepti ad quem spectent.*
- 6 *Lex. 10. tit. 4. lib. 3. fori explicatur, ibidem.*
- 7 *Fructus bonorum dotalium & paraphernalium hodie communicantur inter virum & vxorem.*

¶ *Sean comunes de ambos ados.* Notat ex lege ista Did. Segura in repe. l. 1. §. si vir num. 20. ff. de acq. poss. quod inter virum & vxorem est contracta societas omnium bonorum, eo quod lex nostra dicit fructus bonorum omnium esse communes, licet alter ex coniugibus plura bona habeat quàm alter, quod esse non posset inquit Segura, nisi inter eos esset contracta societas omnium bonorum societas secundum Bal. in tract. de duobus fratribus. 8. col. in fi. per tex. notabile in. l. si socius pro filia iuncta glo. ff. pro socio Bal. in. l. si patruus vlti. col. C. comu. veri. iudi. quod intellige, siue bona sint propria, siue communia, siue castrensia, vel cuiuscunque generis, vt hic statuitur & in. l. seq. sed secundum veriorē & receptiorem sententiam societas tacite inter coniuges contracta non est omnium bonorum, sed lucris & questibus, vt probat Casane.

sane. in consue. Burg. rub. 4. §. 2. in verbo & participant nu. 5. & in verbo acqueste nu. 5. & latius probauit post Ioan. & Gre. Lupi ibi citatos in. l. 2. glo. 3. nu. 10. & in l. 3. glo. 1. supra eo. [ Secundo collige ex. l. ista, quod licet iure communi Imperatorum & regio antiquo fructus dotis constate matrimonio percepti ex re dotali cedat lucro mariti, eo quod ad cum spectent onera matrimonij, vt in l. dotis fructus. ff. de iure doti. & l. plerunq;. §. si ferui eo. tit. l. pro oneribus. C. eo. ti. & l. si maritus. ff. fami. quiscu. l. 18. & 25. tit. 11. par. 4. quod extedit & limitat Ant. Go. in. l. 52. Tau. nu. 23. Hodie tamē per legē istā & seq. hoc in regno omnes fructus constate matrimonio percepti ex quibuscunque bonis sunt communes mariti & vxoris sicut cetera eo constate acquisita. Ita ex lege nostra hoc expedit Motal. in. l. vlti. tit. 3. li. 3. fori glo. 1. Ant. Gom. in. l. 52. Tau. nu. 11. & 33. Hęc limitans modo velit debita constate matrimonio pro dimidia parte soluere, secus si nolit debita soluere lucris renūciando iuxta. l. 9. infra eo. quia tunc non immutabitur ius commune, habebit siquidem maritus dotis fructus integros quā sententiā verā esse existimo. [ Fructus verò dotis ante nuptias percepti ab sponso augent dotem, & non fiunt ipsius sponso vt in. l. si ante nuptias. ff. solu. matri. l. dotis fructus. ff. de iure doti. l. 28. tit. 11. par. 4. vbi tex. in fine decidit questionē, quę iure communi erat satis ambigua, nēpe, quod si ex fructibus dotis aliat sponsam ex equitate lucrabitur fructus vbi Greg. Lupi citat doctores hoc differentes. [ Soluta verò matrimonio, eius anni fit diuisio pro rata tēporis. l. vnica. §. sed & nouissimē vbi glo. notabi. C. de rei vxor. actio. post annū autē in distincte sunt mulieris. l. si mora & l. de diuisione. ff. solu. matri. tria enim exiguntur, vt maritus lucretur fructus dotis. Primū quod sit contractū matrimonium. Secundū quod sit tradita possessio, tertiū quod vir sustineat onera matrimonij, vt in. d. l. dotis fructus cū similibus. ff. de iure doti. l. 25. tit. 11. par. 4. Sed in hoc regno hac in specie seruatur legis fori distinctio; nempe, vt fructus pēdentes soluto matrimonio sint communes, & diuidantur inter virū & vxorē, si nati sint & apparentes, si verò nati non sint, nec appareant, non comunicantur, sed fiunt eius, cuius est proprietates fundi arbores continentis. Nam si fundus fuerit merē rusticus in quo frumentū vel hordeum vel quid simile, est seminatum, & si nondum appareant fructus, nec sint nati vel pēdentes, diuiduntur inter coniuges, si verò nihil in eo fundo fuerit seminatum, nihil comunicabitur, imo expensę factę in arando ex communi soluentur, vt egregie disponit. l. 10. tit. 4. lib. 3. fori, fructus tamen pecorum indistincte comunicantur, & diuiduntur, licet nati non sint, sed in ventre existunt, secundum Alfon. à Montal. in. d. l. 10. tit. 4. lib. 3. fori. Ioan. Lupi in rub. extra de dona. int. vi. & vxor. §. 62. nu. 11. vbi attestatur, ita praticari & Ant. Gom. in. l. 52. Tau. ri num. 71. [ Itaque ante nuptias & post nuptias iure regio fructus dotis non sunt indistincte communes, nisi in casibus supra traditis nu. 2. & 3. nulla sit mutatio per legem nostram, sed seruatur quod antecam fuerat constitutum, vt aduertit Alfon. à Montaluo in l. vlt. ti. 3. li. 3. fori. Fructus etiā bonorum paraphernalium comunicantur per legē istā, ex qua tollitur dubiū quod circa ea bona erat iure communi secundum Ant. Go.

vbi supra & Gre. Lupi in. l. 17. tit. 11. par. 4. in verbo todos los bienes.

GLOSS. II.

- 1 *Societas coniugalis an sit omnium bonorum, Coniugali in societate deducuntur capitalia vtriusque coniugis & non comunicantur, sed tantū fructus. ibi.*
- 2 *Damna contingencia in bonis proprijs coniugum an ex communibus resarciantur, limita vt ibidem.*

b *Cuyas eran antes.* Lex ista probat praxim, quam posui supra eo. l. 1. glo. 2. in fi. quod capitalia vtriusque coniugis deducuntur ante omnia, & quę vxoris sunt vxori vel hereditibus eius, quę mariti, marito traduntur, ex quo etiam probatur, societatem huiusmodi coniugale non esse omnium bonorum, sed lucris dūtaxat & quę stus, vt probauit supra eo. glo. 1. in prin. contra Segurā. Nam in societate omnium bonorum, non solum futura comunicantur, sed presentia. l. 1. in fi. & l. seq. ff. pro socio, dixi supra eo. l. 2. gl. 3. nu. 10. In societate verò lucris & questibus non comunicantur capitalia secundum Sali. in. l. si patruus. C. comu. vtri. iudi. & Ale. conf. 48. li. 2. Greg. Lupi in. l. 27. glo. 1. in fi. ti. 10. de societate par. 5. [ Sed damna contingencia in rebus proprijs coniugum an sint resarcienda ex rebus communibus constante matrimonio questis, an verò ex proprijs rebus alterius coniugis, vbi bona lucrata deficiunt? Dic, quod ex rebus communibus, & ita praticatur secundum Greg. Lupi in. l. 18. ti. 11. par. 4. in verbo el pro e el daño per tex. in. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. & l. cum duobus. §. quidam Sagariā. ff. pro socio l. pen. tit. 10. par. 5. dixi supra eo. l. 3. glo. 7. in princ. nisi fortē culpa coniugis cuius sunt bona perierint, quia tunc suo tantum periculo peribunt, vt optime probat Ioan. Lu. in rep. rub. de dona. int. vi. & vx. §. 66. nu. 3.

LEY. V.

¶ *Declaracion de las leyes de arriba.*

¶ *Dō Enrrique. IIII. en Nicua, Año de. 473. petició. 25.*

¶ *Otro si declarando las leyes del fuero y lo contenido en el libro del stylo de corte e las otras leyes q̄ disponē sobre la manera, q̄ se ha d̄ tener en los bienes ganados étre el marido e la muger durate el matrimonio. Mado y ordeno q̄ todos e qualesquier bienes castréses, y officios de Rey, b y donadios, de los q̄ fueron ganados y mejorados y auidos durate el matrimonio entre el marido y muger por el vno dellos: q̄ sean e fin qué de aql q̄ los vbo ganado, sin q̄ el otro aya parte dellos segú lo quieré las dichas*



dichas leyes del fuero. Pero q los fructos y rétas dellos, e de todos otros qualesquier officios, aun q seá de los, q el derecho vuo por quasi castréses, d y los otros bienes q fueró ganados, o mejorados duráte el matrimonio, y los frutos y rétas de los tales bienes castréses, y officios, y donados, q ambos lo ayá de cófuno. ¶ Y otro si, q los bienes q fueré ganados, y mejorados, y multiplicados duráte el matrimonio entre el marido e la muger, q no fueré castréses ni quasi castréses, q los pueda enagenar el marido duráte el matrimonio, si quisiere sin licencia ni otorgamiéto de su muger: y q el cótracto de enagenamiéto vala, salvo si fuere probado, q se hizo cautelosaméte por de fraudar o dānificar a la muger. ¶ Y otro si mando y ordeno, q si la muger fincare viuda, y siédo viuda viuiere luxuriosaméte, h que pierda los bienes, q ouo por razón de su mitad de los bienes, q fueró ganados y mejorados por su marido y por ella durante el matrimonio entre ellos, y sean bueltos los tales bienes a los herederos de su marido defuncto, en cuya compañía fueron ganados.

G L O S S. I.

Leyes del fuero y lo cōtenido en el libro del estilo de corte. l.1.2.&.3.tit.3.de las ganancias li.3.fori.l.205.206.207, in legibus styli declarantur per legem istam,

G L O S S. II.

1 Bona castrésia vel quasi an comunicetur inter coniuges.  
2 Officia regia salarium regis habentia an comunicentur inter virum & uxorem.

b Qualesquier bienes castréses y officios de Rey. Nota ex lege ista, quod bona castrésia, donationes, & officia regia constante matrimonio ab altero coniugum que sita non sunt communia nisi quoad fructus eorum. [ Sed de quibus officijs loquitur lex ista? Certè ni fallor, de his que annexum habent salarium regis: hæc officia regia propriè dicuntur. l. fi. C. de inofficio. testamen. que licet constantè matrimonio. querantur,

non sunt cōmunia viri & vxoris, vt consiliariorū, auditorum, iudicium, & aliorum, de quibus fit mentio in tit.9. par.2. que officia vendi prohibentur authentice, vt iudi. sine quo. suffra. §.1.&.5. sic igitur collat. 2. l. 7. tit.3. de rectoribus & officijs publicis lib.7. infra. dixi latè in dialogo relocatoris. 4. par. cap.10. num.7. & seq. & cap.11. per totum. Et in quo differant hæc munera ab eis, de quibus infra hac eadem lege fit mentio, dicā infra in glo.4. vbi an officia vendi, & an cōstante matrimonio acquisita inter coniuges communicari debeant, differam.

G L O. III.

Bona castrésia in bello que sita quando comunicentur quoad proprietatem?

c De aquel que los ouo ganado. Bona castrésia quoad proprietatem marito acquiruntur ea acquirenti, non verò comunicantur vxori, nisi quoad fructus. Sed hoc intellige, quoties maritus cum stipendio militabat, secus si expensis communibus, quia tunc in bello que sita comunicantur inter coniuges vt in l.3. supra eo. & ibi dixi in glo.5. in fi. & in glo.6. num.8. & 9. auctoritate Gregorij Lupi in l.3. in glo. magna in fi. tit. 10. par.5. dicentis quoad proprietatem non corrigi legem illam, licet quoad fructus corrigatur, idem ante eum voluit Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. §.62. nume.22.

G L O S S. IIII.

- 1 Bona quascastrensia dupliciter considerantur. Bona quascastrensia dicuntur proprie, que aliquis acquirat ex publico salario ratione officij, ibi.
- 2 Bona quascastrensia large dicuntur, que quis acquirat ex aduocatione vel ex officio tabellionatus. Officia tabellionatus quoad æstimationem inter coniuges comunicantur, ibid. & num.3.
- 3 Bona quascastrensia acquisita ex officio publicum salarium habente non comunicantur inter coniuges, nisi fructus eorum.
- 4 Officia tabellionatus vel decurionatus empta matrimonio constante an comunicentur inter coniuges quoad eorum æstimationem? numero.5. & sequentibus
- 5 Officia tabellionatus an sint vendibilia.
- 6 Officia tabellionatus empta à patre vni ex filijs an conseruatur vel in legitimam imputentur?
- 5 Individua comunicantur inter coniuges quoad æstimationem. Ius patronatus constante matrimonio que situm an comunicetur inter coniuges? ibidem.
- 6 Officia vendi posse, vel facili licentia principis id licere paria sunt.

7 Impos-

- 7 Imposibile an reputetur, quod pendet ex voluntate principis?
- 8 Officium tabellionatus quod vir habebat ante matrimonium vel eius æstimatio deducitur, vt capitale. & fructus comunicantur.

d Quasi castréses. Hic notādū est, bona quascastrensia dupliciter cōsiderari. Primò propriè, veluti quod quis percipit ex publico salario ratione alicuius officij vel exercitij publici, vt in l. fi. C. de inoffi. testa. vbi Cyn. Bal. Sali. & Iaso. l. notabili. l. cum aduocatio. C. de aduoca. diuerso. iudicio. & de his officijs loquitur lex ista in prin. vt dixi in glo.2. & huiusmodi officia non comunicantur inter virum & uxorem, licet constantè matrimonio fuerint que sita. [ Secundo modo dicitur peculium quascastrensie largo modo, quod quis acquisit ex aduocatione à clientulis suis, quia subrogatur loco salarii publici secundum glo. & docto. in l. fori. C. de aduoca. diuerso. iudicio. Cyn. Bal. & Moder. maximè Iaso, primo notabili in. d. l. vlti. C. de inoffi. testa. vbi Iaso attestatur hanc esse communem sententiam, ceteri oppositum teneat Specula. in tit. de actio. & obliga. §.1. versi. quascastrensie: communem etiam sequitur Iaso in rub. C. de procura. in fi. Ange. de Gam bell. in tracta. de testam. in prin. nu.36. suades, idem esse in officio notarij, quia licet non habeat salarium ex publico, quod querit ratione officij, dicitur quascastrensie secundum glo. in verbo memorialibus in. l. vlti. per text. ibi. C. de inoffi. testa. [ Est tamen maximum discrimen inter hæc quascastrensia, vt ex traditis per docto. in locis superius citatis & alibi sæpe expendere licebit. Hic tamen text. aliud constituit discrimen, vt prioris generis bona quascastrensia matrimonio constante que sita, non comunicentur inter virum & uxorem, sed tantum fructus & redditus eorum. Officia autem tabellionatus, quippe que æstimabilia & vendibilia sunt, inter coniuges quoad æstimationem eorum comunicentur, quamuis quascastrensia dicantur, & hoc preferunt verba huius legis à nemine quem viderim appensa. Quamuis nonnulli ex Nostratibus, quos modo referam, questionem istam examinauerint. [ Querit itaque. d. D. Couarru. lib.3. resolutio. c.19. nume.4. an decurionatus publica munera, scripturæ, & tabellionatus officia empta matrimonio constante, à marito sint communia lege regia ipsi & vxori? Et primo arguit dicens, videri ipsa officia non posse cum vxore comunicari, eo quod sint indiuidua, & quod vxor est incapax illa exercendi. l.2. ff. de regul. iur. sed leges communionem bonorum inducentes restringuntur de habilitate. l.1. & ibi notatur per docto res. C. de sacros. eccles. Dicit secundò eorum æstimationem non posse etiam comunicari, si credimus Guillelmo Bened. id asseueranti in repe. c. Raynutius, verbo & uxorem nomine Adelasia nu.787. & Cassa: in consuetu. Burgun. rub.4. §.2. in verbo & que sita, nume.5. Quibus suffragatur, quod hæc munera empta à patre cuidam ex pluribus filijs, nec cum fratribus mortuo patre comunicantur, nec imputantur in legitimam, etiam quoad æstimationem ex sententia Ni-

col. de Vbald. in tracta. de successio. ab intesta. l. par. numer.28. & quatuor sequentibus. Quem sequitur Guillel. Bened. in dist. ap. Raynutius in verbo duas habens filias nu.62. ad finem, eodem modo hæc publica officia constante matrimonio empta non comunicantur vxori. [ Sed nihilominus his non obstantibus contrariam sententiam amplectitur Couarru. dist. capi.19. nume.4. & sequen. imò quod æstimatio huiusmodi munerum constante matrimonio acquisitorum communis sit vtiusque coniugis, & pro parte dimidia vnicuique competat. Quod vel ex eo probat, quod officia hæc empta fuerunt pecunia communi viri & vxoris: atque ideo equissimum esse ea quoad æstimationem vtique coniugi communia esse, ne passim fiat vxori fraus legibulque huius regni. Et primum non obstat, quod diximus hæc munera esse indiuidua: nā & in indiuiduis communio viri & vxoris locum obtinet, veluti si maritus edificauit ecclesiam matrimonio constante, ex quo ius acquisit patronatus, erit ius istud commune viro & vxori, habebitque vxor soluto matrimonio partem indiuiduam eius iuris presentandi, idque ad heredes transmittet, vt ceteri lo. Lupi in repe. rubri. extra de donationibus inter virum & uxorem. §.62. nume.23. & tamen ius hoc patronatus indiuiduum est capi. 1. & ibi glo. de iure patrona. glo. in capi. pię mentis 16. questio.7. saltem quoad substantiam: licet quoad presentandi ius eiusque exercitium sit diuiduum, vt notatur in Clementi. plures de iure patrona. vbi Cardina. notat colu.3. Bald. in capi. quanto de iudic. Roch. de Curte de iure patronatus verbo ius, questio. 6. Sic & in alijs indiuiduis que vendi & æstimari possunt, vxor partem dimidiam habebit, vt probat d. D. Couarru. dist. cap.19. numer.5. libr.3. resolutione. [ Non obstat similiter, quod vxor non est capax huius muneris, id enim preedit quoad ipsammet officium, non quoad eius æstimationem. Ad tertium argumentum respondeo, falsum esse, horum enim munerum æstimatio confertur inter fratres, & in legitimam imputatur: quia paria sunt vendi posse, vel facili licentia Principis vendi solere secundum Barto. in l.1. §. nec castrésie. ff. de collatione bono. Bald. & Paul. Castrén. in l. omnimodo §. imputari. C. de inoffi. testamen. dicentes militas & officia publica, que ex communi vsu nec venduntur, nec vendi possunt sine licentia Principis, non esse imputanda nec conferenda. Sentiunt ergo à contrario sensu, secus esse in militijs vel officijs, que facili licentia Principis vendi consueuerunt. Et in specie quod officia publica, que facili licentia Principis vendi solent, conferantur, & imputentur in legitimam quoad eorum æstimationem, resoluit Iaso in l. illud nu.6. C. de colla. & Fran. à Ripa in l. in quartam nu.163. ff. ad l. Falcid. d. D. Couarru. libr.3. resolutio. cap.19. in fine, Anto. Gomez in l. 29. Tauri nu.21. Petr. Nunnus Auendaño resposio.9. penulti. colu. versi. admilla, & probauit latius in dialogo relocatoris. 4. part. cap. 11. & 12. & supra hoc libro, titu.8. de successioibus. l.3. glof.2. numer.13. contra Tellium Fernandez hoc negantem in officio tabellionatus in l.29. Tau. nu.15. cū precedētibus & sequētibus

7 cuius fundamentis ipse multo ante eius libri editionē responderam in. d. dialogo. [ Ad vltimum argumentū iam est satisfactum, non enim reputatur impossibile quod à Principis pendet voluntate, quoties facilliter id solet concedere, vt in. l. apud Iulianum. §. si constat. ff. de leg. 1. satis probatur, quom tex. ita intelligit. d. D. Couarru. d. c. 19. nume. 5. in fine, & rursus in epitome de sponfal. 2. par. c. 3. nu. 8. dixi in. d. dialogo. 4. par. c. 11. nu. 7. ] Vbi autem vir antequam matrimonium cōtraheret huiusmodi habet officium, deducere illud poterit vt capitale soluto matrimonio, si officium extat, sin autem constante matrimonio fuerit venditum sub rogabitur precium loco capitalis, quod maritus vel eius heredes habebūt p̄cipuum, & deducetur ex bonis constante matrimonio quæsitis, vt probat Pe. Nu. d. responsio. 9. ad fin. em. & ego in p̄citate dialogo. 4. par. c. 11. in fine.

GLOSS. V.

- 1 *Fructus & redditus equiparantur, sed quandoque differunt ibi.*  
*Redditus appellatione non comprehenduntur fructus ibid.*  
*Partus ancillæ redditus dicuntur non fructus ibid.*  
*Vsufuctus comprehendit redditus ibid.*
- 2 *Fructus vel redditus cuiuscunque rei propriæ alterius ex coniugibus, etiamsi res sit restitutioni subiecta, vel ex maioratu vel Indorum vel diui Iacobi seu alia commendata conueniantur inter virum & uxorem.*
- 3 *Fructus non sunt pars maioratus.*  
*Fructus alienans non censetur res maioratus ex quibus colliguntur alienare, ibid.*
- 4 *Fructus & redditus equiparantur. l. 7. ff. de vsuf. Sed quoad differunt secundū glo. in c. generali in verbo redditus de electio. li. 6. Tira. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 6. in principi. Arius Pinel. in. l. 1. 2. par. num. 12. C. de bon. mater. Redditus enim verbum generale est comprehendens sub se fructus, sed fructus appellacione non comprehenduntur redditus, partus si quidem ancillæ sub redditu non sub fructibus comprehenditur. l. in pecudū. §. partus. ff. de vsuf. §. in pecudū in sti. de rerum diuisio. glo. in. d. c. generali. vsufuctus tamē generalius est cōprehēdēs etiā redditus, vt in. l. 7. ff. de vsuf. ] Et sic nota ex. l. ista, redditus & fructus cuiusq; rei propriæ alterius ex cōiugibus communicari, etiā si res sit restitutioni subiecta, vel ex maioratu, vel ex Indorum vel diui Iacobi vel alia commendata, cum lex ista generaliter loquatur, quam ita percepit Rode. X Suarez in commento. l. 1. ti. 3. de las ganancias lib. 3. fo. ri in fine & ceteri Hispani doctores vbique, Gre. Lupi in. l. 25. tit. 11. par. 4. in verbo fructus in fi. & Ioā. Lupi melius ceteris in repe. rub. de dona. int. vi. & vxor. §. 62. num. 10. ] Vbi reddit rationem, quia fructus non dicuntur pars maioratus. l. in ædibus. §. ex rebus. ff. de donatio. Bal. in. c. 1. §. donare quali. olim feudum poterat aliena. Inferens ex hoc, quod non videtur quis a-*

lienare rem alienari prohibitam fructus alienando Ioan. Lupi. d. §. 62. num. 10. quinimo fructus vsufuctus patri in bonis aduentitijs pertinentes communicatur vt docet Io. Lupi. in rep. rub. de don. §. 65. in fine.

GLOSS. VI.

- 1 *Venditionis appellatione omnis alienatio comprehenditur.*
- 2 *Bona constante matrimonio quasita maritus potest vendere & alienare.*  
*Maritus est legitimus administrator bonorum constantē matrimonio acquiritorum ibid.*  
*Maritus an possit alienare bona constante matrimonio quasita post commissum crimen hæresis ab vxore, si nondum per sententiam iudicis fuerat declaratum? ibid.*
- 3 *Bona constante matrimonio quasita quoad partē vxorum, an possit maritus donare? & num. sequ.*  
*Donatio an contineatur appellatione alienationis ibi. & num. 9.*  
*Donatio an sit propriè contractus? ibid.*
- 4 *Donare est perdere.*  
*Donandi facultas non venit in generali & libera ad ministracione alicui concessa ibid.*  
*Mandatum vt cumque generale cum libera non extenditur ad donandum. ibid.*
- 5 *Maritus an possit donare bona constante matrimonio quasita ibid.*  
*Creditores an reuocent donata per debitorem, vbi non constat de dolo & fraude ibid. & num. 10.*
- 6 *Alienationis appellatione an contineatur donatio. et. n. ii. Contrariorum eadem est disciplina ibi.*
- 7 *Maritus si luserit & ludendo vel meretricando bona omnia dissipauerit, an tanto minus ex bonis constante matrimonio quasitis habere debeat num. 12.*  
*Socius si ludendo vel meretricando bona societatis amiserit, an præiudicet socio? ibid.*
- 8 *Vxor ex bonis communibus potest donare ad pias causas.*
- 9 *Marito non tollitur commercium per prohibitionem donationis.*
- 10 *Lex pen. C. de reuocan. his quæ in fraud. credi. explicatur.*  
*Lex. 7. tit. 15. par. 5. explicatur ibid.*
- 11 *Donare non possunt plures, quibus alienatio permittitur.*  
*Alienatione prohibita prohibetur donatio, sed alienatione permissa quandoque donatio prohibetur ibid.*
- 12 *Lex nostra appenditur.*
- 13 *Donare permittitur marito bona constante matrimonio quasita ad filias cōmunes dotadas vel alēdas.*
- 14 *Donare permittitur marito bona constante matrimonio quasita alicui euentissimo.*
- 15 *Donare an possit maritus bona constante matrimonio*

- 17 *Donare an possit administrator cum libera ex causa nobilitatis vel dignitatis eius, cuius bona administrat? & nume. sequen.*  
*Solita fieri per mandantem videntur mandata, ibidem.*
- 14 *Lex filiusfam. ff. de dona. declaratur.*
- 16 *Lex cum plures. §. cum tutor. ff. de admini. tutorum explicatur.*

6 *Que los pueda enagenar el marido.* Concordat. l. 205. in legibus styli, quæ licet loquatur in venditione, ad quā cūque alienationem extenditur, cum verbum venditionis oranem alienationem comprehendat. l. statuli beri à ceteris. §. fin. ff. de statulibe. l. quicunque. §. ei ad quem. ff. de instito. l. 2. & ibi Bal. Pau. & Cœpola nu. 25. C. de vsucap. pro empto. Roma. in singul. 608. Felii. in. c. p̄relatorum nu. 5. de accusa. Iaso. in. l. vlti. nu. 102. C. de iure emph. & in. l. filiusfam. §. diui. 1. lectione nu. 106. & ibi Ripa nu. 83. ff. de legat. 1. Anto. Burg. in rub. extra de emptio. & vendi. colu. vlti. Cassa. in con. suc. Burgun. rub. 9. §. 10. nu. 33. Ioan. Bernar. Diez à Lu eo in regula. 151. & 487. Matth. Affli. in tracta. protho mifeos. §. tota lex, numer. 19. Matthe. de Vignate in tractatu de vsuris numer. 142. Bertachinus in tracta. de gabellis. 3. mēbro. 8. partis prin. Did. Segura & Dida. Perez ad eum in tracta. de bonis lucratis constante matrimonio nu. 12. & nu. 138. vbi plura tradit ad intellectum. d. l. styli. 205. & legis nostræ à nu. 111. vsque in finem. [ Nota ergo ex lege ista, q̄ maritus potest bona constante matrimonio quasita vendere, & alienare tanquam legitimus eorum administrator, eadem consuetudo est Burgundiz, & ferè in toto regno Franciæ vt Cassa. attestatur in consue. Burgund. rub. 4. §. 3. in prin. Quam regulam extende, etiamsi maritus alienet partem vxoris, postquam vxor commisserat crimē hæresis, si nondum per sententiam erat declaratum, quod optinē probat Iacob. Septimacē. in lib. de institutio nibus Catholicis. c. 9. nu. 87. & 88. præterquam si fraudulēter alienasse probetur. Quod præsumitur eo ipso q̄ maritus ante alienationem sciebat, vxorem esse hæreticam, vel si donando alienaret, vt ibi per eum nu. 87 & 90. ] Sed an maritus poterit donare bona constante matrimonio quasita? Et videtur non posse, quia appellatione alienationis non comprehenditur propriè donatio, vt in. c. 1. de feudo non habente naturam feud. l. 1. C. de bo. mater. Segura in tracta. de bonis lucratis nu. 151. in fi. cū ergo lege ista permittente maritus possit alienare bona constante matrimonio quasita, non videtur ex hoc ei permitti donatio, cū non sit propriè contractus, quia nō est vltro citroque obligatoria, quod esse oporteret, vt contractus verè dici posset, vt in. l. Labeo. §. contractum. ff. de ver. signi. notat glo. in. l. contractus in prin. C. de fide instrument. & ibi notat Bal. idē Bal. in. l. si donationis. C. de his quæ vi. metusue causa fiunt, Segura in. d. tracta. de bon. lucratis nu. 151. vbi similia congerit. [ Secundo, & si maritus amplam habeat alienandi potestatem bona cōstante matrimonio quasita, cū tamen donare sit perdere l. filiusfam. ff. de dona. Cass. in consue. Burgun. rub. 6

§. 6. in verbo deurendre compre nu. 25. videtur donare non posse, quandoquidem donandi potestas nō veniat in generali & libera administratione, nisi speciali ter concedatur, vt in. l. 1. §. 1. ff. de offi. procura. Cæsar. verfi. denique, vbi post alios id egregiè expendit Ioā. Orosius in l. contra iuris. §. vlti. ff. de pact. text. in. l. creditor. §. Lutio. ff. mand. quem extollit Bal. in. l. 1. ff. de mili. testa. tex. etiam in. l. si quis vxori. §. si feruus meus. ff. de furt. l. si filiusfam. quæ nihil aliud dicit. ff. de dona. l. 3. ti. 4. de donatio. par. 5. Et quod procurator reipublice donare non possit est tex. in. l. 3. §. plane. ff. quod vi aut clam, quem notat Bal. in. c. ex literis nu. 2 de proba. quæ iura manifeste loquantur in habētibus mandatum cum libera tam à lege quàm ab homine. Vtraque enim in specie facultas denegatur donandi, vt aduertit Arius Pinel. in. l. 1. C. de bon. mater. 3. par. nu. 56. cauendūque ait à Ioan. Lupi in repe. rubri. de donatio. int. vir. & vxor. §. 66. nu. 29. qui cōtra iura illa & receptas sententias in donatione distinguebat mandatum legis ab hominum mandato, falso citans Bald. in. d. l. 1. §. 1. ff. de offi. procura. Cæsar. vbi glo. & Bart. verius esse censent in donatione nullā admitti distinctionem, licet aliquo modo distinguant in alio genere alienationis, vt per Iaso. & nouiores ibi, & ita aperte asseuerat Paul. Castr. in. d. l. filiusfamilias. ff. de donatio. & in. l. procurator cui generaliter. ff. de procurat. docto. in. l. p̄fes. C. de transactio. vbi. d. Anto. Padi. lla nu. 11. & sequen. Iaso. in. l. contra iuris. §. si filius nu. me. 2. & sequen. vbi alios refert. ff. de pact. Et ex hoc infert Ioan. Lupi nu. 29. & 30. in. d. §. 66. ad prælatum, & Prorogem, vt ibi per eum. Ex quibus maritum donare non posse asseuerat bona constante matrimonio quasita quo ad partem vxoris, cui ibi assentitur Bernar. Diez à Luco in apostillis ad eum, refertque hoc idem voluisse Did. Segurā in tracta. de bonis lucratis nu. 151. idem voluit Rod. X Suarez in commento. l. 1. tit. 3. de las ganacias lib. 3. fo. 1. vlt. vlt. quæro de quæstione quotidiana, Iacob. Septima. de instituto. Catholi. c. 6. nu. 90. Telli, Fernādez in. l. 19. Tauri nu. 2. & pluribus sequen. [ Contrariam tamen sententiā secure amplectitur Anto. Gomez. in. l. 53. Tauri. nu. 73. & Ancharra. quæ ipse refert cōf. 102. Mouetur primo, quia veri creditores etiam ex causa onerosa, non reuocant donata per debitorem, nisi probetur dolus & fraus in ipso alienante. l. 1. & per totum ff. de his quæ in frau. credi. l. pen. C. eod. tit. ecce ergo ex sola donatione nō præsumitur dolus nisi probetur. Secūdo quia alias tolleretur commercium & facultas contrahendi marito, & bona constante matrimonio quasita efficerēt in alienabilia & subiecta restitutioni. [ Tertio, quia lex ista marito alienationem permittit, ergo permittere videbitur donationem, cū de natura verbi alienationis sit, comprehendere omnem contractum, per quem dominium transfertur vt in. l. 1. C. de fundo dotali. capi. nulli de rebus ecclesie non alienandis. l. vltima. C. de rebus alienis non alienandis: vbi prohibita alienatione censetur prohibita donatio: quinimo prohibita venditione censetur & donatio prohibita, & omnis actus per quem dominium transfertur glos. singula. & non alibi in. l. 2. iur. do text. C. de vsucapio. pro emp. quam ibi notant scribentes, re-

putat vnicam Bal. in rubr. extra de pact. 2. colum. & in. c. literę de dilatio. Iaso. in. l. filiusfami. §. diui nu. 71. & ibi alij Moderniores. ff. deleg. 1. idem ergo erit in casu contrario, permilla siquidem alienatione, permilla quoque esse censetur donatio, quoniam contrariorū eadē est disciplina, vt insti de his qui sunt sui vel alie. 7  
 iu. in principio. [ Quarto opinionem Antonij Gomez confirmat nimis, quod si maritus dissipauit multa bona constante matrimonio ludendo vel meretricando, vel in alios prauos vsus conuertendo, non tenebitur ea imputare in partem suam, quando bona solum matrimonio diuiduntur, ne infinite lites oriantur inter cōiuges vel eorū hēres, & quia nō lusit nec alienauit principaliter animo fraudandi & priuādi vxorē sua portione & lucro legali, q̄ in praxi seruari attestatur Rode. Xua. in. d. l. i. tit. 3. de las ganancias, lib. 3. fori, vers. queritur circa hoc de alia questione, idem voluit Grego. Lupi dicens verius esse in puncto iuris in. l. 13. in verbo ganancias, titu. 7. de societate part. §. & Anto. Gomez in. d. l. 53. Tauri num. 76. prope finē. Cui non obest. l. adeo. §. pen. ff. pro socio ibi, quod in alea vel in adulterio perdidit socius, nec. l. si is cum quo. ff. commu. diuidun. & l. coheredes. §. quod ex facto. ff. fami. herciscun. & l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio, contrarium disponentes, in societate, ex eo quod ludere sit lata culpa secundū Cyn. in. l. pactū. C. de collatio. & meretricari sit dolus. l. si verō nō remunerandi. §. sed adolefcens. ff. manda. Bal. in authen. ex testamento. C. de colla. Monta. in. l. i. tit. 3. de las ganancias, lib. 3. fori, qui ex his legibus tenuit contrarium. Nam ad eas facile respondetur, vt ibi dixit Rod. Xua. d. vers. queritur circa hoc, quia argumenta de societate expressa ad tacitam coniugalem non omnino procedunt, quoniam marito competit alienādi potestas, vt in hac lege statuitur, socio verō non. Eodem modo respondet Grego. Lupi in. d. l. 13. tit. 10. part. §. si ludere potest, ergo & donare. [ Vltimo facit pro hac Antonij Gometij opinione, quia vxor poterit ex bonis cōmunibus donare alicui ad alimenta, vel ad pias causas absque mariti licentia. Deci. cōs. 301. nu. 4. Iaso. in auth. ingressi nu. 6. C. de sacrosan. eccl. Did. Perez ad Segurā in rep. l. 3. §. si. nu. 75. ff. de lib. & posth. vbi citat cōcordan. Si hoc casu licet vxori donare, nimirū si generaliter marito liceat. [ Et si quis velit hanc tenere opinionē, poterit respondere ad ea quæ pro prior opinione adducta fuerunt. Ad primum, negando id verum esse, appellatione enim alienationis comprehenditur donatio, vt probauit nu. 6. & probat optimē Fau. à Monte in tracta. de emptio. & vēdi. 4. quęst. prin. 22. & vlti. quęst. nu. 20. 21. & 2. q. prin. nu. 11. Ad secundū respondeo, illa iura procedere, quando in bonis seu patrimonio alterius à lege vel ab homine esset concessa alicui tertio libera bonorum administratio, secus si in bonis communibus lex hanc concedit administrationem prout in nostra specie, quia tunc bene poterit donare & quocumque modo alienare, modo cesset dolus & fraus, vt in hac. l. cauetur, & dicam in glo. seq. In casibus igitur, in quibus ex solo titulo vel cōtractu pręsumitur dolus in alienante, vt in donatione omnium bonorum, vel ex alia causa, vel respectu non posset talis donatio vxori pręiudicare, vt censet Anto. Go-

mez in. d. l. 53. Tauri nu. 73. vers. quod limita. [ His tamen minime obstantibus verior & receptior est prior opinio, imò quod non liceat marito donare bona cōstante matrimonio quæ sita quoad partem vxoris ex rationibus superius traditis: vt & diximus supra hoc eodē lib. tit. 6. de meliora. l. 3. gl. 1. nu. 3. cuius præcipuū fundamentū consistit in satisfactione eorum, quę pro contraria opinione adduximus. Nō me mouet in primis, quod creditores ex causa onerosa non reuocant donata alicui, nisi dolus aliās probari possit vel fraus, quia lex. 1. & per totum. ff. de his quæ in frau. credi. & l. pen. C. eo. titu. hoc nō probant, imo potius contrariū quod in donatione inter viuos solus euētus spectetur & nō consiliū fraudandi, quod probat. l. pen. C. de reu. his quę in fraud. credi. ibi, & cōtra eū qui ex lucratiuo titulo possidet scientiæ mentione detracta, exponit glo. ibi, id est, nō distinguēdo sciuerit, vel ignorauerit, quia utroque casu tenetur. Idem probat. l. 7. titu. 15. parti. §. & ibi notat Grego. Lupi in verbo, die se en su vida, vers. si tamē intelligas, & idem probare ait. l. qui autē. §. similique modo. ff. de his quæ in frau. credito. Quod autem secundo loco diximus de comertio, quod ipsi marito tolli videtur, nihil obstat. Nā de eo, quod ad eum spectat, non tollitur comertū, nec de parte vxoris, si titulo oneroso alienetur. [ Tertium verò argumentum falsum est, non enim procedit affirmatiue, sed negatiue, vt optime probat Telli. Fernandez in. l. 19. Tauri nu. 4. ex. l. filiusfami. ff. de dona. vbi filiusfami. res in peculio concessas potest alienare, donare autem non potest, & quia socius alienando pręiudicat socijs in rebus societatis, glo. Bar. & Sali. in. l. nemo ex socijs. ff. pro socio, Soci. & Iaso. 3. col. in. l. stipulationes nō diuiduntur. ff. de verbo. oblig. Deci. in. l. si socius, nu. 3. ff. si cer. peta. Donare autem nō potest, vt dicit Imola in. l. ille autem in institutionem col. 2. ff. de hære. insti. Ioā. Lupi in rub. de dona. §. 66. nu. 29. Nec in mandato quod quis possit disponere de re tanquā propria, cēsetur cōcessa potestas donandi. l. creditor. §. Lutus. ff. manda. confert tex. in. l. cōtra iuris. §. si. cū l. seq. ff. de pact. cum alijs à d. Anto. Padilla congestis in. l. preses nu. 11. & seq. C. de transact. Procedit enim argumētū negatiue, prohibetur alienatio, ergo & donatio: vt in legibus nu. 6. citatis, nō affirmatiue, potest quis alienare, ergo & donare, vt dixi: quoniam multi possunt alienare, nō tamē donare, vt in administrato ribus cū libera, vt dictū est. [ Minus oberit aliud fundamentū quod malē cōsumpta in ludo vel aliās, nō tenetur maritus cōputare in partē dimidiā, quę sibi cōpetit in bonis cōstante matrimonio acquisitis propter liberā administrationē sibi à lege concessā bona expendēdi & alienādi, quoniā vera non est hęc opinio, si solum matrimonio ab vxore probetur aliqua notabilis consumptio bonorū arg. eius quod de societate ibi diximus. Vel si cōcedamus eā opinionē verā esse, eā in ludo quęstis tantūmittere, eo quod lucrū vel damnū posset esse reciprocū. Vltimū argumētū nihil obest, nō enim infertur, mulieri licet ad pias causas donare, ergo & marito generaliter ei licebit, imo ratione correlatiuorū contrarium inferri posset, quod marito nisi ad pias quoq; causas donare minimē liceret. Nostrā sententiā confirmat responsū Bald. consil. 235. lib. 2.

lib. 2. vbi in fortioribus terminis decidit questionem, nempe, stante statuto quod maritus posset de bonis acquisitis cum vxore vendere, & alienare ad eius voluntatem sine consensu & voluntate vxoris intelligendū est de parte eius, non de parte vxoris. Et si extendere tur ad partem vxoris, non permittitur titulo donationis alienare, quia donatio est titulus dissipatiuus, quod non videtur concessum in præiudiciū vxoris. [ Præterea hoc in specie probatur per legem nostrā, qua reuocatur alienatio in fraudem facta, veluti si bona aliqua venderet magni valoris paruo pretio, quia potius donatio videtur, quam venditio, vt in. l. si quis donationis causa. ff. de contra. empt. Quāto ergo magis donatio videbitur in fraudem facta. Ridiculosum enim esset, disponere quod mulier habeat dimidiā cōstante matrimonio acquisitorum partem, si posset maritus qui fortē nullos filios haberet titulo oneroso & lucratiuo eam vxoris partem alienare, vt rectē cōsiderauit Telli. Fernandez in. l. 19. Tauri nu. 5. scilicet post principium. [ Limita tamen hanc communem & receptā sententiā, vt procedat præterquam si maritus donationem alicui fecerit bonorum communium cōstante matrimonio acquisitorum ad filias cōmunes dotādas vel alimētādas, vel ad alias necessarias causas argu. tex. in. d. l. filiusfami. ff. de donatio. ibi, quid ergo si iusta ratione motus donet, nunquid possit dici locum esse donationi? quod magis probabitur, dicit ibi glo. in verbo iusta ratione, vt matri vel similibus cōiunctis personis donare possit vt in. l. i. §. sed non nullos. ff. de tutel. & ratio, distrah. & in. l. cū plures. §. cū tutor. ff. de admi. tuto. hęc fuit sententia Rode. Xua. rez in. l. i. tit. 3. lib. 3. fori, vers. vlt. quęro de quęstione quotidiana in fine, & citat notata per doct. in. d. l. cum plures. §. cum tutor. & in. l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. [ Ex quo infero, licere marito donare aut remittere debitum alicui egentissimo extremaque fortunę inopia laboranti ex sententia gloss. in. l. omnes. 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. cum alijs à d. Anto. Padilla citatis in. l. preses num. 5. C. de transactio. [ Solet tamen dubitari, an nobilitas eius cuius bona ab alto administrantur, sit sufficiens causa ad donandum? & crederem satis esse, poterit enim pater vel ceteri administratores, vel filius cui libera peculij administratio concessa fuit, vel maritus ex bonis cōstante matrimonio acquisitis donationem moderatam facere etiam exteris, iuxta sententiā glo. in verbo liberam & Innocen. in. c. grandi de supplen. negli. prælat. lib. 6. Cuius dictum sequitur & cōmendat nimis Andre. Sicul. in. c. 1. de dona. allegans tex. satis singularē & menti tenendum in. d. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admi. tuto. ibi, pro facultate patrimonij, pro dignitate nataliū constituet alimenta seruis libertisque, nonnunquam & exteris si hoc pupillo expediat, præstabit: solennia munera parentibus cognatisque mitet, ad idē confert text. in. l. filiusfami. ff. de donatio. vers. nonnunquam, ibi filium senatoris vel alterius dignitatis, vbi id notant scribentes & Ludo. Roma. id extollens in. d. l. filiusfami. nu. 3. & ibidē Cuma. nu. me. 7. Riminal. licet eum text. in. d. §. cum tutor nō alieget in. §. 1. nu. 11. insti. qui. aliena. licet vel nō Ioan. Lupi in repe. rub. de donatio. inter virum & vxorem

§. 9. nume. 5. Alex. in. l. pactum curatoris num. 3. C. de pact. & ibi Iaso. & nouiores idem Iaso in. §. contra iuris. §. filius nu. 7. ff. de pact. Curti. in. d. l. preses nu. 10. & ibi Iacobin. nume. 6. & d. Anto. Padilla nume. 10. Alcia in. l. pactum curatoris num. 6. C. de pact. Tiracquel. de nobili. c. 37. nume. 35. Feli consil. 16. nu. 8. Archi. consil. 24. nume. 13. & sequent. & alibi sæpe doctores: quorum sententiā verior est & receptior, quamuis Arius Pinel. in. l. 1. 3. part. nume. 57. C. de bon. mater. teneat contrarium respondeatque ad dicta iura subtiliter vt ibi per eum. [ Quam sententiā limita, vt procedat, quoad ea, quę nobilis donare consueuerat, non quoad ea, quę rarissimē largiebatur, argu. text. in. l. vel vniuersorum. ff. de pignorat. actio. & l. qui semisfes. ff. de vsur. & l. fistulas. §. frumenta. ff. de contra. emp. ita limitat And. Sicul. in. c. cum sit generale de foro competē. Iaso. in. l. pactum curatoris. C. de pact. Ioan. Lupi in repe. rub. de donatio. §. 9. num. 5. in fin. & ibi Bernard. Diez à ludo in apostillis. d. D. Segura in repe. l. 3. §. fin. num. 63. & ibi Dida Perez. ff. de libe. & posth. Corsetus de potestate regia par. 1. quęst. 4. num. 20. & Segura num. 64. & sequentibus congerit plura similia quę iuxta consuetudinem fieri censentur, vide eum omnino.

GLOSS. VII.

- 1 Marito non licet in fraudē vxoris bona cōstante matrimonio quæ sita alienare.
- 2 Dolus & fraus à quo debeat probari.
- 3 Cautelose por defraudar o damnificar a la muger. Nota quod licet marito permittatur alienatio bonorum cōstante matrimonio acquisitorum, intelligere oportet, non permitti dolosam alienationē & in fraudem vxoris. In quacunque enim libera & generalī administratione non videtur permissum aliquid dolose fieri, nec si factum fuerit, obligat dominum. l. creditor. §. Lutus. vbi id notat Bald. ff. manda. idem Bal. in. l. vlti. in fin. C. de contra. empt. Bar. in. l. vlt. in fin. ff. de preto. stipula. qui pulchre loquitur, & in. l. fidei commissa. §. si sic. ff. delega. 3. Ioan. Fab. Ioan. de Plat. & Iaso. in. §. in bonę fidei insti. de actio. Matth. Affli. decis. 129. in fin. vbi per. d. §. Lucius plura cumulat Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. inter virum & vxorē, §. 66. nume. 26. vbi plura addit Roderi. Xua. rez in. l. i. titu. 3. lib. 3. fori vers. vlt. quęro de quęstione. 1. colu. in fine. [ Et dolus iste probari debet ab vxore, vel eius hæredibus: vt ex hac lege & alijs expendit Iacob. Septimacen. de institutio. catholi. c. 9. numer. 89. Alciatus in regula. 3. præsumptio. præsumptione. 5.

GLOSS. VIII.

- 1 Vidua luxuriose viuens amittit dimidiā partem bonorum cōstante matrimonio acquisitorum.
- 2 Vidua luxuriose viuens amittit lucra, & applicatur hæredibus mariti etiam extraneis, atque etiam si vidua lucra iam exegerat, atque etiam si post annum luctus viuat luxuriose.



- 1 Vidua inhoneste viuens nō gaudet priuilegijs viduis cōncefsis.
- 2 Vidua luxuriose viuens amittit priuilegium fori & honoris, quo gaudebat viuente marito.
- 3 Vidua quod luxuriose viuat vel semel stuprum committat multum interest.
- 4 Pœna imposita vidua stuprum cōmittenti non corriguntur iure canonico, ibi.
- 5 Vidua stuprum committens vel luxuriose viuens ante vel post annum luctus an amittat legata.
- 6 Lex. 9. ti. 12. lib. 3. fori explicatur, ibi.
- 7 Vidua semel stuprum committens non amittit lucra constante matrimo. quæsi, nisi luxuriose vixerit, Lex & mulieri. ff. de curato. furio. explicatur, ibi.
- 8 Mulieri luxuriose viuenti quando detur curator: ibidem.
- 9 Vidua stuprum committens an amittat dotem? & num. sequen.
- 10 Vidua honeste viuens censetur durare in priori matrimonio, ibi.
- 11 Vidua stuprum committens quibus casibus non amittat dotem.
- 12 Vidua stuprum committens quod nullo casu amittat dotem? & num. sequen.
- 13 Lex nostra intelligitur, & cum sit pœnalis non extenditur.
- 14 Lex si vxor. §. quamuis. ff. de adulte. exponitur.
- 15 Vidua censetur esse sub priori matrimonio quomodo intelligatur.
- 16 Vidua inhoneste viuens quid amittat.
- 17 Vidua an possit accusari de adulterio in vita mariti commissio ab eius heredibus?
- 18 Adulterij crimen in vita viri cōmissi an possit obijci vidua dotem repetenti à mariti heredibus, ibi.
- 19 Adulterij crimen quando possit obijci ab heredibus mariti aduersus viduam. & nu. 17.
- 20 Vidua quando ab heredibus mariti accusari possit de adulterio in vita mariti commissio, ibi.
- 21 Vidua luxuriose viuens ante vel post annum luctus non amittit dotem, sicut nec ea, quæ stuprum semel commiserit.
- 22 Vidua stuprum committens vel luxuriose viuens nō amittit bona paraphernalia.
- 23 Mulier propter adulterium priuatur bonis paraphernalibus ex communi sententia, ibi.
- 24 Ysiendo viuda viuere luxuriosamente. Nota ex lege ista, quod mulier vidua post mortē mariti luxuriosē viuens amittit dimidiam bonorum partē constante matrimonio acquistorū, & applicatur hæredibus viri, quod annotauit Ioā. Lupi. in repe. rub. extra de dona. inter vir. & vxor. §. 67. in prin. d. D. Couarrub. in epitome de sponfa. 2. par. c. 7. §. 6. nu. 12. Anto. Gomez in l. 14. Tauri nu. 17. & in l. 33. Tauri nu. vlti. Quam cōclūsiōnē amplia, primo etiā si partē suā iā exegerit vidua, vt expēditur ex hac lege in fin. ibi, y scā bucltos

los tales bienes. Secūdo extēde, etiā si heredes sint extranei, vt in lege heredis appellatiōe. ff. de verb. sig. li cēt quādoq; verbū heres ad filios tātū referatur iuxta materiā subiectā, vt in l. ex facto. §. si. ad Treb. l. Galus. §. & si par ēte. ff. de libe. & posth. c. si clientulus de aliena. feudi cū ibi notatis per doc. Ioā. Lupi. in rub. de don. §. 67. nu. 1. vbi aliter ampliā decisionē hanc, nēpe, vt procedat, etiā si vidua post annū luctus viuat luxuriosē: quod expendit ex verbis legis nostrē ibi, siendo viuda: probatque id esse satis rationabile, ex eo quod durante viduitate gaudet priuilegijs mariti, eiusque retinet dignitatē. c. ex parte. B. & ibi glo. de foro cōpe. & in Clem. ne Romani in verbo vacare de electio. tex. in l. filij. §. vidua. ff. ad municipa. nimirū ergo si ea priuilegia & lucra amittat, si inhoneste vixerit. Cōfirmatur ex regula generali, quod vidua inhonestē viuens nō gaudet priuilegijs viduis cōncefsis, vt asserit Feli. alios referēs in c. significātibz pen. col. de offi. deleg. Ber. Diez a Luco in apostillis ad Ioā. Lupi in d. repe. rub. §. 67. nu. 16. Ex qua primo infero, quod licet vidua potiat priuilegio honoris & fori, quod habebat viuente viro, vt in l. foemine in fin. ff. de senato. l. filij. §. vidua. ff. ad municip. notat Bart. in l. si. nu. 2. c. de verb. signi. Fel. in c. ex parte col. 1. de foro cōpe. Ioan. Lupi in d. §. 67. nu. 2. Hoc tñ fallit in vidua luxuriosē viuente quæ propter inhonestā vitā amittit priuilegiū iuxta receptissimā sententiā doctorū per text. in l. his solis. C. de reuo. dona. vt elegāter pbat Lud. Rom. in l. 1. §. si vir. ff. ad filla. & vt receptissimū tradit Alex. in l. cū quædā puella nu. 9. ff. de iuri. omni. iudi. Hypo. in l. vnica. nu. 55. C. de raptu virg. Ioā. Lupi in rep. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 67. nu. 16. & cōplures citati a Tira. de nobilita. c. 18. nu. 13. Quæ vera est & receptissima sententiā, quāuis contrariū voluerit Fulgo: & De ci. nu. 13. in d. l. cū quædā puella. Potest tñ sustineri cōcordia Arij Pineli in l. vlt. nu. 4. in fi. C. de bon. mater. distinguētis famosam palā meretricē, & eā quæ nō omninō castē viuunt: illa enim notoriē indigna nō sine offensionē rei publicæ priuilegijs fruētur: de hac autē cōsulti⁹ est, nō inquirere viuat honestē necne. Id quod iuuari ait ex doctrina glo. distinguētis inter publicam & occultā, in l. cum lege in fin. ff. de testa. quā singularem dixit Imol. ibi & Bal. in l. 1. col. 1. ad fin. C. de senten. tradit Feli. in c. testimoniū. nu. 16. de testib. quæ distinctio mihi verē applaudet, si inter famosas meretrices enumeres eam, quæ vnum habet amasium duntaxat, si in vicinia hoc sit publicum. Ex hoc collige in hac materia interesse plurimū an vidua semel stuprū commiserit, an verò mulier luxuriosē vixerit, hoc est quod adeo pluries in corpus suū deliquerit, vt vitā luxuriosam degere videatur cū vno vel pluribus. Priori enim casu qñ semel stuprū cōmissit ante annū luctus, priuatur legato sibi à marito relicto, & applicatur per sonis in l. 1. vers. his etiam amittendis. C. de secundis nuptijs enumeratis, vt in authen. de restitu. & ea quæ parit. §. si. col. 4. Ioan. de Garronibus in l. foemine. C. de secund. nupt. num. 31. & iure regio est tex. expressus in l. 3. tit. 12. de secund. nupt. par. 4. quæ pœna nō corrigitur iure canonico per tex. in c. vlt. de secund. nupt. corrigētē pœnas iure ciuili impositas contrahenti secundas nuptias ante annū luctus, quoniam correctio hæc non

non extenditur ad pœnas impositas viduæ stuprum committenti, nec ad pœnas fauorem filiorum priorū matrimonij respicientes, vt expenditur ex doctrina Innocen. quem ibi ceteri interpretes sequuntur in d. cap. fina. de secund. nupt. estque recepta sententia, quā late resoluit Ioan. à Garro. in d. l. 1. C. de secund. nupt. nu. 132. & in auth. eisdem pœnis numer. 4. & sequitur Ripa in l. foemine nume. 31. C. eod. tit. Hippoly. in l. vnica nu. 14. C. de raptu virg. Ioan. Lupi in repe. rubri. de dona. §. 67. nume. 3. d. D. Couarru. de sponfali. 2. par. c. 3. §. 9. nume. 5. Emanuel Costa Lusitanus in repe. c. si pater. 1. par. in verbo legauit nume. 34. de testamen. in 6. cum pluribus concordantijs & exemplis à me traditis latissimè in l. 3. glo. 2. nume. 1. & deinceps tit. 1. de matrimonio supra hoc eodem lib. Post annū verò luctus, si stuprum committat non amittit legata argumen. tex. in d. §. vlti. in auth. de restitutio. & ea quæ parit, quod esse ex mente communis opinionis supra relatē resoluit Emanuel Costa in d. ca. si pater. 1. par. in verbo legauit nu. 35. quæ sententia vera est, licet contrarium asserat Anto. Gomez in l. 14. Tauri nume. 17. per tex. in l. 9. tit. 12. lib. 3. fori. Vbi generaliter disponitur quod si mulier post mortem mariti nō bene vixerit, amittit quicquid maritus sibi in testamento reliquerat, nec distinguit an intra annū luctus vel post annum id fecerit, cui statim respondebimus. Secundo verò casu, quando mulier marito mortuo luxuriosē vixerit, & non semel tantum stuprum commiserit, etiam post annum luctus priuatur legato sibi à marito relicto, & ita intelligitur. d. l. 9. tit. 12. lib. 3. fori, vt optimè resoluit Emanuel Costa in d. c. si pater. 1. par. in verbo legauit numer. 41. pagi. 98. ad fin. ibi, no hiziere buena vida, hoc est, si contraxerit habitū male viuendi, quæ lex trāscribere visa fuit, eodē Costa authore, legem his solis. C. de reuocan. dona. Vbi autem semel stuprum admisit vidua post annum luctus non priuatur legato à marito sibi relicto iuxta resolutionem supra nume. præcedenti in fine traditam. Bona autem constante matrimonio quæsi tunc amittet vidua, quoties luxuriosē vixerit ante vel post annū luctus, vt in hac lege statuitur, non verò si semel stuprum commiserit, ita tex. nostrum intelligit optimè Eman. Costa in d. c. si pater. 1. par. in verbo legauit nu. 38. 39. & pluribus sequenti. pagi. 90. ad fi. & sequ. contra, d. D. Couarru. in epitome de sponfa. 2. par. ca. 7. §. 6. num. 2. & nu. 12. Mouetur ex verbis legis nostræ viuere luxuriosamente, quæ ad eam, quæ semel stuprū commisit adaptari rainimè possunt, sed ad eam quæ fornicationis vitio fuerit assuefacta: citat tex. optimū in l. & mulieri. ff. de curato. furio. ibi & mulieri, quæ luxuriosē viuunt bonis interdici potest. Dicitur autem mulier luxuriosē viuere, quæ aut meretricio more viuunt, aut prodigali luxuria bona propria dissipat secundum vnam aut alteram expositionem glossæ. 1. eiusdē legis, quā legem ultra Cuma. & ceteros eius interpretes, & Areti. in l. is cui bonis colu. vltima, & Ripam nume. 17. & 16. ff. de verbor. obligatio. & Anto. Augusti. emendationum libr. 4. cap. 11. A costam in dict. capi. si pater in verbo legauit numer. 40. Ferdinandum Vazq. Menchaquen. de succession. creatione. §. 12. nume. 39. ad finem, explicat omnium optimè Arius

Pinel. in l. vltima numer. 22. C. de bon. matern. Alia etiam iura in hanc sententiam citat Costa vbi supra vbi etiam idem esse dicit, si in lege nostra diceretur, luxuriosa esset, citat. l. si quis cum sciret. ff. de vsuapione pro emptore, [ Sed dubitari solet, an vidua habens accessum ad aliquem, & sic committens stuprum amittat dotem, perinde ac eam amittit ex adulterio constante matrimonio commissio? quod videtur, eo quod durante viduitate censetur in præcedenti matrimonio permanere, vt in l. vltima. C. de bon. matern. & ibi notat Cyn. Barto. Bal. Arius Pinel. numer. 4. & ceteri interpretes, & quia tanta censetur offensio in virum defunctum, ac in viuum, vt in l. pen. & ibi glo. & Bar. ff. de adulte. Hæc est doctrina Pauli Castren. in l. fororem numer. 4. C. de his quib. vt indig. & in l. fideicommissum. 2. colu. in fin. C. de fideicommi. & in consil. 147. lib. 2. cui accedunt Augusti. Ariminen. in addition. ad Angel. & ipsemet Angel. in tracta. de malef. in parte che meay adulterato nume. 303. Gerard. de Petra Sancta singul. 48. Hyppolitus singula. 234. & singula. 416. & in l. 1. §. itē diuus nu. 4. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in cōsi. 13. nu. 16. & in l. vnica nu. 58. C. de raptu virg. Belenzina ad Panormitan. in cap. plerunque, & ibi Præposi. num. 3. de donationib. inter virum & vxorem Ioan. Lupi in repeti. eiusdem rubricæ. §. 67. numer. 6. & §. vltimo nume. 6. Crotus in l. 4. §. Cato. 1. lectione nume. 139. ff. de verbor. obligatio. Ioan. Neuzanis in sua filia nuptia. libr. 2. titu. seni non est nubendum nu. 44. Franc. Ripa in rubri. de iudi. numer. 21. laso in l. 2. numer. 6. ff. solu. matrimo. Cyfontan. in l. 14. Tauri in fi. dicens contrariam sententiam esse fauorabiliorem Feli. in c. pastoralis colu. 3. vers. mulier de iudi. Tiraquel. de nobilita. c. 18. nume. 9. Curtius Iunior in tracta. Feudo. 4. par. 2. casu princip. Moderni in Apostillis ad Felin. in capit. pastoralis de iudi. Bernard. a Luco in repertorio Ioan. Lupi in repe. rubri. de donationib. inter vir. & vxorem, & cap. per vestras eod. titu. quam Pauli Castren. opinionem attestatur communem Bellon in rubri. C. de eden. nume. 83. & Boeri. decis. 338. [ Limitatur dupliciter hæc sententia. Primò vt procedat in vidua committente stuprum infra annum luctus, quo in tempore magis fingitur durare matrimonium argumen. text. iuncta glo. in l. vnica. §. ex actio. C. de rei vxor. actio. secus elapso anno. Secundo procedit, quoties dos non est soluta vxori, sed est penes hæredes mariti, tunc hæredes conuenti excipere poterunt de stupro commissio, secus si dos soluta seu restituta esset, quia non competeret tunc repetitio, quippe cū eo in tempore dos dici minimè posset, argumento text. in l. cū pater. §. qui dotale. ff. de legat. 2. & l. etiā ff. de fundo dota. ita limitat sententiam prædictam Anton. Gomez in l. 80. Tauri numer. 70. Boeri decisio. 338. nume. 12. [ Sed prædictis non obstantibus contraria sententia indistincte verior est, imo quod vidua committens stuprum non amittit dotem, etiā si luxuriosē vixerit intra annum luctus, nec ei dotem petenti obstat exceptio stupri. Primò vrgentissimè probatur ex textu in authen. de resti. & ea quæ parit. §. fina. vbi vidua ex stupro intra annum luctus commissio punitur in amittēdo lucro duntaxat quod

habitura erat ex bonis viri, non ergo amittet dotem propriam, non enim par eademque ratio esse videtur, debita amittere, & lucra non capere. l. vltima. C. de codicill. l. absiduis. §. vlti. C. qui potio. in pigno. habe.

11 Secundo eadem ratione hoc probat lex ista puniens viduam stuprum committentem in amissione bonorum constante matrimonio quæstorum, non igitur extenditur ad dotem, cum sit lex pœnalis, atque ideo restringenda & mimimè extendenda, cumque non sit par ratio lucri & damni: nam vt gloss. ait in cap. si. de iure patrona. non est nostrum, legales pœnas extendere. Nulla autem lex præfatam pœnam viduis statuit facit text. notab. in l. vt si quis versu. diuus. ff. de relig. & sumpti. fune. ibi, non recte facere, pœnam tamen in eam statutam non esse. [ Tertiò vrget text. in l. si vxor versu. quamuis. ff. de adulte. ibi si vidua esset, impune in eam stuprum committeretur. Sed text. ille loquitur quoad impunitatem eius, qui cum ea fornicatur, non quoad ipsam viduam, vt aduertit Hyppolit. in singul. 150. & d. D. Couarru. in epitome de sponfa. 2. par. cap. 7. §. 6. nume. 11. tametsi aliter eam legem explicet Alcia. lib. 2. par. ergo. c. 40. & Budæ. in annotatione. in Pandestas titu. de adulter. §. si vxor, Catelli. Cotta in vltimis memorialib. dictione meretrix. Est etiam text. in dict. l. si vxor. §. diuus. ibi, matrimoniū nec spem matrimonij violare permittitur, ex quo constat pœnam non inferri matrimonio finito, & ita praxis obseruat teste Ario Pinelo in l. vltim. C. de bon. mater. nume. 10. in fine: his & alijs rationibus huic sententiæ adherent non pauci, quorum primas obtinet, Alexand. in l. sororem. C. de his qui. vt indig. cui ad stipulatur Iaso. sibi met contrarius in l. fideicommissum nume. 3. C. de fideicom. Deci. in capit. pastoralis nume. 8. de iudi. & iterum in l. cum quædam puella nume. 12. ff. de iurif. omni. iudic. Guillel. Maineri. in l. in ambiguis pro dote numer. 208. ff. de regul. iur. Carol. Moline. in consuetud. Parisien. titu. 1. §. 30. quæst. 28. nume. 142. Cassane. in consuetud. Burgund. rubric. 4. §. 6. nume. 24. fol. 136. colu. 1. versu. sed quæro, Crotus in l. 4. §. Cato. d. d. sectione colu. 4. versu. pro quo etiam adhuc, & lectione. 2. versu. 7. quærit Barto. colu. pen. ff. de verbo. obligatio. Ripa in l. 2. nume. 8. ff. solu. matrimo. Anto. Gomez in l. 80. Tauri num. 70. Aymon Crauete notabiliter confi. 205. nume. 24. lib. 1. Ioan. à Garronibus in authentic. eiusdem. C. de secund. nupt. Duarenus in d. l. 2. versu. 2. casus. ff. solu. matrimo. Boeri. decis. 338. nu. 12. dicens secundum hanc opinionem fuisse iudicatum in suprema curia Burdegalè. Bonus de Curtili in tractatu nobilitatis par. 3. nume. 94. Pet. Dueñas in regula. 12. limi. 3. Dida. Perez in l. 6. titu. 2. lib. 4. ordina. in gloss. magna ad finem colu. 1337. & sequen. Emanuel Costa in cap. si pater de testamen. in 6. par. 1. in verbo legauit nume. 41. in fin. & 42. & sequen. Arius Pinelus in l. vltima numer. 10. & 11. C. de bon. mater. [ Vbi asseruit hanc Alex. sententiam esse tenendam reiecta distinctione quam Alcia. sensit regu. 2. presum. presum. 9. & d. D. Couarru. in epito. de spofali. 2. par. c. 7. §. 6. nu. 11. prope finem, & ante eos Ioan. à Garroni. in authen. eiusdem pœnis nume. 21. C. de secund. nupt. saluantes opinionem Pauli in vidua secundo nubente intra annum luctus. Neque aliquid in-

quit obstare ineptam argumentationem multorum ex verbis dict. l. vlti. C. de bo. mater. & similitum, quæ in viduitate censent representari præcedens matrimonium, procedunt siquidem in fauorabilibus ipsi coniugi non in pœnalibus, quod fatentur doctor. ipsi, vt Fein. refert in capit. ex parte colu. l. limita. 3. de foro compe. non aduertentes quàm in hoc sibi ipsis repugnent. [ Vel intelligi poterunt leges prædictæ quoad domicilium, fauores, & priuilegia, vt illa omnia perdat propter vitam suam impudicam, sicut ea amittit per trāsitum ad secundas nuptias, ne plus mulieri pro sit luxuria quàm castitas, vt in dict. authen. de restitutu. & ea quæ parit. §. vltimo. Ange. consil. 369. in prin. Boeri. dict. decisio. 338. col. antepen. in medio. [ Corroboratur hæc Alexand. sententia contra Paul. ex eo quod heredes mariti secundum receptiorem sententiam non possunt accusare viduam, vel ei repenti dotem obijcere de adulterio in vita mariti commisso, vt voluit Specula. in titu. de dote post diuortium restitutu. §. 1. versu. quid si mulier agit, quem sequuti fuerunt Bald. ad Specula. tit. de dona. inter vir. & vxor. Ioan. And. & Abb. Siculus in capi. plerūque eodem titulo, idem Bald. confi. 328. lib. 1. idem Bald. Imol. Rapha. Paul. Castr. & Alexand. in l. rei iudicatæ. §. 1. ff. soluto matrimonio, Paul. & Iaso in l. 2. §. item si voluntate eodem titu. Ioan. Faber in l. vltima. C. de adulte. Ange. de maleficijs in verbo cheme ay adulterato in. 8. quæst. Ioan. Canpe. in tracta. de dote. 2. par. quæst. 226. & sequen. Boeri. dict. decisio. 338. nume. 7. Anto. Gomez hanc dicens communem in l. 80. Tauri num. 68. Si igitur heredes mariti non possunt accusare viduam de adulterio in vita eiusdem mariti commisso, nec vxori viduæ dotem petenti id obijcere, nimirum si stuprum soluto matrimonio commissum accusare non possint, hoc argumento vitur Boeri. dict. decisio. 328. in fine. [ Hæc tamen Specula. sententia nume. præcedenti tradita, dupliciter limitatur. Primò nisi maritus ita repente deceisset adulterio commisso, vt adulterum accusare non posset, tunc nimirum poterit hæres adulteriū obijcere & retinere dotem, secundum Ioan. Andr. in additio. ad Specula. titu. de fcidis. §. ultimo & Cyn. in l. i. C. de reuocand. dona. & Ioan. Canpe. in tractat. de dote. 2. par. quæst. 228. Boeri. d. decisio. 338. numero. 8. [ Secundò limitatur, nisi maritus improbasset delictū vxoris, vel à de mo eam expulisset, vel conquestus fuerit, licet non accusauerit secundum Alexand. in l. rei iudicatæ. §. 1. ff. solu. matrimo. qui citat in hanc sententiam text. in l. 1. in fi. versu. conquestus. ff. ad Sillania. idem voluit Imol. in l. cum mulier. ff. solut. matrimo. & Ioan. Campi de dote. 2. parte. q. 228. & Bald. consil. 88. lib. 1. Hoc sublimitas procedere si hæres sit de suis, secus si extraneus vel singularis successor, quia tunc adulterium obijcere non poterit, idem voluit Augusti. Arimi. in apostillis ad Angel. de Maficijs in verbo cheme ay adulterato, Boeri. d. decis. 338. nu. 8. in fin. [ Et non solum quando stuprum commisit mulier ante vel post annum luctus non amittit dotem, verū nec cum luxuriose viuuit & meretricio more, quia cum lex ista sit correctoria, nō est existenda ad dotem, & potissimum cum non sit par vel similis ratio in dote, quæ in bonis constante matrimonio quæsitis, vt po-

te quæ legis beneficio acquiruntur coniugi, quo facilius potuit lex vxorem priuare, quàm dote, quam proprio iure sibi vendicat mulier, ita expressim adnotauit Emanuel Costa in dict. c. si pater. 1. part. in verbo legauit nu. 44. & 45. de testamen. in. 6. [ Qui & num. sequen. asseuerat minus priuari viduam stuprum committentem vel luxuriose viuentem bonis paraphernalibus, licet iuxta communem sententiā propter adulterium eis priuatur, ex sententia glo. communiter recepta in. c. plerunque in verbo dotalicium, extra de dona. int. vir. & vxor. quam communem attestatur. d. D. Couarru. de sponsalibus. 2. part. capit. 7. §. 6. numero. 2.

G L O S S. IX.

- 1 Bona constante matrimonio quæsitæ per alterum ex coniugibus communicatur vtrique, nec vt propria reputantur.
- 2 Bona constante matrimonio quæsitæ an dici possint lucrum? Bona constante matrimonio quæsitæ an absque acceptatione transmittantur ad heredes? ibi. Lucrum omne à lege delatum, præter hereditatem, transmittitur sine agnitione. ibi.
- 3 Lucris constante matrimonio quæsitis an possit hæres vxoris iam mortuæ renuuciare? Hæres ad quem transmittitur hereditas ex vi sanguinis, sinitatis, vel iuris deliberandi potest repudiare? ibidem.
- 4 Por su marido y por ella. Ex his verbis expendi potest, bona constante matrimonio quæsitæ per alterum ex coniugibus non dici verè lucrum, sed communicationem mutua. nec eis congruè applicari posse auctoritates doctorum loquentium de lucro nuptiali. Quod verè non dicitur, vbi æqualiter vtrique coniugi consulitur. Sive igitur maritus solus acquirat, sive vxor, communicatur per eorum alterum acquisitum, vtrique, quod colligitur ex Paulo Casten. in l. si pater puellæ ad fi. C. de inoffi. testamen. argu. text. in l. de fideicommissio. C. de transactio. ex Ripa in l. fœminæ nume. 43. C. de secund. nupt. ex Bertrādo in l. hac edictali nume. 32. C. eod. titu. ex Ioan. Lupo in repeti. rubri. de dona. inter vir. & vxorem. §. 50. col. vlti. & §. 67. nu. 17. versu. ex quo & versu. sed nec vera, idque docet. d. D. Couarru. in epitom. de sponsal. 2. par. c. 7. §. 1. nume. 8. ad finem Arius Pinel. in l. 1. par. 1. numer. 36. & 37. C. de bon. mater. dicam infra eod. l. sequen. [ Ex quo ibi infert Arius Pinelus, cauendum esse à Didaco Segura in repe. l. vnum ex familia. §. sed si fundum nu. 172. ff. de lega. 2. & à Didaco Castelli in l. 14. Tauri colu. 3. qui inaduerterter bona constante matrimonio quæsitæ, quæ per leges regias communicantur inter coniuges lucrum appellauerunt, ob idque vxore mortuā absque acceptatione ad heredes transmitti censuerunt, quod & voluit Ioan. Lupi in repeti. rubri. de donationib. int. virum & vxor. §. 62. nume. 31. versu. am-

plia quarto, Anto. Gomez in l. 53. Tauri nume. penultimo, rationem reddentes, quia omne lucrum à lege delatum transmittitur sine agnitione, vt notat Bald. in l. hac edictali. C. de secund. nupt. Alexand. contra Ange. in l. si vir. ff. ad l. Falcid. Socin. confi. 116. nu. 19. lib. 1. latè & vtiliter Iaso. in l. si arrogator nume. 15. ff. de adoptioni. Ex quorum dictis hoc videtur receptū, quod in omni lucro & commodo à lege delato extra nomen hereditatis, sine acceptatione transmittatur ad heredes, vt probat etiam Cassane. in consuetudinib. Burgund. rubri. 4. §. 14. ad finem, fol. 179. col. 4. & in specie authent. bona damnatorum. C. de bon. damnato. tradit Iaso. d. loco referens plures, vt referuatio quam ibi tex. tribuit descendentibus & ascendentibus in bonis damnatorum transmittatur sine agnitione Roderi. Xuares in l. quoniam in prioribus. 10. limitatio. num. 4. C. de inoffi. testamen. Mathe. Afflict. decisio. 314. tex. etiam in authen. hæres. C. de secundis nupti. vbi Alexand. ad Bal. & Iaso in d. l. si arrogator num. 15. qui tex. hoc non probat, vt rectius docet Bald. in l. generaliter. §. in his. C. de secund. nupt. Ari. Pinel. in d. l. 1. par. 1. nume. 38. C. de bon. mater. Quare numero præcedenti carperat doctores nostros, eam probantes sententiam, quia hoc lucrum legale dici non potest, sed communicatio mutua inter coniuges: quare asserit non transmitti ad heredes coniugum absque acceptatione. Sed nihilominus verior est & receptior Nostratum sententia, quod huiusmodi bona constante matrimonio quæsitæ ad heredes absque vlla acceptatione trās mittantur, & hoc iure vtimur, quia eorum dominium iam fuit translatum in vxorem ipso iure, vt probauimus supra eod. l. 2. glo. 3. numer. 7. & sequentibus, & in glo. 4. in prin. reuocabiliter tamen quia poterunt heredes renuuciare lucris, vt in l. 9. infra eod. vbi dicam. Et quia licet quoad pœnalia & odiosa lucrum non dicitur, vt dicam in l. sequen. quoad fauorabilia verò negari non potest, quin lucrum dicatur, præsertim cū hæc communicatio iure communi nō fiebat inter coniuges, vt dixi supra eod. l. 2. glo. 1. nume. 2. [ Et quamuis ad heredes vxoris transmittantur bona constante matrimonio quæsitæ, etiam si per vxorem non fuerint acceptata, hæres tamen eius poterit lucris renuuciare, vt in l. 9. infra eod. probabo. ita nuncupatim asseuerat Ioan. Lupi in repeti. rubri. de donationib. inter vir. & vxorem. §. 66. nume. 3. versu. prædicta sunt sanè intelligenda. Prout fit in omnibus casibus in quibus hereditas non adita transmittitur ad heredes, nempe, vigore sinitatis, sanguinis, & iuris deliberandi, poterit enim heres ad quem hereditas non adita transmittitur, eam repudiare, vt clare constat.

L E Y. VI.

Que suelto el matrimonio entre marido y muger, el que viuo quedare pueda disponer de la parte de los bienes multiplicados que le pertenescen, sin ser obligado a referuar propiedad a hyos.

Ley. 14. de Toro año de 1505, de Don Fernando y doña Juana.

Mandamos que el marido y la muger suelto el matrimonio, aunque caſen ſegunda o tercera vez o mas, puedan disponer libremente de los bienes multiplicados durante el primero o ſegundo, o tercero matrimonio, aunque aya auido hijos de los tales matrimonios, o de alguno dellos, durate los quales matrimonios los dichos bienes ſe multiplicaron: como de los otros ſus bienes propios, que no ouieſen ſido de ganancia: a ſin ſer obligados a reſeruar a los tales hijos propiedad, ni vſufructo de los tales bienes. b

GLOSS. I.

Lucra dicuntur bona constante matrimonio quaſita.

De ganancia. ) Ecce tex. expreſſum quod bona constante matrimonio quaſita, lucrata dicuntur quod intellige vt ſupra eo. l. precedenti glo. vlti. nu. 2, in fine, & dicam in glo. ſequen.

GLOSS. II.

- 1 Bona constante matrimonio quaſita an coniux ſecundo nubens teneatur reſeruari filijs prioris matrimonij ante legem noſtram, & nu. ſequen.
- 2 Lucrum legale an teneatur coniux ad ſecundas conuolans nuptias reſeruari filijs. i. matrimonij. ibi.
- 3 Bona constante matrimonio quaſita, non dicuntur, titulo lucratiuo obuenire, ſed oneroſo.
- 4 Lucrum a lege coniugi ſuperſtiti immediate delatum, reſeruari debet filijs prioris coniugij per coniugem ad ſecundas nuptias conuolantem.
- 5 Vidua an & quando cenſeatur ſub precedenti matrimonio eſſe?
- 6 Vidua quando gaudeat honore & dignitate viri pra mortui, & quando non?
- 7 Privilegium quando mutatur mutatione perſona. ibidem.

Sin ſer obligados a reſeruar a los tales hijos propiedad ni vſufructo de los tales bienes. ) Dubium erat ſatis controuerſum ante legem iſtam, an coniux tranſiens ad ſecunda vota teneretur reſeruari filijs prioris coniugij

medietatem bonorum constante matrimonio acquiritorum, quæ iure ſoluto matrimonio diuiduntur inter coniuges? Et videbatur, cum hoc ſit lucrum legale, illud non amittere per tranſitum ad ſecundas nuptias, nec per conſequens eſſe reſeruandum filijs prioris matrimonij, ex doctrina Bald. in l. vlti. C. de bon. mater. dicentis, quod ſi ex ſtatuto vel conſuetudine maritus mortua vxore lucretur certam partem dotis, id lucrum non amittet vxor tranſeundo ad ſecundas nuptias, quam ibi extollit Corne. & Dida. ſe gura in tracta. de bonis lucratis conſtante matrimonio nu. 86. & 87. & ibi Dida. Perez addens concordantes quia non conſequitur lucrum hoc ab vxore, nec vxor a viro, ſed legis prouidentia, idem voluit Montal. in l. 13. in fi. titu. 1. lib. 3. fori, & Dida. Caſtelli in l. 14. Tauri in glo. 1. & ibi Anto. Gomez nume. 3. & Ferdinand. Arias, pro quibus eſt text. in hac lege expreſſus vbi dicitur vxorem ſecundo nubentem non teneri reſeruari filijs prioris matrimonij bona constante primo matrimonio quaſita. Sed in hac quaſtione duas libet facere conſuſiones, quibus veritas aperiat. [ Prima conſuſio, bona acquiſita conſtante priori matrimonio, quorum medietas lege regia pertinet vxori ſoluto matrimonio, non amittuntur per tranſitum ad ſecundas nuptias, nec filijs prioris matrimonij reſeruantur per legem noſtram ſumptam ex l. 14. Tauri, atque idem erat reſpondendum ante hanc legem, non ex fundamento & ratione a Noſtratibus tradito, quia id falſum eſt, vt dicam in ſequenti conſuſione, nec quadrat noſtre quaſtioni: quoniam vbi ex lege vel conſuetudine communicantur quaſita conſtante matrimonio, dici non poteſt quod agitur de lucro, nec applicantur leges loquẽtes de lucro nuptiali, quippe quod dici non poteſt, quoties vtrique coniugi a qualiter conſulitur. Hac ſiquidem pars licet lege deferatur, propter ſocietatem deferatur coniugalem: & quia cenſentur dicta bona vtriuſque coniugis induſtria & labore acquiſita, & ſic titulo potius oneroſo quam lucratiuo deferatur. Quod in ſpecie aſſerit Ripa in l. foeminae nume. 43. & 45. C. de ſecund. nup. & Ioan. Lupi in rubric. de dona. inter virum & vxorem. §. 50. nume. 35. & in l. 14. Tauri, dicens ſe ita reſpondiſſe, antequam dicta lex conderetur. d. D. Couarru. in epitome de ſponſalibus. 2. par. c. 3. §. vltimo nu. 8. Ari. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. par. 1. nume. 37. & iterum in l. vlti. nu. 2. eod. titu. hoc etiam ſequitur Arnoldus in conſuetud. Burdegalen. §. 9. pagi. vltima Telli Fernandez in dict. l. 24. Tauri, dicens colum. penulti. ſic debere intelligi quod dixit Ferdinand. Menchaq. de ſucceſſionum creatio. §. 1. nume. 25. verſi. denique, quod de iure Romanorum coniux tranſiens ad ſecunda vota tenebatur reſeruari filijs primi matrimonij acquiſita conſtante matrimonio, loquitur enim in rebus coniugis habitis titulo lucratiuo, non tamen de acquiſitis alio titulo oneroſo. Nam ex iure Romanorum nulla acquiſitio fiebat vxori, ſed omnia erant mariti, cuiusque ſolius eſſe praſumebantur, vt in l. Quintus Mutius. ff. de donationib. inter vir. & vxor. [ Secunda conſuſio, lucrum a lege coniugi ſuperſtiti immediate delatum amittitur per tranſitum ad ſecundas nuptias, & filijs prioris matrimonij reſeruat, vt ſi ex ſtatuto maritus

ritus mortua vxore lucretur certam dotis partem, quia eius matrimonij occaſione id habuit abſque ei opera & induſtria, quæ ſententia vera eſt & recepta contra Bald. in l. vlt. C. de bon. ma. & eius adſeclas, eaque tenuit idẽ Bald. ſibi vt ſepe aſſolet contrarius in Auth. vxore & Auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. nu. 9. ſequẽs doctorem quendam, cuius nomen ignorare dixit, cui adhzrent Salic. Paul. Caſt. Roman. Socin. & plures a Ioã. Garro. citati in d. Auth. ex teſtamento, idque receptius atteſtatur nu. 83. & ſeq. dicit etiam communẽ Ripa in l. foeminae. nu. 45. & 59. q. 22. & nu. 63. q. 23. C. de ſecund. nup. idem Ioan. a Garro. in l. generaliter. nu. 55. C. eod. tit. Ioã. Lup. in rub. de dona. §. 50. nu. 35. De eius in l. 1. C. de ſecund. nup. Ioan. Nicol. Arelata. in d. l. generaliter. nu. 49. cum ſequen. Bertran. in l. hac edã ſtali. nu. 41. eod. tit. d. D. Couarru. de ſpõſal. 2. par. c. 3. §. vltim. nu. 7. Alcia. lib. 1. de verb. ſignifi. nu. 34. Deci. conſi. 451. nu. 7. Cremen. ſingul. 172. Caſſan. in conſue. Burgun. rub. 6. §. 1. num. 3. fol. 211. Paul. Caſt. & Ari. Pinel. in l. vlti. nu. 2. C. de bon. mat. quibus libet accedere. [ Ex qua conſuſione infero, quod licet verũ fit, coniuges dum ad ſecundas non tranſeunt nuptias cenſeri ſub precedenti matrimonio eſſe, vt in l. vlti. C. de bon. mat. ibi. Siue in priori matrimonio permanere voluerit, ſiue nouerã filijs ſuperinduxerit, & ibi expendant Cyn. Bart. Alberi. Bald. & ceteri interpretes teſte Pinel. ibidem. nu. 4. idem voluit Paul. nu. 4. Alex. Iaſ. & Deci. in l. cum quedam puella. ff. de iuri. omni. iudi. Tiraq. de nobili. c. 18. nu. 9. qui oẽs ex eodẽ tex. in d. l. vlti. C. de bon. mater. coligunt, viduam potiri priuilegio honoris & fori, quo potiebatur viuentẽ viro, vt in l. foeminae in fin. ff. de ſenato. melius probat. l. filij. verſ. vidua. ff. ad municip. notat Bart. in l. fi. nu. 2. C. de verb. ſignifi. Felin. in c. ex parte. col. 1. de foro compe. tex. in Auth. de nupt. §. non tamẽ permittimus, col. 4. [ Si tamen vidua ſecundo viro nubat minoris dignitatis ſeu qualitatis non gaudet priuilegio prioris viri, nec eius radijs corruſcat, vt in l. mulieres. C. de digni. lib. 12. ibi. Si autem minoris ordinis poſtea virum ſortite ſunt, priore dignitate primatæ, poſterioris mariti ſequuntur conditione. Quod & Bart. voluit in l. quoties. C. de priuileg. ſcolari. lib. 12. & in l. foeminae. & eius ſummario. C. de ſecund. nupt. Anton. Corſe. hanc atteſtationem communem, in tracta. de poteſtate regia. q. 29. nu. 50. in fine. Abb. Barba. Feli. & dd. in c. ex parte. B. de foro compe. Ioan. Garro. in rub. C. de ſecund. nupt. tit. de poenis ſecundo nubenti. 4. poena. qui plures aggregat concordatẽs, quorum opinio mihi admodum placet. Quia lucrum hoc ſeu priuilegium viduis a lege conſeſſum propter matrimonium precedentẽ, amittitur propter ſecundas nuptias. Quia ceſſat ratio quare priuilegium fuit conſeſſum, ceſſat ſi quidem matrimonium, quia ſolutum fuit morte viri, ceſſat etiam fictio iuris, quod per viduitatem fingebat durare matrimonium ad conſeruationem honoris vxoris competentis ex perſona mariti, vt in l. vltim. C. de bon. mater. quare nimirum ſi ceſſet etiam priuilegium. l. athetha. §. 2. l. geometra. & l. idem Vlpianus. ff. de excuſatio. tuto. l. Titia Seyo. §. vſuras. & ibi Bart. ff. de legat. 2. l. filius a patre. §. 1. & ibi. Imol. Alexander.

Franciſ. de Are. & Iaſo. ff. de liber. & poſthum. cum concordan. per Tiraquel. traditis in libello, qui inſcribitur, cauſa ceſſante. 1. part. numero. 203. & ſequentibus. Mutatione enim perſonæ, quæ eſt immediata cauſa priuilegij, mutatur, & perinde extinguitur priuilegium. l. Paulus. & ibi. Bart. ff. de acquirend. heredita. l. licitatio. §. vltim. ff. de publican. l. 1. C. de imponend. lucrati. deſcriptio. lib. 10. & ex illis legibus hoc expendit Bald. in rubrica. C. de vſur. quaſtio. 4. cum concordan. per eundem Tiraquel. traditis vbi ſupra. numer. 210. & ſequentibus. Quare hæc proprie non dicitur poena, & licet poena improprie dicatur, non eſt correctã iure canonico nec regio, quando quidem venit ex natura actus, & non in poenã ſecundo nubentiũ.

LEY. VII.

Que lo que el marido mandare a ſu muger no ſe entienda ſer de lo que a ella le pertenecẽ de lo multiplicado.

Ley. 16. Tauri.

Si el marido mandare alguna coſa a ſu muger al tiempo de ſu muerte, o de ſu teſtamento, no ſe le quente a en la parte que la muger ha de auer en los bienes multiplicados durante el matrimonio: mas aya la dicha mitad de bienes, y la tal manda, en lo que de derecho deuiere valer. b

GLOSS. I.

- 1 Legatum vxori a marito factum non computatur in partem, quæ eidem vxori competit ex bonis constante matrimonio quaſitis.
- 2 Dominium aut poſſeſſio rerum conſtante matrimonio quaſitarum an tranſferatur in vxorem?
- 3 Compensatio legati cum bonis constante matrimonio quaſitis quare non fiat?
- 4 Compensatio legati cum debito neceſſario quando locum habeat? Legatum a patre cũ dote filiae debita cõpensatur, ibi.
- 5 Compensatio legati cum bonis constante matrimonio quaſitis quare non fiat? & num. 7. Legatum cum debito voluntario non cõpensatur, ibidem.
- 6 Legatum cum debito voluntario, quod nulla actione exigi poteſt, cõpensatur.
- 7 Legatum vxori factum an cõpensetur cum arrhis.
- 8 Compensatio ſpeciei cum quantitate vel quantitatis cum ſpecie nullo modo fit.



*Compensationi locus est legati cum debito voluntario, quoties alia coniectura concurrunt, quarum plurimae referuntur remissimè.*

**a** *No se le quente.* Nota ex lege ista, quod legatum vxori à marito factum non computatur in partem, que eidem vxori competit ex bonis constante matrimonio quæsitis, sed cam precipuâ habeat, & in super legatû cõsequetur, quatenus à iure ei legare permittitur. [ Vi detur, legem istam nullam habere rationem dubitandi cõtra. l. quod Labeo. ff. de Carboni edicto. Nã si dominium rerum constante matrimonio acquiratarum translatum fuit in vita mariti in vxorem, prout communiter Nostrates existimât, vt probauit latius super eo. l. 2. glo. 3. nu. 2. & pluribus seq. & gl. 4. in prin. quomodo legis nostræ conditores dubitare potuerunt, an legatum vxori factum compensetur cum ea parte bonorum communium, cuius dominium & possessionem habebat vxor secûdum receptiorem sententiã? Quare Telli Fernand. in. l. 16. Tauri, vnde lex nostra sumpta fuit. nu. 16. fatetur hac lege conuinci, dominium & possessionem non fuisse translata in vxorem bonorum constantem matrimonio acquiratarum, donec soluto matrimonio ei tradantur, sed solum ei competere conditionem ex lege, vt maritus vel eius hæredes ei tradant medietatem eorum bonorum. Sed iudicio meo text. iste probat dominium bonorum communium translatum fuisse in vxorem viuo marito, atque ideo compensationi vel computationi locum non esse: sed quia vxor ipsa non possidet corporaliter bona sibi acquirit, licet eorû habeat dominium, & possessionem à iure donec realis traditio sibi fiat portionis sue, vt fructibus bonorum potiri valeat, remedia possessoria sibi competunt, vt possessionem corporalem & actualem consequatur: atque ideo quodammodo dicitur debitor maritus, vel hæredes eius ipsius vxoris, donec bona liquidentur, & ei tradantur. Merito igitur dubitabat legislator, an legatum vxori factum animo cõpensandi vel computandi cum prædictis bonis factum fuisse videretur. [ Ratio autem decidendi fuit, quia secundum legis interpretationem bona cõsentur tradita vxori, aliàs non fuisset consequuta eorum dominium & possessionem, sed quia fingitur domina & possessor eorum bonorum, vt probauit in. d. l. 2. glo. 3. nu. 2. & seq. & glo. 4. supra eo. non fit compensatio, quia quoties debitum fuit, solutum tempore testamenti, & sic cõtempore fuit tradita res debita, non fit villo modo cõpensatio secundum Angel. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor, quem sequitur Alexan. in. l. si cum dot. §. si pater nu. 6. ff. solu. matri. d. D. Couarru. in. c. officij nu. 4. de testamen. Telli Fernand. in. d. l. 16. Tauri nu. 3. [ Et si adhuc instet aliquis, nondum esse vxori res traditas, quare donec realiter tradantur, ita vt eorû fructibus potiri valeat, maritum & hæredes eius esse debitores, & debitum esse necessarium ex legis dispositione, qua in specie locus est compensationi, & legatum factum esse censetur animo compensandi, vt in. l. si cum dot. §. si pater. ff. solu. matri. vbi Bar. & docto. notât, vt in patre, quæ lex obligat inuitum dotare filium. l. si. C. de dotis promiss. l. qui liberos. ff. de ritu nupti. atque

ideo legatû à patre filie factum censetur animo compensandi cû dote reliquisse, vt in. d. §. si pater, & id expendunt Imol. in. c. officij nu. 10. & ibi. d. D. Couarru. nu. 2. vers. in secundo extra de testam. vbi hanc attestatur receptissimam esse sententiam, Matth. Afflic. de cif. Neapoli. 44. num. 9. vers. aut debitor legat, Dec. & Curt. iunior in auth. præterea vlt. notab. C. vnde vir & vxor, Telli. Fernand. in. l. 16. Tauri nu. 6. post alios eius legis interpretes, Grego. Lupi. in. l. 16. titu. 9. de legatis part. 6. in glo. vlti. post medium. Cuius ratio est, quia lex inducens obligationem aliquo inuito, eidem beneficium hoc largitur, vt legatum ab eo factum cû eo debito necessario computetur, & cõpensetur, argu. l. omnimodo, & l. quoniam nouella. C. de inoffi. testamen. vbi in legitimam filiorum portionem legata imputantur, quæ sententia communis est teste. d. D. Couarru. vbi supra, licet ei refragetur Corrafius libr. Miscellanorû. 3. c. 1. constat hoc etiam ex. d. authent. præterea. C. vnde vir & vxor, vbi legatum vxori relictum tenetur compensare, vel cõputare in parte, quã lucratur ex illi legis dispositione. Pariter ergo in specie, de qua agimus, legatum compensari debet cum huiusmodi debito ex legis dispositione proueniente, quæ vxori defert dimidiam bonorum constante matrimonio acquiratarum partem, cum hoc sit debitum necessarium à lege proueniens. [ Sed nihilominus contrarium statuitur in hac lege, quia debitum quod ab initio fuit voluntarium, non imputatur in legatû, nec legatû videtur factum animo compensandi, sed vtrumque debetur & legatum & debitum, vt in. l. creditorem. ff. de lega. 2. l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxor. actio. Quæ communis est, et recepta sententia, quam tenet doctores omnes supra nu. præcedenti citati. Et vsque adeo procedit, vt si hæres per fideicommissum grauatus Titio restituere aliquam pecuniæ quantitatem, aut rem aliquam, non censetur animo compensandi legasse, vt respondet Aymon Crauet. consil. 131. col. vltim. contra Anani. consil. 3. Nam vltimus testator non tenetur ex debito legali, sed ex voluntate primi testatoris: idem voluit. d. D. Couarru. in. c. officij nu. 2. vers. ficu. est igitur, extra de testamen. [ Hæc tamen conclusio limitatur, quoties testator cogi poterat à iudice vt debitum solueret, secus si testator ipse leganti in iudicio condemnari non poterat, licet id teneretur soluere pro exoneranda conscientia, tunc enim compensatio legati admittitur cum huiusmodi debito, sicuti Areti. probat consil. 92. col. 1. cui subscripsit Iaso & ceteri no uiores in. d. auth. præterea. C. vnde vir & vxor, & d. D. Couarru. in. d. c. officij nu. 2. vers. est igitur in fi. extra de testamen. [ At in specie legis nostræ maritus non tenetur communicare vxori bona constante matrimonio quæsitia ex causa necessaria sed voluntaria, scilicet, ex cõtractu tacite societatis, inter virum & vxorem contracte per matrimonium voluntarie inter eos contractum, & mutuam cohabitationem vt dictum est supra eod. l. 2. glo. 1. Hi autem cõtractus ab initio sunt voluntarij, & postea efficiuntur necessarij, sicut ab initio. C. de actio. & obliga. C. cum locum & quasi per totum extra de sponsali. Cùm igitur in his debitis quæ ex mera voluntate procedunt, locus non fit compensationi

fationi cum legato ab ipso debitore creditori facto, vt supra diximus num. 5. nimirum si in specie legis nostræ compensatio non fiat, ita resoluit Ioan. Lupi in. l. 16. Tauri nu. 3. [ Ex quibus ipse infero, legatum vxori factum non compensari cû arrhis à marito vxori promissis, quia debitum ab initio fuit voluntarium, nec aliqua præcessit causa necessaria. Nã maritus nõ compellitur dare arrhas vxori secundum glof. in authent. sed quæ nihil. C. de pact. conuent. & Bal. in authent. dote data. C. de dona. ante nupt. Paul. Paris. consil. 95. num. 35. & 36. lib. 2. Telli. Fernand. in. l. 16. Tauri nu. 8. Qui hac ratione tenet legatum vxori factum non cõpensari cum arrhis, idem voluit. d. D. Couarru. in. d. c. officij de testamen. nu. 4. vers. quod si arrhe promissæ, Montal. in. l. i. in principio tit. 2. de arrhis lib. 3. fori Ioan. Lupi in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 27. ad fin. contra Roderi. Xuarez contrarium tenent in. d. l. 1. in principio tit. 2. lib. 3. fori vers. sed pone quæstionem. [ In casibus autem, in quibus diximus compensationem admitti, non fiet compensatio quantitatis cum specie, nec speciei cum quantitate, ex eo quod speciei cum quantitate nulla fit cõpensatio. l. vlti. vbi gl. communiter recepta. C. de compensa. l. si cõuenerit. ff. de pigno. actio. tex. in specie optimus in. l. 2. §. mulier. ff. de dote prælega. Qua ratione hoc tenet Bar. in. l. huiusmodi. §. cum pater. ff. de lega. 1. quem Iaso sequitur in. §. in bonæ fidei nu. 67. insti. de actio. Soci. consil. 93. lib. 1. col. penul. Rode. Xuarez in. d. l. 1. tit. 2. de arrhis lib. 3. fori vers. sed pone quæstionem Bal. in. l. quoniã in prioribus. C. de inoffi. testam. ad fin. d. D. Couarru. in. dist. c. officij de testamen. num. 2. ad fin. contra Alex. Deci. & Iaso. sibi contrarium in authent. præterea C. vnde vir & vxor. [ Aduertere etiã oportet, quod licet regulariter compensationi locus non sit, quoties aliquid à testatore debetur legatario ex spontanea & voluntaria conuentione, si tamen ex coniecturis appareat animo compensandi cum debito relictum fuisse legatum, compensationi locus erit, vt Panor. respondit consil. 81. col. 2. lib. 1. Nouices in. d. auth. præterea. C. vnde vir & vxor. d. D. Couarru. in. d. c. officij de testamen. nu. 2. in fine. Aymon Sabillia. ab eo citatus consil. 149. duodecim enumerans coniecturas, aliquas refert Telli. Fernand. in. l. 16. Tauri nu. 2. 3. 4. & 5. ad quos lectorem relego.

GLOSS. II.

*Legari vsque ad quam possit quantitatem,*

**b** *En lo que de derecho deuere valer.* Stantibus liberis valebit legatum vsque ad quintam bonorum partem, vt in. l. 9. tit. 5. lib. 3. fori. l. 12. tit. 6. de meliorationibus supra hoc eodem libro. Si filij non extant, sed ascendentes duntaxat, poterit descendens disponere ad libitum de tertia bonorum suorum parte, vt in. l. 1. & ibi adnotauit in glof. 8. tit. 8. de successione supra hoc libro. His vero deficientibus valet legatum in totum, vt hic aduertit Dida. Castell. in glo. vltima.

LET VIII.

*¶ Como se ha de pagar la dote prometida por marido*

*muger durante el matrimonio, auiendo ganancias o no.*

*Ley. 53. de Toro.*

**¶** Si el marido y la muger durante el matrimonio casaren algun hijo comun, y ambos le prometieren la dote o donacion propter nuptias, que ambos la paguen de los bienes que tuuieren ganados durante el matrimonio. \* Y si no los ouiere, que basten a la paga de la dicha dote y donacion propter nuptias, que lo pague de por medio de los otros bienes, que les pertenescieron en qualquier manera. <sup>b</sup> Pero si el padre solo durante el matrimonio dota, <sup>c</sup> o haze donacion propter nuptias a algun hijo comun, y del tal matrimonio ouiere bienes de ganancia, de aquello se pague, en lo que en las ganancias cupiere: y si no las ouiere, que la tal dote o donacion propter nuptias, se pague de los bienes del marido, y no de la muger.

GLOSS. I.

*Dos à coniugibus promissa ex bonis communibus soluenda est.*

**a** *Ganados durante el matrimonio.* Si vir & vxor constante matrimonio promittunt dotem filie, vel donationem propter nuptias filio, ex bonis communibus constante matrimonio quæsitis soluenda est dos filie, vel donatio propter nuptias filio, quia debitum istud necessarium dotandi filias, vel donationem propter nuptias filio faciendi matrimonio constante contractum est, quare nimirum si ex bonis communibus coniugum solui debeat, vt in. l. 14. tit. 20. lib. 3. fori vt probauit supra eo. l. 3. glo. 7. nu. 7. & 8.

GLOSS. II.

*Dos à coniugibus promissa filia bonis communibus deficientibus, ex bonis proprijs vtriusque coniugis soluenda est.*

**b** *De los otros bienes que les pertenesce en qualquier manera.* Siue sint dotalia, siue paraphernalia. Itaque bonis communibus coniugum deficientibus, dos ab vtroque coniuge filie communi promissa soluenda est ex bonis vtriusque coniugis, tam dotalibus, quam paraphernalibus, vel alijs quibuscunque: vt hic statuitur, & dixi latius

latius supra eo. l. 3. glo. 7. nu. 7. & 8. vbi vide.

GLOSS. 111.

*Pater an teneatur hodie dotare filias de bonis proprijs?*

*Pater ex bonis communibus eius & vxoris censetur dotare filiam, licet ipse solus dotem promiserit.*

**Pero si el padre solo durante el matrimonio dota.** Licet iure communi & regio partitarum pater teneatur dotare filiam ex bonis proprijs, vt in l. fina. C. de dotis promiss. l. qui liberos. ff. de ritu nupti. l. 8. tit. 11. part. 4. Hodie autem ex bonis communibus vtriusque coniugis constante matrimonio quæsitis dos filie soluenda est, & donatio propter nuptias filio, vt hic statuitur, & diximus supra eo. l. 3. glo. 7. nu. 7. & 8. siue vterque dotem promittat, siue pater tantum, vt hic dicitur.

GLOSS. 1111.

- 1 *Pater dotem promittens filie de bonis proprijs, soluere tenetur deficientibus communibus.*
- 2 *Pater dotem soluto matrimonio promittens filie de bonis proprijs soluere tenetur deficientibus communibus.*

**Se pague del marido, y no de la muger.** Pater promittens dotem filie censetur de bonis communibus promittere, quibus deficientibus, ex bonis proprijs ipsius, non vxoris, dos erit soluenda, vt hic statuitur. [ Quid autem si dos soluto matrimonio fuit à patre promissa? Crederem ex bonis communibus viri & vxoris esse soluendam, & non ex bonis proprijs patris, nisi in defectum bonorum communium, vt voluit Grego. Lupi in l. 6. glo. 1. ad fi. tit. 10. par. 5. & d. D. Couarrub. lib. 3. resolutio. c. 19. nu. 3. ad fi. dixi latius supra eod. l. 3. glo. 7. nume. 9.

¶ Ley. 9.

*Que renunciando la muger las ganancias no pague deudas.*

¶ Ley. 60. de Toro.

**¶ Quando la muger renunciare las ganancias,** no sea obligada a pagar parte alguna de las deudas, que el marido ouiere hecho durante el matrimonio.

GLOSS. I.

**Bona constante matrimonio quæsitæ, quæ lege regia vtrique coniugi communicantur, si ab altero eorum renunciata fuerint ab initio contractus matri-**

- 1 *monij vel postea, non communicabuntur.*
- 2 *Renunciatio lucrorum fieri potest etiã constante matrimonio per alterum ex coniugibus.*  
*Renunciare an possit coniux in fauorẽ alterius coniugis hereditati, legato, vel fideicommissio sibi relicto ibi. & nu. sequen.*
- 3 *Dominium bonorum constante matrimonio acquiretorum fidei queritur coniugi & reuocabiliter.*
- 4 *Lex. 7. §. si. cum. l. seq. ff. de dona. int. vir. & vxor. explicantur.*
- 5 *Renunciare an possit vxor lucris non solum querendis, sed & iam quæsitis, & an censetur donatio inter virum & vxorem.*
- 6 *Renunciare potest quis iuri nondum perfecte quæsito in praiudicium creditorum.*  
*Renunciare potest vxor lucris in praiudicium creditorum ex statuto vel lege sibi obuenientibus, ibi.*  
*Renunciare potest debitor legatum sibi delatum in praiudicium creditorum, ibi.*  
*Renunciare non potest vxor lucris iam quæsitis in praiudicium creditorum, qui constante matrimonio debita contraxerunt ibi.*
- 7 *Renunciare potest vir lucro dotis ex statuto sibi delato in fauorem vxoris vel alterius.*
- 8 *Renunciatio lucrorum potest fieri ab vxore vel eius heredibus soluto matrimonio.*  
*Renunciatio lucrorum praxis, ibi.*
- 9 *Renunciatio lucris constante matrimonio habitis vel habendis an possit pœnitere?*  
*Declaratio voluntatis vel ambigui non potest fieri, nisi semel. ibi.*

**a Quando la muger renunciare las ganancias.** Nota, mulierem posse renunciare lucris constante matrimonio quæsitis, et si renunciauerit non tenebitur ad debita constante matrimonio contracta, nec consequetur dimidiam eorum bonorum partem à lege regia sibi delatam. Quæ renunciatio ab initio cum agitur de contrahendo matrimonio fieri potest, si ita inter eos conuenierit: valebit siquidem huiusmodi cõuentio, vt tenet Bernar. in c. 2. de dona. inter vir. & vxor. in verbo si non est aliud, idem voluit Ioan. Fab. in rub. instit. de nupti. & nuncupatim, Rode. Xuares in l. 1. tit. 3. de las ganancias lib. 3. fori limi. 1. vers. quæritur & secundo, Ioan. Lupi in repe. rubri. extra de dona. inter virum & vxor. §. 63. nu. 1. & deinceps, Anto. Gomez in l. 60. Tauri per tex. ibi, Cassane. in consue. Burgun. rubri. 4. §. 2. in verbo & acquæsta nu. 15. vers. limita. 4. Quod pactum fieri communiter solet, quoties maritus est diues & mercator fortè & vxor pauper, estq; ad id tex. optimus in c. 1. de fili. nat. ex matri. ad morgana. cõtr. in vsibus feudorũ, vbi valet pactum vel cõsuetudo, vt vxor vel eius filij de bonis mariti nihil capere possint, in cuius cõprobationẽ citari solet doctrina Bart. in l. quia poterat in fi. post Dyn. ibi. ff. ad Trebelli. de qua meminimus supra eod. l. 2. glo. 1. nu. 58. & 59. [ Extenditur

dicitur sane hæc assertio, vt procedat etiam si vxor constante matrimonio lucris renunciauerit generaliter vel specialiter dicendo se nolle partem domus emptæ à marito constante matrimonio, vel partem cõductio nis vestigalium: pactum enim super hoc factum cum marito valebit vtiq; vt in l. 221. in legibus styli, incip. otro si el marido, & l. 60. Tauri ex qua id expedit Anto. Gomez, Conuincitur vel ex eo, quod licet donatio inter virum & vxorem sit prohibita, vt in l. 1. 2. & 3. ff. de don. int. vi. & vx. l. 4. §. & 6. tit. 11. par. 4. & in l. 3. tit. 12. lib. 3. fori, valet tamen, quoties ex donatione coniux non sit pauperior, nec minuit patrimonium suum, licet propter donationem desinat fieri diuor: vt si alter eorũ in fauorẽ alterius renunciauerit hæreditati legato vel fideicommissio, vt perueniat ad alterum coniugem, qui est fortè substitutus vel coniunctus, vel ab intestato successurus, vt in l. si sponsus. §. si maritus. 2. ff. de dona. int. vir. & vx. & ibi ex eo expendant Odofred. Bar. & ceteri scribentes, cui conuenit. l. 5. tit. 11. par. 4. vbi Grego. Lupi tenet contrarium satis debilibus fundamentis in glo. vltima, tex. in l. profectitia §. si pater. ff. de iure doti. & in l. qui autem ff. de his, quæ in fraud. credi. l. cum oportet. §. si ante C. de bonis quæ liber. Vbi pater qui filio donare prohibetur, poterit tamen renunciare vsufructui bonis aduenticijs sibi competenti, & ibi notat Bal. Part. Ba. sic. & communiter docto. tex. in l. pen. ff. de cõf. l. no. [ Nec obstat si dixeris, quod dominium transiit ipso iure in vxorem bonorum constante matrimonio acquiritorum pro parte sua, atque ideo non possit patrimonium suum donare marito, iuxta notata supra eo. l. 2. glo. 3. nu. 2. & sequentibus & iterũ in glo. 4. quoniam nõ verè sed fidei acquiritur ei dominium & reuocabiliter, vt ibidẽ latius probaui. Hæc sententia ab auditoribus Rotæ recepta est in antiquis decis. 842. quæ inuenitur repetita inter decisiones à Bernardo Visqueto collectas tit. de pact. decis. 2. idem voluit Nicol. de Vbald. de successio. ab intes. 4. par. princip. in fine Cassane. in consuetud. Burgun. rub. 4. §. 2. in glo. in verbo acquæsta nu. 15. vers. limita. 3. Rod. Xuares in l. 1. tit. 3. lib. 3. fori. 1. limi. incip. quæritur & 2. col. 2. in fi. Ioannes Lupi in repe. rub. extra de donatio. in vi. & vxor. §. 47. num. 13. & §. 63. num. 1. & 2. & in l. 60. Tauri nu. 3. & sequ. Vbi hoc limitat, modo dolus absit, vt ibi late probat vsque in finem, & Did. Castelli latius ibidẽ in glo. 1. adde Paul. Castr. conf. 82. lib. 1. & cõf. 171. lib. 2. Alber. Brun. in tracta. de statutis fœminas à successione excludentibus. 10. articulo prin. 2. q. post prin Nicol. Boeri. decis. 244. nu. 2. d. D. Couarru. in epitome desponsali. 2. par. c. 7. §. 1. num. 11. [ Qui responderet ad l. 3. §. vlti. cum. l. seq. ff. de dona. int. vi. & vxor. vbi maritus nõ potest, absque vitio prohibitionis illius tuleri, iubere donaturo sibi aliquam rem, vt eam vxori donet, quia aliud, inquit, est repudiare legatũ vel hæreditatem sibi delatam, aliud iubere vt donatio ei parata & oblata vxori fiat. Hoc enim casu donationem non repudiat, sed recipit, ac demum eam vxori tanquam proprio nomine fieri iubet, ex quibus hanc tollit obiectionem. d. Dida. Couarru. cuius intellectus verus est & literè germanus, licet alij aliter intelligere conentur. [ Aliamquẽ ibi tradit conclusionem dicẽs,

alterum ex coniugibus posse matrimonio cõstante lucris constante matrimonio iam quæsitis renunciare, quemadmodum & potest quærendis, vt dixi supra nu. 3. Nec ex hoc cõferi donationem hanc inter coniuges esse prohibitam, eo quod is qui remittit lucrorum partem, lucrum vt constat, repudiat, non amittit aliquid ex bonis, quæ antea habuerat. Is autem cui donatio fit, nihil acquirit, ex quo fiat locupletior, sed tantum id agit, ne id quod laboribus forsam maximis acquisiuit pro parte ad ociosum coniugem deferatur: cui opinio ni accedo, lex si quidem nostra non distinguit, quare nimirũ si nec nos distinguere debeamus, l. de precio. ff. de publi. l. nõ distinguemus. ff. de Carbo. nec oberit quod vxori renuncianti iam erat quæsitum dominium & possessio bonorum constante matrimonio quæsiturum, vt probaui late supra eo. l. 2. glo. 3. nu. 2. & pluribus sequ. & glo. 4. Quare videbatur renunciationem iuris iam quæsitæ vxori fieri non posse: quoniam non negamus, dominium quæsitum fuisse & possessionem, sed non irrevocabiliter prout in dominio iure gentiũ quæsitum, sed reuocabiliter vt dixi supra eo. l. 2. glo. 3. nu. 17. [ Sed dubitari solet, an huiusmodi renunciatio lucrorum constante matrimonio per aliquem ex coniugibus fieri possit, etiam si repudiis creditores habeat & fieri posse contẽdit, d. D. Couarrub. in epitome de spõsal. 2. par. c. 7. §. 1. nu. 12. ex supra traditis, & quia creditores de fraude aliqua conueneri non possunt, cum renuncians nihil ex proprijs bonis sibi perfecte quæsitis dimittat, nec ex eius renunciatione alter coniux quidquam consequatur: sed id tantum habet effectus renunciatio, ne renuncians acquirat referatque id Decium respondisse conf. 260. dicentem, virum posse omittere lucrum dotis à lege municipali delatum, licet habeat creditores: quod probat tex. optimus in l. qui autem in princ. ff. de his, quæ in fraud. credi. vbi Bart. adnotauit, probat itaque tex. ille legatarium creditores habere posse repudiare legatum, cuius dies iam cõserat, quem tex. egregie explicant Ang. & Iaso, in §. item si quis in fraudem nu. 121. insti. de actio. & insigniter exponit Carol. Moli. in consue. Parisi. tit. 1. §. 1. glo. 3. q. 1. cum concordantijs per Benuenutum de Stracha traditis in tracta. de decõctoribus. 3. par. nu. 37. Sed iudicio meo, doctrina hæc in bonis iam quæsitis locum habere non potest, sed in quærendis, maxime si debita erant constante matrimonio contracta, quoniam hæc sunt deducenda ex lucris iam quæsitis, vt in l. 14. tit. 20. lib. 3. fori. & l. styli. 205. tradit late Ioan. Lupi in repe. rub. de don. int. vi. & vxor. §. 66. itaque siue bona quæsitæ constante matrimonio sint apud virum, siue apud vxorem, debita matrimonio constante contracta ab altero coniugum lucris renunciante, soluenda sunt ex bonis communibus, licet ea possideat coniux, qui ea debita non contraxit. [ Sed & statim statuto, quod vxore premortua vir lucratur dotem, poterit maritus hinc lucro renunciare, vt vxori concedat, vel alteri cui cunque, vt signanter respondit Soci. conf. 189. quem refert & sequitur Ioan. Lupi. in d. rub. de dona. §. 47. num. 13. in fi. quos vide. [ Extendit secundo conclusio nem num. 1. traditam vt procedat etiam si soluto matrimonio vxor vel hæres eius se abstinere velit à lucris constante matrimonio habitis, poterit siquidem,

nec ea in specie consequetur partem lucrorum, nec ad debita tenebitur constante matrimonio contracta, vt in hac. l. notant Anto. Gomez & ceteri interpretes in. l. 60. Tauri, Ioan. Lupi in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 63. u. 2. & §. 66. nu. 3, vbi docet praxim dicēs, ius acceptandi vel repudiandi, durat. 30. annis, vt in. l. l. cet & l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. quare oportere ait, quod moneatur vxor, vel eius heredes an acceptare, vel repudiare velint lucra constante matrimonio habita, quod facere tenebitur vxor ipsa intra centum dies à iudice prefigendos, qui poterit tempus hoc minuere, vt in casu simili docet iurifconsultus in l. 2. ff. de iure delibe. & l. j. si intra. ff. de success. edi. §. liberis insti. de bon. posse. l. quandiu institutus, & ibi Bar. ff. de acq. heredi. l. sicut curatoris. ff. de iure delibe. l. si quis instituat. ff. de hered. institu. Si accepta uerit lucra, tenebitur ad debita, vt in. l. styli. 205. communi praxi recepta, sin autem repudauerit, immunis erit à debitis constante matrimonio contractis, vt hic statuitur. [ Post acceptationem autem vel repudiationem ab ea factam non poterit poenitere, vt in. l. sicut. C. de repudian. hered. declaratio siquidem voluntatis vel ambigui alicuius non potest fieri, nisi semel, glo. singula. in. l. quidquid astringendę in verbo secundū promissorem ad medium. ff. de verbo. obligat. quam ibi sequuntur & commendant Bart. Angel. Cuma. Imol. Paul. Castren. Alexan. Fran. de Aret. & Ias. idē Bar. Ange. & Imol. in. l. inter stipulantem. §. 1. in fi. ff. de verbo. obliga. Bal. in. l. de die ad finem. ff. qui satisfidare cogantur, & in. l. fina. C. de codicill. ibique Alex. & Iaso Petr. de Ancharra. in. c. si compromissarius de electio. in. 6. Mathesila. notabi. 172. Franc. Curtius Senior consi. 27. dubio. 4. Iaso in. l. ex pluribus post medium. ff. de verborum obligatio. & in. l. edita colum. 4. versi. sic in simili. C. de eden. Lamphran. in repe. cap. quoniam contra falsam in verbo interlocutiones, col. 6. de probatio. Anto. Corset. in singula. in verbo sententia interlocutoria cum concordant. à Tiraque. congestis in repe. l. boues. §. hoc sermone in regula nu. 40. & sequen. ff. de verbo. signi.

GLOSS. II.

- 1 Vxor quando teneatur ad debita constante matrimonio contracta, vel non remissive.
- 2 Fructus bonorum vxoris renunciantis lucris non communicantur, sicut nec fructus bonorum mariti.
- 3 Dos à patre promissa filia ex bonis proprijs, non ex fructibus bonorū vxoris lucris renunciantis solui debet.

b No sea obligada a pagar parte alguna de las deudas. Quando vxor teneatur ad debita vel non constante matrimonio contracta, dixi latē supra cod. l. 3. glo. 7. per totam glossam, & quando deficient bona communia, an ex proprijs bonis soluere teneantur, ad ibi dicta vos telego. [ Hoc tamen scire oportet quemadmodum fructus bonorum mariti non cedūt lucro vxoris renunciantis lueris constante matrimonio questis, vt hic statuitur, ita & fructus bonorū vxoris renunciantis non erunt communes, sed ipsi vxori adquirentur, nam si ex vi tacite societatis inter coniuges contractę

communicabantur, vt in. l. 3. & 4. supra eo. resoluta societate vel non cōtracta ab initio propter renūciationem vxoris non communicabuntur, cessat enim effectus societatis, causa cessante arg. eius quod scribit Specu. in ti. de iudice delegato. §. superest ver. quid si sit socius, sequitur Alberi. in. l. cui eorum. §. affinitates in fi. ff. de postul. & in. l. affinitatis. C. commu. de successio. & Hypoli. Marfi. in. l. etiam si redhibitus num. 14. ff. de questio. Tira. causa cessante. r. par. num. 219. Ex quo inferitur, lucris ab vxore renunciatis, dotem filie à patre promissam solui debere ex bonis patris iuxta decisionem tex. in. l. fi. C. de dotis promi. & l. 8. tit. 11. par. 4. non ex fructibus bonorum vxoris renunciantis, quia non communicantur propter renūciationē, & hoc casu limitatur decisio. l. 8. supra eo. quæ si recte appendatur, hoc idem ipsa probat, dum ait bonis communibus deficientibus patrem dotem filie communē promittentem ex bonis proprijs soluere debere.

LEY. X.

Que por el delito del marido o de la muger no pierda los bienes multiplicados hasta la sentencia o execucion de ella el que no ouie re delinquido.

Lev. 7; 7. de Toro.

¶ Por el delito que el marido o la muger cometiere, aunque sea de heregia. O de otra qualquier qualidad, no pierda el vno por el delito del otro sus bienes, ni la mitad de las ganancias auidas durante el matrimonio. Y mandamos que sean auidos por bienes de ganancia todo lo multiplicado durante el matrimonio, hasta que por el tal delito los bienes de qualquier dellos sean declarados por sentencia. Aunque el delito sea de tal qualidad que imponga la pena ipso iure. d

GLOSS. I.

- 1 Hæretici bonorum confiscatio non debet esse alteri damosa, si creditores sint.
- 2 Vxoris bona non confiscantur propter hæresim mariti, nisi sciens hæreticum cum eo contraxerit.
- 3 Bona constante matrimonio quesita non confiscantur nisi pro parte eius, qui crimē hæresis commisit, nō pro parte coniugis infantis, quippe qui dominus erit eorū.

a Aunque sea de heregia. Confiscatio bonorum hæretici non debet alijs esse damosa, sed ius suum omnibus reddendum est, quia pena vnus alteri nocere non debet. l. sancimus. C. de poen. quo fit, vt creditores hæretici, qui ante crimē commissū creditores erāt ad exigenda à

fisco v. re sibi debita admittantur. l. 2. & ibi glo. ff. de alimen. & cibar. lega. l. i. cum ibi citatis. C. poen. fiscal. credi. præf. l. 10. ti. 2. par. 3. l. 16. ti. 7. par. 6. Iacob. Septimacen. de institu. Catholi. c. 9. num. 9. [ Vbi num. seq. infert, dotem vxoris Catholicæ propter hæresim viri non publicari, nisi sciens illum hæreticum contraxerit matrimonium, c. decreuit de hæc. lib. 6. cum concor. ab ipso citatis, idemque in arrhis. l. 8. tit. 10. par. 7. Ioā. Lupi in rub. de dona. §. 66. num. 23. [ Et licet in bonis constante matrimonio questis erat ante hanc legem magna dubitatio, vt constat ex traditis per Ioan. Lupi in repe. rub. de don. §. 66. & latius per. dic. D. Segui in tracta. de bonis lucrat. const. ma. hæc lex facta fuit in curijs Taurinis à Rege Ferdinando catholico cog. nominato & Regina. d. Ioanna. anno salutis. 1505. vt nemo deinceps dubitare possit bona quesita constantem matrimonio inter coniuges vsque ad sententiā declaratoriam criminis hæresis, vel alterius, quo bona coniugis delinquentis ipso iure confiscantur, esse propria quoad dominium & possessionem vtriusque coniugis pro dimidia, atque ideo partem eius coniugis qui crimē non commisit non confiscari, sed ei reddendā esse, vt in hac lege statuitur, quam ita intelligit Iacob. Septimacen. d. capit. 9. numero. n. cuius opinio recepta est, licet contrarium velit Telli. Fernandez in. l. 16. Tauri numero. 11. vsque in finem: vbi probare conatur dominium bonorum ab aliquo ex coniugibus constantem matrimonio questorum non transferri ipso iure in coniugem, qui non acquisiuit, cui Nostrates cōmuniter aduersantur vt dixi supra eo. l. 2. glo. 3. numero 2. & pluribus seq. & glo. 4.

GLOSS. II.

- 1 Confiscatis bonis mariti nō censetur publicata medietas bonorum constante matrimonio acquiritorū vxori competens.
- 2 Dominium partis vxori competens in bonis constante matrimonio questis transit in vxorem, ibidem.
- 3 Alienare non potest delinquendo administrator cum liberā, nec per dolum.
- 4 Mandatum habens generale cum libera non potest dolo alienare, ibidem.

b Ni la mitad de las ganancias auidas durante el matrimonio. Nota quod confiscatis bonis mariti propter crimē aliquod ab eo commissum, non confiscatur medietas bonorū constante matrimonio questorū vxori competēs, sed fiscus tanquā hæres tenebitur coniugi superstiti dimidiam lucrorū partem cōmunicare, & tradere arg. l. 2. C. ad. l. Iuli. de vi. & l. si marito. ff. solu. matr. vxor si quidē non tenetur ex delicto viri, nec vir ex delicto vxoris. l. 2. C. ne vxor pro mari. l. res vxoris. C. de do. na. int. vi. & vxor. l. si quis posthac. C. de bon. prescrip. to. nec socius pro socio. l. si fratres. §. vlt. ff. pro socio. l. adeo in fi. eo. ti. cum alijs similibus à Didaco Castell. & Ioan. Lupi & alijs interpretibus. l. 77. Tauri à quo ista lex deducta fuit, traditis, & tū potissimū cum dominium in vxorē pro dimidia ipso iure transferit, vt ibi notant Ant. Go. nu. 2. & in. l. 50. nu. 76. in eiusdem cōstitutionibus, & latius probaui supra eo. l. 2. gl. 3. nu.

2. & seq. & glo. 4. [ Nam licet maritus possit bona cōstante matrimonio quesita alienare sine vxoris cōsensu vt in. l. 5. & ibi dixi in glo. 6. supra eo. & alienata cōsentur, quæ ex delicto amittuntur, in administratorib⁹ aut, licet habeat liberā alienandi facultatē, nō poterūt delinquēdo alienare bona eius, cuius administrationē gerunt, vt in. d. l. 3. C. de bon. proscripto. & ibi notat Bal. & docto. Iaso in. §. actiones nu. 62. insti. de actio. Et q̄a in generali mādato cū liberā administrationē, non censetur concessa doloſæ alienationis facultas, vt in. l. creditor. §. Lutus. ff. mādā. & ibi notat Bar. Paul. & cōmuniter docto. Iaso. in. l. qui Romę. §. duo fratres nu. 75. ff. de verb. obl. An. Go. in. l. 77. Tau. nu. 4. & 5.

GLOSS. III.

- 1 Confiscatur bona committētis crimē lese maiestatis à tēpore commissi criminis, et quid operetur sententia, et nu. seq.
- 2 Bona quesita à marito hæretico ante sententiam qua re communicantur vxori?
- 3 Declarados por sententia, A die commissi criminis lese maiestatis diuine vel humane cōsentur bona delinquentis confiscata. c. cū secundū de hereti. in. 6. nō tamē prius ad dicuntur fisco, quā per iudicē ecclesiasticū proferatur sententia super eo crimine, vt ibi statuitur. Ex quo alienatio ei prohibetur à tēpore commissi criminis, & si alienauerit, bona alienata possunt a fisco vēdicari. l. vlti. C. ad. l. Iul. maiest. l. 4. tit. 2. par. 7. Bar. & docto. in. l. post cōtractū. ff. de dona. Tiraq. in. l. si vniquā verbo reuertatur nu. 267. C. de reuo. don. Iaco. Septim. de institu. Catholi. c. 9. nu. 21. cū sequentibus, vbi limitat, vt ibi per eū. [ Antefententiā tamē nō peccat hæreticus nō deferēdo bona fisco, vt late probat idē Iaco. Septim. d. c. 9. nu. 27. & plurib⁹ seq. & Dom. à Sot. li. 1. de iust. & iur. q. 6. articu. 6. d. D. Couar. de sponsali. par. 2. c. 6, §. 8. nu. 10. & seq. cōtra Alfon. à Castro. li. 2. de lege poenali. c. 5. & quia durat societas vsque ad sententiā, ideo bona quesita vsque ad eā inter coniuges cōmunicantur quia donec ad notitiā vxoris perueniat esse solutū matrimonium morte viri, hæres viri tenebitur cōmunicare eo tēpore quesita cū vxore defuncti, vt probaui latius supra eo. l. 2. gl. 1. nu. 44. sic & in specie nostra nō finitur societas, donec veniat in vxoris notitiā esse maritū hæreticū, & sic esse solutū matrimonium & societate.

GLOSS. IIII.

- 1 Sententia declaratoria opus est in poenis impositis ipso iure.
- 2 Poena ipso iure imposita an debeatur in foro cōscientiæ.
- 3 Que imponga la pena ipso iure. Nota in poenis ipso iure impositis necessariam esse sententiam declaratoriam, ad idem est tex. in cap. cum secundum leges de heret. in. 6. ex quo id notant omnes interpretes, quod explicat optime Iacob. Septima. de institu. Catholi. c. 9. nu. mer. 30. & seq. vbi ad poenam ideo non teneri in foro conscientie, nisi per sententiam declararetur, ibi optime probat, dixi in glo. præcedenti numero. 2. addens concordant.



LEY. II.

¶ Que la muger casada por su delicto pueda perder ganancias y bienes dotales.

¶ Ley. 78. de Toro.

¶ La muger durate el matrimonio, por delicto, pueda perder en parte o en todo sus bienes dotales, o de ganancia, o de otra qualquier qualidad q̄ sean.<sup>d</sup>

GLOSS. I.

- 1 Dotem amittit vxor propter delictum, & quid iure communi.
  - 2 Dos an possit in parte vel in totum amitti propter quā cunque condemnationē ex delicto vxori factam licet dos non confiscetur.
  - 3 Dos propter delictum soluto matrimonio commissum amitti potest.
  - 4 Dos an confiscari valeat quoad fructus, ex quibus maritus tenetur alere vxorem, & sustinere onera matrimonij propter delictum vxoris.
- Dos alienari potest in prauidicium mariti ob causam necessariam, ibidem.

- a Por delicto. Vxor iure communi propter delictū ab ea commissum non amittebat dotē, nec confiscabatur praeterquā in quinque casibus, nempe, ob crimē lese maiestatis, violentie, paricidij, veneficij, & homicidij, vt in l. quinque legibus. ff. de bon. damnato, & ibi notat docto. & a fortiori propter delictū hāereticis, vt in c. de creui de hereti. in. 6. Sed hoc lege nostra immutatur, potest siquidē iure nostro regio dos confiscari in totū & in partē in casibus, in quibus habet locū confiscatio, si cut quelibet alia bona, ita notat Did. Castelli, Ioan. Lupi, & Anto. Gom. in. l. 78. Tauri in prin. vnde lex nostra sumpta fuit. [ Sed licet ipsi nō dicant, pro quacunque condēnatione pecuniaria cōtra vxorem pro crimine ab ea patrato facta poterit executio poenē fieri in bonis dotalibus ipsius, quod praeserunt verba legis nostrae, ibi, por delicto pueda perder en parte o en todo & c. non facit tex. de confiscatione mentionem, sed dicit, quod ex quocunque crimine amittere poterit bona in totū, vel pro parte, ergo necessario se refert ad quācunque condēnationē cōtra vxorē factā. [ Secūdo extēde hanc conclusionē legis nostrae, vt procedat etiā si soluto matrimonio crimē committat, confiscari enim poterit dos vel actio ei cōpetēs ad dotē, quae non dū erat ab heredibus mariti restituta, vt in. l. si constāte. §. si. ff. solu. matr. & ibi notat Bar. Bal. Pal. Imol. Cuma. & ceteri docto. [ Tertio extēde legem nostram, vt procedat etiā si vxor nō commisit delictū, propter quod mereatur poenā mortis, sed aliā mitiorē, nā confiscabitur etiā dos nō solū quoad eius proprietatē, sed etiā quoad fructus rerū dotaliū marito pertinetes pro oneribus matrimonij iuxta. l. pro oneribus. C. de iure

doti. & l. dotis fructus. ff. eo. quia est alienatio necessaria, quare fieri potest in prauidicium mariti arg. tex. in l. alienationes. ff. fami. erciscū. hāc questionē discussit Ioan. Lu. in rep. rub. de don. int. vi. & vx. §. 66. nu. 23. ad si. versi. pari ratione, cāque indecisam reliquit, sed Ant. Go. in. l. 78. Tau. tenuit verā esse extētionē nu. 6. & ibi Ioā. Lu. nu. 2. citās Bar. & doct. hoc tenētes in. l. quinque legibus. ff. de bon. dāna. Anchar. & alios in. c. de creuit de hereti. in. 6. Albe. 3. par. statutorū. q. 4. §. & 6. idē voluit Did. Caste. in. d. l. 78. in si. quibus accedo. limita vt in glo. seq.

GLOSS. II.

- 1 Dos non confiscatur ex delicto vxoris, quoties ex pacto vel statuto vir lucratur eam, vel partē eius, sed cōstante matrimonio bonis dotalibus potietur fiscus.
- 2 Dos nō confiscatur ex delicto vxoris, quoties ex pacto ea debet restitui dotanti soluto matrimonio, sed eo cōstante bonis dotalibus potietur fiscus.

b Pueda perder en parte o en todo sus bienes dotales. Nota ex lege ista, quod dixi in glo. praecedenti nu. 2. Limitata mē & restringe huius legis decisionē dupliciter. Primo nisi ex pacto vel statuto vir lucratur dotē vel partem dotis, tūc siquidē delictū vxoris vel eius bonorū confiscatio nō noceret marito, sed ei dos salua maneret: & fiscus soluto matrimonio eā restituere tenebitur marito, vt probat tex. in. d. l. quinque legibus. ff. de bon. dān. iūta. l. seq. & ibi docto. notat Did. Cast. Cifont. Ioan. Lu. & Ant. Gom. nu. 3. in. d. l. 78. Tau. Sed durate matrimonio eā habebit fiscus, sicut & in bonis restitutioni subiectis disponit iurisconsultus in. l. Statius. Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci, soluto autē matrimonio tenebitur fiscus bona dotalia, vel partē eorū, quā ex pacto vel statuto lucratur maritus, ei vel eius heredibus restituere, vt dixi. [ Secūdo limita legē nostram procedere, quoties bona dotalia sunt propria vxoris delinquentis, vel fuerūt patris vel alterius cuiuscūque qui nō fuerunt stipulati vt sibi redderētur, soluto matrimonio. Secus tamē erit si stipulati fuerint dotē sibi reddi soluto matrimonio, tunc siquidē licet vxor delinquat, ita vt ex eo crimine veniāt bona confiscanda, non tamē confiscabitur dos patri, vel extraneo debita ex suo contractu, erūt enim ea bona restituenda ipsi soluto matrimonio iuxta pactiōnem, & contractum tex. est singularis, & vnicus in. l. si dotē. C. de iure doti. quem ad hoc expendunt Odofred. Pet. Cyn. Iaco. Butra. Bar. Bal. Alberi. Faber Ange. Sali. & docto. cōmuniter teste Ant. Gom. in. d. l. 78. Tau. in si. qui huic opioni accedit post alios cuius legis interpretes.

GLOSS. III.

- 1 Bona cōstante matrimonio quae sita confiscantur delicto vxoris pro parte sibi cōpetenti, & a fisco exiguntur, antequam solvatur matrimonium.
- 2 Dominium bonorum cōstante matrimonio quae sita vxori queritur ante solutum matrimonium, quod ex hac. l. expenditur.
- c O de ganancia. Nota ex lege ista, quod bona cōstante matrimonio quae sita confiscantur ex delicto vxoris

ris, licet ex delicto viri non confiscetur portio vxori pertinetis vt in. l. praecedenti, quod intellige, etiam si ex tali delicto non solvatur matrimonium, adhuc enim talia bona abdicantur a marito, & fisco applicata reddentur. [ Ex quo clare deducitur, dominium translatum fuisse in vxorem ante solutum matrimonium: nam si actio ei competeret, non posset fiscus eam exercere ante quam dies actionis cederet, spectaret utique tempus, quo matrimonium dissolueretur, vt in. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci, quia igitur statim lata sententia bona cōstante matrimonio quaesita recuperat fiscus, vt hic dicitur, consequitur, dominium eorum ante solutum matrimonium vxori fuisse quaesitum.

GLOSS. IIII.

Vxor bonorum genera quatuor.

d De otra qualquier calidat que sean. Vxor potest bona

triplicis generis possidere & habere, dotalia, & paraphernalia, & bona propria quorum non habeat maritus administrationem, vt probat Anto. Gom. in. l. 50. Tauri nu. 20. versi. itē adde, vide eum. Cui adde aliud bonorū genus, scilicet, acquiritorū cōstante matrimonio, nam & fructus bonorum quorūcunque sunt communes vtriusque; cōiugis, vt in. l. 3. & 4. supra eo. vbi latē diximus. Sed quia hęc alibi oportunius declarauimus de his haecenus.

¶ En los casos que casando segunda vez: la muger es obligada a reseruar a los hijos del primer matrimonio, la propiedad de lo que ouiere del primer marido, en los mismos lo sea el marido casando segunda vez. ley. 4. tit. 1. deste libro. Vbi latē dixi ad materiam hanc concernentia in. l. 3. eiusdem tituli glo. 2.

¶ En los edificios hechos en bienes de mayorazgo, no tienen las mugeres mitad de ganancias. l. 6. tit. 7. deste libro vbi dixi.

# TITULO DE CIMO DE LAS donaciones y mercedes q̄ los Reyes han hecho e hizieren, e otras personas.

LEY. I.

¶ Que no se pueda enagenar donar señorio de villa ni lugar ni jurisdicción civil ni criminal a ningún extranjero del Reyno por el Rey ni otro natural del Reyno, pero a natural del Reyno si. Y quando las palabras de los privilegios de las mercedes de la jurisdicción criminal, y otras cosas en ellos cōtenidas estā dudosas, como se ha de entender.

¶ Ley. 2. tit. 9. lib. 5. ordina.

¶ Don Alfo XI. en Alcalá era. 1386. tit. 27. ley. 3. Despues desta ley son la ley. 3. deste titulo y la ley. 1. tit. 15. lib. 4.

¶ Pertenece a los Reyes hazer gracia y mercedes a sus naturales y vasallos por q̄ sean ricos y honrrados, y el estado d̄ los Reyes por ellos mas acrescentado. Y por esto hizieron donaciones a los suso dichos, y a yglesias y ordenes d̄ su señorio de ciudades, villas y lugares, y otras heredades, y d̄ la justicia criminal y jurisdicción civil. Y por q̄ se han ofrescido dudas sobre la validación d̄ las tales donaciones y mercedes q̄ ansí se

há hecho y hazē d̄ lo suso dicho: declarāmos q̄ si las tales cosas fuerō y fuerē dadas, donadas, o enagenadas por nos, o por los Reyes, q̄ despues de nos vinieren a otro Rey o Reyno, o a personas d̄ otro Reyno, q̄ no sean naturales, o moradores en estos Reynos, por q̄ d̄ se les hazer o auer hecho redundā en dimiñucion dellos, que las tales sean ningunas y de ningun valor y effecto: y que si de hecho fueren hechas, que nos, ni los Reyes despues de nos, ni sus herederos, ni el Reyno sean obligados a las guardar ni cūplir. Y si algun natural nuestro, teniendo alguna cosa de las suso dichas, hiziere donacion o enagenacion de alguna dellas en alguno, no natural de nuestros Reynos, que pierda lo que así donare o enagenare, y quede en aluedrio del Rey, de le dar pena por lo auer hecho, la que le pareciere. Pero si las tales donaciones, que se ouieren hecho, y hizieren por nos

o nuestros sucesores de aqui adelante dando expresamente las cosas suso dichas, o alguna dellas a nuestros naturales, ricos homes, e hijos dalgo, y vasallos de nuestros reynos, o a monesterios, y ordenes de nuestro reyno, no siendo hechas en tiempo de tutoria de los Reyes, que sean validas y les sean guardadas para siempre en todo lo en ellas cerca de lo suso dicho contenido: con tanto que quede para nos, y los Reyes, que despues de nos reynaren en los pueblos que asy fueren donados, y concedida la jurisdiccion criminal y ciuil, la jurisdiccion suprema para hazer justicia en appellacion o agrauio, o en otra qualquier manera donde los tales señores la menguaren. Y que asy mesmo que los señores de los tales pueblos sean tenudos de hazer guerra, y paz por nuestro mandado, y de los Reyes, que despues de nos succedierē, y dexar andar en los tales pueblos nuestra moneda, y no puedan mandar hazer otra, ni vñen en ellos de las otras cosas, que solo pertenescen a los Reyes por el señorio real: y aunque les sean concedidas por carta o priuilegio alguna dellas, que no las puedan auer ni ayar ni vñen dellas, ni valga el priuilegio o carta que sobre ello sediere. Pero si en los priuilegios y mercedes que ansi se ouieren hecho, o hizieren a nuestros subditos y naturales de villas o lugares, no se dixere expresamente que se le sda en ellos la justicia, sino q les dona, y da, y enagena la villa y lugar, con q referua para si en ella el Rey la justicia, si el señor en la tal villa o lugar la menguare, o dixere q la da o dona, con q no entre en el lugar merino, ni alcalde, ni sayo, ni official, porq de las tales palabras, y de cada vna dellas parece q resulta la intēció del Rey q auer sido

de donar, dar, o enagenar la iusticia, te nemos por biē q aquel aquiē fue dada o donada la tal villa o lugar con las dichas palabras o cada vna dellas aya la dicha iusticia, si vso della. Y si por el dicho priuilegio y merced no se dixeren las dichas palabras o alguna dñlas, pero dixere otras, cōuiene a fauer, q le da y dona y enagena la villa o lugar enteramente, no reteniedo para si ninguna cosa: o q lo da cō todo poderio de señorio o cō todo el señorio real, como al señorio real ptenesce. Queremos y mádamos q aya por ella la iusticia, si despues del tal priuilegio o merced vso dñlla cōtinuadamēte por tiēpo d quarēta años: no siēdo en el dicho tiēpo hecha interrupcion ciuil o natural por nos, o por otro en nro nōbre. Y si en los tales priuilegios cartas y mercedes no fueren puestas las dichas palabras, sino otras q le da y dona la tal villa o lugar con todos sus derechos, q en el y en sus terminos el Rey ha y deue auer en qualquier manera: entiēdase q no le da justicia por las dichas palabras, saluo solamēte las rentas y derechos de la heredad, y calumnias, y las haredades que el Rey ouiere en la tal villa o lugar.

GLOSS. I.

- 1 Liberalitas & clemētia potētissima dos est in principe.
- 2 Liberalitas & munificētia propria et peculiaris est nobilium.  
Donare proprium est nobilium, ibidem.
- 3 Donare an possit filius habens liberam peculij administrationem?  
Lex filiusfam. ff. de dona. explicatur, ibidem.
- 4 Liberalitas principum circa sibi subditos exercēda est, non in exteros.  
Remunerandi sunt subditi fideles, qui bene seruiērunt principi & fideliter ibidem.
- 5 Filij eorū, qui principi fideliter seruiērunt remunerandi sunt.
- 6 Exteris quare a principibus donari non debeat.

a Pertenesce a los Reyes hazer grās y mercedes a sus naturales y vasallos. Potētissima dos in principe liberalitas & clemētia

Clemētia, que sententia scripta inuenta fuit Romē in quodam marmore, vt refert Bartholom. Barlianus in photographia vrbis Romę lib. 4. Cicero etiam in oratione pro Deiorato rege, inter laudes regias, has commemorat, nempe largum esse, beneficium, & liberale, vt Ioan. And. Domini, & Recentiores referunt in c. grandis de supplen. negli. praela. li. 6. oportet enim principem ab omnibus amari, at liberales homines, maxime omnium ferē studioforum amantur, profunt enim omnibus, vt ait Plauto. Ethicorum ad Nicomacum capit. titolu. 2. in principio. est que ad id tex. optimus id. l. 8. tit. 4. pat. aductonius Eusebius Gronographus & Eutropius prodiderūt Titum Imperatorem recordatum super coenam, quod nihil in ipam toto illo die largitus fuisset, memorabilem illam, mentique reponēdam vocem edidit, hunc diem perdidit, quod retulit Oldra. cons. 4. in fi. & Tiraq. lib. de nobilitate. cap. 37. num. 40. [ Vbi & numero 34. cum pluribus seq. probare nititur, nobilitatis propriam esse ac peculiarem liberalitatem & munificentiam per tex. litteris aureis, aut si quid, vt ipse ait, auro est preciosius, scribendum in cap. de dona. cuius hęc sunt verba. *Hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, vt debere se quod spote tribuit, existimet, & nisi beneficijs creuerit, nihil se prestuisse putet.* Et ibi Panorm. & Collegane. expendant, proprium esse nobiliū donare, cap. grandi de supplen. negli. praela. lib. 6. vbi de regibus loquentes hoc ipsum adnotarunt Innocen. Ioan. Monach. Archi. & Ioan. And. de quo latē tractauimus in stylo cancellarię titu. 1. preēminentia. 25. glo. 8. [ Est que omnium optimus tex. in. l. filiusfam. versic. non nunquam. ff. de dona. vbi pater nobilis concedens filio liberam peculij administrationem, videtur illi permittere & donare, licet aliās donare non posset: que tex. valde doct. notant in. d. cap. grandi, & Roma. fin. gul. 646. & Iso. in. l. contra iuris. §. si filius colum. i. ff. de pact. Tiraq. multa in eo proposito congerens in. d. cap. 37. num. 35. 36. & seq. cuius genuinum intellectum tradit optimē Pinellus in. l. 1. 3. par. nu. 56. & sequent. 4 C. de bon. mater. quem omnino vide. [ Nota ex lege ista, liberalitatem huiusmodi esse exercendam circa sibi subditos. Nam licet subditi fidelitatem principi suo debeant, similiter & patrię, si tamen pro honore principis, vel defensione patrię pericula subierint, fortem que & fidelem operam prestiterint, digni quidem erūt remuneracione, vt eleganter pronunciat Imperator in l. vlt. C. de prepof. agenti. & in. l. 1. C. de priuileg. eorū qui in sacro pala. milit. lib. 12. & l. cum nauarchorum C. de nauiculā. seu nauclerij lib. 11. quod obseruabat antiqua Romani Senatus prudentia, omnisque respublica bene instituta; qualis est excellentissimus Venetorum principatus: vt refert Ari. Pinellus in. l. 1. 3. par. num. 62. illatio. 14. C. de bon. mater. Nam qui diu seruiērunt principi vsque ad senectutem, in ea egere non debēt arg. l. Lutius, in verbo veteranis in premiū assigna. ff. de cuiectio. Alcia. in regula. 3. presum. cap. 19. in fi. conuocit tex. in. l. vlti. ad medium. C. de offi. prefe. preto. A ffr. cum alijs a me collectis in dialogo relato ris. 2. part. cap. 69. [ Quinimo & filij eorū, qui bene principi seruiērunt remunerandi sunt, vt in. l. 1. & 2.

6 C. de fili. official. qui in bello moriunt, lib. 12. & in. l. 10. tit. 4. de vasallis infra lib. 3. sumpta ex. l. 20. in fi. tit. 3. lib. 4. ordina. vbi Dida. Perez id Hispanię seruari attestatur, & Grego. Lupi summē notat in. l. 1. in verbo bo, sino el hijo mayor, colum. vlt. versic. tene etiam mēti titu. 15. par. 2. quod tu nota ad intellectum & confirmationem, l. 41. in legibus Indiarum, vbi hoc idem in his regnis fieri debere iustissimē statuitur. Sed vereor ne a Proregibus & moderatoribus, suorū potius querentibus commodum, constitutio iustissima violetur, quod forsitan causa hactenus fuit rebellionū totque bellorum ciuiliū regni huius. [ Qua autem ratione liberalitates sint potius in regni naturales quam in exteros exercendæ mutua ex, his que dixi latissimē in stylo cancellarię titu. 1. preēminentia. 22. cap. 2. glo. 2. cum de beneficijs seu sacerdotijs exteris non concedēdis tractabamus, adde Grego. Lupi in. l. 1. in verbo de fuera tit. 18. par. 2. dicam infra libr. 7. titu. 3. de officijs publicis. l. 2.

GLOSS. II.

*Diuites esse ciues & nobiles regibus & eorum dignitati expedit,*

b Porque sean ricos y honrados, y el estado de los Reyes por ellos mas acrescentado. Nota regibus & eorum dignitati expedire, vt generosis & diuitibus abundet regnū idem probatur in. l. 7. tit. 7. de maioratu & ibi dixi in glo. 3. & 4. supra hoc lib. quare hic non repecto.

GLOSS. III.

*Rex an donare possit ciuitates & oppida remissive.*

c Ciuitates villas y lugares, An rex donare possit vel alienare ciuitates & loca huius regni dicam latē in. l. 3. infra eodem gloss. 7. & dixi latissimē in stylo cancellarię titulo. 1. preēmi. 25. gloss. 1. hac lege probari videtur permitti alienationem, vide a me tradita. d. glo. 7. num. 6. & sequen.

GLOSS. IIII.

*Alienatio regalium in exteros prohibita.*

d Oenagenadas. Nota non solum donationem, sed et aliā quamuis alienationem regalium esse prohibitam, in aliū regem vel regnum, vel in alienignam regni, de quo latius in. l. seq. dixi remissive supra co. glo. 1. in fi. & in glo. seq.

GLOSS. V.

1 Alienationis in exteros prohibitio an extendatur ad eos, qui per decennium habitauerint?  
*Decennij habitatio facit quem videri originarium ibidem.*  
*Ciuis appellatione comprehenditur ciuis ex priuilegio.*

*Privilegium efficit quem civem verum & originarium fidei, ibidem & seq.*  
 3. *Originarius verus non est, sed fidei fit ex privilegio.*  
 4. *Originarius vel civis ex privilegio consequitur ea, quae vere nobilis & originarius consequeretur, & poterit esse comendatarius, decurio, rector, collega, aut doctor.*

c *Omni adores eneflos regnos.* Nota ex lege ista quod prohibitio alienationis in alienigenas non extenditur ad eos, qui per decennium hoc in regno habitauerunt, ius enim civilitatis consequitur, qui per decennium in loco aliquo habitavit, ubi oriundus non erat: ex decennio siquidem constitutio domicilij presumitur, & quod alibi deinceps illud non transferret, vt in l. 2. C. de incol. lib. 10. & illic glo. & interpretes. l. 32. versi. la setena tit. 2. par. 3. Imo & ius consequitur originis, seu, vt vulgo dicitur naturalitatis, ex decennio, vt in l. 2. tit. 24. par. 4. cuius verba sunt, *Diez maneras pusieron los sabios antiguos de naturaleza, la primera e la mejor es, la que an los homes a su señor natural, porque tambien ellos como aquellos de cuyo linaje descienden nascieron e fueron raygados, e son en la tierra donde es el señor. & in fine subdit hæc verba. La dexena por morança de diez años que haga en la tierra, maguer sea natural de otra.* Ecce ibi ius originarij consequitur, qui aliud regnum quam ubi natus est, decennio inhabitat, & pro vero civis & originario habetur, vt probavi latius in stylo cancellariæ tit. 1. præminen. 22. capit. 2. glo. 3. numer. 23.  
 2. [Civis siquidem appellatione comprehenditur civis ex privilegio factus secundum glo. Gemi. Cardi. Alexandri. & Cardi. à Turrecremata in capit. adiutorium 10. distinctio. Ludo. Roma. conf. 62. colu. 2. versi. quod autem cessant, Nicol. Boeri. decisio. 260. num. 23. & non solum civis verum etiam originarius fieri potest ex privilegio, vt in l. civis in verbo allectio. C. de incol. lib. 10. & ibi gloss. Luc. de Pena & Ioann. de Plat. Gregorius Lupi in l. 2. in glo. magna in principio titu. 24. part. 4. qui asserit hunc verum esse civem, citat. l. 1. ff. ad municipa. quod & voluit Bald. in l. pen. §. quæ in filio. C. de adoptio. & in l. in vrbe. ff. de statu homi. Bart. quoque in l. si is qui pro emptore numero. 34. 35. & 36. ff. de vsucapio. [Originarius tamen ex privilegio non est verus originarius, sed fidei originarius appellatur, privilegium siquidem non tribuit nec immutat originem, sicut nec prescriptio, vt in l. assumptio cum pluribus alijs. ff. ad municipal. sed commoda consequitur originarij, vt probat Nico. Boer. d. decisio. 260. num. 33. hoc est, privilegia omnia originarijs concessa, vt voluit singulariter Bar. in l. si maritus sit in magistratu. §. 1. quem ibi sequitur Ange. ff. de adulter. cum concordan. ibi per Alexand. in apostillis ad Bart. citatis. Phil. Corne. consilio. 281. libr. 4. Ludou. Roman. consilio. 62. & consilio. 92. versiculo. 3. illud, Bald. consilio. 349. column. 2. versiculo venio ad tertium, & in versicu. sed hic occurrit dubium, Alexand. consilio. 160. numero. 2. libro. 5. Imol. consilio. 3. colum.

4. versiculo & etiam illi, Bar. consilio. 62. Fran. de Areo consilio. 78. Barba. consilio. 87. colum. 12. versic. ad secundam dubitationem libr. 3. Alexand. in l. 1. num. 9. ff. de lega. 1. vbi & Iaso. numero. 17. & Zafi. column. vltim. in fi. & Ripa numero. 4. idem Alexand. & Iaso. in l. si Ruphinus. C. de testam. mili. Ang. in l. 2. §. furio sus. ff. de iure codici. estque communis sententia teste Ferdin. Vazquez. lib. 3. de success. creatio. §. 30. num. 291. & tum potissimum si in privilegio originis dicitur, quod in omnibus & per omnia habeatur pro originario, vt dicit Ange. in d. §. furiosus cum pluribus concord. per Boeri. traditis decis. 260. numero. 33. & per Ferdinandū. Vazquez. d. §. 30. numero. 261. dixi latē in stylo cancellariæ titulo. 1. præmi. 22. capit. 2. glof. 3. numero. 20. 21. & sequentib. [Denique Ferdinand. Vazquez. d. §. 30. numero. 291. & sequentibus tradit conclusionem plurium legum, & rationum, & scribentium autoritate suffultam, quod licet ex forma legis, vel statuti, vel consuetudinis in civitate vel provincia aliqua plebeius vel exterus non possit esse decurio, prior, vel cōsul, doctor, vel comendatarius, vel defensor civitatis, aut legatus, collegialis, vel præses provincie aut civitatis: is tamē qui per summū principē de plebeio factus esset nobilis, vel de forēsi seu extero factus esset civis originarius, posset haud dubie esse præses, vel prior civitatis, aut consul, vel decurio, defensor civitatis, collega, doctor, vel legatus, quæ prefecto valde utilis est resolutio & in foro practicabilis valde, ibi eam rectē discussam inuenies.

G L O S S. VI.

- 1 *Pœna legis vel statuti alienare prohibentis non incurritur, si quis vendat, & nondum tradiderit.*  
*Lex alienatum. ff. de verbo. signifi. interpretatur, ibidem & sequent.*
- 2 *Vendere prohibitus exteris, an incidat in pœnam re nõdum tradita.*  
*Traditionis tēpus an venditionis inspiciatur, vt quis incidat in pœnam? ibidem.*
- 3 *Feudum an cadat in commissum ex sola venditione absque traditione?*
- 4 *Feudum vendens & se constituens nomine emptoris possidere an incidat in commissum?*  
*Constituti clausula absque vera traditione an faciat quem incurvere in pœnam? ibidem.*
- 5 *Traditio non requiritur, vt vera venditio esse censetur.*
- 6 *Emphiteuta ex sola venditione rei emphiteutica absque traditione, an amittat per commissum rem emphiteuticam.*  
*Verba cum effectu sunt accipienda, vt quis incidat in pœnam, ibidem.*

*Que pierda lo que asi donare o enagenare.* Intellige si tradiderit, vt positū erat in originali vnde lex ista sumpta fuit, nam alienatum non proprie dicitur, quod adhuc

adhuc in dominio venditoris manet, licet venditum recte dici possit, vt in l. alienatum in prin. ff. de verb. signi. Ex quo tex. duæ colliguntur conclusiones. Prima, quod alienatio non dicitur facta, nisi res vendita tradatur: ex quo pœna alienantis civitates vel oppida huius regni in exteros, in hac lege posita non incurritur, donec res tradita fuerit. [Cui simile est quod Bal. respondit consi. 314. nu. 2. li. 3. in specie statuti prohibentis sub pœna venditionem hæreditatis in extraneum, non incidere, ait, in pœnam qui tantum vendidit, sed non tradit, cui accedit Tiraq. lib. 1. de retractu §. 1. glo. 2. num. 46. Quo fieri, ait, vt si stante statuto eodem, quis extraneo vendiderit, & postea ei facto civi tradiderit, valeat alienatio inspecto tempore traditionis, non venditionis, vt ex facto consultus respondit Pau. Castr. conf. 286. num. 2. lib. 2. cui accessit Crotus in repe. l. filiusfam. §. diui col. 23. versi. 4. limitatur. ff. de lega. 1. [Nec hinc longe abest, quod circa prohibita tam feudi alienationem statuitur in l. 1. §. callidis de prohib. feu. aliena. per Frederi. quod in feudo locus non sit commissio ex sola venditione absque traditione & dominij translatione, vt preferunt verba illius tex. ibi, vendunt & in alios transferunt, ex quibus id inibi expendunt And. de Yfern. Bal. subobscure & Marti. Laud. qui cum paragraphum legit sub prin. capitis col. 2. versi. nota secundum & Card. Alex. col. 2. in d. c. 1. in prin. & rursus in d. §. callidis colu. 1. idem Bal. in c. 1. in prin. versi. sed specialiter, idem And. de Yfer. in c. si inter in prin. & ibi quoque Albarot. & Math. Affli. tit. de vasallo qui contra constituit. Lothar. rija. & in cap. 1. num. 6. & ibi Albaro. de prohib. feudaliæ. per Lothar. & in cap. 1. & ibi etiam Albaro. & Cardi. Alex. tit. quid iuris sit. Petr. Jacobi. in practica tit. de actione in rem pro re feudali contra emptorem col. 3. in paruis versi. item est notandum Bal. in c. 1. §. item si hbellario ad fi. & ibi quoque Albaro. Marti. Laud. & Card. Alex. tit. qui. mod. feud. ami. 1. idem Bal. in c. 1. §. denique & ibi Marti. Laud. & Albarot. 47. conclu. tit. quæ fuit prima causa bone. amitta. idem Bal. conf. 482. lib. 1. & conf. 215. lib. 2. & conf. 249. col. 1. & conf. 276. lib. 5. quod repetitur consi. 315. eo. libr. & conf. 303. lib. 5. Ioan. Rayne. in c. 1. §. habito. 3. colu. tit. de prohib. alic. feudi per Frederi. Paul. Castr. in l. 1. §. si rem depositam. ff. de pos. Alex. conf. 30. nu. 14. lib. 1. quod repetitur conf. 2. lib. 5. Corne. conf. 11. num. 19. li. 3. Fran. de Are. conf. 14. nu. 5. Guido Papæ decisio. Delphi. 162. ad fi. & in tract. de pœnitentia iuris. q. 10. Iacob. à S. Georg. in tracta. feudo. in verbo cum pacto de non alienando col. 2. Fran. Curti. Iunior in eodem tracta. 4. par. prin. versi. 20. quæro nõ quid ad hoc vt vasallus, Ferd. de Loazes in rep. d. §. diui nu. 284. Corse. in singul. in verbo alienatio versic. per alienationem. Marti. singul. 412. Bap. à Blasio in tracta. differentiarum versi. 119. Zafi. in epito. feudorum part. 9. cartha. 3. versi. 3. fallit, & iterum par. 10. cartha. 1. versi. 2. fallit. Math. Affli. in consti. Siciliæ incip. constitutionem dicitur memorie numero. 24. Carol. Moline. in consue. parisiens. titu. 1. §. 13. numero. 2. & sequent. Tiraquel. hos referens & alios libr. de retractu. §. 1. glof. 2. numer. 45. Antonius Gomez in l. 45. Tauri numero. 44. dicam infra hoc lib. titu. 1. §. 1. glo. 6. nu. 8. vbi hoc ip

sum procedere probabo in alienatione maioratus, quod & Paul. Castrenf. dixerat in l. pecto. §. fratre in prin. ff. de lega. 2. Anton. Gomez. in l. 45. Tauri nume. 95. in fi. [His quoque finitimū est, quod si vasallus seu alium alienavit, & possessionem per constitutum, vel alium actum fictum transtulit in emptorem, adhuc incidet in pœnam commissi, ex sententia Pauli Castr. in l. 1. §. si rem depositam. ff. de pos. Ant. de Butr. cōf. 34. idem voluit Iaso. in l. vltim. numero. 132. C. de iure emph. Iacob. de S. Georgeo in practica & tracta. de feudis, in parte & cum pacto de non alienando num. 5. Ferdin. de Loazes in rep. l. filiusfam. §. diui numero 55. versi. vnum tamen est notandum. ff. de lega. 1. Tira. hanc dicens veriore & receptiore sententiam in lib. de constituto. 3. part. limi. 26. numero. 5. Et numer. seq. limitat, nisi vasallus vel emphiteuta vendiderit saluo iure domini, tunc siquidem clausula constituti absque vera traditione non facit alienationem incurrere in pœnam, ex sententia Bal. in l. 1. C. de his qui pœnæ nomi. & in c. 1. §. denique, quæ fuit prima causa benefi. amitten. & conf. 95. lib. 3. & Romani singul. 514. cū concordan. ibi per Baptist. de Castellio. in eius additio. traditis, idem voluit Bal. in c. cum Ana colum. 2. de electio. & Fran. Cur. Senior. conf. 8. colum. 1. & Anton. Rube. in rep. l. non solum. §. morte num. 479. ff. de no. ope. nun. & liet Anto. Gomez in l. 45. Tauri numero 65. priorem sententiam conetur euertere post alios per Tiraq. citatos. d. limi. 26. in prin. leuib. fundamentis, tu tene communem. [Secunda conclusio, quæ ex d. l. alienatum in prin. ff. de verbo. signi. expenditur, est, quod res perfecte vendita dicitur etiam ante traditionem, quod confirmatur ex his quæ dicemus latē in l. 7. tit. 11. statim sequenti de emptione & retractu, glof. 6. numer. 12. & sequentibus. [Ex quo Innocen. in c. potuit num. 48. & 49. de locato, & ibi quoque Barba. colum. 3. versi. sed quid si nõ tradidit, & ipse idē Barb. in capit. 2. colum. 4. versic. limita etiam procedere extra de feudis, & in repe. rub. de reb. eccles. non aliena. colum. 10. versi. 9. limita, & Guido Papæ conf. 147. col. ante pen. versi. sed restat, arg. tex. in d. l. alienatum iura etia gloss. 1. asseueranter inferunt, emphiteutam ob solam venditionem absque traditione cadere ab emphiteusi, nam tex. ibi, & in l. vlti. C. de iu. emph. loquitur de venditione, nõ de alienatione, in qua opinione fuit etiam doctor quidam antiquus nomine Petrus, à Collectaneo relatus in d. cap. potuit colum. 4. versic. quid si emphiteuta extra de locato. Sed contraria sententia verior est, & à cæteris omnibus recepta, imo quod ex sola venditione non cadat ab emphiteusi, nisi proferat ad traditionem ipse emphiteuta, quorum primas obtinuit Specula. in titu. de locato. §. nunc aliqua versic. 95. Ioann. And. Paul. de Lazar & Anto. in d. capit. potuit de locato, Petr. Iacob. in titulo de actione in rem pro re emphiteutica, quæ cecidit in commissum colum. 4. in paruis versi. item circa. Albe. Ioan. Faber Salice. & Iaso. nume. 132. hanc dicens communē in d. l. vltim. C. de iure emphiteu. Bald. consilio. 9. lib. 1. quod repetitur consilio. 188. libr. 3. Anton. consilio 34. & 37. in fine Roman. in l. sequitur. §. idem Labeo. ff. de vsucapio. Paul. Castrenf. in d. l. 1. §. si rem depositam. ff. de pos. Raph. Curia. consilio. 41. Raph. Mm 4 Fulgo.



Fulgo. confilio. 2. in. i. dubio. & conf. 11. colu. 1. Alexā. in. l. si a me & in. l. statuliber. ff. ad. l. Falcid. & confil. 173. lib. 2. quod repetitur conf. 91. lib. 3. & in conf. 76. numer. 5. lib. 7. Franc. Curti. hanc dicens communio- rem conf. 8. paulo ante finem Marfi. singul. 412. Alcia. in. l. alienatum. ff. de verb. signi. Guido Papæ. sibi con- trarius. in tracta. de poeniten. iuris. 10. quæst. Stepha. Bertran. conf. 45. 1. dubio lib. 1. Franc. Ripa lib. 1. respō- forum cap. 2. num. 18. vbi loquitur nuncupatim in spe- cie legis nostræ regie. idem voluit Tiraq. lib. 1. de retra- ctu. §. 1. glo. 2. num. 43. & 44. mouentur. quia vendere. vt quis incidat in poenā statuti vel legis. cum effectu accipi oportet. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. & in cap. relatum de cleri. non residentib. & cap. hæc au- tem verba de poeniten. disti. prima. Idem quoque vo- luit Anto. Gomez in. d. 1. 45. Tauri numer. 94. alia ad- ducens fundamenta. & potissimum tex. in. l. 1. §. si rem depositam. ff. depofi.

GLOSS. VII.

- 1 Ricoshomes & Infanzones Hispane qui dicantur. remissive.
- 2 Liberalitas an in diuites exercentur.
- 3 Richi homines Hispane non diuites sed nobiliores san- guine dicuntur.

tuitur, imo quod concessio aut vendito castro, vel op- pido etiam cum iuribus suis, non videtur concessa iurisdic- tio. De quo miror valde, non aduertisse diligen- tissimum dom. Didac. Couar. in practicis quæstioni- bus cap. 1. num. 10. prout aduerterat Grego. Lupi in. l. 12. in verbo segun los priuilegios tit. 1. par. 2. & iterum in. l. 68. in verbo tal villa tit. 18. part. 3. Vbi tamen hoc limitare videtur in donatione, de qua nuncupatim lo- quitur lex ista. Secus autem esse asseuerat in cōcessio- ne in feudum, vel in venditione, qua in specie censebi- tur vendita quoque iurisdic- tio, vel in feudum conce- sa, vt ibi per eum, eo quod feudum datur ob causam & non est mera donatio, vt in. l. 1. ff. de dona. Sed ni fal- lor, idem esse crederem in vtraque specie propter ge- neralitatem huius legis, & quia militat eadem ratio in donatione, imo & maior quā in venditione, vel concessione in feudum: nam beneficia Principum latif- simē sunt interpretanda. l. fi. ff. de cōsti. Princip. & in auth. de nup. §. si verò solum vsum fructū colla. 4. Qua- re ergo in venditionibus & alijs contractibus, in qui- bus non fit, ita plena interpretatio, vti gloss. & doct. dicunt in. d. l. fi. dicendum erit venditam fuisse iurisdic- tionem, nulla de ea facta mentione: pro qua sentētia- facit. d. l. 12. titulo. 1. part. 2. & quod ex ea ibi expendit Grego. Lupi in verbo segun los priuilegios & l. 9. tit. 4. part. 5. [ Et hoc maximē probatur ex hac lege, quæ nō solū in donatione loquitur, sed & in quacūq; alie- natione, vt constat ibi. *Fueren dadas donadas, o enagenadas, & ibi, hiziere donacion o enagenacion, & ibi, que les da, dona, e enagena, & ibi, de donar, dar, e enagenar la justia, & ibi, que le da, dona, y enagena la villa, & c.* Abun- daret enim verbum alienatio, si de donatione tantum lex disponderet, sed vt omnes casus comprehenderet, fecit mentionem donationis & alienationis, nam si de donatione dumtaxat sentire vellet lex, sufficeret de ea tantum mentionem facere, nec sufficeret meminif- se de alienatione, nisi & de donatione faceret mentio- nem, quia affirmatiuē non comprehenditur donatio sub nomine alienationis, vt probaui supra ti. 9. de bo- nis constante matris. quæ sitis. l. 5. glof. 6. num. 11. 6. & 9. [ Nec oberit, si dixeris lege ista disponi, non videri translatum merum imperium, si de eo non fiat men- tio specialis, & hoc præferūt verba legis, dum dicit, *entiendase que no le da la justia, scilicet, sanguinis, put expresum continetur in. d. l. 9. tit. 4. de dona. part. 5.* Vbi merum imperium concessum nulli esse intelli- gitur, etiam si in priuilegio exprimat, quod ei conce- dit Rex oppidum vel castrum cū omnibus iuribus si- bi debitis, & ad se quoquo modo spectantibus. Sin au- tem per priuilegium concederetur iurisdic- tio, censebi- tur concessum merum mixtumque imperium, secun- dum Ioā. And. ad Specul. in tit. de iurisd. om. iudi. cui accessit Roma. in. l. si duo. ff. de acq. hære. Feli. in cap. quod sedē col. vlt. & in. c. graue de offi. ordina. Paul. Paris. cōf. 9. col. 2. li. 1. qui tamen loquuntur quoties in priuilegio dicitur cum omnimoda iurisdictione, idem tamen erit si verbum omnimoda deficiat, nam iurisdic- tio est genus comprehendens imperium & omne ge- nus iurisdictionis, vt in. l. imperiū. ff. de iuri. om. iud. sed posito genere, posite censebuntur & eius species, vt in

in. l. si chor. ff. de leg. 3. & quia analogū per se sump- tum in potiori sumitur & digniori significato. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emphiteutica: peta. faciunt tradita per Cassane. in consue. Burgun. rub. 1. §. 1. nu. 24. fol. 13. col. 1. vbi hanc sententiam dicit esse veriore, Did. Perez in. l. 1. tit. 1. lib. 3. ordina. col. 756. ad medium. [ Quare necessariō inferitur in spe- cie, de qua agimus, non videri concessam iurisdic- tionem simplicem, nam si ea concessa esse intelligeretur, sub ea comprehenderetur merum imperium, cū cō- cessa iurisdictione, merum quoque imperium conce- sum esse censeatur, vt nume. præcedenti probauimus plurium doctorum autoritate. Ex quo probari vide- tur traditio, de qua nu. 26. in fi. quod vendita ciuita- te, vel oppido, seu castro, non censeatur vendita iurif- dictio, quia si iurisdic- tio vendita esse censeretur, vēdi- tum quoque intelligeretur merum imperium, quod maximi est momenti, & fortē oppido ipso principa- lius. [ Etsi dixeris licet in principio & medio huius legis eius dispositio extendatur ad venditionē, vt ex verbis num. 27. relatis probauimus, in vltima tamen eius parte mutat casum, & loquitur in donatione dū- taxat: Respondeo non mutare casum, vt constat ibi, *E si en los tales priuilegios, cartas, y mercedes, & c.* Ecce ibi tex. in hac vltima parte loquitur in eisdē priuile- gijs, instrumētis, & donationibus, de quibus antea di- xerat, & illud verbum, cartas, refertur ad instrumēta venditionum.

GLOSS. XXII.

Donatio vel venditio castri à Principe facta cū omni- bus rebus, & iuribus ad se spectantibus nō cōprehendit iurisdic- tionem simplicem, nedū merū imperiū.

*Y las heredades que el Rey oviere en la tal villa o lugar.* Nota in hac tam generali concessione, cum omnibus iuribus & redditibus Regi quoquo modo pertinenti- bus, non comprehendi iurisdictionem simplicē, nedū merum imperium, sed solum redditus, & tributa vel alia bona inuimobilia Regi pertinetia in eo oppido vel castro, licet in. l. 9. tit. 4. de donatio. part. 5. solum exci- piat merum imperium, ibi, *o justia de sangre, vt ibi in- telligit Grego. Lupi, qui tamen mentionem non facit legis nostræ, quæ vt dixi, decedit sub hac generali cō- cessione vel venditione castri non cōprehendi iurisdic- tionem simplicem, quod valde nota: quia non inuen- nies legem istam sic declaratam.*

LEY. II.

*Que no se pueda hazer donacio a persona fuera de estos reynos, a unq̄ sea Rey, de ciudad, ni villa, ni ysla.*

*Ley. 2. in fine tit. 9. lib. 3. ordina.*

*Don Fernando y doña Ysabel, y don Enrique en Cordoua año de 1455.*

*Siguiendo la ley hecha y ordenada por el Rey do Enrique nuestro hermano, que sancta gloria aya en las cortes de*

Cordoua año de mil e quatrocientos e cinquenta e cinco, declaramos, que no entendemos dar ni hazer merced a Rey, ni a otra persona estraña de fuera de nuestros reynos, de ciudades, ni vi- llas, ni castillos, ni lugar, tierra, ni here- damiento, ni islas de nuestros reynos, ni de nuestra corona real, ni permitir, ni dar lugar q̄ lo tal se haga, y así lo ase- guramos por nuestra verdadera fee y pa- labra real. *Y defendemos q̄ ningunos ni algunos de nuestros subditos y natu- rales no sean offados de dar, ni vender, ni trocar, villas, ni lugares, ni castillos, tierras, ni heredamientos, ni yslas de nuestros reynos, a Rey, ni a señor, ni a otra persona estrañera de fuera de nue- stros reynos, sopena de la nra merced.*

GLOSS. I.

- 1 *Castella à Rege donata nō possunt à donatario vel hæ- redibus eius in exteros alienari.*
- 2 *Exterus regni an possit succedere in maioratu castelli vel arcem continentē?*
- 3 *Exterus regni qui vult in regno habitare poterit in ca- stellis succedere.*
- 4 *Exterus emere prohibitus non prohibetur bona maio- rum emere.*  
*Bona maiorum corrector emere non prohibetur in lo- co, vbi administrationem gerit, ibid.*  
*Bona maiorum emere nostra interest, ibid.*
- 5 *Lex. 1. tit. 18. par. 2. explicatur.*  
*Verbum nullatenus est vniuersale negatiuum ibid.*
- 6 *Exteri quare prohibeantur emere vel possidere castra & oppida regni?*

*Ni a otra persona estraña de fuera de nuestros reynos. Siē & castella a rege donata alicui nō possunt à donatario vel eius heredibus & successorib⁹ alienari in exteros, ex testamēto nec per cōtractū, sed Rex poterit pro eō dē precio retrahere, ad cuius effectum debet sibi ante alienationē intimari (prout in rebus emphiteuticarijs fit, vt in. l. 2. & 3. C. de iure emphi.) tex. est vnicus reg- ni nostri hoc probas in. l. 1. tit. 18. de custodiēdis castris regni par. 2. [ Vbi Greg. Lup. in verbo de fuera, quæ- rit an alienigena regni Castellē possit succedere in ma- ioratu, in quo castrū continetur aliquod, & arguit ad partes, & deniquē cōcludit, nō posse succedere in ca- stro huiusmodi, ne scrutetur secreta regni, vt in. l. mer- catores. C. de cōmer. & mercato. & quia lex illa dicit, *Ni los deuen enagenar en ninguna manera en vida ni en muerte a homes de fuera de su señorio, ni a otros de quien**

*pudisse venir guerra ni daño al reyno. Quæ prohibio respicit res ipsas alienari prohibitas, quæ sui natura non debent ab exteris possideri, propter periculum regno imminens, et sic lex respicit res ipsas & situm earum, quare lex loci, ubi sitæ sunt seruari debet, vt in l. forma. §. si verò. ff. de censib. & l. i. C. de mulieri. & in quo loco. l. an in totū. C. de edifi. priua. [ Quæ opinio rigida nimis est, quare eā limita & restringe, vt procedat, nisi exterus iste velit se transferre ad habitandum in his regnis, tunc etenim admittendus esset ad successorem maioratus, & maximè cum sit cõ sanguineus possessoris maioratus, qui necessariò erat regni huius originarius & naturalis. Vbi autem vellet exterus habitationem facere extra regnum, non liceret ei castella & oppida regni possidere. [ Nec oberit, quòd forensis per statutum emere prohibitus in loco bona immobilia, non prohibetur emere, quæ fuerunt antecessorum suorum ex sententia Ioan. de Plantea in l. vna. C. quibus ad conducti. prædio. fiscal. accede. non lice. & in l. i. C. non licere habitari. metro. vbi dicit, posse forenses huc ab intestato succedere, quod ipse probat arg. l. limites prohibentur in princ. ff. de re milita. & l. qui officij in princ. ff. de cõtrah. emp. cuius verba sunt, *Qui officij causa in prouincia agit vel militat, prædia comparare in eadem prouincia non potest, præterquam si paterna eius à fisco distrabantur*, quia emens res paternas affectionis causa emisse præsumitur, quã naturaliter quilibet habet ad bona paterna, vt in l. si in emptione. ff. de mino. l. lex, quæ tutores. C. de admittuto. nostra enim interest, res maiorum emere, secundum glo. in l. i. in verbo reipublice ad fi. ff. solu. matr. & in l. si equo. ff. de leg. i. cum concordantijs & pluribus similibus à Tirac. congestis in præfatione retractus lignagier nu. 34. & deinceps, & quæ ipse tradidi in dialogo relatoris. 3. part. cap. 27. nu. 7. & 8. cui obiectioni non respondet Grego. Lupi in d. l. i. tit. 18. par. 2. Sed respondeo affectionem, nec interesse alienigenæ non sufficere, vt in damnium regni castra possideat, iustè à legibus nostris prohibita possidere. [ Minus oberit, quod alienatio, quæ per legem partitæ prohibetur in exteros est, quæ facta hominis interueniente fit in vita vel in morte, quæstio autè ista nõ tractat de huiusmodi alienatione, sed de alienatione, quæ fit in mediã te lege, vt in l. cum pater. §. cū inter. ff. de leg. 2. l. pater §. Iulianus Agrippa. ff. de leg. 3. quia nihil refert inter has alienationes in specie nostra, cū in vtraque specie eadẽ militet ratio, & tum potissimum cum. d. l. i. tit. 18. part. 2. ad quencūque alienationis modum se referat, cum dicit, en ninguna manera, quod verbum est vniuersale negatiuum, vt docet gloss. in Clem. vt hi qui diuinis in verbo nullo modo, de cta. & quali. glo. etiã in Clem. vna in verbo nullatenus de sequestrati. poss. & fruct. quare ad omnem alienationis modum extenditur. [ Rationem autè, quare hæc prohibio fiat, mutua ex his, quæ latè dixi in stylo cancellariæ ti. i. præmi. 22. cap. 2. gloss. item. 2. cum de beneficijs seu sacerdotijs exteris nõ concededis tractabamus, adde, quæ dicam in l. i. & 2. tit. 3. de officijs publicis infra libr. 7.*

1 *Principes vbi fidem non seruat, casus fortuitus, & insolitus dicitur.*

2 *Fides recta in principem inimum decet.*

b *Por nuestra verdadera fee y palabra real. Quæ fides vsque adeo est à principe seruanda, vt casus insolitus dicitur, si princeps venit contra pactum vel fidem suã, arg. text. in cap. 1. de proba. & in cap. 1. de natura feud. Alex. conf. 97. num. 4. lib. 3. dixi in dialogo relatoris. 4. part. c. 6. num. 8. [ Nihil enim magis decet, quã recta fides in Principe, epistola inter claras. C. de sum. Trini. Mari. Soci. Iunior conf. 76. nu. 116. lib. 1. Aimon Crauette plura congerens in proposito cõf. 214. nu. 19. & sequen. & quæ dixi in dialogo relatoris. 4. par. c. 12. num. 7. & deinceps.*

G L O S S. I I I.

*Castra seu oppida in exteros alienantis poena.*

c *Sopena dela nuestra merced. Et contractus erit nullus amittetque alienans castra vel oppida in exteros alienata, vt in l. præcedenti statutum est, vt ibi notauimus gloss. 6. in princ.*

L E Y. I I I.

*Que el Rey no puede hazer donacion de las ciudades, villas, y lugares de su corona real contra lo contenido en esta ley.*

*Ley. 3. tit. 9. lib. 5. ordina.*

*Don Fernando y doña Ysabel confirmaron la ley del Rey don Iuan el segúdo, de Valladolid año de. 1442. c. 1.*

¶ No cõuiene a los reyes vsar de tãta frãqueza y largueza, q̃ sea cõuertida en vicio de destruyció, porque la frãqueza deue ser vsada con ordenada inteciõ, no ameguãdo la corona real, ni la real dignidad: porq̃ los successores del reyno recibirian por esto gran agrauio. Y por esto el rey don Alonso quãdo cumplio edad de quinze años, en las cortes q̃ hizo en Valladolid era de mil e treziẽtos y sesenta y tres otorgo, y prometio de no dar ni donar ciudades, villas ni lugares, ni castillos, ni fortalezas, ni aldeas, ni sus heredades a infãte, ni a rico hõbre, ni a dueña, ni a perlado ni a ordẽ, ni a infãzõ, ni a otro señorio alguno, saluo a la Reyna doña Costança su muger, y asì juro de lo guardar: y esto

y esto mismo otorgo el dicho Rey dõ Alonso en las cortes, que hizo en Madrid, era de mil e trezientos e sesenta y siete: y lo confirmo el Rey don Enrique el segundo en las cortes, que hizo en Toro, era de mil e quatrocientos e nueue, y en las cortes que hizo en Burgos, era de mil y quatrocientos y onze. Y esto mismo prometio de guardar el noble Rey don Iuan el segúdo, en las cortes que hizo en Burgos, año de la Encarnacion de nuestro Señor, de mil y quatrocientos y treynta años, y en las cortes que hizo en çamora el dicho Señor Rey don Iuan el año de treynta e dos. Despues de lo qual el dicho Señor Rey don Iuã el segundo, veyendo y considerando que despues de las leyes y ordenanças suso dichas, por importunidad de algunos grandes del Reyno, auia hecho algunas mercedes de ciudades, y villas, y lugares, y rentas, y pechos, y derechos a algunos grandes y naturales del Reyno, y a otros criados y oficiales de su casa: y por ello se hazia perjuyzio a la dignidad Real, y a sus successores q̃ despues del auian de reynar: a peticion y supplicacion de los procuradores, de las ciudades, y villas, y lugares de sus Reynos en las cortes que hizo en Valladolid año de la Encarnacion de nuestro Señor de mil y quatrocientos y quarẽta y dos, estatuyo y ordeno por ley, pacto y contracto firme y estable, hecho y firmado entre partes, que todas las ciudades, y villas, y lugares que el Rey tenia y possëya, y las fortalezas, aldeas y terminos e jurisdicciones de su natura fuesen inalienables, y perpetuamẽte imprescriptibles, y permanesciessen y quedassen siempre en la Real corona de sus Reynos, en tal manera que el dicho Rey don Iuan, ni sus successores q̃

despues del reynassen, no pudiesen en todo ni en parte enagenar lo suso dicho. Pero q̃ si por alguna grã vrgẽte necesidad, por razõ de grandes y leales seruicios q̃ alguno le hiziesse, o en otra manera, al Rey fuesse de necessario de proueer, y hazer mercedes de algunos vasallos, q̃ lo non pudiesen hazer, saluo vista y conoscienda la tal necesidad por el Rey, cõ cõsejo y decõsejo y comũ cõcordia de los de su cõsejo, q̃ en su corte al tiẽpo residiesen, o de la mayor parte dellos en numero de personas: y cõ cõsejo y decõsejo de seys procuradores de seys ciudades, quales el eligiesse y nõbrase, allẽde los puertos, si alla se ouiesse de hazer la tal donaciõ, o merced o de aquẽde los puertos, si aca se ouiesse de hazer la dicha prouisiõ, seyẽdo los dichos procuradores presentes, y para esto especialmẽte llamados, los quales juntamẽte cõ los del cõsejo hiziesen juramẽto en forma, q̃ sobre lo suso dicho verdadera y fielmẽte, toda aficiõ, y amor, y odio postpuesto, darã todos su cõsejo. Y si en otra manera la tal donaciõ, o merced se hiziesse cõtra la forma suso dicha, q̃ qualquier alienaciõ q̃ se hiziesse, por esse mesmo hecho fuesse ninguna, y de ningũ valor y effecto, y el donatario o sus successores herederos, no pudiesse por tal titulo adquirir ni ganar los tales bienes, ni a ellos pudiesse passar el señorio y possessiõ: y por ningũ curso ni lapso de tiẽpo lo pudiesen prescribir. Mas siempre quedassen y fincassen en la corona Real, y de ella no sepuedan apartar. Y que sin embargo del tal enagenamiento, el Rey pueda libre e justamente tomar y recobrar los dichos bienes, sin algun conosciimiento de causa. Otro si que la ciudad villa o lugar que asì fuere donado o enagenado, pueda

Nn 2 sin pena



sin pena alguna resistir el tal enagenamiento o donacion, no obstates qualesquier priuilegios, cartas, y mādamiētos q̄ el Rey hiziere: los quales desde ahora anullo, aunque tengan primera y segūda iurisdiction, cō qualesquier penas y claufulas derogatorias, generales o especiales, y otras qualesquier firmezas abrogaciones, y derogaciones, voto, y juramento, aunque el Rey de su proprio motu, y cierta sciencia, y absoluto poderio<sup>m</sup> quiera vfar en los tales enagenamientos. Ca el dicho señor Rey dō Iuā de su cierta sciencia y motu proprio, y absoluto poderio abrogo y derogo, casō y anullo, y que no tenga firmeza alguna: Y jurō y prometio so la fee real, sobre la cruz y sanctos Euangelios, estando ay presentes los de su cōsejo y los dichos procuradores del reyno, que realmete y cō efecto guardara y cumplira lo susodicho, y contra ello no yra ni verna, exceptas las villas de Xumilla e Vtiel de que libremente puede disponer. Exceptas otro si las cosas q̄ el dicho señor Rey dō Iuan diese a la Reyna, o al Principe, o Princefa, las quales ouiesfen por su vida el vsufructo, y despues de su vida q̄ no pudiesfen passar a otro alguno, mas que quedassen consolidadas en la corona real imprescriptibles y inalienables, y q̄ los tales donatarios juren, quando los dichos bienes les fueren donados, que guardaran esta ley, y q̄ no enagenaran los dichos bienes, y que si de hecho lo hizierē q̄ la tal alienaciō sea ninguna: aunq̄ sea por el Rey general o specialmente confirmada con qualesquier obftancias, y prohibiciones, aunq̄ sea de cierta sciencia y proprio motu. Pero q̄ por esta ley, paction, y cōtracto, no entendio el dicho señor Rey don Iuā reuocarlos priuilegios de las ciudades,

y villas, y lugares, ni los derogaren cosa alguna, pero que finque siempre en su fuerça e vigor. La qual dicha ley el Rey don Enrique nuestro hermano, q̄ Dios ay a, confirmo en las cortes que hizo en Cordoua año de mil e quatroziēto e cinquenta y cinco. Y nos la aprobamos, y confirmamos, y mandamos guardar.

G L O S S. I.

*Principum liberalitates quomodo sint exercenda, ne in vitium prodigalitatis prolabantur?*

**En vicio de destruyciō.** Nota non decere Reges immoderatis vti largitatibus, ne in vitium prodigalitatis prorumpat, sed cautē moderatēque eis vti oportere regiā non minuendo dignitatem & coronam, in non modicum regni successorum praiudicium, Pitagoram nam que dixisse fertur, ne sumptus temerē & importunē feceris, sed nec illiberalis esto, modus in omni re optimus, refert Stobēus sermone. 12. vide tamen, que in proposito diximus supra cod. l. 1. glo. 7. nu. 2. & 3. ex Aristotele Ethicorum ad Nichomachum libr. 4. cap. 1. colum. 2. & que dicam infra cod. l. 5. glo. 1.

G L O S S. II.

- 1 Principes neque excellentes viri legibus civilibus non astringuntur.  
*Cogere seipsum an quis possit?*
- 2 Principes & Papa leges seruare debet, quas alij imposuerunt.  
*Principem nemo audet reprehendere, ibidem.*
- 3 Principem decet seruare leges, quę sibi conueniunt, nō alias, quarū exempla traduntur.  
*Princeps non obligatur ad testamentorum solemnitatis obseruationem, & quare? ibidem.*  
*Principum priuilegia remissiuē, ibidem.*
- 4 Princeps & Papa a naturali & diuina lege non exemptuntur.
- 5 Princeps obligatur ex contractu vel pacto cum subditis inuito, & quare obligetur, ibidem.
- 6 Princeps ex pacto vel contractu an obligetur naturaliter tantum, an etiam civiliter?  
*Cōtractus claudicare nō debet, fallit in pupillo & ecclesiis, ibidem.*
- 7 Cōtractus cum Principe celebrati naturam obtinent bonę fidei.
- 8 Princeps donationē perfectā reuocare non potest.
- 9 Princeps ex cōtractu naturaliter tantum, sed efficaciter obligatur.
- 10 Naturalis obligatio in Principe habet effectum, & actionem producit.

Natu-

*Naturalis obligatio iure ciuile esse etiam producit, ne quis indebitē damnum patiat, ibidem.*

11 Lex. 1. in fi. cū. l. seq. ff. de offi. procu. C. sa. intelligitur. Obligatio ciuilis sola non est efficax ad agendum, ibid.

12 Lex bene à Zenone. C. de quadri. prescrip. explicatur. Actio realis nullam presupponit obligationem, ibid.

Princeps succedēs priuato, loco priuati vtitur absque aliqua prerogatiua, ibidem.

Obligatio ciuilis non cadit in Principe, sed iuris naturalis vel gentium, ibidem.

Lex. 53. tit. 5. part. 5. explicatur & remissiuē de eius materia, ibid.

13 Lex nostra interpretatur.

Contractus ligat successores, ibidem.

**Por ley, pacto, y cōtracto firme y estable.** Ad maiorem firmitatem hæc adiecit lex ista, quoniam Princeps legibus ciuilib<sup>9</sup> nō astringitur, nec ligatur, vt in l. Princeps legibus. ff. de legi. vbi hoc adnotarūt Ioā. Orosci. & ceteri interpretes. l. 1. ff. de consti. Princ. tantē enim celsitudini non potest lex imponi, quippe cui Deus & ipsas subiecit leges secundū Bal. in cap. 1. ad fi. de aliena. feudi, quod deducitur ex sententia Philosophi Polyticorum lib. 3. c. 9. (Excellentes, inquit, virtute & potentia non sunt legibus astringendi, in illos siquidem non est lex, sed ipsi sunt lex) quam sententiam explicat frater Domi. à Soto lib. 1. de iusti. & iure. q. 6. art. 7. nempe, vt virtus ad moralem probitatem, potentia vero ad principatum referatur. Sed quod de Principibus dicit, de quibus nunc agimus, rationem reddit dicens, quo pacto fieri potest, vt cogi possit Princeps ad legū obseruationem, si ipse lex est animata, vt in authen. de consulibus? nunquid fieri potest, vt quis cogere possit se ipsum? non inquit, est intellectu possibile, vt vim quisquam sibi ipsi inferat, ac se ipsum sua lege cogat, quod inde euenit, quia lex natura sua Regē cogere nequeat. [ Ceterum quod Deus eum liberiorē fecit, legumque coactione longius exemptum, eo rationi debet vigilantius, & diuino nutui obediens esse: ac subinde legibus, quas alij ponit, obtemperare, non coactus sed ratione ductus. Et non solum Princeps secularis, sed & summus Pontifex astringitur lege honestatis & naturalis iustitiz, ea seruare, que ipse vel prædecessores eius condiderunt, vt probat beatus Thomas 1. 2. q. 96. art. 6. & Ludo. Gomez in regula de infirmis resignantibus pag. 140. vers. præterea, ne in illos Christi improprium impingat, qui dicunt, & non faciūt, quique alij onera graua imponunt, ipsi nec digito volunt ea mouere. Meathçi. 23. vnde quod quisque iuris in alium statuit, ipse eo vti debet inquit, iuriconsulti in l. 1. & per totum. ff. quod quisque iur. & summus Pontifex in. c. cum omnes de constit. vbi citatur sapientis autoritas, patere legem, quam tu ipse tuleris, estque text. optimus in l. digna vox: C. de legi. vbi Bal. & doct. omnes, probat optimē pluribus rationibus ex theologis & philosophis Alberic. in l. Princeps num. 3. & seq. ff. de legi. tex. regni nostri in l. 16. tit. 1. par. 1. vbi Greg. Lup. in gl. 1. autoritate Alberici probat subditos lege teneri, nō solū ob eius decen-

tiam & rationem, verū etiam per coactionem, atque ita duobus subsidijs ad virtutem ducuntur, Princeps autem altero destitutus est, quippe quem nemo cogere posset, aut reprehendere audeat, imo vix vllus est, qui veritatem doceat, vt rectē aduertit Domi. à Soto lib. 1. de iusti. & iure, q. 6. art. 7. col. 3. in princ. iniusta enim est Principum autoritas, si quæ populis prohibent sibi licere patiuntur. c. iustum est. 9. dist. [ Quando autem statuimus, Principē legibus subditi suis, intelligimus de legibus, que ex æquo ad ipsum perinde atque ad subditos spectant, finge Regem præcipere neminem gladio succinto incedere, aut sericis indui, non est par ratio, cur ipse eisdem abstineat, alia exempla passim inueniet curiosus, quæ inter Principis priuilegia ennumerantur, non enim obligatur testando ad testamentariam obseruationem. l. omnium. C. de testam. quoniam Princeps presentia superat omnium testium fidē, atque ideo testamentū factū in eius presentia citra testium solēnitatem valet, vt omnium optimē explicat Ferdi. Vazq. lib. 3. de success. creatio. §. 26. in prin. & ferē per totū, confert. l. vlti. C. de legi. & c. in causis vbi docto. de re iudica. Nec arctatur Princeps iudicando ad obseruationem iudiciarię solemnitatis Innocen. in. c. 1. delit. contesta. Ang. in l. omnium. C. de testam. Bart. in l. Emilius in fi. ff. de mino. Ant. in cap. licet hæc de simonia. Ferdin. Vazquez. d. §. 26. numero. 10. & 11. vbi & num. sequentibus plurima enarrat Principis priuilegia, quæ huic nostrę sententię applicare poteris. [ Quamuis autem Rex lege ciuili solutus sit, non tamen lege naturali vel diuina, quas etiā summus ecclesię catholicę præsul seruare tenetur. c. sunt quidam & c. contra statuta. 25. q. 1. idque probat Ioan. Oroscius in. d. l. Princeps nu. 6. 7. & 8. ff. de legi. & Ludo. Gomez in regula de infirmis resignantibus pag. 140. post prin. Imo nec iure gentium est solutus Princeps, Clemens. pastoralis. §. ceterum de re iudic. §. vlti. in fi. de iure natu. §. sed agnationis quidem, in fi. de legit. agnato. tutela. glo. & docto. in l. vlti. C. sicō. ius vel vtili. publi. Pau. & Socin. in l. si quis iniquum. §. si is pro quo nu. 7. ff. quod qui. in. Innocen. in. c. que in ecclesiarum de constitutio. [ Atque ideo nimirum hæc lex ad maiorem firmitatem addidit verba hæc, por ley pacto e cōtracto, nam si Imperator vel Princeps facit aliquod pactum cum regno suo, vel cum aliqua ciuitate sibi subdita, tenebitur proculdubio ad eius obseruationem, secundum Cyn. Barto. Bal. & docto. communiter in l. digna vox. C. de legi. & similiter tenebitur seruare cōtractum cum subdito factum secundum eosdem doctores, non solum ipse, sed & successores eius, vt in. c. 1. de probatiq. ibique expendunt Abb. Felin. & Deci. latissimē hanc sententiam confirmantes, Bal. in. c. 1. de natura Feudi Innoc. Abb. & docto. omnes in. c. nouit de iudi. quam esse communem attestatur Iaso. confi. 1. nu. 1. & 2. lib. 1. Bal. singulariter confirmat in l. qui se patris nu. 13. & 14. C. vnde libe. Paul. Castren. in l. Princeps nume. 4. ff. de legi. & in l. digna vox numero. 5. C. cod. Ludouic. Roman. consilio. 52. Deci. consilio. 286. nume. 7. Aimon Sabill. consilio. 135. numer. 5. & 7. vbi hoc intelligit in iure quæsito, secus in iure quærendo, huic enim Princeps potest derogare de plenitudine potestatis,

vt in successione feudi, in qua potest derogare iuri  
 quarendo, in spe tantum competentem, vt ibi probat nu.  
 7. Item voluit Deci. consil. 269. col. 4. Curti. Iunior cō  
 fil. 1. num. 32. Brunus consil. 1. nu. 62. & consil. 10. quod  
 est Socini num. 26. Gozadi. consil. 9. num. 47. arg. eorū  
 que Moderniores tradunt in c. super eo de offi. deleg.  
 qui omnes tenent primam conclusionem, quōd Prin  
 cipes ligentur iure contractus & feudi, quoties ex eo  
 fuerit ius quæsitum priuato, vt & Alber. Brun. voluit  
 d. consil. 1. num. 24. 25. & 26. Socin. inter eius consilia  
 consil. 10. num. 21. Curti. Iunior consil. 1. num. 36. citat  
 glo. & doct. communiter in l. 1. C. si contra ius vel vti  
 publ. vbi scribitur, quōd contractus nō subiecit Deus  
 Principibus, Gozadi. conf. 9. nu. 43. 44. & 45. qui lo  
 quitur in feudo, qui contractus quoque dicitur inno  
 minatus, vel secundum alios, nominatus, vel vt non  
 pauci sciunt, anormalus, at contractus sunt de iure  
 gentium, l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. vbi Bart. &  
 docto. in quibus Princeps censetur priuatus. l. 2. §. 1. ff.  
 nequid in loco publi. Bart. in l. in fraudem. §. neque  
 ff. de iure fisci. Cardi. conf. 147. Ioan. Lup. in repe. ru  
 bric. de dona. int. vir. & vxor. §. 69. num. 17. Feli. in d. c.  
 1. de proba. nu. 2. Quod potissimū fit, ne Rex ipse cō  
 mercio priuatur, quis enim cum eo contraheret, si con  
 tractus seruare non teneretur? vt optimē considerauit  
 Bal. ab Oroscio relatus nu. 13. in l. Princeps. ff. de legi  
 bus Paul. Paris. conf. 11. num. 52. & sequen. libr. 1. quam  
 traditionem pluribus autoritatibus confirmat idem  
 Paul. Paris. conf. 2. num. 129. & pluribus seq. lib. 4. A  
 mon Sabilla. conf. 241. num. 18. quibus adde fuisse tradi  
 ta per Ioann. Neuizani inter consilia Alberti Bruni  
 consil. 12. num. 23. 24. 25. & nu. 66. Ioan. Iacob. Leonar  
 dū in eisdem consilijs conf. 117. a num. 240. vsque ad  
 num. 246. & alibi sæpè. [ Et non solum Princeps na  
 turaliter obligatur ex pacto & contractu, verū etiā  
 ciuilitur, ex sententia Bald. in l. 1. Princeps. ff. de legi  
 cuius doctrina communiter est recepta, vt attestatur  
 Paul. Castr. ibi numero. 4. & Zasius numer. 5. idem vo  
 luit Areti. & Feli. num. 3. in cap. 1. de proba. & Anto.  
 Gomez in tomo de contractibus in princ. Mouentur  
 per text. in l. cum emptor. ff. de rescin. vendi. vbi con  
 tractus non debet claudicare, si ergo priuatus obliga  
 tur Principi naturaliter & ciuilitur, quid ni eodem pa  
 cto obligabitur. Princeps? sed Moderni in d. cap. 1. de  
 proba. respondent esse in Principe speciale, quē admo  
 dum in pupillo, cuius contractus claudicat, vt constat  
 ex l. Iulian. §. si a pupillo. ff. de actionib. empti: & in  
 ecclesia, vt notatur in capit. 1. ne sede vacan. Sed diuer  
 sa ratio est in ecclesia vel pupillo, quæ in Principe, vt  
 rectè aduertit Deci. in d. cap. 1. numero. 3. Mouetur. 2.  
 Areti. per text. in l. 1. §. si cum. l. sequen. ff. de offi. pro  
 cu. Cæsa. vbi Princeps adeundo hereditatem sibi dela  
 tam obligatur ex quasicontractu creditoribus, quæ  
 obligatio iuris ciuilis est, secundum Bart. in l. ex hoc  
 iure numero. 17. ff. de iusti. & iur. adducit etiā text. in  
 l. bene a Zenone. C. de quadri. præscrip. vbi actio da  
 tur contra Principem, ergo ciuilitur obligatur, quia so  
 la naturalis actio non producit, vt in l. de obli  
 ga. in princip. [ Ex qua conclusione inferitur, omnes  
 contractus cum principe celebratos naturam benefi  
 dei obtinere, cum habeant executionem ceteris con

tractibus inter priuatos celebratis faciliorem, & fir  
 miorem, vt Bal. censet de pace constantie in verbo si  
 quis vero numero. 1. Cremen. singul. 35. incip. omnes  
 contractus de mundo, Iaso. in l. ciuitas numero. 8. ff. si  
 cert. peta. & consilio. 1. col. 2. lib. 1. Lud. Gozadi. d. cōf.  
 i. numero. 43. Ludo. Gomezius plures alos referens in  
 §. actionum numero. 2. in l. de actio. Dida. Perez in l.  
 3. titulo. 8. lib. 3. ordina. columna. 1062. ad medium Ias.  
 in l. & si post, vltima colum. ff. si quis cautio. Ferdinā.  
 Vazquez libr. 3. de successio. creatione. §. 26. nu  
 mero. 27. Ioan. Neuiza. inter conf. Alberti Bruni cōf.  
 12. num. 27. vbi plura congerit. [ Ex quo fit, principē  
 donationem a se factam, postquam est perfecta, reuo  
 care non posse Bald. in l. quæ ex relationibus. 4. no  
 tab. & ibi Paul. nu. 3. C. de legi. gloss. in l. si qua in ver  
 bo præiudicij. C. de fund. & salti. rei domi. libr. 11. cui  
 accedit Iaso. in l. si reus nu. 13. ff. de pact. Alexan. cōf.  
 3. num. 9. lib. 5. Beroi. in cap. 1. num. 20. de proba. Iaso.  
 consil. 73. nu. 2. vers. condescendo lib. 1. vbi plura con  
 gerit in confirmationem Did. Perez. d. col. 1062. pro  
 pe finem, de quo latius dicemus infra col. 6. [ Verū  
 contraria sententia, imo quod Princeps non oblige  
 tur ciuilitur ex contractu, sed naturaliter tantū: quod  
 que isthæc obligatio naturalis fit in Principe efficax,  
 est receptor, & iudicio meo verior, eiq; adherēt An  
 to. Abb. Imol. Deci. num. 2. & 3. & Bero. numero. 19.  
 in d. c. 1. de proba. Ioan. Oroscio, cam frequentiore  
 dicens, in d. l. Princeps num. 14. ff. de legi. Mouentur,  
 quia Principes licet lege nature, & iure gentium obli  
 gētur, non tamen lege ciuili, vt in d. l. Princeps. ff. de  
 legi. non ergo obligatur ciuilitur sed naturaliter lege  
 conuentionis secundū Bald. in l. 1. ff. de cōsti. princi. [ Et si  
 dixeris quomodo ergo sola naturalis obligatio hac in  
 specie efficax est? Respondeo sola naturalis in Principe  
 habet effectū & actionē producitur, ex quo ipse nō po  
 test aliter obligari, vt ex d. c. 1. de proba. expeditur te  
 ste Decio ibid. nu. 3. vers. sed tamē tenēdo cōmunē, re  
 fertq; id sensisse Ant. de Butr. in c. que in ecclesiarum  
 col. pen. de cōsti. quia, vt ibi dixit Abb. pen. col. prin  
 ceps remanet in terminis iurisdictionis, quo iure pactum  
 nudū & sola naturalis obligatio producebat effectū,  
 vt ex d. l. ex hoc iure omnes probant. Facit quod no  
 tat Bal. in l. rescripta ad fi. C. de precib. Impe. offeren.  
 hoc etiam suadetur teste Decio. d. num. 3. ad medium,  
 quia ne quis indebitē damnum patiatur, naturalis so  
 la ex pacto nudo effectum producit, vt notat Bar. per  
 illum text. in l. & eleganter. §. seruus pactionis. ff. de  
 dolo, & Ange. consilio. 1. in fine. Et quamuis actio cō  
 tra Principem nulla competat, æquitate suggerente  
 officio iudicis succurratur, vt in l. planē. ff. de peti. hæ  
 red. confert text. in c. ad apostolicam, vbi Hosti. &  
 alij de simo. tex. in l. 1. §. cum patronus. ff. de offi. præf.  
 vrb. Ex quib⁹ cōcludo principē ex sola naturali obli  
 gatione astringi, & efficaciter teneri, cū ciuili cum  
 non possit cogere. [ Cui sententiæ non oberit  
 text. in l. 1. in fine cum, l. sequenti. ff. de officio pro  
 curatoris Cæsaris, quia etiam in hereditatis additio  
 ne consensus interuenit, ex quo nimirum princeps  
 obligatur naturaliter, sola enim ciuili sufficiens non  
 esset ad agendum, vt in princip. institu. de obli  
 ga. quod probat, & optimē explicat Bart. in l. interdum  
 nu. 6

num. 6. ff. de conditio. indeb. & Paul. Castr. in repe. l.  
 ex hoc iure vlti. q. ff. de iust. & iure. Quemadmodum  
 in stipulatione, quæ a iure ciuili inuenta fuit. §. de con  
 stituta in l. de actio. & tamen in ea interuenit obliga  
 tio naturalis, quæ oritur ex consensu, sine quo stipula  
 tio est inutilis. l. 1. §. adeo. ff. de pact. cuius verba sunt,  
 Nam & stipulatio, que verbis fit, nisi habeat consensum,  
 nulla est, & in l. 1. tit. 11. part. 5. & idem est in alijs con  
 tractibus a iure ciuili inductis, de quibus per gloss. in  
 §. ex hoc iure, in verbo pœna, in l. de iure natura. gēt.  
 & ciui. Princeps ergo adeundo hereditatem, ex sola  
 naturali orta ex consensu efficaciter obligatur: ciuili  
 siquidem quæ ex quasicontractu inducitur, non suffi  
 ceret, vt dixi. [ Ad text. in l. bene a Zenone respon  
 det Deci. in d. c. 1. de proba. num. 3. in fine tribus mo  
 dis. Primò, quōd loquitur in actione reali, quæ nullā  
 præsupponit obligationē. §. 1. in l. de actio. Vnde ex  
 hoc inferri non potest, quōd ciuilitur obligetur.  
 Secūdo, inquit, quōd licet in personali actione loqua  
 tur, ideo ibi cōtra Principem competit, quia succedit  
 in locum priuati, cum igitur subrogetur loco priuati,  
 nimirum si iure priuati vtatur, absque vlla præroga  
 tiua. l. fisci. §. 1. ff. de iure fisci. Tertio respondet, q  
 nō loquitur de actione formali, sed de petitione seu iu  
 re petendi, ex iure gentium procedente, non de actio  
 ne, inquam, ex obligatione ciuili nata iuxta. l. licet. 6.  
 ea obligatio. ff. de procura. quoniam contra Principē  
 hoc dici non potest, quia subiectum non est habile ad  
 recipiendum ciuilem obligationem, cum ipse sit solu  
 tus legibus a quibus ea ciuili obligatio procedit, ma  
 nebit ergo Princeps in terminis iurisdictionis, vt sic  
 ex sola naturali possit conueniri, vt docuit Panormi.  
 in d. c. quæ in ecclesia nolum. penult. de constitu.  
 & diximus supra num. 10. & clarius probat tex. regi  
 nostri in l. 53. tit. 5. de emptio. & vendi. part. 5. ibi.  
 Y puede el pedir que de la estimacion. & licet ibi Grego.  
 Lup. optimē explicet. d. l. parti. & l. bene a Zenone.  
 C. de quadri. præscrip. & latius Petr. de Dueñas in re  
 gula. 238. tredecim modis eam legem limitans, omisse  
 runt tamen horum verborum explicationem. [ Cum  
 ergo, vt ad expositionē legis nostræ redeamus, in ea  
 dicitur Regem Ioanem Pincie hanc constituisse legē,  
 pactumque & contractum cū procuratoribus regni  
 fit, vt minimē reuocari possit, maximē cū iuramen  
 tum contineat, iuxta. c. intellecto de iureiu. de quo in  
 fra latius, ligat enim pactio & contractus successores  
 regni, vt in d. c. 1. de probatio. & ibi docto. communi  
 ter expendant, vt & diximus supra nu. 5. & tum po  
 tissimum cū lege nouiori regia lex illa & pactio fue  
 rit cōfirmata a Carolo Imperatore in commitijs Pini  
 cianis anni. 1523. & Toletanis anni. 1525. & per Regem  
 Catholicū Philippū. II. anno. 1566. die. 29. Nouēbris  
 quo iussit leges istas ad vnguem obseruari.

GLOSS. III.

1 Principis bona multipliciter considerantur. & nu. seq.  
 Bona ad regnū regiamque coronam spectantia Regis  
 esse dicuntur, ibid.  
 2 Bona Regi competita in signum supreme potestatis.

Appellatio est de his, quæ principi reseruantur in signū  
 supreme potestatis, ibidem.  
 Regalia quæ sunt, ibidem.  
 3 Principis bona ei pertinentia ratione dignitatis regie.  
 4 Principis bona ei competentia, quæ tamen a priuato  
 possideri possunt.  
 Honores apud Hispanos qui dicantur? ibidem in fine.  
 5 Principis bona fiscalia quæ sunt?  
 6 Principis bona priuata.  
 Princeps duarum personarum obinet mortalis, & im  
 mortalis, declaratur, ibidem.

c Siempre en la real corona de sus reynos. Bona Principis  
 multifariam considerantur, quædam sunt, quæ ad reg  
 num regiamque coronam spectant, vt ciuitates, oppi  
 da, villæ, castra, & arces, vt in l. 1. titulo. 17. part. 2. ibi.  
 2 E otras y a que pertenescen al reyno. [ Alia dicuntur bo  
 na Regi competita in signum supreme potestatis, &  
 in recognitionem subiectionis, vt quōd ab omnibus  
 inferioribus iudicibus ad Principem appelletur secū  
 dum Bal. in auth. quas actiones num. 14. C. de sacros.  
 eccles. l. 1. supra eod. & l. 1. tit. 15. de præscrip. supra li. 4.  
 Oldrald. conf. 172. col. 1. & conf. 244. col. 2. & conf. 254.  
 col. 1. dom. Dida. Couar. in relectione regulæ possessor  
 2. par. §. 2. num. 8. l. 22. tit. 13. part. 2. vbi Grego. Lup. in  
 verbo o le embargallen expendes legem illam contra  
 dominos populorum impediendes appellationem ad  
 regem, vel eius curiam, vel appellationes prosequi, vt  
 puniantur eiusdem legis pœna, nempe, priuationis lo  
 corum vel oppidorū, vel eorū iurisdictionis. In signū  
 etiā supreme potestatis cōpetit Regi ius eudendi mo  
 netam in regno suo, qua omnes regnicolæ vti debent  
 c. quanto de iureiu. And. de Yter. in tit. que sint regal.  
 verbo monetæ. l. 22. & ibi Grego. Lupi in verbo coger  
 su moneta tit. 13. par. 2. [ Tertio dicuntur bona Regi  
 pertinentia ratione dignitatis, vt rebellionum creatio,  
 veltigalium inductio, illegitimum legumatio,  
 & his similia, quorum mentio fit in c. duper quibusdā  
 §. præterea de verbo. signifi. & per docto. ibidem & in  
 c. 1. que sint regal. in lib. feudo. hæc ad nullum præter  
 Principem spectant. [ Quartum genus bonorum  
 sunt, quæ Principi, vt ad Principem spectant, quæ li  
 cet regiæ coronæ pertineant, possunt tamen a quocun  
 que priuato ex concessione Principis possideri, quæ  
 lia sunt prata, pascuorum saltus, ferarum vinaria, præ  
 dia rustica, & urbana, quæ quidem non fuerunt fisco  
 applicata propter delictum priuati, sed alio titulo ha  
 bita, vt in l. 1. tit. 17. part. 2. dom. Dida. Couarra. in re  
 gula possessor. 2. par. §. 2. nu. 8. & mineralia, salina, por  
 toria, veltigalia, quæ ex portubus, & pontibus, & pis  
 catione proueniunt. & tributa quæcunq; vt in l. 11.  
 tit. 28. de acqui. rer. domi. part. 3. l. 2. tit. 13. de thesauris  
 infra lib. 6. l. 19. tit. 8. de redditibus regijs infra libro. 9.  
 & hæc honores Hispanæ appellantur, seu terre, quæ a  
 regibus conceduntur nobilibus in remunerationem  
 seruitioſū, vt in l. 2. titulo. 26. par. 4. [ Quinto bono  
 rū regaliū species est, eorū quæ fisco deferuntur, vel ra  
 tione eriminis, vel ob veltigal nō solutū, vel alias hæc  
 antequam in regio patrimonio fuerint incorporata,  
 N n 4 ad eius

ad eius dignitatem pertinent, de quibus tractat Luc. de Poena in l. quicumque. 2. colum. C. de omni agro de ser. lib. 11. [ Sexta & vltima species bonorum regaliū est, quę Regi competunt peculiari & priuato patrimonio tanquam priuato, de quibus agitur in d. l. 1. tit. 17. pat. 2. Rex siquidem vicem obtinet duarum personarum, mortalis & immortalis, mortalis ve rē cuius respectu quasi persona priuata intelligitur, im mortalis & perpetuę non verē, sed enigmaticę, & representatiuę, quę durat quandiu ipsa regalis dignitas perdurat & superstes est, vt eleganter docet Bald. cōf. 159. num. 5. lib. 3. Tiraquell. de iure primogenitorum. q. 35. num. 22.

GLOSS. IIII.

Princeps an possit successoribus legem imponere? remissiuē.

d Ni sus successores que despues del reynassen. Nota quod lex ista legem imponit successoribus regni, quod quo modo intelligatur, & an id fieri possit latē examinā ui supra eodem gloss. 2. ex ibi dictis colliges, quid hęc statui oporteat.

GLOSS. V.

Necessitatis causa plurima permittuntur contra regulas iuris communis, remissiuē.

e Vrgente necessitas. Ex causa vrgentis necessitatis plurima permittuntur contra regulas iuris communis, vt latē traditur per Felin. in c. querclam de iureiur. cum concordant. à Tiraquell. congestis, de legibus connubialibus gloss. 8. num. 9. & lib. 1. de retractu. §. 26. gloss. 1. num. 18. & sequen. dixi multa supra eod. l. 1. gloss. 21. num. 17. & sequent.

GLOSS. VI.

f E leales servicios que alguno le hiziesse. Adde hęc quę diximus supra eodem. l. 1. gloss. 1. numer. 4. & 5. optimus text. in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admu. tuto.

GLOSS. VII.

Princeps non potest alienare bona regia corona, vt ciuitates & oppida.

Princeps bona regia corona alienans potest reuocare.

Rex iurat in initio sui regiminis non alienare, ibidem.

g Rex Castella est dominus non solum quoad protectionē, sed quoad verū dominū rerū, qua in regno sunt.

Capta ab hostibus efficiuntur capientium, ibidem.

h Capta in bello iure regio cuius sint?

Castra sunt propria bona Regis, ibidem.

Castrosum adificia in Castella, an fieri possint vel refici? ibidem.

i Capta in bello sunt Principis tanquā bona hereditaria.

Populum nouum in Hispania facere, non licet absque

Regis licentia, ibidem.

5 Lex. l. tit. 5. lib. 7. infra explicatur.

Solum Castella nō pertinet ciuitatibus, nisi ex Regis cō cessione, ibidem.

6 Regi cōpetit & regno bona immobilia bello quę sita. Rex & regnum habent intentionem fundatam quoad ciuitates & loca, ibidem.

Rex solus an possit bona regni alienare? ibid.

7 Rex Castella non potest bona regni alienare, nisi cum solemnitate huius. l.

Contractus ligant Reges, eorūquē successores, ibidem.

8 Princeps alienare nequit sibi reseruatā in signum suprema potestatis.

9 Princeps quā bona alienare possit? & num. sequent. Princeps non potest alienare bona in magnū regni detrimentum, ibidem.

10 Princeps reuocat per eum alienata in magnum regni detrimentum.

Princeps si donauerit rem magni pręiudicij an valeat ad vitam? ibidem.

11 Donatio reddituum alicuius oppidi regni an valeat ad vitam?

Officia à Rege cōcessa nō spirant morte cōcedētis, ibi.

12 Princeps an alienare possit bona fisco delata?

13 Princeps potest condemnatū, cuius bona fuerunt publicata, restituere.

14 Princeps potest ad libitum alienare bona propria, quę ei, vt priuato competunt.

15 Prescriptio bonorum regaliū quanto tempore procedat? remissiuē.

g Que qualquier alienacion que se hiziesse. Nota legem istā quę non solum prohibet donationem populorum regie coronę, sed & aliam quancunquę alienationē titulo etiā oneroso factā. Et vt perfectē resolui possit hęc materia, an liceat Regi bona regia alienare, pręmissis sex bonorū generibus, de quib⁹ supra in gl. 3. fac sequētes conclusiones. Prima conclusio, Princeps nō potest donare, vel alio titulo etiā oneroso alienare bona regie dignitatis & coronę, vt ciuitates, oppida, villas, castra, arces, & tributa ad regiā coronā spectantia, etiam si iuramētum in alienatione adiecerit. Quinimo Princeps ipse admittitur ad reuocandā alienationē ab eo factam non obstante iuramento in contrariū emisso, vt in c. intellecto de iureiur. vbi Panor. Feli. & ceteri cōmuniter, Hosti. & Feli. in c. dilecti de maiori & obedi. Ioan. Lupi in rep. c. per vestras notab. 2. §. 1. nu. 41. & seq. de don. in. vi. & vxo. las. in l. debitorū nu. 7. C. de pact. idem las. in pręiud. feudo. nu. 80. Bald. in c. vlti. in fi. de sent. & re iudi. idem Bal. conf. 156. nu. 3. libr. 3. Iaco. Butri. Pet. de Bellaper. & Bal. & ceteri in proco mio codicis. Alberi. in l. bene à Zenone col. pen. C. de quadric. pręserip. Tiraq. de iure primigenio. q. 35. nu. 19. Bar. in l. prohibere. §. planē. ff. quod vi aut clā. Anto. Corsetus de excellentia Regis. q. 4. Math. Affli. in constit. Neapoli. in princ. q. 24. Feli. in c. ad audientiam colū. 2. de prescrip. Bald. in proco mio feudarum num.

num. 32. hanc sequuntur & communem dicunt Fran. Ripa lib. 1. responforum cap. 1. num. 51. & Ioan. Igne. in repe. l. donationes quas diuus num. 26. C. de dona. int. vi. & vxo. dom. D. Couarru. in cap. quamuis pactum par. 2. §. 2. num. 4. de pact. lib. 6. Ferdi. Vazquez lib. 3. de successio num. creatione. §. 26. num. 83. Did. Perez citans concordantes in l. 1. tit. 1. lib. 3. ordina. colu. 792. Carol. Moline. qui pulchre loquitur in consuetu. Parisiens. tit. 1. §. 1. glo. 5. num. 54. & seq. Paul. Cast. singulariter id explicans conf. 70. lib. 1. Greg. Lupi in l. 5. glo. 2. tit. 15. par. 2. dixi latē in stylo cancellarij tit. 1. pręmi. 25. glo. 1. est quę ad id tex. in l. 4. ibi, pero esto debe ser hecho tit. 15. par. 2. & in l. 1. in fi. tit. 17. eadem. par. & in l. 28. tit. 11. de iureiurando par. 3. Et hoc iure communi Imperatorum proculdubio procedit, iurat siquidem Rex in principio sui regiminis, se bona regie coronę non alienaturum. d. cap. intellecto de iureiur. l. 28. tit. 11. par. 3. [ Iure autem regio est maior dubitatio, Rex enim noster est dominus totius Castellę, nō solum quoad iurisdictionem & protectionē, sed etiā quoad verum dominium rerum, quę in Castella sunt, qualia sunt oppida, castra, ciuitates, villę, territoria, & termini, pascua & montes, prędia, & reliqua id genus arg. l. 3. tit. 6. de iure patronatus supra lib. 1. ibi, y por que esto si asi pasase redundaria en derogacion de nuestra real preeminencia, por ser este derecho ganado por los Reyes por respecto dela conquista que hizieron desta tierra Quorum verborum sensus est, regionum Hispanię seu Castellę pleraque ereptas fuisse à Mauris vel Saracenis per Reges Castellę, atque ideo ad eos iure dominij pertinere, non secus quam ea quę ab hostibus capiuntur, iure gentium pertinent ad ipsos capientes, vt in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure, & in §. ius autem gentium insti. de iure natu, & vtrouique per scribentes, & in §. item ea quę ab hostibus iusti. de rer. diuisio. & in l. hostes. ff. de capti. idem probat text. in l. 1. tit. 3. de episcopis & clericis supra lib. 1. ibi. A los Reyes de Castilla y de Leon, los quales con deuocion feruiente y Catholicos y animosos coraçones, y con derramamiento de la sangre suya, y de sus subditos y naturales, ganaron y libraron esta tierra de los infieles Moros y enemigos de nuestra sancta see Catholica, y la pusieron so la obediencia de la sancta see Catholica. [ Secundo confert tex. in l. 20. tit. 28. de acquirend. rerum domi. par. 3. & l. 3. 18. & 19. tit. 26. part. 7. vbi acquisita ab hostibus efficiuntur capientium, si mobilia fuerint, dēpta quinta parte, quę Regi cōpetit in recognitionem superioritatis. Ciuitates, autem & oppida, villę, castra & arces eisdemque pertinentia, & pręciosiores domus debent reseruari Regi nostro, eiq̄e tantum iure regio acquiruntur, nō militibus, licet acquirentes sint remunerandi, vt notat Petr. Nun. de mandatis exequendis cap. 4. num. 1. in fine & num. 2. versic. item acquisita, & cap. 4. num. 10. versic. hodie verō in regno Castellę, vbi ait omnia immobilia, quę sunt in regno Castellę pręsumi esse Regis, antequam termini ab eo essent designati, nā post assignationem terminorum ciuitas fundat. in eis suā intentionem, vt ibi latius per eum. Regi enim Castellę competit soli assignatio terminorum, & diuisio pro-

uinciarum, vt in l. 2. tit. 1. part. 2. Petr. Nun. de manda. exequend. cap. 4. num. 2. facit. l. 12. tit. 1. part. 2. & l. 51. tit. 18. part. 3. Quo fit, vt absque regia licentia pōptuli fieri non possint in solo regni huius, vt in l. 10. in prin. tit. 15. de regesto & cancellario supra lib. 2. nec castra seu arces. l. 8. tit. 5. de castellis seu arcibus infra lib. 6. Did. Perez in l. 7. tit. 7. lib. 4. ordina. col. 1476. Petr. Nun. de mandatis exequendis. c. 14. num. 6. versic. 5. Auilefius in cap. 23. prętorum in verbo torres, vbi latē, diximus supra hoc eodem libro tit. 7. de maioratu. l. 6. glo. 5. vbi lex statuit non posse refici inconsulto Principe, vt ibi dixi num. 11. & sequentibus & Petr. Nun. d. cap. 4. nu. 1. ad finem. Propria enim regis bona castra sunt, & in l. 21. tit. 13. & l. 1. tit. 17. & l. 1. tit. 18. part. 2. cum ergo regnum istud à regibus expugnatum fuerit, consequitur ad Reges ipsos ciuitates & castra pertinere, & omnia immobilia: libere ergo de eis poterit disponere. [ Facit etiam text. l. 6. tit. 27. part. 2. ibi, a los que le ayudaren a ser heredado de los enemigos. Ecce ibi quę sita in bello tanquam bona hereditaria esse censentur Regis cui adde text. in l. 7. tit. 20. de cancellario part. 3. col. 2. ibi, E si hizieren puebla nueua, e les dieren herodamiento de termino poblado, vbi pro constanti & comperto habetur, quod facere nouum populum nemini licet in Hispania absque Principis licentia, vt dixi num. pręcedenti, quāuis iure communi absque Regis licentia fieri posset, vt in l. ex hoc iure & ibi Bart. & Alberi. ff. de iusti. & iure, Ioan. de Platea in l. vnica. C. de metropoli Varito, notat Petr. Nunn. in d. cap. 4. num. 2. & Grego. Lupi in d. l. 7. tit. 20. part. 3. in verbo puebla nueua, Ferdinand. Vazquez libr. 1. de successio num. creatione. §. 3. num. 4. versic. 13. facit. Vbi ex d. l. 7. notat, Principem posse cōcedere & assignare pascua, mōtes & terminos, & non alium, quod & notat Grego. Lupi gloss. sequent. & Nunn. vbi supra. Et ex hoc in ferunt Regi nostro ante huiusmodi assignationē hęc omnia pertinere, ad idem confert expressus tex. in d. l. 10. tit. 15. de cancellario & regesto supra lib. 2. paulo post princ. & tex. ille in versic. otro si porque esta dispuesto, probat expressē donationem oppidorum vel castrorum fieri posse. [ Quibus accedit tex. in l. 1. tit. 15. de bonis ciuitatum infra lib. 7. ibi. E suelos que fuerō apropiados a las dichas ciudades. Quorum verborū sensus esse videtur, quod singulis ciuitatibus & oppidis Castellanis nullum solum publicum pertinet, nisi ex concessione vel permissione Principis, ad quę prius pertinebat, quare nimirū ipse donare poterat vel concedere, vt ibidem patet in hęc verba. Y si algunas cartas y mercedes de las tales cosas fueren dadas por los Reyes nuestros progenitores. Ipse enim est caput regni & pater, vt in l. 3. tit. 19. part. 2. & l. 7. & 9. eodem tit. Ferdinand. Vazquez Menchaquen. de successio num. creatione. §. 3. numer. 4. Vbi pluribus legibus & rationibus, id probare conatur, sed demum in fine eiusdē numeri inquit, si hanc potestatem Principibus nostris, ideo competere putamus, quod legibus superius citatis sic fuit declaratum: consequens erit, alijs posterioribus legibus eandem potestatem posse ex toto adiri, & longe facilius moderari & restringi, vnde cum per



hanc legem hæc alienandi facultas vetita sit, nisi adhi-  
beat solemnitas in ea contenta, superest vt talis alie-  
natio alio modo facta nullius sit momenti, si fiat per  
titulu donationis, secus autem fortassis esse, si fiat titu-  
lo oneroso venditionis. Quia non semper valet argu-  
mentum de donatione ad venditionem & reliquos ti-  
tulos onerosos, licet quandoque valcat, vt in terminis  
l. donationes quas parentes. C. de dona. int. vir. & vx.  
Verum hanc rem atigisse nõ etiam diremisse fas est,  
subdit idem Ferdi. propter innumeratas causas aliena-  
tionis que modò fiunt, & pendent à summis Prin-  
cipis nostri rationabilibus factas. [ Sed disputationis  
gratia, animi namque mei non est in hac re sententiã  
proferre, quæ à Ferdinando Vazquez acutissimi in-  
genij viro adducta sunt contra communem receptis-  
simamque sententiam, ei minimè obstrare videntur.  
Quoniam leges præcitata, quibus ciuitates, castra &  
oppida regni huius tanquam bello quæsitã & cætera  
regni immobilia Regi competere statuitur, non Regi  
soli competere aiunt, sed & regno, vt constat ex. l. i. tit.  
18. par. 2. ibi, *Mas como quier que mostramos de los he-  
redamientos desta manera, que son quitamente del Rey,  
queremos agora aqui dezir de los otros, que maguer son su-  
yos por señorio, pertenescen al reyno de derecho. Estas son  
las villas, e los castillos, e las otras fortalezas de su tierra.  
Ibi que ex ea lege notat Greg. Lupi in verbo de dere-  
cho, Regem & regnum habere intentionem fundatam,  
quoad dominium ciuitatum, villarum & castrorum  
regni, licet non quoad alia bona particularia, vt notat  
doct. in. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. tex.  
regni nostri expressus in. l. i. tit. 17. par. 2. ibi, *E otras y a  
que pertenescen al Reyno, asi como villas y castillos, y  
los otros honores que por tierra los Reyes dan a los ricos  
homes. Ex quo sequitur, non ea ratione Regibus per-  
mitti iure antiquo, donationem seu alienationem ciui-  
tatum, oppidoru, vel castrorum, quod Regis essent, &  
non regni, quia hoc falsum est, vt ex eisdem antiquis  
regni nostri legibus probauimus, sed quia Rex ipse ca-  
put est regni, quod probat lex. 2. tit. 2. de nobilibus  
Hispaniæ infra lib. 6. ibi, *E es nuestra merced que quan-  
do nos ouieremos de hazer merced de qualquier villa o lu-  
gar o tierras o vasallos a qualquier cauallero o persona  
&c. Ecce Rex potest solus ciuitates & loca regni alie-  
nare, idem probat. l. i. & ibi expeditur in gl. 3. supra  
eo. tex. etiam expressus in. l. 8. tit. 1. par. 2. ibi, *E de mas  
el Rey puede dar villa o castillo de su Reyno por hereda-  
miento a quien quisiere, lo q no puede hazer el Emperador.*  
7 Vbi Gre. Lupi in verbo venga idem adnotauit. [ Sed  
quod prædictis legibus permissum erat, hac nouissima  
lege limitatur & restringitur, vt Regi Castellano nõ  
liccat ciuitates, villas, oppida, castra, vel vicos donare,  
vel aliàs alienare, nisi ex magna causa & seruatis solẽ-  
nitatibus & forma in hac eadẽ lege traditis, vt latius  
diximus in stylo cancellariæ tit. 1. præminencia. 25.  
glo. 1. in fi. que vt dixi confirmata est per Regem no-  
strum Carolum Quintum Imperatorem in committijs  
anni. 25. & 27. & per Regem nostru Philippum Secun-  
dum anno. 1566. & licet leges istę regiæ non obligent  
ad earum obseruationem successores suos, eos tamen***

ligat pacta & contractus, de quibus in hac lege fit mē-  
tio, vt latius probauimus supra eo. glo. 2. Sed an huic  
legi possit derogari, non obstante pacto & contractu  
in ea contento, & assignationem vicorum & termino-  
rum seu districtus per prædecessores factam huius reg-  
ni ciuitatibus reuocare, & in alios titulo venditionis  
transfere, disseram fortè inferius, nisi ea ratione du-  
ctus, qua & Ferdinandus Vazquez, ab instituto ani-  
mum auertero. [ Secunda conclusio, Princeps alienare  
& subiectionis recognitione, vt quod ad eũ uel eius re-  
giã cancellariã appellari nõ possit, vel q iniustitię de-  
fectũ nõ possit Rex ipse iº dicere, vt diximº supra eo.  
d. l. i. gl. 10. & 11. Hæc nõ possunt à Rege separari vt la-  
tissime probauim in stylo cæcellarię ti. 1. præmi. 13. qua  
re hic nõ repeto, & probat optimè d. D. Cou. li. practi-  
caru quæstio. cap. 4. num. 1. & deinceps. [ Tertia con-  
clusio, Princeps potest prata pascuorum alienare & sal-  
tus ferarumque uinaria, prædia rustica & urbana, mi-  
neralia, salinas, portoria, uctigalia, que ex portibus,  
pontibus, & piscatione proueniunt, & tributa quæcũ  
que, Hispaniæ honores dicta, ea que concedi, solent no-  
bilibus Hispaniæ, & alijs in præmium & remuneratio-  
nem obsequij & seruitij, modò ex tali alienatione nõ  
ingens læsio regno contingat, licet modice ledatur, se-  
cundum Bart. in. l. prohibere. 6. plane. ff. quod vi aut  
clam, cui accessit Bal. conf. 159. num. 3. lib. 3. Panormi.  
& communiter de do. in. d. cap. intellecto de iure iu.  
Tiraq. de iure primigeniorum. q. 35. num. 19. Corset. de  
excellencia Regis. q. 4. Math. Affli. in constituto. Neap.  
in prin. q. 24. Feli. in cap. ad audientiam colu. 2. de præ-  
scrip. dom. Did. Courru. communem dicens in capit.  
quamuis pactum. 2. par. 6. 2. num. 4. Ripalib. 1. respon-  
so. cap. 1. num. 54. Ioan. Igne. in rep. l. donationes quas  
diximus num. 26. C. de dona. int. vi. & vx. l. i. de  
hitorum num. 7. C. de pact. & in præd. Feudo. num.  
78. Ioan. And. & Bal. in cap. grandi de supplen. negli-  
prela. lib. 6. Alex. conf. 10. num. 6. lib. 3. Socin. conf. 4.  
num. 19. lib. 3. Paul. Cast. conf. 72. libr. 1. Ferdin. Vazq.  
altos referens de success. creatio. lib. 3. §. 26. num. 83. Gre-  
gor. Lupi in. l. 8. in verbo aquien quisiere tit. 1. part. 2.  
tex. optimus in. l. 2. titu. 13. de thesauris infra libro. 6.  
10 [ Quod si horum aliquid Rex alicui cõceserit in gra-  
ue regni detrimentum, de facto, quod aiunt, poterit re-  
uocare, vt in. l. omnes fundi, & ibi Luc. de Pen. C. de  
fund. patri. lib. 11. vel saltem concessa censentur ad  
vitam dumtaxat Regis concedentis uel confirmantis  
& non ultra, vt in. l. 5. prope finem titu. 15. part. 2. dum  
sic ait, *Fueras ende si el Rey gelas otorgase todas o algu-  
nas dellas en el privilegio del donadio. E aun estonces no  
las puede auer ni deue usar dellas, sino solamente en la vi-  
da de aquel Rey que gelas otorgo, o del otro. que se las qui-  
siere confirmar. Quod etiam limita, nisi magnum præ-  
iudicium ex ea donatione ad vitam regno oburneret,  
vt in concessione argenti fodinarum, quarum fructus  
non renascuntur, vt in. l. diuortio. §. si vir in fundo. ff.  
soli. matri. & in. l. 27. tit. 11. par. 4. [ Eadem ratione cõ-  
cessio honorum, idest, reddituum alicuius oppidi seu  
castru censetur facta ad vitam concedentis, vt in. l. 20.  
tit. 13. par. 2. ibi, *E entregando le luego de los officios e de  
los**

los officios e de las tierras, a que llaman honores, e de todas  
las otras cosas que tienen del Rey finado, &c. Grego. ta-  
men Lupi in. l. 2. tit. 26. par. 4. in verbo, por toda su vi-  
da, intelligit officia & honores durare ad vitam dona-  
tarij, quod in specie statuitur in. l. 2. tit. 3. de custodi-  
dis filijs Regis supra lib. 2. defuncto tamẽ Rege debet  
donatarij recognoscere à Rege nouo, vt in. d. l. 20. tit.  
13. par. 2. de quo infra eod. l. 16. glo. 1. Itaque huiusmo-  
di donationes & priuilegia interpretanda sunt quo-  
minus lædant regiam coronam, colliges autem læsionẽ  
modicam vel maximam ex quãtitate rei donate, qua  
litate, & potentia, vel paupertate Regis, vt hac in spe-  
cie aduertit Fran. Ripa lib. 1. responforum cap. 1. num.  
55. & 56. [ Quarta conclusio, bona fisco delata ob de-  
lictam, vel vt uacantia, vel quia quis sine herede dece-  
sit, uel alia ex causa, si nondum fuerant in patrimonio  
Principis incorporata, possunt liberè alienari, vt in  
specie asserit Luc. de Pen. in. l. quicunque. 2. col. v. sic.  
quod si tempore procedente. C. de omni agro desert.  
lib. 11. & in. l. 2. 2. colu. v. si. quid enim si Comes. C. de  
fund. patrimo. eod. lib. Bar. Bal. Pau. & Iaso. in. l. nec  
damnosa. C. de præcip. impe. offer. vbi asserunt, hac in  
specie de Principis potestate non esse dubitandum, sed  
eius uoluntatem esse tantummodo exquirendam, idẽ  
uoluit Bal. in cap. nisi specialis num. 5. de offi. delega.  
Alex. & Iaso. in. l. apud Iulianum. §. constat nume. 24.  
ff. delega. 1. idem Iaso. in. l. cum quis colum. 2. in prin-  
cip. ff. de iur. & fact. igno. Paul. Pari. conf. 1. num. 22. lib. 4.  
Paris de Puteo de Syndica. in verbo compositio col.  
13. Ferdin. Vazqu. de success. creatio. §. 26. numero. 85.  
13 [ Qui extendit hanc conclusionem, vt procedat, etiã si  
bona hæc incorporata fuerint in regio patrimonio au-  
thoritatis Parisij. d. conf. 1. num. 26. & iterum conf. 69.  
num. 194. lib. 3. quod haud dubie procedit, quando qui-  
dem licet Principi, condemnatum cuius bona fuerant  
publicata restituere, vt ei sic restituto bona publicata  
reddantur. l. 1. in fi. vbi Bar. & alij firmant, & l. 1. fi. C.  
de senten. pass. Bart. in. l. Gallus. §. & quid si tantum  
nu. 13. & ibi Galiaula nu. 64. & Iaso. numer. 66. & 70.  
Fortuni. num. 153. Carol. Ruynus nume. 120. & Ema-  
nuel Casta Lusitanus. 2. par. num. 42. & seq. ff. de libe-  
& posth. est que recepta sententia teste Parisio. d. cõsi.  
69. num. 196. lib. 3. & Ferd. Vazq. d. §. 26. num. 85. quod  
14 in regno Hispaniẽ scimus quotidie fieri. [ Quinta  
conclusio, Princeps ad libitum alienare potest,  
& donare bona sui peculiaris patrimoniij, quia  
ad ipsum tanquam priuatum pertinent, non tanquam  
in regali dignitate constitutum, atque ideo liberè abs-  
que ulla causa & necessitate vendere, donare, & quo-  
modo uelit expendere, etiam abutendo, temereque &  
effusse prodigere poterit. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de  
peti. heredi. l. in re mandata. C. mandati. l. 1. tit. 17. par.  
2. doctores superius citati num. 1. Ferd. Vazq. de succ.  
15 creatio. §. 26. num. 84. Bal. conf. 271. in fi. lib. 1. [ Quan-  
to autem tempore huiusmodi bona regia, de quibus  
hactenus egimus hic & in glo. 3. huiusmet legis, præ-  
scribantur, tractat optime, prout cetera. dom. Did. Co-  
uarru. in repe. regulę possessor. 2. par. §. 2. numero. 7. &  
seq. vsque in finem, dixi aliquid in stylo cancellarię  
titul. 01. præminencia. 13. Aimon Sabillianus de anti-

quitate temporum. 4. part. §. absolutis differentijs.

G L O S S. VIII.

- 1 Prohibitio alienationis per legem facta impedit domi-  
nij translationem.  
*Dominium ex actu nullo non transfertur, ibidem.*  
*Dominium per legem trãsferri potest absque traditio-  
ne, sicut & possessio, ibidem.*
- 2 Dominij translatio per legem potest impediri.
- 3 Dominij translatio fieri potest absque traditione testa-  
tori uerbente.  
*Dominij translatio per testatorem impediri potest cũ  
causa, ibidem.*
- 4 Dominij translatio an impediri possit per pactũ uel  
contractum.  
*Dominij translatio impediri potest per contractum in  
quo aliquod ius hypothecæ uel aliud sibi reseruant  
is, in cuius gratiam prohibetur alienatio, ibi.*  
*Lex. si creditor. §. si. ff. de distract. pigno. & l. ult. tit.  
5. par. 5. explicatur, ibidem.*
- 5 Possessio an transferatur ex inutili contractu.
- h Ni a ellos pudiese pasar el señorio y possession. Duplici ex  
causa non transit dominium ciuitatis uel oppidi, aut  
castru, à Principe donati uel aliàs alienati, in donata-  
rium uel in eum in quem facta fuit alienatio. Primo  
quia prohibitio alienationis à lege facta impedit do-  
minij translationem. l. quedam. ff. de acq. rer. domi. l.  
1. ff. de fund. dota. insti. qui. alien. lic. uel non in prin-  
cip. cum similibus, Anto. Gomez in. l. 40. Tauri nume. 35.  
Ratio est, quia factum contra legis prohibitionem est  
nullum ipso iure. l. non dubium. C. de legi. quomodo  
ergo ex actu nullo transferri potest dominium? Præte-  
rea per legem absque traditione potest transferri do-  
minium. l. commissã. ff. de publica. & uctigã. Bald. &  
doct. in. l. traditionibus. C. de pact. Bal. in. l. 1. C. comu-  
delegat. Imo & possessio actu facto interueniente. l.  
quod meo & ibi doct. ff. de acq. poss. l. quisquis. C. de  
dona. l. clauibus. ff. de cõtra emp. de quibus latissime  
agit Anto. Gomez in. l. 45. Tauri nume. 45. & sequen-  
tibus. Quidcũ & possessio & dominiũ sine aliquo  
actu trãsire possit ex receptiori sententiã, vt attestatur  
Tiraq. in tracta. le morte saisit le bif in præfatione de  
clara. 6. Anto. Gomez in. l. 45. Tauri num. 111. do. Di-  
Couarru. lib. 3. resolu. cap. 5. num. 6. v. si. ceterum cum  
concordantijs supra hoc libro à me traditis titu. 7. de  
maioratu. l. 8. glo. 1. & deinceps. [ Si per legem sine tra-  
ditione potest transferri dominium, nimirum ergo si  
per eandem legem possit translatio impediri, prout in  
prohibitione testatoris arguit Panor. in cap. Raynal-  
dus col. 5. ad fi. de testam. potest siquidem testator so-  
la uoluntate cum causa absque traditione transferre  
dominium. l. cum pater. §. fundo. ff. delega. 2. l. cũ filius  
§. varijs eod. tit. l. à Titio cum vulgaribus. ff. de furt. at  
que ideo per contrariam uoluntatem potest impedire  
dominij translationem. l. cum pater. §. libertis. l. pe-  
to. §.

to. §. fratre. ff. de lega. 2. l. pater filium. §. fundum. ff. de lega. 3. glo. & docto. in. l. ea lege. C. de cōditi. ob caus. [ Sed quia lex ista non solum prohibet alienationē tanquam lex, sed per pactum vel contractū, posset hīc oportune quæri, nunquid per pactum vel contractum inter viuos possit impediri alienatio & translatio domini, in qua quæstione, vt superflua omittā, communiter concluditur non impediri domini translationē in. l. ea lege. C. de cond. ob caus. vbi docto. omnes & in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verbo. obliga. Ferdinan. Vazquez de success. creatio. §. 10. num. 82. vbi & numeris sequentibus hoc limitat, nisi paciscens aliquod ius in realienata sibi reseruauerit, nam ratione illius iuris impeditur domini translatio. l. si creditor. §. si. ff. de dist. l. pigno. l. vlt. titu. §. de emptione & vendi. par. §. vbi si rem mihi hypothecæ submittis pro aliquo debito, eo pacto vt nō possis eam vllō modo alienare, donec debitum mihi solueris, si ante lutionem pignoris eam alij videris, est nulla venditio, & hac ex causa rescindi poterit, non solum quoad quantitatem debiti, prout vidi aliquos iuris peritos tenere, sed in totum. Quare si eam mihi postea vendideris, valet venditio mihi facta, & tu teneberis primo emptori de cuius actione, alia exempla tradunt Rod. Xarez in repe. l. post rem iudicatam in. l. i. l. i. legis regie num. §. & sequen. & dom. Did. Couarru. lib. 2. resolu. cap. 15. num. 3. & Anto. Gomez in. l. 40. Tauri num. 18. & sequent. & Ferd. Vazq. d. §. 10. nu. 84. Hic autem Rex paciscens non solum aliquod ius sibi reseruauit in ciuitatibus seu oppidis, quæ regie coronæ referuntur, & inalienabilia esse pronunciat lex ista, verum expresse dixit non posse per alienationem transferre dominium vel possessionem, & hæc est secunda ratio. [ Sed videtur, possessionem fuisse translata ex inutili contractu, modò res verè tradita fuerit. l. i. §. si vir vxori vbi omnes docto. ff. de acq. possel. l. quod vxor eod. tit. l. i. §. de iei. verfic. denique. ff. de vi & vi arm. l. si donatq. in prin. ff. de dona. int. vi. & vxor. l. nec vllā. §. omnibus ff. de peti. hered. vbi ex donatione inter virū & vxorem, traditione sequuta, transit possessio in donatarium, licet donatio sit nulla, ex eaque nulla oriatur ciuilis vel naturalis obligatio, vt in. l. i. in princip. ff. de don. int. vi. & vxor. l. 3. §. sciendum eo. titu. ita vt nec ei accedit fideiusor. l. si sponfus. §. si vxor viri. ff. illo tit. Bar. in. l. cum lex numer. 8. ff. de fideiusso. & in. l. quod meo num. 1. ff. de acq. possel. & vtrouique docto communiter. Rationem reddit optimam Anto. Gomez post alios per eum citatos in. l. 45. Tauri num. 23. & numer. 25. hoc extendit ad contractum cum minore factum, vt ibi per eum. Atque ideo hīc prohiberi merito potuit translatio possessionis.

GLOSS. IX.

- 1 *Præscriptio immemorabilis non excluditur per quacūque verba vniuersalia præscriptionem prohibentia.*
- 2 *Præscriptio immemorabilis excluditur per legem præscriptionem vllō tempore prohibentem, vbi lex expresse resistit præscriptioni vel consuetudini, rem prohibitam afficiens.*

i *Y por ningun discusso ni lapso de tiempo lo pudiesen prescribir.* Dubitari hīc merito posset, nunquid verba hæc vniuersalia excludant præscriptionem immemorabilem, & videtur his verbis non excludi, nec alijs vt cūque generalibus, vt autumat Accursius in. l. 1. C. de seru. fugi. vbi Iaso. notat num. 48. Bal. in. cap. 1. §. præterea de capi. Corradij, & in cap. 1. §. si quis de manso, si de inuesti. seu. cōtro. fuer. Ang. in. l. si quis decurio. C. de decurio. lib. 10. Aret. conf. 15. dixi in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 17. casu. 20. declara. 4. §. 1. glo. 1. num. 32. & 33. quibus adde Ang. in auth. vt deceterò commuta. eccles. colla. §. per illum tex. iuncta glo. in verbo nulla temporis Feli. vbi plures citat concordantes in rub. extra de præscriptio. num. vltim. [ Sed nihilominus contraria sententia vera est in casu nostro. Quia vbi lex expresse resistit præscriptioni vel consuetudini, non valet præscriptio, etiam immemorabilis, prout in specie nostra, vt probat optimè Anton. de Butr. in capit. cum ex officij. 3. colu. & ibi Panor. 3. notab. per illum tex. extra de præscrip. Feli. in capit. accedentes eod. tit. num. 6. vers. fallit. 3. vbi addit plures concordantes, dixi in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 17. casu. 20. de clara. 9. §. 4. glo. 1. num. 3. prope finem, hanc sententiā communem esse attestatur Feli. in capit. cum ex officij num. 13. per tex. ibi de præscrip. Hocque intelligit quoties lex afficit rem, dicens non posse possideri nec vllō tempore præscribi, etiam si sit capax possidens, prout hīc contingit. Et circa præscriptionem bonorū regie coronæ & iurisdictionum, vide. dom. Dida. Couarru. in regula possessor. 2. part. §. 2. & 3. de regulis iuris in. 6.

GLOSS. X.

- 1 *Rex Hispaniarum est iudex in causa propria maxime super iurisdictione etiam contra clericos.*
- 2 *Causa cognitio requiritur in sententia & decreto, aliis nulla est sententia & decretum.*
- 3 *Iudex procedens absque causa cognitione censetur priuatus, & ei potest resisti.*
- 4 *Fructus suos non facit qui sine causa cognitione missus est in possessionem.*
- 5 *Causa cognitio nulla requiritur in notorijs. Notoria non indiget causa cognitione, nec solemnitate sententiæ, sed sufficit præceptum, ibidem. Sententia parte non citata lata valet, quoties constat absenti nullam competere defensionem, ibidem.*
- 6 *Factum proprium quando quis admittatur ad reuocandum? Factum proprium tunc aliquis reuocare potest, quoties actus est nullus propter legis prohibitionem, ibidem. Factum prædecessoris non potest heres reuocare, ibidem.*

k *El Rey pueda libre e justamente tomar y cobrar los dichos bienes sin algun conocimiento de causa.* Nota quòd Rex Hispaniarum

Hispaniæ potest propria autoritate ius sibi dicere, iuxta tex. in. l. proxime, ibi, sententiam Imperatoris Antonini. ff. de his que in testa. delen. cap. cum venissent iuncta glo. 2. de iudi. A lex. conf. 1. nu. 14. lib. 5. Et in specie vbi agitur de iurisdictione vel iuribus regalibus, Rex est iudex competens in causa propria, etiam contra clericos vel ecclesiam ea possidentes, vt colliges ex Oldra. consil. 83. qui mirabiliter loquitur, quem refert & sequitur Alber. in auth. statumimus col. 2. C. de epi. & cleri. vers. sed licet verum, Feli. in capit. ecclesia sancte marie num. 7. de constituto. Ioan. Lupi in rep. cap. per vestras. 2. notab. §. vnico, de dona. int. vi. & vxor. num. 49. sed in regno nostro omnes causæ ad Regis cognitionem spectantes, ad cancellariarum cognitionem pertinent, vt dixi in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 25. [ Sed quatenus lex ista nullam exigit causæ cognitionem, videtur esse contra ius cōmune, nā eo iure sententia lata sine causæ cognitione est ipso iure nulla, vt in auth. quo oportet. epif. §. oportet in verbo pro nihilo, & ibi notat Ange. cap. primates. 2. q. 1. Clem. pastoralis ad finem de re iudi. c. ad audientiam de appella. l. ex stipulatione ad finem. C. de sentent. Bar. in. l. 2. in principio. ff. de iudi. Anto. post. Ioann. And. in capit. vestra. 16. colu. de cohabi. cleri. & mulie. Imol. & Cardin. in Clem. dispendiosam de senten. & re iud. Ant. Imol. & Feli. hanc dicens receptiorem in cap. ecclesia sancte Mariæ num. 12. & 17. de constituto. Hyppoli. in. l. qui cedem num. 18. & seq. ff. ad. l. Corn. de sicar. Idem statuitur in decreto sine causæ cognitione interposito, est enim nullum secundum Pet. de Ancharra. consil. 19. per tex. in. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum, Bar. in. l. prolatam. C. de sentent. Paul. Cast. conf. 38. lib. 2. Feli. in. d. cap. ecclesia sancte Mariæ num. 15. Greg. Lupi in. l. 10. glo. 2. tit. 8. par. 5. Petr. Dueñas in regula. 186. vbi plura congerit, dixi in dialogo reletoris. 3. par. cap. 39. num. 3. & pluribus sequentibus. [ Quam sententiam extendit Innocen. in. capit. cum ex literis in verbo hoc nō videtur, de resti. in integr. ad literas apostolicas, vel mandatum Pape viua voce emissum, non præcedente causæ cognitione, vbi idem notat Panor. colu. 3. Feli. in. d. cap. ecclesia sancte Mariæ num. 35. paulo ante ff. de constituto. Iudex siquidem absque causæ cognitione procedens censetur priuatus, nec ei est obediendum secundum Cardin. in Clement. 1. in ff. de celebra. missa. per notata in cap. cōquærente de resti. spoliato. [ Ex quo missus in possessionem inordinate & sine causæ cognitione nō facit fructus suos secundum Innocen. in cap. consultationibus post prin. de iure patro. glo. Bar. & Alex. in. l. sed si lege. §. scire. ff. de peti. hæredi. Ludou. Rom. conf. 454. num. 26. Feli. in. d. cap. ecclesia num. 25. de consti. Iaso. in. l. iuste possidet pen. col. ff. de acq. possel. vers. quarto adde, vbi citat tex. in cap. cum causa in fi. & ibi Panor. vlti. notab. de offi. delega. Bal. in. l. 2. pen. colu. C. de serui. & aqua. [ In hac tamen lege nulla exigitur causæ cognitio propter notorietatem facti, que operatur, vt nulla causæ cognitione interueniente, sententia vel præceptum valeat, secundum Abb. & Feli. in dict. cap. ecclesia sancte nu. 20. de constituto. vbi alias quoque addit limitationes, idem voluit Abb. in. c. ad nostram. 3. col. de iure iur. Non enim requiritur causæ

cognitio in notorijs, imo nec solemnitas sententiæ, sed sufficit præceptum soluendi, vt in. l. iustus furtium secundum vnam lecturā, & ibi glo. & Bar. ff. de his qui notan. infamia, quibus adde notata per Bar. in. l. 2. §. de frumentaria. ff. de admi. rerum ad ciuita. pertinen. vbi asseruit valere sententiam parte absente & non citata latam, quoties constat nullam defensionem absenti competere, cui accedit Panor. in. c. ex insinuatione prope finē de appella. Hinc est quòd si iudici aliquid constat per confessionem partis, nō curatur de ineptitudine processus, vt probatur in. c. 1. & 2. de accusatio. in. 6. notat Bal. in. l. si confessus. ff. de custod. reor. Innocen. & Feli. in. c. qualiter. 2. de accusatio. Sed quid obsecro magis est notorium, quàm ciuitates & oppida regni huius ad Regem pertinere, earūque alienationem esse legibus regijs prohibitam? nimirum ergo si Regi liceat eas propria autoritate nullaque causæ cognitione adhibita auocare, vt hīc statuitur. [ Et si obiceris quomodo admittitur Rex ipse alienans ad reuocationem facti proprii contra. l. post mortem. ff. de adoptio. l. per fundum. ff. de serui. rustico. prædior. l. si creditoribus. C. de seruo pignori dato manu. l. cum profitearis. C. de reuocand. donationi. l. i. C. de remissio. pigno. Respondeo, quia actus est nullus, vt pote qui à lege prohibitus, qua in specie admittitur quis ad reuocandum factum proprium, vt in. l. quemadmodum C. de agrico. & censu. lib. 11. glo. Barto. & docto. communiter in dict. l. post mortē. ff. de adoptioni. Quare nec heres vel successor Regis alienantis repellitur, si factum prædecessoris reuocare velit fortiori ratione, vt sentiunt gl. Bal. & alij in. l. cum à matre. C. de reiuendica. notat Areti. conf. 123. ad fin. nume. 7. Socin. cōf. 79. nu. 47. libr. 4. Hierony. Grattus conf. 91. nume. 75. lib. 1. Andreas ab Exca. de pactis nu. 229. Curt. Junior conf. 175. nume. 10. in fin. Thom. Grammati. decisio. 93. nume. 8. & 9. vbi alios refert, Afflictus decisio. 240. nume. 8. & iterum lib. 3. constitutio. Sicilie rubr. §. nu. 7. & in. c. 1. §. si Titius nu. 15. si de feudo fuerit controuer. Arius Pinelus in. l. 1. 3. part. nume. 83. limita. 10. C. de bon. mater.

GLOSS. XI.

- 1 *Præscriptio vel rescriptum contra legem clausulæ derogatoriam continentem quando valet necne?*
- 2 *Legis derogat & mentio specialis an fieri debeat in privilegio seu rescripto?*
- 3 *Contractus Principis est irreuocabilis, etiam si adsit clausula non obstante. Princeps ligatur ex contractu, sicut quilibet priuatus. ibi.*
- 4 *Clausulas derogatorias generales o especiales. ) Solet quæstionis, nec parum difficilis esse, nunquid rescriptum seu privilegium concedi possit aduersus legem canonicam vel ciuilem, vel cōtra eius dispositionem, maxime si lex continet clausulam derogatoriam cuiuscunque rescripti seu privilegij in contrarium impetrati vel*

vel impetrandi, prout lex nostra continet. Et communis opinio est & resolutio, concedi posse, modo mentio legis derogantis, specialiter, vel per verba equipollentia, atque ea non obstante privilegium concedatur, vt in cap. nonnulli in principio, vbi Abb. & Feli. nu. 2. & deinceps latissime explicat extra de rescrip. cap. cam te de eta. & quali. c. vlti. de rescrip. libr. 6. l. 1. C. si nuptie ex rescrip. petā. c. pen. de capell. monacho. Ioā. And. & docto. in. c. 1. de excessi. prela. in. 6. Pet. de Ancharra. consi. 255. 3. colu. Salic. in. l. hac consultissima §. pen. & l. sancimus. C. de testam. [ Nec erit sat dicere non obstante lege in contrarium faciente, nisi additum fuerit in rescripto seu privilegio, etiam si specialiter de ipsa lege oporteat specialem facere mentionem: hoc enim sufficit, licet lex non fuerit nominata in indiuiduo, secundum Anto. de But. & Areti. in. cap. 1. de precrip. & Bart. in. l. si quis in principio testamenti. ff. de lega. 3. Feli. in. d. cap. nonnulli numer. 6. de rescrip. per tex. singularem in cap. vlt. de senten. excom. li. 6. & in Clem. dudum ad finem de sepul. Quod limitat & declarat optimè Feli. in. d. capit. nonnulli nu. 7. [ Sed in specie, de qua agimus, est maius dubium, cum lex ista tranferat in contrarium, cui per clausulam non obstante vel aliam efficaciorum derogari non potest, vt test author Innocen. in cap. nostra de iureiur. cui accedit Anto. de Butr. in rep. cap. cum. M. Ferrariensis de constitu. Vitalis de Cambanis in tracta. clausularū, in capite incipiente clausula generalis non obstantibus pagi. 21. quoniam Princeps ligatur ex contractu si cut quilibet priuatus. capit. 1. de probatio. vbi Felin. & Deci. latè cap. 1. de natura feudi. Cyn. Bal. & docto. in l. digna vox. C. de legi. Alberi. & docto. in. l. Princeps ff. eod. dixi latius supra hac eadem lege glo. 2. num. 2. 6. & 9. quam quæstionem, quia altiore exigat indaginem, modo non examino.

GLOSS. XII.

- 1 Principis ordinaria & absoluta potestas, & deinceps. Principes possunt derogare iuri communi non naturali vel gentium, ibidem.
- 2 Potestatis ordinaria, & absoluta differentia, ibidem. Possè dicimus, quod de iure possumus, ibidem.
- 3 Potestas absoluta dicitur dupliciter in Principe, quia potius extra ordinaria appellari debet.
- 4 Clausula de plenitudine potestatis, an habeat vim clausula derogatoria.
- 5 Clausula ex certa scientia vel de plenitudine potestatis quid operetur.

m Absoluto poderio. Doctrina communis est, duplicem esse potestatem in Principe, alteram ordinariam, qua Princeps vtitur legibus, vt in l. digna vox. C. de legi. l. 16. tit. 1. par. 1. vbi Gregor. Lupi Alberi. optimè in. l. Princeps. ff. de legi. alteram absolutam, & secundum hanc potest omnia iura ciuilia tollere, eisque derogare, non verò diuina, naturalia, vel gentium, vt latius

probauit supra eo. gloss. 2. de hac duplici potestate agit optimè Bal. in. l. 2. num. 40. C. de serui. & aqua Paul. Castr. & docto. in. l. si testamentum. C. de testament. Anto. in cap. constitutus numero. 21. de religio. domi. Ang. in. l. item si verberatū. §. 1. ff. de reuendi. Deci. in cap. que in ecclesiarum nu. 24. de constitu. post Feli. & alios ibidem, idem Deci. in cap. vlt. in fi. de confirma. vti. vel inuti. Albert. Brun. consi. 1. num. 38. & omnes vbi que. [ Hanc tamen distinctionem potestatis ordinariæ, & absolute non ineleganter improbat insignis nostre tempestatis vir dom. Did. Couarru. li. 3. resol. cap. 6. num. 8. quoniam, inquit, si iure licet Principi, leges mutare, & abrogare, quomodo hanc potestatem absolutam dicimus, & non ordinariam? Quare valde miratur, nec immerito quidem, viros vtriusque iuris petissimos hac distinctione vfos fuisse, quid, inquit, commune habet cū iurisconsultis iniuria & violētia? Hęc quippe non ad potestatem Principis, sed ad tyrannidem referenda sunt. Nam ex definitione Bal. in. d. l. 2. num. 40. C. de serui. & aqua, plena seu absoluta Principis potestas arbitrii dicitur plenitudo, nulli necessitati subiecta, nullis publicis iuris regulis limitata. Quod quā alienum sit à iurisconsultorum disputationibus nemo non videt. Nobis siquidem, qui de iure disputamus quæ sit in Principe potestas, non licet nec licebit vnquā in Principe constituere potestatem, quæ eius libidine & libera voluntate absque reſtis rationis limitibus ducatur. Sed quid aliud preſert Baldi definitio, quā constituere in Principe liberam potestatem, & alienam à ratione & publici iuris regulis? prout eleganter sensit Fortuni. Garſia in rep. l. Gallus. §. & quid si tantum num. 290. & 301. & sequ. ff. de libe. & posthu. & dom. Did. Couarru. d. num. 8. Nos autem solum scimus id quenquam posse quod de iure potest. l. sed licet. ff. de offi. preſid. cū notatis per Bar. in. l. filiuffami. num. 4. ff. de dona. & num. 2. l. 1. & l. cum filius. ff. de testam. mili. [ Sed nisi fallor, dupliciter cōsiderari potest potestas absoluta in Principe (quā potius extraordinariam appellarem, ad differentiam ordinariæ, non absolutam.) Primò quia potest legibus ciuilibus derogare absque alterius preiudicio maximo, vt quia abstulit alicui ius nondum quæsitum, vel quæsitum dato bono cambio, iuxta notata in. d. §. & quid si tantum, & per Alber. Brun. consi. 1. Feli. & docto. in cap. que in ecclesiarum de consti. Lud. Gozadi. consi. 9. num. 45. vsque ad numerum. 51. & hac potestate vti poterit Princeps cum causa, vt ex dictis locis expendere licebit, sin autem sine causa vsus fuerit, nō erit tutus in conscientia ipse, nec is, cum quo fuerit dispensatum, vt asseuerat dom. Did. Couarru. d. capit. 6. num. 8. in. fi. libr. 3. resolu. dicam latius infra eod. l. 6. glo. 1. numer. 14. & hæc vt dixi extraordinaria melius dicitur, quā absoluta. Altera est potestas absoluta quæ nullis recte rationis limitibus ducitur, sed contra ius gentium, & in graue subditorum preiudicium aliquid fit nulla subsistente causa, & hæc potius tyrannis dicitur, de qua non est nostrum agere, vt doctè aduertit dom. Did. Couarru. & abundantius cæteris Ari. Pinelus in rub. C. de rescin. vendi. prima par. capit. 3. num. 24. & seq. quem omnino vide. [ Ex quo clausulam de plenitudine potestatis, vel de potestate absoluta, in

ta, in rescripto positā, interpretari debemus de ea, quæ Principi vltra ordinariam potestatem iure cōceditur ob aliquam iustam causam, non de ea, quæ nulla ratione limitatur, estque contra ius naturale vel gentium, hæc itaque clausula vim habet clausule derogatoriæ cuiuscunque legis clausulam etiam derogatoriam habentis secundum magis communem opinionem, & vsu receptam teste Paulo Paris. consi. 5. num. 93. libr. 4. de qua agit Feli. in. d. cap. nonnulli numero. 8. de rescrip. [ Quid autem operetur clausula de plenitudine potestatis, & ex certa scientia (quæ ei comparatur secundum glo. magnam in cap. ad hæc, vbi Deci. post alios num. 6. adducit concordantes, de rescriptis) vide Deci. cōsi. 198. num. 2. & inc onsi. 269. num. 11, & consi. 271. num. 8. vbi plura congerit circa effectum huius clausulæ, & Paul. Paris. consi. 3. num. 59. & pluribus seq. li. 4.

GLOSS. XIII.

- 1 Iurata alienatio aduersus prius iuramentum facta an valeat? Alienatio rei dotalis iurata an valeat contra iuramentum de non alienando prius factum, ibidem. Glo. in cap. licet mulieres de iureiur. libr. 6. explicatur ibi, & num. sequentibus.
- 2 Iuramentum Regis in preiudicium regni seruandum non est. Iuramentum secundum contra primum an & quando valeat? ibidem. Glo. in cap. vlti. de procura. in. 6. explicatur ibidem & sequen.
- 3 Iuramentum interpretatur iuxta naturam primordiale actus, cui adicitur. Iurans non reuocare procuratorem, si reuocat, est periuurus, valet tamen reuocatio, ibidem.
- 4 Iurans rem mihi venditam non reuocare, si alij vendiderit, valet venditio secunda. Iuramentum sponsaliorum de futuro non impedit matrimonium de presenti postea factum, ibi.
- 5 Iuramentum an interpretari debeat in foro exteriori iuxta mentem iurantis, an eius, cui iuratur?
- 6 Iuramentum in foro conscientie an interpretetur iuxta mentem iurantis?
- 7 Actus iuramento contrarius valet, modo non sit iuri contrarius licet agens sit periurus. Fallit coram iudice, quippe qui permittere non debet, quem venire contra iuramentum.
- 8 Iuramentum secundum contra primum fauore alicuius cuius interest emissum non valet.
- 9 Iuramentum primum si ignorat is, cui iuratur, an valeat secundum, Glo. in. d. cap. licet mulieres de iureiur. in. 6. limitatur ibi, & num. seq.
- 10 Iuramentum quoad periurij crimen non ligat successores.
- 11 Iuramentum transit ad hæredes & successores etiam

in dignitate eius, cui fuit iuratum. Actus an nomine proprio an vero dignitatis censetur factus colligitur ex coniecturis, ibidem, 12 Successores in dignitate ligat pactum & contractus. In iuro y prometio sola see Real, sobre la cruz, y sanctos Euangelios. Alienatio aduersus hoc iuramentum facta etiam si fuerit iurata non valet, vt in cap. intellectu de iureiur. ex quo id expendit gloss. cōmuniter recepta in cap. licet mulieres de iureiur. libr. 6. dicens alienationē rei dotalis etiam præſtito iuramento factam minime valere, si præſerret eiusdem mulieris iuramentum de non alienando bona dotalia, quoniam secundum iuramentum contrarium primo est iniquum, nec seruari poterit absque interitu vel periculo salutis eternæ, quare non est seruandum, eam glo. sequuntur docto. ibi, Imol. in cap. cum contingat num. 81. & ibi Alciat. num. 43. de iureiur. qui eam attestantur esse communiter receptam, Abb. per tex. ibi in. d. cap. intellectu Imol. & alij in cap. dilecto de prebend. Bart. in. l. is cui bonis ad finem. ff. de verbo. obliga. & in. l. si quis pro eo num. 9. versi. aduerte. ff. de fideiuss. Host. in sum. de iureiur. §. quomodo censetur, Ang. de Aretio in principio in. l. qui. alie. li. vel non, Ferdi Vaz. ex hoc alia inferens lib. 3. de success. creati. §. 26. num. 39. & sequen. Cassane. in consuetudi. Burgun. rub. 4. §. 16. numero. 5. Ioann. Crottus eam dicens communem in. l. filius fa. §. diui colu. 25. & ibi Ferdi. de Loazes num. 431. ff. de legat. 1. Ioann. Lupi in rep. rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 45. num. 6. dom. Did. Couarru. in relectio. cap. quāuis pactum de pact. lib. 6. 2. par. §. 1. num. 1. & 2. Innoc. Abb. & communiter docto. in cap. intellectu de iureiur. Bal. & Moderni in. l. duobus §. vlt. vbi Alexand. hanc dixit communem. ff. de iure iu. Iaso. in auth. sacramenta puberum num. 60. C. si aduer. vendi. Anto. Gomez hanc dicit communem, licet ipse teneat contrariam in. l. 53. Tauri num. 58. [ Limita tamen conclusionem hanc, vt procedat, quoties primum iuramentū est iuri communi conforme, secundum autem contra iuris prohibitionem prout in specie nostra & d. capit. intellectu de iureiur. Vbi alienatio ciuitatum & oppidorum regni prohibetur, vt superius diximus gloss. 7. in principio & numeris seq. quare acquisitum est, vt in hoc casu alienatio iurata non valeat, vt pote que sit contra primum iuramentum iuri cōmuni conforme, tex. Regni nostri hoc probat in. l. 28. tit. 11. de iureiurando par. 3. ibi, Si el Rey jurare alguna cosa, que es en daño o menoscabo del Reyno no es tenuto de guardar tal iuramento como esta. Secus si iuramentum promissorium non erat contra iuris prohibitionem, sed iuri conforme, vel eodem iure non refragante, tunc enim valet secundum iuramentum priori contrarium secundum gloss. in cap. vlti. de procura. in. 6. que asserit. promittentem cum iuramento non reuocare procuratorem ab eo constitutum, posse nihilominus eum reuocare, & tenebit reuocatio, licet periurus sit qui reuocauerit, quā glo. doctores nimium commendant, eamque sequuntur Panor. in cap. cum accessissent, & ibi Feli. num. 12. & Deci.



Deci. nu. 7. de constitu. Iaso. in. l. si non sortem. §. si centum colum. 3. ff. de conditio. in debi. Soci. conf. §. 8. lib. 3. Deci. in. c. ad nostram ad fi. de confirma. vti. vel inutili. Rochus Curti. de iure patronatus verbo honorificum. q. 12. quorum opinio communis est, teste d. Did. Couar. in. d. c. quamuis pactum. 2. part. §. 2. num. 3. ita conciliat glossas istas Philipp. Franc. in. d. c. licet mulieres de iureiu. lib. 6. Imol. in. d. c. cum contingat nu. 81. & ibi Alcia. nu. 43. de iureiuran. Iaso. in. auth. sacramenta puberum nu. 60. C. si aduer. vendi. & in. l. non solum §. fin. col. 7. ff. de no. ope. nun. Alexan. consil. 16. 2. col. lib. 3. Ioan. de Selua in tracta. de iureiuran. 3. par. fall. 15. Ioan. Crocius in. d. §. diui col. 25. & ibi Ferd. de Loazes num. 431. dom. Did. Couarru. in. d. c. quamuis pactum. 2. part. §. 2. nu. 4. vers. est igitur concilianda, hac dicens communem. [ Sed vera ratio decisionis gloss. in. d. c. vlt. de procura. lib. 6. non est teste dom. Did. Couar. in. d. §. 2. nu. 4. vers. sed & in gloss. quam plerique doctores reddunt, nempe, quia quod quis per iuramentum non facere promisit poterat facere iuris permissione. Nam id verum esse censet. d. Didac. Couar. ante primam promissionem iuratum, post eam vero non licet absque periurij crimine id agere, imo nec liceret si simpliciter promississet, vt in. c. veniens, & ibi Innocen. & alij de iureiu. d. Did. Couar. d. nu. 4. paulo post princ. Est igitur vera illius decisionis ratio, quia iuramentum interpretatur secundum naturam actus, cui adijcitur, secundum quam est intelligendum, vt in. l. vlt. C. de non nume. pecu. l. 27. ad finem tit. 11. part. 3. iuxta naturam inquam primordiale, non accidentalem, nam hec propter vim iuramenti sepe mutatur, vt arg. tex. in. l. item veniunt. §. cum pre diximus. ff. de peti. heredi. probat idem dom. Did. Couarru. in. d. c. quamuis pactum. 1. par. §. 4. in princ. Sic nostra in specie, qui iurat non rauocare procuratorem, si eum reuocet, tenet reuocatio, quauis ipse periurus sit, quia hac est propria huius actus natura, vt reuocari possit procurator ad lites vel ad negocia constitutus, quoties visum fuerit domino. [ Quemadmodum si cum iuramento promiserit domum Titio venditam non reuocare, & demum alteri vendidero, & tradidero, profecto male feci, & periurij reus sum, sed nihilominus valet secunda venditio, quia hac est huius actus natura, vt ante traditionem possim alteri vendere, & tradere. l. quoties. C. de reuendi. tractat latius dom. Didac. Couarru. d. capit. 4. numero. 2. Eadem ratione si quis iuramento promississet te in vxorem accipere, & demum aliam vxorem ducat, reus erit periurij, sed matrimonium prima sponsalia iurata dissoluit cap. sicut literis de sponsal. Similiter qui testamentum fecit & non reuocare iurauit, periurus erit, si secundum fecerit. valet tamen secundum, vt late discuit dom. Didac. Couarru. in rubric. extra de testament. 2. parte. [ Sed dicet aliquis, quomodo id fieri potest, vt lex canonica periuria permittat, imo ea incurere occasionem prebeat? Respondeo, lex presumit iurantem, eumque cui iuratur, animum habuisse iuri conformem, & primordialis nature eius actus super quo iuramentum interponitur iuxta text. in. d. l. finali. C. de de non nume. pecu. & in cap. sicut ex literis de sponsal. 4. re quoad forum exterius non incidit periur-

rium, non enim dicitur venire contra iuramentum, cum sub hac conditione prestitum esse censeatur, vt naturalia contractus omnino seruentur, in exemplis superius traditis & alijs similibus. At si replices in foro exteriori admitti debere interpretationem iuxta mentem eius, cui iuratur, non iurantem, iuxta veram receptamque resolutionem Innocen. Panormita. & aliorum in cap. veniens de iureiuran. non me mouet, quandoquidem is, cui iuratur intellexisse iuramentum presumitur secundum ius, ac veram & propriam verborum significationem & naturam, vt mire, ac cetera, explicat dom. Didac. Couarru. in. d. cap. quamuis pactum. 1. part. §. 5. numero. 1. [ Verum in foro animarum iuramenta secundum mentem iurantium, non eorum quibus iuratur sunt accipienda, nisi dolus ad decipiendum adsit, tunc enim intelligendum erit secundum mentem & sensum eius, cui prestitum fuerit, vt in capit. humane aures & in cap. qui peiorare. §. ex his. 22. questio. 5. Ioan. de Selua in tracta. de iureiuran. 2. par. questio. 2. diuus Thom. & Caietan. 2. 2. quaest. 89. articulo. 7. ad quartum. Hosti. in. d. cap. veniens dom. Did. Couarru. d. §. 5. numero. 2. dolum autem colliges ex coniecturis, & perspicuis indicij, iuxta. l. dolum. C. de dolo, quo cellante, si in specie, de qua agimus, mens fuerit iurantem non reuocandi procuratorem, sed omnino seruandi iuramentum, & reuocauerit, erit in foro conscientie periurus, quare vere dici non poterit legem occasionem prebuisse periurio. [ Sed vt ad gloss. redeamus. d. capit. vltimi de procurato. in. 6. qua probatur, actum contrarium iuramento validum esse, modo iuri non sit contrarium, licet agens sit periurus, limitari solet, vt procedat, quoties iudex adiri non debet ad actum expediendum, alioqui si actus ille requirat iudicis auctoritatem aut presentiam, auctoritatem non prestat iudex actui contra iuramentum, vt respondit Paul. Castr. consilio. 361. numero. 9. & consilio. 339. numero. 11. libro. 1. traditque exemplum in presentatione patroni, quam non reuocare iurauerat, nam si alium presentet, licet alijs variare possit, hac in specie variatio non admittetur per superiorem, vt pote quae coram eo fieri debeat, sed eam reprobabit, eo quod contraria sit iuramento, idem voluit Rochus Curti. in tracta. iuris patronatus in verbo honorificum questio. 12. & Casar Lamberti. in eodem tractatu libro. 2. part. 1. questio. 4. princip. articulo. 13. & iterum. 2. part. eiusdem libri secundi quaest. 7. princip. articulo. 17. dom. Didac. Couarru. in. d. cap. quamuis pactum. 2. parte. §. 2. numero. 4. in fine, quorum opinio vera est & receptior, quamuis Alex. consilio. 16. lib. 3. voluerit contrarium, cuius opinio obtinebit, si iudex coram quo secunda presentatio fit contraria primae iuratae, ea expresse vel tacite receperit vel probauerit, & an. d. gloss. procedat in actu spirituali tractat optime dom. Didac. Couarru. in. d. relectione capit. quamuis pactum. 2. part. §. 2. numero. 5. recte distinguens. [ Quod autem dixit gloss. in. d. capit. licet mulieres de iureiu. in. 6. (alienationem iurata dotis non valere contra primum iuramentum de non alienando) verum est, quoties primum iuramentum prestitum fuit in fauorem alicuius, cuius intererat non alienari res dotales, vel alias res alia ex causa alienari prohibita, vt in. d. capit. cum contingat de iure

iuri & ibi expendant Imol. & Alciat. quatenus excipit. tex. ille preiudicium alterius, quam iurantem, hoc voluerunt Bal. & Iaso. in. l. duobus. §. vlti. ff. de iureiu. idem Bal. in. d. cap. veniens in fi. cod. titu. Alexa. cof. 16. num. 6. lib. 3. Deci. conf. 536. num. 13. Alcia. in. d. cap. cum contingat num. 46. Secus si in nullius preterquam iurantem fauorem iuramentum emissum fuerit, quia tunc nemini fuit ius questum. l. si repetendi. C. de conditio. ob caus. l. filius fami. §. diui. ff. de legat. 1. George. Natam in. d. cap. quamuis pactum nu. 19. & ibi dom. Did. Couarru. hanc attestatus communem. 2. part. §. 2. num. 4. vers. secundum. Anto. Gomez hanc limitationem sequitur in. d. l. 53. Tauri nu. 58. vers. primo quando. quorum sententia vera est & recepta communiter licet dom. Did. Couarru. loco proxime citato contrarium teneat. Sic in specie nostra iuramentum ab Alfonso Rege prestitum de non alienando ciuitates, oppida, & loca regni in regni ipsius preiudicium cui iuratum est, cuiusque non parum intererat, seruandum vti que est, nec Regi licebit contra illud alienationem facere, & si fecerit, ipsemet admittitur ad eius alienationis reuocationem, vt in hac lege statuitur. [ Secundo limitat. d. glo. Bal. in. d. cap. cum contingat nume. 14. de iureiu. & in consil. 133. lib. 1. & Alexand. consil. 16. col. 2. & 3. lib. 3. Iaso. in. l. duobus in fi. de iureiu. Ripa in cap. cum. M. Ferrariensis num. 83. de constitu. Ant. Gomez in. d. l. 53. Tauri num. 58. vers. 2. limita. Imol. in. l. cum vir num. 5. ff. de vsucap. & in. d. cap. cum contingat num. 89. Ioan. Fab. in. §. 1. in sti. qui. alic. lice. Geor. Natam in. d. cap. quamuis pactum num. 19. quotiesis, cum quo secundo contrahitur, sciebat primum iuramentum secundo contrarium fuisse emissum, secus si id ignorabat, quia tunc valebit secundum, & hanc dixit esse receptiorem sententiam dom. Did. Couarru. d. §. 2. numer. 4. vers. fatis etiam, qui tamen eam reprobabat, & bene iudicio meo, vide cum post Alcia. in. d. c. cum contingat num. 48. [ Verum hesitabit aliquis, nu quid hoc iuramentum ab Alfonso Rege prestitum liget regni successores? Et id certum est, quoad periurij crimen & animarum vinculum eos non ligare, nam spiritualis obligatio orta ex iuramento quoad vim religionis animam tantum ligat iurantem, sicuti ceteri spirituales contractus, voti scilicet, & similes. cap. vnico. 30. q. 2. vnde si quis iureiurando promississet aliquid dare aut facere, eius haeres licet teneatur stare contractui, & promissa per predecessores soluere, non tamen ad id astringitur sub vinculo & religione iuramenti, quare si non fecerit, periurus non erit secundum Panor. & docto. in capit. veritatis de iureiuran. Ioann. And. in. d. cap. vltim. de sepulto. Bald. & Paul. in. l. grege legato. ff. de lega. 1. Bald. in. l. vlti. colu. 4. C. de pact. Bar. & Bal. in. l. generaliter. C. de reb. cred. & iureiu. Paul. Castr. consilio. 306. numero. 4. lib. 2. beatus Thom. idem voluit. 2. 2. q. 98. arti. 2. ad quartum. Imol. in. d. capit. cum contingat numer. 18. & Alcia. nume. 120. de iureiuran. dom. Dida. Couarru. d. capit. quamuis pactum. 1. part. §. 5. numero. 4. [ Vbi in haec dom. eius cui fuit iuratum transire iuramentum & vinculum eius, nisi materia subiecta contrariam interpretationem suaderet, optime resoluit. Ex quo in vers. 3. constat, a fferit iuramentum Regi prestitum, vel alij expresso

nomine proprio iure tamen ad dignitatem pertinenti ad successorem dignitatis transire. Nam in dubio, inquit, an aliquis actus sit dignitati vel personae tribuendus ex coniecturis deprehenditur, vt probat tex. elegans in capit. requisisti de testamen. notant Bald. Abb. Feli. & Deci. in capit. quoniam Abbas de offi. delega. Bart. & Paul. in. l. penul. per tex. ibi. ff. de reb. dub. Socin. consilio. 34. libro. 3. colum. 2. Alcia. de praesumptio. regula. 1. praesump. 28. coniectura autem factis sufficiens est, quod actus fiat respectu rei ad dignitatem pertinentis, vt latius probat dom. Did. Couarru. in. d. capit. requisisti. [ Verum secundum receptionem sententiam, nostra in specie, sufficit pactum quod in hac lege interuenit, vt successores ei stare teneantur, vt ex superius traditis colliges, vtque habeat locum doctrina gloss. in. d. capit. licet mulieres, de iureiu. libr. 6. de qua supra numero. 1. meminimus, secundum sententiam Imole in. d. capit. dilecto. Salic. in. l. ca lege. C. de conditio. ob caus. Ferdi. Vazquez lib. 3. de successorum creatione. §. 26. num. 40.

G L O S S. XIII.

- 1 Rex potest usufructum constituere in bonis ad regiam coronam spectantibus. Lex vlti. C. de reb. alie. non alienan. intelligitur, ibidem & num. seq.
- 2 Alienationis appellatione largo modo comprehenditur alienatio, ex qua dominium transfertur, stricto modo non.
- 3 Alienare non dicitur qui fructus alienat rei prohibita alienari.
- 4 Ususfructus constitutio in quo differat a concessione fructuum, remissive.
- 5 Rex an dicatur verus vel plenus dominus ciuitatum & aliarum rerum ad regiam coronam pertinentium. Dominij substantia an sit facultas alienandi, ibidem & sequentibus. Dominus plenus dicitur qui habet proprietatem & usufructum, sed an qui alienare non potest, ibidem.
- 6 Maioratus possessor an dicatur verus dominus, an vero usufructuarius.
- o Por su vida el usufructo. Nota ex lege ista, quod Rex bona regie coronae alienare prohibitus potest usufructum in eis constituere, cui decisioni ob stare videtur tex. in. l. vltim. C. de reb. alie. non alienan. vbi appellatione alienationis non solum intelligitur ea ex qua dominium transfertur, verum etiam si usufructus alienetur vel hypotheca, vel seruitus imponatur, quem tex. extollit Iaso. in. §. item si quis in fraude numero. 23. insti. de actio. & nuncupatum in usufructu loquitur tex. in. c. non liceat in principio, ibi nec

nee in usufructu rura dare. 12. quest. 2. quod & voluit Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. & Fulgof. cons. 93. Tiraq. multa similia congerens lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 7. nu. 41. [ Sed hoc intellige procedere in alienatione largè sumpta, nam iuxta propriam significationem alienatio intelligitur, ex qua dominium transfertur, vt in l. 1. C. de fundo dota. & ibi doct. no tant & in l. alienatum. ff. de verbo. signi. ita eas leges conciliat glo. in d. l. ff. in verbo Hypothecam. C. de reb. alie. non alien. & in d. l. 1. C. de fund. dota. in verbo est autem, Alberi. in d. l. ff. nume. 1. & Bal. num. 1. & 6. Paul. Castren. num. 2. & Salic. num. 1. in fine dicens id esse receptum, mentique tenendum, hanc resolutionem probat Bald. in authen. hoc ius porrectum num. 1. C. de sacros. ecclie. Aug. sti. Beroi. in rub. extra de reb. ecclie nō alienā. in fi. & in c. nulli nu. 21. cod. tit. idem Bal. in capit. 1. §. aut si libellario num. 6. & ibi Affli. num. 30. qui. mod. feud. amitta. Crott. in l. filius fam. §. diui num. 122. ff. de lega. 1. Soci. conf. 75. nume. 2. lib. 1. dicens glo. esse receptam cōmuniter, glo. & Ang. in l. venignius. ff. de legi. Alex. conf. 29. num. 15. libr. 7. Feli. communem dicens in rub. extra de fide instrum. num. 4. Anto. Negusan. de pigno. 2. part. 3. membro num. 71. hanc receptissimam opinionem attestatur esse Ari. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 3. par. nu. 18. & 19. contra Alcia. in l. alienationis verbum. ff. de verbo. signi. [ Aduertere tamen oportet, quod in hac lege non permittitur usufructus constitutio in distinctis, sed vbi donatio fit certis personis in hac lege contentis. Rex tamen fructus vel redditus bonorum coronæ regie poterit alienare, & cui velit quoad eiusdem Regis vitam concedere, non enim dicitur alienare qui fructus alienat inquit Bal. in cap. donare in prin. titu. qualiter feudum aliena. poterat, arg. l. in xdiibus. §. 1. ff. de donatio. cum pluribus concordant. & similibus per Tiraq. congestis lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 7. num. 47. & pluribus sequē. Ioan. Lupi in rep. rub. de donat. int. vi. & vxo. §. 62. nu. 10. [ Quomodo autem cognoscatur, an alienetur fructus, an vero constituitur usufructus, tractat optimè Arius Pinelus in d. l. 1. 2. part. num. 11. 12. & 13. C. de bon. mat. vbi posui resolutionē in apostillis ad ipsum. [ Cæterum hic hesitari posset, an Rex dicatur verus & plenus dominus ciuitatum & aliarū rerū ad coronā regiam spectantiū? Et videtur, plenum dominum esse, cū earum rerū sit ei inhibita alienatio, vt argu. tex. in l. generaliter. §. fi. ff. de fideicommissa. liber. id asserit Bal. in l. voluntas nu. 10. C. de fideicō. eo quod facultas alienandi non est de substantia dominij, quē refert dubitans Iaso. in l. si ita quis. §. ca lege in fi. ff. de verbo. obliga. Sed verius plenum dominum dici cum potestate alienandi, vt in l. foeminę. §. illud. C. de secund. nupt. vt ex eo expendit Bal. ibi sibi contrarius eumque tex. extollit idem voluit Iaso. in l. traditionibus num. 11. in fi. C. de pact. & hoc putat verius Felin. in cap. conquestus num. 2. & in fine de foro competen. vbi aliqua tradit circa verbum pleno iure & pleno dominio, Alexan. consi. 208. libro 12. & in l. si quis vi. §. differentia numero. 6. in fi. ff. de acqu. poss. quod tamen semper tutum non esse, sed secundum subiectam materiam potestatem alienandi qualidōque denegari pleno domino, probare niti-

tur Arius Pinelus in l. 1. C. de bon. mater. 2. par. nu. 3. & 4. vbi probat plenum dominum non dici sine usufructu. [ Id tamen verum est, Regem verum dominum esse ciuitatum & locorum regni, & aliarum rerū quæ ad regiam pertinent coronam, quemadmodum & possessor maioratus verus dominus dicitur, licet alienare non possit bona maioratus, & alteri post mortem restituere teneatur, vt in l. non ideo minus. ff. de re iuen. l. fi. C. commu. de lega. & in simili probat tex. in l. vlt. ff. de usufru. carum rer. quæ vsu conf. & l. specie. ff. de auro & arg. lega. vbi onus restituendi post mortem non tollit nomen domini in vita, etiam si res concedatur nomine usufructus. explicat Paul. Castren. in l. Titia cum testamento. §. vlti. ff. de lega. 2. Alcia. in l. re dē di cimus. ff. de verbo. signi. Claudi. Marmeri. in l. natura licti. §. nihil commune colu. 12. ff. de acqu. poss. & nun cupatim quod possidens maioratum dicitur dominus verus, & non tantum usufructuarius optimè resoluit Anto. Gomez in l. 40. Tauri num. 76. Gregor. Lupi in l. 7. in verbo y el señoriō in fi. tit. 4. de donat. part. 5. Arius Pinelus in l. 1. 2. par. numer. 5. C. de bon. mater. Ferdi. Vazquez lib. 1. de successio. creatio. §. 10. num. 87. versi. vnde licet. Quorum sententia verior est & receptior, licet contrariam, imo quod sit usufructuarius dumtaxat tenuerint R. de. Xuar. in alleg. 9. ad fi. ibi quodammodo usufructuarius, idem in questione maioratus post relectionē. l. quoniā in prioribus. C. de inoffi. testam. & clarius Gomez Arias in l. 46. Tauri num. 5. respondet que Pinel. ad l. generaliter. §. fi. ff. de fideicom. liberta, vt ibi per eum num. 3. ibi explicās quis dicatur plenus dominus, dixi latissimè supra hoc libr. tit. 7. de maioratu. l. 6. gloss. 3. numero. 12. & 13. d. Anto. Padilla in l. & in prouinciali num. 14. C. de ferui. & aqua.

GLOSS. XV.

*Usufructuarius an possit vsumfructum alienare? remissive.*

*Y que si de hecho lo hizieren, que la tal alienacion sea ninguna. Quod usufructuarius non possit proprietatem alienare nulli dubium, sed an ipsum usufructum alienare possit, tractat Pinelus late in l. 1. 3. par. nume. 37. & pluribus sequen. C. de bon. mater. dixi latissimè in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 17. casu. 20. declaratio. 9. paragrapho. 4. glo. 11.*

GLOSS. XVI.

*1 Leges ad præterita non extenduntur.  
2 Lex declaratoria ad præterita extenditur.  
Declarans non tam denuo quicquam agit, quam quod factum est detegisse videatur, ibidem.*

*3 En su fuerza y vigor? Nota ex lege ista, quod lex ad præterita non extenditur, nisi hoc expresse in ea exprimat. l. leges & constitutiones. C. de legib. capit. 2. & cap.*

& cap. vlti. de constitutu. & in authen. vt facte noue cōstitutu. per totum & inibi docto, quare videtur hanc expressionem ab ista lege factā, (quod non extendatur ad præterita) fuisse superflua, & minimè necessariam, quandoquidem etiam si nihil expressisset, idem esset dicendum, vt dixi, [ Sed hac in specie fuit, necessaria expressio, eo quod lex nostra est aliarum legum declaratoria, vt ex ea constat, qua in specie statutum est ad præterita negocia extendi, vt in authen. de filiis natis ante dotal. instru. §. 1. notat glo. vlti. in data sexti libri Bal. in l. non dubium. 2. colu. C. de legib. Federi. de senis consi. 112. 2. colu. docto. com. nu. in d. cap. vlti. §. cōstitutu. & alibi sæpe. Ferdinan. Vazq. lib. de successio. creatio. §. 18. numero. 275. & seq. vbi reddit rationem, quia qui declarat, non tam denuo quicquam egisse, quam id quod iam factum erat, detegisse videtur, vt in l. adeo. ff. de acqu. rer. domi. & in l. hæredes palam §. 1. & §. sed si notam. ff. de testamen. debuit ergo lex ista hoc expressim excipere.

GLOSS. XVII.

*1 Confirmatio actus validi nil de nouo tribuit.  
2 Confirmatio actus inualidi obtinet vim nouæ concessionis.  
3 Confirmatio quid tribuere videatur? remissive,  
Lex nostra intelligitur explicaturque noue.*

*4 Approbamus y cōfirmamos. Hęc confirmatio nihil iuris tribuit de nouo, cum lex valida confirmatur, vt in capit. inter dilectos de fide instrum. capit. 1. & capit. examinata de confirma. vti. vel inuti. [ Secus si actus fuisset inualidus, quia tunc confirmatio vim obtinet nouę concessionis secundum Bart. & Iaso. in l. more. ff. de iuri. omni. iudi. & antea fuerat lex ista confirmata per Regem Carolum Imperatorē Quintum in committijs Pincię celebratis anno. 1523. & Tolleti anno. 1525. vt diximus supra ca. 1. gloss. 2. in fin. [ Quid autem tribuat confirmatio? vide Bald. consilio. 135. libro. 3. & Philip. Corne. consilio. 9. numero. 3. libro. 3. Paul. Castren. consilio. 187. libr. 2. videtur enim Rex noster Philippus Secundus approbando & confirmando hanc legem, astringi iuramento & pacto in ea contentis, cum à iure iurando liber erat, vt probaui supra in glo. 13. numero. 10. quare confirmatio hoc operatur, vt inualidum denuo factum videatur vt probaui supra numero. 2.*

LEY. IIII.

*Renouacion de las mercedes y donaciones que el Rey dō Enrique. IIII. hizō de aldeas terminos y jurisdicciones de las ciudades y villas.*

*¶ Ley. 4. tit. 9. lib. 5. ordina.*

*¶ Don Enrique. IIII. en sancta Maria de nueua año de 1473. capit. 7.*

¶ En las cortes que hezimos en sancta Maria de nueua año de setenta y tres por los procuradores de las ciudades y villas de nuestros Reynos nos fue supplicado, que por quanto auiamos eximido y apartado del territorio e jurisdiccion de muchas ciudades e villas de nuestra corona real algunos lugares de su termino e jurisdiccion, y auiamos dado sus aldeas y terminos a algunos caballeros y personas poderosas, y que por las tales mercedes y gracias, no solo las dichas ciudades y villas pierden los dichos lugares y terminos, mas aun pierden los otros terminos, que les quedan, para los atribuyr a los otros lugares que les son dados: y por esto se destruyen las ciudades y villas, y se estrechan sus terminos: y pidieron nos que fuesen remediadas las dichas ciudades, y villas, e lugares. Porende aprobando la reuocacion de lo suso dicho, por nos hecha en las cortes de Ocaña año de mil e quatrocientos e sesenta e nueue en la petition quarta, por esta ley reuocamos y damos por ningunas, e de ningun valor y effecto todas y qualesquier mercedes gracias y donaciones, que ayamos hecho desde quinze dias del mes de Septiemrbe, del año de sesenta y quatro a esta parte, a todas e qualesquier personas de qualquier ley, y estado, o condicion, preeminencia, o dignidad que sean, de todas e qualesquier aldeas, y terminos, y jurisdicciones, q primeramente eran de qualesquier ciudades, y villas, y merindades de la corona y patrimonio real: y qualesquier cartas y priuilegios de las dichas mercedes, y qualesquier tomas, y aprehensiones de possessiō y de otros actos q sobre ello ayan interuenido. Y mandamos que si tales cartas parescieren q sean

obedescidas y no cumplidas por los cócejos, y personas, a quien se dirigen, aunque fuesen presentadas y obedescidas por ellas. Y ordenamos y mandamos, que sin embargo de las tales mercedes y priuilegios, los dichos lugares y terminos y jurisdicciones finquen y sean de las dichas ciudades y villas, de quien eran primeramente quanto ala propiedad y posesion, asy como si nunca las tales mercedes y donaciones fueran hechas. Y damos poder y facultad a las dichas ciudades y villas que cada y quando, y como mejor pudieren recobren la posesion dellas por su propria authoridad. Y mandamos a los del nuestro consejo y oydores de la nuestra audiencia: que den y libren cartas a todos y qualesquier cócejos sobre lo que dicho es.

GLOSS. I.

- 1 Terminorum & prouinciarum diuisio & assignatio ad Regem Castella pertinet.
  - 2 Exemptio locorum seu vicorum an per Regem fieri possit.
  - 3 Exemptus locus seu vicus an gaudeat priuilegijs ciuitatis, cuius districtus erat.
  - 4 Regia maiestatis non est, auferre concessa.
- a Exempto ya partado. Quemadmodum assignatio & diuisio terminorum & prouinciarum regni Castellę ad Regem spectat, vt in l. 2. titulo. 1. part. 2. ibi, E solo es otro si poderoso de partir los terminos de las prouincias y villas. l. si eadem. ff. de ofi. assesso. l. vnica & ibi Bart. C. de metropoli. Berito lib. 11. Bald. conf. 32. lib. 1. colu. 4. Greg. Lupi in d. l. 2. in verbo de partit. Petr. Nun. Auenda. de mandatis exequendis. cap. 4. num. 2. vers. si vero dabuntur, & vers. & quia assignare Soci. conf. 86. in principio. lib. 1. [ Ita & exemptio vicorum seu locorum ab alia ciuitate, cui prius subieiebantur, ad eundem Regem pertinet, poterit itaque terminos ciuitati concessos Rex ipse diuidere, & loco exēpto assignare, & priuato cuidam donare ex causa tradita in d. l. 2. in fi. tit. 1. par. 2. quod & probauerat Areti. consil. 15. numero. 3. Cœpola in tracta. de seruitute vic. 6. conclus. numero. 23. Petr. Nun. de manda. exequend. cap. 4. numero. 8. vers. dixi autem in fi. Paul. Castren. in l. si fundum. §. qui fundum numero. 6. ff. de lega. 1. Greg. Lupi in d. l. 2. ti. 1. par. 2. in verbo. de partit Paul. Cast.

3 cōf. 137. & cōf. 307. li. 2. & oēs vbiq; [ Sed dubitari solet an locus vel vicus exemptus à ciuitate aliqua quoad iurisdictionem & districtum amittat priuilegia & cōmoda ciuitati & eius territorio concessa? Et non amittere probat Paul. Castren. d. conf. 187. in fi. lib. 2. Feli. in cap. Rodolphus num. 17. ad medium, de rescrip. & plurima circa hoc, & an sibi manet ius pascendi tractat optimē dom. Did. Couarru. libr. practicarū questio. cap. 37. numero. 7. [ Et quamuis liceat Principi hanc exemptionem facere, non tamen est imperialis maiestatis auferre concessa, etiam ad concedendū alijs, vt in authen. de referenda. colla. 2. l. 6. infra cod. vbi dicam oportunius.

GLOSS. II.

Princeps potest donationes in pręiudicium aliorum concessas reuocare.

b Y damos por ningunas, Nota Principem posse priuilegia & donaciones reuocare, max imē in aliorū pręiudicium factas, de quo latius infra col. 6.

GLOSS. III.

- 1 Propria auctoritate licet possidenti ciuilitate possessionem naturalem recuperare.
  - 2 Propria auctoritate quoties aliquid licet alicui capere intelligitur, nisi inueniat resistentiam, ex qua possit ad arma deueniri.
  - 3 A Edificium in solo meo à me ciuilitate possessio ab alio naturalem possessionem habere factum possim propria auctoritate destruere & demoliri.
  - 4 Creditor qui ex cōuentione potest ingredi rem sibi obligatam propria auctoritate, si debitor eius nomine se constituit possidere, poterit eam ingredi debitorē resistente.
  - 5 Lex. 3. C. de pignoribus extenditur, ibi.
  - 6 Propria auctoritate non potest quis possessionem occupare, etiam in casu permissio, quoties antea viam iudiciariam elegit.
  - 7 Protestatio viam facti eligendi facit, vt licet viam iudiciariam elegerit, possit redire ad id quod propria auctoritate facere licebat, ibidem.
- c Que caſa y quando, y como mejor pudieren recobren la posesion dellas por su propria authoridad. Nota ex lege ista quod possidenti ciuilitate licet propria auctoritate naturalem recuperare, & quod ciuitas possideat vicum vel castrum, quamuis per Regem ipsum Enriqueum fuisset ante donatū & ab eius iurisdictione exemptum, pręferunt verba legis nostrę ibi, quanto

quanto a la propiedad y posesion, hoc siquidem est commodum possessionis, quod domino tribuit potestatem propria auctoritate resistēdi secundum Bal. & Floria. in l. quemadmodū. §. 1. ff. ad l. Aquil. Deci. conf. 221. num. 5. lib. 2. Anto. Gomez in l. 46. Tauri numero. 19. nam impediētē me vti possessione possum propria auctoritate prohibere, & resistere, vt docet Bar. in repe. l. 3. num. 26. vers. 3. C. de pigno. [ Quod tamen limitat ipsemet Bar. ibidem num. 18. ad finem, nisi de facto fieret resistentia, ex qua forsitan esset deueniendum ad arma, hoc enim minimē liceret, vt ibi etiam aduertit Alex. ad Bar. d. nume. 26. per regulam legis non est singulis. ff. de regu. iuris & Bartolum in hoc sequuntur omnes vbiq; teste Tiraquello in lib. de iure constituti. 1. par. num. 37. Grego. Lupi idem sequitur in l. 14. in verbo que el otro ouiesse poder in fi. tit. 14. par. 5. [ Ex eadem radice procedit, quod vbi factum fuerit edificium in solo meo à me possessio saltem ciuilitate possim edificium propria auctoritate demoliri, & destruere, vt in l. quemadmodum. §. 1. ff. ad l. Aquil. vbi ex eo textu id expendunt Odo. Fre. Bar. Albe. Bal. & Floria. ad idem est tex. in l. vlti. §. si ad ianuā, & ibi notat idē Odo. Fre. Albe. & Bar. ff. quod ui aut clam. l. 1. C. vt nemini liceat sine iudi. autho. signa impri. & in l. 2. §. cum quidā. ff. ne quid in loco publi. & in l. si seruus. C. quod cum eo. Bar. Alex. & Iaso & communiter docto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. ope. nun. Deci. conf. 221. num. 5. gloss. 1. in l. malum vbi etiam doct. ff. de verbo. signi. Bar. & Ang. in l. si duo §. item videamus. ff. vti possid. Paul. Castren. in l. fluminum. §. si. num. 3. ff. de dam. infe. Innocen. Abb. & cōmuniter docto. in cap. 1. de immuni. eccles. latē Cœpola in tracta. seruitutum tit. de serui. vrba. prædio. cap. 30. Anto. Gomez vbi hoc limitat post doctores superius relatos, & extendit in d. l. 46. Tauri num. 19. [ Huc quoque pertinet, quod licet creditor qui ex cōuentione potest propria auctoritate ingredi rem sibi obligatam iuxta legem. 3. C. de pigno. & l. 12. tit. 13. & l. 14. tit. 14. part. 5. tum demum id facere possit, cum debitor aut non resistat, aut solo verbo resistat, vt late probat Bar. ipse in repe. d. l. 3. nu. 18. & 19. C. de pigno. quem omnes vbiq; sequuntur teste Tiraquello de constituti. 1. par. num. 37. Si tamen vltra huiusmodi cōuentionem debitor se constituit possidere pro creditore simpliciter, aut precario, tūc quia apud creditore est vtraque possessio, ciuilis, & naturalis, cum scilicet est simplex constitutum, aut certē ciuilis, cum est precarium, si debitor facto resistat vim faciendo creditori, potest in continenti per vim ingredi, nā id faciens magis dicitur defendere possessionem suam, quam occupare vel aggredi, vt in simili notatur in l. cum fundum & in l. qui possessionem. ff. de vi & vi arma. atq; in specie id voluit ipse Bar. post Iacob. Butri. in rep. d. l. 3. C. de pignor. num. 11. & clarius num. 19. in fin. & ibi quoque Salic. 4. colu. vers. sed quid si vltra interuenisset, Bald. in l. 2. q. 10. C. de seruitu. & aqua, Roma. & Franc. de Are. in l. si ex stipulatione. ff. de acq. posses. Paul. conf. 43. post prin. lib. 1. Vital. de Caba. in tracta. clausularum cartha. 21. in clausula constituit se precario, Alexan. consilio. 82. numero. 8. lib. 2. quod repetitur consilio. 40. lib. 3. Corne. consil. 280. numero

7. & sequen. lib. 3. Guido Papę decisio. Delphinatus 336. vers. tertius, & vers. septimus, Ludo. Gozad. cōf. 42. numero. 11. & 12. glo. in l. cum creditor & ibi Angel. ff. de furt. Tiraqu. in libr. de constituto. 1. par. numer. 37. & 38. Ancharra. in cap. potuit. 4. col. de loca. & consilio. 263. in fine, & quę dicam infra hoc libr. titu. 17. de pignoribus. l. 1. glo. 3. numero. 7. & octauo. [ Quod tamen limita, nisi creditor ipse iudicem prius adijisset, & iudicium aduersus debitore proposuisset, tunc siquidem non posset deinceps propria auctoritate possessionem ingredi vi illius constituti ex sententia Bald. in l. 2. quæst. 10. C. de serui. & aqua, cuius sententiam sequuntur ferē omnes, sed non ea ratione, quia scilicet, tanquam meticulous amicus. ferit possessionem prout Bal. censuerat in d. l. 2. sed ne iudicium incohatum sit ludibrio, sitque in potestate vnus id ipsum euertere arg. l. si quis rem in ratione sui. ff. de arbitr. & alijs pluribus rationibus eū sequuntur plures à Tiraquello citati de constituto. 1. par. num. 40. Sed hoc fallit, si is, qui viam iudiciariam elegit, protestetur saluam sibi manere viam facti secundum Alex. conf. 130. & consilio. sequen. libr. 4. Iaso. in l. 2. C. de iure emph. colu. 35. vers. istud tamen limita, Claudi. Aquen. & Ripa. in l. de pupillo. §. meminisse ff. de no. op. nun. Tiraq. de constituto. 1. part. numero 42. qui & numero. 43. hanc decisionem extendit, vt procedat aduersus singularem successorem, citatque in eam sententiam Bar. & Sali. in d. l. 3. C. de pignor. Bald. Imol. Paul. Arcti. Alexan. Guido Papę Alber. Brunum Soci. & Gozad. in locis ab eo citatis, de quo dicam latius in l. 1. titulo. 17. de pigno. & repręfarijs infra hoc libro gloss. 2. numero. 7.

LEY. V.

Que las donaciones que el Rey hiziere las haga con acuerdo de los de su consejo, excepto las en esta ley contenidas.

Ley. 5. tit. 9. lib. 5. ordin.

Don Juan. II. en Valladolid: año de. 1442. peti. 2.

Las donaciones y mercedes q̄ el Rey hiziere, las deue hazer con acuerdo de los de su consejo, o de la mayor parte y numero de personas. Pero esto no ha lugar en los officios menores de la casa del Rey, y en las limosnas y mantenimientos y vestuarios de los



dichos menores officios: y de las lanças que vacaren de padre a hijo legitimo, y las mercedes de caualllos, y mulas, y paños. Estas cosas puede el Rey dar a su voluntad sin algun consejo.

G L O S S. I.

- 1 *Consilium semper est petendum & sequendum, maxime à Regibus in eorum liberalitatibus. Liberalitatis regia litera à consiliarijs liberalitatis & ab ipso Rege sunt subscribenda, alijs non valent.*
- 2 *Proregum Indiarum abusus circa distribuenda officia & redditus, & quod consilium exquirere deberet.*
- 3 *Consilio procerum & sapientium sunt ardua à Rege expedienda.*

2 *Con acuerdo de los del su consejo.* Qui cuncta agit cum consilio, regitur sapientia, prouerbiorum. 13. sine consilio nihil est faciendum, & post factum non penitebit eum, cui impeditur, Ecclesiasti. 32. Mala enim serpe specie habent honesti, & virtutibus vitia sunt confinia. Sic mentitur prodigus liberalem, cum plurimum inter sit virtutis quis dare sciat, an seruare nesciat. Multi, inquit Seneca ad Lucillum epistola. 121. li. 22. sunt, qui non donant, sed proijciunt, non uoco ego liberalem pecuniarum suarum iratum, Ex quo Reges nostri necessarium esse duxerunt in omnibus sapientum sequi consilia, & tum potissimum in donationibus, ne dum liberalitatem exercere se credunt, in prodigalitate sibi vicinum vitium prolabantur. Quare duos aut tres sibi deligere consueuerunt ex ceteris Senatoribus, quibus hec sit cura, ut ipsi Regi circa donationes & liberalitates exercendas consilium prestant, qui à liberalitatum consilio nuncupantur, & huiusmodi donationum littere ab ipsis à tergo signatae ab ipso Principe subscribuntur, alijs non valent. l. 10. tit. 4. de consilio Regis supra li. 2. Gregor. Lupi in. l. 26. titu. 18. de instrumentis in verbo de gracia par. 3. [ Ceterum me latet quidem, quod non licet Regibus, quomodo Indiarum proregibus permittitur sit: contra id quod eleganter probat. d. Anto. Padilla in. l. si vniuersi nu. 14. & 15. C. de diuersi. referip. auctoritate Bal. in cap. quanto num. 5. de iure iur. Video enim legibus regis optime sancitum esse, Indorum commendas, aliaque Indiarum commoda, & officia, antiquioribus & bene meritis eorumque filijs tribuenda esse: video etiam nihil minus seruari, distributionesque contra leges à proregibus & moderatoribus fieri in male meritis, ipsorumque proregum & moderatorum adsecras. Hinc querimonie plures, hinc bella ciuilia, hinc seditiones & scandala orta sunt. Cum hec considero, venit in mentem illud Platonis dialogo. 6. de legibus vel legum latione in principio dicentis, Audi iam, nemini dubium est, quin cum magna res legum latio sit, si quis ciuitati per leges bene parate non idoneos magistratus constituat, quamuis leges bene politae sint tamen non modo id nihil proderit, risum-

que mouebit, verum etiam calamitates maximas ciuitatibus pariet, nam si rudes & inexperti mittuntur, cum nec se ipsos nec eos quos moderantur satis cognoscant, nec adhuc eruditi sint, quomodo recte vniquam magistratum gerere poterunt? quomodo leges executioni tradent, Si earum ignari consilium prudentum exquirere non astringuntur? quomodo leges exequentur, si omnia libidini eorum & propriae voluntati committuntur, nullo consilij exquirendi freno cohibite? utinam hec ad aures Principis deueniant. [ Ardua enim negocia expediri non debent absque procerum sapientum consilio. l. cum multa. C. de bon. quæ libe. Iaso. in. l. placet. 1. notabili. C. de sacr. eccle. Barb. de præstantia Cardinali. 2. par. q. 2. Ioan. Neuzani in ter consilia Alberti Bruni conf. 12. num. 156. & pluribus sequentibus & idem de Romano Pontifice tradit Bal. in. l. cum multa num. 3. C. de bon. quæ libe. Sed contrarium pluribus auctoritatibus & rationibus probat, d. Ant. Padi. in. l. vniuersi. nu. 9. 10. & 11. C. de trās,

G L O S S. II.

- 1 *Maior pars consiliariorum quod fecerit, id est seruandum.*
- 2 *Maior pars quod fecerit in rebus collegij, id seruari oportet, limita. 1. 4. modis remissive.*
- 3 *Consilium plurimorum proualeat.*

b *O de la maior parte y numero de personas.* Consiliarijs discordantibus, quod maior eorum pars decreuit, id seruari oportet, ut hic & in. l. 7. tit. 4. de consilio Regis supra lib. 2. ibi, *Mandamos que se libre e determine el hecho por el voto y consejo de la mayor parte. Y que lo que la mayor parte acordare a todos los del nuestro consejo lo firmen, y aquello se guarde y cumpla.* [ In rebus siquidem collegij valet quidquid facit maior pars collegij, ut in. l. quod maior & ibi notat glo. Bar. & docto. ff. ad municipa. l. nulli. ff. quod cuiusq. vni. nomi. notat glo. & docto. in cap. cum omnes de constit. Vbi Feli. limitat 14. modis à num. 17. ad eum recurrito, & Iaso in. l. iurisdictionum. §. hodie nu. 8. ff. de pact. [ Et ideo Rex plurimorum consilium requirit, quia quo plures sunt consiliarij, eo perfectius veritas reuelatur. 1. paralipomenon cap. 13. in princip. l. fi. §. pen. C. de fideicō. intergrum siquidem est iudicium, quod plurimorum sententij confirmatur cap. extra conscientiam. 64. distinctio. cap. prudentiam. §. 1. de offi. delega,

G L O S S. III.

- 1 *Merita et seruitia parentum transeunt in filios & ceteros descendentes.*
- 2 *Filius primogenitus succedit mortuo patre in stipendio & salario paterno. Filiatio magis attenditur in dignitatibus & officijs quam hereditas, ibidem.*
- 3 *Officiorum renunciatio an admittatur extra filiorum personas.*

4 *Filij*

- 4 *Filij succedunt in honoribus & dignitatibus parentum iure quodam honestatis & decentie.*
- 5 *Filijs ignoscitur quandoque ob merita parentum vel poena minuitur.*
- 6 *Maiorum merita ad posteriores transeunt.*
- 7 *Feudum femina concedi solet ob paterna merita & seruitia. Filia ob paternum seruitium & meritum an feudum concedi possit tibi.*

e *Y de las lanças que vacaren de padre a hijo legitimo.* Nota ex lege ista facilius admitti prouisione in officiorum patrum in filios legitimos, & cum minori solennitate, quam in externos. Merita siquidem & seruitia parentum transeunt in filios, obidque Reges nostri solent ut plurimum filios remunerare propter merita parentum, & nuncupatim in his Indiarum regnis id fieri præcipit lex. 41. in legibus Indiarum, ut dixi supra ead. lege glo. 1. num. 2. id quod iure communi Imperatorum erat etiam statutum, ut in. l. nemini versu. filios autem, & l. petitionem versu. filijs scriberet. C. de aduoca. diuerso. iudiciorum, & l. iubemus versu. & filio. C. de aduoca. diuerso. iudicium, quas leges in id citat Roma. consi. 29. [ Hinc filius primogenitus mortuo patre succedit in stipendio & salario, quod ei Rex in vita tribuebat. l. 1. & 2. C. de filijs officiali. qui in bello mortui sunt lib. 12. l. 10. tit. 4. de uasallis Regis infra lib. 6. sumpta ex. l. 20. tit. 3. libr. 4. ordinatio. vbi Dida. Perez notat & nimis commendat. Grego. Lupi in. l. 2. in verbo sino el hijo mayor colum. vlti. versu. tene etiam menti, tit. 15. part. 2. Nec exigitur quod filius hæres sit patris, quia in dignitatibus & officijs magis attenditur filiatio quam hereditas secundum Bal. in. l. cum antiquioribus nu. 11. versu. quarto sic. C. de iure deliberan. Greg. Lupi vbi supra per tex. in. l. vt iurisdictionum. §. si liberi. ff. de oper. liberto. [ Ex quo etiam fit, ut legibus regis prohibeatur officiorum renunciatio extra patris aut filij idonei personam ut in. l. 2. tit. 4. de renunciacionibus officiorum infra libr. 7. quamuis per leges nouiores admittatur renunciaciones munerum in quascunque personas, ut in. l. 1. 4. §. & 6. eiusdem tituli & libri, dixi in dialogo Relatoris 4. par. cap. 11. numero. 3. [ Ab eodem fonte procedit quod filij succedunt in honoribus & magistratibus parentum, iure quodam honestatis & decentie, ut Tiraquell. probat in lib. de nobilitate cap. 20. numero. 8. quod latè discutimus in dialogo. 3. part. cap. 5. num. 5. & sequen. Quibus adde quod de filijs doctoris & eorum priuilegijs tradit Dida. Perez in. l. 1. tit. 1. libr. 4. ordinatio. col. 1338. & pluribus sequentibus, & de filijs militum Claudi. Cotereus libr. 2. de iure & priuilegio militum cap. 3. [ Propter merita etiam parentum crimina quandoque filijs condonantur, ut constat. 3. Regum cap. 11. quia inquit, habuisti hoc apud te, & non custodiisti pactum meum, & præcepta mea, que mandauit tibi, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo, verum tamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum, & psalmi. 36. non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Et quod maiorum merita & beneficia prosunt ad dimit-

tendam, aut certè leniendam poenam, constat ex Tiraquello in libro de poenis temperandis causa. 49. nu. 10. & sequentibus, refertque Ciceronem li. 2. de inuentione, vbi de deprecatione disserit, oportebit, ait, omni, qui sibi ut ignoscatur postulabit, commemorare, si qua sua poterit beneficia, & paulo post, deinde maiorum suorum beneficia, si qua extabunt proferre. Marius itè apud Sallustium in Ingurtha, ad hoc alij si deliquerit, vetè nobilitas maiorum facta fortia presidio adsunt. Quintilia. lib. 6. cap. 1. periclitantem commendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum. Hinc apud Libium. 1. Decad. lib. 2. Appius cum in vincula duceretur maiorum merita in rem publicam collata commemorabat, ut poenam deprecaretur, cuius rei aliqua exempla refert Tiraquell. d. causa. 49. num. 12. [ Quorum omnium ratio est, quia maiorum merita ad posteriores transeunt, ut pulchre scripsit Bal. consi. 355. colu. 2. versu. quid igitur lib. 1. quem refert & sequitur Soci. consi. 84. colu. 3. versu. ex quibus in proposito lib. 3. Tiraquell. num. 10. & in relectio. l. si vniquam in verbo donatione largitus num. 37. C. de reuocand. donatio. [ Nec est nouum, ut feudum concedatur filie ob amorem & seruitium paternum, ut in cap. vnico quemadmodum. feud. ad filiam pertinet, & per illum tex. id asserit Fulgos. consi. 3. ad fi. Iaso. consi. 114. lib. 1. Zaf. in epitome feudorum part. 8. num. 49. Nicol. de Neapo. Iacob. de Bellouisu, & Albarotus in cap. 1. qui feudum dare poss. Cardi. in cap. ex parte extra de feud. Soc. consi. 84. col. 2. li. 3. Ioan. Iacob. Leonar. inter consilia Feu. Albe. Bru. consi. 114. num. 226. & sequentibus, Paul. Paris. consi. 4. numero. 42. libr. 1. vbi citat concordantes.

L E X. VI.

¶ *Que las cosas que el Rey diere se en firmes.*

¶ *Ley. 9. tit. 9. lib. 5. ordina.*

*Lex. 8. tit. 12. de las donaciones lib. 3. fori.*

¶ *Las cosas que el Rey diere a alguno no gelas pueda quitar a el ni orro alguno sin culpa. Y aquella quien las diere, haga dellas lo que quisiere, assi como de las otras cosas suyas. Y si muriere sin testamento ayan las sus herederos, y no pueda su muger demandar parte dellas. Y otro si el marido no pueda de mandar parte de las cosas que el Rey diere a su muger.*

GLOSS. I.

- 1 Princeps non potest iure regio res donatas reuocare.  
Principis veritas & firmitas, & quæ cum decent, ibidem.
- 2 Princeps donationem perfectam reuocare nequit.
- 3 Princeps an possit priuilegium sine causa reuocare?
- 4 Priuilegium non subdito concessum reuocari non potest, quia transit in contractum.  
Priuilegium non subdito concedi potest, & reuocari ante acceptationem, ibi.  
Priuilegium non subdito concessum potest ex causis quibus donatio reuocatur reuocari, ibi.
- 5 Priuilegium subdito concessum potest per Principem concedentem vel eius successores sine causa reuocari, si ex eo non sit questum ius iuris gentium, vt in priuilegio exemptionis & immunitatis.
- 6 Priuilegium subdito concessum alicuius rei cuius ei fuit tradita possessio, & sic dominium translatum per traditionem vel sine ea reuocari non potest.
- 7 Princeps non potest auferre alicui dominium iure gentium questum sine causa, & tunc non nisi dato bono cambio.
- 8 Princeps non potest auferre dominium, questum iure civili, vt prescriptione, vel per sententiam sine causa.  
Princeps potest impedire acquisitionem domini iure civili antequam sit questum, ibi.
- 9 Princeps non potest reuocare priuilegium exemptionis, vel aliud concessum ab precium vel aliquod factum vel faciendum.
- 10 Princeps reuocare potest quodcumque priuilegiū vel contractum ex causa.  
Priuilegium immunitatis subditis concessum venientibus ad habitandum reuocari non potest, ibidem.  
Princeps auferre potest dominium iure gentium vel civili questum, vel aliud ius si effectus est de iure gentium, ex causa, ibi.
- 11 Causa sufficiens ad auferendum dominium vel ius alicui questum est publica utilitas.
- 12 Causa alia sufficiens ad auferendum dominium vel ius alteri questum.  
Princeps mortuo patre quando possit spurium legitime in præiudicium agnatorum, ibi.
- 13 Princeps auferens alicui ius questum debet æquiualens precium ei reddere.
- 14 Princeps etiam de plenitudine potestatis non potest ius questum auferre sine iusta causa & dato bono cambio.  
Princeps non debet appetere iniusta quæ sibi non licent, ibidem.  
Princeps ab utendo plenitudine potestatis peccat mortaliter, ibi.

- 15 Posse non dicimus, quod non iuste possumus, ibi.
- 15 Causa præsumitur in Principe.
- 16 Causa non præsumitur in principe ius alterius auferente.  
Causa præsumitur in Principe rescribente circa ea, quæ sunt iuris positiui, secus si rescribit contra ius naturale vel gentium, vt circa feuda & contractus, ibidem.  
Principi non licet feuda vel contractus cum subditis factos reuocare, ibi.  
Principi an credatur causam in priuilegio vel contractu asserenti, ibidem in fi.
- 17 Causam exprimere in prohibitis non sufficit, nisi probetur.
- 18 Priuilegium ob merita & seruitia alicui concessum transit in contractum, atque ideo reuocari non potest.  
Lex si pater. §. vlti. ff. de donatio, explicatur, ibidem.  
Priuilegium ob benemerita & remunerationem concessum ex causa reuocari potest, ibi.
- 19 Principis assertioni creditur, si benemerita & seruitia peculiariter referantur.  
Principis assertioni non creditur asserenti in priuilegio alicui concessio esse benemeritum, nisi seruitia & benemerita exprimantur, ibi.
- 20 Princeps per legem generalem auferens ius questum alicui, non tenetur ei satisfacere de æquiualenti precio.

- 21 Las cosas que el Rey diere alguno no se las puede quitar.  
Nota tex. singularem, quod Princeps non potest res donatas a donatario auferre. Beneficium siquidem Principis decet esse mansurum, cap. decet de regu. iur. iu. 6. authen. constitutio quæ de digni. in fi. non enim est imperialis maiestatis auferre concessa, vt in auth. de referend. colla. 2. in ore Principis firmior debet esse veritas, vt legitur in libr. Eldre, Iaso. inter consilia feudalia Alberti Bruni consilio. 8. numero. 30. atque ideo grauius peccat Princeps fidem frangens, quam alius quispiam, Bald. consilio. 324. ad fi. lib. 1. Aymon Crauette consilio. 241. numero. 19. & sequen. vbi plura congerit, & potissimum dictum celebre eiusdem Bald. consi. 343. colu. 1. ad fi. lib. 1. fidem, inquit, fallere graue est grauius, grauioribus grauius, grauius exemplaribusque vitis, grauiusimum, adde Ioan. Iaco. Leonardum de Palando inter consilia Bruni consilio. 117. num. 86. & seq. Tiraq. de nobilitate cap. 20. num. 24. Atque ideo Principi non licet donationem ab eo factam & perfectam reuocare, glo. est ordinaria in l. si qua in verbo. præiudicij. C. de fund. & saltib. rei domi. lib. 11. quam commendat & sequitur Bald. in l. quæ ex relationibus. 4. notab. & ibi Paul. Castren. numero. 3. C. de legib. Iaso. in l. si reus num. 13. ff. de pact. & consi. 73. nu. 2. versi. cõdescendo, vbi plura conge-

- congerit. lib. 1. Alexand. consil. 3. nu. 9. lib. 5. Augusti. Beroi in c. 1. num. 20. extra de proba. Didac. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. col. 1062. prope finem, diximus supra cod. l. 3. gloss. 2. num. 8. Matth. A. flic. decif. 392. num. 6. Tiraq. d. c. 80. numer. 24. Arius Pinclus in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. num. 62. [ Contrariam tamen opinionem, imo quod princeps possit, priuilegiū quod non transiuit in contractum tollere, vel moderare, etiam sine causa, tenuit glo. vltim. in cap. decet de regul. iur. in 6. argum. text. in l. qui fundos. C. de omni agro deser. lib. 11. Bal. in l. nupta. ff. de senato. Ang. in l. Anthiocensiu. ff. de priuileg. credito, Alex. consi. 155. col. vlt. lib. 6. Soci. conf. 87. num. 13. & 18. lib. 3. Aymon Crauette conf. 241. num. 2. Bal. in l. qui se patris num. 13. C. vnde lib. & ibi in apostillis, idem probare conatur Ferdinand. Vazquez lib. 3. de successio. creatio, §. 26. num. 29. Innocen. Anto. Cardi. & Abb. in c. nouit de iudi. vbi etiam Feli. tradens cõcordantes nu. 21. & 32. & in libro meo. numer. 10. vbi hoc communiter teneri attestatur, & Deci. num. 15. idem Felin. in c. quæ in ecclesiarum num. 62. & ibi Deci. num. 37. & 38. de consti. Paul. Paris. conf. 2. num. 120. lib. 4. & consil. 11. num. 2. lib. 1. Iaso. consil. 56. nu. 2. lib. 1. Ludo. Gozad. consil. 5. num. 27. Quid dicendum in hac ancipiti controuersia? fac obsecro sequentes conclusiones. [ Prima conclusio, priuilegium à principe concessum ei, qui sibi subditus non est, reuocari non potest, quia transire videtur in contractum secundum Innocen. & doct. omnes in cap. nouit de iudi. quam communem cõclusionem limitat Felin. ibi num. 8. 9. & sequen. plurifaria: quarū limitationum duas existimo esse veras Prima nisi reuocatio priuilegij fiat ex causa, ex qua donatio pfecta reuocari potest. Secunda nisi reuocetur ante acceptationem priuilegij, vt latè probaui supra hoc l. tit. 7. de maioratu. l. 11. gloss. 3. [ Secunda cõclusio, priuilegium subdito concessum potest per principem concedentem vel eius successorem reuocari sine causa secundum Bald. in l. qui se patris numer. 13. C. vnde lib. quem sequuntur Cardi. Anto. Abb. Feli. num. 10. & Deci. num. 15. in cap. nouit de iudi. cum concordantijs supra hac eadem glof. num. 3. traditis. Intellige tamen conclusionem hanc, vt procedat, quoties per priuilegium non fuit aliquod ius questum de iure gentium, vt in priuilegio exemptionis vel immunitatis, tunc etenim si non transit in contractum, reuocari poterit sine causa, vt in auth. qua in prouincia versi. priuilegio non obstante. C. vbi de crimi. agi oport. l. 1. & per totum. C. de immu. nemi. conceden. l. heres absens cum similibus. ff. de iudi. Felin. in capit. nouit num. 8. versi. aut verò per priuilegium, & iterum num. 10. de iudi. Carol. Ruy. consil. 130. num. 13. & 14. lib. 5. Ripa lib. 2. responso. de rescriptis. c. 6. numero. 12. [ Tertia conclusio, quoties per priuilegium transferatur dominium sequuta traditione vera vel ficta, vt si donatur castrum vel quid aliud, reuocari non potest huiusmodi priuilegium sine causa, quia dominium per priuilegium questum, & translatum est de iure gentium, quod princeps auferre non potest sine causa, secundum receptiorem sententiam doctorum in cap. quæ in ecclesiarum de constitu. hanc conclusionem probat Aretif. & Felin. in d. cap. nouit de iudi. numer. 8. & 10. Paul.

- Cast. optimè illud extendens ad dominium vtile & vsum fructum, conf. 229. num. 2. in fine. & deinceps lib. 1. Carol. Ruy. citans concord. conf. 130. num. 14. lib. 5. Ioan. Neuiza. inter conf. Alberti Bruni consil. 12. nu. 29. & sequen. vbi addit plures concordant. Soci. consil. 86. col. 1. lib. 1. & consil. 164. & 273. lib. 2. Ludo. Gozad. consil. 5. num. 11. & 19. Arius Pincl. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. par. num. 62. illatione. 16. prope finem. Aymon Craue. consil. 241. num. 18. & num. 12. Socin. conf. 120. colum. penult. versicul. 5. casus lib. 3. Bal. in l. si cū mihi. ff. de dolo, Abb. in c. in nostra de iuiur. Card. in cap. perpeditimus de senten. ex commu. Arius Pinclius in l. 1. part. rubr. C. de rescind. vendi. c. 3. num. 1. 2. 3. & 4. Moli. de Hispa. primoge. lib. 4. c. 3. num. 21. [ Conuestitur hæc sententia, quia quemadmodum supremus princeps non potest sine causa alicui auferre dominium iure gentium questum, & tunc dato bono cambio, vt communiter resoluunt Bart. & alij in l. vlti. C. si contra ius vel vtili. publi. Panor. & alij in cap. quæ in ecclesiarum vbi Felin. num. 36. & 37. de constitu. Archi. & Gemina. in c. ius ciuile. 1. distinet. Alexand. & alij in l. cum hæredes. ff. de acquir. end. poss. Deci. consilio 337. num. 5. docto. omnes in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. per tex. in l. Lutius. ff. de eul. et. & in l. item si verberatum. §. 1. ff. de reuendi. & in l. quod semel vbi Bart. & doct. ff. de decret. ab ordi. facien. l. 2. C. qui ex cau. serui pro præ. liber. accip. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. l. 2. tit. 1. part. 2. l. 31. tit. 18. part. 3. Paul. Paris. consilio. 101. num. 69. dixi in dialogo relatoris. 4. part. cap. 12. num. 2. [ Ita etiam si dominium acquiratur ex causis à iure ciuili indutis, vt prescriptione, vel per sententiam, vel si Princeps ipse fuit causa acquirendi, adhuc supremus Princeps non poterit auferre sine causa huiusmodi dominium, quippe quod iuris gentium est, quoquo modo questum fuerit, licet ante acquisitionem id impedire possit, hæc fuit sententia Bald. in l. 2. pro finem. C. de iuris & facti igno. & in l. 1. in fine. C. de iure annullo. aureo. & ante eum hoc voluit Bart. quem alij sequuntur in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. gloss. Bart. & Iaso. num. 3. versicul. 6. limita. in l. vltim. C. si cont. ius vel vti. publi. Areti. in l. 3. ad finem. ff. de testam. Alex. in l. cum hæredes in princ. ff. de acquir. poss. Bald. & Paul. Cast. in l. Gallus. §. & quid si tantum col. pen. & ibi Alexand. num. 26. Areti. & Soci. num. 24. & Iaso. num. 125. & sequentibus, & Galliaula col. vltim. in fi. num. 90. & sequen. Ioan. Crottus num. 66. & sequen. & Fortu. Garfia folio penul. & fi. ff. de lib. & posthu. Feli. hanc attestatus communem in c. quæ in ecclesiarum nu. 68. & sequen. & in meo codice numero. 49. & deinceps, de constitu. Paul. Paris. consil. 101. nu. 70. & seq. Deci. consil. 343. num. 2. versic. & quia post aditam, & consil. 388. num. 18. Paul. Cast. consil. 34. num. 5. lib. 2. Soci. inter consil. Alberti Bruni consil. 10. num. 24. & 25. Maria. Soci. Iunior conf. 120. num. 8. 32. & 33. lib. 2. Aymon Craue. qui optime probat & fulcit hanc opinionem, communemque esse attestatur, conf. 241. nu. 12. versic. aduertendum, & iterum conf. 135. num. 20. & in lib. de antiqui. temporum. 1. part. in princ. num. 31. qui minorem causam auferendi hac in specie exigit, quæ in dominio iure gentium questum vide eum singulariter

ter loquentem, Pinelus multis citatis in d. rub. de rescind. vend. 1. paat. c. 3. nu. 5. & sequen. dixi in dialogo relatoris. 4. part. c. 12. num. 4. vbi traditionem hanc tū veriore, tum etiam receptiore esse asserui, quamuis oppositum voluerit Ang. in l. Anthiocēsiū. ff. de priuile. credi. Paul. Cast. sibi contrarius in l. rescripta C. si con. ius vel vtili. publi. idem Ange. in l. Lutus. ff. de cuius. Rod. Xarez allega. 12. col. pen. Bald. in l. vlt. nu. 8. C. senten. rescin. non posse, vbi asseruit Principem posse tellere dominium mediante sententia quæsitum, maximè restituendo condemnatum ad audiendam causæ, quia dicitur ius illud quæsitum mediante iure ciuili, idem voluit Abb. conf. 77. colum. 2. in fine vers. Princeps autem lib. 2. & conf. 84. col. 5. li. 1. Dyn. conf. 10. Paul. Cast. secum pugnans conf. 178. col. 2. lib. 1. & conf. 180. col. 1. post medium eod. libr. 1. Bald. sibi etiam contrarius conf. 214. in fi. lib. 2. Alex. secū quoque pugnans conf. 229. lib. 2. Soci. sibi parum constans conf. 87. num. 13. libr. 3. Bologni. inter consilia Panor. conf. vlt. col. 3. lib. 1. & in additio. ad consil. Ioann. de Ana. conf. 81. Deci. quoque sibi cōtrarius conf. 196. ad fi. & conf. 269. & in d. c. quæ in ecclesiarum num. 26. & in l. 1. in fi. C. de secund. nup. Curti. Iunior. conf. 1. nu. 20. & cōf. 138. nu. 10. & conf. 137. nu. 17. & 18. & animosius conf. 173. nu. 15. vbi hanc dixit comunem opinionem Gozadi. conf. 5. nu. 17. & seq. sed fallitur quidem Curti. Iunior, non enim hæc est communis sententia, sed prior contraria. [Quarta conclusio, priuilegium exemptionis vel immun. tatis à principe concessum ob aliquod precium vel ob factum aliquod vel seruitium præteritum vel futurum impletum vel implendum ex parte eius, cui priuilegium conceditur, reuocari non potest, quia transire videtur in contractum, vt Bal. asseuerat in l. qui se patris num. 13. & 14. C. vnde lib. Areti. & Feli. in c. nouit nu. 8. & 10. de iudi. Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. in. vi. & vx. §. 50. nu. 5. & 6. Idem esse omnes asseuerant in quolibet contractu cū Principe celebrato inter subditos, qui reuocari non potest, vt à doctōribus traditur in cap. 1. de proba. per text. ibi dixi supra eo. l. 3. glo. 2. nu. 4. & sequentibus. [Limita conclusionem hanc, nisi Princeps reuocet priuilegium ex causa, quia sicut dominium quæsitum iure gentium vel ciuili potest ex causa tollere, vt notatur per omnes in d. c. quæ in ecclesiarum & in d. §. & quid si tantum, vt diximus supra num. 7. ita & fortiori ratione priuilegiū etiam si transierit in contractum, vt in l. Lutus. ff. de cuius. notatur per Bald. in l. rescripta. C. de precib. Impe. offer. & in d. l. qui se patris num. 14. C. vnde libe. Anto. Cardi. Imol. Areti. & Felin. in c. nouit de iudi. nu. 8. & 10. Gemi in c. 1. de constituto. in. 6. vers. vltimo oppono, vbi dicit priuilegium immunitatis concessum venientibus ad habitandum locum aliquem non posse reuocari in præiudiciū eorum: quia transiit in cōtractum. Idem voluit Alex. conf. 216. num. 18. lib. 2. Felin. in d. c. nouit num. 8. vers. considera, extra de iudi. Ludo. Gozadi. consil. 5. num. 23. Itaque doct. communiter concludūt Principem ex causa auferre posse dominium vel ius quæsitum iure gentium vel ciuili, si effectus est de iure gētium, prout dominium, vt supra nu. 7. & 8. [Diximus posse ex causa reuocari contractum vel priuilegium subdito

concessum, quod transiit in contractum, pro cuius declaratione duo sunt examinanda. Primum quæ causa sit sufficiens, & an ei, cui auferatur dari debeat bonū cambium. Secundum an causa præsumatur in Principe ius quæsitum auferente, an verò probari debeat. Quoad primū dic, causam esse sufficientē, quæ publicam principaliter respicit vtilitatem, secundū Oldra. conf. 224. num. 30. cui accessit Paul. Cast. conf. 178. nu. 2. & conf. 229. nu. 2. & con. 287. nu. 2. lib. 1. Alex. conf. 136. ad fi. lib. 1. Bart. in l. quæcunque in fi. C. de fide instr. li. 10. Iaf. in l. Barbarius col. 6. vers. circa duas vltimas. ff. de offi. præto. & conf. 233. nu. 2. vers. u. facit, li. 2. Deci. conf. 361. nu. 8. & conf. 588. nu. 14. Felin. in d. c. quæ in ecclesiarum nu. 27. de consti. Aimon Sabillia. conf. 241. nu. 13. Gozadi. conf. 5. num. 18. per tex. in l. itē si verberatum. ff. de reuendi. [Secunda causa tollendi ius alterius est, quoties cum voluntate Principis cōcurrit voluntas eius, qui in ipsa re ius aliquando habuit, veluti si princeps mortuo patre legitima uerit spurium post aditam per agnatum hereditatem, nam si de voluntate patris quoquo modo constare potuerit, poterit agnato auferre hereditatem, eamque spurio concedere, vt respondit Soci. conf. 120. nu. 9. lib. 3. & Paul. Cast. conf. 178. nu. 2. vers. 6. lib. 1. Bald. in l. rescripta in fi. C. de precib. Imp. offeren. Aymon Sabillia. cōf. 241. num. 13. vers. 3. causa, vbi addit tertiam causam, nempe vbi Princeps restituerit rebellem, qui propter metū ausus non esset se defendere, nam si restituatur aduersus sententiam valebit restitutio, tamen si ius ex ea esset tertio quæsitum, Bologni. inter cōsilia Abb. conf. vlt. col. 3. lib. 1. [Cæterum non sufficit causa legitima, nisi & Princeps ei, cui ius quæsitum ex suo contractu, vel priuilegio abstulerit, pretium reddiderit æquiualens, vel bonum cambium, ex sententia Archidiaconi in cap. per principalem. 9. q. 3. text. quem ibi notat Bald. in l. serui. C. qui. ex cau. serui pro pre. lib. accipi. ibi, vt eorum domini precium à fisco percipiant, gloss. quæ tamen dicit hoc non seruari in l. si lo cus. §. vltim. ff. quem. serui. amitta. gloss. in cap. 1. §. ad hæc vbi etiam Bald. de pace iura. firm. in vltibus feud. Bart. in l. fi. §. Titius. ff. de pigno. actio. Socin. consil. 120. numero. 8. in fine Felin. in cap. quæ in ecclesiarum numero. 28. de constit. text. expressus regni nostri in l. 2. columna penultima in fine titulo. 1. part. 2. & ibi Grego. Lupi in verbo buen cambio, vbi differri solutionem precij asserit, quoties publica vrget necessitas vel etiam vtilitas autoritate Andr. de Yfern. in tit. quæ sint regali. in parte monetæ ad finem Pinelus in 1. part. rubric. C. de rescind. vendi. cap. 3. num. 14. [Dubitat tamen Grego. Lup. an limitari & restringi possit hæc traditio, nisi de plenitudine potestatis id fiat, prout voluit Alberi. in l. constituto. digestorū col. 5. & videntur asserere Bald. & Ange. in l. 2. per text. ibi C. de quadrie. præscrip. & expressim Ludo. Rom. consilio. 30. Sed contrarium est verius teste Decio in d. c. quæ in ecclesiarum numero. 19. 24. & 25. de constituto. cui accedere videtur Grego. Lupi, & Ioan. Neuiza inter consil. Bruni conf. 12. num. 167. Marcus Salon in proemio legum Tauri numero. 335. & 336. Nec Princeps egre ferre debet, quod hac in specie ei non liceat vti plenitudine potestatis, quandoquidem appetere non

non debet maiorem potestatem Deo, à quo habet principatum, imo nec quidem parcm. Sed Deus nihil potest, quod sit iniustum, quia hæc non dicitur potestatis, sed infirmitas seu defectus potentie, arg. text. in cap. facit homo. 22. q. 2. posse enim non dicimus, quod in honeste possimus. l. nepos Proculo. ff. de verbo. signi fica. Bald. consil. 326. col. 2. lib. 1. Quare si Princeps vta tur clausula de plenitudine potestatis in re iniusta vel præiudicium tertij, non dicitur plenitudo potestatis, sed tempestatis vel tyrannidis, vt affirmat Cardi. Mediolanen. in Clemen. pastoralis de re iudi. quem refert & sequitur Soci. conf. 164. col. pen. lib. 2. & cōf. 120. col. pen. ad finem lib. 3. Fulgos. cōf. 33. quos refert Aymon. Crauette conf. 241. num. 20. vbi plura congerit vide eum omnino, & Ioan. Neuiza. inter consil. Alber. Bruni consil. 12. num. 169. & sequen. & num. 57. & num. 133. vbi concordant. allegat, & num. 141. Et nu. 144. asserit Principem vtendo plenitudine potestatis vltra iustum & debitū peccare mortaliter, citat Paul. Cast. conf. 34. lib. 2. Guido Papæ consil. 195. columna vltima lib. 3. qui id asserunt autoritate beati Thomæ & Panor. dixi supra eodem. l. 3. glof. 12. numero. 3. Ex quibus apparet Principem de plenitudine potestatis non posse alicui res proprias auferre, etiam ex causa nisi solato carū precio, vel dato bono cambio. [Quoad secundum an causa præsumatur in Principe ius alterius auferente, an verò probari debeat, videtur, causam præsumi secundum Cyn. in l. vlt. C. si con. ius vel vti. pub. & in l. 1. rescripta. q. 3. & 4. vbi eū sequitur Bal. dicentes non admitti probationem in cōtrariū quos sequuntur Anto. Card. Imol. & Deci. nume. 27. in cap. quæ in ecclesiarum de constituto. vbi Feli. attesta tur hanc esse communem opinionem num. 60. incip. 5. conclusio, Alexand. consil. 2. num. 20. lib. 1. [Sed verius est, & receptius causam nō præsumi, quoties Princeps tollit ius tertij, auferitque alicui defensionem, quæ est iuris naturalis, & pacta & contractus ab eo initos, qui sunt de iure gentium, aliàs faciliter elidere possent contractus ab eo gestos, & ius alicui quæsitum auferre sine causa, si causa præsumeretur, itaque causa debet probari, vt reuocatio contractus seu dominij ablatio valeat, etiam si fiat de plenitudine potestatis, aliàs rescripta omnia ius tertij absorbentia valerent & fortiorer effectum, quod esset iniquum, vt asserit Fulgos. consilio. 61. columna. 2. Abb. & Felin. numero. 62. & 66. in fine in d. capit. quæ in ecclesiarum de constituto. & ibi Deci. numero. 27. Roma. consilio. 325. in fine Deci. consilio. 357. & consilio. 602. Soci. consilio. 120. numero. 9. libro. 3. Marti. Lauden. in tracta. de Principibus conclus. 87. Iaso. in l. si testamentum. C. de testament. & consilio. 233. numero. 3. & vltimo, vbi dicit causam præsumi, quando Princeps rescribit circa ea quæ sunt iuris positiui argumen. c. in nostris de concess. præben. secus si rescribat contra ius naturale vel gentium, vel contra feuda & contractus, qui nō sunt in eius libera dispositione, idem voluit Iaso. in repe. l. quominus columna. 3. ff. de flumi. Fran. Ripa libro. 2. responforum de rescrip. cap. 19. numero etiam. 19. Alcia. de præsump. regula. 3. præsumptio. 8. numero. 4. Carol. Molin. in Alexand. consilio. 2. numero. 20. lib. 1. Paul. Paris. consilio. 101. numero. 72. libro. 1. Ludoui.

Gozadi. consilio. 84. numero. 8. Claudi. in repeti. l. vt vim colum. 4. ff. de iusti. & iur. vbi citat plures Modernos, apud quos videre poteris alias antiquorū allegationes, Ioan. Neuiza. inter consil. Alber. Bruni cōf. 12. nu. 145. Ioan. Iacob. Leonar. in eisdem consil. conf. 114. num. 267. vbi & numeris sequentibus probat hac in re non credi Pape vel Principi causam exprimenti in priuilegio vel rescripto, vt ibi latius per eū. [Ratio huius conclusionis est, quia vbi aliquid permittitur ex aliqua causa, & ea deficiente est prohibitum, satis non est causam exprimere, nisi verè probeatur, vt docet Bar. in l. si forte per illum tex. ff. de cast. pecul. & in l. si donatione vbi latè Moderni. C. de col latio. Ripa lib. 2. responforum tit. de rescriptis cap. 19. num. 19. latissimè omnium Aymon Crauette de antiquitate temporum in princ. nu. 16. & deinceps vsque in finem. [Quinta conclusio, priuilegia à Principe concessa propter merita, grata, & accepta seruitia, & in eorum remunerationem, transeunt in contractum, atque ideo sunt irreuocabilia, arg. text. in l. si pater. §. vlt. iuncta gloss. in verbo irreuocabilis. ff. de donatio. cum concor. à me adductis supra hoc lib. tit. 7. de maioratu. l. 11. gloss. 1. ex causa tamen reuocantur vel moderantur, vt probauit latius. d. l. 11. gloss. 9. [Et hæc merita probantur sola Principis assertione, si de eis peculiariter facta sit expressa commemoratio, etiam in præiudicium tertij, secundum Bald. in l. illud quæst. 4. C. de sacrosanct. eccles. idem voluit Iaso. vbi pulchrè loquitur, conf. 227. colum. 9. lib. 2. vers. 9. pro ista parte. Iacob. Leonard. d. conf. 114. num. 263. inter consilia Bruni, Cuma. in l. Aquilius regulus. ff. de dona. Secus si generaliter dixerit, quia est benemeritus, tunc non probantur merita sola Principis assertionem Bal. in c. edoceri. 4. colum. ad finem, & in cap. sciscitatus colum. 2. de rescrip. Oldral. conf. 5. ad fi. Iaf. d. consil. 227. col. 9. vers. 9. pro ista parte li. 2. atque ita limitari debet regula. l. si forte. ff. de cast. pecul. de qua meminimus supra num. 17. de quo tamen dicam infra eod. l. 15. gloss. 10. in terim vide Tiraquell. in l. si vnquam verbo donatione largitus num. 75. & pluribus sequen. C. de reuo. dona. [Quod autem diximus Principem auferre alicui cui dominium, vel ius quæsitum debere ei satisfacere de equiualeanti precio, supra num. 13. limitatur præterquam, si per legem generalem hoc faciat Princeps, tūc enim non tenebitur lesio satisfacere de equiualeanti precio, vt latè probat Pau. Paris. conf. 1. num. 46. lib. 1. vbi citat concordantes, dixi in dialogo relatoris. 4. parte capit. 12. num. 3. Deci. in c. quæ in ecclesiarum num. 21. de constitutionibus.

GLOSS. II.

- 1 Princeps sine culpa donatarij vel alia iusta causa donationem ab eo factam reuocare non potest. Papa omni causa cessante non potest transferre episcopum inuitum, sed ob resistantiam etiam iniustam populi transferre poterit, ibidem.
- 2 Reges Hispaniarum non consueverunt sine causa, vel culpa donatarij donationem reuocare, imo nec etiā officia.



- Officio vel alio iure priuandus non est aliquis, donec au-  
diatur, ibidem.
- 3 Commendas Indorum an possit Princeps vel Prorex  
alicui auferre sine culpa, vel causa? & pluribus se-  
quentibus.
- Privilegium Principis quando possit, ad libitum reuo-  
cari, ibidem.
- 4 Princeps & Papa in his quæ sunt iuris positiui dispo-  
nere possunt ad libitum.
- Princeps supremus omnia præter ius, & contra ius fa-  
cere potest, nec ab eo est exigenda ratio, & pluri-  
ma de eius potestate, ibidem.
- 5 Commenda Indorum videtur reuocabilis, vt deposti-  
tum & vt beneficium commendatum.
- Beneficium commendatum potest ad libitum reuoca-  
ri, sicut & depositum, ibidem.
- 6 Princeps supremus reuocare non potest feudi conce-  
sionem, nisi conuicta culpa feudatarij, & numero  
sequenti.
- 7 Feudum reuocari non potest sine culpa, nisi sit feudum  
cameræ.
- 8 Commenda Indorū ob seruitia & merita concedun-  
tur.
- Commenda Indorum Princeps sine causa auferre non  
potest, sicut nec contractum nec privilegium, ibi-  
dem.
- 9 Feudum dicitur contractus nominatus vtrocitroque  
obligatorius.
- 10 Princeps non potest contractum reuocare etiam de  
plenitudine potestatis.
- 11 Princeps dominium directum vel vtile alicui quasi-  
tum sine causa auferre nequit.
- Feudatarius habet dominium vtile, ibidem.
- 12 Commenda Indorum feudis comparantur, & numer.  
sequentibus.
- Commenda Indorum contractus dicitur vtrocitro-  
que obligatorius, ibidem.
- Commendatarij Indorum præstant Regi fidelitatem,  
ibidem.
- Feudū propriè dicitur, cum præstat seruitium per-  
sonale non reale, ibidem.
- Feudi substantia est fidelitas non redditus, ibidem.
- 13 Feudum concessum pro certa annua quantitate nõ est  
propriè feudum.
- Feudum concessum pro certa annua quantitate nõ est  
propriè feudum, nisi simul cum hoc præstetur iura-  
mentum fidelitatis, ibidem.
- 14 Commendatarius Indorum iuramentū fidelitatis præ-  
stare tenetur hoc in regno.
- 15 Iuramentum fidelitatis an præstari possit per curato-  
rem?
- Iuramentum fidelitatis exigat speciale mandatum, ibi-  
dem.
- Iuramentum fidelitatis an necessariò præstari debeat

- in Indorum cõmendis?
- Fidelitatis cõmendatarij & feudatarij iuramentū re-  
mitti non potest, licet iuramentum fidelitatis remitti  
possit, ibidem.
- 17 Fidelitatis iuramentum quomodo præstetur.
- 18 Commendatarij Indorum ad quid sint obnoxij, ibidem.
- 19 Feudum constituitur super re immobili seu habita pro  
immobili.
- Annui redditus perpetui vel ad vitā inter immobi-  
lia computantur, ibidem.
- 20 Feudi possessio & dominium transit ipso iure in suc-  
cessorem feudi.
- Commenda Indorum possessio & dominium transit  
ipso iure in successorem, ibidem.
- 21 Feuda & commenda Indorum gratis conceduntur.
- 22 Commenda Indorum in multis differt à feudo re-  
cto.
- Feudum rectum est perpetuum & ad hæredes transi-  
torium, ibidem.
- Commenda Indorum non est perpetua, sed ad vitam  
conceditur commendatarij & filij, vel vxoris,  
ibidem.
- Fœmina non succedunt in feudo, sed in Indorum com-  
menda succedunt, ibidem.
- Feudum possidere quare non possit fœmina, ibidem.
- 23 Contractus nomen non mutat mutatio quorundam  
naturalium.
- Feudorum natura pactis mutatur, ibidem.
- 24 Feudorum natura quæ?
- 25 Feudum si à naturalibus feudi in aliquo dissideat non  
dicitur feudum rectum, sed degenerans.
- Feudum rectum in dubio præsumitur, nisi probetur in  
aliquo degenerare propter placita & conuenta,  
ibidem.
- Feudum rectum non desinit esse, etsi in aliquo degene-  
raret, ibidem.
- 26 Commenda Indorum feudum est à Rege concessum  
non rectum, sed degenerans propter placita vel cõ-  
uentiones naturæ feudi recti contrarias.
- Fœmina quod in feudo succedant consuetudine intro-  
duci potest, ibidem.
- 27 Feudum rectum quo dlibet nominari potest, nisi in pũ-  
ctis degenerantibus.
- Commenda Indorum feudum rectum dici poterit, ni-  
si in punctis degenerantibus, ibidem.
- Commenda Indorum alicui auferri non potest, nisi cul-  
pa conuicta, ibidem.
- 28 Princeps quando possit privilegium reuocare?
- 29 Commenda Indorum non dicitur depositum, nec vt  
depositum potest reuocari.
- Commendatarius Indorum possidet commendam, sed  
non depositarius, ibidem.
- Argumentum de commendatario Indorum ad com-  
mendatarij beneficij vel depositarij nõ valet, ibid.
- 31 Anni

- 30 Anni redditus vel pensiones super tributis vacanti-  
bus Indorum situata feudo cameræ comparantur, &  
ad libitum reuocari possunt, ibidem.
- Feudum cameræ reuocari potest sine causa, ibidem.
- 31 Argumentum de feudis ad Indorum commendas vel  
annuas pensiones validum est, nisi in his quæ a feudo  
degenerant.
- 32 Feudum ex d. lecto alicui auferri potest.
- Cõmenda Indorū ex delicto alicui auferri potest, ibid.
- 33 Feudum ex causa publicæ vtilitatis ad remunerandū  
benemerito alteri auferri potest.
- Commenda Indorum ex causa publicæ vtilitatis, ad  
remunerandū benemerito, a possidente auferri po-  
test, ibidem.
- 34 Commenda Indorum an possit auferri ab indigno, &  
dari benemerito precio soluto ei, cui auferretur.
- Commenda Indorum vel feudum in vita alicuius va-  
caturum potest alteri benemerito concedi in tem-  
pus, quo vacauerit, ibidem.
- c. i. §. moribus, si de feudo fue. cont. in. domi. & agna-  
vas. explicatur, ibidem.
- b El ni otro alguno sin culpa. Nota ex lege ista, quod res  
per Principem donate non debent auferri a bique do-  
natarij culpa, non tamen ex hoc excludit legislator  
causam publicæ vtilitatis, licet enim donatarius culpa  
careat, possunt ab eo auferri res donate ex causa pu-  
blicæ vtilitatis, quemadmodū & cetera bona non ex  
donatione Principis, sed alijs quomodocumque que-  
sita, vt latè probauimus in gloss. precedenti numer. 10.  
confert notabilis decisio Ioan. Andr. in. cap. quod ob  
causam de reg. iur. in. 6. dicētis Papam omni causa cel-  
sante non posse trāsferre episcopum inuitum, sed ob  
resistentiam populi etiam iniustam poterit transire  
cum bono cambio, vt per Innocen. traditur in. c. nisi  
cum pridē de renuncia. & tūc remotio sit sine culpa,  
sed non sine causa, vt pluribus autoritatibus probat  
Feli. in. c. que in ecclesiarum nu. 43. & ieq. de constitu.  
& melius cæteris Pinelus in. 1. part. rubr. C. de rescin-  
dendi. nu. 29. & 30. c. 3. [ Et vsque ad e Christianissi-  
mi Reges nostri non consueuerunt donata reuocare  
absque culpa donatarij, vel alia iusta causa, vt etiā eo  
iure vsi fuerint in officiorum & munerum prouisio-  
nib⁹, dicit enim lex. 7. ti. 13. de restitu. spolia. supra li.  
4. quod rescripta Principis aliquem officio priuantiā  
exequutioni mandari non debent, sed supercedendū  
esse in eorum exequutione, nemo siquidē inauditus  
& sine culpa officio suo est priuandus. Quāto ergo ma-  
gis hæc procedēt in rebus alijs a Principe donatis, quā  
opinionem veriorem esse contra plures probat Pine-  
lus in rubri. C. de rescind. vendi. d. 1. part. nu. 31. c. 3.  
[ Verūm hinc non incommode queri poterit de qua-  
stione, quæ hoc in regno passim occurrere potest, nun-  
quid Rex noster vel Prorex seu regni huius modera-  
tor possit commendatarios Indorū sine culpa, & cau-  
sæ cognitione commendis suis priuare, & alijs commit-  
tere? Et certè hoc fieri posse videtur, ex eo quod priui-  
legium Principis potest Princeps ipse ad libitū & sine

causa reuocare, vt in. l. qui fundos. C. de omni agrō de-  
ferto lib. 11. gloss. vlt. in. c. decet de reg. iur. lib. 6. Bal. in  
l. qui se patris nu. 13. C. de vnde libe. Soci. conf. 87. nu.  
13. & 18. Amon Craue, conf. 241. nu. 2. Anto. in. c. no-  
uit de iudi. vbi & Card. Panor. Feli. num. 10. & Deci.  
nu. 15. cum concord. in precedenti glo. traditis nu. 3. &  
4. [ Secundo nemini dubium est, quin in his quæ iu-  
ris positiui sunt, Papa & Principes potestatem habeant  
disponendi ad libitum. c. proposuit de concessio. præ-  
ben. l. Princeps. ff. de legi. notatur, in. c. 1. & c. quæ in  
ecclesiarum vbi Feli. & Moderni latissimè, de consti-  
tu. cum concord. à me traditis supra cod. l. 3. glo. 2. nu.  
12. 3. & 4. de quorum potestate disputare sacrilegium  
committi censetur. l. disputare. C. de crimi. sacrileg.  
nam supremus Princeps nulli astringitur formæ, nec  
ab eo est exquirenda ratio, cur ita facis, sufficit ei pro  
ratione voluntas, secundum Bald. in. l. impetrata. C.  
sent. rescin. nõ poss. possūt enim Papa & Principes su-  
premi ex certa sciētia supra ius, cõtra ius, & extra ius  
ad libitum disponere secundum Spēcula. in tit. de legi-  
bus. §. nunc ostendendum ver. 89. Bal. in præludij feu-  
do. 9. col. & in. d. l. impetrata, Alber. Brun. conf. i. nu.  
33. & pluribus seq. Ioan. Campe. inter consilia eiusdem  
Bruni conf. 2. nu. 38. Plenitudo enim potestatis nulli  
est necessitati subiecta, nullisque iuris publici regulis  
est limitata, secundum Bald. in. l. 2. num. 39. & 40. C.  
de serui. & aqua. Ias. inter consilia Alb. Brun. conf. 8.  
nu. 8. & pluribus seq. [ Præterea commendare idem  
est, quod deponere. l. Lutus Sempronio. ff. de posi. c.  
1. extra de deposti. nec possidere dicitur depositarius,  
quia is qui deposuit retinet possessionem. i. licet. ff. de  
posi. Quare quoties voluerit potest depositum vel re-  
commendatam reuocare. l. bona fides. §. 1. ff. de posi.  
vbi hoc notatur, & in. l. 1. §. pen. co. tit. ita & beneficiū  
commendatum alicui potest per prælatum quandocū-  
que reuocari, vt in. c. si constiterit & ibi glo. 1. Feli. &  
communiter docto. extra de accusa. Sic ergo in specie  
nostra commende & deposita Indorum possunt ad li-  
bitum reuocari. [ In oppositum autem, quod valeat  
prima concessio, & non secunda quibuscūque clau-  
sulis facta fuerit, faciunt sequentia. Et primū arguē  
do à feudis, quibus Indorum commenda quodammo-  
do comparantur, vt inferius probabo, Imperator au-  
tem vel supremus Princeps reuocare nequit feudi con-  
cessionem ab eo factam, nisi conuicta culpa, vt in. c. 1.  
& ibi notat Bal. Albaro. & doct. omnes de natura feu-  
di in vsibus feudorū, Alex. conf. 30. nu. 5. li. 5. Ias. inter  
confi. Alberti Brun. conf. 8. nu. 28. & seq. per tex. in. c.  
1. de feudo sine culpa non amittendo, glo. in. c. vlti. &  
ibi notat Bal. qui feu. da. poss. Marti. Lauden. de Prin-  
cipibus conclus. 317. Iaso. conf. 86. col. 3. lib. 3. Ioan. Ia-  
cob. Leonar. inter conf. feudalia Alb. Brun. conf. 114.  
nu. 194. & seq. Marti. Caratus Lauden. in eisdem con-  
silijs conf. 120. nu. 2. Feli. in. c. quæ in ecclesiarū nu. 52.  
de cõstitu. Nec de plenitudine potestatis potest feudo  
priuare vasallum, nec contrahere primæ inuestitu-  
re secundum Bal. in. d. l. qui se patris nu. 13. & 14. C. vñ  
de libe. Paul. eum sequitur in. l. digna vox. C. de legi.  
Fran. Curt. conf. 49. Soci. conf. 87. nu. 13. lib. 3. Paul. Pa-  
ris. conf. 1. nu. 101. lib. 1. Deci. conf. 303. nu. 13. Cassane.  
in consue. Burgun. rubri. 3. §. 3. in verbo & hominagē  
nu. 17.

num.17.Deci.in.c.1.in princ.extra de proba.Zaf. in epitome feudo.5.part.nu.8.& seq.Iaco.Leonardus.d. conf.114.inter cōf. Bruni, nu. 215. Aimō Crauette hāc dicens comunē de antiquitate tēpo. par.1.in princ. nu.17. est que tex. regni nostri exprellus in l.1.ti.26.de feudis par.4. [ Feudum autem cameræ reuocari potest ad libitum, vt ibi statuitur. Differt autem feudum cameræ a feudo recto, quia hoc constituitur in rebus immobilibus, vel quæ loco immobilium sunt, illud autem constituitur in redditibus regiæ cameræ, vt lex regia nobis indicat, quo fit, vt pēsones quæ incolis regni huius dantur feudum cameræ dicatur, & ad libitū possint reuocari iuxta dispositionem illius legis, cōstituitur siquidem super redditibus cameræ Regis. [ Secundo conuincitur hęc sententia, quoniam Indorum cōmendæ ob seruitia & benemerita conceduntur his, qui terram istam debellarūt, quiq̄ antiquitus incoluerunt, vt in l.21.in legibus India rum, vel eis, qui in bellis ciuilibus seu rebellionibus Regi seruitēs hostes & tyrannos deuicerunt & propugnauerunt, eorū quæ auxilio repulsi sunt, qua in specie vsque adeo trāsiuit in contractum huiusmodi concessio, vt Princeps eam reuocare minimē possit absque culpa commēdatariorum vel causa legitima, etiam de plenitudine potestatis. Ex quo secunda concessio alteri facta nulla erit & inualida, vt Paul. Parif. respondit conf. 11. num. 44. & pluribus sequen. lib. 1. cum concordantijs supra in gloss. præcedenti traditis nu. 18. & deinceps. [ Tertio hoc apparet, etiam si benemerita deficiant, ex eo, quod feudum dicitur contractus vltro citroque obligatorius vtriusque gratia factus, secundum Andr. de Yser. in. c. 1. circa fi. ex quib. causis feud. amitta. sequitur Afflict. in. c. 1. de natura feudi col. pen. post gl. ibi, idem Affli. in. c. 1. quib. mod. feudū constitui possit, Iaso. cōf. 177. col. 2. vbi pulchrè loquitur lib. 2. Abb. col. pen. & Deci. nu. 26. in cap. que in ecclesiarum de constitutu. idem Iaso. conf. 227. col. 4. vers. prima eodem li. 2. & conf. 233. nu. 2. vers. 5. ad prædictorum eo. lib. 2. vbi probat esse contractum nominatum auctore Bart. in l. iuris gentium. §. quinimo num. 19. ff. de pact. Baldo & Angelo in l. legitima eod. tit. idem voluit Bald. & Inol. in. d. c. que in ecclesiarum de consti. Guill. Bene. di. in repe. c. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasia nu. 129. de testam. & Lauren. Silua. de feudi recognitione. q. 2. & 3. vbi communem opinionem esse attestatur & concordantes citat Zasius dicēs cōmunem, in epitome feudorum part. 1. num. 5. Præposi. Alex. larè in. c. 1. de benefi. frat. Ioan. Bapt. Cacialupus de feudi cognitione art. 5. nu. 4. & 5. Claud. Saicill. de diffinitione feudi col. pen. & fi. vers. 4. ergo est videndum, Iaf. in prælud. feudo. col. 11. in fine Bertran. conf. 340. col. 2. li. 3. Pau. Parif. d. conf. 11. nu. 48. & seq. lib. 1. Curt. Senior conf. 49. col. pen. Ioan. Iacob. Leonard. conf. 114. inter consilia Bruni num. 203. & pluribus seq. [ Cum ergo sit contractus nominatus, non poterit Princeps illum reuocare, etiam de plenitudine potestatis, secundum Paul. in. d. l. digna vox. C. de legib. Deci. & alios in. c. 1. de proba. idem voluit Iacob. Leonard. d. cōf. 114. nu. 214. & sequentibus & latius per eundem Leonard. conf. 117. nu. 240. & 246. Zaf. in repe. l. 2. §. eo autem tēpore, in verbo ratum. ff. de origi.

iur. Marcus Salon Burgenfis in proœmio legum Tauri nu. 336. cum his que tradidi supra eod. l. 3. glof. 2. nu. 5. & seq. quibus adde que dicam infra eo. l. 15. gl. 2. per illum tex. [ Quarto conuincitur hęc traditio, nā quæ admodum Princeps nequit sine causa auferre per scriptum suum dominium directum alicui, vt in gloss. præcedenti resoluius nu. 7. & 8. ita nec auferre poterit dominium vtile, vt censet Bart. per text. ibi in. l. 2. C. de fund. patrimo. lib. 1. Alex. conf. 3. nu. 6. lib. 5. Iaf. conf. 117. nu. 2. vers. secunda notabilis ratio lib. 2. & iterum conf. 1. col. 1. li. 1. Feli. & Deci. in. c. que in ecclesiarum de constitutu. Paul. Alexā. & Moderni in. l. Gallus §. & quid si tatum. ff. de libe. & posthu. Alber. Brunus conf. 1. nu. 21. licet enim natura vtilis dominij orta sit iure ciuili, eius tamen effectus est de iure gentium secundum Bar. in extrauaganti quoniā nuper in verbo rebellando col. 3. ad mediū tit. qui sint rebelles per text. in. §. vlt. in sti. de vsu & habita. Panor. & Moderni in. d. c. que in ecclesiarum, Alber. Brun. in. d. conf. 1. nu. 22. Iaf. d. conf. 177. nu. 2. prope finem lib. 2. Feudatarius autem habet vtile dominium secundum gloss. & Bal. in. c. 1. §. præterea & ibi alij interpretes, de capitul. Conradij, tex. in. c. 1. §. quamuis vbi Bald. & docto. de inuestitu. de re aliena facta, Cassan. in consue. Burgund. rub. 3. in prin. nu. 2. Zaf. in epitome feudorum. 6. part. nu. 25. & alibi sepe doctores maximē citati supra nu. 6. [ At Indorum cōmendę feudis comparatur, quod constat vel ex eo, quod sit contractus vltro citroque obligatorius, nam ex parte Regis nostri Indi cōmendantur, qui reddunt tributa commendatario, vt eis patrocinetur, & a molestijs defendat, vt que doctrina cœlesti & humana seu polytica instruantur: ex parte verò commēdatarij præstatur fidelitas ipsi Regi, tenetur enim commendatarij Indorum quoties opus fuerit pro regni vel prouincię, quam habitant, conseruatione suis sumptibus debellare, quod proprium est & de substantia feudi, nempe fidelitas non redditus secundum And. de Yser. in. c. 1. §. item qui domino, quæ sit prima causa benefi. amitt. Illud enim propriè dicitur feudum, quoties feudatarius seruitium personale præstare astringitur non reale secundum Cynum in auth. ingressi vlt. col. vers. circa præmissa ad hoc que ro nu. 13. C. de sacrosanct. eccles. idem voluit And. de Yfern. in. c. 1. ex quib. caus. feud. ami. & in. c. 1. §. similitur de capita. qui curi. vendi. Matth. Afflict. decisio. Neapolita. 129. nu. 2. & decisio. 320. nu. 4. [ Feuda enim concessa pro certa annua quantitate pecunię vel frumēti, nō sunt propriè feuda, sed potius emphiteusis dicitur vel contractus innominatus, atque ideo hoc præstare obnoxius, nō tenetur iurare fidelitatem, vt Alex. respondit conf. 9. nu. 6. li. 5. & conf. 136. nu. 3. lib. 1. & cōf. 12. in fi. li. 2. Rom. singu. 177. Curt. Senior conf. 48. nu. 11. & cōf. 49. col. 4. Alber. Brun. conf. 41. nu. 4. Vbi hoc limitat, nisi simul cum annuo reddito sit præstitum iuramentum fidelitatis, quia tunc dicitur feudum, Iaso. conf. 155. cum sequē. lib. 2. & conf. 117. col. 3. lib. 4. confert tex. in. l. 1. tit. 26. de feudis par. 4. Alex. d. conf. 9. nu. 9. & 10. li. 5. & ibi Carol. Moli. addit concordates, & in consuetudi. Parisien. tit. 1. in fi. rubricę & §. 30. q. 25. [ Secundo hoc constat ex eo, quod iuramentū fidelitatis præstare tenentur commendarum successores,

res, vt peculiaribus regni nostri cōstitutionibus, a cōmissarijs factis, constitutum est: prout & in feudis statuitur in. c. 1. de noua forma fidei. vbi doct. & alibi sepe maxime in. c. 1. quali. vafall. iura. debe. fidei. cap. de forma. 22. q. 5. c. tibi domino. 63. dist. 1. 4. tit. 26. part. 4. [ Vbi Grego. Lupi in verbo que el sea siempre leal, asferit per procuratorem huiusmodi iuramentum præstari posse, citat Bal. in. l. vnica. §. ne autem in fi. C. de cadu. tollen. & in. c. 2. col. vlt. quo tempo. miles & in. c. 1. vers. vlt. per quos fiat inuesti. Quod tamē intellige, si procurator habeat speciale mandatum ad huiusmodi iuramentum præstandum, & insuper dominus consentiat, non aliās, vt in. c. 1. §. verum de statu regul. in 6. quem singularem dixit Ludo. Roma. singul. 798. & comunē esse sententiā attestatur Iacobi. de. S. Georgio in tracta. de feud. §. qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis col. 3. & Cassane. in cōsue. Burgun. rub. 3. §. 2. in verbo faire hommage & serment nu. 4. dom. Didac. Couarru. in relectio. c. quamuis pactum. 1. par. §. 5. nu. 8. de pact. lib. 6. Si vero vafallus est legitime impeditus, poterit iuramentum præstare per procuratorem speciale mandatum habentem, etiam renuente domino, secundum Bald. in. c. 1. §. nisi iusta nu. 6. post glo. ibi, quo tempo. miles in vsu. feudo. d. D. Couar. d. §. 5. nu. 8. vers. sit igitur vnica cōclusio, Lauren. Siluan. de feudi recognitione. q. 47. & q. 94. vbi hoc verius & receptius esse asseuerat, & plures citat concordantes nu. 5. dixi in stylo cancellarię tit. 3. c. 1. §. 34. gloss. 7. nu. 6. vbi ad iuramenta a cōmendarijs regni huius præstada plurimū cōducere asserui. [ Nō tamen diffiteor iuramentū hoc necessariū nō esse in huiusmodi Indorū cōmēdis, nec semper esse in vsu, quippe quod non est de substantia etiam in feudis, si iuxta cōuentionē præstari nō debet, iuxta tex. in. c. 1. §. 1. que sit. 1. causa benefi. amitt. Sed quamuis iuramentū hoc remittatur, & necessarium non sit, non tamen remittitur fidelitas ipsa, quæ remitti non potest, vt ibi scribitur per docto. idem voluit Grego. Lupi in. l. 4. tit. 26. de feud. par. 4. in verbo que el sea siempre leal, in fi. & notat Bal. in auth. nisi rogati col. 4. C. ad Trebell. Vldri. Zaf. in epitome feudo. 1. par. in fi. & iterum part. 12. nu. 45. [ Sacramenti præstandi forma traditur per Lauren. Silua. in tracta. de feudi recogni. q. 109. vbi latissimè, & per docto. in. c. 1. de noua forma fidei. per Zasium in epitome feudorum par. 7. num. 17. & deinceps. Et in summa sacramentum hoc continet, quod nec consilio, nec auxilio sciens aderit vnquam tractati, quo domino, vel vitæ vel membro eius damnū inferatur, in vllam uē iniuriā, vel lēSIONEM incidat, aut honorem quem habet vel habiturus sit, perdat. Quinimō si scierit, audierit, cognouerit villos talia moliri, si possit, impedit, aut dominum commonebit & denunciabit ei. Præterea domino iustis ex causis bellum inferenti, aut sese defendere volenti suppetias feret, auxilio, & consilio aderit, item res domini amissas de viribus recuperare perget, secreta non pandet, & nihil eorum vel faciet vel procurabit, quæ ad domini vel suorum iniuriam aut non contumeliam respiciant. Vel sit erit iuramentum præstare generale, scilicet, quod domino inantea fidelis erit, sicut vafallus domino debet, nec cōmissa. reuelabit, vt in. c. 1. quali. vafall. iura-

debe. Sed propter simplices, qui non nisi per indiuidua ducuntur, prædictæ formæ prolixiores inuente sūt, vt dicit tex. in. c. 1. de noua forma fidei, Zaf. in epitome feudo. par. 7. nu. 17. & 19. Lauren. Silua. de feudi recognitione. q. 109. in prin. [ Hęc omnia hodie præstantur ab huiusmodi cōmendatarijs, etiā si iuramentū non præstet, quandiu enim cōmendā Indorū possident & nō vltra Regi iusta bella mouēt seruire tenentur, etiam si dubitent, sint necne iusta, nec enim in talibus exquirendis iuxta Cicéronis & Zafij sententiam d. par. 7. nu. 27. curiosus esse debet. Præstant etiam huiusmodi seruitia, non nisi requisita, ad instar feudatariorū, vt in. c. 1. in prin. & §. 2. & 3. hęc finitur lex. c. 1. §. licet, si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. c. 1. §. vlt. de alic. feudi pater. Zaf. vbi supra. [ Tertio quem admodum feudum consistit, & constitui debet super re immobili vel habita pro immobili. c. 1. §. sciendū de feudi cogni. l. 1. tit. 26. de feudis part. 4. vbi & Greg. Lupi in verbo que sea rayz, Zaf. in epitome feudorū. 1. par. nu. 3. & 7. Guill. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo & vxorē nomine Adelasia nu. 524. de testam. & doctores omnes quotquot feudum diffiniūt, ita & cōmenda Indorum, At annui redditus perpetui, vel ad vitam inter immobilia cōputantur, vt in. l. si quis inquilinos. ff. de leg. 1. & in. l. iubenus nulli & ibi glo. in verbo annonas Bar. Bal. Pau. & alij. C. de sacros. eccle. cum concord. a Tiraq. citatis lib. 1. de retractu. §. 1. gl. 6. nu. 4. & 5. dicam in. l. 7. tit. 11. de emptione & retractu infra hoc eodem lib. gl. 1. nu. 18. & seq. & in specie hoc asserit Zasius in epitome feudorū part. 4. nu. 6. & 11. Indorum ergo cōmenda, cum in his Indorum redditibus & tributis cōsistat, poterit dici feudū, rāquā in hoc eius allumens naturā. [ Quarto, quemadmodum in feudis transit ipso iure dominiū & possessio in feudi successorē absque aliqua apprehensione possessionis seu inuestitura, ex sententiā Bal. in. l. cū antiquioribus nu. 11. vers. decimo sic. C. de iure delib. citatis gl. in. c. 1. de feudi cogni. quā glo. in id expedit id Bal. Iacob. de Bellouisu Marti. Laudē. Albaro. Cardi. Alexādri. & Bapt. Calcialupi ibidē in repeti. 6. par. prin. vlti. diff. ferentia, Barb. in rep. rub. C. qui admi. col. 14. vers. 2. mihi videtur, Iaso. in. l. in suis col. 2. vers. 4. sequitur illud. ff. de lib. & posthu. Firmia. in tract. de episcopo. 1. par. li. 3. q. 56. vers. sit nisi in feudis, Iaf. in. l. quoties cōlūna. 8. vers. nota etiā perpetuo. C. de reuendi. vbi eā dixit singularē & nodū ab alio fuisse pōderatā, & cōf. 87. lib. 1. Marti. Laudē. in tracta. primogeniturę. q. 38. vers. 4. quia licet, Cardi. Alex. in. c. 1. vers. 18. de feudis Thom. Grāma. voto. 6. nu. 23. Guill. Broilus, qui sty. lum curiæ parlamēti trāscripsit, dicēs hoc stylo & cōsuetudine, & §. sequen. & licet nonnulli doctores cōtrariā asseuerēt quos refert Tiraq. in tract. le morte fait le bis in præfactio. decla. 4. nu. 4. & Guill. Ben. in rep. c. Raynutius in verbo & vxorē nomine Adelasia decis. 3. & iterū in verbo mortuo itaq; testatore. 2. nu. 69. & seq. distinguat, hęc tamē est cōmunis opinio, vt ex additis per eūdē Tiraq. cōstat de primogenijs. q. 40. nu. 96. Ita etiā in Indorū cōmēdis dominiū & possessio absque vlla inuestitura trāsit in successorē ipso iure absque vlla etiā traditione, vt cōstat ex epistola Regis nostri ad regiam

regiam cancellaria regni huius missa. 17. die Maijanni  
 1564. expedita, quod probatur lat<sup>o</sup> supra hoc eodē li.  
 ti. 7. de maioratu. l. 8. glo. 2. nu. 16. 17. & seq. [ Quinto,  
 quia gratis Indorū cōmēda conceditur, sicut & feudum  
 nulla intercedente pecunia, secundum Bal. in. l. si  
 quando. C. de oper. liberto. & cōstat ex diffinitione  
 feudi apud omnes quotquot de ea tractauerunt, tex.  
 regni nostri in. l. 1. vbi id expendit Greg. Lupi in ver  
 bo queda tit. 26. de feudis part. 4. [ Et si ab aliquo ob  
 22 iiciatur, quod Indorum cōmēda in multis differt  
 à feudo recto, nō enim est perpetua, sed ad filium vel  
 filiam tantum vel in eorum defectum ad uxorem tran  
 fit, & non extenditur ultra duorū vitā, vt cōstat ex re  
 gis literis, & ordinationibus regni huius & omnium  
 Indiarum. At feudum rectum est perpetuum transi  
 toriū ad liberos masculos vsque in infinitū. c. 1. §. hoc  
 autem notandum & ibi de cō. qui feud. da. poss. Bal.  
 notabiliter in. c. 1. de feudo Marchie. c. 1. in fi. qui. mo.  
 feud. ami. quin & in infinitū hodie agnati succedūt. c.  
 1. §. & quia tit. qui feud. dare poss. Zafi. de feudis par. 8.  
 nu. 2. Item ex propria natura feudi foemine non succe  
 dunt. c. 1. §. filia verō de successio. feudi, etiā si va fallus  
 pro se & hæredibus suis inuestitus fuerit, adhuc mas  
 culi tantum non foemine succedent. c. 1. §. hoc autem  
 qui feud. dare poss. Bald. in. l. quoties. C. de suis & le  
 gi. hære. Albaro. in. c. vlt. si de feu. sue. contro. Zafi. de  
 feudis par. 8. nu. 46. text. in. l. 6. tit. 26. de feudis par. 4.  
 Curti. in tract. feudorum. 3. par. in prin. vbi tradit. 16.  
 limitationes Deci. conf. 139. & conf. 350. & conf. 424.  
 Soci. conf. 257. li. 2. quod ideo fit, quia foemine ad pug  
 nam & seruitia militaria habiles non sunt, nec ad te  
 creta retinenda, & quia earum consilia fragilia sunt,  
 vt Zafi. aduertit. d. par. 8. nu. 46. quem vide hoc pluri  
 fariā limitantem. Cū ergo foemine in Indorum com  
 mendis succedant cōtra naturam feudorum, cumque  
 vltra primam successione filij vel filie, vel eis deficien  
 23 tibus, vxoris, non protendatur, videtur feudum non  
 esse, nec iuxta eius naturam iudicari debere. [ Obie  
 ctioni huic respondere licebit, naturalium quorundā  
 mutatio neminem contractus mutari non facere. l. pa  
 cta. ff. de contra. emp. Zafi. in epitome feudorum par.  
 12. nu. 24. Iaso. in prelud. feudo. 4. diuisione & Claudi.  
 in tit. de diffinitione feudi, Zafi. in epitome feudorum  
 par. 12. nu. 42. Alex. conf. 79. in. l. 1. dubio lib. 1. cū con  
 cordā. ab eis citatis, Itaque in feudis hoc perpetuū est,  
 vt eorum natura, id est, qualitas feudis cognata in du  
 bio in fit ipsis, nisi p̄ pacta improprietur, potest enim  
 pactis feudorū natura mutari, licet nō substantia. c. 1. de  
 feudis nō habētib<sup>9</sup> naturā propriā feudi. c. 1. §. si. quid  
 sit inuestitura, Albaro. in prelud. feudorum diuisione  
 3. Ias. diuisione. 4. Zafi. de feudis part. 12. nu. 1. & 2. par.  
 nu. 5. tex. in. c. 1. de duob. fratri. à Capita. inuesti. Ca  
 24 cialu. de feudi cognitione art. 5. nu. 10. Bal. in. c. 1. circa  
 prin. de feudi cogni. Alber. Brun. cōf. 41. nu. 2. vbi plu  
 res citat cōcord. [ Natura autē feudorū hęc est, vt ad  
 hæredes sint trāsitoria in infinitum. Porrō, q̄ ex gra  
 tia & gratuito domini beneficio originem sumpserit,  
 Itē q̄ va fallus fidelitatis sacramento ad incerta serui  
 tia obstringatur. Præterea q̄ fundetur super re immo  
 bilis vel æquipolenti. Itē sine domini & agnatorū con  
 sensu alienari nō possit, ita docet Zafi. de feudis par. 9.

per totū & parte. 12. in prin. Et tandē q̄ sine culpa feu  
 datarius feudo priuari non possit, nisi ab ipso refute  
 tur, & cetera id genus, vt per cūdē Zafiū probatur vbi  
 25 supra & parte. 10. per totū. [ Vbi autē feudū pactis im  
 proprijs ab aliquo prædictorū dissidat, iam degener  
 rat, vel nō rectū dicitur, & quia rectū in dubio præ  
 sumitur, cetera dissidentia probanda sunt, secundum  
 Sal. in. l. nec natales. C. de proba. recepti enim iuris est,  
 quod licet feuda in quibusdā degenerēt à recto feudo  
 propter cōuentionē & pacta in eis apposita, in reliquis  
 tamē vel capitulis vel placitis, quę non sunt alterata,  
 feudum in recta natura & simplici remanet authore  
 Bal. in. l. 1. q. 16. ff. de rer. diuisio. & in. c. 1. in fi. vers. cō  
 sidera ergo, de capita. qui curi. v. d. i. cui accessit Lud.  
 Roma. conf. 70. & Deci. cōf. 193. Claudi. in sua summa  
 feudorum in tit. de diffinitione & diuisione feudorū  
 col. 4. & 5. Vldri. Zafi. in epitome feudorū par. 12. nu.  
 26 3. [ Resoluo igitur, Indorū cōmēda feudū esse à Re  
 ge cōcessum nō rectū, sed degenerans propter pacta si  
 ue placita nature recti feudi cōtraria vel degenerantia,  
 non enim est perpetuū, vt supra nu. 22. & foemina suc  
 cedit, quod est contra recti feudi naturā, vt ibi dixi  
 mus, nec iuramentū præstatur fidelitatis semper, quod  
 remitti potest, non tamen ob id fidelitas remittitur,  
 quę feudi est substantia, vt diuimus supra eadē gl. nu.  
 16. Feuda enim quę ad foeminas extēduntur nō habēt  
 propriā naturam quoad successionis causam, cūm foē  
 mine, vt supra diximus, à feudis arceantur, nisi sint  
 nominatę, in alijs tamen remanent feuda isthęc in na  
 tura propria, hęc cōclusio instruitur ex. c. 1. §. pen. Epif  
 co. vel Abba. Ceterū si cōsuetudine introduceretur, q̄  
 foemine sicut masculi succederēt, feudum à sua natura  
 nō recederet, posse autē hoc cōsuetudine introduci  
 27 probat Ias. in. l. de quibus vers. 3. quęro. ff. de legi. Za  
 fi. in epitome feudorū par. 12. nu. 34. [ Itaque rectū feu  
 dū quodlibet nominari potest, nisi in p̄ctis degene  
 rantibus, in quib<sup>9</sup> degeneras & nō rectū dicitur, vt in  
 c. 1. §. si vero, quid sit inuestitu. Zafi. d. par. 12. nu. 29. Pa  
 rique modo Indorū cōmēda rectū dici poterit feudū,  
 nisi quoad puncta degenerantia: satis enim est, vt simi  
 litudo recte constet, similitudinem adesse in specie, de  
 qua agitur, licet quoad alias species sint casus illi equi  
 parati multū dissimiles, vt in. l. si. C. de collatio. & ex  
 ca notat. d. Ant. Padilla in. l. 2. nu. 4. in fi. C. de rescin.  
 vend. Ex quo reuocari non posse, nisi culpa conuicta  
 constat, nec alij cōcedi, vt & in feudo dicitur, in. c. 12.  
 qui successio. teneā. & ibi notat Bal. & Cacialup. in tra  
 ctatu de feudi cognitione art. 5. regul. 29. & nu. etiā. 29.  
 quibus adde plurima exēpla à Zafio tradita in epito  
 28 me feudo. par. 12. per totū. [ Restat obiectionibus pro  
 parte opposita adductis satisfacere, & nō obstat primū  
 fundamentū nu. 3. traditū, nā non indistincte verū est  
 Principē posse priuilegiū alicui cōcessū reuocare, sed  
 tum demū procedit, cū ex priuilegio nō acquiratur  
 dominiū vel quasidominiū, vt probaui supra hac. l.  
 gl. 1. nu. 5. & 6. & supra hac eadē gl. nu. 11. Fallit etiā in  
 feudo, qui est cōtractū vltro citroq; obligatorius, sicut  
 & Indorū cōmēda, vt probauimus supra hac eadē gl.  
 nu. 9. 10. & 12. Princeps autē non potest sine causa &  
 restitutione dāni cōtractus reuocare, vt supra in gl. 1.  
 nu. 4. & 10. & eodem modo, respondetur ad secundū  
 funda

29 fundamentum nu. 4. traditum. [ Quod autem num. 5.  
 dicebamus, commendatum beneficium posse ad libitū  
 reuocari sicut depositum, atque eodem modo Indorū  
 commendam, nego consequentiam, non enim dicitur  
 Indorū cōmēda depositū, quia in depositariū nō  
 trāsit possessio ciuiliis nec naturalis, vt cōstat ex iuri  
 bus ibi citatis, in cōmēdatariū verō Indorū, & eius  
 successorē trāsit possessio ciuiliis & naturalis, vt proba  
 ui supra nu. 20. non ergo erit bonum argumentum de  
 deposito ad eam, quandoquidem ideo depositum po  
 30 test ad libitū deponentis reuocari quia apud eum re  
 mansit possessio non apud depositariū, quare dici non  
 potest fuisse spoliatum, vt considerauerunt glo. & do  
 cto. in. d. c. si constiterit de accusatio: non sic in commē  
 datario Indorum, quippe qui possidet, quare nimirum  
 si ad libitum eius cōmēda reuocari nō possit. [ Red  
 ditus autem seu pensiones quibusdam huius regni in  
 colis assignatę, quę eis ab Regis officialibus persoluū  
 tur ex Indorum tributis vacantibus, dici possunt  
 feuda camere, vt supra dixi num. 7. Vt cūm aliquid an  
 natum ex camera, vel ex aliquo loco thesaurario, vel  
 ex veltigalibus, vel ex mensa argētaria soluitur, quod  
 feudum rectum non est, sed degenerans, eo quod ad ac  
 cipientis hæredes non transeat, sed feudum camerę di  
 citur, quod quandoque non soluitur, nempe, si camera  
 penuria præmatur, vel si æs alienum vrgeat. c. 1. in fine  
 de feudi cogni. Albaro. & Preposi. & Marti. Sili  
 manus de feudis rub. quę res in feudum dari poss. nu.  
 52. & Zafi. in epitome feudorū par. 12. nu. 37. Sic & pē  
 sio annua super Indorum vacantium tributis im  
 posita personalis est ad vitam dumtaxat pensionarij  
 duratura, quę potest quoties Principi, vel Proregi li  
 buerit reuocari, vt in Feudo camerę dixit Iaco. de Be  
 31 louisu in. c. 1. de feudi cogni. & est tex. regni nostri ex  
 pressus in. l. 1. tit. 26. de feudis par. 4. & ibi notat Greg.  
 Lupi in verbo cada que quisire. [ Itaque ex feudis ad  
 Indorum commendas, & annuas pensiones super tri  
 butis impositas arguere possumus, nisi in his in quibus  
 degenerant à recto feudo, vt ex præfatis colliges. Nā  
 licet feudum camerę, seu pensio annua super tributis  
 imposita, non sit rectum feudum quoad naturam suc  
 cessoriam feudorum, nec quoad alia in quibus degene  
 rat, in alijs omnibus seruat naturam recti feudi, nempe  
 in seruitijs præstandis, in fidelitate debita, & in nō alie  
 nando. c. 1. §. si vero, titu. quid sit inuesti. Zafi. in epito  
 me feudo. par. 12. nu. 39. Sic & in Indorum commendis  
 recto siquidem feudo comparantur in omnibus, excep  
 32 ptis his, in quibus degenerant, vt optimē colliges ex  
 fuisse traditis per Vldri. Zafi. in epitome feudorū par.  
 12. per totum, & ex superius traditis, & ex. l. vlti. C. de  
 collatio. & his quę diximus supra nu. 27. [ Sed quæro  
 quę causa erit sufficiens ad priuandum quem feudo  
 vel Indorum cōmēda, & alteri concedendum? Res  
 pondeo, delictum commendatarij seu feudatarij, vel  
 eius infidelitas aduersus dominum, & de hoc nulli du  
 bium, arguendo à feudatario felloniam committente,  
 & si scire cupis, quę causę vel crimina sint ista, vide Za  
 33 fium in epitome feudorum part. 10. & alios feudistas.  
 [ Maius dubium est, an absque delicto commendata  
 rij possit ab eo auferri Indorum cōmēda ex causa  
 publicę vtilitatis, & alij committi & concedi? & Ludo.

Gozadi. conf. 3. nu. 36. asseuerat Principem posse ali  
 cui auferre feudum, & alteri concedere ex causa remu  
 34 nationis ob rem benefactam pro republica, arg. eo  
 rum quę notat Bar. in procemio digestorum per. l. si  
 priuatus. ff. qui & a quibus, & l. item si verberatum. §.  
 1. ff. de reuendi. Ludou. Roma. conf. 310. quod facere  
 licet de plenitudine potestatis, & precio soluto illi, cui  
 feudum aufertur non aliās, secundum Archidia. in. c.  
 per principalem. 9. q. 3. cum congregatis per Fel. in. c.  
 quę in ecclesiarum nume. 41. & 42. & Deci. nu. 26. ver.  
 & ista conclusio, & nu. 29. & 31. extra de consti. & cō  
 sil. 357. nu. 6. vers. postremo etiam, idem hac in specie  
 respondit Pau. Pari. conf. 11. nu. 17. libr. 1. dixi supra  
 hoc eodem libro tit. 7. de maioratu. l. 1. glo. 9. nu. 4. &  
 5. adde Tiraq. qui tradit concord. in repe. l. si vnquā  
 in verbo donatione largitus nume. 40. C. de reuocand.  
 donatio. [ Cæterum ad Indorum commendas hęc ap  
 plicando, cūm benemeritis concedi debeant iuxta le  
 ges regias, si forte perpetuentur, prout fieri debere  
 existimo, & aliquis non benemeritus possideat com  
 mendam, eius vita forsitam finiendam, poterit, ni fal  
 lor, Princeps vel eius commissarius, ei statim auferre  
 dato æquiualentis precio, & benemerito conferre, vt  
 latē probat Tira. in repe. l. si vnquam, in verbo dona  
 tione largitus nu. 40. C. de reuocand. donatio. vt in eū  
 eiusque liberos & agnatos iure maioratus perpetuetur  
 vel in tempus quo vacauerit alteri conferre, vel pro  
 mittere: idque tenebitur adimplere, vt in feudo resol  
 uit Zafi. in epitome feudorum par. 7. nume. 56. & par. 6.  
 nume. 13. & sequen. vbi ad hoc citat text. in. c. 1. §. mori  
 bus, vbi & Albaro. notat, si de feudo defuncti contē.  
 sit inter domi. & agna. cuius verba sunt. *Moribus re  
 ceptum est, dominum de feudo militis sui, quod post mor  
 tem ipsius ad dominum reuerti sperabatur, in alium mili  
 tem per inuestituram facere posse. Quę inuestitura tunc  
 demum capiet effectum, cum feudum domino aut hæ  
 redi suo fuerit apertū.* Et paulo post in fine paragraphi  
*Et in tali, inquit, inuestitura consensus eius, de cuius  
 feudo sit exquiri non oportet.* textus etiam in cap. vlti.  
 de feudo dato in vicem legis commissorie, vbi in fi.  
 hoc additur, hoc autem dicendum est de eo milite, quā  
 feudi successores non habet, tex. etiam in. c. 1. qui suc  
 cessores teneantur, quę summē nota, quia nō sunt vul  
 gata, nec alibi sic inuenies explicata.

GLOSS. III.

Donationes regia non communicantur inter coniuges  
 licet fructus communicentur.

c No pceda su muger demandar parte dellas. Nota do  
 nata à Principe marito non communicari vxori: rati  
 onem vide supra hoc libr. titu. 9. l. 3. glo. 6. numer. 5.  
 fructus autem huius rei donatę proculdubio com  
 municantur, vt in. l. 4. & 5. tit. 9. supra hoc eodem li  
 bro, vbi dixi.



1 Correlatiua sunt vir & vxor, & dispositum in vno in alio censetur dispositum.

2 Donatio regia coniugi facta propria erit eius, cui facta fuit, nec erit alteri communicanda, nisi quoad fructus.

d De las cosas que el Rey diere a su mujer. Sant enim corre latiaa vir & vxor, vt hic disponitur & in .l.3. titu.9. de bonis constante matrimonio quæ sitis supra hoc eodẽ libr. atq; ideo dispositũ in vno ex correlatiuis, in alio dispositũ cõsetur, vt in .l. vlti. C. de ind. vid. toll. cũ cõcord. traditis à me in .d. l.3. glo. vlti. [ Nota etiã, qd donatio regia facta alteri ex coniugibus non comunicatur alteri, sed res donatę efficiuntur proprię eius cui facta fuit donatio, idem probat text. in dict. l.3. ti. 6. supra hoc libro, & in .l.1. tit.3. & .l.8. tit.12. lib.3. fori, Quæ leges id extendũt ad donata à quocunq; priua to. Ratio proficiscitur ex .l. nec adiecit. ff. pro socio, vt latius explicuimus supra hoc eodem libro titu.9. de bonis constan. matri. quæ sitis. l.2. glof. vlti. & in .l.3. glof. 1. & glof.6. num.5. eod. titu. & lib. Fructus tamen harũ donationum proculdubio communicantur inter coniuges. l.4. & ibi dixi in glof.1. & in .l.5. glof.5. titu.9. supra hoc libro.

LEY. VII.

¶ En quantas maneras se haze la donacion.

Ley. 1. titu. 9. libr. 5. ordina.

Ley. 6. tit. 12. lib. 3. foro legum.

¶ Donaciones se hazen en dos maneras o por manda en razõ de muerte, a o en sanidad sin manda. b La que es hecha por máda, pueda aquel que la hizo dar a otro o retenerla para si si quisiere. Y la que es hecha de otra guisa, no la pueda quitar a aquel que la dio, d fino por las razones que manda la ley: e esto si fuere hecha la donacion así como máda la ley. f

1 Donatio causa mortis, quomodo fiat.

2 Donatio ab infirmo vel eo qui est in periculo mortis positus facta an dicatur causa mortis. ibid.

3 Donatio ab infirmo facta vel ab eo qui est in periculo imminente, facta mentione mortis, dicitur donatio causa mortis.

4 Donatio post mortem facta an dicatur causa mortis. ibid.

3 Donatio per verbũ relinquo facta dicitur causa mortis, etiam si in ea mentio mortis non fiat.

Donatio causa mortis censetur etiam si a traditione incipiat. ibid.

4 Donatio facta mentione mortis ab eo qui existit in periculo, non dicitur causa mortis, si constet donantem voluisse inter viuos donare.

5 Donatio censetur esse inter viuos, etiam si mortis mentio facta fuerit in modum dilationis, quod fit, cum ponitur in verbis executionem impurantibus.

Donatio alicuius rei reseruato vsufructu in tempus vitę donantis dicitur inter viuos. ibid.

Donatio alicuius rei reseruato vsufructu in tempus vitę donantis, dicitur donatio causa mortis, quoties in alia parte donationis mentio mortis causa fuit facta ab eo, qui erat in periculo, ibid.

6 Donatio in qua fit mentio mortis ad designandum dum tempus a quo donatio vires & effectus sortitur, vt dono tibi post mortem meam, dicitur donatio inter viuos.

7 Donatio facta mentione mortis ab eo qui est in periculo dicitur inter viuos, si est facta mentio heredũ, vt dono tibi & heredibus tuis. Fallit si expresse dicat se donare causa mortis.

8 Donatio causa mortis quot testes requirat iure cõmuni & regio?

Donatio causa mortis censetur vbi fit mentio mortis modò numerum testium in codicillis requisitum habeat. ibid.

9 Donatio causa mortis quę caret testibus in codicillis requisitis an resoluetur in donationem inter viuos.

10 Donatio causa mortis continens clausulam de non reuocando dicitur inter viuos.

Lex vbi ita donatur. ff. de donatio. explicatur ibi. & sequen.

11 Effectus in contractibus attenditur potius quam verba.

Verba seruiunt nature contractus, non natura verbis. ibid.

Verba contractus impropriantur, vt eius nature seruiant. ibi.

12 Pactum appositum contra naturam contractus red dit contractum nullum, fallit.

13 Donatio causa mortis resoluitur in donationem inter viuos, si ei adijciatur clausula ratum habendi, nisi appositam fuerit in verbis executiuis & nu. sequen.

15 Clausula appositam in executione & sine contractus non augct dispositionem.

Legatum conditionale non dicitur, si post legatum factum in eius executione designatur res, vnde legatum soluetur. ibi.

Donationis cau. mor. natura nõ immutat clausula nõ reuocandi in verbis executiuis contractus appositam. ibi.

Clausula

16 Clausula non reuocandi per notarium apponitur ex consuetudine potius quam ex partium voluntate.

17 Donatio causa mortis cum clausula non reuocandi in euentum alicuius conditionis, resoluitur in donationem inter viuos & irreuocabilem conditione sequuta.

Conditione impleta actus censetur purus. ibi.

18 Donatio causa mortis cum clausula non reuocandi, si est omnium bonorum non resoluitur in donationem inter viuos, vt actus potius valeat quam pereat.

Actus qui licite & illicitè fieri potest in dubio intelligitur licite fieri. ibid.

Donatio omnium bonorum non valet, & quid in re regio. ibid.

19 Clausula de non luendo pignus appositam in contractu pignoris non reddit contractum in aliam speciem, puta, venditionis, cum pignori adaptari non possit.

Lex vbi ita donatur. ff. de mort. cau. donat. limitatur. ibid.

20 Donatio causa mortis in testamento vel codicillis facta potest reuocari, etiam si clausulam non reuocandi contineat.

Vltima voluntas est deambulatoria vsque ad mortem. ibid.

21 Donatio causa mortis fit irreuocabilis si in ea apponatur iuramentum non reuocandi eam, etiam in executione contractus.

Iuramentũ in contractu nõ potest a tabellione adscribi, nisi de consensu & voluntate partium. ibi.

Iuramentum semper maturè fit & cum deliberatione vel fieri presumitur. ibi.

22 Iuramentum simpliciter appositum in donatione causa mortis non facit eam irreuocabilem, licet iuramentum de non reuocando id operetur.

Iuramentum simpliciter appositum donationi causa mortis iuxta naturam contractus intelligitur. ibi.

23 Donatio in qua fit mentio mortis si merita donatarij præcesserint, presumetur potius donatio inter viuos.

2 O por manda en razon de muerte, Donatio causa mortis dicitur, quę fit ab aliquo occasione mortis aut periculi futuri propinque mortis ab hoste inficiendę vel a prædonibus, vel ab hominis potentis crudelitate, aut odio, aut nauigationis ineundę, aut per insidiosa loca ituro, aut ætate confecto. Hęc omnia instans periculum demonstrant, vt in .l.2. cum quinque sequentibus. ff. de mortis causa donatio. l. vlti. titu.4. de donatio. par.5. Aduertere tamen oportet, non sufficere donationem ab infirmo fieri, vel ab eo, qui est in instanti periculo positus, vt donatio mortis causa dicatur, sed necessarium est, vt in ea expressa mentio mortis vel instantis periculi fiat, aliàs donatio censetur inter viuos licet ab infirmo fiat, & ab eo, cui pericu-

lum instat, vt in .l. Scya. §. vltimo. ff. de donationi. cau. sa mor. cuius verba sunt: *Eum autem qui absolute donaret, non tam mortis causa quam morientem donare,* & ibi notat glo. vlti. Bar. Alberi Ange. Paul. Castren. & Imol. text. in .l. vlti. titu.4. de donationib. par.5. & ibi expendit Grego. Lupi in verbo de la muerte glof. & docto. in .l. fin. in verbo accomodauerit. C. de pact. Anto. Gomez lib. variarum resolu. tomo.2. de contra ctibus cap.4. nu.15. Bart. in .l. que dotis nu.3. ad fin. & ibi Alexand. nume.6. Iaso nume.26. & Ludo. Ponta. nume.7. ff. solu. matri. docto. in .l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligatio. Bald. in .l. cũ quis. ff. de condi. ob caus. & in .l. & si mortis. C. ad. l. Falcid. Iaso in .l. 1. §. si quis ita nume.18. ff. de verbo. obligat. Pet. Dueñas in regula.218. Socin. confi.53. col.1. libr.2. Ludoui. Roman. confil.223. d. D. Couarru. in rubrica extra de testamen. 3. par. nume.25. verfi. ceterum, Gomez Arias in .l. aliàs. 3. Tauri numer.17. & 19. Paul. Pari. confi.16. libr.2. nume.2. Guill. Benedict. in repe. cap. Raynutius in verbo testamentum.4. nume.22. & 23. de testament. Montal. in .l.6. glo.1. titu.12. libr.3. fo ri. [ Extende primo conclusionem istam, vt non solum procedat, quoties ab infirmo vel exilienti in imminenti periculo donatio causa mortis fiat, vel periculi propinqui, & hoc expresse dixerit, verum etiam si facta ipsius mortis vel periculi mentione donet, adhuc erit donatio causa mortis licet ea ex causa donationem facere non ex preferit, ita respondit Corneus confi.124. libr.4. Fran. Ripa in tracta. de peste.2. part. nume.175. d. D. Couarru. in 3. par. rubri. extra de testamen. nume.25. prope finem, per tex. optimum in .l.2. ff. de mortis causa dona. Quod tamẽ intellige concurrẽtibus alijs coniecturis, vt si quis iturus ad bellum, vel nauigaturus, vel in egritudine constitutus donauerit post mortem suam alicui rem aliquam, tunc nimirum donatio censetur causa mortis, licet donans non exprimat se mortis causa donare, vt probat Guill. Benedictus in dict. c. Raynutius in verbo testamentum.4. nu.23. de testamen. d. D. Couarru. in rubri. de testamẽtis. 3. par. nu.25. [ Secundò amplia traditionem hanc etiam si donator nulla facta mentione mortis vtatur verbo relinquo, erit enim donatio causa mortis secundum Dyn. in .l.1. C. de reuocand. dona. & Guid. Papę singula.457. d. D. Couarru. in d. rubri. 3. par. nu.25. ver si. porro & coniecturis, Tertio amplia etiam si traditio rei donatę causa mortis sequuta fuerit, adhuc etenim reuocari poterit, facta siquidem traditio censetur sub conditione, nisi donantem pœniteat, vt in .l. nõ omnis. ff. si cer. pet. vbi erat facta traditio & nuine ratio rei donatę causa mortis, & tamẽ intelligitur valida, nisi donatẽ pœniteat ex sentẽtia glossę ibi, cõmuniter recepta teste Pau. Pari. cõf.16. nu.9. & 10. li.2. qui eã sequitur. [ Sũt tamẽ nõnulli casus qui ab hac regula excipiũtur. Primus, vt procedat in casu dubio, secus si cõstet donatẽ habuisse animũ donandi inter viuos, tũc enim dicitur donatio inter viuos, nõ obstatẽ mẽtionem mortis, vt in .l. cũ maritus. §. vlti. & ibi glo. ff. de pact. dotal. quã ita intelligit Bar. in .d. l. que dotis nu.3. verfi. sed contra istud oppono, & ibi etiam Imol.2. col. & Alexand. dicens cõmuniẽm nume.6. in fi. & Iaso nu me.29. idem attestatus. ff. solu. matri. Cyn. & alij in .l.

2. C. de iure doti. Alexand. consi. 14. nu. 1. lib. 1. Socin. consi. 53. lib. 1. Segura in repeti. l. 1. §. si vir numer. 42. ff. de acqui. posse. Roder. X Suarez allegatio. 20. in princi. Nicol. Boeri. Decif. 353. nume. 10. [ Secundus casus, in quo etiam facta mentione mortis in ipsa dispositione erit donatio inter viuos, & non causa mortis, est, quoties mortis mentio esset dilationis causa adiecta, in verbis executiuis, vel executionem importantibus, non in verbis substantiam donationis concernentibus, ex sententia Bald. in l. 2. C. de iure doti. & iterum in additio. ad Specu. titu. de instrumen. editio. vltima col. vbi optimum tradit exemplum dicens, si dono tibi proprietatem fundi reservato vsu fructu vsque in fine vite mee, erit donatio inter viuos, quia illud tempus mortis fuit adiectum verbis executiuis. non dispositiuis, atque ideo non tanquam causa finalis, sed causa demonstrandi tempus executionis adijcitur, quam sententiam sequitur Alexand. dicens alibi non reperiri in d. l. que dotis. nume. 12. vbi & Iaso nume. 40. & 41. ff. solu. matrimo. idem Alexand. consi. 14. num. 2. libr. 1. Guillel. Benedic. in repeti. cap. Raynutius in verbo testamentum. 4. nume. 23. versu. idem si donator dixit, & Boeri. decisio. 353. nume. 12. Socin. consil. 53. libr. 1. col. 3. d. D. Couarru. in rubri. de testamen. 3. par. numer. 25. ex rationibus per eum traditis in 2. parte rubricę nume. 13. Anto. Gomez de contractibus. c. 4. numero. 19. in fine, Segura in repetitione. l. 1. §. si vir numer. 45. ff. de acqui. posse. Cassane. in consuetudini. Burgundie rubrica. 7. §. 5. verbo ne ordonanse, nume. 5. & 6. quorum sententia vera est, Paul. tamen Parisi. consi. 16. nu. 12. libr. 2. hanc conclusionem limitat, nisi in initio contractus fiat mentio mortis vel infirmitatis, vel eius periculi, in quo erat constitutus, nã tunc licet reservet vsu fructum, non erit donatio inter viuos sed causa mortis, licet per huiusmodi reservationem transeat possessio in donatarium, vt in l. quisquis. C. de donatio. Sed si recte inspicias, hæc nõ est limitatio, sed dicere idem, quod Bald. dixit, fit enim mentio mortis non in clausulis executiuis sed in dispositiuis in specie Pauli Parisij, quare nimirum si donatio dicatur causa mortis, & non inter viuos, vt ipsemet Bald. dixerat. [ Tertius casus, in quo deficit prefata regula est, quoties fit mentio mortis vel periculi, non vt periculum seu mors sit occasio donationis, sed designatio temporis, a quo donatio incipiat, vt dono tibi fundum vel domum post mortem meam hæc quippe est donatio inter viuos & irrevocabilis secundum Dyn. in l. Seya. §. vlti. ff. de donationib. causa mort. Oldral. consi. 139. per text. in §. post mortem in sti. de inuti. stipulatio. & in l. nam & si cum moriar ff. de conditione indebit. idem voluit Bald. in l. 2. C. de iure doti. Ludoui. Roma. in l. que dotis nume. 8. & ibi Alexand. nume. 12. & Iaso. 2. lectione nume. 40. ff. solut. matri. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. par. nume. 25. Anto. Gomez. 2. tomo varia rum resoluto. de contractibus. c. 4. nume. 19. in fin. Guillel. Benedic. in repeti. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nume. 23. Bald. in l. in donationibus. C. ad l. Falcid. Boeri. decisio. 353. nume. 12. Segura in repe. l. 1. §. si vir nu. 45. ff. de acqui. posse. Cassane. in consuetudini. Burgun. rubri. 7. §. 5. in verbo ne ordonnance nume. 5

7 & 6. fol. 241. Grego. Lupi in l. vlti. titu. 4. de donatio. in verbo de la muerte par. 5. in fine. [ Quarto restringitur conclusio, nisi in donatione fiat mentio hæredum, veluti si quis mortis mentione facta donet Titio & hæredibus suis, hæc enim adiectio donationi causa mortis non convenit, cum illa donatio præmorte ad hæredes non transmittatur, erit ergo donatio inter viuos, Bald. in l. 2. nu. 4. C. de iure doti. Alexand. consi. 14. nume. 3. libr. 1. Aretin. consi. 74. col. 3. Soci. consil. 3. nume. 5. libr. 1. Pet. Dueñas in regula. 217. amplia. 3. Claudi. Sayfel. in l. que dotis nume. 10. & ibi Iaso nu. 48. ff. solu. matrimo. Ferrara cautela. 30. in fine Iaso & Deci. in l. non omnis. ff. si certum peta. Bald. consil. 108. lib. 3. Andre. ab Exea in rubri. ff. de pact. numer. 304. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. par. nume. 25. versu. erit & alius casus, Boeri. dicta decisio. 353. nume. 12. versu. item etiam, Aymon Saullia. consil. 214. nume. 18. quorum sententia verior est & receptior. Tametsi Bal. sibi cõtrarius cõtrariũ responderit consi. 391. lib. 3. & Alciat. in d. l. non omnis. 3. col. ff. si cert. peta. & Decius secum pugnans consi. 470. col. per. ul. ex eo quod dicitur & hæredibus, hunc sensum habere potest, vt præmorte donatore donatio ipsi donatario eiusque hæredibus competat. Cui opinioni accedere rem quoties in donatione expresse caueretur, & a donante diceretur, se velle causa mortis donare, ne voluntas eius lædatur, vt pote que sanam habere possit interpretationem, quam dixi: secus si in donatione hoc nõ diceretur expresse, sed fieret solum in ea mentio mortis ab existente in infirmitate vel periculo, quia hac in specie cõmunis opinio haud dubie procederet. [ Quinto limita, vt tunc mentio mortis non inducat donationem causa mortis, quoties solemnitas requisita in codicillis defecerit. Itaque si iure communi quinque testes non adhibeantur, erit potius donatio inter viuos censenda, cum donatio causa mortis quinque testes requirat. l. vlti. C. de codicill. l. vlti. C. de donatio. causa mort. ita resoluit Angl. consi. 253. in prin. iuncto fine, Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta numer. 15. ff. de verbo. obliga. Guillel. Benedic. in repe. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nu. 23. versu. 2. intelligatis extra de testa. Alex. in l. que dotis nu. 13. & Iaso. nu. 46. ff. solu. matr. Hodie autẽ iure regio tres testes sufficit cum tabellione, modo ciues sint vel incolę eius loci, vbi donatio fit, prout & in testamento & in codicillis sufficit, vt in l. 1. tit. 4. de testamen. supra hoc libro & ibi notavi in glo. 2. nu. 2. d. D. Coua. in rubri. extra de testa. 3. par. nu. 21. Mar. Salo Burgẽ. in l. 1. Tau. nu. 814. §. 5. & sequen. Qui tamẽ cõset, vbi tabellio non interuenerit, sufficere quinque testes, etsi ciues nõ sint, licet lex regia exigat eos esse vicinos in testamento vel codicillis, de quo tñ valde dubito, quia lex regia hoc expressim exigat in testamento & quacunque alia vltima voluntate, & licet quoad sui initium non dicatur vltima voluntas secundum receptiorẽ sententiam, vt attestatur Mar. Salo. d. l. 1. Tau. nu. 817. videmus tamẽ quoad solemnitatem testium codicillis comparari, vt diximus, quare videtur, eandem solemnitatem testium, quã codicillis exigunt iure regio, in donatione causamortis requiri. [ Si ergo donatio fiat corã tribus testibus nõ vicinis erit donatio inter viuos, & nõ causa mortis licet

licet in ea mentio mortis fiat, vt doctores supra citati resoluunt. Sed hoc ipse intelligo in casu dubio, quoties in donatione fit mentio mortis, secus autem si expresse dixerit donans se causa mortis donare, tunc enim crederem, non transire in donationem inter viuos propter solemnitatis defectum, sed omnino deficere donationem: in certis enim non est locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita in fi. ff. de verbo. obligati. l. arbitrio. §. non tatum. ff. de dolo. l. tres partes. ff. ad l. Falcid. quibus adde supra tradita nu. 4. & Soci. consi. 53. nu. 1. libr. 1. [ Sexto limita conclusionem nostram, vt procedat præterquam si in donatione causa mortis, & multo magis, si in donatione, in qua fit mentio mortis, apponatur pactum de non reuocando in ea clausula, que donationem inducit. Veluti si quis dixerit, causa vel timore mortis vel periculi navigationis, vel alterius imminentis dono Titio centum, domum, vel fundum, quam non reuocare promitto. Trã fit enim huiusmodi donatio in donationem inter viuos, Nec illam patitur conditionem nisi totius voluntatis donantem pœniteat, etiam nullo adiecto iuramento, tex. est insignis, licet vulgaris, in l. vbi ita donatur. ff. de mort. caus. dona. vbi eum ad hoc expendant Ac curs. Barto. Alberi. Bald. Paul. Castr. Imol. & docto. communiter. Bal. in l. cum quis. ff. de conditione ob caus. Roderi. X Suarez allega. 20. col. 2. versu. & sic ex dictis, glo. in l. si alienam. §. vltimo in fin. sic intelligens tex. illum, & in l. senatus. §. mortis causa in fi. ff. de mor. cau. dona. Ange. consi. 179. nume. 6. Alex. consi. 14. lib. 1. Bar. & Deci. nume. 21. in l. si. C. de pact. Paul. Castr. consi. 128. lib. 1. & consi. 6. lib. 2. Iaso. & Deci. nume. 10. & in l. non omnis. ff. si cert. peta. Socin. consil. 53. nume. 2. libr. 1. Curti. Iunior consi. 39. nume. 6. Anto. Gomez de contractibus. c. 4. nu. 22. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 2. par. nume. 11. & 13. Iaso in l. que dotis nume. 30. & sequen. ff. solu. matrimo. Guillel. Benedic. in repe. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nume. 23. in fine & pluribus sequen. Bart. in l. vlti. nume. 11. C. de pact. Petr. Dueñas in regula 217. in princi. Thom. Ferr. cautela. 30. Abb. in c. constitutus de reli. domi. Dyn. consi. 44. in princi. & in 3. dubio, Boeri. decisio. 353. nume. 11. Cassane. in consuetu. Burgund. rubri. 7. §. 5. in verbo ne ordonnance nu. 8 & sequen. Aimon Crauc. consi. 214. nume. 1. & sequẽ. & omnes ferẽ in hoc conueniunt, præter Bald. in d. l. cum quis. ff. de conditione ob caus. & Alexan. cum sequentem in l. que dotis nume. 11. ff. solu. matrimo. & Corn. consi. 128. nume. 8. libr. 1. [ Sed nihilominus prior opinio verior est & receptior, quia hac in specie mentio mortis non est causa finalis, sed impulsiva, vel censetur adiecta causa differendę solutionis, non autem est substantialis causa donationis, vt declarant verba contractus sequentia, effectus, siquidem in contractibus attenditur, potius quam verba Barto. in l. cotem ferro. §. qui maximos. 2. quæst. ff. de publica & vctigal. Aimon Crauette in hac specie consi. 114. nu. 1. & sequen. verba siquidem seruiunt nature contractus, non natura verbis, vt docuit Bald. in l. 2. nume. 2 C. commoda. per tex. in l. insulam. ff. de præscrip. ver. vbi fuit gestus contractus innominatus do tibi insulam vt alteram reficias, idque sub nomine venditionis,

& nihilominus ex eo contractu competit actio prescriptis verbis, non actio ex empto, ex quo Bar. in l. naturalis. §. sed si facio nu. 6. ff. de prescrip. verbis assue rat, si contractui innominato partes imponant nomen contractus nominati, non vitari conuentionem quem ibi sequitur Cur. nu. 18. & communem testatur Bar. decisionem & D. Anto. Padilla ibidem nume. 8. quinimo verba impropriantur, vt seruiant nature contractus, vt in l. si vno in prin. versu. sed si verbo. ff. locati, & ibi notat glo. & docto. [ Nec obstat, si dicatur quod pactum appositum contra naturam actus vel contractus est ipso iure nullum. l. cum precario. ff. de precario. c. 4. nu. 22 si autem cõuerti potest nõ vitatur, sed cõuertitur, vt in legibus nu. præcedenti citatis. [ Hanc sextam limitationem extende, vt procedat etiam si in clausula que donationem inducit donans promisit eã ratam habere, nec ei refragari, adhuc siquidem transit in donationem inter viuos, nec donas poterit pœnitere per tex. in l. vbi ita donatur, que ita interpretatur Pau. Castr. conf. 75. nu. 7. libr. 2. & conf. 61. eod. lib. Iaso & Deci. nu. 11. in l. non omnis. ff. si cer. peta. Iaso in l. que dotis nu. 33. ff. solu. matri. Deci. in l. vlti. nu. 21. C. de pact. d. D. Couarru. in d. rubri. de testamen. 2. par. nu. 12. Anto. Gomez de contractibus. c. 4. nu. 22. prope finem Petr. de Dueñas in regula. 217. amplia. 2. Rode. Xua. allega. 20. col. 2. ver. & sic ex dictis in fi. Nihil enim refert an donans velit esse donationem irrevocabilem, an promittat eam ratam habiturum, nec villo tempore se ei refragaturum, quod Bal. asserere videtur recte in tuenti in l. cum quis. ff. de conditione. causa data. [ Tametsi Alex. in l. que dotis nu. 11. ff. solu. matri. ex Baldo in d. l. cum quis expenderit contrarium, dicens non esse donationem inter viuos, si facta donatione causa mortis, ea clausula adijciatur, nempe, quæ omnia promisit rata vere & omnino seruare, neque vnquam eis contradicere, idem notat Guillel. Bene. in repe. c. Raynutius verbo testamentum. 4. nu. 27. Quarum opinionum antinomia sedare nititur Deci. in d. l. non omnis nu. 10. ff. si cert. pet. & in l. vlti. nu. 21. C. de pact. & in cõf. 305. vt prior procedat, quoties ea verba apponuntur in ipsius contractus dispositione & substantia, vt in exẽplo supra nu. 10. tradito, secunda verò, quoties ea verba apponuntur in verbis executionem denotantibus, cui consentiunt. d. D. Couarru. Ant. Gomez & Petr. de Dueñas in locis nu. præcedenti citatis, quod clare sensit Guillel. Benedic. dict. numer. 27. [ Quinimo si in ipsa executione contractus adijciatur clausula non reuocandi donationem, non reddit donationem irrevocabilem vel inter viuos, vt d. D. Couarru. resoluit in rubrica extra de testaments. 2. part. numo. 13. versu. 3. conclusio, vbi reddit optimam rationem, quia ea que in executione contractus vel alterius actus exprimiuntur, minimè dispositionem augere videntur, iuxta text. celebratissimum in Clementi. 1. de præbendis quem dixit aureum Felin. in capi. licet in corrigendis nu. 7. de offi. ordi. vbi mirabilia infert ex textu illo, Pp 3 eo

eo quod clausula accessaria non immutat naturam principalis, vt ex illo tex. expendunt omnes, quem etiam commendat Domi. confi. 92. & confi. 86. Panor mi. in. c. cum nostris nu. 21. de concessio. preben. Deci. confi. 500. col. 4. Imol. in. c. quoniam Abbas col. vlti. de offi. delega. Hiero. Grat. confi. 111. & singulariter Curti. Junior confi. 3. col. 1. & Iaso confi. 6. col. 6. lib. 3. Imo in. l. qui Romę, §. duo fratres colu. 4. ff. de verbo. obliga. Deci. confi. 2. nu. 9. & confi. 413. prope finē, optimus tex. in. l. quidam testamento in princi. ff. de lega. 1. vbi designatio rei vnde legatum soluat, post legatum relictum apposita, ipsum conditionale non facit quem tex. preter doctores ibi, notat Rom. in singula. 430. Bal. in. l. etiam. C. de fal. caus. adie. lega. Pau. Cast. in. l. sed si fideicommissum. §. 1. ff. de iudi. Quo fit, vt verba hæc in executione donationis apposita ipsius donationis naturam nequaquam mutare debeant, idem probat Pau. Pari. confi. 16. lib. 2. nume. 17. & sequen. [ Item & alia ratione hæc sententia procedit, quia prædicta verba in fine contractus posita, & sic in eius executione, ex tabellionum potius consuetudine, quam ex contrahentium consensu ipsis contractibus adiunguntur, vt in simili specie fatetur Bar. in. l. 1. 6. quest. ff. de iure codicill. Bald. in. l. quoties col. 1. C. de hæred. institu. Imol. in. l. vlti. ff. quemad. testa. aperi. Deci. confi. 180. col. penul. Pau. Pari. confi. 16. nu. 18. lib. 2. Deci. confi. 239. nume. 10. lib. 2. Ange. confi. 254. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 2. par. nu. 14 vbi citat concordan. & recte intelligit, & nos quoque dicemus infra hoc eodem libr. titu. 11. de emptione & retractu. l. 8. glo. 14. nu. 6. & sequentibus. [ Amplia secundo limitationem nu. 10. traditam, vt non tantum procedat, quoties donator pure promissit non reuocare, hoc est, nullo casu reuocare, verum etiam si in euentum alicuius conditionis promissit non reuocare, nam si conditio euenerit, non poterit reuocare, vt Paul. Castren. cenfet confi. 82. nu. 1. lib. 2. Petr. de Dueñas in regula. 217. nume. 1. ibique reddit rationē, quia licet conditio suspendat actum, vt in. l. cedere diem. ff. de verbor. significatio. post impletam verō conditionem dicitur actus purus, vt in. l. si pupillus. ff. de condi. institu. l. sed si de sua. §. vlti. ff. de acquiren. hæredi. l. fina. §. Titius, & ibi Ange. & docto. ff. de vulga. Deci. confi. 79. nume. 2. & confi. 187. in prin. [ Sublimita tamen dictam sextam limitationem, primò, vt procedat preterquam si pactum illud non reuocandi donationem, transferendo donationem causa mortis in donationem inter viuos redderet illam inuvalidam, vt quia esset donatio omnium bonorum presentium & futurorum, quæ ex causa mortis fieri potest, inter viuos autem minime, vt plenè notatur in. l. licet & l. vlti. C. de pact. & in. l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verborum obligationibus cum concordan. per Petr. de Dueñas traditis in regula. 219. itaque si quis donet causa mortis omnia bona sua, & apposuerit pactum non reuocandi, huiusmodi pactum non transfert eam donationem in donationem inter viuos, vt consulit Paul. Castren. confi. 75. nume. 2. in fin. Socin. confi. 235. numer. 3. lib. 2. Petr. Dueñas in regula. 217. limitatio. 1. vbi rationem reddit, quia non est verisimile donantem velle, vt

eius dispositio subuertatur, vt in. l. 3. cum similibus. ff. de mili. testamen. & quia quoties actus potest licitè & illicitè fieri, in dubio censetur e modo factus, quo licitè fieri potuit, secundum Aretin. confi. 23. numer. 10. & Curtium Iuniorum confi. 20. nume. 7. hanc eandem sententiam & sublimitationem sequitur Alexander in. l. stipulatio hoc modo concepta numer. 19. ff. de verborum obligationibus. & Aimon Craue. confi. 52. numer. 4. licet contrarium teneant idem Alexand. in. l. quæ dotis nu. 11. ff. solu. matrimo. & Guillel. Benedict. in repeti. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. numer. 25. 26. & 27. de testament. & Antonius Gomez in libr. variarum resolution. tomo. 2. de contractibus cap. 4. nume. 22. in fin. Sed nihilominus verior est prior sententia iure nostro regio, quo prohibetur donatio omnium bonorum, etiam presentium, vt in. l. 8. infra eodem: quo fit, vt in nihilo valere possit, licet aliud esset iure communi, valebat etenim in bonis presentibus secundum communem sententiam, vt attestatur Boerius decisione. 353. numer. 14. Angelus confi. 106. in principio & confi. 179. Bellamera confi. 17. atque ideo dicebant Alexand. Guillel. Benedictus & Antonius Gomez in locis paulo ante citatis, propter dictam pactum de non reuocando conuerti donationem causa mortis in donationem inter viuos, cum in totum non infirmaretur. 19 Quæ ratio cessat, vt dixi iure regio. [ Secundo limita dict. l. vbi ita donatur. ff. de mortis causa donatio. vt procedat, quoties verba contractus quomodo adaptari possunt alij speciei contractus, secus si alij speciei congruere non possint, vt si in contractu pignorum apponatur pactum de non luendo, tale siquidem pactum non transit in contractum emptionis & venditionis, quia verba pignoris adaptari nequeunt emptioni, vt Iaso rectè explicat in. l. qui Romę in principio numer. 27. ff. de verborum obligation. Petr. de Dueñas in regula. 217. limitatio. 2. Tertio eam limita, vt docui supra hac adem glof. numer. 14. & 15. [ Quarto fallit, vbi in testamento vel codicillis fieret donatio causa mortis cum clausula non reuocandi, quia reuocari potuerit non obstante pacto, secundum Barto. in dict. l. vbi ita donatur. ff. de donationib. cau. mortis, cui accessit Iaso. confi. 6. lib. 9. d. D. Couarru. in dict. rubrica de testamen. 2. part. numer. 14. in fin. quia in testamento vel codicillis apponi nullo modo potest hoc pactum. Est siquidem vltima voluntas sui natura deambulatoria vsque ad mortem. l. 3. C. de adimen. legat. l. 1. C. de sacrosanctis ecclesi. Bartol. in. l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. 3. Guillel. Benedict. in repetitio. capit. Raynutius in verbo testamentum. 4. nume. 27. de testament. vbi numer. 29. tradit aliam limitationem, quam non credo veram, ideo hinc non refero, & hæc sufficiant quoad sextam limitationem. [ Septimò limita conclusionem principalem numer. 1. traditam, vt non procedat iuramento interposito in huiusmodi donatione, etiam si in fine executione ponatur, si enim iure iurando donas promittat donationem causa mortis firmam seruare eique non refragaturum, censetur quidem donatio inter

inter viuos, atque ideo reuocari non poterit. Iuramentum siquidem non potest à notario absque contrahentis & iurantis expresso consensu in contractu adscribi. c. pen. de iure iu. quare cessat ratio, quam nu. 16. adducebamus ex abusu notariorum. Cessat etiam ratio ex Clemen. 1. de prebend. propter iuramentum, quod semper maturè fit & deliberato animo in quacunque parte contractus adscribitur, & ea mente emissum, vt effectum sortiatur. Atque ita hac in specie traditione hanc tenet Aretin. confi. 74. col. 3. Guido Papæ confi. vlti. 2. col. Iaso in. l. non omnis colu. 3. ff. si cert. petat. & in. l. que dotis nume. 33. ff. solu. matri. Petr. Ferrar. cautela. 30. Paul. Castren. confi. 75. lib. 2. Gozadi. confi. 87. nu. 9. d. D. Couarru. in rubri. extra de testament. 2. par. nume. 14. versi. 4. conclusio, Boerius decisio. 353. nume. 11. Roma. confi. 113. in fi. & Angel. confi. 179. versi. ex hoc sequitur, quibus libèter accedo. Quamuis contrarium voluerit Deci. confi. 305. Corne. confi. 126. colu. 2. lib. 1. Iaso confi. 6. col. 7. lib. 3. Paul. Paris. confi. 16 nu. 17. lib. 2. [ Quorum opinio procedere posset, non vbi iuramentum simpliciter donationi causa mortis adijceretur, sed quando promissit se non reuocaturum, nam per iuramentum simplex donatio causa mortis reuocari poterit, nec transiit in donationem inter viuos, quod in specie probat Bal. in repe. l. 2. ff. de iure iuran. col. 42. versi. iuxta prædicta. quem refert & sequitur Dida. Segura. in repetitio. l. vnum ex familia. §. sed si fundum nu. 140. in fi. ff. de lega. 2. d. D. Couarru. in epitome de testamen. par. 2. nume. 14. versi. 5. conclusio. [ Octauo limita principalem conclusionem, nisi merita donatarij præciserint, quoniam tunc præferretur potius donatio inter viuos, vt ita sit efficacior secundum Bal. in. l. si mortis ante medium. C. ad. l. Falcidi. Tiraquel. in relectone. l. si vnquam in verbo donatione largitus numer. 47. C. de reuoc. donatio.

G L O S S. II.

- 1 Donatio inter viuos quidem Donatio proprie dicitur quæ inter viuos, non quæ causa mortis facta est, ibi.
- 2 Donatio in dubio inter viuos præsumitur, potius quàm causa mortis, ibi.
- 3 Donatio causa mortis an accedat potius vltimæ voluntati, vel contractui, & nu. sequen.
- 4 Donatio causa mortis quoad eius initium & ordinationem contractui accedit.
- 5 Donatio causa mortis inter virum & uxorem an valeat necne? & an morte confirmetur, & an traditio requiratur vt confirmari possit?
- 6 Donatio causa mortis uxori facta valet, sicut & legatum, sed in effectu non statim valet, donec donans moriatur.
- 7 Donatio inter viuos coniugi facta non valet, nec morte confirmatur, nisi traditio præcesserit.

- 8 Lex Papinianus. ff. de dona. int. vir. & vxor. explicatur, ibi.
- 9 Donare aliud est, & aliud promittere donaturū, ibi.
- 10 Donatio causa mortis inter coniuges facta absq; vlla traditione morte confirmatur contra. d. D. Couarru.
- 11 Donatio filio per patrē facta absque traditione morte confirmatur, ibid.
- 12 Donatio causa mortis inter coniuges quare non exigit traditionem vt morte confirmetur, ibi.
- 13 Donatio causa mortis sicut & legatum transfert in donatarium dominium sine traditione, ibi.
- 14 Donatio causa mortis accedit potius contractui quoad solemnitatem substantialem, sed quoad probatoriam legato.
- 15 Donatio causa mortis an presentiam veriusque partis requirat, & stipulationem vel traditionem, & quomodo hoc intelligatur, ibi. & sequen.
- 16 Dominium an transferatur sola traditione nuda absque titulo vel spe, ibi.
- 17 Donatio causa mortis quoad solemnitatem probatoriam vltimæ accedit voluntati, & quomodo hoc intelligatur.
- 18 Testium solemnitas in vltimis voluntatibus an dicatur probatoria vel substantialis, ibi.
- 19 Donatio inter viuos absenti facta non valet ante absents acceptationem, etiam si ecclesia & pia cause fiat, atque ideo reuocari potest.
- 20 Donatio absenti facta vbi notarius nomine absents acceptauit, an possit reuocari ante acceptationem partis?
- 21 Donatio absenti facta vbi notarius nomine absents eam acceptauit, an reuocetur si cares alteri donetur presenti, licet per constitutum primo tradita fuerit.
- 22 Donatio absenti facta à notario acceptata, poterit acceptari per donatarium post mortem donantis inuitis & refragantibus heredibus.
- 23 Donatio absenti facta à notario acceptata, post mortem donatarij potest ab eius heredibus acceptari. Donatio absenti facta mortuo donatore à donatario acceptari non potest, nec eius heredibus, si notarius eius nomine non acceptauit, ibi.
- 24 Donatio presenti & tacenti facta non eget alia acceptatione, Tacens consentire videtur in his, quæ sibi vtilia sunt, ibidem.
- 25 Donatio fit hodie pacto nudo, ibi.
- 26 Pollicitatio nuda, quæ fit absenti, an iure regio producat actionem? Lex. 2. tit. 16. de obligationibus hoc lib. 5. explicatur optimè, ibi. & sequen.
- 27 Pollicitatio non producit naturalem obligationem ex receptione sententia, ibi.



- 16 Pollicitatio seu promissio absentis facta an producat iure regio actionem?
- 17 Pollicitatio seu promissio absentis facta iure regio quod producat actionem.
- 18 Lex facere potest, ut quis absentis obligetur, sicut ad eundem efficit ut creditoribus obligetur.
- 19 Pollicitatio absentis facta quomodo iure regio sit irrevocabilis ante acceptationem, & post acceptationem producat actionem?  
Pollicitatio iure regio quando non producat actionem. ibid.
- 20 Actio non oritur iure regio, ubi naturalis obligatio non precedit.  
Pollicitatio non producit obligationem naturalem, nisi fiat Deo vel reipublica & quomodo intelligatur? ibid.  
Pollicitationem non servans an peccet? ibid.
- 21 Donatio absentis facta iure regio an obligationem vel actionem producat?
- 22 Donatio causa mortis absentis facta iure regio quomodo valeat?  
Donatio causa mortis absentis facta iure communi vltima voluntati comparatur. ibid.
- 23 Donatio causa mortis pacto nudo facta valet.
- 24 Filiusfami. patre consentiente iure communi donare potest causa mortis, non aliter, testari autem eo consentiente non potest. & nu. seq.
- 25 Filiusfami. contrahere potest absque patris consensu praterquam in mutuo & vxo.  
Filiusfami. patri donare non potest causa mortis, nisi iudicis auctoritas interveniat. ibid.
- 26 Donatio causa mortis a filiofami. facta non est omnino similis contractui, nec vltima voluntati.
- 27 Filiusfami. iure regio testari potest post pubertatem, & donare causa mortis absque patris consensu.  
Donare potest causa mortis qui testari. ibid.
- 28 Lex filiusfami. §. vlti. ff. de dona. & l. Marcellus. ff. de dona. cau. mor. explicantur.  
Donatio causa mortis facilius permittitur quam testamenti factio. ibid.  
Filiusfami. potest absque consensu patris donare causa mortis & inter vivos. ibid.
- 29 Mulier absque mariti sui licentia an possit donationem causa mortis facere?
- 30 Minor adultus curatorem habens an possit donare causa mortis, vel testari sine curatoris auctoritate?
- 31 Minor adultus testari potest sine curatoris auctoritate, imo & eo reluctante.
- 32 Mulier, quae sine licentia viri iure regio contrahere non potest, poterit causa mortis donare.
- 33 Donatio causa mortis quoad eius initium & ordinationem contractui comparatur & quomodo id intelligatur? & nu. seq.
- 34 Donatio causa mortis respectu causa efficientis &

- sic quoad facultatem donandi accedit vltima voluntati.
- Donare causa mortis non potest, qui testari ex defectu naturali prohibetur. ibid.
- Donare causa mortis potest, qui testari potest. ibid.
- 35 Vsurarius manifestus, qui testari non potest, nisi praestita satisfactione de restituendis usuris, an possit donare causa mortis. & nu. 36.
- 37 Donatio causa mortis stipulatione donatarij vel notarij pro eo interveniente, contractus censetur etiam si fiat in testamento.
- 38 Donatio causa mortis quoad causam efficientem accedit vltima voluntati.  
Donatio causa mortis elicita est, cui & testamenti factio & cum eadem qualitate. ibid.  
Donatio causa mortis fieri debet cum eadem solemnitate, quae in testando exigitur. ibid.
- 39 Donatio causa mortis quoad effectus vltima accedit voluntati.
- 40 Dominium ipso iure absque traditione transit in legatarium & in donatarium causa mortis.
- 41 Dominium ipso iure an transeat in donatarium causa mortis re tradita in vita donantis?
- 42 Iure accrescendi an locus sit in donatione causa mortis, sicut in legato.
- 43 Falcidia an detrahatur ex donatione causa mortis? Falcidia an detrahatur ex donatione inter coniuges. ibid.
- 44 Donatio causa mortis an valeat sine insinuatione, sicut & legatum.  
Cautioni mutiana an locus sit in donatione causa mortis. ibid.
- 45 Donatio causa mortis an rejiciat conditionem impossibilem, sicut & legatum?  
Donatarij causa mortis capacitas vel incapacitas inspicitur tempore mortis donantis, sicut & in legatis. ibid.
- 46 Legatum an revocetur alienatione rei legatae per ipsum testatorem generaliter vel specialiter facta, & an voluntaria vel necessaria alienatione, & nu. seq.
- 47 Donatio causa mortis an revocetur alienatae donatae per donatorem?  
Donatio causa mortis an revocetur per heredis institutionem vniuersalem postea factam? ibid.
- 48 Mulier secundo viro nubens ante annum luctus an amittat donationem causa mortis ab extraneo factam? sicut amittit legatum?
- 49 Donatio causa mortis in tribus equiparatur legato.
- 50 Donatio causa mortis licet sit stricti iuris, in pluribus bonae fidei actioni comparatur.  
Actio ex testamento est stricti iuris sed bonae fidei equiparatur in pluribus. ibid.
- 51 Donatio causa mortis quam pariat actionem? & nume-

- numero. §. 2. & sequ.
  - 53 Hypothecaria an competat pro donatione causa mortis sicut pro legatis.
  - 54 Donare causa mortis non licet pupillo.
  - 55 Donationem causa mortis acceptans an possit testamentum impugnare?
  - 56 Minor adversus donationem causa mortis restituere non potest, sicut nec contra testamentum.
  - 57 Fideicommissum relinqui potest a donatario causa mortis.
  - 58 Donatio causa mortis quoad sui confirmationem contractui, non vltima voluntati comparatur.  
Donatio causa mortis valet absque additione hereditatis etiam iure communi. ibi. d.
  - 59 Donatio causa mortis quoad eius confirmationem in re regio comparatur vltima voluntati.
- O en sanidad sin manda.** Hic loquitur de donatione inter vivos, quae secundum omnes dicitur, quoties quis nulla subsistente causa, sed propter meram liberalitatem donat alteri pecuniam, vel aliam rem, eam tradendo vel promittendo pacto nudo vel per stipulationem, ut colligitur ex titulo. ff. & C. de donatio. & ex. l. 1. & per totum tit. 4. de donatio. par. 5. declarat optimè Anto. Gomez lib. variarum resolu. tomo. 2. de contractibus. c. 4. vbi plenè tractat, an absentis fieri possit, & hæc propriè donatio dicitur, non ea quæ fit causa mortis. l. fenatus. §. sed mortis & l. nò videtur. ff. de donat. cau. mor. notat Tirac. lib. 2. de retractu. §. 2. glo. 1. nu. 9. glo. & docto. in. l. quæ dotis. ff. solu. mati. vbi etiam dicunt, in dubio potius donationem præsumi inter vivos quàm mortis causa, vt & probat Guill. Bened. in rep. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nu. 22, & 23. de testam. Greg. Lupi in. l. vlti. glo. 1. tit. 4. de donatio. par. 5. [ Sed non erit inutile hic inuestigare, in quodifferat donatio causa mortis a donatione inter vivos, & consequenter an donatio causa mortis vltima voluntati potius quàm contractui comparetur? & videtur vltima voluntati equiparari, vt Imperator Iustinianus docet in. §. 1. in. l. de dona. & probat tex. in. l. vlti. C. de codicill. iuncta. l. fi. C. de dona. cau. mor. & l. non videtur. ff. eo. tit. Sed ex contrario quod contractui & donationi inter vivos equiparetur, probat iurisconsultus in. l. tam is. ff. de dona. cau. mor. & l. post legatum. §. fi. ff. de his quib. vt indig. glo. insignis in. l. 2. ff. de dote prælega. Quæ anti nomiam iuris interpretes sedare conantur, distinguentes quatuor tempora vel casus, primum ordinationis & modi ineundi. Secundum, considerant causam efficientem & sic facultatem donandi. Tertium, effectum donationis. Quartum eius confirmationem. Quare d. D. Couarrub. in rub. extra. de testamen. 3. par. nume. 15. & 22. facit tres conclusiones, ex quibus plurima infert, & Fran. Ripa. quatuor in. l. 2. ff. de lega. 1. nu. 3. & sequentibus. [ Prima conclusio, donatio causa mortis quoad eius initium & ordinationem contractui potius accedit, quàm vltimæ voluntati, ex sententia bal. communiter recepta in. l. 2. ff. de lega. 1. vbi Iaso. attestatur a nemine non

recipi hanc Baldi traditionem, eam quippe sequuntur Paul. Castr. Imo. Cuma. Aretinus. loci. & Iaso, Lancelotus & Fran. à Ripa ibidè, Guill. Bene. in rep. c. Raynutius detestam. in verbo testamētum. 4. nu. 35. Rod. Xarez allega. 20. colu. 4. vers. præterea corroboratur d. D. Couarru. vbi supra. Anto. Gomez tomo. 2. de cōtractibus. c. 4. nu. 16. [ Ex quo donatio causa mortis inter coniuges non valet, & in hoc est similis donatio ni inter viuos, quæ similiter non valet, l. 1. & per totū ff. de dona. int. vi. & vxo. & non æquiparatur legato, quia legatum cōiugi factum a cōiuge valet, glossa in l. 2. ff. de dote. prælega communiter recepta teste eodè d. D. Couarrub. de testam. 3. par. rubricæ nu. 1. qui asserit hoc constare ex doctoribus interpretantibus. l. 2. ff. de lega. 1. vbi refert Ripam a communi discedere. quippe qui asserat, hac in specie donationem causa mortis legato potius comparari, quàm contractui: quia quemadmodum legatum cōiugi factum valet, & morte confirmatur, ita & donatio causa mortis valet, morte quæ donantis confirmatur, vt in. l. mortis. 4. ff. de dona. cau. mor. Fallitur tamè Ripa, vt exilimat d. D. Couarru. d. 3. par. rub. nu. 2. ex eo quod quilibet donatio mortis causa facta, morte confirmatur, non tamen procedit hoc in donatione causa mortis inter cōiuges facta, nisi traditio præferat, vt iurisconsultus præmittere videtur in. l. sed & interim per totam legem cū sequen. ff. de dona. int. vi. & vxo. Bal. in. l. exccutorem n. 34. C. de executio. rei iudica. Sed de donatione causa mortis non facit mentionem, nisi. nu. 11. hæc autem traditio in legato non exigitur, igitur adversus Ripam doctrina communis doctorum recipienda est. Sed aduertere oportet, Ripam non discedere a cōmuni opinionem. inquit, etenim, donationem causa mortis interconiuges factam, effectū aliter loquendo, vt ipse ait, potius legato æquiparari, quam donationi inter vivos, si quidem legata vxori facta constante matrimonio effectualiter non valent, donec testator moriatur tunc etenim, mortuo testatore incipiunt fortiri effectum, si reuocata non fuerint. l. 4. ff. de adimen. lega. Sic & donatio causa mortis si a donatore non fuerit reuocata, morte ipsa confirmatur & suum fortitur effectum, vt in. l. mortis causa. ff. de dona. cau. mor. quæ si dixerit, licet legatum valcat ab initio in effectu, tamen non fortitur effectum, donec testator moriatur & eius morte confirmetur. Eodè modo donatio mortis causa inter coniuges facta valet, vt in. l. si cum seruum. §. vlti. & duabus legibus sequen. ff. de dona. int. vi. & vxo. cuius verba sunt. Inter virum & vxorem mortis causa donationes receptæ sunt a iure: quia in hoc tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor esse desinunt. Sed interim res non statim fiunt eius, cui donatæ sunt, sed tunc demum cum mors insequuta est: medio igitur tempore dominium apud eum remanet, qui donauit. Sed quod dicitur mortis causa donationem inter coniuges valere, ita accipiendum est, vt non solum ea donatio valeat secundum Iulianum, quæ hoc animo fit, vt tunc res fiant vxoris vel mariti cum mors insequatur, sed omnis mortis causa donatio, hætenus Vlpianus & Gayus. Ecce quemadmodum omnis donatio causa mortis facta inter coniuges valet, quemadmodum & legatum, sed quoad effectum ipsa

dōnatio & legatum non valent, donec morte confirmetur, & in hoc donationi inter vivos comparatur ipsa donatio & legatum, & ita procedit glo. in d.l.2. ff. de dote prælega. [ Differunt tamen quia donatio inter vivos inter ipsos coniuges facta, morte donantis non confirmatur, nisi traditio rei donatæ coniugi fiat, l.1. iūcta glo. C. de dona. int. vi. & vxo. l. Papinianus ff. eo. ti. quod vt cōmuniter receptum tradit Iaso. in. l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. idem voluit Bal. in. l.1. nu. 18. C. de sum. Tri. Paul. Castr. conf. 138. per totum lib. 1. vbi egregie interpretatur dictum Papiani responsum, & quamuis Tiraque. in lib. de constituto. 1. par. num. 53. eam legem intelligat procedere in promissione donandi, vt ex ea agi non possit contra hæredes mariti, tanquam scilicet simplex promissio donandi, quæ non confirmatur morte: aliud si quidem est donare aliud promissio donandi, vt videre licet apud Ioh. Fabri in. §. alij insti. de donatio. & apud eundem Tiraque. lib. 2. de retractu. in fine nu. 48. cōmuniter tamē intelligitur lex illa Papinianus, vt procedat in donatione inter vivos, vt quæ traditionē requirat, vt morte confirmetur, vt ipse idem Tiraque. fatetur in d. lib. de constituto. 1. par. nu. 49. & 53. ibique discutit an facta traditio sufficiat, & latius in. 3. par. eiusdē tractatus limi. 7. nu. 18. & sequentibus, & hanc interpretationem communem. d. l. Papinianus. ff. de dona. int. vi. & vxo. sequitur Paul. Castr. conf. 82. & conf. 192. nu. 2. prepe. finem lib. 2. Boeri. in cōsuetudi. Bituricē. ti. de consuetudine concernente matrimonium. §. 1. colu. 2. Ferdi. Loazes Illerdēsis præful. in. l. filiusfam. §. diui. nu. 81. ff. de lega. 1. d. D. Couarrub. in rub. extra de testamen. 3. par. nu. 3. Ioh. Lupi. in rep. rub. de dona. int. vi. & vxo. §. 76. in princ. Nec sufficit donariū esse in possessione. seu de tentione rei donatæ, nisi traditio interuenerit. vt egregie probat Paul. Castr. d. conf. 137. lib. primo. [ At verò donatio causa mortis inter virum & vxorem facta absque vlla traditione morte confirmatur secundum Bal. in. l. & si mortis num. 4. C. ad. l. Falci. qui licet loquatur in donatione inter patrem & filium, eadem ratio militat in vtraque donatione vt in. l. donationes quas parentes. C. de dona. int. vi. & vxo. l. 3. vers. mas si el padre titu. 4. de donatio. par. §. & cū Bald. transeunt Roma. & Ang. in. l. si donatione. C. de colla. & in specie in donatione causa mortis coniugi à coniuge facta hoc asseuerat Paul. Castr. conf. 75. nu. 2. infine. lib. 2. Fran. de Aret. conf. 74. nu. 10. Ioh. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vxo. §. 76. nu. 2. & §. 77. num. etiam 2. vbi reddit rationem dicens, quia hæc donatio causa mortis habet instar legati, in quo dominium transferatur absque traditione. l. à Titio. ff. de fur. l. 1. in fi. ff. de Publicia. nimirum ergo si idem sit in donatione causa mortis, ut in. l. 2. ff. de lega. 1. Ang. in d. l. à Titio. ff. de fur. Si ergo transfertur dominium, necessaria nõ erit traditio, cum ad alium effectum non fiat quam ad transferendum dominium. l. traditionibus. C. de pact. §. per traditionem insti. de rer. diuisio. idem voluit Anto. Gomez his non relatis in tomo. 2. variarum resolu. de cōtractibus. c. 4. nu. 18. vers. 9. quia, ex quibus constat opinionem hanc veram esse & receptam communiter. licet contrariam elegerit d. D. Couarru. in. d. rub. de testamen. 3. par. nu. 2. & seq. [ Secundò anse-

ro, quod eadem donatio causa mortis accedit potius contractui quoad solemnitatem substantialem, quam vltimæ voluntati: licet quoad solemnitatem probatoriam accedat magis vltimæ voluntati, vt in. l. si. C. de dona. caus. mort. l. vlti. ti. 4. de donatio. par. §. quam cōmunem esse resolutionem attestatur. Roderi. Xuares allega. 20. colu. 4. in fi. & sequen. requirit enim ad suam formam substantialem vtriusque partis presentiam ad exemplum contractuū, & solemnem iure communi stipulationem, vel traditionem, vt in dict. l. inter mortis vbi glo. & docto. notant. ff. de donatio. caus. mort. Anto. Gomez dict. secundo tomo de contractibus. l. 4. nu. 16. vers. ex qua resolutione. d. D. Couarru. in rub. extra de testamen. 3. par. num. 13. quod ita explicat Anto. Gomez si res, inquit, donata nõ fuit tradita, sed per stipulationem facta, competit ipsi donatario actio efficax post mortem donantis contra hæredes eius: si verò res fuit tradita, dominium translatum est, quamuis reuocabiliter, potest siquidem donator pœnitere, quod si non pœnituerit, dominium post mortem donantis remanet apud donatarium irrevocabiliter & perfectè, nec tunc aliqua oriatur obligatio vel actio, eo quod traditione fuit contractus consummatus, vt in. l. si mortis causa res donata, & in. l. qui mortis & vtrobique docto. ff. de dona. causa mort. Nec oberit si dixeris, ex nuda rei traditione non transit dominium, nisi præferat titulus, vel causa habilis ad transferendum dominium. l. nunquam nuda cum similibus. ff. de acquir. d. rer. domin. respondet siquidem Anto. Gomez fat esse titulum præcessisse re, vel spe de futuro ratione contractus conditionalis, vel qui ab hâs venit perficiendus post mortem contrahentis, vt contingit nostra in specie, citat text. in. l. dotis fructus. §. vlti. cum. l. sequen. & ibi docto. ff. de iure doti. & in. l. contractus, & ibi glo. C. de fide instrum. [ Exponamus paulatim hanc secundam illationem. Diximus quoad solemnitatem probatoriam communem esse resolutionem, comparari donationem causa mortis vltimæ voluntati, quoniam quinque testes requiruntur, prout in codicillis, vt donatio valeat, vt in. l. vlti. C. de dona. caus. mort. & in. l. vlti. titu. 4. par. §. cum quæ hodie iure regio testamentum & codicilli fieri possunt cum minori numero testium, nempe, tribus vicinis eius loci, vbi testamentum fit cum tabellione, vt in. l. 1. tit. 4. de testamen. supra hoc lib. & ibi latius diximus & supra hac. l. glo. 1. num. 8. similiter valebit donatio causa mortis, quia remissa per legem vel statutum solemnitate in testamento vel codicillis, censetur fortiori ratione remissa & in donatione causa mortis, vt in. l. Marcellus, vbi glo. & docto. notant. ff. de dona. caus. mort. l. cum hic status. §. si miles. ff. de donation. int. vir. & vxo. Bald. in. l. si. num. 6. C. de testamen. Iaso in. l. 2. col. 2. in medio. ff. de lega. 1. Anto. Gomez in tomo de contractibus. c. 4. num. 16. vers. nec obstat. l. si. & c. vbi rationem reddit, quia cum effectus donationis huius conferatur in tempus mortis, quo inter tempore donans se non potest defendere à falsitate quæ verisimiliter timeri potest, quare merito maior exigitur testium numerus, maiorque sollemnitas, prout, & eadem ratione, idem statuitur in qualibet vltimæ voluntate: hæc ratio placet Fran. Ripensi in. l. 2. nu. 6. ff. de

ff. de lega. 1. in hæc verba cogita si dici possit quod forma probatoria potius respicit effectum & executionem, quam ordinationem, atque ideo dicit Bald. in authen. sed nouo iure. C. si cert. petat. quod constituto de actu per confessionem partis, non est curandum de forma probatoria, & sic si pars confiteatur donationem causa mortis factam fuisse, donatio valeret, esto quod non probaretur per quinque testes, quod est summè notandum si verum est, non tamen affirmo propter ea, quæ traduntur in. l. nemo potest infra eo. hætenus Ripa. Sed tu vide circa hoc quæ late discufimus supra hoc lib. titu. 4. de testamen. l. 1. glo. 4. numer. 6. & sequentibus, vbi probavi solemnitatem testium in vltimis voluntatibus, non esse solum solemnitatem probatoriam, sed substantialem & pro forma esse inducendam iure communi Imperatorum quam regio contra Ferdinandi Mancha. sententiam, atque ideo minimè remitti posse. Ex quo deducitur vera huius conclusio nis ratio, nam forma seu sollemnitas probatoria, quoad formam & substantiam actus, respicit initium & ordinationem, & æquiparatur contractui, sed quia quod attinet ad probationem respicit effectum, æquiparatur vltimæ voluntati, cui potius quam contractui eo respectu accedit, & hoc sentire vni sunt Ripa, & Anto. Gomez, licet non ita explicuerint. Quo fit, vt minime procedere possit Bal. sententia in. d. authentica sed nouo iure, cum defectus forme vltimæ voluntatis suppleri non possit per partes, quia supponitur testatorem noluisse, & sic actum deficere ex defectu voluntatis propter non adhibitam formam à iure requisitam, vt dixi latius in. d. l. 1. tit. 4. de testamen. glo. 4. numer. 13. supra hoc libro. [ Diximus etiam in secunda illatione, in donatione causa mortis requiri pro forma substantiali presentiam vtriusque partis, prout in donatione inter vivos, vt in. l. inter mortis. ff. de donat. causa mort. donatio siquidem inter vivos si absenti fiat, nemine eius nomine eam acceptante, non vtique valet ante absentis acceptationem, atque ideo interim reuocari potest, tiam si in ecclesiam vel piam causam conferatur ex sententia glo. communiter recepta in. l. illud. C. de sacrosanct. eccles. & probatur in. l. absenti. ff. de donatio. & in. l. si ego vbi notat Deci. ff. si certū peta. l. in omnibus in fi. ff. de actionib. & obligationi. l. si quis. 1. C. de dona. hanc esse communem sententiã fatentur Rub. conf. 132. & Pau. Pari. conf. 77. nu. 15. lib. 1. Iaso in. l. qui Romæ. §. Flavius nu. 22. ff. de verbo. obligatio. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. par. num. 13. Anto. Gomez de contractibus capit. 4. num. 2. [ Fallit vbi notarius nomine absentis eam acceptauerit, acquiritur enim absenti actio utilis sine cessione secundum Barto. in. l. 2. ff. rem pupi. salu. fore communiter receptum teste Mari. Socino Iuniore, conf. 118. lib. 2. col. penulti. & d. D. Couarru. d. 3. part. rubri. numer. 13. vbi citat concordant. & hac in specie donatio vel venditio absenti facta notario pro abiente stipulante, etiam ante ratihabitionem est forma, & ex ea quæritur utilis actio donatario absenti, ita vt reuocari non possit sola voluntate donatoris aut venditoris, vel quod hæc reuocatio sola non impediatur notarij acceptationem secundum Paul. Castren. conf. 195. num. 2. & 3. lib. 2. Bald. in. l. cum à focero vers. ca-

ue tibi. C. de iure doti. Deci. conf. 58. col. 2. & conf. 226 in fine, Alexā, Areti. & Iaso. in. d. 5. Flavius Hæremes Anto. Rub. conf. 117. num. 4. & Galliaula in rubri. ff. de verbo. obligatio. cōclusio. 12. & alij à Tiraque. locati in tracta. de constituto. 3. par. limi. 30. num. 49. & d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. part. num. 13. col. 2. & 3. eiusdem numeri, & iterum lib. 1. re solutio. c. 14. num. 11. [ Verum si ante ratihabitionem absentis eadem res donetur alteri, & ei verè tradatur, reuocata censetur prima donatio absenti facta & per notarium nomine absentis acceptata, licet per constitutum ei fictè tradita fuerit, vt Paul. Castr. notat cō fil. 195. num. 2. & 3. lib. 2. & Deci. con. 598. & conf. 226 & in. l. contractus num. 16. ff. de regul. iur. Curti. Iunior conf. 55. colu. 3. Galliaula in dict. rubri. ff. de verborum obligatio. fol. 12. colu. 2. Socin. in. l. 1. §. si iuferim. ff. de acquir. posse. ad fin. & omnium latissimè Tiraque. in lib. de constituto. 3. par. limi. 30. num. 8. & 51. d. D. Couarru. dict. 3. par. rub. de testamen. num. 13. [ Et vsque adeo donatio absenti facta notario acceptante valet, nec per donatorem reuocari potest, cum quoad ipsum sit perfecta, etiam si nondum acceptauerit donatarius, iuxta. l. A risto. ff. de dona. & l. per fundum. ff. de seruitu. rusti. prædio. & cap. si tibi absenti de præbend. in. 6. & fatetur expressim Paul. Castren. dict. conf. 195. num. 2. & 3. lib. 2. Anto. Rub. conf. 117. nu. 4. & alij complures a. d. D. Couarru. citati. d. 3. par. rubri. extra de testamen. num. 13. vers. illud profecto in fine, & iterum lib. 1. re solutio. c. 14. num. 11. vt & id obtineat, etiã si donas mortuus fuerit, quippe cuius hæredes eius personam repræsentant l. 2. §. ex his. ff. de verbo. obligatio, atque ideo non poterunt donatario acceptanti post mortem donantis refragari, imo & donationi stare tenebuntur, sicut & defunctus teneretur, vt idem D. Couarru. resoluit ibidem contra Paul. Castr. d. conf. 195. lib. 2. & Anto. Rub. conf. 132. Cassane. conf. 7. nu. 38. Tiraque. de constituto. 3. par. limita. 30. num. 73. contrarium asseuerantes, satisfaciuntque eorum fundamentis, & iterum. d. cap. 14. numer. 16. [ Hæredes autem donatarij ratam habere poterunt acceptationem notarij nomine defuncti factam, ad effectum vt donatio valeat, nec reuocari possit à donante, vt quæ actio utilis sine cessione quæritur, non verò quoad quærendam possessionem per constitutum, vt probat idem Couarru. d. rubri. de testamen. 3. par. num. 13. ad fi. vbi optimam reddit differentiam rationem, plurimumque autoritate confirmat. Mortuo autem donatore donatarius vel hæres eius acceptare non poterit donationem, quam ipse vel notarius pro eo non acceptauerat secundum Andre. de Iser. in. §. donare, qualiter olim feudi alie. pot. col. 5 Grego. Lupi in. l. 4. glo. magna in fi. titu. 4. de donat. par. §. [ Ceterum si donatio presenti fiat & tacenti, valet sine acceptatione, consentire enim videtur tacens in his, quæ sibi vtilia sunt. l. qui patitur. ff. mada. Bar. & Iaso in. l. quæ dotis num. 70. ff. solu. matri. vnde sola sufficit presentia eius, cui donatio fit ex sententia Ange. conf. 183. col. 2. cui subscripsit Cur. Iunior in rubri. C. de pact. 1. col. & ibi Fran. Purpur. & in. l. ro gasti. §. 1. nu. 64. ff. si cer. peta. Galliaula in rubri. ff. de verbo. obliga. fol. 5. colu. 1. Quo fit, vt idem fortiori ra-

tionem dicendum sit hodie, cum donatio pacto nudo fieri possit, ut in l. si quis argentum. C. de donatio, quæ Angel. opinionem communem esse fatetur. Curti. In mod. rubri. C. de pact. & And. ab Exea in rubri. ff. de pact. nu. 98. Iaso in rubri. ff. de verbo. obliga. col. 3. & ibi Alcia. nu. 3. & in rubri. C. de pact. Socin. cõs. 112. col. 4. vers. aliquando lib. 1. d. D. Couarru. in rub. extra de testamen. 3. par. numer. 13. vers. si donatarius Haberti. Zuchard. in repe. rubri. C. de pact. q. 6. nu. 26. vsque ad nume. 59. vbi latè examinat, & ibi Ludou. Gozadi. nu. 5. Hierony. Cagnoli in l. semper qui non prohibet nu. 5. contra Deci. ibi. ff. de regu. iur. Dida. Perez ad Seguram in repe. l. filius dam in ciuitate est nu. 75. ff. de verbo. obliga. & in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. col. 1047. vbi citat concordantes, dixi latissimè in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 17. casu. 23. glo. 12. nume. 7. & 8. [ Iure autem regio per l. 2. titu. 16. de obligationibus infra hoc libro, valet promissio absque stipulatione, fieri etiam potest absenti, circa cuius legis intellectum Nostrates nimis contendunt, quidam enim asseuerant donationem seu promissionem absenti fieri posse eodem iure regio, interueniente nuncio vel epistola, prout iure communi constitutum erat, non aliàs, nuda enim pollicitatio, quæ fit absenti, nullam nec naturalem quidem obligationem producit, ut in l. 1. §. 1. ff. de pact. vbi nulla est obligatio, quam non præcessit conuentio, & in l. cum amplius. §. his natura debet. ff. de regu. iuris iuncta. l. consensu cum glo. ff. de actio. & obligationibus, quas optimè expendit Dida. Perez ad Seguram in repetitio. l. filius dam in ciuitate est nume. 75. ff. de verbor. obligationibus. & quod ex pollicitatione non oriatur naturalis obligatio, tenet Bar. in l. si vnus. §. pactus ne peteret nu. 16. ff. de pact. & ibi Bald. & Fulgo. Socin. in rubri. ff. de verbo. obligationibus. & ibi Lancelo. de Gulliaula nume. 189. vers. secunda sit conclusio, & Bald. Nouellus ibidem numer. 52. Ioan. Crot. in priori lectione numer. 28. & in posteriori nume. 11. Alcia. nume. 9. & Hieronym. Verius nume. 25. & 44. vers. 3. conclusio est, Iaso. in l. iurisdictionum §. sed cum nulla nume. 5. & ibi Ioan. Oroscius numer. 25. ff. de pact. Ioan. Baptista Cacialup. in tracta. de pact. quæst. 5. princi. in princi. Fortu. Garfia in c. 1. de pact. num. 12. vers. prima declaratio, & Vbertinus Zuchardus in repe. rubri. C. de pact. nume. 31. qui omnes hanc esse communem opinionem fatentur, & veram, nempe, ut ex pollicitatione non oriatur naturalis obligatio, ac proinde nec vlla actio, etiã iure canonico, idem voluit Iacob. Niger in dict. rub. ff. de verbo. obligatio. reputans hunc articulum subtilem & dezinem, licet octo adducat fundamenta in oppositam partem. [ Cum igitur pollicitatio non producat obligationem naturalem, nec actionem aliquam civilem vel canonicam iuxta receptiorem sententiam, ergo nec iure regio per dict. l. 2. tit. 16. de obligationibus infra hoc eodem libro, quando quidem qui naturaliter non obligatur, non fuit visus se obligare, quod lex regia requirit, ut obligatus maneat, his verbis en qualquier manera que vno parezca se qui obligar a otro. Nam si consensum præstitisset naturaliter obligaretur. l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. ca. 1. co. tit. vbi Abb. & docto. Nec obstant ea verba entre

absentes, accipienda siquidem sunt iuxta formam iuris communis interueniente nuncio vel epistola, & sequuta acceptatione, hunc intellectum sequitur Dida. Perez ad Seguram in repetitio. d. l. filius dñi in ciuitate est nume. 75. ff. de verbo. obligationibus. Grego. Lupi in d. l. 4. glo. magna tit. 4. de donatio. par. 5. qui loquitur in donatione, Ioan. Oroscius in l. iurisdictionum. §. igitur nuda nume. 27. ff. de pact. quam sententiam doctissimi & famosissimi præceptores Hispani doctores Peralta & Ludouicus Mora viua voce dum legerent Salmaticæ, & Pinciz, sequuti sunt. [ Alij verò contrarium opinantur, Imo quòd iure regio ex pollicitatione absenti facta oriatur obligatio & actio, hi sunt Anto. Gomez tomo. 2. variarum resolu. de contractibus. c. 11. nume. 20. 6. casu, & c. 9. nume. 3. vers. 4. infero, & c. 4. nume. 2. vbi in donatione absenti facta loquitur. d. D. Couarru. in relectione. c. quamuis pactu par. 2. §. 4. nume. 15. ad fin. de pact. lib. 6. vers. & fortassis, Ferdinand. Vazquez Menchaquen. lib. 3. de successio num creatione. §. 21. nume. 43. Dida. Perez sibi parum constans in l. 3. titu. 8. lib. 3. ordinatio. col. 1046. vers. quod autem, Grego. Lupi sibi contrarius in l. 1. glo. magna titu. 11. parti. 5. d. D. Couarru. de testamen. in rubri. 3. part. nume. 14. prope finem, qui in donatione absenti facta loquitur. Mouentur ex doctrina Anto. in cap. ex parte col. vltima de censu, cui accessit Panor. in cap. qualiter de pactis per text. ibi, & in c. iuramenti. 22. quæstio. 5. ex quorum generalitate expendunt ex pollicitatione iure canonico obligationem oriri, pollicitatio enim promissio est. l. sciendum §. dictum. ff. de ædili. edi. quam sententiam latè defendit Fortu. Garfia in l. 1. col. 2. & 3. ff. de pact. authoritate Romani Pontificis in c. si tibi absenti de præbend. lib. 6. And. ab Exea idem fulcit lib. pactorum nu. 105. & sequen. vbi responder ad fundamenta communis opinionis. [ Præterea quemadmodum lex civilis potuit facere quòd hæres ad eundem hereditatem obligaretur etiam absentibus & ignorantibus, nec posset pœnitere, etiam illis non acceptantibus. l. sicut. C. de repudi. hæred. ita id potuit efficere per contractum, ut optimè considerauit Ferdinand. Vazquez Mencha. de successio num creatio. §. 21. nume. 43. [ Quid dicendum in hac controuersa & dubia quæstione? Crederè sic esse resoluendam, quod ex pollicitatione, hoc est, ex promissione absenti facta, non interueniente nuncio vel epistola, obligatur quis efficaciter iure regio, ita ut ante acceptationem reuocari non possit promissio & demum sequuta acceptatione competat absenti actio efficax aduersus promissorem, non utilis sed directæ, ut probat Anto. Gomez tomo de contractibus c. 11. nu. 18. ad finem, sed receptius est, ut competat utilis ut probabo infra ti. 16. l. 2. glo. 5. nu. 13. sed ante acceptationem nulla competit absenti actio, licet ex parte promittentis reuocari non possit, ut dixi, ut egregie resolu. d. D. Couarru. lib. 1. resolu. c. 14. nume. 13. Ferdi. Vaz. lib. 3. de successio. creatio. c. 21. nu. 43. Quod tu singulariter limita ex verbis. d. l. 2. ti. 16. de obligatio. infra hoc libro, ibi, en qualquier manera que parezca que vno se quiso obligar a otro. Ut tunc promissio absenti facta valeat, quoties promissor habuit animum se obligandi

gandi, secus autem si pollicitatio absenti facta fuit iocandi causa, post prandiu fortè, vel sui causa, aut aliàs credens forsitam ad eius notitiam non peruenituram, aut si ex alijs coniecturis iudici constiterit animum se obligandi non habuisse, atque ideo ante absentis acceptationem reuocasse. Quod iudex perpendere poterit ex qualitate pollicentis, & absentis cui pollicitatio facta fuit, vel quantitate rei promissæ, aut ex impulsua causa. Cum enim obligatio in animo consistat coniecturæ admittuntur. Vnde cum deficiente animo & voluntate obligandi non oriatur naturalis obligatio, consequens est, ut nec actio ex lege civili vel regia oriari possit, cum obligatio mater sit actionis. l. licet. §. ea obligatio. ff. de actio. & obliga. monstrum autem esset absque matre nasci filiam. [ Ex quo cauendum est ab Antonio Gomez in tomo de contractibus cap. 9. nu. 3. vers. hodie autem iure regio, dicente, quòd ex omni actu vel promissione, ex qua iure communi nulla oriebatur actio vel obligatio civilis nec naturalis, hodie oritur vtraque, nam falsum est, ut dixi, sine obligatione naturali actionem oriri, lex siquidem regia intelligitur quoties promissor animum habuit se obligandi absenti. Quod autem communiter dicitur ex pollicitatione non oriri obligationem naturalem, est propter presumptum animum pollicentis nolle se obligari præterquam Deo & reipublice secundum glo. in c. sciurus. 12. q. 1. l. 1. & l. pactum. ff. de pollicita. at presumptio legis est ipsa veritas quoad exterius forum. l. Imperatores. §. mul. er. ff. de probatio. Alcia. lib. 4. de verbo. significat. o. pagin. 195. Cailane. in consuetudini. Burgund. fo. 79. col. 4. nu. 26. Hubertinus Zuchard. in rubri. C. de pact. nu. 28. Tiraquel. in repe. l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 234. C. de reuocand. donationibus. quo ad Deum verò attenditur veritas, nec de presumptione curatur, quare pollicitationem absenti factam non seruans peccat. c. iuramenti. 22. q. 5. c. licet de voto, Panormi. in c. cum inter vnuerfas de electio. Cæterum iure regio presumptio ista tollitur, imo ex verbis promittentis ei, qui absens est, presumitur animum obligandi, iuxta. l. Labeo. ff. de suppellect. lega. nisi aliq. coniecturæ ex aduerso probentur animum obligandi elidentes, quod nota quia alibi non inuenies ita explicatum. [ In donatione inter viuos idem omnino dicendum censo, ut absenti facta valeat iure regio, nec possit reuocari, nisi ex verbis & alijs coniecturis constet animum habuisse reuocandi. Post acceptationem verò & non antea competit actio donatario contra donantem, nec opus est vlla notarij acceptatione nomine absentis, prout iure communi requirebatur, ut docet Anto. Gomez tomo de contractibus. c. 4. nu. 2. & 3. Dida. Perez in l. 3. titu. 8. lib. 3. ordinamen. col. 1051. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. part. nume. 14. in fi. Gregor. Lupi in l. 4. in glo. magna ad medium titu. 4. de donationibus. par. 5. in hæc verba, si tamen ex verbis donationis constat donantem se velle obligare, ut quia promittit non reuocare, vel iurauit, tunc personaliter obligatur absenti per legem illam, non tamen rei donatæ dominium in eum transfertur acceptatione donationis non sequuta: Et ad hoc etiam bene facit quòd respondit Deci. consil. 216. colu. vlti. hæc tenus Grego.

Lupi, quod autem Gregorius ipse antea dixerat, distinguendum censo iuxta ea quæ numer. 19. diximus, quoties ex coniecturis appareret, animum non habuisse donandi, vel se obligandi, tunc nimirum reuocari posset donatio ante acceptationem. [ In donatione autem causa mortis, de qua agimus, presentia donatarij non requiritur iuxta ius regium, potest siquidem fieri absenti, ut probat. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. part. nume. 14. ad finem, & confirmabitur morte ante acceptationem, & post mortem donantis tunc demum actio orietur, cum acceptatio sequuta fuerit, ad exemplum eorum, quæ diximus in donatione inter viuos. Iure tamen communi donatio causa mortis absenti facta absque nuncio vel epistola, vltimè voluntati comparatur omnino. Imo etiam si sit donatio inter viuos, & solemnitatem habeat vltimæ voluntatis, ut puta quinque testes vel hodie tres vicinos cum tabellione, text. est singularis in l. miles ad fororem, vbi id expendunt glo. & doctor. ff. de legatis. 2. & in l. cum pater. §. donationis eodem titu. confert text. in l. si donatio. C. de donationibus. & in l. quoniam indignum. C. de testamentis. l. 2. C. com. de legat. Ex quo infert Anto. Gomez tomo de contractibus cap. 4. numer. 18. in fine, quòd omnia disposita in vera vltima voluntate, procedent in donatione absenti facta. [ Item quòd numer. 7. diximus donationem causa mortis fieri debere per stipulationem, intellige de iure antiquo, nam iure codicis pacto nudo fieri potest, & ex tali pacto actio oritur ad exemplum donationis inter viuos, quæ pacto nudo fieri potest, ut in l. si quis argentum. §. vltimo. C. de donationibus. idem ergo erit in donatione causa mortis ex glo. singulari. & vnica in l. cum pater. §. Mevio. ff. de legat. 2. quam ibi ad hoc notant & commendant Bartol. Alberic. Bald. Paul. & Imol. idem Barto. & doctor. in l. 1. numer. 2. ff. de donationibus. causa mortis Angel. Pau. & Moderni in l. 2. ff. de legat. 1. gloss. & doctor. in l. 2. C. de iure dotium, Anto. Gomez citans concordans. in tomo de contractibus capit. 4. nume. 15. illatio. 2. eam dicunt communem Iaso in §. in personam numer. 61. & ibi Ludou. Gomez numer. 47. in situ. de actionibus. Corneus consil. 107. libr. 4. d. D. Couarru. de testamen. 3. parte rubri. numer. 14. Tiraquel. de legibus connubialibus glo. 5. numer. 8. & latius in repetitio. l. si vnquam in verbo donatione largitus numer. 20. vbi superfluentur colligit concordantes, quod hodie haud dubie procedit iure regio, iuxta text. in dict. l. 2. titu. 16. de obligationibus infra hoc lib. [ Tertio ex hac conclusione infero, filiumfamil. posse patre consentiente donare causa mortis licet testari non possit etiam patre consentiente. l. tam is. §. vltim. ff. de donationibus. caus. mort. l. final. titu. 4. part. 5. id etenim contingit ex eo quòd donatio causa mortis, quoad initium & ordinationem eius, contractui æquiparatur secundum communem doctorum sententiam supra numer. 3. traditam. [ Nec obstat, si dixeris filiusfamilias contrahere potest, & ex contractu obligari absque consensu patris, præterquam in mutuo & voto. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. differt ergo à contractibus.



bus. Respondet Iaso in. l. senium. C. qui testamen. face. poss. penul. col. consensum patris in donatione causa mortis exigi à lege propter patris præiudicium, non ad solemnitatem actus: quod tamen falsum est, quoniam ad solemnitatem & auctoritatem actus consensus patris exigitur, vt fatentur docto. communiter teste Socin. in. l. 1. §. fuit quæsitum col. 4. ff. ad Trebellian. Quo fit vt ipsi patrifamilias donare non possit filius cum non liceat ei in propria causa auctoritatem præstare, vt in. l. 1. ff. de autho. tuto. vbi glos. & Barto. huic adherent sententiæ, vt patri donare non possit filius causa mortis, quam esse communem assueverant Imol. & Socinus in dict. §. fuit quæsitum Corneus consil. 294. lib. 1. Deci. consil. 245. col. 3. & consil. 279. col. 2. & in. l. senium col. vltima. C. qui testamen. facere poss. vbi attestatur hanc esse receptam sententiam, posse tamen fieri patri ipsi donationem auctoritate iudicis, quod & Crotus voluit in. l. frater a fratre quæstio. 11. ff. de conditione indebiti, & quamuis Alexand. & Ripa in dict. §. fuit quæsitum nume. 2. & Paul. Castren. in dict. l. senium, dicens communem, contrarium voluerunt, imo quod filiusfamil. donare possit patri causa mortis cum eiusdem patris consensu, prior tñ Bar. & aliorum sententiã verior est & receptior, cum ante actum præstari debeat auctoritas secundum Imolã Alexand. & Iaso in. l. si quis michi bona. §. iustum. ff. de acquirend. heredi. d. D. Couarru. in rubric. de testamen. 3. par. nume. 7. Nec defunt qui communem hanc & receptam sententiam numer. præcedenti traditam euertere conantur, respondētque ad. d. l. tam is. §. vltimo. ff. de donationib. causa mort. vt ibi tentauit Cumanus & Ioan. Crotus in dict. l. frater a fratre col. penulti. & disputat de ea Iaso in dict. l. senium nume. 8. & 9. & Segura in repe. l. Imperator nume. 98. vsque ad numerum. 105. ff. ad Trebellianum, qui tamen non audent à communi discedere. [ Respondeo igitur. donationem causa mortis à filio familias factam, non esse omnino similem vltimæ voluntati, cum nec patris consensu testari possit, nec contrahui, quandoquidem contrahere possit filiusfamilias sine consensu patris, donare autem causa mortis non sine eius consensu, vt supra dixi, assumit ergo donatio causa mortis mediam viam, atque ideo patris consensum exigit, vt explicat optimè Socin. in dict. l. 1. §. fuit quæsitum ad fin. ff. ad Trebellian. & in dict. l. 2. ff. de lega. 1. cui accessit. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. par. nume. 7. in fine. [ Ceterum cum iuxta ius nostrum regium filiusfamilias in patris potestate existens possit, si est legitime ætatis, hoc est masculus. 14. annorum, & femina duodecim, testari, vt in. l. Tauri. 4. titu. 4. de testamentis supra hoc libro poterit, iudicio meo, absque consensu patris donare causa mortis, modò in usufructu bonorum aduentitiorum patri non præiudicet, quemadmodum nec testando potest præiudicare, vt censet Gregor. Lupi in. l. 1. §. glos. 2. titu. 1. parti. 6. dixi in dict. l. 4. titu. 4. supra hoc lib. in glos. 3. numer. 3. Probatur hæc opinio ex. l. vltima titu. 4. de donationib. part. 5. vbi regula constituitur, quòd omnis cui testari licet, poterit & donationem facere causa mortis, sed filiusfamilias potest hodie iure nostro regio testari absque patris licentia

vt in dict. l. 4. titu. 4. de testamen. supra hoc libro, poterit ergo ex causa mortis donare. Imo facilius permittitur causa mortis donatio, quam testamenti factio, vt in dict. l. tam is. §. vltimo. ff. de mort. caus. dona. Si autem respicias ad contractum similiter fieri potest à filiofam. absque patris consensu, vt in. l. tam ex contractibus. ff. de iudi. ergo idem erit, & in donatione causa mortis. Non tamen, vt dixi, poterit testando, contrahendo, vel causa mortis donando usufructui patris, quem habet à lege in bonis aduentitijs, præiudicium aliquod inferre, cum duret post mortem filij, vt probaui latius in dict. l. 4. titu. 4. supra hoc lib. glo. 3. nume. 3. [ Instruitur etiam hæc sententia ex. l. filiusfamilias §. vltimo. ff. de donatio. vbi filiusfamilias castrensia bona causa mortis donare potest sine patris consensu, quia & ex eis testari potest. l. 13. titu. 1. part. 6. l. 3. titu. 4. de donatio. par. 5. similiter ergo cum filius indistinctè testari possit poterit & fortiori ratione donationem facere causa mortis absque patris licentia, casus est in. l. Marcellus. ff. de donationi. causa mort. iuncta glos. in verbo ea etiã, cuius legis verba hæc sunt. Marcellus notat cum testamento relinquendi cui velint, adepti sunt filijfamilias milites liberã facultatem, credi potest, ea etiam remissa quæ in donatione mortis causa fieri debent, dicit glo. in verbo ea etiam, quæ de solemnitate aliàs exiguntur in filiofam. puta de consensu patris. Præterea filiusfamilias potest absque consensu patris donare inter viuos bona etiam aduentitia, in quibus patri non competit usufructus authentic. vt lice. matri & auic in princ. vbi Barto. cui subscribunt Paul. & Iaso nume. 9. versi. 2. vltra docto. in. l. senium. C. qui testamen. fac. poss. Cuma. in. l. tam is. §. 1. ff. de donatio. causa mort. Roma. num. cõsi. 512. quam opinionem communem esse proficitur Aymon Craue. consil. 92. d. D. Couarru. 3. part. rubri. extra de testamen. nume. 9. in fin. Nimirum ergo si hoc ipsum liceat ei donando causa mortis. [ Quarto inferitur ex eadem conclusione, vxorem quæ iure regio contrahere non potest, nec distrahere sine viri sui licentia, vt in. l. 2. titu. 3. de mulieribus & eorum obligatione supra hoc lib. non posse similiter causa mortis donare, cum quoad eius initium contractui comparatur, hæc fuit sententia Ancarrha. consil. 384. cui subscripsit Alex. in. l. 2. nume. 13. & ibi Socin. nume. 7. & Ripa nume. 10 hanc dicens communem opinionem. ff. de legat. 1. A. bb. consil. 40. lib. 2. Iaso. in. §. omnium nume. 29. instituta actionibus Anto. Gomez tomo de contractib. c. 4. nume. 16. illatio. 4. Alexand. Areti. & Barba. in. l. 2. ff. de verbo. obliga. Socin. consil. 112. versi. 4. difficultas lib. 1. quod repetitur consil. 172. lib. 2. Guillel. Benedicet in repetition. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nume. 35. de testament. Corneus consil. 41. lib. 1. vbi per totum consilium pro vtraque parte luculenter discutit. Tiraquel. de legibus connubialib. glos. 5. quæst. 4. numer. 75. & sequentibus. Quod potissimum procedere asserit nume. 85. si donatio causa mortis facta fuerit præsentis & stipulanti, qua in specie in omnibus accedit contractui secundum Imol. in. l. vlt. hereditibus, versi. item attende. ff. de legat. 2. & Deci. consil. 197. col. 2. quod hac in specie obseruat Grego. Lupi in. l. vlt. titu. 4. de donationib. part. 5. in verbo donationes in fine

fine, dicens secus esse in donatione, quæ fit sine stipulatione vel pacto, quia tunc magis accedit vltimæ voluntati, vt colligitur ex verbis Bal. in. l. 1. C. de dona. cau. mor. [ Contrarium tamen voluit Ludo. Roma. in. l. 2. ff. de verb. obli. & Iaso. optimis rationibus in. l. 2. nu. 13. & seq. ff. de lega. 1. quas refert alijs additis Tiraq. de legi. cõnub. glo. 5. nu. 64. vsque ad nu. 74. Quarum præcipua est, quia licet adultus curatorem habens non possit absque eius auctoritate contrahere. l. si curator est habens. C. de in integ. resti. l. 4. in fi. ti. 11. de stipulationi. par. 5. non tamè prohibetur donare causa mortis absque eius auctoritate, secundum Bal. & Alex. in. d. l. si curatorem habens, idè voluit Bald. in. l. 1. in prin. ff. de tutel. & ratio. distra. Ioã. de Ana. in. c. quia ex omnibus col. 15. q. 4. extra de vsu. Iaso in. d. l. 2. nu. 12. ff. de lega. 1. Alcia. in. l. 2. in prin. nu. 11. ff. de verb. obligat. & iterum in lib. 3. de verb. signi. in. §. axiomate Anto. Rub. cõsi. 27. in fi. quorum sententiã receptior est, cõtra Bal. Tamè quòd minor curatorem habens nõ possit donare causa mortis absque eius auctoritate tenuit ipsemet Bald. sibi contrarius & Alex. Areti. Ripa & Cremes in locis à Tira. citatis de legib. connub. glo. 5. nu. 83. quibus ipse Tira. assentitur, sed tu tene opinionem Bal. [ Nam & pupillus sine curatoris auctoritate libere testari potest, imo & eo inuito & reluctante, idque etiã in rebus immobilibus. l. Aurelio. §. Cayus iuncta glo. ff. de libe. lega. l. si frater. C. qui testa. face. poss. glo. Barto. Ange. Imo. Cuma. Alex. & ceteri in. d. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebe. Bal. in. l. 1. ff. de tutel. & ratio. distra. l. cum pater. §. curatoris. ff. de lega. 2. Bal. & alij in. l. si frater. C. qui testam. face. poss. Bal. in. l. 1. in prin. ff. de reb. eorũ, & in. l. 2. C. quan. decreto opus non est, Bal. & Sali. in. l. ea lege. C. de condi. ob. caus. Alex. cõsi. 215. col. 1. lib. 6. Deci. in. l. vlti. C. de pact. Marfil. singu. 465. Alcia. in. l. verba contraxerunt. ff. de verbo. signi. Guill. Bened. in rep. c. Raynutius in verbo Adiecta impuberi nu. 90 de testam. §. cum ergo insti. qui. ex cau. manu. nõ licet Tira. in. l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 204. C. de reuocã. dona. Quod potissimum obtinere credimus in donatione causa mortis, quæ liberius facilius quæ reuocari potest, quã testamentũ, nempe sola poenitentia reuocatur. §. 1. in fi. de dona. l. si. tit. 4. de dona. par. 5. l. non omnis. ff. si cer. peta. testamentum autè nõ nisi aliud fiat testamentũ æquè solemne vt in. §. ex eo solo insti. qui. mod. testa. infirm. Tira. de legi. cõnub. glo. 5. nu. 73. diximus supra hoc lib. tit. 4. de testamen. l. 1. glo. 10. nu. 5. & 6. [ Mulier igitur quæ sine auctoritate & licentiã viri contrahere nequit, non tamen ex hoc prohibita cõsuebitur donare causa mortis, sicut nec testari prohibetur, huius sententiæ author fuit Roma. in. l. 2. ff. de verbo. obli. & post eum id voluit Soci. ibi col. 1. conclusio. 4. & Alcia. ibidem nu. 11. & Iaso. in. l. 2. nu. 13. ff. de lega. 1. cum pluribus seq. Soci. consil. 121. lib. 1. & consil. 150. versi. 2. principaliter eodem lib. 1. Ant. Rub. consil. 27. in fi. Alcia. lib. 3. de verbo. signi. axiomate 3. quorum sententiã libenter accedo, nõ admittes Grego. Lupi distinctionem in. d. l. vlti. tit. 4. par. 5. in verbo donationes in fine ex rationibus superius adductis, et quia tex. ille in. l. vlti. prope finem iuncta. l. Marcellus. ff. de donatio. causa mort. hoc ipsum probare videtur, cum ait, omnis qui testari potest, poterit & mortis

causa donare. Sed vxorem posse absque viri licentiã testari nemo ambigit, eũ non sit prohibita. l. ab ea parte. ff. de proba. l. si quæ rainus & ibi docto. ff. de testam. l. 13. titu. 1. de testamentis part. 6. cuius verba sunt. Todos aquellos aquien non es defendido por las leyes de este nuestro libro, pueden hazer testamento. E los otros que no le pueden hazer son estos &c. Poterit ergo & fortiori ratione donationem causa mortis facere, vt constat ex dictis legibus. Imo facilius permittitur cuiuspiã donare causa mortis, quã testari, vt in. l. tam is. §. vlti. ff. de dona. cau. mor. diximus supra nu. 24. 27. & sequentibus. [ Quid ergo respondebimus in specie tertiã & 4. illationis supra nu. 24. & 29. traditæ, ad ea quæ diximus in. 1. cõclusionem nu. 3. memorata? Vbi communem esse resolutionem probauimus, donationem causa mortis in his, quæ eius initium & ordinationem concernunt accedere potius contractibus, quã vltimis voluntatibus; At quòd filiusfamilias vel vxor possint vel non possint causa mortis donare, ad initium donationis spectat, quia antequam donatio fiat, inquirendum est auferri possit necne, & an auctoritate patris vel mariti fieri debeat, arg. tex. in. l. si quæramus. ff. de testamen. quomodo ergo in filiofam. & in vxore resoluimus idè absque vlla licentiã posse donare causa mortis, quia absque dicta licentiã iure regio eis testari permittitur, arguendo ex. d. l. vlti. tit. 4. par. 5. & d. l. Marcellus? Respondeo hos duos casus sub alia regula & conclusione esse situandos & collocandos, vt colliges ex conclusione sequenti. [ Secunda conclusio donatio causa mortis respectu causæ efficientis, & sic quoad facultatem donandi æquiparatur vltimæ voluntati, in qua traditione duas cõstituo regulas. Primã qui testari nõ potest nec causa mortis donare. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio distrahen. l. discretis & ibi notant Alexand. & Moderni. C. qui testamen. face. possunt, hæc regula solũ procedit in prohibitis testari ex defectu nature secundum Imol. & Ripã nume. 12. in. d. l. 2. ff. de lega. 1. & Iaso in. d. l. discretis nume. 3. C. qui testamen. face. poss. & in. l. senium nu. 8. vbi limitat eod. tit. Secundam regulam affirmatiuam quicunque testari potest, poterit & causa mortis donare. l. Marcellus. ff. de dona. cau. mor. l. vlti. ad fi. titu. 4. de dona. par. 5. sub hac vltima regula comprehenduntur dictæ duæ species filijfamilias & mulieris nuptæ nu. 24 & 29. traditæ. [ Ex hac secunda conclusione inferitur ad quæstionem de vsurario manifesto, quam discutit docto. in. l. 2. ff. de lega. 1. & alibi sepe, nempe vsurarius manifestus testari prohibetur, nisi præstita satisfactione de restituendis vsuris. c. quanquam. §. vlti. de vsur. in. 6. quæritur an possit mortis causa donare præstita similiter satisfactione prædicta? & Bal. in. l. executorẽ nu. 11. C. de executione rei iudi. existimat posse, ea ratione ductus, quia contractui comparatur quoad eius initium & ordinationem, vt supra nume. 3. resoluimus, cui accedit Imol. dubius tamen in. l. tam is in prin. ff. de mor. cau. dona. Deci. consil. 196. Philip. Probus in dict. c. quanquam numer. 15. estque communis opinio teste Ripa in. l. 2. nume. 7. & 8. ff. de lega. 1. & verior secundum Soci. ibi nume. 9. quibus videtur accedere. d. D. Couarru. præmissa distinctione in rubri. extra de testamen. 3. par. nume. 11. [ Sed glo. in dict. c. quanquam

quamquam tenet textum illum procedere in qualibet  
ultima voluntate, quam sequuntur docto. communi-  
ter, vt fatetur Imol. in d. l. tam is. ff. de dona. cau. mort.  
Ex quo idem Bal. sibi contrarius confi. 294. lib. 2. respō-  
dit, donationem causa mortis à manifesto vsurario fa-  
ctam non seruata solemnitate & forma canonis nullā  
esse, idem voluit Lopus allegatio. 125. Laurenti. de Ro-  
dulphis in tracta. de vsur. q. 100. Ioan. de Ana. in capi-  
tula in omnibus col. 16. de vsur. Franc. in rub. de testa-  
men. in. 6. nu. 34. à qua opinione recedendum non esse  
assueerat Soci. in d. l. 2. nu. 6. ff. de lega. 1. eo quod fauo-  
re anime constitutum fuerit in concilio generali, ne  
vsurarius absque satisfatione testari possit, vt in d. c.  
quamquam, vnde nimirum si extēdatur ad mortis cau-  
sa donationem. [ Hanc vltimam opinionem admittit  
d. D. Couarru. d. 3. par. rub. de testamen. nu. 11. quando  
ab vsurario fit donatio causa mortis omnium, vel ma-  
ioris partis bonorum, tunc ait presumi in fraudem ca-  
nonis factam, vel quando fit in testamēto, quia co ipso  
ultima voluntas verē iudicatur & non contractus se-  
cundum Soci. & Ripam. d. l. 2. ff. de lega. 1. Domi. in d.  
c. quamquam. §. vlti. post Paul. Lapum, & Imol. ibi, de  
vsur. in. 6. quibus accedere videtur Abb. confi. 40. nu.  
2. Quod limitat procedere, quando nec donatarij nec  
notarij eius nomine intercessit stipulatio, nam si stipu-  
latio intercessit, donatio causa mortis in testamento  
facta, vt contractus erit censenda secundum Deci. cō-  
sil. 196. [ Sed iudicio meo hæc vltima opinio verior  
est, & receptior nulla admisa distinctione, vt donare  
possit causa mortis præstita satisfatione de restituendis  
vsuris non aliās, quia quoad causam efficientem,  
donatio accedit vltimæ voluntati, vt probaui supra  
eo. nume. 34. Cui enim testari permittitur cum aliqua  
qualitate, prout vsurario manifesto permittitur præ-  
stita satisfatione, de qua in d. c. quamquam, permitte-  
tur etiam donare causa mortis cum eadem qualitate,  
vt colliges ex d. l. Marcellus. ff. de mor. caus. dona. ar-  
guendo à fortiori vel a contrario sensu, quod validissi-  
mum est, vt in l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius cui mand.  
est iuri. dicitur enim ibi, quod filiusfamil. cui testari  
permittitur de bonis castrensibus absque patris con-  
sensu, poterit & eadem bona castrensia donare, cui vo-  
luerit causa mortis, & remissa censetur solemnitas  
quæ in huiusmodi donatione à filiofamil. fienda exi-  
gebatur, hoc est, patris cōsensu & autoritas, vt in d.  
l. tam is. §. 1. ff. de mor. cau. dona. Sic & vbi permittitur  
alicui testari cum aliqua qualitate, non censetur ei  
remissa ea qualitas in donatione causa mortis, cum vlti-  
mæ voluntati hoc casu potius accedat, quàm contra-  
ctui, vt dixi dist. nume. 34. [ Tertia conclusio, dona-  
tio causa mortis quoad effectus vltimæ voluntati ac-  
cedit. l. vltima. C. de donatio. caus. mort. ibi, & om-  
nes effectus sortiat, quos vltimæ habent liberalita-  
tes, nec ex quacunque parte absimiliseis intelligatur  
§. 1. in situ. de donatio. l. illud. ff. de mort. caus. donat.  
ibi, quodcunque igitur in legatis iuris est, id in mor-  
tis causa donationibus erit accipiendum, & in l. vlti-  
ma titu. 4. de donationi. par. 5. Bald. doctissimè in l.  
2. ff. delegat. 1. quem ibi omnes sequuntur teste Ripa  
ibidem nume. 15. vbi Iaso duodecim congerit decisio-  
nes sub hac regula compræhensas nume. 19. & sequen-

tibus, eam etiam communem esse attestatur. d. D.  
Couarru. in rubric. extra de testamen. 3. part. nume.  
40 15. & alibi sepè doctōr. [ Ex qua conclusione plura  
deducuntur, primùm quemadmodum in legatis trā-  
sit dominium ipso iure in legatarium à morte testa-  
toris absque vlla traditione, vt in l. à Titio in fin.  
ff. de furt. & in l. si tibi homo. §. cum seruus & ibi  
doctōr. omnes. ff. de legat. 1. l. 34. titu. 9. delegatis par. 6  
ita & in donatione causa mortis, transit enim domi-  
nium rei donatæ post mortem donantis in donata-  
rium absque vlla traditione, vt in l. 1. in fin. cum. l. se-  
quenti. ff. de Publicia. & ibi glos. Bald. Angel. & ceteri  
ri interpretes, Paul. Castr. in l. si mortis causa res do-  
nata. ff. de mor. causa donati. Ioan. de Ana. in capit.  
quia in omnibus colu. 15. de vsuris Ioan. Lupi in re-  
peti. rubri. de donationib. inter virum & vxorem. §.  
77. nume. 2. Bald. Paul. Alexand. & Iaso nume. 19. in  
l. 2. ff. de lega. 1. d. D. Couarru. in rubri. extra de testa-  
ment. 3. part. nume. 15. Roman. Cuman. & alij doctō-  
res in l. 1. ff. de donationib. cau. mort. Bald. in l. cum hī  
1. lectura fin. col. ff. de transactio. & in l. si mortis. C.  
ad l. Falcid. Angel. de Aretio in §. 1. in fin. institu. de  
donationi. & Rolandinus & eius additionator in tra-  
cta. de donationibus causa mortis finali col. nume. 19.  
Anton. Gomez in tomo de contractibus capit. 4. nu-  
me. 17. & doctōr. vbi que. [ Quod si res donata tradi-  
ta fuerit donatario in vita donantis, statim transfer-  
tur dominium vt in l. senatus in princip. ff. de dona-  
tionib. caus. mortis, & in l. si mortis causa res donata  
est & l. sequen. cod. titu. Ripa in l. 2. numer. 15. ff. de le-  
ga. 1. d. D. Couarru. in rubri. extra de testamen. 3. par.  
nume. 16. & iterum. 2. part. in fine, Deci. in l. non om-  
nis nume. 14. versicu. & maximè. ff. si cer. pcta. per tex.  
in l. 1. C. de donationi. caus. mort. Redit tamē ad donā-  
tē eo ipso, quod causa donandi cessat, vel ipsa donatio  
perit & euanescit, saltem quoad vtilem actionem in  
rem. d. l. si mortis causa res donata, & l. sequen. ff. de  
donationib. caus. mortis vbi Barto. & Paul. Castr. in  
l. Seya cū bonis suis. ff. eod. tit. Cui ob stare videtur  
tur quod non lucratur donatarius fructus, sed eos re-  
stituit, vt patet ex his, quæ dicam infra hac eadem le-  
ge glos. 3. nume. 10. & sequen. vbi satisfaciam. [ Secun-  
do cōueniunt legata & donationes causa mortis, quia  
sicut in legatis est locus iuri accrescendi, si sint cōiūcti  
legatarij, vt notatur in l. re coniuēti per Bar. & doctō.  
ff. de leg. 3. ita etiā & in donatione causa mortis locus  
erit inter coniuētos iuri accrescendi. l. vnica. §. vlti.  
vbi Bar. & alij. C. de cadu. tollen. Bar. & ceteri in d. l.  
re coniuēti in fi. secus in contractibus, in quibus cō-  
iunctio non sufficit, vt oriatur ius accrescendi, præter  
quæ in vsufructu. l. 1. ff. de vsuf. accrescē. Bar. & doctō.  
in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. quod latè exa-  
minat Ant. Gomez lib. varia. reso. tomo. 1. c. 10. nu. 1. 2.  
3. & 4. hanc sententiā tenent Imol. & Iaso in l. 2. nu. 20  
ff. de lega. 1. Bar. in l. re coniuēti nu. 69. Iaso ibidē nu.  
251. & Ioan. Crottus nu. 145. ff. de lega. 3. Anto. Gomez  
de vltimis voluntatibus. c. 10. nume. 7. & iterum de cō-  
tractibus. c. 4. num. 17. ad fi. Guill. Benedic. in repeti.  
cap. Raynutius in verbo testamentum. 4. nume. 39. de  
43 testament. [ Tertio conueniunt, quia sicut de lega-  
tis detrahatur Falcidia, ita & de donatione causa  
mortis

mortis, vt in l. si mortis. C. ad l. Falcidiam. l. cum  
pater. §. eorum. ff. de leg. 2. glo. in l. in donationibus &  
ibi Bal. Sali. & alij. C. ad l. Falcid. Roma. conf. 45. Bar.  
plenè & doct. in l. 1. §. item si ita. ff. ad l. Falcid. & in l.  
qui precio. ff. de dona. cau. mor. Iaso. in d. l. 2. nu. 25. ff.  
deleg. 1. Guill. Bened. d. verbo testamentum. 4. nu. 40.  
Anto. Gom. de contractibus. c. 4. nu. 17. vers. 3. infero  
d. D. Couar. in d. rub. de testam. 3. par. nu. 20. vbi id in-  
telligit, quando donatio causa mortis fit in testamen-  
to vel codicillis, non autem si fiat extra testamentum  
vel codicillos, ex d. l. in donationibus iuncta. l. dona-  
tiones quas parentes, §. pen. C. de dona. int. vir. & vx.  
ex his quæ notat Ioan. Annibal in l. post contractum  
nu. 348. ff. de donatio. Sed tu considera, quod iura quæ  
allegat dom. Did. Couar. loquuntur in donatione inter  
virum & vxorem, vt ex d. l. donationibus & d. l.  
donationes quas parentes, constat: ex qua nimirum  
non detrahatur Falcidia, nisi in testamento, vel codi-  
cillis donatio fiat, quia tunc donatio assumit naturā,  
& vim vitimæ voluntatis, vt dixi supra nume. 37. per  
leges supra citatas. In donatione autem causa mortis  
secus esse videtur, quomodo cūque enim fiat, postquā  
facta est, legato comparatur iuxta communem sentē-  
tiam, vt dixi supra num. 39. atque ideo ex ea Falcidia  
detrahatur, sicut ex legato, nec aliter distinguunt doctō-  
res in hac specie loquentes, sed indistinctè loquuntur  
per l. si mortis. C. ad l. Falcid. & l. 2. & fi. C. de dona-  
cau. mor. & l. cum pater. §. eorum. ff. de lega. 2. [ Quar-  
to conueniunt, quia donatio causa mortis sicut & le-  
gatum valet absque insinuatione etiam si summā quin-  
gentorum solidorum excedat, vt in l. vlt. C. de dona-  
cau. mor. dicam latius infra eadē l. glo. vlt. numer. 9.  
Quinto, quia quemadmodum in legatis sub conditio-  
ne negatiua relictis habet locum cautio Mutiana, vt  
in l. Mutianæ cum similibus. ff. de condi. & demonst.  
veluti si quis legat aliquid sub conditione, vt legatari-  
us capitoliū nō ascēdat, ne uē dotē repetat, cū huius-  
modi conditiones impleri non possint vt que ad vlti-  
mum vitæ spiritum, vt quis possit consequi legatum an-  
te conditionis implementū, debet cautionē prestare  
Mutianā de nō ascēdēdo capitoliū vel de non repetē-  
do dotem. Hæc eadem cautio præstat in donatio-  
ne causa mortis sub negatiua conditione facta, vt  
in authent. de nupti. §. præfatæ autem, collatione. 4.  
Ex quo id expendit Bald. in auth. cui relictum. 8. no-  
tab. C. de ind. vidui. tollen. quem ceteri sequuntur, Iaso.  
in d. l. 2. nu. 23. ff. de leg. 1. Anto. Gomez tomo. 2. va-  
ria. resolu. de contractibus. c. 4. nu. 18. illatio. 5. Guill.  
Bene. in c. Raynutius in verbo testamentum. 4. num.  
40. de testam. In contractibus autem huic Mutianæ  
cautioni locus non est, vt notatur in l. 1. C. de pact. &  
in l. siue apud acta. C. de transactio. & ibi glos. & do-  
cto. [ Sexto conueniunt, quia quemadmodum in vlti-  
ma voluntate impossibilis conditio rejicitur de dis-  
positione, vt in l. 1. ff. de condi. insti. & in l. 2. ff. de con-  
di. & demonstra. cum similibus, ita & in donatione  
causa mortis, vt in l. quæ sub conditione. §. hoc editū  
ff. de condi. & demonstra. quem tex. cōmendat. Bal.  
Imol. & ceteri interpretes in l. 1. eiusdem tituli Imol.  
& doct. in l. impossibilis. ff. de verb. oblig. Ant. Gom.  
tomo de contractibus. c. 4. nu. 18. illatione. 7. Secus est

in cōtractibus. l. impossibilis. ff. de verbo. oblig. Guill.  
Bene. in d. c. Raynutius verbo testamentū. 4. nu. 39. de  
testam. Ripa in l. 2. nu. 5. in fi. ff. de lega. 1. Septimò ca-  
pacitas vel incapacitas donatarij causa mortis inspicit  
tur tempore mortis donantis, sicut in vltima volunta-  
te. l. in mortis causa donationibus, & ibi notant glo.  
& doctō. ff. de dona. cau. mor. Anto. Gom. d. c. 4. nu.  
46 18. illa, 8. in d. tomo de contractibus. [ Octauo cōue-  
niunt donatio causa mortis & legatum, quia facta le-  
gatum alienatione volūtaria per testatorem facta rei  
legatæ reuocatur, & non per alienationē necessariā,  
vt in l. rem legatā & ibi doct. ff. de adimen. lega. l. fidei  
cōmissa. §. si rem. ff. de lega. 3. l. 17. tit. 9. de legatis par. 6.  
Et si alienatio rei legatæ fiat donando eā rem alteri vo-  
luntariè vel ex causa necessaria, reuocatur indistinctè  
legatum, quia in necessitatibus nemo liberalis existit,  
vt in d. l. rem legatam, & in l. 40. ti. 9. par. 6. Quæ sen-  
tentia procedit etiā si alienatio voluntaria rei legatæ  
inutilis sit, vt in l. legatum, §. pater hortos. ff. de adim.  
lega. atque etiā si rem legatam post alienationem testa-  
tor redemerit. l. cū seruus, vbi Bar. notat. ff. de adim.  
lega. Ang. Paul. & Ias. in l. qui post. C. de lega. Nec re-  
fert, an legatū sit expresse factum an tacitè, quia vtro-  
que casu per alienationem voluntariam etiā inutilem  
reuocatur secundum Imol. Alex. & Areti. in l. seruum  
filiij. §. si idē seruus. ff. de lega. 1. licet ibi dissentiant An-  
47 ge. Paul. & Iaso. [ Ita & donatio causa mortis spirat  
per alienationem voluntariam rei donatæ. l. illud. ff. de  
dona. causa mortis Dyn. in l. Stichū qui meus erit. ff.  
delega. 1. quem ibidem sequuntur Bald. Imol. Rapha.  
Areti. Alex. & Ias. num. 28. & sequen. vbi hoc confir-  
mat pluribus rationibus & autoritatibus, idem Ias.  
in l. qui post. C. de lega. Alex. & Iaso. nu. 21. in d. l. 2.  
ff. de lega. 1. Hypo. l. lingu. 136. Alcia. eam dicens com-  
munem in l. non omnis. ff. si cert. pcta. contra Decijū  
ibi, Ant. Gomez de contractibus. cap. 4. num. 18. illa-  
tio. 16. Cassane. in consue. Burgun. rub. 7. §. 1. in verbo  
ne ordennace nu. 4. dom. Did. Couarru. in rub. extra  
de testam. par. 3. num. 19. Vbi hanc receptam sententiā  
limitat procedere in dispositione speciali alienationis  
rei donatæ, secus si dispositio alienationis sit generalis  
vel vniuersalis, veluti si facta donatione causa mortis  
alicuius rei. fiat postea generalis heredis institutio, nō  
enim cēsebitur ex hoc derogatū donationi causa mor-  
tis, Atque idem dicendū erit in qualibet alia generali  
alienatione, vt respondit Areti. conf. 74. col. pen. cui  
48 subscripsit Aimon Sabillia. conf. 144. nu. 10. [ Nono  
conueniunt, nam sicut mulier nubens infra annum lu-  
ctus non potest ab extraneo capere in vltima volun-  
tate, ita nec per donationem causa mortis, licet per do-  
nationem inter vivos capere possit. l. 1. cum gloss. in  
verbo donationem & ibi Bald. expendit. C. si secun-  
do nupserit mulier, similis in l. cum hi. ff. de transact.  
Iaso. in d. l. 2. numero. 22. ff. de legatis. 1. Guill. Benedi.  
in cap. Raynutius in verbo testamentum. 4. nu. 39. de  
49 testament [ Decimo sicut rupto testamento per con-  
tra tabulas conseruantur legata relictā coniuētis per-  
sonis per titulum. ff. de legatis præstan. ita & con-  
seruatur donatio causa mortis. l. 3. in prin. & ibi Bar.  
ff. de legatis præstan. Iason in dicta. l. 2. numero.  
26. ff. de legatis primo. Vndecimo sicut patronus

acceptas legatum repellitur a bonorum possessione contra tabulas aduersus testamentum liberti. l.2. C. de bon. poss. con. tab. ita & acceptans donationem causa mortis. l. si vero. §. seruo & §. sed si mortis. ff. de bon. libert. Duo decimo, sicut in codicillis non potest directo relinqui hereditas, ita nec in donatione causa mortis. l. licet inter priuatos & ibi Bar. Ias. & alij. C. de pact. Ias. in. d. l. 2. nu. 29. ff. de leg. 1. [Decimo tertio, actio competet ex donatione causa mortis, licet verum stricti iuris sit, in pluribus in actioni bonæ fidei æquiparatur, vt in l. Seya in prin. & ibi gl. singularis in verbo constituto. ff. de don. cau. mor. quæ ibi sequuntur & commendat doctores, & Rom. singul. 117. Ias. in §. actionum nu. 14. in l. de actio. Dec. in. c. cū venerabilis nu. 12. in fi. extra de exceptio. Ias. in. d. l. 2. nu. 24. ff. de leg. 1. d. D. Couar. in rub. extra de testam. 3. par. nu. 18. sicuti in actione ex testamento, quæ competit per legatis, licet enim sit stricti iuris, in multis in bonæ fidei esse cõsetur. Nepe, quia fructus & accessiones veniunt a tempore mortis, sicut in alijs bonæ fidei iudicijs. l. in minorum vbi gl. & de et. C. in qui. cau. in integ. restitui. non est necessaria, Bar. in. l. si hæres. ff. de eo quod cer. loco Ias. & Couar. vbi supra Guill. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nu. 38. de testam. [Cuius occasione inuestigare oportet, quæ actio competit pro donatione causa mortis (nã pro legato certum est tres competere actiones, ex testamento, rei uendicatione, & hypothecaria. l. 1. C. comu. de lega. l. 26. ti. 13. de pignori. par. 5.) Doctores cõmuniter asserunt actionem ex testamento competere, si donatio causa mortis fiat in testamento vel codicillis. l. 1. C. de dona. cau. mor. si verò fiat, extra testam. vel codicillis per stipulationem, competit actio ex stipulatu, si fiat pacto nudo, competit cõdictio ex lege si quis argētū. §. vlti. C. de donatio. in quo videtur, cõtractui simile esse vt aduertit Sali. in. d. l. 1. C. de dona. cau. mor. Deci. cõf. 196. ad fi. Guill. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo testam. 4. nu. 37. de testam. d. D. Couar. d. 3. par. rub. de testam. nu. 17. [Quinimo asserunt præfati doctores, dempto Benedicto, quod si donatio causa mortis fiat, in testamento accedente stipulatione, vt cõtractus iudicatur, & competit actio ex stipulatu, non actio ex testamento, vt censet Bar. in. l. tã is. §. vlt. ff. de dona. cau. mor. siquidẽ & in testamento cõtractus fieri potest, gl. Bar. & alij in. l. hæres palã. ff. de testam. Bar. in. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. Rom. conf. 513. est quæ cõmunis opinio teste Nico. Boerio decisio. 353. col. 2. Rom. conf. 171. Tiraq. more solito plures addit concordantes, & quaerit an cõtractus reuocari possit, & an rupto testamento valeat, de legib. connub. glo. 5. nu. 101. 102. & 103. idẽ voluit. d. D. Couar. eo non citato. d. 3. par. rub. de testam. nu. 17. [Nec competit tacita hypotheca. l. 1. C. comu. de lega. pro donatione causa mortis, cū hoc non sit iure expressum, vt Bal. censet cõf. 248. li. 5. quæ sequitur Ripa in. l. 2. ff. de lega. 1. nu. 16. du bitas tñ, d. D. Couar. 3. par. rub. de testam. nu. 17. in fi. Sed ad hæc omnia respondere licebit, actiones pro donatione causa mortis solũ differre nomine ab actionibus, quæ pro legato competunt, sed non effectum, cū omnes instar habeant bonæ fidei, licet sint stricti iuris, vt supra nu. 50. diximus. Et si dixeris hypothecariã plures habere effectus, qui personali non competunt, fateor, sed

hoc respicit confirmationem donationis causa mortis non esse effectum, sed quoad confirmationem cõtractui cõparatur, cū aditio hereditatis necessaria non sit ad eius confirmationem, vt in sequenti conclusione resoluam. At pro legatis, vbi aditio hereditatis necessaria non est ad eorum confirmationem, prout sit hodie stãte lege regia. 1. tit. 4. de testamentis supra hoc lib. non competit hypothecaria, nec actio ex testamento, sed cõdictio ex lege, quod tamen latẽ ibi examinamus gl. 14. nu. 17. 18. & 19. & ibi aliter resoluim⁹, quare hic non repeto. rei uendicatio autẽ proculdubio competit pro donatione causa mortis, quandoquidẽ rei donatæ dominium relictum a morte donantis in donatariũ absque vlla traditione, vt in. d. l. 2. ff. de Publicia. in re actio, cū traditis supra hac gl. nu. 41. ex quo id asseruerat Guill. Bene. in rep. c. Raynutius in verbo testamentum. 4. nu. 39. vers. actio autẽ extra de testamen. [Decimo quarto conueniunt, quia sicut testari non potest minor, 14. annorum, vt in prin. insti. qu. 1. b. non est perm. face. testamen. ita nec ei licebit donare causa mortis. l. 1. in prin. ff. de tutel. & ratio, distia. Guill. Bene. d. verbo testam. 4. nu. 9. [Decimo quinto, quemadmodum in agnoscens legatum in testamento relictum nequit, illud improbare, vt in. l. nihil. ff. de inoff. testam. ita & non poterit donatarius causa mortis testamentum impugnare, si donationem mortuo donatore acceptauerit, etiã a testamento separatã, casus est singularis in. l. si verò §. si seruo vers. sed si mortis. ff. de bon. libert. Guill. Bene. in. d. c. Raynutius verbo testam. 4. nu. 40. de testam. [Decimo sexto, quemadmodum minor, 25. annis, qui fecit testam. non potest aduersus, illud in integritate restitui, vt notatur in. l. Aurelius. §. Cayo. ff. de libera. lega. ita nec cõtra donationem causa mortis, sicut cū Bal. in. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio, distia. Bene. d. verbo testam. 4. nu. 4. Ripa in. d. l. 2. nu. 16. ff. de leg. 1. [Decimo septimo conueniunt, quia a donatario causa mortis legari vel fideicomitti potest, sicut a legatario. l. cū pater. §. 1. ff. de leg. 2. Ripa in. d. l. 2. nu. 16. ff. de leg. 1. imo etiã secundum cū donatario causa mortis substitui potest eo modo, quo declarat Bar. in. l. si cui mortis. ff. de dona. cau. mor. tex. in. l. vt heredibus. ff. de leg. 2. ex plicat melius Ant. Gom. in tomo de cõtractibus. c. 4. nu. 18. illatio. 5. alias cõuenientias colliges ex superius traditis, quas curiosus lector facile adinueniet. [Quarta & vltima conclusio, donatio causa mortis quoad eius cõfirmationem cõtractibus potiusquam legatis accedit secundum cõmunem sententiam doctorũ, nã legata requirunt hereditatis aditionem, vt plenẽ cõfirmetur. l. nemo. ff. de reg. iur. l. eã quã. C. de fideicõ. donatio verò causa mortis sola morte absq; aditione cõfirmatur glo. in. l. post legatũ. §. pen. ff. de his quib. vt indig. & ibi Bar. Alex. in. l. 2. col. 2. ff. de leg. 1. & in. l. qui Romã. §. Flavius numero. 10. ff. de verbo. obliga. Imol. in. l. vltim. ff. de donatio. cau. mor. Paul. a Montepico in. l. in quartã col. 21. ff. ad. l. Falcid. Ripa in. l. 2. nu. 18. ff. de leg. 1. Dicens post Imol. in. d. l. vlt. ff. de dona. cau. mor. hoc procedere, vbi donatio fit extra testamentum, nam si in testamento fiat, aditionem hereditatis requirit, atque ita intelligendam esse communem assertionem attestatur Imol. & Ripa in locis paulo ante citatis, & d. D. Couar. in. 3. par. rub. extra de testamen. nu. 22. quamuis

uis dubitet Imol. in. d. l. 1. ff. de don. cau. mor. & Ioã. de Anan. in. c. qui in omnibus col. 14. de vsur. Eo autẽ casu, quo aditio hereditatis necessaria non est, donatarius agere debet aduersus curatorem hereditati iacenti datũ, vel contra heredes legitimos ab intestato, vt inquit Bal. in. l. cū virũ. C. de fideicõ. Ripa. d. l. 2. nu. 18. ff. de leg. 1. d. D. Couar. d. 3. par. rub. de testa. nu. 22. Soci. in. l. 1. nu. 14. ff. de leg. 1. qui optimẽ loquitur, diximus supra hoc li. ti. 4. de testam. l. 1. gl. 14. nu. 12. & seq. [Iure autẽ regio quoad cõfirmationem donatio causa mortis accedit vltimẽ voluntati, vltima enim quæque voluntas cõfirmatur morte, nec ad eius cõfirmationem vllam exigit aditionem hereditatis, vt in. d. l. 1. ti. 4. de testa. supra hoc lib. vbi dixi in glo. 14. ita & donatio causa mortis etiã si in testamento fiat, morte sola cõfirmatur, etiam si aditio hereditatis non fiat ab herede instituto vel a venientibus ab intestato, vt dixi in. d. glo. 14. nu. 5.

GLOSS. III.

- 1 Donatio causa mortis sola pœnitentia reuocatur, etiã si fuerit acceptata.  
Donatio causa mortis non est perfecta ante mortem donatoris, ibidem.
- 2 Donatio causa mortis per stipulationem vel pactum facta, etiã traditione sequuta sola pœnitentia reuocatur  
Donatio causa mortis quot testibus reuocatur? & quare, secus in testamento? ibidem.
- 3 Donatio causa mortis reuocatur si prius decesserit donatarius.
- 4 Donatio causa mortis reuocatur presenti facta per reuocantem, vel periculi euasione in quo erat tempore donationis, secus si eo tempore non erat in periculo.
- 5 Donatio causa mortis absenti facta vltima voluntati in omnibus comparatur, quare per conualescentiam non reuocatur sicut nec testamentum.  
Donans causa mortis presumitur se potius velle habere rem quam donatarium, ibidem.
- 6 Donatio causa mortis alienatione rei donatæ reuocatur  
Donatio causa mortis an reuocatur propter inimicitias superuenientes? ibidem.
- 7 Donatio causa mortis reuocatur per professionem donantis quæ morti comparatur.
- 8 Donatio causa mortis reuocatur ex aliqua causa ex supra dictis si ita conueniat.
- 9 Donatio causa mortis reuocata, an reuertatur ipso iure dominium in donantem.  
Dominium ubi transit ex solo titulo absq; traditione, eodem modo retrahitur facta resolutione cõtractus, ibi.
- 10 Donatio causa mortis reuocata an fructus lucretur donatarius rei in vita sibi tradita?
- 11 Fructus percipiens de voluntate domini, vt in precario & commodato an restituere teneatur.
- 12 Fructus an lucretur is, cui facta est traditio ex cõtractu condicionali conditione pendente, si postea deficiat conditio? & num seq.
- 13 Donatarius causa mortis re tradita in vita donantis efficitur rei donatæ dominus.  
Fructus acquisitionem non præstat titulus reuocabilis ibi.

Cõditione deficiente res restituenda est cū fructibus, ibid.

O retenerla para si quis siere. Nota ex lege ista, quod donatio causa mortis potest per pœnitentiam reuocari, vel eadẽ rem donando alteri, vel sibi retinendo, cuius ratio est, quia cū huiusmodi donatio non sit valida nec perfecta, nisi post ipsius donatoris mortem, merito antea potest libere reuocari, vt hic, & in l. Marcellus. §. Paulus & l. mortis causa donatio & l. qui mortis, ff. de dona. cau. mor. l. vlt. ti. 4. par. 5. l. non omnis. ff. si cer. pet. quod procedit etiã si donatio per donatariũ fuisset acceptata, vt in. l. mortis causa. 4. ff. de don. cau. mor. l. 2. iuncta gl. ff. eo. ti. Atq; etiã si nõdũ cõualuerit donator, vt constat ex. d. l. mortis causa donatio. d. D. Couar. in rub. extra de testam. 3. par. nu. 23. & sic donatio causa mortis sola voluntate reuocari potest, secundum Corn. cõf. 237. col. 2. li. 4. Dec. in. l. non omnis nu. 9. ff. si cer. peta. [Quod procedit, siue donatio facta fuerit per stipulationem vel pactum, siue per traditionem, adhuc enim pœnitentia & sola voluntate donantis reuocatur, vt notat Pet. de Achar. cõf. 75. col. 2. Dec. in. l. non omnis nu. 10. ff. si cer. pet. & antea nu. 9. dixerat duos duxat sufficere testes ad probandã pœnitentiam & reuocationem donationis causa mortis, licet donatio ipsa quinque testes requirat, vt in. l. vlti. C. de dona. cau. mor. & l. si. ti. 4. de donationibus par. 5. Et hac in specie fallit regula. l. nihil. tã naturale. ff. de reg. iur. & c. 1. eo. ti. in. 6. vbi statuitur, quod omnis res per quascũque causas nascitur, per eadẽ dissoluitur, atq; ideo in reuocatione testam. tot testes requiruntur, quot et in eo cõficiendo, vt notauit Accursius in. l. cū pponere tur. ff. de leg. 2. Dec. in. d. regula nil tã naturale nu. 2. fecus in donatione causa mortis, vt dixi. Ratio differentiæ est, quia ad reuocationem testam. sola voluntas cõtraria nõ sufficit, nisi per solẽnem voluntatem id fiat, vt in §. ex eo insti. qui. mo. testa. infirm. & in. l. heredes palã §. si quid post. ff. de testa. dixi late in. l. 1. glof. 1. nu. 5. & seq. ti. 4. de testam. supra hoc li. donatio autẽ causa mortis sola cõtraria voluntate reuocatur, vt probaui in gl. præced. nu. 31. quare ad explicandã voluntatem duo nimirum sufficiẽt testes. [Secundo reuocatur donatio causa mortis, si prius decesserit donatari⁹, quod donator. l. 1. & l. si mortis causa res donata. ff. de mor. cau. dona. l. non omnis ff. si cer. pet. §. 1. in. l. de dona. l. vlt. ti. 4. de dona. par. 5. nõ enim transit donatio ad heredes donatarij, vt probaui supra eo. gl. nu. 7. [Tertio reuocatur, si cū donator esset infirmus, vel in aliquo imminenti periculo constitutus tempore donationis, postea cõualuit, vel a periculo euasit: ipso enim iure hac in specie reuocata censetur, sed si nõ erat infirm⁹, vel in periculo cū donauit, etiã si postea infirmetur vel in periculo extiterit, & demũ cõualuerit & a periculo fuerit ereptus, nõ reuocatur donatio, vt in. l. non omnis vbi Paul. Cast. & Deci⁹ notat nu. 5. & Moderni declarant optime. ff. si cer. pet. tex. est solemnus. in. l. si seruus. ff. de dona. in. vi. & vx. & in l. vlt. ti. 4. par. 5. qui sic debet intelligi, vt arbitratur. d. D. Couar. in rub. de testam. 3. par. nu. 23. & Ant. Gom. in tomo de cõtractibus. c. 4. nu. 19. [Qui hoc etiã intelligit, quoties donatio præfata facta fuerit causa mortis, secus si absenti, quia tunc, cū in omnibus æquiparetur vltimẽ voluntati, vt in. l. miles ad fororẽ. ff. de leg. 2. instruit Ant. Gom. in. d. c. 4. nu. 18. in fi. nõ reuocatur per conualescentiam vel euasione a periculo, sicut nec

Q q 2 hac



hac occasione vltima reuocaretur voluntas, arg. text. in l. fi. C. de posthu. hzred. in l. vbi id expēdūt Bal. & Alex. idē Alex. in l. sancimus. C. de test. & Corn. cōf. 68. nu. 15. & 16. lib. 3. Deci. in d. l. non omnis numero. 5. Cuius ratio est, quia donans causa mortis potius desiderat rem ipsum habere quā donatariū. l. 1. & l. senatus. ff. de dona. cau. mor. eo igitur conualefcente nō debet res apud donatarium permanere. [ Quarto, reuocatur donatio causa mortis, si donans rem donatā alienet, vt probauit supra in gl. p̄ced. nu. 46. & 47. discutit Deci. in l. nō omnis num. 14. ff. si cert. pet. Quinto reuocatur, vt ibi ipse Dec. subdit nu. 15. propter inimicitia superuenientē, sicut fit in legatis, vt in l. 4. §. vlti. & l. seq. ff. de adimen. lega. cui sententię suffragatur tex. in l. Marcellus. §. Paulus. ff. de dona. cau. mor. ibi, ad instar legatorū reuocatę sunt, sed glo. ibi & doctores interpretantur verbum illud reuocatę, id est, redactę, quare Deci. in d. l. non omnis nu. 15. ab hac opinione discedit, & asseuerat inimicitias superuenientes absque expressa reuocatione non sufficere, vt in donatione inter viuos asseuerat Imperator in l. vltim. C. de reuoc. donat. attestatur tamen Deci. Modernos tenere contrarium, imo quod expressa reuocatio non exigatur, sed hoc iudicio meo iudex æquus arbitrabitur. [ Reuocatur etiā donatio causa mortis per professionem donantis & ingressum religionis, quę morti comparatur. l. Deo nobis. C. de episc. & cleri. sed cōtrariū tenet Rod. Xua. allega. 20. col. 6. vers. fortē aduocatus. [ Est tamen aduertendū non reuocari quandoque donationē causa mortis per penitentiam, nec conualefcentiam, nec p̄morte donatario, nempe, si facta fuerit ab existenti in periculo velegritudine, & conuenit inter eos de nō reuocādo ex his causis: inspicitur siquidē in donationibus causa mortis, quę inter partes de reuocatione agitur, vt in l. si alienā. §. Marcellus & ibi Bar. & doct. ff. de don. cau. mor. d. D. Coua. ind. 3. par. rub. de testa. nu. 23. Qui nu. p̄ced. aliter limitat, vt donatio causa mortis, etiā si expressim donantē p̄nituerit, nō reuocatur donatore ipso decedente absque villo herede ex testamēto, vel ab intestato, arg. l. 1. ff. qui sine manu. ad lib. proueniūt, cuius verū intellectū latē examinat ipse idē Coua. d. 3. par. rub. num. 24. ad quē vos relego. [ Sed in hac tractatione queri solet, an reuocata donatione causa mortis expresse vel tacite reuertatur ipso iure dominiū in donatorē? Respōdeo reuertitur: quo fit, vt ad rē traditā recuperādā cōpetat donatori vtilis saltē reuēdicatio, vel cōdictio ob causā vel sine causa, vt in l. si mortis causa res donata est cū l. seq. ff. de dona. cau. mor. vbi gl. & cōmuniter docto. Greg. Lup. in l. vlt. ti. 4. de donationibus, in verbo en tres maneras part. 5. Ratio huius est, quia regulariter vbi transfertur dominiū absque traditione ex aliquo contractu, eo resolutō, retrāstertur ipso iure dominiū in alienantem, vt in l. fi. C. de lega. & ibi notant gl. & doct. glo. item in l. 1. in glo. magna in fi. vers. at hic C. de inoff. dona. & ibi Bal. Paul. & cōmu. docto. Tiraq. citans concordātes in rep. l. si vnquā in verbo reuertatur nu. 15. prope fi. C. de reuo. dona. Paul. Castr. Imol. & ceteri interpretes in d. l. si mortis causa res donata. ff. de de don. cau. mor. & Ant. Gom. tomo de contractibus. c. 4. nu. 20. & d. D. Coua. d. 3. par. rub. extra de testam. nu. 16. dixi aliquid supra hac eadem le

ge in glo. p̄ced. nu. 41. in fi. [ Hic cōmodissimē subiungi potest illa hēsitatio, nunquid reuocata donatio ne, fructus a donatario percepti repetantur? Et iuriconsultus ait repeti posse non solum pendentes, sed & perceptos a tempore factę donationis in l. cum quis ff. de conditio. cau. data, cuius verba sunt. *Cum quis mortis causa donationē fecisset, cū cōualuisset donator, condicet fructus quoque donatarum rerum, & partus, et quod accevit rei donatę repetere potest, & ibi notat Bar. Bal. Ang. Pau. Cuma. Alex. & Ia. text. est etiā in l. v. deamus. 2. §. idēq. est, & ibi cōm. doct. ff. de v. Bar. quoque in l. si mortis causa. ff. de don. cau. mortis. Ant. Gom. in tomo de contractibus. c. 4. nu. 21. Tiraq. in rep. l. si vnquā in verbo reuertatur nu. 226. C. de reuo. dona. Segura in rep. l. 1. §. si vir nu. 90. ff. de acq. possē. [ Cui decisioni opponitur regula, quę recipiens fructus de voluntate domini ex contractu etiā reuocabili, vt ex cōmodato, precario, vel simili, non tenetur fructus restituere sequuta reuocatione, vt in l. in cōmodato, §. sicut. ff. cōmoda. & in l. Aquilius Regul. & in l. Luitius. ff. de donatio. l. Iulianus. §. ex vedito. vers. possessiōne. ff. de actio. emp. Bar. in l. 3. §. ex cōtrario nu. 5. & ibi ceteri interpretes. ff. de acq. possē. Sed obiectioni respondet Ant. Gom. tomo de cōtractibus. c. 4. num. 21. quę procedat vbi actus seu cōtractus statim valet, & habet effectū, nec suspēditur eius cōfirmatio post mortē, tūc nimirū si fructus ex voluntate dñi lucretur. At in specie nostra cōtractus donationis causa mortis nō est validus, nec perfectus in vita donātis, sed suspēditur eius cōfirmatio post mortē, vnde si antea reuocetur repetitur fructus, ita resolut Bal. in l. cū quis. ff. de conditio. cau. data. [ Solet etiā obijci, quod si p̄dēte cōditione fit traditio, dominiū transit, & recipiēs fructus lucratur, licet postea deficiat cōditio, vt in l. dotis fructus. §. si. cū. l. seq. ff. de iure doti. & in l. sub cōditione ff. de solutio. Cui respōdet Ant. Gom. d. c. 4. nu. 21. quę in dictis legib⁹ reuocatio cōtingit ex defectu cōditionis, in nostro verō casu per reuocationē spontaneā donatoris, & nō reddit rationem differentię: sed iudicio meo ita reddi potest, qui ante conditionē impletā tradidit, censetur animum habuisse transferēdi dominiū & remittēdi fructus, at in donatione causa mortis secus est, propter eius naturā, quę est vt malit donator se habere rē donatā, quā donatariū, vt in l. 1. & in l. senatus post prin. ff. de dona. cau. mor. Sed verius est, quę si pendente cōditione res tradita fuerit, fructus medię tēporis tradētis esse defecta cōditione, nō eius cui tradita est. l. necessario. §. quod si p̄dēte. ff. de peri. & cōmo. rei vēdi. Rom. singul. 338. Tiraq. in rep. l. si vnquā in verbo reuertatur nu. 225. C. de reuo. dona. Nec cōtrariū dicit. d. l. dotis fructus in fi. cum. l. seq. ff. de iure doti. imo hoc idē probat. d. l. sequēs, cū sic ait, *Sed nisi hoc euidenter actum fuerit, credendum est hoc agi, vt statim responsi fiant, & nisi nuptia sequatur fuerint, reddantur, intelligitur enim cū fructibus.* Vel cogita, an casus iste cadat sub limitatione singulari, quā ibi tradit Romanus? Sed adhuc obltare videtur, quę donata causa mortis, si in vita tradantur, efficiuntur donatarij & eorum statim acquiruntur dominium, vt in l. senatus in princ. ff. de dona. cau. mor. cum concord. supra eo. glo. p̄ced. traditis num. 41. Si donatarius efficitur dominus, ergo lucra*

lucrabitur fructus. Verū respōderi poterit, donatarius effici traditio dominum reuocabiliter, sed titulus reuocabilis non p̄stat acquisitionem fructuū, vt in l. cum quis. ff. de conditio. ob caus. vbi id Ang. notat & Alex. & Tiraq. in rep. l. si vnquam in verbo reuertatur nu. 228. prope finem. C. de reuocand. dona. Pręterea cū titulus est reuocabilis, cuiusmodi est donatio causa mortis, legatum, venditio cum pacto additionis in diem, et legis commissorię, & similes, reuocatur res cum fructibus, vt ex pluribus legibus probat idem Tiraq. in d. verbo reuertatur nu. 226. & nu. p̄ceden. Hoc fundat alia ratione, quia huiusmodi donatio est conditionalis, nisi reuocetur, ideo deficiente cōditione, perinde est ac si nunquam fuisset donatum: & defectus conditionis semper habet oculos retro, videlicet, ad tempus dispositionis ex sententia Signoroli, qui pluribus legibus hoc probat conf. 227. col. pen. versic. pręterea euentus, atque idēo deficiente cōditione res restituenda est cum fructibus. d. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peri. & commodo rei vendi. l. omnia §. 1. ff. de lega. 2.

G L O S S I I I I.

Donatio perfecta inter viuos reuocari non potest.

a No la pueda quitar a aquel que la dio. Nota quod donatio inter viuos perfecta reuocari non potest, concordat. l. si donationem & l. velles. C. de reuocand. dona. & l. perfecta. C. de donatio. quę sub modo. l. si quis argētum. §. fi. C. de dona. & §. perficiuntur insti. co. tit. l. 4. versicul. e quando la donacion titulo. 4. de donatio. part. 5.

G L O S S V.

- 1 Donatio inter viuos triplici ex causa reuocatur. 1. naturalitate filiorum.
- 2 Donatio inofficiosa tangens legitimam filiorum reuocatur.
- 3 Donatio inter viuos ex causa ingratitude reuocatur. Ingratitude cause ad reuocandum donationem quę sunt: ibidem.
- 4 Donatio ob ingratitude reuocatur etiam si conueniat ex ea causa non reuocari.
- 5 Donatio inter viuos ex causa ingratitude reuocari non potest ab herede donatoris, licet ipse eā possit in vita reuocare. Iniuriarum actio morte extinguitur, ibidem. Actiones, quę ex delicto nascuntur, ad heredes non transeunt, ibidem.
- 6 Donationem reuocandi ius remissum censetur, si donator illud in vita prosequi neglexerit. Donationem reuocandi ius transit ad heredes, quoties nō potuit donator viuos eam reuocare, quia ignorauit, vel propter aliud impedimentum.

- 7 Feudum reuocandi ius quando transeat ad heredes? ibidem.
- 8 Donationem reuocare an possit heres donatoris ex causa ingratitude, vel non.
- 9 Donatio reuocatur per secundam donationem post ingratitude donatarij, alteri factam.
- 10 Donationem reuocandi ius transit ad heredes, quoties constiterit donatorem in vita habuisse animum reuocandi.
- 11 Quęrela non preparata transmittitur ad heredes suos, non ad alios. Donationem reuocandi ius transmittitur ad suos heredes etiam non preparatum, ibidem.
- 12 Donationem reuocandi ius non preparatum transmittitur ad quoscunque heredes, si ex pacto vel aliā donatio reuocatur ipso iure.
- 13 Donationem reuocandi ius transit ad heredes, quoties reuocatio petitur propter non adimpletam cōventionem.
- 14 Donationem reuocandi ius ex causa ingratitude mortuo donatario, an competat aduersus heredes eius. Lex vltima. C. de reuocand. donatio. explicatur, ibi: Iniuriarum actio non datur heredi, nec in heredem, ibidem.
- 15 Actio ex delicto ingratitude descendens nō datur in heredes. Adulterium vidue an obijci possit ab heredibus mariti, ad effectum vt non lucretur dotem ibidem.
- 16 Exceptio competit donatori aduersus heredes donatarij ingrati bona donata defuncto petentes. Sino por las razones que manda la ley. Reuocari potest donatio perfecta inter viuos triplici ex causa. Prima, si quis filios non habens donauit alicui omnia bona sua, vel magnam eorū partem, & postea liberi sibi nascantur, confestim ipso iure donatio reuocatur per superuenientiam filiorum, vt in l. si vnquam. C. de reuocand. dona. & in l. 8. tit. 4. de donatio. par. 5. quę leges latissimē post alios interpretantur Ripa & Tiraq. in rep. d. l. si vnquam, & Greg. Lup. in d. l. 8. & Ant. Gomez tomo de contractibus. c. 4. nu. 11. [ Secunda causa reuocandi donationem est, si quis habens filios, extraneo cuiquam fecit donationem inmensam & in officiosam liberorum legitimam tangētē. l. 1. & per totum. C. de inoffi. dona. auth. vnde si parens. C. de inoffi. testa. d. l. 8. tit. 4. par. 5. de quo vide Ant. Gom. in l. 29. Tauri & Carol. Meline. in peculiari huius rei tractatu. [ Tertia causa reuocandi donationem perfectā est ingratitude donatarij. l. vlt. vbi glo. & doct. & potissimū Ripa. C. de reuo. dona. §. sciēdū insti. de donatio. l. pen. ti. 4. par. 5. Cause ingratitude sunt quinque. Prima, si donatarius manus violētās in donatorē intulerit. Secunda, si grauem & atrocē iniuriā verbis in eū effuderit. Tertia, si vitę eius insidias parauit. Quarta, si graue damnū, & iacturā in bonis suis dolose, & ex proposito intulerit. Quinta, si modū vel cōditionem

tionem in donatione appositam non adimpleuit, vt expresse disponitur in præcatis legibus. Quibus adde, quod si qua alia similis causa interuenierit, sufficit ad reuocandam donationem ex sententia glo. in. d. l. vltima. C. de reuocan. donatio. quæ tradit exemplum, si fortè donator peruenerit ad inopiam, & donatarius sibi alimenta denegauit, quam sequitur ibi Cyn. & ceteri interpretes: Anto. quoque Gomez tomo. 2. variarum. resolu. de contractibus. c. 4. nu. 14. confirmatur ex communi doctrina scriptionum in auth. non licet. C. de libe. præteri. vbi si filius commiserit aliam ingratitudinis causam, præter eas quæ iure sunt expresse, sibi similem, potest licite exheredari, cui accessit Ioan. Lupi in repe. rubr. de dona. inter virum & vxorem. §. 16. num. 9. & 10. alia plura exempla, & quæstiones plures super hoc tradit per plures quæstiones Frã. Ripa libro. 3. interpretationum cap. 2. super expositione. d. l. vltim. C. de reuocan. dona. num. 21. & sequentibus. [ Duo tamen hac in re sunt aduertenda. Primum, quod licet donator expresse promiserit non reuocare donationem ex causa ingratitudinis, ea promissione non obstante, adhuc reuocare poterit, & tale pactum vel expressa renunciatio non valet, ne inducatur quis ad delinquendum impunè, argum. text. in l. si vnus. §. illud. ff. de pact. & in l. cõuenire. ff. de pact. dotali. & in specie hoc voluit Bal. in. l. vlt. vbi Pau. & Iaso. C. de pact. Specula. in tit. de dona. §. 1. vers. quid si actum est, & ibi Ioã. And. Salic. & alij de. in. l. pactum C. de colla. Alex. & Modr. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligã. Ant. & doct. communiter in. c. si. de dona. [ Secundũ quod aduertit oportere diximus, quod mortuo donatore heres eius nõ potest donationem reuocare ex causa ingratitudinis, vt in d. l. vltim. C. de reuocan. dona. & d. l. pen. tit. 4. de dona. par. §. 1. in fi. C. de reuocan. dona. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. c. propter & ibi notat Panor. nu. 4. de donatio. ratio redditur per docto. in. d. l. vlt. C. de reuocan. dona. maximè per Ripam ibi num. 201. & 202. sub 61. quæstio. quia ius hoc reuocandi competit donatori ob iniuriam sibi factam, vnde morte extinguitur tanquam iniuriarum actio. l. iniuriarum in prin. ff. de iniur. l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. Actio nes siquidem quæ ex delicto nascuntur ad hæredes non transeunt. l. i. C. ne ex delict. defuncto. l. i. ff. de priua. delict. Ex quo plura infert, Ripa libro. 3. interpretationum. c. 2. super interpretatione. l. si. C. de reuocan. donatio. numero. 203. & sequen. Cuius rationis ratio est, quia actio iniuriarum non dicitur esse in bonis nostris ante litem contestatam, cum non rei persecutionem, sed vindictam contineat. l. cum emancipatus §. emancipatus, vbi gloss. & docto. notant. ff. de colla. bonorum. [ Alia ratio reddi solet, quæ communiter recipitur, nempe, quia donator non prosequendo iniuriam & ingratitudinẽ in vita sua, remisisse censetur ius reuocandi donationem, quod innuere videtur text. in. l. vlt. C. de reuocan. dona. vers. silentium maneat semper, nam filere dicuntur, qui ius suum negligunt. l. si heres vbi glo. ff. fami. heriscun. in verbo tacuit, quod ad eũ qui loqui potuit refertur. l. si quis in graui. §. mutum. ff. ad Silla. c. qui tacet de reg. iur. in. 6. [ Ex qua ratione doct. expèdunt limitationẽ ad regu-

lam supra nu. 5. traditam, vt tunc heres donatoris admittatur ad reuocandam donationem inter viuos ex causa ingratitudinis, quoties donatori licuit donatio nem reuocare, & non reuocauit, secus si reuocare non potuit, vt quia ingratitudo non fuit sibi nota, vel repentina fuit morte præuentus, vel alia legitima causa impeditus, quia tunc ius reuocandi transit ad hæredes, ex sententia Ioã. And. ad Specula. tit. de feudis. §. nunc dicamus in additione incip. & hæc quæstio. Mouetur per text. in. l. in confirmando, & l. vtilitatem. ff. de cõfir. tuto. quod & voluit Cyn. in. l. 1. C. de reuocan. dona. vbi asseuerat, quod ad heredem domini, qui nõ potuit reuocare feudum ab ingrato vasallo, dũ viuere, transmittitur ius reuocandi, idem tenuerunt Iac. de Bellouisu, Bal. & Albaro. in. c. 1. §. porro, quæ fuit prima causa benef. amitt. Ludo. Rom. & Alex. in. l. rei iudicatæ. ff. solu. matr. A ret. conf. 14. ad fi. & in terminis nostris hoc obseruant Ioã. And. Petr. de Anchar. Abb. & ceteri in cap. vltim. de dona. Ripa. lib. 3. interpretationum. c. 2. dum explicat. l. vlt. C. de reuocan. dona. Anto. Gomez tomo de contractibus. c. 4. num. 14. Gre. Lup. in. l. pen. ti. 4. de donatio. par. §. in gl. magna vers. 3. limita. Quæ limitatio vera est & communis & ratione fundatur, nempe, quia nõ potest videri remissa ingratitudo ex taciturnitate detuncti, qui reuocare vel agere non potuit ignorans, vel alio impedimento detentus, arg. l. mater decedens. ff. de inoffi. testam. l. tres fratres. ff. de pact. l. vlt. C. de annali excep. facit lex Panthonijs. ff. de acq. heredi. [ Secũdũ limita, nisi extra iudiciũ donator reuocauerit donationem, tunc etenim eo mortuo poterit heres eius querimoniã proponere coram iudice, & bona donata ab ingrato repetere, quia non potest dici donatorẽ tacuisse, qui extra iudiciũ donationẽ reuocauit, vt probat optimè Fran. Ripa in. d. l. vlt. nu. 208. C. de reuocan. dona. [ Tertio limita, nisi eandem rem donatam post commissam ingratitudinẽ alij donasset, tunc tacitè censetur reuocata. l. si maritus. 2. C. de dona. int. vi. & vxõ. quod respõdit Lud. Rom. conf. 284. in fi. sensu Corne. conf. 51. nu. 6. lib. 3. Ripa lib. 2. interpretationum super expositione d. l. vlt. C. de reuocan. dona. nu. 208. quod ipse verum esse censeo, si expresse constiterit, eadem bona donata ingrato postea ingratitudinem alij donasse, secus si expresse non constat, veluti si tertiam partem bonorũ donet secundo, non enim videtur reuocasse donationem dicte tertie partis primo donatæ, licet ingratus fuerit, nisi id expresse dixerit, dicens, tertiam partem fundi Sempronio donati dono Titio, ita respondit Corne. consilio. 15. in fine libro. 1. [ Quarto limita, quoties ex alijs coniecturis constiterit, donatorem animum habuisse reuocandi, quia tunc hoc ius reuocandi transit ad hæredes donatorij, veluti si donator viuens de ingratitudine donatarij cõquestus fuerat. l. quæ à patre. C. de restit. mili. vel iniuriam ad animum reuocasset. l. final. C. de iureiuran. vel se præparauerat ad reuocationem, & veniens ad iudicium mortem obiit. l. posthumus. §. fi. ff. de inofficio. testa. Vbi querela inofficiofi testamẽti transmittitur ad hæredes, si à defuncto exheredato fuerat in vita præparata, vt quia accusationẽ proponere cõminat fuit, ita limitat Gre. Lu. in. l. 10. in gl. magna limi. 1. ti. 4. de dona-

donatio. part. 5. & ante eum Ripa in. l. vltim. C. de reuocan. dona. q. 62. nu. 208. [ Ex quo ipse infert, quod ius reuocandi donationem, etiam non præparatum, transmittitur ad suos hæredes, quemadmodum & ad eos transmittitur querela non præparata, vt in. l. si quis filium. C. de inoffi. testa. nam ad exemplũ querelæ datur conditio ex. d. l. fi. C. de reuocan. dona. vt voluit Hostien. in summa de donatio. ad finem Imol. in cap. vltim. de donatio. nu. Salic. in. l. vltim. C. de adulter. Iacobus de Bellouisu in. §. quia verò plurimas in auth. vt lice. matri & auix collatio. 3. vbi voluit, quod heres mariti possit accusare vxorem de adulterio, si de ea fuerit maritus in vita cõquestus, vel propter adulterium expulisset vxorem de domo, quod dixit singulariter notandum Alexand. in. l. rei iudicatæ columna. 1. ff. solu. matr. Cũ autem hodie in hoc regno nemo accusare possit vxorem de adulterio præter maritum, vt in. l. 3. titulo. 7. lib. 4. fori, quæ communiter practicatur teste Anto. Gomez in. l. 8. Taur. nu. 49. ibi hodie autem. [ Quinto limita, nisi ex pacto apposito vel alijs, propter talem ingratitudinem donatio ipso iure reuocaretur, quia tunc transiret in hæredes, etiam si ius reuocandi nondum esset præparatũ, quia iniuria secum trahens executionem transit in heredem, vt notatur in. l. 3. §. quod autem prætor ait. ff. quod quis iur. in gloss. magna prope finem, quã ibi sequuntur communem dicentes Soci. & Iaso. nu. 2. & Claudi. colum. 1. & Ioan. Orosi. in fi. Sed ibi dicitur poenam impositam ipso iure viuenti transire in hæredes, vt ipsi eadem poena plestantur, qua & defunctus si viueret plesteretur, non autem quod heres iniuriati vel eius, in cuius gratiam fuit statuta poena agere possit. Quicquid tamen sit, hanc limitationem sequitur Bal. Albaro. & Card. Alex. in. §. in super colum. vlti. de prohi. feudi aliena. per Frederi. & Card. Floren. in. c. vltim. de dona. licet ibi Imola eam impugnare conetur, verior tamen est & receptior prior opinio contra Imol. vt attestatur Grego. Lupi in. d. l. penul. in glossa magna. 2. limita. titulo. 4. de dona. part. 5. [ Sexto limita, nisi ius reuocandi donationem proueniat ex non adimpletis conuentionibus, quæ causa etiam ingratitudinis est, vt dixi supra num. 3. hac siquidem in specie, etiam si donator nullam fecerit querimoniã, transibit ius reuocandi ad hæredes, secundum docto. communiter in cap. vltimo de donatio. & l. 1. & l. vltim. C. de reuocan. dona. teste Ripa ibi num. 208. quæst. 63. rationem reddunt, quia in alijs causis ingratitudinis donatio reuocatur contra iuris regulas, ideo nõ transit ad hæredes talis odiosa reuocandi facultas: sed ob causam non sequutam reuocatur secundam iuris regulas, & ex naturali equitate merito ius reuocandi ad hæredes transmittitur, quod verum est, quamuis Ripa refragetur. d. 63. quæst. [ Sed an ius istud reuocandi donationem ob ingratitudinem mortuo donatario competat aduersus eius hæredes, si antequam donator eum accusaret mortuus est? & videtur competere per text. in. d. l. vltim. C. de reuocan. dona. arguendo à cõtrario sensu, dicit tex. ille quod si donator tacuerit nõ licere eius heredibus accusare donatarium vel eius hæredes: à contrario ergo sensu, si donator viuat & tacere nolit, videtur sibi licere aduersus hæredes donatarij

querelam proponere. Sed nihilominus oppositum verius est & receptius, imo quod non competat conditio ex. d. l. vltim. donatori aduersus hæredes donatarij ingrati, si ante eius mortem non fuerat ab eo proposita, actio siquidem iniuriarum, quæ donatori hac in specie in effectu competit, non datur heredi nec cõtra heredem. l. iniuriarum actio. ff. de iniur. minus ergo competet contra heredem conditio ex lege vltim. C. de reuocan. dona. quæ eius loco subrogatur, argum. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. [ Præterea hæc actio descendit ex delicto ingratitudinis, quare nimirum non datur in hæredes, vt in. §. non omnes in sti. de perpe. & temporal. actio. Conducit etiam quod decidunt Cyn. Bald. Salice. & alij communiter in. l. vltim. C. de adulte. vbi resoluunt quæstionem adulterij pro lucro dotis non posse moueri contra hæredes adulteræ, si maritus habuit notitiam adulterij in vita vxoris, idem sequuti sunt Bald. Ange. & Alexan. in. l. rei iudicatæ. ff. solu. matr. qua ratione hoc voluit gl. vltim. in. d. l. fi. C. de reuocan. dona. & ibi Cyn. Bal. Ange. & Ripa numero. 211. & 112. vbi respondet ad legem illam, idem voluerunt Ioan. And. & Abb. numero. 7. in. d. cap. vltim. de dona. Grego. Lupi in. d. l. pen. tit. 4. de dona. part. 5. in gloss. magna ad finem hanc dicens communem opinionem. [ Quod tamen limita & intellige, vt ius agendi ad reuocationẽ donationis propter ingratitudinem non detur in heredem donatarij, de quo donator conquestus non fuit, sed bene possit excipere, si res donata donatario tradita non fuerat, neci detur vel heredi eius, propter donatarij ingratitudinem, & sic exceptione hac repellent hæredes donatarij ingrati ab actione ab eis proposita, secundũ Petr. de Anchar. And. Sicul. & Imo. in. d. c. vlt. de donatio. quibus accedit Ripa in. d. l. vlt. C. de reuocan. dona. num. 214. & Grego. Lup. in. d. l. pen. tit. 4. de dona. part. 5. in gloss. magna in fine, argum. d. l. vlt. C. de adulte. & l. si lio. §. Seya. ff. de adimen. lega. in cuius confirmationẽ faciunt tradita per Ripam in. l. si vnquam. q. 38. in fine & q. 42. nu. 107. & seq. C. de reuocan. dona.

G L O S S. VI.

- 1 Donationis insinuatio quomodo fiat? Donatio excedens. 500. solidos quomodo sit coram iudice insinuanda? ibidem. Donationis insinuatio nullam causæ cognitionem exigit nec iudicis decretum, ibidem.
- 2 Donationis insinuatio debet fieri coram iudice, nec factis est, si fiat coram tabellione.
- 3 Donationis insinuatio fieri potest coram tabellione, qui & iudex erat.
- 4 Insinuationi donationis an renunciari possit? Renunciari non potest solemniter, que ad quit. idas fraudes fuit inuenta, ibidem. Donatio iurata sine insinuatione valeat, ibidem.
- 5 Donatio absque insinuatione coram tabellione siue iudice facta adiectis quibusdam clausulis summam diuidentibus an valeat necne?

6. *Insinuationis omisio vitiat donationem in eo dumtaxat, quod excedit summam quingentorum solidorum, & in reliquo valet.*

*Insinuatio an requiratur in renunciatione iuris alicui competentis, vel in remissione debiti? ibidem.*

7. *Remissio debiti, vel renunciatio iuris quasi vim obtinet donationis, & huius effectus.*

8. *Renunciatio iuris quasi requirit insinuationem, secus si iuri quarendo renunciatur.*

9. *Donatio causa mortis nullam exigit insinuationem.*

10. *Donatio inter patrem & filium vel inter coniuges, an insinuationem requirat?*

11. *Donatio inter patrem & filium vel inter coniuges, an valeat sine insinuatione in eo, quod non excedit quingentos solidos?*

*Lex donationes quas parentes. C. de dona. int. vir. & vxor. exponitur, ibidem.*

12. *Solidorum valor qui sit hodie?*

*Donatio excedens valorem 500. Castellanoꝝ aureorum insinuanda est, ibidem.*

13. *Donatio facta ecclesie vel pio loco, vel scolari non indiget insinuatione.*

f. *Asi como manda la ley. Sed quomodo præcipit lex, fieri debere donationem inter viuos? Respondeo, ita vt quingentos non excedat solidos: nam si hanc summam excedit, non vtiq; valet, nisi coram iudice maiori eius loci, vbi donatio fit, insinuetur, hoc est, vt donans declaret coram eo iudice voluntatem suã corã tabellione, dicens se velle sponte eam donare quantitatem Petro amico suo, debetq; idem tabellio donationem insinuationemq; in scriptis redigere: nec vlla causę cognitio requiritur, nec iudicis licetia, vel decretum, nec alia iudicialia solemnitas, quia est actus voluntarię, & non contentiosę iurisdictionis, vt hæc omnia habentur in l. data. l. donationibus & l. sancimus C. de donatio. quarum legum autoritate id asseuerat Bart. in l. Modestinus nu. 3. ff. de dona. cui ceteri scribentes accedunt, & Ant. de Canario in tract. insinuationum. 1. part. quest. 10. numero. 19. & sequentibus, Anto. Gomez tomo de contractibus. c. 4. nu. 6. in fine l. vlt. & ibi docto. C. de prædi. decurio. Alexand. conf. 20. numero. 5. libro. 3. Bart. & Bald. in fine in l. omniũ vbi etiam Alex. & Iaso. nu. 4. C. de testamen. Tiraquell. de legibus connubialibus gloss. 7. num. 32. & 34. Pet. Dueñas in regula. 224. limi. 8. Bald. in l. illud. 1. quest. C. de sacros. eccles. A reti. in l. si quis mihi bona §. si coram. 1. notab. ff. de acq. heredi. Greg. Lupi in l. 9. in gloss. pen. ad finem tit. 4. de donatio. part. 5. per illũ text. in verbo con sabiduria. Quorum opinio communis est, contra gloss. in authen. vt non fiant pignorat. §. illud quoque in verbo gestis monumentorum collatio. §. dicentem approbationem iudicis expressam exigi in insinuatione donationis, cui accessit Guillel. de Cun. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. addens causã etiam cognitionem requiri, & alia, vt refert Bal. in l. si consul. ff. de adoptio. 2. electio. q. 3. Sed hæc glo. & Guill. opinionem reproband doctores omnes supra ci*

tati. Quam tamen vno dumtaxat casu veram esse censet Greg. Lup. in d. l. 9. tit. 4. par. 5. nempe, vbi donatio à coniunctis vel alijs personis contradiceretur, & se aduersus eam opponerent, dicentes ex leuitate, vel turpi causa fieri, tunc nimirum decretum requiritur cũ causę cognitione, vt ipse affirmat autoritate Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. 2. col. ff. de offi. proconsu. [ Quæ vsque adeo procedunt, vt non sit satis coram tabellione donationem facere summam quingentorũ aureorũ excedentem, nisi ab initio, vel ex post facto iudicis adsit præsentia, & coram eo insinuetur, vt in l. 9. in fi. tit. 4. de dona. part. 5. ibi. *Fueras ende si lo hiziesse con carta e con sabiduria del mayor jurgador,* & ibi hoc plurimum autoritate confirmat Greg. Lup. in gloss. pen. in prin. Paul. & Alexã. in l. acta. ff. de re iudi. Cyn. Bal. Albe. & Iaso. in l. fi. C. qui admi. nu. 2. in fi. satis tamen est, donationẽ fieri in actis, vt ibi probat Greg. Lup. post factamq; à tabellione donationẽ, sufficit iudici intimari, vt cõset Gre. Lup. per tex. in l. donatio & in l. in hac, vbi Bal. & Ang. C. de dona. & ex notatis per Ioã. And. ad Specul. in tit. de instru. editio. §. porro, in additio. magna in verbo subscibat, quibus adde Tiraq. de legi. cõnubi. gl. 6. nu. 10. [ Si tamẽ tabellio ipse sit iudex, sufficit corã eo donationẽ fieri, vt ipse Gre. Lup. probat autoritate Alex. cõf. 157. col. 1. & 2. l. 2. cui adde Bar. in l. si consul. nu. 3. ff. de adoptio & Ant. Capi. vbi hoc optime explicat decisio. 203. nu. 13. [ Solet tamẽ dubitari, an insinuationi renunciari possit? & Anto. Gom. tomo de contractibus. c. 4. nu. 7. dicit nõ posse, quia legi formã inducẽti in actibus hominũ renunciari nõ potest, vt in l. nemo potest. ff. de lega. 1. nec legi prohibitiuę, secundum glo. communiter receptã in rub. C. ne fideiuss. doti. den. Et quia eadem facilitate, & fraude, & errore, quibus quis induci posset ad donandum tantam summã quingentos solidos excedentem, induceretur etiam ad renunciandum huic solemnitati, quare renunciatio insinuationis non valet, argum. tex. in l. si mulier. 1. C. ad Velleja. item quia solemnitas hæc inuenta fuit, vt fraudibus obuietur. Quo fit, vt ei renunciari nõ possit, quod communiter esse receptum attestatur Anto. de Canario in tracta. de insinuatio. 2. par. q. 29. nu. 47. 48. & nouissimẽ Ferdinan. Vazquez Menchaquen. de successio. creatio. §. 5. nu. 2. & 3. Quod procedere asserit nu. 4. etiã si donatio fuerit iurata, nõ enim valet sine insinuatione, quamuis iure Pontificio sit receptus valere teste Decio cõf. 432. col. pen. Sed nihi lominus contrariam sententiam credit Ferdi. Vazq. ibi esse veriorẽ, etiã iure canonico, ex pluribus rationibus ab eo adductis, nisi ex verbis donatoris iurantis appareat contraria voluntas, vt ibi per cũ. [ Quinetiã si in instrumento donationis caueatur, quod si summa & valor rei donatę excedit quantitatem quingentorum solidorum, toties quoties excedit, tot donationes distinctas & separatas facit, adhuc non erit satis, vt donatio valeat absque insinuatione, argum. text. in l. si mulier. 2. C. ad Velleja. & l. quemadmodũ. C. de agribus. cap. 4. nu. 7. Specula. in ti. de instru. editio. §. porro vers. donatio. Bart. in l. Modestinus. ff. de dona. Bal. in l. illud. q. 6. C. de sacrosan. eccles. Ant. de Canario, hanc

hanc dicens cõmunem, in tracta de insinuatione par. 2. q. 25. num. 42. & 43. vbi idem esse asseuerat, etiam si res singule nominentur, nam licet hac in specie plures esse dicantur donationes, arg. tex. in l. scire debemus & l. quod dicitur, & l. pluribus. ff. de verbo obli. quoad hunc tamen effectum vna dicitur, & non plures, cum eodem tempore facta sit, idem si in donatione fundi dicatur, quod sunt iugera, tot facio donationes secundum Bar. & docto. supra citatos. Lex siquidem exigit diuersis tẽporibus fieri donationes vt insinuatione non egeat, nec earum fiat cumulus, vt summam quingentorum solidorum excedere non dicantur, vt in l. sancimus. §. si quis autem. C. de donatio. quam sententiam communem esse attestatur Anton. de Canar. d. q. 25. 2. partis Ant. Gomez. d. cap. 4. de cõtractibus num. 7. in fi. [ Et quamuis donatio excedens summam quingentorum solidorum non valeat sine insinuatione, valet tamen quoad summam non excedentem, quia vtile hac in specie non vitiat per inutile, tex est in l. si quis pro redemptione. §. ceteris C. de dona. & in l. 9. in fi. tit. 4. de dona. part. 5. de quolã agit Bar. & doct. in l. Modestinus. ff. de donatio. Pet. de Dueñas in regula. 224. vbi plures citat concordantes plurifariamq; regulam hanc ampliat & limitat. Eamq; primo extendit ad remissionem debiti & renunciationem iuris ipsi renuncianti competentis, nam si remissio hæc vel renunciatio quingentos excedat solidos, insinuanda est coram iudice, aliã non valet, nisi quatenus eam summam non excedit, gloss. est singul. in l. si quis obligatione & ibi Dyn. Rayne. Bar. Deci. & Hierony. Cagnoli num. 5. hanc dicens cõmunem. ff. de regu. iur. Bar. Paul. Inol. Roman. & alij recentiores in l. Modestinus. ff. de dona. Alex. Soc. & Deci. num. 12. in l. si creditori. C. de pact. qui hanc attestantur communem. Calcan. conf. 25. num. 23. Curti. Junior conf. 47. colu. 2. Tiraq. in repe. l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 144. hanc attestatur receptiorem & veriore opin. onẽ pluresque allegas concord. C. de reuo. dona. dom. Did. Couarr. lib. 2. resolu. cap. 4. num. 8. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 34. glo. 1. num. pen. & fi. vbi attestatur ex frequentiori doctõrum sententia, æque atque in donationibus requiri in remissionibus, liberationibus, & renunciationibus, & alijs id genus, insinuationem. [ Quoniam hæc omnes vim donationis obtinẽt. in edibus. §. 1. in principio. & l. Modestinus & ibi docto. & l. quidam in principio. ff. de donatio. l. sicut. §. an pacisci. ff. qui. mod. pig. vel hipp. solui. l. si mulier & ibi Bal. ff. de leg. 3. & de liberatione seu renũciatione, quod vim habeat donationis est tex. in l. cõtra iuris. §. si filius. ff. de pact. l. si mulier vbi Bal. & Alexan. ff. de conditio. ob caus. l. peculium. 1. & ibi Bart. ff. de pecul. Deci. post alios in l. si quis obligatione. ff. de regu. iur. Panor. & Felin. in c. veniens. 1. de testib. ille num. 6. & hic num. 2. & ibi Anton. Fran. & alij additionatores Abb. dom. Did. Couarru. lib. 2. resolutio. cap. 4. num. 8. cõ. num. latissimẽ. Tiraq. in d. l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 143. C. de reuo. dona. Vbi ex hoc infert, quod cũ reuocatur ius patronatus, requiritur patron. & episcopi consensus, cũ donare sit. Item infert procuratorem non posse pacem facere, cũ remissio iniuriarũ

fit donatio. Infert. 3. q. si ex statuto debetur gabella ex donatione, debetur quoque ex liberatione seu remissione debiti. Item & 4. quod qui donare non potest, non poterit gratis remittere secundum Bal. & Salicet. in l. 1. C. de pact. aliaque plura infert ibi Tiraqu. & pluribus autoritatibus confirmat nu. 144. & seq. [ Limitat Pet. Dueñas hæc conclusionẽ pluribus modis in regula. 224. inter quas limitationes tradit vnam l. mi. 14. vt procedat regula si quis renunciaret iuri quæsitõ, tunc nimirum requiritur insinuatio, secus si iuri querendo, vt si filia renunciaret hereditati patris, tunc nulla exigitur insinuatio, secundum Bal. in l. illud num. 7. vers. quid ergo dicemus. C. de sacros. eccles. quem sequitur Ant. de Canario in tract. insinuationum. 2. par. q. 16. num. 21. Corne. conf. 11. lib. 3. Paul. Castren. conf. 419. colu. 1. li. 2. Alex. conf. 29. lib. 3. Calcan. conf. 25. Barba. conf. 41. colu. 16. vers. item est ponderandum & colu. seq. lib. 1. Iaso. conf. 236. lib. 2. Deci. in l. seruus. C. de pact. & conf. 269. Tiraq. in d. l. si vnquam verbo donatione largitus num. 147. Ant. Gomez tomo de contractibus. cap. 4. num. 9. Idem erit & si fiat pactum inter fratres inuicem succedendi, iuxta l. licet. C. de pact. quippe quod potius contractus dicitur quã donatio, ob idq; insinuationem non exigit, secundum Ioan. And. ad Specul. in titu. de instru. editio. §. porro, quem sequitur Anto. Canario de insinuatione. 2. par. q. 19. numer. 23. vbi id optime examinãt. [ Limitat etiam non procedere in donatione causa mortis, in qua nulla requiritur insinuatio, & si quingentorũ solidorum summã excedat, quentiamodum fit & in alia quacunque vltima voluntate, text. est expressus in l. v. tim. C. de dona. caus. mor. vbi gloss. notat & Odofre. Bar. Albe. Bal. Ang. Sal. & ceteri. Guido Papæ decis. 610. & decisio. 325. num. 3. gloss. in l. si quis pro redemptione in verbo ad redemptionem, & ibi Bar. Sal. & Ange. C. de dona. Specula. in titu. de instru. edi. §. porro Anton. Rub. consilio. 59. numero. 1. Anton. de Cana. de insinuatione. 2. par. q. 2. nu. 7. Pet. de Dueñas in regula. 224. num. 12. Anto. Gomez tomo de contractibus. cap. 4. num. 18. dixi supra eadem. l. glo. 2. num. 44. [ Ex quo merito hæsitari potest an in donatione simplici & pura quæ ab initio nõ valet, sed morte confirmatur, vt donatio inter patrem & filium, inter maritum & vxorem, requiratur insinuatio? Et videtur quod non, arg. d. l. vlti. C. de dona. cau. mor. habent siquidem vim relicte, iuxta notatã in auth. ex testamento. C. de colla. hanc sententiam tenuit expresse Bal. in l. si mortis. 2. colu. C. ad l. Falciã. Sed contraria sententia verior est, & receptior, imo quod huiusmodi donationes insinuatione egeant per text. expressum in l. donationes quas parentes. C. de dona. int. vi. & vxor. & ibi notant glo. & doct. Ratio differẽtię inter has donationes & donationem causa mortis habet vim relicte quoad effectus, quippe qui post mortem conferatur, vt dixi. d. glo. 2. supra numer. 44. & præcedentibus. Donatio verõ inter coniuges & inter patrẽ & filium, licet morte confirmetur, est tamen pura & simplex, quare si excedat metam legalem, est nulla omnino, nec morte confirmatur Tiraqu. in l. si vnquam verbo liberis. num. 105. [ Sed quod dixi esse omnino



nullam, intellige, nisi in quantitate licita quingentorum aureorum, quia quoad eam quantitate morte confirmatur donantis arg. tex. in l. lancimus. C. de donatio. & licet ob stare videatur text. in l. donationes quas parentes. C. de dona. int. vir. & vxor. ibi, nam amplioris quantitate donationem minime intimatam, nec per silentium eius qui donauit confirmari concedimus, ex quibus verbis id expendit glo. in verbo cedimus, reddens rationem, quia talis donatio duobus caret adminiculis, quibus sustineri posset. Primo ratione rei donate propter excessum. Secundo, respectu personae prohibita & ibidem id voluit Sali. nu. 3. & Soci. in l. si inter virum. i. col. ff. de reb. dub. & in l. i. num. 22. ff. solu. matri. si tamen tex. ille recte appedatur prior rem potius probat opinionem, quatenus dicit, nam amplioris quantitate &c. Quasi dicat quod in parte dum taxat excessiua non confirmatur, & nuncupatum id voluit Odofred. & Alberi. in expositione literae, Ioan. And. ad Specula. in tit. de donatio. §. i. versic. hoc scias Ioan. Lupi in rep. rub. de dona. int. vi. & vx. §. 81. prope finem, & Anto. Gomez tomo de contracti. cap. 4. num. 18. versic. pulchrum tamen & subtile, quibus accedo. Alias limitationes prosequitur Pet. de Dueñas in regula. 224. [ Valor autem solidorum vel marapetitorum aureorum de quibus meminit. d. l. 9. tit. 4. par. 5. quomodo computetur, tractat idem Pet. de Dueñas in. d. regu. 224. in fi. & melius Grego. Lupi in. d. l. 9. in verbo. de oro tit. 4. de donatio. par. 5. & dom. Di. Couarru. lib. 1. resolu. cap. 11. num. 3. & iterum in libr. de veterum collatione numismatum cum his quae modo expenduntur cap. 6. num. 5. vbi resoluunt valore castellanorum aureorum habere solidos seu marapetinos aureos predictos, valet enim quilibet castellanus aureus, quatuorcentum & quinquaginta marapetinos communes, quo iure vtimur. [ Donatio autem facta ecclesiae vel alij pio loco, licet excedat dictam summam quingentorum Castellanorum aureorum non eget in situacione secundum Bar. & Alberi. in l. illud per illum tex. C. de sacros. eccles. Feli. in cap. ecclesia sancte Mariz num. 82. de constit. vbi citat concord. & testatur hoc esse receptum Ripa lib. 3. responsorum cap. 11. num. 10. Paul. Paris. conf. 70. numer. 23. lib. 4. Rebuffus in tracta. de priuileg. scholarium priuileg. 64. vbi hoc extendit ad donationem scholarum factam tanquam piam & dicit ita communiter obseruari Pet. Dueñas in. d. regula. 224. limita. 6. & est casus in l. 9. versic. otro si dezimos titu. 4. de donationibus part. 4.

LE Y. VIII.

Que no vale la donacion de todos los bienes aunque sean de los presentes.

Don Fernando y doña Isana en Toro: año de 1505. l. 69.

Ninguno pueda hazer donación de to-

dos sus bienes, aunque la haga solamente de los presentes.

GLOSS. I.

- 1 Donatio omnium bonorum presentium futurorum nullo iure valet, & qua sit ratio.
- 2 Donatio omnium bonorum presentium & futurorum an firmari possit iuramento, quod non communis, limita: ur. Donatio omnium bonorum mortis causa facta cum iuramento de non reuocando, non censetur donatio inter viuos sed causa mortis vt actus valeat & non pereat, ibidem.
- 3 Donatio omnium bonorum presentium non valet in re regio, licet contra esset iure communi, vbi rationes redduntur. Nimum qui quid est vertitur in vitium, ibi.
- 4 Donatio omnium bonorum an valeat in aliquo?
- 5 Donatio omnium bonorum modico reseruato non valet. Donatio omnium bonorum reseruato vsu fructu an valeat iure communi, vel regio, quando bona tantum presentia donantur? ibidem.
- 6 Donatio omnium bonorum mobilium & immobilium valet, si donans habet actiones. Bonorum mobilium & immobilium appellatione non comprehenduntur iura & actiones, ibidem.
- 7 Bonorum appellatione quae sunt in tali loco, vel qua vbi que habeo non continentur actiones. Actiones non circumscribuntur loco, ibi.
- 8 Donatio omnium bonorum presentium an firmetur iuramento? quod firmetur.
- 9 Donatio omnium bonorum fieri potest ecclesiae, pio loco, & pia causa, vel pro dote.
- 10 Renunciari an possit huic legi?

a **Am que la haga solamente de los presentes.** Regula generalis est, quod donatio omnium bonorum presentium & futurorum non valet. l. si. Libertus. §. si quis plures ff. de iure patro. l. omnes. §. Lutus. ff. quae in fraud. credit. ex quibus id expendit Bart. & docto. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. vbi Alex. & Iaso. num. 20. hanc dicunt esse communem cum concordant. a Petro de dueñas traditis regula. 219. Fran. Niconitius in cap. quoniam contra. §. notab. num. 24. de proba. Deci. in l. si. C. de pact. nu. 30. rationem reddunt docto. supra citati, ne auferatur donatori libera testamenti factio, vt Soci. Iunior explicat notabiliter confi. 21. num. 9. lib. 2. dom. Did. Couarr. in rub. extra de testamen. 2. par. num. 4. [ Qui contra plurium sententiam tenet donationem huiusmodi iuramento firmari, cum non sit contra bonos mores naturales. Sed receptior opinio est in contrarium, quod huiusmodi donatio non firmetur iuramento, cum censetur in fraudem legis factum vt plurium autoritate firmat Pet.

Pet. Dueñas in. d. regula. 219. amplia. 2. Id limitans, nisi donatio omnium bonorum post mortem facta fuerit cum iuramento de non reuocando, quia talis donatio censetur esse causa mortis, licet sonet inter viuos propter iuramentum de non reuocando, ita pulchre Paul. Castren. confi. 75. lib. 2. cui assentitur Alexan. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 19. ff. de verbo. obli. Soci. confi. 130. num. 7. & confi. 137. nu. 1. lib. 1. Maria. Soci. Iunior confi. 44. num. 35. lib. 2. Ioan. Crott. in re. pet. rub. ff. de lega. 1. col. 7. Affli. decif. Neapoli. 338. nu. 6. Aimon Crauette conf. 139. nu. 10. qui citat Bald. hoc idem tenentem in confi. 8. in fine lib. 3. Pet. Dueñas in regula. 219. amplia. 2. versic. est tamen verum & regula 217. limi. 1. dixi supra eo. l. 7. glo. 1. num. 18. semper enim debet interpretatio fieri, vt actus valeat non vt pereat. l. quoties. ff. de verbo. obligat. l. quoties. ff. de reb. dub. circa quorum interpretationem plura congerit singularia Aimon. d. conf. 139. num. 6. & sequentibus. [ Secundo hanc conclusionem intellige, vt procedat quando omnia bona presentia & futura donantur, verum etiam si solum presentia donentur, adhuc non valet donatio, vt in hac lege statuitur & in l. 7. tit. 12. libr. 3. feri & ibi Montal. quibus corrigitur communis opinio doctorum contrarium decidentium per tex. in l. omnes. §. Lutus vbi glo. & docto. hoc expendebant ff. de his quae in frau. credi. Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 5. & ibi docto. ff. de verbor. obliga. & in l. si. num. 11. C. de pact. quam opinionem sequitur Deci. confi. 30. & conf. 613. colu. 2. Pet. Rebuf. in glo. ad constitu. regias Galliae. 1. par. art. 3. glo. 2. tractatu. de literis obligatorijs num. 29. Christopho. Porcius in. §. liberis num. 4. insti. de pupilla. substi. Curti. Iunior in l. pactum quod dotali num. 3. C. de pact. Ratio decidendi legis nostrae haec est, quia expedit reipublicae, ne quis re sua abutatur, ne uel prodigalitate vtatur arg. tex. in l. Imperator. ff. ad Trebelli. §. si. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. vnica. §. si. C. de cadu. tollen. authe. de haered. & Falci. versic. incurrunt colla. 1. auth. vt iudi. sine quoquo suffrag. fiat, versic. cogitatio colla. 2. Anto. Gomez in l. 69. Tauri num. 1. in fi. vel secundum Ioan. Lupi & ceteros eius legis interpretes, quia ex tam immensa donatione presumitur fraus, quae sustineri potest, licet Gomecius eam impugnet, omne siquidem quod est nimium vertitur in vitium, vt in authen. de immensis donatio. §. 1. colla. 7. & ibi glo. [ Tertio non valet in aliquo donatio omnium bonorum, sed vitatur in totum, quia non est maior ratio quod valeat in parte aliqua, quam in alia. l. si libertus minor est §. si quis plures. ff. de iure patro. vbi donatio plurium rerum vno contextu facta in fraudem & prohibitionem legis, est in totum nulla etiam respectu eorum, quae separatim & de se valere poterat, & ibi docto. notant & Anto. Gomez in. d. l. 69. Tauri num. 2. qui hoc pluribus confirmat rationibus, Bal. in l. si. num. 10. C. de pact. Ang. Imo. & Alex. num. 21. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. hanc opinionem communem esse attestatur Fran. Purpura. in l. si. nu. 247. C. de pact. Pet. Dueñas in regula. 219. amplia. 5. [ Quarto non valet donatio omnium bonorum, etiam si quid modicum sibi reseruet secundum docto. in l. si. C. de pact. & in. d. l. stipulatio hoc modo concepta vbi

Claudi. de Saifello num. 29. Petr. Dueñas in. d. regula 219. in fi. Quinetiam si vsu fructum reseruet, non valet donatio iure nostro regio, quo bona presentia dumtaxat donari prohibentur, quia vsu fructu reseruans bona futura reseruat, & presentia donat, quare non valet talis donatio, licet vsu fructus donatori reseruetur, vt optime resoluit dom. Did. Couarr. lib. 3. resolutio. cap. 12. nu. 4. cuius sententia vera est. Licet contrarium voluerit Anto. Gomez in l. 69. Tauri numer. 3. licet ex communi opinione valeret iure communi Imperatorum huiusmodi donatio reseruato vsu fructu vt ibi eoncludit dom. Did. Couarru. d. cap. 12. nume. 1. 2. & seq. contra Paul. Castren. [ Sed tu hanc regulam limita, non procedere, vbi quis donat omnia bona sua mobilia & immobilia presentia & futura, nam si actiones habet, de quibus possit testari, non infirmatur donatio vt autoritate Bald. asseuerat Soci. in regula 145. limi. 1. cuius ratio est, quia in donatione seu relicto bonorum mobilium & immobilium non continentur iura & actiones, est siquidem tertium genus bonorum, vt in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. libi. res mobiles & soli, & ibi, hoc amplius nomina debitorum, Bar. in l. potest. ff. de autho. tuto. & in l. mouentium, vbi etiam Albe. ff. de verb. signifi. & haec est recepta sententia, vt colliges ex Tiraq. plures auctores more solito referente, lib. 1. de re tractu. §. 1. glo. 7. nume. 9. & Ario Pinelo in rub. C. de bon. mater. 1. par. num. 24. & seq. & in specie donationis, de qua agimus, & relicti hoc tenuit Bar. confi. 50. & in l. si. nume. 4. versic. quero, ff. de vsu fru. lega. Ias. in l. a diuo Pio. §. in venditione num. 7. ff. de re iudi. & confi. 5. libr. 3. Corne. confi. 104. num. 19. & sequen. lib. 2. vbi notabiliter loquitur, Gomez in. §. omnium num. 22. insti. de actio. Capella Tolofana & ibi Auferri. quae ff. 315. Guido Papae. q. 261. Deci. conf. 237. colu. 1. & in l. 1. 2. lectura num. 8. ff. si cer. peta. Guill. Bened. in rep. cap. Raynuttius in verbo cetera bona nume. 25. de testam. Maria. Soci. Iunior confi. 115. colu. 1. libr. 1. Arius Pinel. in. d. rub. de bon. mater. 1. par. num. 25. in fine. Et num. seq. hoc extendit ad confiscationem, limitando vt ibi, per eum, ex quo constat veram esse limitationem. [ Secundo limita legem nostram non procedere, si donauerit quis omnia bona sua sita in tali loco vel vbi que sita, valet siquidem huiusmodi donatio, si donans eo tempore actiones aliquas habebat. Nam actiones & iura cum sint incorporalia non circumscribuntur loco. l. Cayus ff. de lega. 2. l. si fideicommissum, §. tractatu. ff. de iudi. & d. l. Cayus ad hoc extollunt docto. vt tradit Tira. in l. si vnquam in verbo bona num. 9. C. de reuo. don. quam sic intelligunt docto. communiter & est recepta interpretatio, vt colliges ex Iaso. in l. a diuo Pio. §. in venditione num. 6. ff. de re iudi. & in §. item Seruiana num. 42. insti. de actio. & in l. cunctos populos. C. de summa Trini. ad finem, & Alcia. in l. si. num. 80. C. de pact. Alex. conf. 31. num. 7. lib. 1. Ioan. Cirier. de primogenitura lib. 2. q. 9. Pinelus hoc optime explicans in. d. rub. de bon. mater. 1. par. num. 10. & sequentibus, qui omnino est videndus in hac materia. Ex quo hac limitationem obseruat autoritate Bal. Soci. in regula 143. limi. 2. [ Tertio limita, vt lex nostra prohibens donationem omnium bonorum presentium non procedat

cedat si iuramentum interueniat, vt latè probat Ant. Gomez in l.69. Tauri num. 4. respondetque ad obiectiones & fundamenta contraria, vbi videas. Idem voluit dom. Di. Couarru. in rub. extra de testam. 2. part. num. 4. & 5. & 6. [ Quarto limita, vt non procedat in donatione facta ecclesie vel pio loco, vel pie cause vt pro dote, valet enim donatio omnium bonorum eis facta vt colliges ex Bar. & docto. in l. fi. C. de pact. vbi Deci. in ecclesia & pio loco eam dicit communem numero. 31. & Hierony. Cagnoli nume. 203. & Purpura. numer. 242. cum pluribus concordantijs per Petr. de Dueñas traditis in regula. 219. limi. 1. & per dom. Did. Couarru. in rub. extra de testam. 2. par. num. 6. docto. omnes in l. 69. Tauri maxime Anto. Gomez numer. vlti. [ Nec huic legi tanquam prohibitiue licet renūciare arg. l. 1. vbi glo. & docto. communiter. C. ne fideiussor. doti. dent. & in specie hoc attestatur Anto. Gomez in d. l. 69. Tauri num. 1. vers. ex quibus rationibus, que sententia vera est.

LEY. IX.

¶ Que las mercedes que se hizieren de juro, o de por vida, o otras qualesquier se asentaren, en los libros dentro de vn año, y no lo haziendo las ayan perdido.

¶ Don Iuan. II. en Madrid, año de 1423. a XI. de Dixie bre. pagmatica.

¶ Ordenamos y mādamos que qualesquier concejos, e yglesias, y monasterios, y comunidades, ciudades, villas, y lugares, y personas de qualquier estado y condicion y preeminencia, o dignidad q̄ seá: q̄ de los Reyes dóde yo végo, o de qualquier dellos, o de mi, o de qualquier de nos han e tienen o tuuieren qualesquier mercedes, anfi de juro y de heredad, como de por vida, o de cada año, o de otra qualquier manera, por qualesquier cartas, y albaes y priuilegios que tengan, los quales no está puestas, ni asentados en los mis libros de los mis contadores mayores: que del dia de la data desta nuestra carta ha sta vn año cumplido primero figuiente vengán mostrando y muestrén ante nos en el mi consejo los priuilegios cartas y aluaes, y recaudos originales que en esta razon tienen, para que nos los mandemos ver y proueer fo-

bre ello como cumpla a nuestro serui- cio, con apercebimiento que si no los mostraren dentro del dicho termino, que dende en adelante por esse mismo hecho pierdan e auran perdido las dichas mercedes. <sup>a</sup> Y les no seran guardadas, ni gozaran dellas, ni les seran asentadas dende en adelante en los nuestros libros. ¶ Y de aqui adelante qualesquier ciudades, villas, y lugares, y yglesias, y monesterios, y concejos, y comunidades, y personas de qualquier estado, y condicion, preeminencia, y dignidad que sean, a quien nos hizieremos qualesquier mercedes de juro de heredad, o de por vida, o de cada vn año, o de otra qualquier manera, los végan a mostrar ante los nuestros contadores mayores, y las asentén en los nuestros libros dende el dia que por nos les fuere hecha la tal merced, hasta vn año cumplido primero figuiente. Y si así no lo hizieren y cumplierén, que por esse mismo hecho ayan perdido y pierdan las tales mercedes: y les no sean puestas ni asentadas dende en adelante en los nuestros libros, ni las ayan, ni puedan auer, ni puedan gozar ni gozen dellas. Lo qual mando que se guarde para agora y para siempre jamas. Y que pasados los dichos terminos, los que anfi no lo hizieren, no les pasen las tales mercedes, ni alguna dellas a la tabla de los nuestros sellos: ni se les asentén en los nuestros libros, ni los nuestros contadores mayores las reciban en quenta, ni les fea la tal merced guardada dende en adelante. <sup>b</sup>

GLOSS. I.

- 1 Donatio à Principe facta non potest reuocari. Donatio perfecta non capit postea conditiones, ibi.
- 2 Donatio à Principe facta, imo quodcumque ius, iure gentiū quasi, auferri potest per legem generalem absque vlla satisfactione,

Pierdan

- 2 Pierdan e auran perdido las dichas mercedes. Videtur hoc non posse fieri. vt in l. 6. supra eod. vbi donationem à Rege factam non potest Princeps ipse reuocare, nisi ex causa, ex qua aliq̄ priuatorum donationes reuocantur, vbi latè probauit in glo. 1. quare ergo donarijs hoc onus iniungitur? videtur iniungi non posse post perfectam donationem. l. perfecta. C. de donatio. que sub modo, cuius verba sunt, *Perfecta donatio conditiones postea non capit, quam legem optime explicat.* dom. Did. Couarru. lib. 1. resolutio. cap. 14. per totum. [ Respondeo hoc lege generali fieri posse, etiā in quocumque iure vel realiqua iure gentium quasi, atque etiam nullo dato premio donatario, vt latè probat Decius in capit. que in ecclesiasticum numero. 21. de constitu. latè Paul. Paris. consi. 1. nume. 46. libr. 1. vbi citat concord. dixi in dialogo relatoris. 4. part. c. 12. num. 3. & supra eo. l. 6. glo. 1. in fine.
- 2

GLOSS. II.

*Donatio à Principe facta propter non seruatum formam est ipso iure nulla. Et formæ omisio in qualibet minima parte reddit actum nullum.*

- b Niles sea la tal merced guardada dende en adelante. Et nimirum si hac in specie annuletur donatio à Principe facta, propter non seruatum formam, Forma siquidē hīc statuitur, vt de cetero donationes omnes reddituū tēporal. um vel perpetuorum à Principe factæ à rationabilibus infuuentur, vt in Regijs codicibus scribantur, alīās non valeant. Violatio enim formæ etiam in qualibet minima parte, reddit actū nullum. l. cum hi §. si prætor. ff. de transactio.

LEY. X.

¶ Que el Rey no haga donacion de pinos, ni moros, ni galeas, ni otras cosas de las atarazanas.

¶ Ley. 8. tit. 9. lib. 5. ordina.

¶ Don Iuan. II. en Valladolid, año de. 47. peti. 46.

¶ Porque entédemos que cuple a nuestro serui- cio, y al bien publico de nuestros reynos, es nuestra voluntad, de no dar ni hazer donacion a persona alguna de pinos, ni moros, ni galeas, ni otra cosa alguna de las nuestras Atarazanas. <sup>a</sup> y que las cartas de mercedes y priuilegios, que los Reyes nuestros progenitores o nos ouieremos dado, o diere mos sean ningunas y de ningun efecto, aunque sean sobrecartas de segun-

da justison, o dende en adelante: yaunque sean dadas de nuestro proprio motu con qualesquier clausulas derogatorias, y firmezas, y seá auidas por obrepeticias. Y defendemos a nuestros secretarios y escriuanos de camara que las no libren ni sobreescriban, sopena de nuestra merced y de priuacion de los officios. Y mandamos a los nuestros alcaydes de las nuestras Atarazanas, q̄ en esta parte no cumplan nuestras cartas, ni dé cosa alguna de las dichas Atarazanas a persona alguna. Y si lo diere ren que lo paguen de sus bienes, y de mas que por el mismo hecho ayan perdido e pierdan todos sus bienes para la nuestra camara. Y defendemos a nuestros contadores, y a sus lugares tenientes que no señalen ni libré las tales cartas ni aluaes, sopena de priuacion de los officios.

GLOSS. I.

- 1 Donatio rerum ad naualia pertinentium à Principe facta est nulla. Rei publicæ expedit portus maritimos à piratis esse securos, ibidem.
- 2 Princeps tenetur portus maritimos & vias reddere à piratis & latronibus securas, Tributa quare Principi dentur? ibidem. Ciuitas an teneatur de præda in suo territorio facta remitti? ibidem.

- 2 De nostras atarazanas. Nota donationem rerum ad naualia pertinentium esse omnino prohibitam, & priuilegia & concessiones earum rerum à Principe factas esse nullas, & minime obseruandas. Expedit enim reipublicæ portus maritimos esse à piratis, & à piraticis bellis, & de predationibus securos, vt in l. 4. titu. 7. de mercatoribus, part. 5. [ Ideo enim pedagia & alia tributa ex mercibus asportatis licitè exiguntur, quia Principes ea exigentes, vias tenentur reddere à prædonibus securas, & portus maritimos à piratis secundū hosti. in summa titu. de censibus. §. ex quibus causis, vers. sed nunquid sine causa. l. 5. & ibi Grego. Lupi in verbo seguros, tit. 7. par. 5. ibique in verbo, el ochauo, asserit hoc in regno moris esse, vt decima pars rerum, que à mercatoribus huc deferuntur exigatur. Quod veltigal, almoxarifazgo nuncupatur, de quo fit mentio in l. 25. tit. 9. part. 2. & in l. 13. tit. 8. de instrumentis par. 3. & in l. 7. tit. 14. par. 7. & infra lib. 9. tit. 22. & seq. vsque

vsque ad titu. 27. exclusiue, & an ciuitas teneatur de preda in suo territorio facta tractat Greg. Lupi in.l. 4. in verbo el concejo o el señor titu. 7. de mercatori- bus part. 5.

L F Y. XI.

¶ Que las donaciones que se hazen en fraude de no pechar que no valan.

¶ Lex. 6. tit. 9. lib. 5. ordina.

¶ Don Iuan. II. en Burgos, año de. 1453. peti. 5.

¶ Muchas personas en fraude de no pechar, han hecho y hazen donaciones assi a hijos clerigos, a como a estudiantes: b y otrosi si no tiene tres o quatro hijos, y el vno es clerigo y exempto, hazen le los otros pecheros donacion y trasfacion de todos sus bienes, c y hazen entre si otras particiones encubiertamente: y otros por hazer de dos pecherias vna, hazen el vno al otro donacion o trasfacion de toda su hacienda, y sobre esto son seguidos, e se figuere muchos pleytos y contiendas, y son fatigados nuestros pecheros ante jueces ecclesiasticos y seculares. Porende definiendo los tales fraudes y engaños, ordenamos, que si alguno es pecheroy hijo de pechero, y no se halla abonado para que se haga execucion en sus bienes por pagar los tales pechos, que ha de pagar, por razon de la tal donacion o trasfacion que ha hecho, o ficieren en persona exempta: d porque el derecho presume, que lo hizo cautelosamente, a fin de no pechar ni contribuir, e que la tal donacion y trasfacion sea ninguno de derecho. Y q amengua de los dichos bienes, la tal persona que assi hizo donacion de los dichos bienes sea preso su cuerpo, y este assi preso hasta que de bienes desembargados suyos e en que se haga la dicha execucion. Y en tanto sea le dado

lugar si quisiere, para que diga y alegue de su derecho: pero que no falga de la dicha carcel, hasta que aya pagado los dichos pechos: o muestre razon legitima, porque assi no lo deue hazer. Y mandamos al mastrefcuela, y a otros qualesquier jueces ecclesiasticos, que hazen o hiziere procesos contra las nuestras justicias y pecheros por virtud de los priuilegios de la yglesia o estudio, que véga por sus personas ante nos en la nuestra corte, dentro de cierto termino, q por nuestra carta les sera assignado, y no partan della sin nuestra licencia y mandado, e y que den razon de los dichos procesos, que assi hazen, o hizieren.

G L O S S. I.

- 1 Clerici presbiteri vel maioribus ordinibus insigniti sunt immunes a tributis & censibus. Tributa a clericis exigens est excommunicatus, ibidem. Clericorum boni quæ sita & quærenda a tributis & censibus sunt immunita, ibidem.
  - 2 Clerici sunt a gabellis exempti pro rebus ab eis distractis.
  - 3 Clerici negotiatores non sunt a gabellis exempti, idem in ecclesijs. Clerici ad quæ tributa teneantur, remissiue, ibidem. Clericorum priuilegia remissiue, ibidem.
  - 4 Clerici primæ tonsuræ vel minorum ordinum non coniugati an sint immunes a tributis & exactiõibus, & quid hodie requiratur, vt immunes fiant iure regio.
  - 5 Clerici primæ tonsuræ coniugati nullo modo exempti a muneribus vel tributis, sed solum canonis & fori priuilegio gaudent, si ea faciant, quæ a Concilio Tridentino & lege regia exiguntur.
- ¶ Donaciones assi a hijos clerigos, Nota donaciones factas in fraudem contributionum filijs clericis esse nullas. Clerici enim presbiteri, vel maioribus ordinibus insigniti quoad tributa & census tam ratione personæ quam rerum sunt exempti, vt in cap. quamquam de censu. lib. 6. cap. non minus de immuni. eccles. vbi late docto. & in. l. placet & l. ad instructionem. C. de sacros. eccles. l. presbiteros. C. de epi. & cleri. cap. si tributum. 11. q. 1. Panor. in cap. vlti. numer. 4. 11. 12. & 13. vbi hoc extendit ad bona propria clericis, extra de vita & honesta

honestæ. cleri. idem & Feli. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ num. 7. & Deci. num. 18. & alij extra de constitut. Ripa lib. 2. responsum capit. 22. Cassane. in consuet. Burgun. rub. 1. §. 4. num. 17. Aufreri. in Clem. 1. de offi. ordina. regula. 2. fallentia. 27. Diedroni. de liberate christiana pag. 109. & 198. Bar. & Ioan. Mauricius in repe. l. vnicæ. C. vbi mulieres, & in quo loco fol. 45. & pluribus sequen. Pet. Duñas qui hanc regulam ampliat & limitat plurifariam in regula. 100. l. 51. & 54. ti. 6. de clericis & eorū priuilegijs par. 1. l. 11. tit. 3. de episc. & cleri. supra lib. 1. Quod iuri diuino consonum esse constat Genes. cap. 47. & Hefdre lib. 1. cap. 7. & qui ab eis tributa exegerit, vel exigi consuluerit pœna excommunicationis plectitur, vt constat ex concilio Lateranensi sessione. 9. sub Papa Leone. X. Archiep. Floren. 2. parte sue summe tit. 1. cap. 3. & 3. par. tit. 24. capit. 25. Siluest. in summa in verbo excommunicatio capit. 39. Pet. de Antibebus in tracta. de muner. 3. par. §. 4. nu. 32. Fran. Curt. Iunior consi. 61. num. 2. vbi plures addit concordantes, Did. Perez in. l. 1. ti. 3. lib. 1. ordina. col. 90. quod procedit tam in bonis quæ sitis, quam in querendis, vt in cap. 1. de immu. eccles. l. 6. & cap. quæquam de censib. eod. lib. Did. Perez vbi supra, & Ferdinan. Vazquez lib. 1. de successio. creatio. capit. 10. num. 652. [ Sunt etiam clerici immunes a gabellis pro rebus ab eis distractis ex sententia Panor. in cap. 1. num. vlt. in fi. decensu. & in cap. non minus num. 21. de immu. ecclesia. cui accedit Ioann. Lupi Decanus Segouienensis in lib. de liberta. ecclesia. 1. par. q. 2. Cardi. in Clem. present. num. 9. de censib. Tiraquell. lib. 1. de re tractu. §. 32. glo. 1. num. 80. Firmia. in tracta. de gabellis 7. q. prin. nu. 9. Deci. late consi. 496. col. 1. Did. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. col. 93. in fi. & 94. Ferd. Vazquez lib. 1. de successio. creatio. §. 10. num. 648. verfic. denique leges. l. 49. tit. 6. de clericis & eorū priuileg. par. 1. & ibi Greg. Lupi, tex. in. l. 6. tit. 18. de gabellis infra libr. 9. [ Hoc tamen fallit in clerico negotiatore seu mercatore, quippe qui a solutione gabellæ non excusatur, vt in Clem. present. de censib. & in capit. quamquam eod. tit. lib. 6. Federi. conf. 111. colu. fi. Feli. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ num. 105. & ibi Deci. nu. 57. de constitut. Grego. Lupi in. l. 49. in verbo las franquetas & in. l. 5. glo. 1. tit. 6. de clericis & eorū priuileg. par. 1. & in. l. 5. tit. 7. de mercatoribus in verbo clerigo par. 5. Did. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. colu. 94. Ferdinan. Vazquez. d. §. 10. num. 648. verfic. denique leges Bertachi. in tracta. de gabellis. 7. part. prin. q. 6. nu. 10. & iterum in. 2. q. 3. partis prin. Specul. in tit. de immu. eccles. num. 3. Pet. Duñas in regula. 100. l. 1. l. 7. ti. 18. de gabellis infra libr. 9. Vbi hoc extenditur ad ecclesias negociantes seu mercaturam exercentes, licet Ancharra. Imol. & Panor. in. d. c. vbi. de vita & honest. cleri. & Bertachi. vbi supra & Petr. Duñas. d. regula 100. l. 11. in fi. voluerint contrarium in ecclesia vel clerico nomine ecclesie vendente. Quid autem fiet in pedagio? declarat Greg. Lupi in. d. l. 49. ad fi. in verbo las franquetas, tit. 6. de clericis & eorū priuileg. part. 1. Ad quæ autem munera clerici teneantur, tractat plenè Greg. Lupi in. l. 51. in verbo pechar. & iterum in verbo por razon de sus personas & in. l. 54. glo. 1. & 2. tit. 6. par. 1. Petr. Duñas in. d. regula. 100. plura alia priuile-

legia clericorum cumulat Did. Perez in. d. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. colu. 89. & pluribus sequen. [ Clerici etiam primæ tonsuræ non coniugati liberi sunt & immunes a tributis, censibus indistis, & omnibus subsidijs, a quibus clerici presbiteri sunt immunes, vt voluit Bertachi. in. d. tracta. gabellarum. 7. par. numer. 12. Ang. in auth. de monach. §. pen. Guido Papæ. q. 383. Maurici. in repe. l. vnicæ. C. de mulie. & in quo loco munera subire soleant lib. 10. pag. 75. quorum opinio communis est & ab omnibus probatur in c. ex parte de cleri. coniuga. teste dom. Did. Couarru. libr. practica. quaestio. c. 31. num. vlti. colu. pen. Quod tamen limitat ibi Couarru. vt procedat, quoties clerici primæ tonsuræ probam & honestam viuendi rationem admiserint, vestes saltem decentes & tonsuram non dimittentes, quod deducit ex Innocen. in cap. 1. de aposta. idem voluit Thom. Parpal. in repe. l. placet. C. de sacros. eccles. Ioan. Mauricius in repe. d. l. vnicæ pag. 73. C. de mulie. & in quo loco, Guido Papæ. q. 381. quod optima ratio ne probat dom. Did. Couarru. hanc opinionem Hispanam consuetudinem admisisse, etiam si tertio moniti non fuerint, quod vestes decentes deferant & tonsuram, quod constat ex titulo. 4. de cleri. primæ tonsuræ supra libr. 1. vbi transcripta non fuit lex. 13. tit. 3. lib. 1. ordina. has trinas monitiones exigens. Vbi Did. Perez colu. 136. in fi. discutit, an vnica sufficiat monitio peremptoria pro omnibus vel generalis, vel nulla, cui adde dom. Did. Couarru. libr. practica. quaestio. capit. 32. num. 1. Ferd. Vazquez lib. 3. de successio. creatio. §. 22. num. 61. & seq. & Grego. Lupi in. l. 49. in verbo las franquetas post medium tit. 6. par. 1. & quæ dixi in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 22. cap. 1. §. 2. glo. 9. nu. 7. Hodie autem monitio hæc non exigitur, vt constat ex concilio Tridentino sessione. 23. cap. 6. & ex lege. 1. & vlt. tit. 4. de cleri. primæ tonsuræ supra libr. 1. vbi statuitur, vt gaudeant priuilegio fori clerici isti primæ tonsuræ vel minorum ordinum, quid facere debeant, & in. l. 2. ciusdem tituli, & ibi statuitur, clericum primæ tonsuræ non coniugatum obtinentem verè ecclesiasticum beneficium seu sacerdotium, immunem esse a tributis nõ aliàs ibi, [saluo los no casados q actualmète tuuie ren beneficio ecclesiastico. [ Vbi autem clerici primæ tonsuræ fuerint coniugati etiam cum vnica & virgine non sunt immunes a tributis, solum enim canonis si quis suadente, & fori priuilegio gaudent vt in cap. vnico de cleri. coniuga. lib. 6. & ibi expendit glo. & commu. omnes Dida. Perez in. d. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. colu. 93. verfic. est tamen elegans quæstio. tex. in. c. ex parte de cleri. coniuga. l. 49. in fi. titu. 6. de clericis par. 1. vbi. Greg. Lupi in glo. viti. Feli. in capit. ecclesia sanctæ Mariæ nu. 103. de consi. Ioan. Igne. in. l. fidei commissum num. 277. ff. ad Silla. Ioan. Mauricius in repe. d. l. vnicæ. C. de muli. & in quo loco Collecta. in cap. decernimus. q. vlti. num. 7. de iudi. l. 13. vbi Did. Perez tit. 3. lib. 1. ordina. dom. Did. Couarru. hanc dicens canonem lib. pract. quæstio. cap. 31. num. 9. & est hodie tex. expressus in. l. 2. tit. 4. de clericis primæ tonsuræ supra libr. 1. cuius verba sunt. Los clerigos de corona y menores ordenes, que conforme al decreto del sacro Concilio, y ala ley antes desta pueden gozar del priuilegio del fuero



fuero, sea y se entienda tan solamente quanto al privilegio del fuero en las causas criminales: pero en todo lo demas assi en el pechar, como en el pagar alcauala, y en todas las otras cosas no sean exemptos, ni gozen de privilegio: y paguen y contribuyan como los legos. Y en esto y en todo lo demas sean auidos por tales: salvo los no casados, que actualmente tuviere beneficio ecclesiastico. Quando autem donatio clerico vel exempto facta, in fraudem tributorum fieri videatur, dicant in glossis sequentibus.

G O S S. II.

1 Scholares an sint immunes a tributis & muneribus?  
2 Licentiatum & doctores graduati Salmantica & Pinciae & Bolonia non bachalauerei gaudent immunitate a tributis.

Scholares an sint immunes a muneribus patrimonialibus, ibidem.  
Scholaris debet esse matriculatus, ut gaudeat privilegio, ibidem.

b Como a estudiantis. Scholares iure communi nullis sunt obnoxij tributis, non enim tenentur ad collectas, tales, nec ad alia munera ordinaria vel extraordinaria ut in auth. habita. C. ne fili. pro patre, & ibi notat docto. maxime Rebuff. in l. 1. & 2. C. qui eta. vel prof. si. te excus. lib. 10. Clem. vnica de censu. Rebuffus de privileg. scholarum privilegio. 149. [ Sed hoc intellige quoad munera personalia, non quoad patrimonialia, ut expressim deciditur in d. l. 2. C. qui eta. vel prof. si. Ang. & ceteri in §. item si maior insti. de excusa. tuto. Ioan. Lecrier de primogeni. q. 7. num. 10. li. 2. Thomas Parpalia in repe. l. placet num. 70. vers. an autem scholaris. C. de sacros. eccles. Dida. Perez in l. 8. tit. 2. lib. 1. ordina. colu. 75. vers. scholaris itidem, vbi matriculæ descriptum esse debere asseuerat, ut his gaudeat privilegij, auctoritate Domi. & Barbatij in proemio Clement. in verbo salutem, Ioan. Lupi in rep. rub. de don. int. vi. & vxo. §. 38. nu. 3. Hodie autem Bachalauri non excusantur a tributis. l. 2. tit. 14. de tributis infra lib. 6. sed solum licentiatum & doctores examine riguroso effecti in studio Salamanticensi & Pinciano & collegij Boloniae, ut in l. 8. tit. 7. de studijs Hispaniae supra libro. 1.

G L O S S. III.

1 Fraus praesumitur ex alienatione omnium bonorum. Fraus ex quibus praesumatur remissio, ibidem.  
2 alienatio omnium vel maioris partis bonorum titulo oneroso minori quam equum est precio fraudem arguit.

c Donacion y trasfacion de todas sus bienes. Ex alienatione omnium bonorum praesumitur fraus. l. omnes. §. Lutus. ff. quae in fraud. credi. l. 7. tit. 15. de cessione bonorum par. §. Alexand. consi. 55. num. 5. lib. 1. & in hac

materia contributionum hoc tenet Antibolus in tractat. de muneribus. §. 4. num. 69. Vbi alios modos cognoscendi fraudem hac in specie nobis insinuat, ex industriae iudicantium hoc magis pederat probat. Idem est si maiorem bonorum partem quis alienet secundum glo. in l. nomen. §. filio in verbo omnis substantia. ff. de lega. 3. per tex. in l. 1. vbi Bal. 3. q. C. si quid in fraud. patro. Alex. expresse in d. consi. 55. num. 5. lib. 1. [ Idem etiam si titulo oneroso alienet secundum gloss. Bar. & docto. in d. §. Lutus & in l. patronus & in l. qui testamentum. ff. de proba. si tamen minori quam equum esset precio vendita essent bona secundum Imol. in l. post contractum columna. 1. ff. de donat. Iaso. in §. item si quis in fraudem vbi latissimè insti. de actio. Gregor. Lupi in l. 7. tit. 15. in verbo todos par. §.

G L O S S. IIII.

1 Clericus vel alius exemptus fundum emens a tributario an soluere teneatur tributum.  
2 Tributorum exemptio non competit rustico, qui fundum emit ab exempto. Persona mutatione mutatur qualitas inherens rei ratione persona, ibidem.  
3 Bona ante sacerdotium possessa, a deo sacerdotio, clericali gaudent privilegio. Tributarius fundus transit in clericum cum onere soluendi tributum fundo annexum, ibidem.

d Donacion e trasfacion que han hecho o hizieren en persona exempta. Nota ex lege ista, quod cessio vel donatio tributarij facta clerico vel exempto non excusat eum a solutione tributi, ad quod propter res donatas vel cessas tenebatur. Contra quod opponitur de l. cum facultates. C. de his qui nune. liberi vel pauper. excusationem meruerunt lib. 10. cuius verba sunt. Cum facultates tuas omnes in filium tuum contulisse te, nec quicquam habere proponas, respectu patrimonij eius, quod tuum esse desit, muneribus civilibus non astringeris. Ex qua lege colligunt docto. quod si pater tributarius donet filio praedium vel domum pro consequendo sacerdotio, confestim praedium liberum efficitur ab omni tributo, quod iure etiam regio probatur in l. 212. in legibus styli, Ferdin. Vazquez lib. de successio. creatio. cap. 10. num. 653. Did. Perez in l. 1. tit. 3. libr. 1. ordina. colu. 90. post medium. [ Quod confirmari asserunt ex sententia Ioan. And. ad Specula. in tit. de censibus. §. nunc dicendum in additione incip. tractauit, dicentis rusticum a milite vel exempto seu nobili fundum ementem onera & tributa subire debere, per tex. in l. 2. etatem. §. vlti. ff. de censib. & l. 3. §. 1. ff. de muner. & honori. c. privilegium personale de regu. iur. lib. 6. licet enim praedium esset liberum a tributis, cum a milite vel exempto possidebatur, illud erat privilegium personae concessum, quare ad emptorem vel successorem non transit, ut in d. regula privilegium statutum

tuitur. Item quia mutatione personae mutatur privilegium, & qualitas inherens rei ratione personae. l. Paulus, alias, per procuratorem & ibi. Bar. num. 3. ff. de acquir. heredi. l. licitatio. §. vlt. ff. de publica. & vetig. vbi Alberi. Bal. & Paul. Castr. c. vnico de iure patro. lib. 6. Iaso. consi. 20. lib. 1. Dida. Segura in repe. l. 3. §. fi. num. 119. ff. de liber. & posthu. Barba. de praestitia Cardina. quaestio. basilica. 11. prime partis, Iaso. in l. nec quisquam nu. 4. ff. de eden. Deci. in l. in omnibus causis num. 2. ff. de regu. iur. & conf. 48. Pet. Ferrar. in sua practica in forma libelli pro solutione pedagogorum in glo. vlti. num. 7. Alexan. optimè in l. quia tale num. 3. ff. solu. matri. Bal. in Margarita in verbo contractus fol. 9. col. 1. Montaluus in l. 3. tit. 14. par. 1. & in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori. Segura in repe. l. vnico ex familia. §. sed si fundum num. 219. vers. 2. facit alia qualitas. ff. de leg. 2. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 13. num. 12. & sequè. Ferdinan. Vazquez. d. §. 10. num. 655. Dida. Perez in d. l. 1. tit. 3. libr. 1. ordina. colu. 90. & in l. 12. gloss. vlti. tit. 4. lib. 4. ordina. col. 1430. & sequ. & Franc. Ripa lib. 2. responforum cap. 1. nu. 16. vers. 3. sic mutatione personae, Archid. Ioan. And. Ancharran. Domi. & Fran. in cap. quamquam decensib. in. 6. [ Bona etiam ante sacerdotium possessa a deo sacerdotio clericali gaudent privilegio, ut in capit. 1. de immu. ecclesia. lib. 6. & cap. sicut cum ibi notatis de verbo. signi. eod. lib. Gemi. consi. 113. vers. 2. conclusio Ferdin. Vazquez & Did. Perez in locis numero praecedenti in fine citatis. Qui hoc limitant, nisi onus rei esset annexum, ita ut ratione rei tributum deberetur, quia tunc transit ad exemptum cum suo onere secundum Bar. in l. is cum quo numero. 2. ff. de aqua plub. arce. & in l. si diuina num. 1. C. de exacto. tribu. lib. 10. Iaso. consi. 20. libr. 1. Grego. Lupi in l. 55. in verbo clericos tit. 6. par. 1. & in l. 51. in verbo por razon de sus personas eod. tit. facit l. dolia §. 1. ff. de contra. emp. l. inuitus. §. plerumque. ff. de regu. iur. tex. optimus in Clem. vnica de supplenda negli. prela. Et iure regio est tex. expressus in l. 11. ti. 3. de episcopis & clericis supra lib. 1. ibi, Et otrosi de hereditate sea tributaria, en que sea el tributo apropiado ala heredad, que los clericos que compraren las tales hereditades tributarias que pechen aquel tributo, que es apropiado y anexo a las tales hereditades. Quae lex sumpta fuit ex l. 1. tit. 3. libr. 1. ordina. vbi id notat Did. Perez colu. 90. vers. si tamen, & Ferdin. Vaz. d. §. 10. num. 656. & sequen. Quid ergo respondebimus huic obiectioni, dicam in gloss. sequen.

G L O S S. V.

1 Donatio vel cessio alicuius rei clerico facta propter quam donans vel cedens soluebat tributum an praesumatur in fraudem fisci facta.  
2 Lex civilis an possit praesumptionem inducere, ut alienatio in ecclesiam vel clericos facta in fraudem fisci esse praesumatur?  
3 Leges vel statuta contra libertatem & in praui-

dicium ecclesiae fieri non posse dispositiue nec praesumptiue.

4 Lex civilis an possit omnibus praedijs tributum imponere, ut transeant ad exemptos cum suo onere, & num. seq.  
5 Lex prohibens alienationem bonorum immobilium in clericos vel tributum imponens ipsis bonis in fraudem clericorum non valet, nec erit seruanda. Alienatio in clericos an possit per contractum prohiberi, ibidem.  
6 Lex nostra intelligitur & saluatur ab impugnationibus & oppositionibus.

c Porque el derecho presume, que lo hizo caue losamente a fin de no pechar ni contribuir. Donatio ecclesiae vel clerico facta alicuius rei, propter quam donator soluebat tributum, non praesumitur in fraudem fisci facta, ut in l. non ex eo. C. de euictio. ibi, Nec opinio eius ex hoc leditur, ut male fidei emptor existimetur, alijs itaque hoc indicijs, si vis, probare debes. gloss. in principio insti. de vsucapioni. in verbo qui bona fide gloss. in capit. sanctorum, de praescrip. & in capit. si diligenti, in verbo bona fides, & in capit. quoniam omne in verbo bona fide, eodem tit. l. merito. ff. pro socio. cap. vltim. de praesump. vbi probatur delictum non esse praesumendum, Corne. consilio. 242. numero. 12. lib. 3. quod in specie probat Dida. Perez in d. l. 1. titulo. 3. lib. 1. ordinamen. colu. 90. in fine & sequen. quae etiam errore est nonagesima. [ Non enim potest lex civilis hanc praesumptionem inducere, ut alienatio facta in ecclesiam fieri videatur in fraudem fisci vel tributorum, ob idque esse inuvalidam, ex sententia Bald. in l. neminem numero. 3. C. de sacros. eccles. & in authentica item nulla numero. 4. C. de episcop. & cleri. & in l. fin. C. sine censu vel reliq. numero. 7. & in consilio. 28. lib. 2. cui accedit Roman. in l. si publicanus. §. 1. num. 7. ff. de publica. Imol. in capit. vltim. numero. 16. & ibi Panormit. numero. 13. de vita & honest. cleri. Ioan. Plat. in l. 2. C. de praedi. nauicula. libr. 11. & in l. vltim. C. de exacto. tributo. libro. 10. Montalu. in l. 1. in verbo siempe guardadas tit. 5. libro. 1. fori, Felin. in capit. ecclesiae sancte Mariae numero. 76. & ibi Deci. numero. 52. de constituto. & est communis opinio secundum Iaso. in l. placet lectio. 2. numero 21. C. de sacros. eccles. Ferd. Vaz. de successio. creatio. §. 10. num. 658. Greg. Lupi in l. 55. in verbo el Rey tit. 6. decleri. & eorum priuile. par. 1. [ Tex. est in l. 3. tit. 3. supra lib. 1. vbi decisum est, non posse leges vel statuta fieri in praedictum vel contra libertatem ecclesiae, triplici ratione, de qua per Didac. Perez in l. 2. titulo. 3. lib. 1. ordina. nec talia statuta ligant ecclesias vel clericos, ut dicam latius in l. 3. tit. 3. lib. 1. supra: & non solum id non potest directe statuere per modum dispositionis, verum nec indirecte per modum praesumptionis inductae, nec per modum poenae imponendae vel auferendae, ut optimè explicat Ferdin. Vazq. lib. 1. de

4 **successionum creatio.** §.10. nume. 658. in fine & pluribus precedentibus. [ Ex quo videmus non fuisse in hoc libro & titulo legem.7. tit.9. lib.5. ordinationum, qua statuebatur, neminem Regi subditum posse bona immobilia alienare in exemptos & regie iurisdictioni non subiectos, & si alienauerit vel donauerit, quantum valoris veri partem Regi dare teneatur, quam imposuit super rebus ipsis, ita ut cum hoc onere transeat ad quoscunque: quæ ædita fuit ex cautela Bar. sumpta in l. rescripto. §. vlti. nu. 5. & ibi eum sequitur Alex. in apostillis. ff. de muner. & hono. Vbi dixit posse dari consiliū, quo mediante ecclesie & clerici ad collectas teneantur, ita videlicet, ut fiat statutū, quo omnia prædicta tributaria reddantur, ad hunc effectū, ut si in ecclesia vel clericos transferantur, cum suo onere transeant nā quoties tributum est annexum ipsi rei, ecclesia & clerici ad id tenentur arg. l. dolia. §. 1. ff. de cōtrah. emp. c. tributum. 23. q. 8. l. 55. tit. 6. par. 1. & ibi Grego. Lupi in verbo clericos, cum concordantijs in glo. præcedenti traditis in fine. Petrus Antiboli in tractat. de muneribus. §. 4. nume. 51. [ Sed his non obstantibus contra Bart. est cōmunis opinio, & verior, imo quod lex prohibens directe vel indirecte bona immobilia in clericos vel in ecclesiam alienari, efficiens suè prædia tributō in odium ecclesie vel clericorum non sit seruanda, nec aliquid valeat, & sic contra Bar. tenuit Bald. in l. neminem nu. 3. C. de sacros. eccles. & in l. vlti. C. sine cōsensu vel reliq. num. 7. & consi. 28. lib. 2. & in authent. item nulla num. 4. C. de epi. & cleri. & Lud. Roman. in l. si publicanus. §. 1. nu. 7. ff. de publica. & vetigal. Imol. in cap. vlti. num. 16. & ibi Rñor. num. 13. de vita & honest. cleri. Iaso. hanc dicens communem in l. placet. 2. l. 2. l. 2. l. 2. l. 2. C. de sacros. eccles. Fel. in capit. ecclesia sancte Mariæ num. 76. & Deci. num. 52. de cōstitū. Greg. Lupi in l. 55. in verbo el Rey, tit. 6. de clericis par. 1. Pet. Dueñas in regula. 100. limita. 9. Did. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordina. col. 90. in fine & seq. Quare merito lex illa in hoc libro transcripta non fuit, ut pote contra libertatem ecclesie, quamvis eam saluare nixus fuerit Did. Perez. d. col. 90. eo quod absque vltio dolo prædia sunt per Principem tributo affecta, quod est directe contra communem opinionem, relictus dixisset Dida. Perez, iudicio meo, per contractū specialem Principis vel donationem id statui posse, non verò per legem generalem, contra libertatem ecclesie ut autoritate Ioan. de Platea in l. vlt. C. de exactori. tributo. lib. 10. asserit Gregorius Lupi in l. 55. in verbo el Rey lo ouiese defendido tit. 6. par. 1. Ancha. consi. 217. nu. 1. Fel. in c. ecclesia sancte Mariæ nu. 77. de constitū. Thom. Parpal. in l. placet versi. 6. limitationem. C. de sacros. eccles. Bellonius conf. 40. nume. 4. Petr. de Dueñas in regula. 100. limi. 6. [ Quid ergo respondebimus ad l. istam dicentem præsumi, hac in specie contra donationem clerico factam, quod facta fuerit in fraudem fisci: Crederem hoc ideo fieri, quia ex alijs coniecturis colligitur alienationem factam fuisse in fraudem tributorum, donauit siquidem tributarius omnia bona vel maiorem bonorum partem, atque ideo minus idoneus inuenitur ad tributa soluēda post alienationem, qua in specie nimirum si fraus præsumatur, iuxta tradita supra eodem gloss. 3. At si

ex indicijs vel coniecturis constiterit, fraudem admittibile tributarium bona sua alienantem in exemptos, iudicis officio cogetur probonibus illis contribuere, vel munera subire, ut optime resoluit Petr. Antiboli de muneribus. §. 4. num. 69. & aperte hoc dicit lex nostra Rescinditur etiam huiusmodi veditio in fraudem fisci facta, ut probat expressim tex. in l. pen. vbi Alberi. C. de rescind. vendi. & in l. 59. vbi plura congerit Gregorius Lupi titulo. 5. part. 5. & in l. styli. 212. & hac in specie sustinetur lex ista, aliàs esset contra libertatem ecclesie, ut rectè aduertit Gregorius Lupi in d. l. 55. in verbo el Rey lo ouiese tit. 6. par. 1. Ferdinandus Vazquez de succession. creatio. §. 10. numero. 657. Didacus Perez in d. l. 1. tit. 3. libro. 1. ordina. col. 90. qui colum. 93. ad finem asserit, clericum, qui donationi in fraudem fisci facte consentit, fraudisque particeps fuit, teneri in foro anime tributa soluere: solutione tamen debitoris à restitutione liberari, quod verum esse existimo, atque ita satisfit ad l. cum facultates. C. de his qui nume. liber. lib. 10. & ad ea quæ in glo. præcedenti diximus.

G L O S S. VI.

- 1 Executio iure communi Imperatorum prius fiebat in bonis, deinde in persona.
  - 2 Executor poterat in carcerem mittere debitorem, qui nō designabat bona propria & libera in quibus fieret executio.
- Fideiussores de emptione praxis, ibidem.

f **Este assi preso hasta que de bienes desembargados suyos.** Nota tex. exprellum pro practica huius regni, qua vitur in executionibus, nam iure communi in executione faciendā contra debitorem, bona eius in primis essent requirenda, nec antea ad capturam personæ deueniri posset, ut in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. c. peruenit de fideiusso. l. 4. tit. 15. de cessione bonorum part. 5. tunc enim debitor eo iure in publicis vinculis detineri poterat, cum bonis caruerat, ex quibus creditoribus satisfacere posset, glo. insignis & communiter recepta in l. 3. §. tutores. ff. de suspect. tuto. quam sequuntur & dicunt singularem Bart. & Bal. in l. vlti. C. qui bon. ced. pos. Alex. & Iaso. in d. §. in venditione Abb. & Fel. nu. 10. in cap. quoad cōsultationem de re iudi. d. Did. Couarr. lib. 2. resolut. c. 1. numero. 2. Gregorius Lupi in l. 4. titulo. 15. par. 5. cū alijs à me adductis in stylo cancellariæ titulo. 1. præmun. 17. casu. 20. declara. 2. gloss. 5. [ Eodem tamen iure poterat executor cōpellere debitorem, ut bona propria indicaret, in quibus fieri posset executio, aliàs debitor poterat in carcerem mitti secūdu Paridē de Puteo in tractatu syndicatus in verbo executio columna. 3. Felinus in capit. quoad consultationem numero. 10. de re iudicata, Cassianus in consuet. Burgundie rubr. 5. §. 2. numero. 13. Robertus Maranta in speculo aureo aduoca. tit. de executione sententiæ nu. 23. Petr. Nun. in dictio

in dictionario suo in verbo almoneda, dixi latius in d. declara. 2. glo. 8. vbi asserui emanasse huius regni praxim, ut à debitore contra quem fit executio, detur fideiussores emptionis, vide quæ ibi diximus, pro quibus est tex. expressus in l. nostra, vbi debitor in carcere est detinendus, donec bona propria libera designet in quibus fiat executio, quæ libera esse dici non potest, nisi det fideiussores emptionis,

G L O S S VII.

*Rex consilium & cancellaria an possint iudices ecclesiasticos coram se vocare, ut rationem litium coram eis dependentium assignent contra iudices seculares.*

5 **Y no partan della sin nuestra licencia y mandado.** Nota hic tex. exprellum quod iudices ecclesiastici possunt à Rege vocari, & eius consilio vel cancellaria, ut rationem reddant causarum, quæ in eorum auditorijs ventilatæ sunt aduersus iudices seculares vel tributarios, adde quæ diximus in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 26.

L E Y. XII.

¶ **Que no se haga merced de Indios, y ningun extranjero trate en las Indias.**

¶ **Don Carlos y doña Juana en Valladolid, año de 1523: peticion. 16.**

¶ **Mandamos que de aqui a delante ningunamerced se haga a persona alguna de Indios. Y que ningun extranjero de nros reynos no trate en las Indias.**

G L O S S. I.

- 1 Loquendum est ut plures, sentiendum ut pauci. Indorū donatio & cōmendatio an prohibeatur, ibi.
- 2 Confirmatio legis correctæ habet vim nouæ concessionis. Lex nostra intelligitur, ibidem, & num. seq.
- 3 Indi debellati serui non efficiuntur.
- 4 Indi cōmendati non sunt vasalli cōmendatariorum, nec aliquid aliud habent præter tributa ipsi cōmendatarij. Tributa Indorum ita diuisa sunt, ut septima pars Regi assignetur, aliæ vero ipsis cōmendatarijs, & quare hoc fieri poterit, ibidem.
- 5 Indi, Ianaconas dicti quare seruire permittuntur Hispanis.

¶ **Ninguna merced se haga a persona alguna de Indios.** Nota legē expresse prohibentē Indorū donationem. Sed quo pacto hoc intelligatur, dubito valde, nā post legē istā habemus peculiare Indiarū leges & regia mandata quibus aliud statuitur. Lex siquidē Indiarū trigesima anno. 1542. condita prohibebat Indorū cōmendā (ut nobis nunc liceat his & alijs dictionibus uti, nam & iuriscōsulti multa vulgari cōsuetudini loquēdi tri-

buerūt, ut in l. 1. ff. de vari. & extra ordi. cogni. & in l. ius cognationis. ff. de pact. præsertim q̄ loquēdū est ut plures, & sentiēdū ut pauci teste Philosopho. 1. Topicorū. c. 2.) à Proregibus & regni moderatoribus fieri, iure noue prouisionis, vacationis, renunciationis, donationis, venditionis, successionis, vel alterius cuiusvis tituli, sed in regio patrimonio incorporari, verū hæc reclamātib⁹ Indiarū ciuib⁹ & in colis anno. 1545. reuocata fuit, ut constat ex regio decreto ad Indiarū prouincias misso edito. 20. die octobris anni. 1545. imò q̄ more solito cōmēdare, ut cōmēdatarij eorū tributis potiātur, dū vixerint, & filij, vel vxores eorum iuxta formā regis decretis traditā, ita q̄ nō excedat duorū vitā, proinde lex ista quoad hoc correctā videtur. [ Et si dixeris hanc legē esse nouiorē, quia capit vires à confirmatione, quæ facta fuit anno. 1566. ut constat ex regio decreto in initio huius recollectionis posito, quia cōfirmatio actus inualidi obtinet vim noue cōcessionis secundū Bar. & Iaso. in l. more. ff. de iuri. omni. iudi. ut dixi supra eo. 3. glo. vlti. num. 2. & 3. hic autem confirmatur lex inualida & correctā, ut dixi numero præcedenti, ergo videtur alias leges moderniores corrigere. Sed respondeo legē hanc generaliter loquentem nō corrigere leges antiquiores in casibus specialibus statuentes ex sententia glo. communiter recepta in l. sciendum. ff. qui satisfid. cogan. & potissimum lex ista alijs casibus præter istum potest adaptari, ut statim dicemus. Et quia videmus contrariam quotidie fieri. [ Quare poteris legem istam intelligere, ut prohibeatur ipsorum Indorum donatio, ne ut serui possideantur, sunt enim omnes liberi, nec ex aliqua causa effici possunt serui ut in l. 21. Indiarum. [ Vel intellige ut prohibeatur ipsorum Indorum donatio, ne habeantur tanquam vasalli cōmendatariorum, non enim sunt vasalli nisi Regis dumtaxat, ipsis siquidem cōmendatarijs solum conceduntur tributa ab ipsis Indis debita ratione protectionis, & doctrinæ Catholice, cum onere ea expendendi in his Indiarum locis vbi cōmendas obtinent, ut sustentari valeant huius regni habitatores, milites, clerici, & officiales in præsidium eorum, qui eos doctrina imbuunt christiana, & sibi sacra ministrant. Nec iurisdicctio aliqua eis tribuitur à Rege, nec consequenter eis competit ea pars tributorum, quæ ratione instruendæ politiæ & iurisdicctiois ipsi tenentur Regi præstare, & non alij, quia nemo alius iudices eis dare potuit, nec ad congregationem in populis faciendam compellere, ut politicè viuerent, prout nunc factum est per prudentissimum egregiumque virum omnibus numeris consummatissimum dominum Franciscum à Toledo huius regni Peru Proregem meritissimum, quare ad hunc effectum partem tributorum septimam regie coronæ, me consulente, adiudicauit in taxationibus nouis tributorum, quas in toto regno denuo Regis mandato fecit, de cuius tributi iustificatione alibi latius tractabo. [ Ad Indos verò Ianaconas dictos, lex ista adaptari nō potest, nā licet legib⁹ Indiarū hi prohibeantur seruire inuiti, ut in l. 22. Indiarū, multis tñ iustis rationib⁹ hac in puincia permittitur, ut seruire possint in fūdis & prædijs & possessionib⁹ hispanorū, vbi

ipfi libenter habitant, & fundos colunt sibi ipfis & dominis prædiorum iusta mercede eis designata, de quibus late egimus in libro moderationis Perù par.1. cap.8. & cap.41. & 42. Quare secūdus intellectus mihi applaudet num.4. traditus.

GLOSS. II.

1. Exterorum commercium in regnis Indiarum quare prohibeatur, & num. seq.
2. Argentum & aurum extra regnum exportari non licet.

**b** Y que ningun estrangero de los Reynos no trate en las Indias. Profecto plurimis & his iustissimis ex causis cōmercium exterorum prohibetur in his Indiarum regnis, & in primis ne navigationem caleant, neque portus exquirant, & piratas instruat, nostrosque deprædentur. Et utinam hæc lex semper obseruata fuisset, & non abūdaret scateretque mare tot piratis, quibus nostri vexantur & impetuntur. [ Secundo eorum cōmercium prohibetur, ne argentum & aurum extra regnum exportetur, quod est iure nostro prohibitū, tanquam ab optima politia alienum. l. 1. 2. 3. & 7. tit. 18. de rebus prohibitis exportari infra lib. 6. & probatur in specie in l. 10. eiusdem tituli. vbi dicam.

LEY. XIII.

**¶** Que no se haga merced de officio antes que vague, ni de pena sin preceder sententia passada en cosa juzgada, ni de bienes ni dineros que no ayā venido a la camara, o sobre que aya pleyto pendiente.

**¶** Do Carlos y doña Juana en Valladolid: año de. 518. peti. 15. y en la Coruña, año de. 520. peti. 38. los mismos en Valladolid, año de. 23. peti. 18. y 19. y en Segovia, año de. 1532. peti. 49.

**¶** Es nuestra merced, y mādamos, que no se pueda hazer ni haga merced de ningun officio, antes que el tal officio vague. <sup>a</sup> Ni de pena alguna ni de parte della, hasta tanto que sobre la tal pena aya auido sententia pasada en cosa juzgada. <sup>b</sup> Y asimismo mādamos que no se hagan mercedes de bienes ni dineros, que no ayā venido a nuestra camara y poder, y de los Reyes q̄ despues de nos succedieren, ni de bienes, que estē pedidos en nuestro nōbre o de la corona real de los nuestros reynos, sobre q̄ estuuieren pleytos pēdientes, sin

q̄ primero sea dada se ntēcia cōtra los poseedores pasada en cosa juzgada, y q̄ si alguna merced cōtra esto fuere hecha, en si sea ninguna.

GLOSS. I.

1. Expectatiue officiorum seculariū ante vacationē concedi non debent ne detur occasio captandæ mortis.
2. Expectatiue officiorum secularium ante vacationē nullo viuentis expresse officio an concedi possint generaliter.

**a** Antes que el tal officio vague. Nota officiorū seculariū à Principe concedi non debere expectatiuas, ne detur occasio captandæ, imo nec optandæ mortis. l. 1. C. de pact. vbi Deci. & docto. cap. 2. de concessio. præben. c. detestanda & cap. ne captandæ eod. tit. in. 6. l. stipulatio hoc modo cōcepta vbi docto. ff. de verbo. oblig. Ludou. Gomez in regula de impetrantibus beneficia viuētū. q. 1. Bal. in. l. 1. ff. vbi pupi. edu. de. l. 13. in. fi. tit. 5. par. 5. [ Quod procedere iure nostro regio arbitror, etiamsi literæ expectatiue generaliter concedantur nullo viuentis expresse officio, vt arbitratur Socin. consi. 33. lib. 3. num. 2. 3. & 4. quod verum est iure nostro per hanc legem & l. 3. titu. 3. de decurionibus infra li. 7. & similes, licet Deci. in. l. vlt. C. de pact. contrarium asserat, imo quod generalis concessio nullo homine expresse valeat, cui cōsentire videtur Gic. Lupi in. l. 13. tit. 5. part. 5. nisi contrarium dicere colli gas ex eo quod in fine se remittit ad. l. nostram & similes, adde circa hoc tradita per Ludo. Gome. in regula cancellariæ de impetrantibus beneficiū. q. 1. & seq. Nicol. Gimont. in Enchiridione beneficiorū ti. 4. pag. 181. nu. 2. & seq. Did. Perez in. l. 18. ti. 15. li. 2. or. i. na. col. 606. idem quod in. l. nostra disponitur in ordinatione. Francia tractatu vt beneficia ante vacationem arti. 1. vbi Pet. Rebuffus glo. 2. 3. & 8.

GLOSS. II.

1. Poenarum fisco applicandarum non potest à Principe donatio fieri ante sententiam.
2. Poenarum executio vt fieri possit duo exiguntur sententia condēnatoria, & quod transierit in rem iudicatam. & num. 3.
4. Sententia quando transire dicatur in rem iudicatam.
5. Poena executio in notorijs an fieri possit absque eo quod precedat sententia.
6. Confessio in criminalibus an sufficiat ad inferendam poenam absque sententia? ibi.
6. Poenæ transactio an fieri possit per iudicem, à cuius sententia fuit appellatum. & num. seq.
7. Transactionem an possit iudex facere super poena fisco vel denunciatori applicata per sententiam à qua est appellatum?

8. Iudex poenam sibi applicatam non potest exigere, ante quam partem fisci exigat sub poena dupli.
9. Sententia consentire videtur, qui petit dilationem ad soluendum, licet ab ea appellauerit.

**b** Hasta tanto que sobre la tal pena aya auido sententia pasada en cosa juzgada. Nota legem iustissimam, & utinam seruaretur semper, quod Princeps donare nō potest poenas fisco seu cameræ applicandas, donec super eis lata sit sententia à iudice competenti, eaque in rem transierit iudicatam, idem statuit in. l. 1. tit. vlti. de poenis infra. li. 8. huius recollectionis. Cuius ratio est, vt iudices liberius possint officium exercere, nec cogantur partes grauare grauioribus fortè poenis, quā equū est, damnando, propter importunitatem & complacētiam priuatorū Regis, quibus vt plurimum huiusmodi poenæ conceduntur, ideo sanctissimè hic statuitur, vt sint nullæ huiusmodi donationes. Alias plures rationes tradit Pet. Rebuff. in commentarijs ordinationū Frācię tractatu vt beneficia ante vacationē arti. 1. gl. 8. 2. tomo pagin. 345. [ Et quia donatio hæc executio nem respicit, imo eam factam esse præsupponit, vt dicā in glo. seq. Sed vt poenæ executio fieri possit, duo exiguntur Primū quod præcesserit sententia. l. si cum nulla & ibi notat glo. Bar. & Alex. num. 1. & docto. omnes. ff. de re iudi. & in. l. 1. C. de execu. rei iudi. vbi leges illę prohibent incipi ab executione absque eo q̄ sententia precedat, quibus consonat. l. 22. tit. 22. de sententia & re iudi. part. 3. [ Secundo requiritur quod sententia transierit in rem iudicatam, vt hic dicitur & in. d. l. 1. tit. vlt. de poenis infra lib. 8. l. 11. tit. 6. de instructionibus correctorum supra lib. 3. Et in. d. l. 1. ad ditur aliud & tertium requisitum, nempe, vt iudex inferior cuius sententia poenę alicuius condēnatoria, transierit in rem iudicatam, non mandet eam executioni, donec Regi insinuauerit dictam condēnationem. [ Tunc autem dicitur in rem transire iudicatā, cum à sententia appellari non potest, vt notat gloss. in cap. non solum in verbo innouata, de appella. in. 6. & ibi Domi. & docto. Dicitur etiam res iudicata, quā do pars nulla appellat intra tempus à iure constitutū ad appellandū, videntur enim sententię tacitè cōsentire. lab eo. C. quom. & quan. iud. l. fi. C. de sentent. quæ sine cer. quanti. Ioan. de Plat. in. l. non videtur num. 1. C. de mune. patrimo. lib. 10. Bar. in. l. 2. num. 4. & 5. ff. de iure iur. Abb. in cap. quoad consultationē num. 6. de re iudi. l. 19. tit. 22. de sent. & re iudi. part. 3. Auilef. in cap. 11. pratorum in verbo juzgada num. 1. & 4. vbi refert duos casus in quibus sententię non videtur acquiescere, qui non appellauit. [ Quod autem diximus poenæ executionem fieri non posse, nisi precedente sententiā limita, nisi factum fuerit notoriū, vt si iudex exequitur poenam statuti contra turbatē curiā inpositam, quoniam hac in specie sufficit eius præceptum absque vlla sententia vt in. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. & ibi glo. Aiberi. in. l. eos. C. de modo mul. tra. Paris de Puteo in tracta. syndica. in verbo præceptū Bar. & Pau. in. l. iustus fustū. ff. de his qui notā. in. fa. docto in. l. ea quidem. C. de accusatio. ex quibus hæc limitationem tradit Pet. Nun. Auendaño in. li. de mād.

datis exequendis par. i. cap. 18. num. 3. verfi. item quod lex ista præcipit. Sed crederem his non obstantibus, in specie de qua agimus, sententiā præcedere debere, nā licet cōfessus in ciuilibus pro iudicato habeatur. l. post rem iudicatam. ff. de re iudi. cum similibus, adhuc tamen sententia declaratoria exigitur secundum Hypo. poli. Marfi. in rub. ff. ad. l. Cornel. de fall. num. 24. Auilef. in cap. 10. pratorum glo. magna num. 24. & cap. 11. gl. 2. nu. 1. Et in criminalibus nulla precedente contestatione vel ordine iudiciario contra confessum executio poenę fieri non potest, nisi sententia condēnatoria precedat secundum glo. in. l. si quis in hoc genus in verbo nouerit. C. de episco. & cleri. & ibi ex eo text. id notat Sali. & Ioan. Faber in. l. vnica. C. de confess. glo. & Abb. in cap. fi. de confess. vbi in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando, quia non potest quis condemnare seipsum. l. proinde. ff. ad. l. Aquil. Rode. Xuares. in. l. post rem iudicatam tertio. notabili num. 9. fol. 120. col. 3. ad fi. & ibi Ioan. Bernar. à Luco in apostilis, Auilef. in cap. 10. pratorū in. glo. magna num. 32. & in cap. 11. glo. 2. num. 1. Quinimo nec statim potest condemnari post emissam confessionē, sed ei debet dari terminus ad faciendas suas defensionēs, & deinde termino elapso condemnari secundum Sali. in. l. 2. C. de custod. reorum, cuius doctrinam omnes obseruant teste Thom. Gramm. consi. 69. & voto. 14. Marfi. in practica crimi. §. postquam, idem voluit Carreri. Reginus in practica crimi. §. homicidium numero. 45. pag. 538. si quando quis confitetur delictum, hoc fit, quanto magis in quolibet alio notorio? [ Secundo limitat Pet. Nun. in. d. ca. 18. in libr. de manda. exequen. 1. par. num. 3. vt procedat lex nostra, etiamsi sententia iudicis non transierit in rem iudicatam, quia ab ea fuerit appellatum, modo interim pendente causa appellationis compositio fiat cum iudice, quā fieri posse contendit triplici ex causa. Prima quia pro sententia præsumitur, licet sit appellatione suspensa secundum docto. in. l. furti in princip. ff. de his qui not. in. fa. Abb. Feli. & Deci. in rub. extra de appella. quare transactio quę fit precedente sententia non reprobat iure regio, sed exactio poenæ ante sententiā vt in. d. l. 11. tit. 6. supra lib. 3. Secunda causa, quia sicut soluendo integram condēnationē iudex est tutus propter consensum condēnationi præstitum, ita & soluendo partem per concordiam, vt in. l. ad solutionem C. de re iud. Tertia causa, quia si lata sententia permittitur damnato consentire & soluere condēnationem eodem modo permittitur tractatus concordie, per quē peruenitur ad assensum arg. l. oratio. ff. de spōsa. nam ex tractatu solent negocia perfici, vt in. l. sciendum. §. dictū. ff. de edili. edi. & in. l. si volūtate. C. de rescin. v. di. [ Sed iudicio meo limitatio hæc, vt pace Nunij dixerim, vera nō est, nam in poenis fisco applicatis & camerę regię, de quib⁹ agimus, nō potest iudex ante nec post sententiā loco fisci, & ei⁹ nēpe cōpositionē vel transactionē facere cū condēnato, nec nomine denunciatoris. cum mandatum eorum non habeat, ita sentire videtur Auilef. in. c. 11. pratorū in verbo auenencia nu. 2. verfi. sed si poena. Verum nec ipsiusmet iudicis nomine transigere poterit, si ab eius sententia fuit appellatum, quia leges nostrę ad executionem poenę non



solum exigunt sententiam fuisse latam, verum etiam quod transierit in rem iudicatam, quia potest a iudice appellationis reuocari vel moderari, vt hic statuitur & in l.11. ti.6. supra lib.3. [ Hac igitur ratione minus poterit compositione facere, in qua presumptio fraudis semper adest, & preterea iudex cui aliqua poena per legem applicatur, non potest suam exigere partem antequam portionem fisci exigat sub poena dupli, vt in l.13. cu.6. tit.14. de rectoribus poenaru supra lib.2. [ Nec placet mihi, quod Auilefius dixit in d.c.ii. pratoru glo.vlti. quod tractatio quoad parte iudicis valebit, & quoad parte camere vel denunciatoris censebitur sententia prestitu fuisse consensus, licet iudex poena d. l.13. incurrat, arg. l. ad solutionem. C. de re iudi. vbi co sentire videtur sententia, quia ad soluendum condemnationem dilationem petit, quia tex ille neque eius decisio aliquid facit, nec opinionem Auilefij adiuuat, nec. l. cum fidem. C. de no nume. pecu. vbi qui partem debiti soluit, videtur teneri ad residuum, quia poenaru condemnationes recipiunt diuisionem respectu personarum, quibus adiudicantur, nec portio vnus pendet ex alia, quare si sententia in rem transisset iudicatam, posset quilibet eorum pro sua portione compositionem facere, nec vnus alteri preiudicaret, ita etiam nec prodelle poterit: quia tamen a sententia fuit appellatum transactioni locus non est, sicut nec executioni, vt in hac lege expresse deciditur, quare cessat prima causa Petri Nunnij pro eius sententia adducta, de qua supra num.6. Nec oberit secunda, quoniam d. l. ad solutionem. C. de re iud. nil facit pro eius opinione, vt modo dicebamus. Nec tertia ratio, qui potest non appellando consentire, poterit post appellationem concordiam facere, & sic in parte dumtaxat consentire, quoniam concordia ista legibus nostris inhibetur, quare cessant in oppositum adducta.

G L O S S. III.

**Donatio poena fiscalis alicui facta an possit habere effectum antequam poena exigatur a regio poenarum receptore?**  
Lex nostra & l.2. tit.14. supra lib.2. conciliantur, ibidem.  
Poenam integram an exigat fiscus & ab eo alij parte habentes.

**Que no ayen venido a nuestra camara y poder.** Nota quod donatio alicuius poene fisco applicate, alicui post sententiam que transiit in rem iudicatam facta effectum non habet, donec a regio poenarum receptore exigatur. Sed contra hoc opponitur de l.2. tit.14. de rectoribus poenarum supra lib.2. vbi statuitur non posse receptorem decimam partem poenarum exigere, quas non exigerunt, quia ante exactiorem donata fuerant alicui: quia cum donatar ius eas exigat, equum non est, vt receptori competat decima pars, ecce ibi donatio habet effectum ante exactiorem poene. Sed certe sunt adeo contrarie leges istae, vt nulla alia euasio da-

ri iudicio meopossit, nisi quod lex nostra non potuit imponere legem ipsi conditori, nec eius successoribus, quin possint, quando libuerit, prout quotidie faciunt, donatione poenaru ante exactiorem earu facere, & ita sentire videtur. d. l.2. ibi, *si aciesciere hazer se merced de algunas condenaciones de penas de camara a algunas personas antes que entren en poder del receptor.* Quasi dicat hoc non semper fieri debere, sed posse quandoque id accidere. [ Quin etiam licet per partes poena diuidatur, totam exigat fiscus a quo iudex & accusator partes sibi applicatas recipient secundum Bar. & Plat. in l. vnica. C. de vendi. rerum fiscal. lib.10. per l. senatus §. senatus. ff. de iure fisci & in l. res. §.1. eo. tit. Ang. de Aretio in §. penales num. §. insti. de actio. Ange. tamē in l. lege. §. vl. in fi. ff. ad Sillaniam, tenet contrarium, imo quod non exigat fiscus totam poenam, & de manu eius detur habenti portionem aliquam in eadem poena, sed exigat fiscus portionem dumtaxat sibi applicatam, quod semper seruari videmus. Nec ei contradicere videtur Bart. cum in d. l. vnica in fi. dixerit, fateor tamen quod si quis soluerit priuato liberaretur, & fiscus hoc impedire non posset, vt in l. res. §.1. ff. de iure fisci, ita hęc intelligit Auilefius in cap. ii. pratoru glo. 1. in principio & cum lege nostra concordat ordinatio Francie de qua per Pet. Rebuff. in commenta. earu dem ordina. 3. tomo tracta. vt beneficia ante vacationem arti.1. glo.5.6. & 8. & arti.2. glo.10.

G L O S S. IIII.

*Donatio eius rei super qua nomine regio contra aliquem actio proposita est non valet, donec sententia fuerit h. s. finra.*

**O de la corona real de los Reynos.** Nota ex lege ista, donationem fieri non posse eius rei, super qua nomine regio actio contra aliquem proposita est, donec h. s. fuerit finita: ratio est ea, quam diximus supra eodem glo. 2. numero.1.

G L O S S. V.

**Actus prohibitus si expresse a lege annulletur, censetur pro forma inductus.**  
**Forma consensu partium tolli non potest.**  
**Sea en si ninguna.** Ex his verbis colligitur, quod pro forma requiritur, sententiam esse latam, & in rem transisse iudicatam, & condemnationem a fisco exactam, vt donatio poene fiscalis a Principe fieri posset. Nam vbi actus a lege prohibetur & insuper additur clausula annullans actum censetur pro forma inductus secundum Ang. Bal. Ang. & Modernos in l.1. ff. de lib. & posth. [ Quare consensu partium hęc forma tolli non potest secundum Bar. in l. de his. ff. de testa. Bal. in auth. iubemus. C. de iudi. & in hac specie consensus partium nihil possit operari tenet glo. in c. statutum ad fi. prin. in verbo committatur de recrip. lib.6. & in capit.1. & cap. dispendia in verbo processus eo. tit. Bal. & Iaso. in l. non dubium num.17. & 18. C. de legib.

Ley

L F Y. XIII.

*Que ninguna merced ni ayuda de costa se haga en penas de camara ni libraxa a ninguno que las aya de juzgar.*

*Don Carlos y doña Juana en Valladolid, año de 1522. peti. 8. y 17. y en Segonia, año de 1522. peti. 31. y en Valladolid, año de 1518. peti. 31. y doña Juana en Burgos año de 1515. peti. 6.*

Mandamos que de aqui adelante ninguna libraxa se haga de merced ni ayuda de costa a los oydores ni alcaldes de nras audiencias, ni a los oficiales dellas, ni a alguno dellos, ni a los corregidores y juezes de las ciudades y villas de estos nros reynos en las penas, que los tales juezes ouierē de cōdenar, o ouierē cōdenado. Y en quāto a las ayudas de costas ordinarias antiguas que se acostubran dar a algunos corregidores no se libren en lugares do tengan officios.

G L O S S. I.

*Poenae donatio fieri non potest a Principe iudici, quae ab eo imponenda est vel imposita.*

**En las penas que los tales juezes ouieren de condenar o ouieren cōdenado.** Legislatores occasione peccandi iudicibus & subditis suis prebere non debent, imo eā pro vitibus euitare. l.8. tit.11. de venditione & retractu infra hoc libro dixi supra hoc libro tit.8. de successiōibus. l.6. glo.1. nu.3. atque ideo iustissime Rex noster statuit, non posse iudici poenam inferenti donare, ne cupiditate lucri maioribus poenis reos afficiat, quam culpa exposulet.

G L O S S. II.

*Iudices in causa propria poenas exigere non possunt, ex quibus eis satisfiat de salario, & quare.*

**No se libren en lugares do regn officios.** Si ex publico gratio suppletur iudicibus salariū, vt cōmodi, sustentariva leat, non debet eis poenaru exactio committi, ex quibus satisfieri possint, eius loci, que admittunt, ne forte violentiam inferat aduersus debitores ultra debitū vel modū cōsuetū exigēdo, neque in propria causa iudices.

L E Y. XV.

*La orde que se debe tener en moderar las mercedes y donaciones que los Reyes hizierē, o quitar las haziendo se in justamente.*

*Ley. ii. tit. 9. li. 5. ordina.*

*Do Fernādo y doña Isabel en Toledo, año. 1480.*

Tenemos por bien y mādamos, que las mercedes que se hizierē por sola voluntad de los Reyes, que se puede del todo reuocar, salvo si los que las rescibieron firuierō despues a nos, de manera que en todo o en parte las mereciesen, y si por los tales seruicios no rescibieron otras mercedes. Las que se hizierō por necesidad, si los que las rescibierō procurarō las tales necesidades, y ayudarō a las sostener, que se les debe quitar todo lo que rescibierō. Mas si no pusierō al Rey en tal necesidad, y le firuierō en ella, que se deue moderar a tēta la causa y la necesidad, y el seruicio y la qualidad de la persona. Las mercedes que se hizierō por seruicios pequeños, mādamos se moderē de manera que respōda a ellos: esto mismo las que se hizieron por seruicios, en que los seruidores auia pbechos. Las que se hizierō por intercesiones de priuados o de otras personas, si antes o despues no ouo otro merecimiento ni seruicios, se reuocque del todo, pero debe se moderar, do de ouiere alguna duda. Esto mismo de lo que se ouo por renunciaciones de los tales priuados o de otras personas: salvo si los que los rescibieron de ellos lo ouierō en satisfaciō moderada de buenos seruicios, que a los tales priuados y otras personas ouiesse hecho: ca en tal caso debe se todo descōtar al que lo renūcio, si tuuiese juro en que se le descōtase: y si no debe se hazer a los que lo rescibierō alguna mas templada moderacion. Las que se hizieron a los factores de los grādes, si por si mesmos no firuierō al Rey de manera que lo mereciesen justa mēte, se les hā de quitar al menos moderar, en lo qual se debe mucho cōsiderar, si firuierō al Rey en las tales cōtractaciones. Lo que se cōpro por peqños precios puede se quitar, si los que lo cōpra rō sō muy biē entregados cō ganācia

conoscida de lo que dió por ello. Pero debeles hazer alguna emienda por lo que dió por ellas. ¶ Lo que se ouo por alualas falsas o firmadas en blanco, muy justo es que se les quite. Las mercedes que se hizieron por buenos y razonables seruicios correspondientes a ellas, m debe ser conferuadas. Esto mismo se debe guardar en los jurros, n que se dieron en pago de fueldos o acostamientos debidos, y perdidas y daños. ¶ Los marauedis de juro que se compraron por razonables precios, si se compró del Rey, deben ser confirmados, salvo si el Rey los quisiese redimir, dando por ellos el justo precio. Mas si se compraron de otros que los ouieron del, debe se mirar como los ouieron del Rey aquellos, que los vendieron: y si no los ouieron bien, a los tales se debe descontar si tienen jurros en que se desquenten: y si no los tienen, deve se mandar que satisfagan a los compradores de lo que les dió por ellos. Y siendo primeramente satisfechos quitarlos a los compradores. ¶ Los marauedis que eran de por vida deben se tornar de por vida, o de láca, o de oficios, o de mantenimientos, como estaua primero: fino ouiese seruicios o merecimientos porque se les hiziesen de juro. ¶ Los marauedis de juro que se dieron en casamiento, si los dio el Rey, o los dimos nos, no se há de moderar en tanto que duran los casamientos, mas para despues de disueltos los matrimonios deve se auer respecto, quien son los tales criados, y el cargo que dellos se tuuo, y las personas con quien casaron. Y si los tales marauedis dieron otras personas en casamientos, es de mirar como los ouieron los que los dieron: y si no fueron bien auidos ha se de descontar como arriba fue di-

cho alque los dio en casamiento si tiene juro, en que se disquente, o quitarlos o moderarlos al que los rescibio, siendo primero satisfechos, de los bienes de aquellos que se los dieron. Y todo esto de los casamientos, mandamos que quede en facultad de se lo pagar en dineros cada que quisieremos a diez mil marauedis el millar. c

GLOSS. I.

- 1 *Legis nostrae conciliatio cum. l. 6. supra eo. & nu. seq.*
- 2 *Principis donatio absque consilio Procerum facta reuocari & moderari potest.*
- 3 *Principis donatio de redditibus regis facta, qui iuro appellantur nostro idiomate, reuocari potest ad libitum Principis vel moderari tanquam feudum cameræ. Feudum cameræ quod sit? & quod reuocari potest ad libitum concedentis, ibidem. Argumentum à minori vel à fortiori, validum est, ibi.*
- 4 *Que las mercedes que se hizieren por sola voluntad de los Reyes, que se pueden del todo reuocar. Verba hæc persuadere videntur, donationem Principis esse ad nutum reuocabilem. Sed opponitur de. l. 6. supra eo. cum his que ibi diximus in glo. 1. & 2. vbi esse irreuocabilem expresse statuitur. Respondeo legem istam corrigere fortè legem prædictam fori. Sed solutio hæc, iudicio meo vera non est, quandoquidem lex illa confirmata fuit per Reges Ferdinandum & Elisabeth. libri ordinationum, vbi lex illa erat situata conditores, que seruari præcipiebantur per legem primam Tauri, & nouissimè per Regem nostrum Philipum anno. 1567. quo hæc legum reollectio facta fuit, vt constat ex lege & pragmatica sanctione in initio libri huius posita Et si quæ leges correcte hinc quandoque inferuntur, scriptum reliquerunt recollectores in margine qualiter ea lex esset per aliam correctæ, quod hac in specie factum nõ videmus, falsum ergo erit, legem illam sextam esse correctam. ¶ Dicendum ergo est, per hanc legem restringi & limitari legem. 6. prædictam supra eo. vt procedat altero ex duobus modis. Primùm quoties ex sola voluntate Principis absque Procerum consilio donatio facta fuit, prout ex his verbis, por sola voluntad de los Reyes, satis superque colligitur, quæquæ raro aut nõquæ hoc fiat, semper enim donationes regie sũt cũ consilio Procerum, qui à secretis vel à liberalitatibus nãcupantur, vt in. l. 5. supra eo. & ibi diximus in glo. 1. in hac ergo specie, si quando euenerit, nimirum si donatio possit moderari, & reuocari. ¶ Verum cũ leges ad ea que frequentitè accidunt potiùs adaptentur vt in. l. nã ad ea. ff. de legi. aliter limitare legem. 6. supra eo. nõpe, vt procedat præterquàm in donatione reddituum, qui Hispanè, jurros, dicuntur, & ex bonis regie cameræ soluuntur. Quare feudum cameræ propriè dicitur, quod potest ad libitum reuocari, vt in. l. 1. in fi. titul. 26. part. 4. cuius verba sunt, La otra manera es a que dizen feudo de ca-*

de camera: este se haze quando el Rey pone marauedis a algun su vasallo cada año en su camera. Este feudo a tal puede el Rey tollerle cada que quisiere. Cum ergo tolli possit, nimirum si ex causa reformetur, vt in lege ista statuitur, per locum à minori seu à fortiori, quod validum est. c. cum in cunctis de electio, iuncta gloss. auth. multo magis. C. de sacros. eccle. Clem. 1. de reliquijs & venera. sancto. Euerardus loco. 65. & quod lex ista loquatur de his redditibus, iuro, dictis constabit ex glossis sequentibus.

GLOSS. II.

- 1 *Donatio aliàs reuocabilis efficitur irreuocabilis ob merita præcedentia vel futura donatarij.*
- 2 *Donatio ob seruitia futura dicitur remuneratoria vel ob causam & non indiget insinuatione.*
- 3 *Commenda Indorum sunt non solum ob seruitia præterita, verumetiam pro futuris, atque ideo reuocari non potest.*
- 4 *Seruieron despues a nos de manera que en todo o en parte las mereciesen. Nota quod donatio aliàs reuocabilis efficitur irreuocabilis ob merita & seruitia donatarij tam præcedentia quàm postea sequuta. ¶ Sic & donatio ob seruitia futura censetur remuneratoria vel ob causam, atque ideo non eget insinuatione, licet excedat summam quingentorum castellanos, vt docuit Bar. in. l. Aquilius Regulus nu. 3. in fi. ff. de don. arg. text. in. l. si. in princ. ff. de iure doti. & Bart. sequitur Cuius. in. d. l. Aquilius, & Anto. Canari in tracta. insinuationum in. 45. q. post principiam & Iaso. consil. 154. num. 5. vers. non obstat aliud lib. 2. Fr. in. de Aret. conf. 17. num. 9. Tiraq. in relectio. l. si in quæ in verbo donatione largitus nu. 93. C. de reuocan. donatio. quorum sententia vera est, licet oppositum voluerint Imol. & Ludo. Roma. in. d. l. Aquilius, Iaso. in. l. ex hoc iure in primo effectu antidotalis donationis. ff. de iusti. & iur. & Paul. Castr. conf. 345. num. 4. vers. 2. videtur ob stare lib. 1. ¶ Quod applicari potest ad Indorum commendas, quæ seruitijs etiam futuris conferuntur, vt reuocari non possint, hæc adde ad ea, quæ diximus supra eod. l. 6. gloss. 2. num. 34. & sequentibus, & in. l. 1. gloss. 4. nu. 1. & 2. tit. 7. de maioratu hoc libro.*

GLOSS. III.

- 1 *Affectata & ascita necessitas non excusat affectantem.*
- 2 *Affectatum impedimentum vel ignorantia, vel alia affectata non profunt affectanti, ibidem.*
- 3 *Pauperi qui sua culpa deuenit ad paupertatem non subuenitur.*
- 4 *Peruicola carpuntur, qui possuerunt regem in necessitate & postea regi seruiuerunt, ibidem.*

Procuraron las tales necesidades. Nota quod affectata

& ascita necessitas non excusat affectantem, sic & affectatum impedimentum, & affectata ignorantia, & omnia alia affectata non excusant affectantem, vt Tiraquell. probat lib. 1. de retractu. §. 35. gloss. 4. num. 27. & pluribus sequ. cum pluribus à me adductis in stylo cancellariæ tit. 1. præminentia. 22. c. 2. gloss. 3. num. 12. & sequen. ¶ Eadem ratione non solùm subuenitur pauperi qui culpa sua deuenit ad paupertatem, vt latissimè probat in eodem stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 24. casu curie. 3. gloss. 2. num. 2. & seq. post dom. Dida. Couarru. lib. practicarum quæstionum. c. 6. numer. 3. Vbi hoc rectè limitat & intelligit, prout & ipse fecit d. gloss. 2. num. 4. Iniquum enim est, eum remunerare, qui necessitati, cuius ipse causa fuit, succurrit, vt hinc dicitur, quod summè nota cõtra huius regni Peruicolas, qui in bellis ciuilibus Regi nostro seruiuerunt aduersus tyrannos & eorum reuolutiones, quarum ipsi authores fuerunt vel fautores, cupiuntque à Rege remunerari.

GLOSS. IIII.

Donationes à Rege vasallo factæ qui in belli necessitate seruiuit, cui ipse occasionem præbuit, sunt nec immerito quidem moderandæ.

d *Se deve moderar. Nota ex lege ista, quod donationes ob merita vel seruitia vasallo factæ vel subdito, qui Regi seruiuit in necessitate belli, cui ipse occasionem præbuit, prout sæpe euenit hoc in regno, vt in gloss. præcedenti diximus in fine, sunt nec immerito moderandæ, iuxta necessitatem, & causam, merita, & personæ qualitatem, de quo latius infra hac eadem lege glossa. 6.*

GLOSS. V.

e *Por seruicios pequeños. Qualia sunt ab aliquibus Indanis facta hoc potissimum in regno, qui non cessant clamare quotidie remunerationem petentes, à quorū clamationibus & importunis petitionibus vix eripi possunt Proreges.*

GLOSS. VI.

- 1 *Donatio remuneratoria in eo, quod excedit merita, dicitur gratuita, & non producit effectus remuneratorie, quia indiget insinuatione in excessu.*
- 2 *Donationis remuneratorie nullos dari effectus secundum opinionem Arj Pineli, nisi merita actione peti possint, ibidem.*
- 3 *Donatio annorum reddituum Regis iuxta mensuram meritum moderanda est ibidem.*
- 4 *Donatio Regia excedens merita quomodo sit moderanda, & que attendi debeant?*

Nobilium & principum liberalitas inspicienda est, ad Rr 5 modo

*moderandam donationem, ibidem.*

3 *Nobiles ditiores esse oportet plebeijs, atque ideo pro aequalibus meritis illi magis sunt gratificandi, quam plebeij.*

4 *Beneficium ne conueniatur quis ultra, quã facere possit, deducto ne egeat, in nobilibus aliter quam in plebeijs consideratur.*

*Nobiles non ita grossis cibis vesci oportet, quam plebeios, ibidem.*

5 *Nobiles non coguntur soli viuere, cum tractatur de eis alendis.*

*Beneficium sit necne sufficiens, aliter in nobilibus aliter verò in plebeijs consideratur, ibidem.*

f *De manera que correspondan a ellos.* Nota donationem remuneratorem merita donatarij excedentem, moderandam esse, vt merita non excedat. Sed hoc intellige, vt dixi supra eod. gloss. i. num. 3. in donatione annuorum reddituum Regi competentium in perpetuum, Cuius decisionis ratio est, quia in eo quod merita & seruitia excedit, mera, simplex, gratuita, & pura est donatio, vt in cap. reiatum. 2. ibi, iuxta seruitij meritum, de testa. quod & voluit Odra. c. 6. az. 5. nu. 8. Ioã. And. in addi. ad Specula. in rub. de reb. eccles. non alienan. Guill. de Cun. & Bal. 4. q. & Sal. nu. 3. in l. illud. C. de sacros. eccles. Soci. conf. 48. & conf. 91. lib. 1. & consilio 295. num. 8. versic. 3. quia donatio lib. 2. Bart. in l. si tibi decem. §. si pactus nu. 4. & §. ff. de pact. & in l. frater a fratre nu. 57. & ibi Iaso. in lectu. num. 44. 4. colum. eiusdem numeri versic. condescendo nunc ad 2. fallentiam, & in repeti. num. 44. versic. circa primam fallentiam. ff. de cond. inde. Bart. Bald. & Iaso. in authenti. vnde si parens. C. de inofficio. testam. Ange. Imol. & Roma. in l. Aquilius. ff. de donatio. vbi dicunt in eo, quod donatio excedit merita, requirere insinuationem si excedat, quingentos solidos, Paul. Castr. in l. si donatio vbi Alex. and. & Corne. vterque. 2. colum. C. de collati. Floria. in l. quæ pater. 2. num. 9. ff. fami. herciscun. Alexand. conf. 55. num. 4. lib. 1. & consil. 21. nu. 4. & consil. 119. num. 5. Barba. conf. 28. libr. 3. Franc. de Aret. conf. 2. colum. 2. in fine & consil. 17. nu. 9. & cõf. 24. num. 14. Calcane. consil. 25. colum. 11. versiculo & propterea si sit donatio, Corne. consil. 144. numer. 10. lib. 2. & consil. 45. num. 2. & 10. & consil. 289. num. 14. libr. 4. Guido Papæ singul. 375. Iaso. in l. ex hoc iure num. 53. ff. de iusti. & iur. Stepha. Bertran. conf. 100. num. 6. lib. 1. Deci. consil. 174. num. 1. in fine & consil. 202. num. 5. Alcia. in l. alienatum. §. donationis. ff. de verb. signifi. Tiraquell. in relect. l. si vnquam in verbo donatio largitus num. 69. & 81. ad finem. C. de reuo. dona. quæ opinio communis est teste Ario Pinelo in l. 1. 3. par. num. 60. in fi. C. de bon. mater. qui tamen inquit in hoc maxime versari ambiguitatem & confusionem, nec dari posse vllam, vel difficilissimam collationem aut certitudinem talis æstimationis argum. l. planè. §. ff. de leg. 1. Quæ tenet ipse contra communem nẽpe, quod remuneratio nullius sit effectus, sed mera & pura donatio esse censetur, etiam si obserui-

tia & benemerita fiat, nisi præcesserint merita obligatoria ex quibus dari posset actio vel iudicis officium, sed tu vide dom. Did. Couarru. in cap. cum in officijs nu. 10. extra de testamen. mirè communem opinionem defendentem. ¶ Illud autem quod ex lege ista, expendimus, donationem Principis remuneratorem merita donatarij excedentem moderandam esse, ita vt merita non excedat, intelligi oportet, vt moderatio fiat inspecta qualitate donatis, & donatarij: nam si Princeps sit qui donat, vel aliàs diues & nobilis, qui solèe multo maiorem referre gratiam, vt eorum est natura vt in c. 1. de donatio. atque ideo credunt se pauca donare, cum plura donent: quare nobilium donatio plenius interpretatur, vt late probat Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. int. vir. & vxor. §. 9. nu. 1. & sequ. Tiraquell. optimè in libro de nobilitate. c. 37. nu. 44. & sequent. nam etsi tunc donatio merita excedat, modò solita ab eo facere non excedat, non erit moderanda, quia merita non dicitur excedere, vt elegãter voluit subdubius tamen Phil. Corne. conf. 144. num. 11. lib. 2. idem aperius asseuerantius què voluit idem Corne. in l. si donatio num. 3. C. de collatio. vbi tamen hoc restringit dum modò non sit multum excessiua donatio vltra communem multorum æstimationem, secundum Barb. in cap. sedes. 2. colum. de rescrip. Tiraquell. in repe. l. si vnquam in verbo, donatio largitus nu. 73. & 74. C. de reuocan. dona. plura cumulans in huius sententiæ fauorem. ¶ Sed hæc ad praxim reducendo, in hoc regno Peru vidimus Indorum commendas excessiuas olim ciuibus factas per Proreges vel regni moderatores numerum fortè tunc & qualitatem Indorum ignorantes, mādato Regio reformari & moderari, vt inter benemeritos, iuxta vniuscuiusque merita distribuere, qualitas enim hac in specie donatarij inspicitur, maiora siquidem & cumulata beneficia, & commēdata nobilibus tribuenda sunt, quam rusticis plebeijs & ignobilibus, licet equaliter seruiuerint, non enim solū præcedentia merita & seruitia consideranda sunt, sed & futura, iuxta ea, quæ diximus supra hac eadem lege gloss. 2. Per nobiles enim & illustres credemus potius conseruandam esse rempublicam, quam per plebeios: quare nimirum eos ditiores esse oportet, vt redditus tributorum liberalius expendant, Regi què comodius seruiant, alios complures ex suis stipendijs & tributis alendo, vt sic regnum conseruetur, quod ab optimis Proregibus & moderatoribus inspicere oportet, vt expendes ex traditis per Ioan. Lupi in d. repe. rub. §. 9. per totum, & ex pluribus à Tiraquello congestis de nobilitate. c. 20. ¶ Ex quibus hoc vnum referam, nẽpe, vbi nobilis habet priuilegium, ne conueniatur vltra quã facere possit, deducto ne egeat, quia fortè est miles, aut maritus &c. iuxta. l. maritus & l. miles. ff. de re iudi. Certè in huiusmodi deductione est habenda ratio nobilitatis, ita vt si satis esset relinquere ignobili & rustico, vnde possit vesci grosso pane, casco, cœpis, fabis, non item pane albo, pullis, & alijs delicatis cibis, secundum gloss. in l. seruis vrbans in verbo ex libellis, & iterum in verbo cibarijs. ff. de lega. 3. quam annotauit Cœpola in specie, de qua agimus in tracta. de Imperatore militum deligendo in. 22. priuilegio nobilitatis, & Paul. Citadinus in suo tracta. de iure patrona.

trona. in. 7. quæst. 6. partis Iaso. in. §. item si de dote num. 8. insti. de actio. Matth. A. ff. in consti. Sicilia incip. qualitas personæ in fine & iterum in constitu. quilibet num. 3. Marfil. in repe. rubri. de probatio. nu. 16. & Ant. Corfe. in rep. c. grandi charta pen. de supplen. negli. prela. Nobili tamen est relinquendum, vt possit viuere habita ratione suæ nobilitatis, vt proinde non cogatur pauperum cibis vesci iuxta text. in c. non cogantur. 41. distincti. id quod censuit Bal. in l. 2. in princ. C. quod cum eo, per tex. in l. sed et si quid in ædificauerit. §. sufficienter. ff. de vsufr. ibi, sufficienter autem alere & vestire debet secundum ordinem & qualitatem mancipiorum, & in l. cum vnus. §. alimentis ff. de alim. & cibar. lega. idem Bal. in rub. C. qui bon. cede. poss. Ange. & Ias. in l. Nensenius. §. ff. de re iudi. Iacob. de Aren. Imol. & Rapha. & Alexand. in l. si maritus in id. ff. solu. matri. per text. in l. nepos Proculo iuncta gloss. in verbo dignitate. ff. de verbo. signifi. & in l. tutor secundum dignitatem. ff. de admi. tuto. Dyn. Ange. Areti. & Iaso. in d. §. item si de dote insti. de actio. Cœpo. in d. 22. priuilegio nobilitatis & Frã. de Aret. consil. 17. num. 18. ¶ Ex quibus Alex. Aret. Imol. & Cœpo. in locis superius citatis dicunt, ita esse nobilitatis in hoc habendam rationem, vt non cogatur ipse nobilis solus viuere, Panor. in c. cum adeo num. 5. de rescrip. vbi hoc adducit ad prouisionem beneficiorum, quod & voluit gloss. ibi in verbo sufficienter per text. in cap. non cogantur. 41. distincti. & gloss. similis in cap. conquere in verbo sufficientia de clerici. non resid. Idem quoque in alimentis præstandis est considerandum. l. 1. §. mulier & l. habitatio. §. seruis. ff. de vent. in poss. mitten. cum concord. per gloss. in d. §. mulier traditis, & latissimè per Tiraquell. de nobilitate. cap. 20. num. 136. 137. & sequent.

GLOSS. VII.

*Seruitia Regi facta ex quibus vtilitas obuenerit seruienti, non sunt remuneranda, vel ita remuneranda vt vtilitas computetur.*

dia de la data desta n̄ra carta, de q̄ no auamos fecho merced a persona alguna fasta el dicho dia de la data desta n̄ra carta, se cõsuman y quedẽ para nos, y q̄ así mismo todos los marauedis y otras qualesquier cosas q̄ vacarẽ, por fin y vacaciõ de qualesquier personas de lo q̄ así mádamos dexar para cõsumir despues de sus dias, se consumã y queden así mismo en nuestros libros para nos no embargante q̄ dello o de qualquier cosa dello fagamos merced a qualesquier personas, y dello vos seã mostradas qualquier nuestras cartas y mandamientos y alualaes, q̄ contra esta máda remos dar, no ayan ni cõsigan efecto, ni tẽgan fuerça ni vigor, para impedir cosa alguna de lo en esta nuestra carta contenido. Como quiera q̄ desta n̄ra carta y de lo en ella cõtenido fagamos expresa mencion, y de verbo ad verbũ vaya esta nuestra carta incorporada en la merced q̄ así fizieremos, reuocando lo en ella cõtenido, y a mayor abundamiento, por la presente constituyamos y ordenamos y establescemos esta dicha nuestra carta y todo lo en ella cõtenido, por nuestra pragmática sanction. La qual mandamos y es nuestra merced, q̄ tenga tanta fuerça y vigor como ley <sup>b</sup> fecha y promulgada por cortes, a peticion de los procuradores de las ciudades y villas destos nuestros reynos y señorios. Porque vos mandamos, que pongades y assentedes esta nuestra carta y pragmática en los dichos nuestros libros. Y de aqui adelante la guardedes y cumplades, en todo y por todo, segũ que en ella se cõtiene. Y contra el tenor y forma della, ni contra cosa alguna ni parte de lo en ella cõtenido no vayades ni passedes en manera alguna, lo pena de la nuestra merced, y de priuaciõ de vuestros officios

GLOS.

GLOS. I.

a El año de. 1480. Hęc est. l. 15. supra eod.

GLOS. II.

Legis vigorem habet quicquid Principi placuit.

b Aya vigor como ley. Quicquid enim placet Principi legis habet vigore, vt in. §. sed & quod Principi infli. de iure natu. gen. & ciui.

No se haga merced de hidalguias, y sin embargo de las hechas se haga justicia. ley. 8. y. 9. tit. 2. lib. 6.

Los Reyes hagan merced a los hijos mayores de las tierras lancase officios de racion y quitaciõ que tenían sus padres. l. 11. tit. 5. lib. 6.

Proveyendo se corregidor, vaquen las mercedes de alcaldias, alguacilazgos y merindades. l. 22. tit. 5. lib. 3.

No se haga merced en dineros de bullas ni alcance dellas. l. 6. tit. 10. lib. 1.

La reuocaciõ de las mercedes hechas por el Rey dõ Emri que de officios de las casas de la moneda, está en la ley. 65. tit. 21. deste libro.

La reuocacion de las mercedes hechas de las yglesias de las montanas y patronazgo dellas, vease en la ley. 3. tit. 6. lib. 1.

Las mercedes hechas de portazgos y yantares, se entiendã segun que antiguamente se pagaron a los Reyes: amq̄ las mercedes digan otra cosa. l. 8. tit. 11. lib. 6.

No valgan las mercedes que los Reyes hizierẽ de los propios de las ciudades villas y lugares. l. 2. tit. 5. lib. 7.

Que no se haga merced por los Reyes de los terminos applicados a los cõcejos por los Iuezes de terminos. l. 10. tit. 7. lib. 7. Y alli, ley. 11. que no se haga merced de tierras de lo concegil.

No se haga merced de officios ni bienes de alguna persona sin ser citado y oydo, sino fuerẽ el maleficio notorio. ley final titulo. 13. libro. 4. ley. 3. titulo. 18. libro. 8.

## TITULO ONZE DE LAS ventas y compras y retractos del tanto por tanto de patrimonio o abolengo.

LEY. I.

¶ Que pone el remedio del engaño en mas de la mitad del iusto precio, q̄ se recibe por los compradores o vendedores, o en los otros contractos.

Don Alonso en Alcala era de. 1386. tit. 17. l. 1.

¶ Si el vendedor o comprador de la cosa dixere que fue engañado <sup>a</sup> en mas de la mitad del iusto precio, <sup>b</sup> así como si el vendedor dixere que lo que valio diez, vendio por menos de cinco marauedis: o el comprador dixere que lo que valio diez, dio por ello mas de quinze, <sup>c</sup> mandamos que el cõ-

prador sea tenido de suplir el precio derecho, que valia la cosa al tiempo que fue comprada, <sup>d</sup> o de la dexar al vendedor, tornandole el precio que rescibio. <sup>e</sup> Y el vendedor deue tornar al comprador lo de mas del derecho precio, que le lleuo, o de tomar la cosa que vendio, y tornar el precio que rescibio. Y esto mismo deue ser guardado en las rentas, <sup>f</sup> y en los cambios, <sup>g</sup> y en los otros contractos semejables. <sup>h</sup> Y que aya lugar esta ley en todos los contractos sobredichos, aunque se haga por almoneda, <sup>i</sup> del dia que fueren hechos, hasta quatro años, e no despues. <sup>k</sup>

SI 4 GLOS.



GLOS. I.

- 1 **Lesio vel deceptio in contractibus naturaliter licet.**  
*Naturaliter an liceat contrahentibus se decipere?*  
*ibid.*
- 2 **Leges an possint crimina quandoque impunita relinquere.**
- 3 **Legis in cause. 2. §. idem Pomponius. ff. de minor. & litem si precio. §. ff. loca. expositio. & nu. seq.**
- 4 **Iure gentium lesio & deceptio citra dimidiam permittitur, non tamen licet.**  
*Lex iure succursum. §. fina. ff. de iure doti. intelligitur ibid. & sequen.*  
*Durum quoad singulos potest vtile videri quoad vniuersos, ibi.*
- 5 **Naturalia contractus deceptionem re ipsa permittunt.**  
*Iure gentium permittitur, quod iure naturali non licet, ibi.*
- 6 **Deceptio vel lesio citra dimidiam in contractibus an liceat in foro conscientie, & nu. seq.**
- 7 **Iustum precium non consistit in puncto individuo.**  
*Iustum precium dicitur esse triplex, supremum, medium, infimum, vt centum, centum & quinque, nonaginta quinque ibidem.*
- 8 **Vendere merces pecunia credita licet precio supremo, infimo, vel medio,**
- 9 **Lesio intra dimidiam excedens infimum, medium, & supremum precium licita non est iure natura, diuino & civili, sed permissa, peccat tamen ledens ibid.**
- 10 **Lesio citra dimidiam scienter vel ignoranter facta ad restitutionem obligat.**  
*Restituere quis tenetur rem, quam bona fide emit, statim ac scierit alienam esse, ibi.*
- 11 **Lesio citra dimidiam si dolo decipientis contingit ex proposito, erit lesio resarcienda.**
- 12 **Ledens aliquem in precio ei satisfacere tenetur etiam si scierit lesus iustum rei precium in foro anime.**  
*Forus anime non admittit presumptionem, ibi.*
- 13 **Emens rem viliori precio, si non ignorat id vilius esse, etiam si lesio sit citra dimidiam iusti precij, tenetur in foro exteriori ad emedationem damni ei, qui ignorans lesionem passus fuit.**

1 **Dixere que sue enganado.** Non ex qualibet lesione actio competit lesio, naturaliter enim licet contrahentibus sese inuicem in precio decipere, vt in l. in cause. 2. §. idem Pomponius. ff. de minor. & in l. item si precio. §. vlti. ff. loca. circa quarum legum intellectum variant nimis scribentes in l. 2. C. de rescin. vendi. &

in alijs pluribus locis infra citandis, quorum sex refert intellectus. d. Anto. Padilla in l. 2. C. de rescin. vendi. nu. 10. & seq. & Ari. Pine. ibi. 1. par. c. 1. nu. 32. & sequentibus. Ex quibus omnibus vnum collige, vt liceat contrahentibus sese inuicem in precio decipere, non quia id honestum vel iustum sit, quoniam bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum sentire pro alterius lucro, vt idem Pomponius scripsit in eadem specie in l. iure succursum. §. ff. de iure doti. sed quia licere ex eo dicitur, quod humano iure non punitur, magisque eodem iure permittitur. Nec confessim sequitur, actus hic iure civili permittitur impunè, & non rescinditur ergo licitus est. [Leges enim non omnia que illicita sunt puniunt, nec punire tenentur: nec actionem dare aduersus eum, qui iure naturali, & iusta ratione aliquid agere vel restituere debet. Possunt nanque legumlatores hæc plerunque quibusdam ex causis ommittere, & dissimulatione quadam ob euitandum maius malum tolerare, ea potissimum prouidentes, que ad hominum commertium, & reipublicæ integrum ac illesum statum attinent, & authore diuo Thoma. 2. 2. q. 77. articulo. 1. cui assentitur frater Domi. à Soto lib. 6. de iusti. & iure. q. 3. arti. 1. in responsione ad primum col. penulti. vers. sed alleget forsam. Quibus adde tradita circa lupanaria per. d. D. Couarru. in epito. de sponfal. par. 1. c. 4. nume. 9. & de actionibus aduersus ingratos, & pacto nudo à iure civili ommissis ac interdum negatis in. c. cum in officijs nu. 10. de testamen. dixi aliquid in l. 6. glo. 1. numer. 7. & deinceps tit. 8. de successione supra hoc eodem libro. [Et si quis instet, quare in dictis legibus Pomponius & Vlpianus id naturaliter licere affirmant, Respondco naturaliter exponi debere, id est, iure gentium, quod naturale secundarium dicitur, nam si inspicias priorem illam æquitatem naturalem, non modo in precio verum nec in alia quapiam re proximū circumuenire licet propter mutuam dilectionem, quā homines inter se habere ea lege coguntur, huc enim, teste Cicerone lib. 3. officiorum, spectant leges, hoc volunt, incolumen esse ciuium coniunctionem: quā qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent, atque hoc multo magis exigit ipsa nature ratio, que est lex diuina & humana, cui parere qui velit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam volunt viuere) nunquam committet, vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. Vbi plura in huius rei confirmationem tradit Cicero, quorum aliqua refert Pinel. in. 1. par. rub. C. de rescin. venditio. nume. 26. vers. eadem sententia. Et iuxta hunc sensum accipienda erit. l. iure succursum. §. ff. de iure doti. vt iuxta prima iuris naturalis principia deceptio nulla in precio venditionis licita sit. Ex quo fit vt etiam iure diuino hoc non liceat, vt infra nume. 6. subiiciam. [Iure autem gentium, quod & naturale dicitur secundarium, quod singulis separatim durum videtur, quoad vniuersos tamen & pro totius reipublicæ tranquillitate potest fauorabile ceteri, vt de vsu capione notat Duarenus in l. 1. in princip. ff. de pact. Fortu. in l. 1. nu. 43. & ibi Zafi. nu. 7. ff. de iusti. & iure Pinelus in auth. nisi tricennale nu. 39. C. de bonis ma-

ternis. Sicque & in nostra specie, humana ratione & populorum gentiumque iudicio, tanquam magis consentanea quieti publicæ lesio in precio permilla fuit, ne ex nimia æqualitatis obseruatione commertia turbarentur. Nulla enim conuentio securitatem præstaret, nunquam litium esset finis, si ob læsionem in precio, conuenta reuocarentur, quam rationem ex diuo Thoma tradunt Domi. Soto lib. 6. de iustitia & iure. q. 2. articulo. 3. Fortu. de vlti. fine. 17. illatio. num. 277. d. D. Couarru. lib. 2. resolutio. c. 3. nume. 2. Pine. in d. l. 2. C. de rescin. venditio. i. par. c. 1. nume. 39. qui hac ratione tradit hunc intellectum ad. d. l. in cause. §. idem Pomponius. ff. de minor. vt verbū illud naturaliter ad ius gentium referatur, quod ante omnes scriptum reliquit Accurs. in dict. §. idem Pomponius in verbo licere. [Velsi mauis dicere, quod verbum naturaliter exponatur, id est, ex natura contractuum, cuius nature ea omnia esse videntur, sine quibus non possunt commodè in communi & promiscuo vsu haberi, vt explicat eleganter Carol. Molineus de contractibus. q. 14. col. 2. & d. D. Couarru. lib. 2. resolutio. c. 3. nume. 2. qua ratione hanc deceptionem permisit ius gentium, & inultam reliquit vt nume. præced. diximus. Et quamuis iure gentium & ciuili antiquo quelibet precij deceptio absque dolo contrahentium esset impunè permilla, & ex natura contractus licita, hodie autem vsque ad dimidiam iusti precij licita est, non si dimidiam excedat iuxta decisionem legis nostre & l. 2. C. de rescin. venditio. ita exponit. d. §. idem Pompo. d. Anto. Padilla in d. l. 2. nume. 11. post Andonderium in libro sub haffationum. c. 3. nume. 34. Itaque hæc est vera traditio, iure gentium & ciuili antiquo ex natura contractus licebat contrahentibus sese inuicem decipere in quacunque quantitate. cessante dolo eorum, nec ob id contractus irritabatur, nisi restitutione in integrum postulata, vt dict. §. idem Pomponius. Hodie autem vsque ad dimidiam iusti precij, vt modo dicebamus, ius autem naturale primeuū hoc non permittit, vt in dict. l. iure succursum. §. fin. ff. de iure dotium. [Ex quo inferunt Alberi. & Bald. post antiquiores in dict. l. in cause. 2. §. idem Pomponius. ff. de minor. qui eidem Paragrapho intellectum nume. 3. traditum accommodauerunt, in foro conscientie non licere in precio scienter circumuenire, imo nec re ipsa absque scientia valoris, quoniam & ignorans resarcire tenetur damnum deceptionis ex cōmuni Theologorum sententia, vt attestatur Marti. Azpilcueta in cap. qualitas de pœnit. distinctione. §. nume. 42. & nume. 31. citat auctores hoc tenentes, & in cap. nouit nume. §. 8. 6. notab. de iudi. Curtius in l. penulti. numer. 8. C. de pactis & in l. precibus nume. 25. C. de impube. Gome. in cap. vt animarum nume. 5. de constitutio. lib. 6. Fortu. de vltimo fine iuris nume. 275. d. D. Couarru. lib. 2. resolutionū. c. 4. nume. 11. Soto de iustitia & iure lib. 6. q. 2. arti. 3. & q. 3. arti. 1. Omphal. de vsurpatio. legum lib. 2. capit. 9. & alij quos refert Tiraq. de legibus connubiali. l. 9. nume. 7. Pinclus hanc dicens magis piam & receptiorem sententiam in dict. l. 2. C. de rescin. venditio. i. par. c. 1. nume. 35. & ibi. d. Anto. Padilla nume. 73. licet ipse teneat contrariam, ne

authōritate iuris canonici hoc permittentis decipiamur: & satis comprobatur ex dict. l. iure succursum §. final. ff. de iure dotium. vbi ex primis principijs iuris naturalis & eius æquitate læsionem nullatenus licere asseuerat Pomponius. At natura nihil aliud quam Dei voluntas est teste Platone. vt refert Lucas de Pena in l. 2. C. ne fiscus rem, quam vendidit, euincat, Marti. Azpilcueta in capitulo. qualitas nu. 26. de pœnit. distinctione. §. [Sed quando dicitur, læsionem & deceptionem in precio interuenisse, vt conclusioni numeri precedentis locus sit? Præmitte iustū precium rerū non consistere in puncto individuo, sed in mediocritate quadā, que latitudinē habet per gradus, vt docet Aristot. 2. Ethicorū ca. 6. quo circa Theologi & multi ex Nostratibus, cuiusque rei precium iustū triplex esse censent, supremum, infimum, & medium. Vixque accidere potest, rem quandam præcisse ita centum valere, quin plures valeat & minus. Valet quippe centum precio medio, centum & quinque precio supremo, nonaginta quinque precio infimo, in hoc triplici genere precij iniquitas contingere nequit, teste Schoto in. 4. sententiarum distinctione. 15. quæstio. 2. cui ibidem ad stipulationem Ioan. Maior que. 29. & 40. & Conradus de contractibus. 3. par. quæst. 56. conclu. 5. Anto. Burgenfis in cap. cum causa num. 5. de emptione & venditione Carol. Molineus de contractibus. q. 14. col. 2. Ioan. à Medina de restit. q. 31. & sequentibus, Martinus ab Azpilcueta in cap. qualitas de pœnit. distinctione. §. numer. 45. d. D. Couarru. lib. 2. resolutio. c. 3. nume. 1. qui attestatur hoc expendi ex diuo Thoma. 2. 2. quæst. 77. articulo. 1. idem voluit Domi. à Soto lib. 6. de iustitia & iure. q. 2. arti. 3. conclu. 3. [Ex quo inferitur, posse quem iustifimè vendere pecunia ad tempus credita precio supremo eas merces, quas statim pecunia numerata precio mediocri vel infimo vendere solitus erat, vt in specie adnotauit Deci. consi. 111. Cœpola consi. ciuili 10. col. 4. Cayeta. 2. 2. q. 77. arti. 1. Siluest. verbo vsura. 2. §. 1. d. D. Couarru. lib. 2. resolution. ca. 3. nume. 1. Domini à Soto lib. 6. de iustitia & iure. q. 2. arti. 3. conclusio. 3. deductione. 1. qui in secunda deductione aliter intelligit tex. in d. l. in cause. 2. §. idem Pomponius ff. de minor. & l. item si precio. §. fina. ff. loca. vt refert d. Anto. Padilla in d. l. 2. C. de rescin. venditio. nume. 11. Secus si carius iusto precio vendantur res, que pondere numero, vel mētura, consistunt ob dilatam precij solutionem, vt latè probat idem. d. D. Couarru. d. c. 3. nu. 6. & 7. [Quibus præmissis, vbi læsio contigerit ob excessum iusti precij infimi, mediocris vel supremi, etiam si citra dimidiam sit, nulla lege humana, naturali, vel diuina licita est, licet iure gētium & ciuili ex natura contractus, & impulsu nature ex sensualitate adinclinante id impunè liceat, & permittatur iuxta sententiam Pineli. d. Anto. Padilla Domi. à Soto & Marti. Azpilcueta in locis superis citatis, non tamen ob id desinit peccare mortaliter, sic contrahens, & ad restitutionem teneri in foro conscientie, vt optimè probat beatus Thomas. 2. 2. quæstione. 77. articulo. 1. & quodlibeto. 2. articulo. 10. & iterum in. 4. sententia. distinctione. 15. q. 3. articulo. 2. vbi Gabriel quæstio. 10. col. 9. & Ioan. Maior quæst. 40. S. 5. vers. fi.

verfi. 8. arguitur, Conrrad. de contractib. q. 57. conclusio. 1. Adrian. quodlibeto. 6. arti. 3. Caye. d. articu. 1. & quodlibeto. 16. quæstionum. c. 12. fol. 66. Innocen. & Ioan. de Anania in cap. in ciuitate col. 4. de vsur. post Anto. & Panor. 1bi, idem Anto. & Abb. in. c. qua plerique quæst. 9. de immu. ecclesia. Sali. in athen. ad hæc. q. 21. C. de vsur. Fortu. de vlti. fine iur. illatio. 17. Anto. de Butrio & Anto. Burgen. in capi. cum dilecti nume. 2. de emptio. & venditio. Gerard. singul. 22. Iaso. in. 5. sed iste nume. 104. institu. de actio ni. Alfon. à Castro lib. 2. de potestate legis poenalis. c. 10. fallen. 3. Cæpo. in tracta. de simula. contract. 2. præ fump. col. 2. Ioan. à Medina de restit. quæstio. 32. & sequen. Deci. consi. 111. col. 2. Marti. Azpilcæ. in. d. c. qualitas de poeniten. distin. 5. nume. 45. & sequenti bus, & latius in. c. nouit de iudi. 6. notab. corolario. 9. Siluest. in verbo emptio. q. 8. Conrradus in summa to tius operis de contracti. q. 57. distin. 3. Iaso in. l. si quis in conscribendo nume. 5. C. de pact. Fauia: à Monte in tracta. de emptio. & venditio. q. 8. principa. nume. 8. glo. in. l. semper. ff. de ritu nuptia. Tiraquel. de legi bus connubiali. 9. nume. 8. ibique numer. 10. fatetur hanc esse communem verioremeque sententiam, Al fon. etiam à Castro lib. 2. de potestate legis poenalis. cap. 10. limi. 3. verfi. ex quibus, eandem communem at testatur esse Gomez. in. c. 2. nume. 5. de constitu. lib. 6. Pet. à Plaza in epitome delictorum lib. 1. c. 36. nume. 15. & sequen. hanc asseuerans communem, citatque plures concordan. eandem receptiorem, & verioreme esse attestatur. d. D. Couarru. lib. 2. resolu. c. 4. nume. 11. Domi. à Soto hæc optimè probans lib. 6. de iusti, & iure. q. 3. arti. 1. in responsione ad primum contra Du randum & Gersonem, & contra Bald. in authenti. ad hæc opposi. 21. C. de vsur. & Barbati. in. c. 1. de emptio. & vendi. col. 3. & Ioan. Crottum in. c. 2. primo nota bi. de constitu. in. 6. Pet. Dueñas regula. 148. contrariū asseuerantes. ¶ Quam communem sententiam exte de, vt obtineat iuxta ea, que superius diximus nume. 6. non solum vbi scienter quis in commutationibus proximum inscium & ignorantem iustum rei valo rem lædit, ac decipit, verumetiam si quis bona fide existimans se iusto precio emere aut vendere, alterum etiam intra dimidiam iusti precij læserit, adhuc enim ad restitutionem erit obnoxius, quod asserit. d. D. Co uarru. præfectus sumo fenatui Hispano lib. 2. resolu. tio. c. 4. num. 11. idque probat autoritate & ratione, Autoritate, inquam Scoti in. 4. sent. distin. 10. 15. q. 2. Florentini. 2. par. titu. 1. c. 16. §. 3. Conrradi de con tractibus. q. 57. conclu. 5. Cayetani quodlibeto. 16. que stionum. c. 12. Adrian. quodlib. 6. articu. 3. Antonij & Abb. in. c. quia plerique. q. 9. de immuni. ecclesia. quorum opinio communis est teste eodem. d. D. Co uarru. & Martino ab Azpil. in. c. qualitas nume. 31. & 42. de poeniten. distin. 5. Ratione, quia postquam mala fides superuenit, eo quod cognouerit se proxi mum læsisse, rem alienam proculdubio retinet inuito domino, quare nimirum ad restitutionem tenetur: quæadmodum is qui bona fide rem aliquam acquisi uit, & habuit ab eo, quem dominum esse credebat, si nondum completa vsucapione scierit rem illam esse alienam, nec domini consensu aut voluntate sibi

traditam fuisse, tenetur proculdubio eam vero do mino restituere, vel ratione iniustæ detentionis domino inuito, vel ratione ipsius rei, quia aliena est iuxta tradita per diuum Thom. & Cayeta. secunda secunde quæstio. 62. artic. 1. 4. & 6. atque ideo, inquit, d. D. Couarru. cum is qui bona fide contraxerit, & postea cognouerit re ipsa proximum læsisse, tenebitur ad huiusmodi læsionis restitutionem & compen sationem, quandoquidem ad eum peruenit vel res em pta vel pecunia, que iustum precium excelsit. Quæ sententia vera est, vt & Alfonso à Castro probat lib. 2. de potestate legis poenalis capit. 10. fallentia. 3. fol. 187. Petr. à Plaza de delictis capit. 36. libri. 1. numer. 17. versicu. Anto. & Abb. quæstio. 9. Tametsi A re tinus in capit. cum causa numer. 12. de testibus & An to. Burgenlis, in capitu. cum dilecti numer. 12. de em ptiõne & venditione & Gomez. in capit. 2. nu me. 12. de constitutio. lib. 6. Deci. in. c. canonum sta tuta nume. 18. post Calderi. de constitutioni. & d. Anto. Padilla in dict. l. 2. nume. 73. conentur contra riam defendere sententiam contra communem & veram. ¶ Cæterum id indubitanter asserunt om nes, etiam in foro exteriori contractum esse res cindendum, vel læsionem refarciendum, vbi dolo læ dentis aut decipientis etiam intra dimidiam conti gerit, dolo in quam, ex proposito. l. 1. §. persuade re. ff. de seruo corrupto. l. & eleganter. ff. de dolo. l. Iulianus, §. si venditor. ff. de actio. empt. Abbas & Anan. in capit. in ciuitate de vsur. Decius in capit. 1. numer. 18. de constitutio. glosa communiter rece pta in dict. capit. cum dilecti de emptione & vendi tione, Fortunius de vltimo fine, illatione. 17. d. D. Couarru. lib. 2. resolution. capit. 4. numer. 11. ad me dium, sed hac in specie non datur dolosa optio ad iustum prærium supplendum, vel rem ipsam resti tuendam, siue dolus ex proposito dederit causam contractui, siue in eo incidit: sed præcisse ea optio competit dolum passio, vbi dolus dedit cau sam contractui, vbi autem incidit, actionem habet vt sibi iustum precium integrè soluatur, vtraque tamen in specie doloso optio denegatur, vt dixi mus, hæc fuit sententia Conrradi de contractibus in totius operis summa quæstio. 57. distinctio. 3. dicto. 6. cui conuenit Ioan. à Medina de restituo tione, quæstio. 26. domi. D. Couarru. lib. 2. resolu. tio. c. 4. nume. 11. versiculo quoties, contra Angel. in summa in verbo dolus. §. 9. & Siluest. in verbo culpa. §. 7. ¶ Sed dubitari solet, cum quis scienti iu stum rei valorem eam vendiderit carius, quam ve re valeat, vel à sciente verum & iustum precium viliori empta fuerit, an peccet & ad restitutio nem teneatur? Et partem affirmatiuam tenet Ca yetanus quodlibeto decimo sexto quæstionum ca pitu. 12. domi. D. Couarru. lib. 2. resolutionu capit. 4. numer. 11. versiculo superest, ex rationibus, quas pro communi adducit Conrradus dict. quæstio. 57. & in summa eiusdè quæstionis distinctio. 13. post 14. dictum versiculo primo arguitur. Quia do nationis præsumptio hinc non subest. Aliud ta men erit respondendum, si commode possit do natio præsumi, ex coniunctione fortè vel amicitia,

vt

vt deduci clarè asseuerat ex Conrradi & Cayetani ar gumentationibus, Ancharra. in regula peccatum nu. 21. de reg. iur. in. 6. Sali. eleganter in authen. ad hæc. q. 21. C. de vsur. Gomez. in. d. c. 2. nu. 10. de consti. lib. 6. Ioan. à Medina de restitutione. c. 33. Sed quoad anime iudicium, de quo agimus, non curamus de præsum ptione, quoniam in foro quod verè actum est in spicimus, quamuis si animus læsi inquiri non possit, quia fortè mortuus est, vel longè abest, poterit qui læ sit tutus esse in conscientia certis motus coniecturis. Nec confessarius ad aliud cum cogere poterit, nisi vt quandocunque animus læsi fuerit exploratus, sit para tus ei damnum refarcire. ¶ At quoties quis sciens iu stum valorem rei, absque mendacio aliaue persuasio ne, eam emerit viliori precio, etiam intra dimidiam, ab ignoratè quod sit eius rei precium, dubium est an in foro exteriori cogatur iustam rei aestimatione sup plere? Et iure canonico pluribus placuit, deceptum ignorantem aduersus deceptorem non ignorantè age re posse ad læsionis compensationem apud iudicem ec clesiasticum Abb. in. c. in ciuitate nume. 6. de vsur. & in cap. cum causa num. 4. de testib. Anan. in dict. c. in ciuitate nu. 8. Calderi. in. c. nauiganti col. 4. de vsur. Ancharra. in regula peccatum nume. 21. Marti. Az pilcæ. in. c. nouit de iudi. corolario. 9. numer. 79. d. D. Couarru. lib. 2. resolu. c. 4. num. 11. verfi. verum si quis vbi idem iure ciuili esse asserit, nam qui scit iustū pre cium, scit etiam alterum ignorari. Citat Augusti. lib. 13. de Trinitate. c. 6. & Caro. Moline. de contractibus quæst. 14. nu. 173. Sed dubito, an hæc in praxi obtineri possent, maximè cum hæc scientia & ignorantia sci ètiæque ignorantie difficilimè probari posset.

G L O S S. II.

- 1 Precium iustum non ex cuiusque affectione aut sum ptu. sed ex communi hominum aestimatione perper ditur. Precia iuxta varia loca & tempora variantur, ibidem. Manceps idem quod propola, ibid. Precium iustum rei dicitur quod absque iniuria & fraude alterius vendi potest homini scienti eius co ditionem, ibid.
- 2 Precium iustum in contractibus non attenditur ex natura rei, sed ex hominum aestimatione etiam in sana. Indigentia causa est & mensura humanarum com mutationum, ibi.
- 3 Precium iustum rei non consideratur ex sumptibus & laboribus in ea expensis, sed ex communi aesti matione.
- 4 Precium iustum non ex hoc censetur, quod rem plu ris emerit venditor, nisi ad preces emptoris vendi derit, aliàs non venditurus, vel nisi emptorem de hoc certiorauerit.
- 5 Precium minutum si res vendita habet aliquid peri culi & oneris.

- 6 Precium augetur vel minuitur ex paucitate empto rum, penuria, vel multitudine mercium. Subhastationibus viliores res venduntur vt plurimū ibid.
- 7 Precium iustum ex pluribus deducitur & explora tur.
- 8 Taxatio mercium & annonæ quibus incumbat?
- 9 Precium iustum duplex, aliud legitimum, aliud natu rale. Vendens rem carius quam sit publicè taxata & mo derata peccat mortaliter, ibid. Precium iustum naturale est arbitrarium, ibi.
- 10 Precium iustum naturale qualiter sit cõsendum opti me explicatur.
- 11 Precium commune quomodo probetur.
- 12 Precium commune non ex affectione & interesse particulari attenditur. Valer rei ex loco publico fori vel mercati an neces sedit articulari, ibi.
- 13 Testes in probatione valoris rationem dicti reddere debent, etiam non interrogati in rebus immobili bus. Testis etiam non interrogatus debet causam dicti sui reddere in his, que non immediate per sensum corpo ris percipiuntur, sed iudicio intellectus, ibi. Iudex post publicatas attestaciones potest testes in terrogare de causa dicti sui in probatione valoris ibid.
- 14 Valor rei probatur ex quantitate fructuum vel red dituum. Fructus quò plures rediit res, eo pluris aestimatur, ibidem.
- 15 Valor rei an probetur per testes dicentes quòd tempo re contractus plures viderunt homines eo precio communi rem illam emere volentes.
- 16 Valor rei an probetur per testes dicentes scio tantum valere quia sic mihi videtur. Testis deponens per verbum credo, vel per verbum videtur an probet, ibid.
- 17 Valor rei an probetur si testis deponat, quia ipse tan tum daret. Communiter quod fit, facere quilibet præsumitur, ibid.
- 18 Valor rei an probetur, si testis dicat, quia tantum ego daveri pro communi aestimatione.
- 19 Iudex potest ex officio in probatione valoris alicuius rei de valore se informare & proprijs oculis re inspicere, si probationes viderit imperfectas.
- 20 Valor rei an & quo pacto probetur per aestimatores iuratos à iudice nominatos.
- 21 Aestimatores duo eligi debent & non vnus, & pra xis eos eligendi.
- 22 Valor rei mobilis qua non recipit functionem in ge nere suo quomodo probetur.

- 23 *Tantum valet res, quantum vendi potest, quomodo intelligatur?*
- 24 *Valor rei venditæ minuitur, si venditor erat debitis implicitus.*
- 25 *Probatio sufficit si præsumptiue concludatur, ibid.*
- 25 *Qualitas precium minuens an sit ab ætore probanda, quando de ea constat in instrumento, vel aliis, ibi, & nu. 28, & 38.*
- 26 *Æstimatio rei fieri debet cum qualitatibus suis, ibi.*
- 26 *Valor rei minuitur propter onus annexum.*  
*Valor rei minuitur propter pactum de reuendendo ibid.*
- 27 *Valor rei augetur, quanto pinguius transfertur dominium, & minuitur quò debilius, ibi.*
- 27 *Præcij pars est quodcumque pactum vel onus in fauorem venditoris appositum.*  
*Onera & pacta emptori apposita minuant præcij, ibid.*
- 28 *Pactum de reuendendo in venditione appositum lapso die reuenditionis non impedit remedium, l. 2. C. de rescinden. vendi. licet quoad æstimandam rem haberi debeat ratio eius pacti.*
- 28 *Precium rei venditæ non probatur, nisi probetur ex præse rem cum pacto reuendendi tantum valere, ibi, & nu. 38.*
- 29 *Precium rei venditæ cum pacto reuendendi, etiam lapso tempore statuto ad reuendum, æstimandum est secundum tempus contractus, & cum eo onere.*
- 30 *Valor rei minuitur propter litigium vel periculum amissionis.*
- 31 *Valor rei augetur vel minuitur ob qualitatem loci, & dilationem solutionis, vel personam contrahentium.*  
*Precia rerum variantur ex loco, vbi venditur, vel vbi sita sunt ibi.*
- 32 *Præcij pars est dilatio solutionis.*  
*Soluenti ante tempus an deducendum sit interuersurum, ibi.*
- 33 *Solutio debiti ante vel post diem præstitutum facta augeri dicitur vel minui.*  
*Precium minuitur ob dilatam eius solutionem, ibid.*  
*Soluisse ante tempus quis non præsumitur, ibi.*
- 34 *Precium augetur vel minuitur ex qualitate personæ contrahentium.*
- 35 *Precium rei minuitur ob socium rixosum.*  
*Precium rei augetur ob vicinum optimum, ibi.*
- 36 *Precium iustum dicitur deductis oneribus & impensis*  
*Valor rei censetur deductis expensis proxenetæ & proclamatum ibi.*
- 37 *Actio æstimatur de ductis litis expensis & laboribus communiter expendi solitis ad rei exactionem.*  
*Expensarum ratio habenda est in æstimandis facultatibus & redditibus, & in æstimanda donatione ad effectum insinuationis, & in æstimandis fructibus, & rebus ecclesiæ vacantibus, ibid.*

- 38 *Probatio qualitatum precium rei minuentium an incumbat agenti remedio, l. 2. C. de rescin. vendit. & nu. 28.*
- 39 *Valor vini olei & frumenti & aliorum victualium quomodo probetur.*
- 40 *Caristia que modico durauit tempore attendenda non est.*
- 41 *Caristia victualium euenit ex inordinata administratione ciuitatis.*  
*Vendere quis compellitur victualia tempore necessitatis iusto precio, ibi.*
- 42 *Precium quomodo taxetur ei, qui aliquid vendere cogitur.*
- 43 *Lesio ultra dimidiam an probetur testibus asseuerantibus rem quinque aureis venditam valere decem & plus, nu. 42. 43. 44. 45. 46. & 47. vbi dixer se opinionis referuntur.*
- 44 *Valor rei in puncto indiuisibili consistere nequit: latitudinem enim habet, intra quam lesio contingens non obligat ad restitutionem.*
- 45 *Lesio ultra dimidiam probatur, si excessus vnius numeri ultra dimidiam probetur.*
- 48 *Lesio ultra dimidiam quomodo probetur? cõsiliu auctoritatis.*
- 49 *Testibus duobus de maiori summa deponentibus an credatur potius quam alijs duobus de minori summa deponentibus.*  
*Testibus affirmatiuis an negatiuis potius credatur circa valorem rei, ibi.*
- 50 *Testibus tribus deponentibus rem valere centum, si alius dicit valere 110. alias 120. cui eorum magis credatur.*
- 51 *Lesio ultra dimidiam an probari possit instrumentis emptionum, rem siue.*
- 52 *Probatio lesionis si probatione rei, vel aliis obscuretur, an sit eius absolendus.*  
*Precio iusto res vendita præsumitur, ibi.*
- 53 *Actori auetur magis quam reo in deceptione ultra dimidiam.*  
*Judex in sententia exprimere debet causam quare à regulis iuris & à consuetis recedat, licet aliis causam exprimere non teneatur, ibi.*

b *En mas de la mitad del iusto precio.* Iustum cuiusque rei precium, non ex cuiuslibet affectione aut sumptu constat, sed ex communi hominum æstimatione perpenditur. Tantum enim valet res, quantum absque fraude & iniuria communiter vendi potest, homini scienti eius conditionem. Prior huius conclusionis pars probatur in l. 1. precia rerum ff. ad l. Falcid. in capit. 1. de emptione & venditione in l. si seruum meum ff. ad l. Aquilianam, & in l. sep. cm. C. de eroga.

erogat. mili. anno. libr. ii. Non ignoramus, inquit Plinius libr. 33. c. vltimo præcia rerum que vsquam posuimus, alia in alijs locis esse, & omnibus penè annis mutari, prout nauigationes cõstiterint, aut vt quis que mercatus sit, aut aliquis præualens maniceps anno nam flagellet. Maniceps hoc in loco propolam significat, qui minoris semper emit, vt carius vedat, teste Budæo in annota. in Pandect. titu. locati. l. qui fideiussor pagi. 326. & seq. Posterior pars apparet ex glos. singulari in l. mortis causa capimus. §. vlti. ff. de donationi: causa mort. vbi Angel. & Imol. notant Bar. & Alex. in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellian. Felin. in c. cum causa col. 2. de testib. Fabia. à Monte de emptio. & vendi. quæstio. 8. princip. in fin. d. D. Couarru. lib. 2. resolu. c. 3. nume. 4. frater Domini. à Soto lib. 6. de iusti. & iur. quæst. 2. arti. 3. in respon. ad primum. [ Ex quo plura infert idem. d. D. Couarru. d. num. 4. Primum in contractibus emptionum & similibus non attendi iustum precium ex natura rei, sed ex hominum æstimatione communi, quamuis vana sit & infana æstimatio. Nã si ex natura rei foret æstimanda, plaris esset æstimandus equus quam gemma, ob vtilitatem equi, & quia omne animatum ex natura sua preciosius est quolibet inanimato secundum Conradum de contractibus. q. 36. 2. suppositione, Domini. à Soto lib. 6. de iustitia & iure arti. 3. conclusio. 1. dicentem rationem esse quia indigètia causa est & mensura humanarum commutationum teste philosopho. Ethicor. 5. c. 5. si enim nullus alterius re vel opera indigeret, omnis cessaret rerum humanarum commutatio; ergo indigentie ad metiri debemus rerum precia. Exempli loco, panis eiusdem nature est in Hispania & apud Indos, sed maiori hie precio veniatur, quam in Hispania propter indigentiam & argenti aurique abundantiam, que cause sunt augendi precium, Dida. Perez in l. 2. titu. 23. libr. 2. ordina. colu. 707. [ Secundò non est considerandum quanti res empta fuerit, nec quot labores in ea habenda fuit venditor perçessus, sed ratio dumtaxat communis æstimationis habenda est. Quamobrem mercator qui magnis expensis merces ex Hispania attulit, non poterit hie ea ratione eas carius vendere, quam communi æstimatione appendatur, alioqui restituere tenebitur quicquid ultra iustum precium, infimum, medium, vel supremum, acceperit. Nam licet in venditione mercium sint considerandi sumptus vendentium, hoc tamen fallit, vbi communi hominum æstimatione valor earum fuerit diminutus: quod refert asserere Conradum dict. quæst. 36. cõclusio. 3. idem voluit Dida. Perez vbi supra colu. 708. in prin. [ Tertio infert, precium iustum non ex hoc esse censendum, quòd rem venditor pluris emerit: id etenim nihil facit ad ipsius rei propriam & veram æstimationem, sed communis hominum æstimatio, Domini. à Soto lib. 6. de iusti. & iure quæstio. 2. articu. 3. conclu. 3. collectione. 3. Item & 4. non consideratur damnum venditori obueniens, nisi ad preces emptoris vendiderit aliàs non venditurus auctore Thoma quem Siluest. sequitur in verbo emptione. q. 6. Vel ni si emptorem de hoc certiorauerit, vt docet idem Domini. à Soto lib. 6. de iustitia & iure quæstio. 3. articu. 1. conclusio. 3. [ Quintò infert idem. d. D. Coua. posse mi

nori admodum precio rem vendi litigiosam, vel que aliquid habet periculi vel oneris annexi argumen. l. fundi partem. ff. de contrahen. emptio. tradit Panor. mitan. in capi. cum Ioannes nume. 3. de fide instrumè. & in capi. fin. de alic. iudi. mutan. causa fact. numer. 6 sentiant Barto. & docto. in l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligatio. [ Sextò. d. D. Couarru. dict. c. 3. nume. 5. libr. 2. resolutio. infert, inspecta communi hominum æstimatione precium augeri vel minui ex paucitate emptorum vel multitudine mercium ac venditorum: quod in nudinis vel in locis aduertijs, prout hoc in regno Peru, quotidie euenit, atque eodem modo precium minuitur, si venditor emptorem querat, nam vitronæ merces viciunt, atque ideo in subhastationibus res vt plurimum minoris emantur. Nec peccat expectans tempus, quo res venalis exponatur, ad emendum eam vltiori precio, inodo iusto ematur, iuxta late tradita per Cayetan. 2. 2. quæstio. 77. articu. 1. [ Nam vt Domini. à Soto lib. 6. de iustitia & iure articu. 3. conclusio. 2. docet, ad explorandam iustum rei precium, ex multis deducenda est ratio, que in triplici sunt ordine. Primum attendenda est necessitas rei, mox copia & inopia, deinde negociationis labor, cura, industria, & pericula: præterea si merces in melius vel deterius mutate sunt venditorumque atque emptorum frequentia, & pecuniæ abundantia vel penuria, atque id genus alia, que prudentissimus quisque speculari poterit. [ Cui incumbet onus hoc taxandi precium & valorem mercium? & certe præsidibus prouinciarum vel reipublice administratoribus, vt in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfe. urb. vbi glossa & doctores glossa etiam in l. fina. §. item episcopi. ff. de muneri. & honori. Albericus in tractatu statutorum ciuiliu quæstione. 69. vbi late & notabiliter loquitur, habetur etiam in decuria Pisana libr. 2. capit. 18. versiculo item ordo decurionum, domin. D. Couarru. libr. 3. resolutio. capit. 14. nume. 3. Didacus Perez in l. 2. titu. 23. versicu. prior pars colu. 712. libr. 2. ordinamen. sed non omnes taxantur, quia commodè fieri non potest, cautius tamen fieret, si omnes taxarentur animeque mercatorum consuleretur, & communi bono. At si omnes taxari nequeant, saltem que commodè appendi poterint, vt & Dominic. à Soto admonet dict. libr. 6. quæstio. 2. articulo. 3. conclusio. 3. collectione etiam 3. [ Nam, vt ipse dixerat paulo ante eandem conclusionem in principio, precium iustum duplex est, aliud legitimum aliud naturale. Iustum legitimum est illud, quod lege Principis vel ciuitatis est constitutum, vt probat Cagnol. in l. 2. C. de rescindenda venditione numer. 269. Cremen. numer. 273. Pinclus capi. vltimo numer. 35. quod in indiuisibili consistit. Si enim lege vel statuto ciuitatis caueatur, vt modius tritici aut vini, vel vineæ panni vendatur decem, vnius oboli excessus inducit lethale crimen, & restitutionis obligationem, atque ideo dicimus in indiuisibili consistere, quamuis si excessus est perexiguus, non est mortale, sed veniale peccatum, Pan. taleon Cremen. in dict. l. 2. C. de rescindenda venditione numer. 171. Medina de restitutione quæst. 361 Did.



Dida. Perez in l. 2. titu. 23. lib. 2. ordi. col. 702. Preciū autem iustum naturale est arbitrariū, utpote nulla lege coarctatum, ideo non est indiuisibile, sed latitudinē habet iustitię, ut ex Aristotele deducit Soto Ethicorum. 5. cap. 7. dum distinctionem facit inter iustum legitimum & naturale. Iusti autem naturalis latitudo consistit in tribus, in vno extremo rigido, altero vero pio, sed medium est moderatum, ut que res iuste venditur decem, iuste quoque vendatur nouem, & vndecim, ut diximus in glossa precedenti numero. 7. quare dum res publica pœnes quam talis residet auctoritas, punctum non indicat, laxior nimirum restat iustitia, in arbitrio vendentium precij latitudinem habens. [ Sed ne erres aduertere oportet, vbi lege non est taxatum precium, non esse standum quorumlibet mercatorum arbitrio, qui præ sua cecitate decipiuntur, & propter eorum auaritiā consulto astuque alios decipiunt, sed prudentium iudicio, eorumque, qui sunt æquitatis cultores. Est enim fallacissima regula, si quis semper quantum emit precio, quantumque laboris & periculi subiit, tanti vendere velit cum lucri accessione teste Conrado de contractibus quæstione. 56. conclusionē. 3. Dominic. à Soto dict. articulo. 3. conclusionē. 3. post medium. Nam si mercator ignarus artis & negociorum in quibus versatur, pluris iusto emit, aut sibi fortuna aduersa reflauit, eo quod mercium copia insperata succreuit, non potest iuste expensas extorquere quas fecit, ut dixi supra nume. 4. & vice versa si inferior alius aut fortunator, cui vel contingit minoris emere, vel fauoris arrisit fortuna, quia insperata rerum inopia successit, iuste sanè poterit carius vendere etiam eodem die, eodemque loco, & si merces non sint in melius mutata. Quoniam negociationis ars plurimum est fortuitis rerum euentibus subdita, atque ideo nimirum negociatores debent sinistra suo subire dispendio, pericula, & dextram operiri fortunam: loquimur enim cum christianis de fortuna pro euentu nobis insperato, teste Dimini. à Soto lib. 6. de iusti. & iure. q. 2. articulo vltimo colum. antepenultima, ut & nos latius explicuimus in dialogo reatoris. 4. par. cap. 4. numer. 2. 3. & 4. Dida. Perez in l. 2. titu. 23. lib. 2. ordina. colum. 707. [ His præmissis operæ precium esse duxi, ad praxim reducere legis nostræ decisionem & materiam. Et in primis scire oportet, valorem rei venditę probare posse testibus deponentibus rem communiter tanto precio estimari tempore contractus, & sic poterit fieri articulus generalis, quod res mobilis vel immobilis vendita tempore contractus communi & iusta estimatione valebat tot aureos numos, & tanti communiter vendi posset: emptor autem addere debet, & non amplius, hæc fuit sententia & doctrina Bar. & eum omnes sequuntur in l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. teste Curtio ibi in apostillis ad Alexand. nume. 11. doctores etiam in l. si seruus. ff. de cōdictio. furti. & in l. 1. C. de præd. & rebus nauiculari. lib. 11. Barto. Bald. & Salice. post gloss. ibi in dict. l. 2. C. de rescindenda venditione gloss. & docto. in capi. cum causam de testibus Anto. in capi. 1. & Imol. in capi. dilecti de emptio. & vendi. gloss. in capi. hoc ius. 10. quæst. 2. Angel. Areti.

12 in. §. si quis agens nume. 1. & 2. instit. de actio. Cæpo la de simula. contra præsumpt. 2. [ Attendi autem debet commune precium, & non ex affectione vel interesse particulari secundum gloss. & docto. omnes in dict. l. 2. C. de rescindenda venditione, vbi communē dicit Pienl. 3. part. capi. vlti. nume. 17. post. d. D. Couarru. lib. 2. resolut. c. 3. Alciat. in l. propemodum. ff. de verbo. signi. Non tamen est nec essarium prout plures putant, teste eodem Pinelo, quod articuletur, & probetur valor ex loco publico fori vel mercati, licet inde facilius deducatur, probatur per text. in capit. 1. de emp. & vendi. & ita intelligi debet Bar. in dict. l. si seruus nume. 7. ff. de cōdict. furti. Iaso in l. qui Romæ. §. cohæredes nu. 25. ff. de verbo. obligationi. Corfe. in singul. in verbo venditio. fol. penul. per text. in l. septem diebus. C. de erog. mili. anno. Afflict. decis. 316. nume. 7. Ioan. de Platea in l. 1. C. de censu. & censu. ita explicat Cagnol. in dict. l. 2. nume. 252. [ Sed aduertere oportet, quod in estimatione fundi vel rerum immobilium fructus producentium, testis reddere debet causam dicti sui, etiam non interrogatus, aliās non probat, quia hoc non immediate percipitur per sensum corporis, sed iudicio intellectus, plurimis vel concludentibus rationibus ex doctrina singulari Bartol. in tracta. de testibus nume. 7. dicentis, in his que discursu requirunt syllogizare intellectum ex magno discursu oportet, scilicet ex fructuum quantitate & alijs quæ confestim subiiciant, idem voluit Bartol. in l. precia rerum. §. 1. nume. 2. ff. ad l. Falcid. vbi Pau. Castren. & Alexan. nume. 12. ad fin. Bald. in l. vltima ad fin. C. de iure domi. impetran. Abb. & Felin. in c. cum causam. 2. nume. 1. de testib. Lamphran. in capit. quoniam contra. verbo testium nume. 156. Iaso in §. si quis agens nu. 12. instit. de actio. Bertrand. consi. 256 nume. 7. & consi. 164. lib. 3. Cremen. in l. 2. C. de rescindenda venditione num. 315. & ibi Pinelus. 3. par. c. vlti. numer. 11. Qui tamen hoc intelligunt in estimatione rei notabilis, secus in alijs leuibus, prout in frumento & victualibus, quorum valor à grossis cognoscitur, ut Bald. refert in l. folam. C. de testi. Iudex tamen etiam post publicatas attestaciones potest de causa interrogare testes ex doctrina Bar. in l. si qui ex Pamphila. ff. delega. 2. Bald. in d. l. 2. nu. 25. & ibi Cagno. nume. 265. in fine. c. Pinel. 3. par. c. vlti. num. 7. & nume. 41. [ Quare exemplum huius traditionis subiiciunt tale, fundus vel domus inquit testes, valebat tempore cōtractus centum, quia ex dicto fundo vel domo tot fructus vel redditus colliguntur quolibet anno, & nisi hanc vel similem rationem reddiderint testes etiam non interrogati, non probant, quare consultius fiet, si de hoc ab actore articuli fiant, item quod eo in loco vbi fundus vel domus sita est, tanti fructus vel redditus tantum valent communiter. Valor enim rei probatur ex quantitate reddituum. l. si fundum per fideicommissum in principio. ff. de legat. 1. l. penulti. ff. de reb. eorum. l. si quos, & ibi glo. C. de rescindenda venditio. l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fisci, authenti. de alienatic. & emph. §. & hoc autem collation. 9. eo enim pluris valet res, quo plures redditus fructus. l. sed & si quid §. 1. ibi, pro bonitate fructuum. ff. de euictionibus authenti. de eccles. titu. §. sin autem annale collatio.

9. cuius

9. cuius sententię fuit etiam Bar. in d. l. 2. in fin. C. de rescindenda vendi. cum quo ceteri transeunt, ut ibi videri licebit per Arium Pinelum. 3. par. c. vlti. numer. 28. & 29. Imol. in d. l. precia rerum nume. 3. vers. 5. modo potest fieri probatio per testes, vbi hanc attestatur communem opinionem, & Alex. ibidem num. 12. Anto. in c. cum causam nume. 9. & ibi Imol. & docto. extra de emptio. & vendi. Panor. in c. cum causam. 2. nume. 3. & ibi Felin. nume. 1. & ceteri interpretes extra de testibus, Anto. Gomez variarum resolut. tomo. 2. de contractibus. c. 2. nume. 25. Fabia, de Monte in tracta. de emp. & vendi. 8. quæst. prin. 9. quæst. nume. 25. Ange. in §. si quis agens, dicens hanc communem nume. 4. insti. de actio. & nu. 1. Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. num. 1. [ Idem si testis reddens rationem dicat, quod tempore contractus viderunt plures, dictam domum vel fundum emere volentes, qui offerebant centum, quod erat commune precium, secundum Bar. & Sali. in d. l. 2. vtrūque nume. 23. C. de rescindenda vendi. secus si non adderent esse commune precium vel communem estimationem, quia fidem non faceret eorum testimonium, ut ex sententia Bal. & Sali. colligitur, & hoc expressim voluerunt Imol. nu. 2. & Alexan. nu. 12. in d. l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. [ Quid si testis de valore rei deponēs reddiderit rationem dicēs, quia sic mihi videtur, vel se ita pro certo credere, an probet? Respondeo non probare secundum Card. & Felin. in dict. c. cum causam. 2. de testib. dicentes hac in specie debere se referre ad aliquam causam sensu perceptibilem, vnde colligi & perpendi possit, quo pacto hoc sibi videatur, idem voluit Bal. in l. siue possidetis nu. 6. C. de probatio. Hierony. Cagnoli in l. vnica nume. 33. C. de sentent. que pro eo quod interest profer. Pinel. in dict. l. 2. 3. par. c. vlti. nume. 12. C. de rescindenda vendi. Nec oberit. l. ordinata & ibi notata per Bar. ff. de libera. cau. quia secundum eum loquitur lex illa in re per sensum perceptibili, Bar. in l. si. C. de præd. & omnib. nauicula. lib. 11. & quando testis deponens per verbum videtur, vel per verbum credo, probet, tractat latissimè Felin. in c. quoties nu. 7. vsque in finem extra de testib. [ Dubium tamen est, quid si testis dicat vale rem, de qua agitur, tantam pecunię quantitatem, quia ipse totidem daret nummos, & contestes habeat plures hoc idem dicentes, an testimonia huiusmodi fidem faciant, & plenè probent? Glo. & Bar. in d. l. 2. C. de rescindenda vendi. dicunt non probare, eo quod testes videantur esse singulares, atque ideo non probant, ut in l. folam & l. iurisiurandi. C. de testib. & quia iuxta particularem affectionem creduntur fortè deponere contra text. in d. l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. Nicol. tamen de Mathesi. & Bal. in d. l. 2. nume. 25. C. de rescindenda vendi. & Ange. nume. 7. & Salice. numer. 23. & Cremen. ibidem allerunt contrarium, imo quod huiusmodi testes probent, nisi ex contrario probetur, eos iuxta affectionem deposuisse, ut quia res fuerat suorum maiorum, vel quia prope habebant confinia prædia. Hæc quippe affectio non presumitur in testibus, presumitur enim quemlibet facere, quod communiter fit. l. si pactum & l. cum de indebito. ff. de probationib. ex quo idem voluit Cyn. in l. vnica ad fin. & ibi Albericus penultima colu. C. de sentent.

que pro eo quod inte. & Ioan. Calderin. in capi. cum causam. 2. de testib. Anto. Gomez de contractibus ca. 2. nume. 25. in fin. vbi hanc communem profiteretur. Sed salua eius pace, fallitur quidem, nam prior opinio glossæ & Barto. verior est & receptior, & in præxi admittenda: dictum siquidem testis debet necessario concludere. l. non hoc. C. vnde cogn. c. in præsentia de proba. Barto. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbor. obligatio. cum ergo testis se non referat ad communem estimationem, & se possit referre ad singularem affectionem, minimè concludit, atque ideo gloss. & Bart. sequuntur Imol. in l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. nume. 3. ad medium, & ibi Alexand. nume. 12. Angel. de Aretio in §. si quis agens num. 4. instit. de actio. nib. Anto. & Imol. in capit. cum causam de emptio. & venditio. Cardinal. Abb. nume. 3. & Felin. nume. 1. vers. item in quantum, in capi. cum causam. 2. de testib. Pinelus, hanc dicens communem in dict. l. 2. C. de rescindenda venditio. 3. par. c. 2. vlti. numer. 12. [ Limitatur tamen hæc recepta sententia, nisi testis in redditione causæ diceret, valet tantum, quia ego tati emere rem communi estimatione tunc enim eius probat testimonium, ut Barto. asseuerat in dict. l. 2. numer. 17. & ibi Pinel. 3. par. c. vlti. nume. 12. in fin. C. de rescindenda venditio. & Alexand. in l. precia rerum numer. 11. ff. ad l. Falcid. [ Secundo limita, & intellige, procedere communem sententiam, præterquam si cum iudex fuisset arbitratus ex multitudine testium, vel aliās, actorem fouere iustitiam, eam tamen non fuisse rite probatam imperitia notarij, vel aduocati, qui articulos malè fabricauit, ex officio rem super valore contendit proprijs inspicere oculis, & de valore se informaret, posset siquidem, ut in l. vltima. C. de iure domi. impetran. & l. si quod ex Pamphila in fin. ff. de legat. 2. vbi id notant Bart. & Paul. vterque nume. 3. l. semper, §. hoc interdicto, vbi etiam Barto. ff. quod vi aut clam Areti. in l. cum seruus col. vltima. ff. de verbor. obligatio. Marfil. consil. 5. numer. 23. Curti. in l. vnica nume. 66. C. de sentent. que pro eo quod interest profer. d. Anto. Padilla in dict. l. 2. nume. 72. C. de rescindenda venditio. & ibi Pinelus. 3. parte capite. vltimo nume. 7. vel poterit ex officio iterum interrogare testes, ut rationem reddant, ut & in alio casu, quando non expriment tempus contractus, hoc voluit Pinel. in dict. l. 2. C. de rescindenda venditione. 3. par. capite. vltimo nume. 15. in fine. Et hac in specie hoc voluit numer. 41. dixi supra nume. 13. in fine. [ Poterit similiter peritis artis committere, præstito iuramento, ut rem videant, eiusque valorem explicant, iuxta notata in l. hac ædificati. §. his illud. C. de secun. nup. & in auth. de non alienā. §. quod autē, & eā estimet ut ex hoc cognoscere possit, an lesio ultra dimidiā interuenierit, ut Accur. & Bar. docēt in d. l. 2. C. de rescindenda vendi. nu. 23. & ibi Bal. nu. 25. & Pau. Cast. in fi. credēs hoc esse verū, quoties estimatores seu periti nouerāt & viderāt domū, vel fundū tempore factæ venditionis, cū de eo tempore deponere teneantur, vel si ita modicū transierāt tempus, quod valoris mutatio non presumetur, tunc enim eorū declarationi stabitur, ut in de lesio ultra dimidiā constare possit. Idē voluit Ang. Areti. in §. si quis agēs nu. 2. instit. de actio. Sali. etiā in d. l. 2. nu. 23. prope fi. qui licet

antea

antea dixerat, hanc sententiam & praxim glossę ve-  
ram sibi videri in dationibus & adiudicationibus in-  
solutum, & in alienationibus in quibus decretum in-  
terponi solet: demum concludit, hac in specie iudicem  
hoc idem facere posse, quia communis estimatio est  
interesse commune, vt in l.1. C. de senten. que pro eo,  
quod int. prof. sed interesse commune potest à iudi-  
ce taxari & arbitrari, etiam si probationes partium ne-  
cessario non concludant, vt in l. si traditio. C. de actio-  
nib. emp. vbi Bar. Bal. & Salice. numer. 3. idem voluit  
Imol. i. l. i. l. precia rerum nume. 3. in princ. & ibi Alex-  
an. nume. 6. vbi & Curti. in apost. ad Alexan. ff. ad  
l. Falcid. contra Ange. ibi & m. d. l. 2. hoc improban-  
tem, eo qđ estimatores deponunt vt plurimum de tem-  
pore presenti, sed lesio vltra dimidiam probanda est  
inspecto valore communi tempore facti contractus,  
vt in dict. l. secunda & l. si voluntate. C. de rescinden-  
venditio. & in hac. l. Nam huic obiectioni satisfactū  
fuit supra hoc eodem nume. ex Pauli Imolę & Alex-  
and. sententia. Et ita nouissimę resoluunt Panthal.  
Cremen. in. d. l. 2. nume. 294. Cagnol. nume. 258. & 264.  
Pinelus. 3. par. c. vlti. nume. 2. & 3. C. de rescinden. ven-  
ditio. vbi plures alios citant. [ Nec satis erit vnum  
21 estimatorem eligere, si duo reperiri possunt, vt notat  
Cremen. in. d. l. 2. nume. 296. & Pinel. 3. part. c. vltimo  
nume. 5. per text. in. l. 5. quid autem in authen. de non  
alienan. reb. ecclē. per quem generaliter id notat Bar.  
in. l. 1. §. fina. ff. de verbor. obligatio. vbi late Alexan.  
& Iaso nume. 11. & Alcia. Deci. in cap. proposuisti nu-  
me. 10. & sequen. de proba. Felin. in. c. significasti de  
homicid. Practica eligendi arbitratōres vel estimato-  
res hęc est, si non fuerint designati in loco, eligentur à  
partibus, & iurabunt se rectę estimaturos tex. nota.  
& ibi Bald. in dict. l. hac edictali. §. his illud. C. de se-  
cund. nupt. Bar. in. l. si quis arbitrato num. 7. ff. de ver-  
bor. obligatio. Iaso in. §. quedam numer. 78. in situ. de  
actio. Felin. in capi. quia iudicante de prescrip. nume.  
1. Deci. plures concordan. citans in dict. c. proposuisti  
nume. 15. de proba. Pinel. in. d. l. 2. par. 3. capi. vlti. nu-  
3. C. de rescin. vendi. & si partes discordauerint circa  
eligendos estimatores, eligit iudex, vt tradit Barto.  
in. l. 3. C. de pigno. ad fin. Bald. in dict. l. 2. C. de rescin-  
denda venditio. numer. 25. & ibi Cagnol. numer. 259.  
Hoc etiam vt receptum tradit Deci. in dict. c. propo-  
sisti nume. 13. de proba. doctores plures relati à Iaso.  
in. l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum  
nume. 6. ff. de iure iuran. Felin. in capi. super quęstio-  
num nume. 11. de offi. de lega. Pinel. vbi supra per tex.  
in. l. in venditione in fin. ff. de bon. authōri. iud. possi.  
Apud nos verò praxis admisit, vt vnus à qualibet  
parte eligatur estimator, & in defectum eius qui esti-  
matorum nominare noluerit, vel nominationem dis-  
stulerit, eligit iudex. Quòd si duo nominati discor-  
dauerint, iudex eligit tertium argumen. l. item si vnus. §.  
fina. ff. de arbitris. Sententia autem lata ex iudicio pe-  
r ritorum hac in specie transit in rem iudicatam, licet  
regulariter contra, vt late probat Pinelus in dict. l. 2.  
par. 3. c. vlti. nume. 6. C. de rescinden. venditio. contra  
22 Cremensem ibi nume. 299. [ Quoties autem agimus  
de probando valore rei mobilis, que non recipit fun-  
ctionem in genere suo, vt si serui, equi, libri, & similiū

sufficit articulare & probare, quod tanti vendi po-  
tuissent dicto tempore & loco, quia tanti Titius ser-  
uum vel librum emere volebat, vt in l. si seruus in fi-  
prin. ibi, quanti emptorem inuenerit. ff. de conditio.  
furti. & per illum text. ita explicat Salice. in dict. l. 2.  
nu. 32. C. de rescin. venditio. Quoniam vix presu-  
meretur tantum iactare, seu donare voluisse, nisi pro-  
betur, sed quòd communiter tanti estimabatur, vt  
ipse Salice. probat argumen. eorum quę superius dixe-  
rat fundans Baldi opinionem, de qua supra nume. 17  
& precedentis: sed quia illa opinio communiter repre-  
henditur, vt ibi dixi, hęc minime est tenenda, nisi tes-  
tes addiderint, quòd tanti communiter eo loco &  
tempore, vbi res vendita & tradita fuit, vendi posset,  
quia liber, si de eo tractetur, est literę communis &  
optimę correctus & malleatus: atque ideo ab homi-  
ne sciēte eius conditionem & qualitatem tanti emere  
tur, vt docet Barto. in dict. l. precia rerum. §. 1. nume.  
2. & ibidem Imol. nume. item. 2. versu. si autem res mo-  
biles. ff. ad l. Falcid. Ange. de Aretio in. §. si quis agēs  
nume. 4. versu. venio nunc ad secundum membrum  
principale in situ. de actionib. Sali. in dict. l. 2. nume.  
23 32. [ Nam quod dicitur, vt ipsi dicunt, tantum va-  
let res, quanti vendi potest vt in dict. l. si seruus, ff. de  
condi. furti. intelligitur homini sciēti eius qualitatem,  
vt in l. mortis cauta capimus. §. vltimo & ibi gloss. sin-  
gula. ff. de donationi. caus. mort. vbi Ange. Imol. Ro-  
ma. Barto. Alexan. nume. 2. Socin. nume. 3. Iaso Ripa  
nume. 25. & docto. in. l. 1. §. si hęc. ff. ad Trebellian.  
Angel. de Areti. in. d. §. si quis agēs nu. 4. versu. venio  
nunc ad secundum membrum, Socin. conf. 8. nume. 3  
lib. 1. Abb. Felin. & docto. in dict. c. cum causam. 2. de  
testib. Pinel. in dict. l. 2. 3. par. capi. vltimo nume. 8. C.  
de rescinden. vendi. Anto. Burg. in. c. 1. nume. 3. extra  
de empt. & venditio. Quam regulam limitat optimę  
Dida. Perez in. l. 2. titu. 23. libr. 2. ordinatio. colu. 709.  
& sequen. quem omnino vide. [ Ex quo Barto. in  
dict. l. 1. §. si hęc. num. 3. ff. ad Trebellian. instruit ad  
uocatos repellere volentes agentem ad rescissionem  
contractus venditionis pretextu lesionis vltra dimi-  
diam, vt considerent personam venditoris, si fortē  
erat debitis implicitus, & nullum euietionis dedit fide-  
iussorem, atque ex hoc colligant rem venditam mino-  
ris estimari, quippe que à nullo empta fuisset tanto  
precio. propter periculum aris alieni quo erat graua-  
tus venditor. Aliasque huiusmodi qualitates conside-  
rent, que augere solent & minuere precium, de qui-  
bus infra numeris sequentibus: & Barto. sequitur ibi  
dem Alexan. nume. 2. Socin. nume. 3. 4. & 5. & Ripa  
nume. 29. dicentes non incumbere actori onus probā-  
di huiusmodi qualitates, cum in dubio res presuma-  
tur libera. l. altius. C. de serui. & aqua, & sufficit arti-  
culos actoris presumptiue concludere. l. omnes. §. Lu-  
tius. ff. de de his quę in fraud. credi. vbi gloss. & Bar.  
quod latius examinat Ange. Areti. in. §. si quis agēs  
nume. 5. in situ. de actionib. & Pinelus addens concord.  
in dict. l. 2. capi. vltimo numer. 20. atque ita doctores  
quotquot Bartolum sequuntur, conciliant eius do-  
ctrinam in. l. mortis causa. §. vlti. ff. de donatio. causa  
mor. vbi Imol. aduertit repugnantiam eiusdem Bar.  
ibidem, & eius quod dixerat in. d. l. 1. §. si hęc. num. 3  
ff. ad

ff. ad Trebelli. & in l. precia rerum §. nonnulla nu. 2. ff.  
ad l. Falcid. nam inquirunt precitati doct. in. d. §. si hęc.  
res, quòd ad excludendam actoris cautelam onera rei  
venditę subticentis, instruit Bart. aduocatos Rei, vt ar-  
ticulos faciant, quibus onera & qualitates precium rei  
venditę minuētes insinuent, & bene quidem. [ Quo-  
25 niam res vendita est estimanda eum qualitibus suis,  
vt in. l. 1. §. si hęc. ff. ad Trebelli. & ibi ex ea expendit  
Bart. & Ripa nu. 25. citans ad id tex. in. l. mortis cau-  
sa. §. si. ff. de dona. cau. mor. & in. l. si seruus. 2. ff. de cō-  
dicti. furti. l. quod sepe. l. si. & ibi docto. ff. de contra.  
emp. Pinelus in. d. l. 2. par. 3. c. vlt. num. 19. Sed tu aduer-  
te, ne erres, quòd si qualitas minuens precium constat  
ex instrumēto vel aliis, non concluderet probatio,  
nisi articulus per actorē fieret, quòd res tali conditio-  
ne vendita valet tantum, vt dicam infra eadē glo. nu.  
28. & 38. [ Minus enim valet res propter onus an-  
26 xū, vt in. d. §. si hęc. ff. ad Trebelli. Ex quo ibi infert Socin. nu. 3. Ias.  
nu. 9. & 10. & Ripa nu. 26. qđ propter pactū de reuendē-  
do adiectū venditioni res nō est tāti estimanda, quanti  
foret, si libera vedita fuisset, citat Panorm. in cap. ad no-  
strā nu. 9. in fi. extra de emp. & vendi. idem voluit idē  
Panorm. in. c. cū alicuius. 2. notab. per illū tex. de de-  
decim. inferēs, ad probationē cōtractus vsura rj onus  
pacti de reuendēdo esse considerandū, cuius pacti ratio-  
ne minus valet res, quos sequitur Corn. cōf. 241. nu. 11.  
li. 1. & cōf. 346. nu. vlt. cod. li. 1. Ias. cōf. 151. nu. fi. & cōf.  
153. nu. 2. versu. 4. ad idē li. 4. Soci. conf. 248. ad fi. li. 2. &  
cōf. 57. col. vlt. li. 4. Maria. Soci. in. c. cum Ioānes. 7. no-  
tab. per illū tex. de fide instru. & in. c. vlt. 22. prin. arti-  
q. 4. versu. 4. effectus extra de dilatio. & inter cōsilia pa-  
tris sui Bartho. Soci. conf. 15. ad fi. li. 1. Carol. Ruy. cōf.  
66. nu. 9. li. 4. Stepha. Bertrā. cōf. 168. nu. 3. li. 1. & confil.  
seq. in fi. & cōf. 339. nu. 3. eo li. 1. Deci. cōf. 167. nu. 1. &  
2. & conf. 309. nu. 3. & cōf. 343. nu. 5. & conf. 648. nu. 2.  
Mathe. Assi. in tracta. prothomixeos in verbo licēt  
enim supra diximus colum. pen. & Hierony. Cagnol.  
in repe. l. 2. colum. 3. versu. per quam diligenter, & ite-  
rum in. 36. q. C. de pact. int. empto. & vendi. Ant. Ru-  
be. confil. 148. colum. 2. Bald. confil. 164. in fine libro. 5.  
Angel. Clauasi. in sua summa in verbo vsura. 1. nu. 66.  
Ioan. Gerson in tracta. de contractibus part. 1. confil. 8.  
Vbi inquit, sicut tanto plurius valet res, quanto ius &  
dominium pinguius vberiusque transfertur: ita ex cō-  
trario eò minoris valet quod tenuius infirmiusque tras-  
fertur, in idquē citat illud Leuitici. 25. quantuminus  
tempus numerauerit, tantò minus emptori constabit,  
& rursus in. 2. par. propositione. 19. & alibi sepe in eo-  
dem tractatu, Tiraquell. lib. 2. de retractu in presatio-  
ne nu. 20. & seq. quorum sententia vera est, & recepta,  
quidquid repugnet Pinelus in. d. l. 2. c. vlt. nu. 19. in fi.  
C. de rescin. vendi. [ Et semper alias quoduis pactū  
27 vel onus in fauorem venditoris in venditione apposi-  
tum, est veluti quedam precij pars, minuitque precij,  
vt in. l. fundi partem. ibi, eò vilius fundum vendidisti,  
& ibi notat gloss. dicens hoc in dubio presumi, Bald.  
etiam & Sali. ff. de contrah. emp. l. si sterilis. §. si tibi. ff.  
de actio. emp. l. iurisdictionum. §. quinimo. ff. de pact.  
l. eum qui. §. melior cum. l. sequent. ff. de in diem adie-  
cti. c. cum Ioannes de fide instrum. & ibi ex eo no-  
tant Imol. Panormit. & Felin. rem minus valere ob pa-

ctum siue onus appositum, estque ad id text. omnium  
optimus in. l. si venditor. §. vltim. ff. de seru. exportad.  
ibi, quoniam hoc ipso minoris homo videatur venif-  
se. Ex quo Bald. ibi notat, rem venditam cum aliquo  
pacto valere minus, quam quę sine pacto venditur,  
est etiam text. in. l. pen. ff. de hered. vel actio. vendi.  
idem voluit per illum text. Bal. ipse conf. 31. post me-  
dium lib. 1. & confil. 119. colum. 1. & conf. 182. eod. lib. 1.  
& conf. 315. lib. 3. & alibi sepe ipse tradit, pacta atque  
onera apposita in venditione partem facere precij ip-  
sumque minuere, vt in repe. l. 2. col. 22. in fine. ff. de iur-  
reiu. & in. l. solam nu. 10. C. de testib. & conf. 337. col.  
2. lib. 1. Pet. de Anchar. confil. 7. col. 1. & confil. 331. col.  
1. Panormi. confil. 66. num. lib. 1. vbi dicit rem ob id  
minoris vendi. Alcia. in. l. in bonę fidei gl. 1. C. de pact.  
Vldri. Zaf. confil. 12. num. 36. lib. 1. Tiraq. lib. 2. de re-  
tractu in pra. fa. nu. 21. & seq. & iterum lib. 1. §. 1. gl. 18.  
num. 38. Did. Perez in. l. 2. glossa magna tit. 23. lib. 2. or-  
dina. col. 708. Arius Pinelus in. l. 1. C. de bon. mater. 33  
28 parte nu. 52. illatio. 14. [ Ceterū est summē aduertēdū,  
quòd pactum de reuendendo tēporis lapsa exclusum,  
quāuis cessare non faciat remedium legis nostrę & l.  
2. C. de rescin. vendi. & capit. cum dicit de emp. &  
vendi. & l. 36. tit. 5. de emp. & vend. par. 5. ex sententia  
Odofredi & Nicol. de Mathe. & Bald. in. d. l. 2. C. de  
rescin. vend. nu. 11. quos sequitur Sali. ibidē num. 14. &  
Cremen. 14. extensione. Imol. in capit. cum contingat  
num. 54. versu. 3. casu quando dubitatur, extra de iure  
iuran. Barba. in cap. ad nostram ad finem de emptio.  
& vendi. Anto. Burg. in cap. cum causam extensio-  
ne. 7. eodem titulo, Hierony. Cagnol. in repe. l. 2. col. 5.  
versu. exclusus tamen. C. de pact. int. empto. & ven-  
dito. Tiraquell. lib. 2. de retractu in presatione num.  
25. Nihilominus tamē ad reputationem estimationē-  
que veri ac iusti precij in specie legis nostrę & d. l. 2.  
C. de rescin. vend. id considerari oportet, nepe, quod  
pactum minuit valorem rei, vt in proposita specie do-  
cet Panormi. in. d. cap. ad nostram nu. 9. & 10. de emp.  
& vendi. & Roma. in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo.  
obliga. & Soci. in. d. l. 1. §. si hęc. numero. 3. & 4. ff. ad  
Trebelli. idem Soci. conf. 248. lib. 2. & conf. 57. libro. 4.  
Deci. conf. 308. Tiraqu. de retractu conuentionali in  
presatione numer. 25. in fine, vbi ex hoc alleuerant, qđ  
probans simpliciter precium rei venditę cum pacto  
de reuendendo, non obtinebit in remedio legis no-  
strę & d. l. 2. nisi probauerit valorem rei venditę cum  
hoc pacto excedere dimidiam iusti precij, quod esse  
notandum valde aduertit Tiraq. & tu meti teneas ad  
limitationem eorum, quę diximus supra hac gloss. nu-  
mero. 24. vt dixi numero. 25. & resoluam infra nume-  
ro. 38. [ Quod autem diximus rem minoris estima-  
29 mari venditę ob huiusmodi pactum reuenditio-  
nis, obtinet etiam si tempus in id prescriptum fuerit,  
elapsum, & sic emptor fuerit ab eo reuendendi on-  
ere liberatus, nam nihilofestius res minoris precij esse  
censetur, cum consideretur tempus contractę ven-  
ditionis, & non quod postea euenit, vt in. l. si volun-  
tate in fine. C. de rescinden. vendi. pro qua sententia  
appendi solet tex. in. l. pen. in prin. i. ūta glo. i. ff. de pe-  
ri. & com. rei vendi. & in specie hoc expressim respo-  
dit Deci. conf. 308. colum. 1. & Hieronym. Cagnol. in  
T t l. 2.



12. C. de pact. int. emp. & vendi, Pantale. Cremon. in rep. l. 2. l. 1. C. de rescind. vend. quod verissimum putat Tiraquell. d. praefatio. retractus conuentionalis num. 24. Licet in casu pacti de reuendendo contrariū voluerint Anto. Burg. nullo iure aut ratione iusta du et in d. cap. ad nostram colum. 13. vers. ob quod dicit. [ Ex pluribus alijs causis res minoris aestimatur, nempe propter periculum amissionis rei, quippe quæ erat litigiosa, vt in d. l. 1. §. si heres. ff. ad Trebelli. vbi Ripa nu. 26. in fine, Corne. conf. 206. colum. 4. in fi. & seq. lib. 3. [ Item qualitas loci, & tempus solutionis faciendæ, ac persona venditoris & emptoris augent, vel minuunt valorem, vt in l. eū qui §. melior. ff. de in diē adiectio: qualitas loci, vbi res distrahitur inspicitur, quia precia rerum variantur ex loco. l. precia rerum ff. ad l. Falcid. apud Indos Palegium herua, apud nos vtilissima pluris venditur, quā in piper secundum glo. in capit. legimus. 93. distincti. cuius rei nos testes sumus hoc in regno Peru, vidimus siquidem folia cuiusdā arboris, quæ Coca appellatur, maximā à Barbaris aestimari, plusquā aromata. Qualitas etiam loci vbi res sita est inspicitur, veluti si sit in loco periculis obnoxio, quia minus valet, si sit apud Rodanum propter periculum corrosionis, vel si sit in montibus caluati suppositis, secundum gloss. in verbo suspectum Bart. & alios in l. 2. ff. solu. matri. tex. in l. verum. §. pen. ibi, *rimosa*, & ibi, *multis casibus obnoxia*, & in l. et si sine in fine principij, ibi, *quæ fortuitis casibus subiecta sunt*, ff. de minori. Pinel. in d. l. 2. par. 3. c. vlt. nu. 22. C. de rescin. vendi. Item qualitas loci originis. l. quod si nolit §. qui mancipia. ff. de edili. edicto, Cæpola de similitudine contractuum præsump. 21. Panor. in c. si proponente de rescip. vbi latē Moderni. Refert enim plurimū an emas vinum Phalernum vel Romanū, Castri noui vel Auinoniense. l. ratio. §. vlti. ff. de actio. emptio. Ripa in d. §. si heres nu. 28. [ Dilatio similiter solutionis, pars est precij, l. 1. §. editiones versic. diem. ff. de eden. Bar. in l. 1. prope finem. ff. de cōdi. indeb. & in l. lecta nu. 23. ff. si cert. pet. Bal. conf. 48. post prin. lib. 1. & Maria. Soci. conf. 15. colum. vltim. Deci. conf. 46. nu. 1. & 3. vers. quarto, Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. nu. 38. Mora enim solutionis est quedam veluti diminutio precij. l. circa legem. ff. ad l. Falcid. ibi, *quia interuallum temporis & interuallum huius spacij minorē facit quā cetera*. text. etiam in l. in quantitate. §. in diem cod. tit. ibi. sed tantominus erogari ex bonis intelligendū est, quantum interea donec dies obtigerit, heres lucraturus est ex fructibus vel vsuris text. etiam in l. qui quadringenta. §. si. codē titulo, confert text. in l. 1. §. si quis creditor, ibi, *aut propter representationis putā cōmodum vtile erit*, eodem tit. & in l. in lege Falcidia nō habetur, ibi, *medij enim temporis cōmodi computatur*, eodem tit. & in l. si mandauero tibi, vt pro me. ff. māda. & in l. generaliter. §. si cui legatum versic. planē si fortē. ff. de fideicom. liberta. & in l. si constante. §. quoties. ff. solut. matrimo. vbi cum quis soluit ante tempus, debet ei deduci interuallum medij temporis, & in l. cum qui. §. melior. ff. de in diem adiectio. vbi si solutio facilius aut maturior offeratur, melior conditio

afferri videtur, etiā si precio nihil sit additum, & in l. mulier. §. si heres. ff. ad Trebelli. & in l. ait prætor. §. si cum diem & §. pactum & l. omnes. §. vltimo. ff. que in fraud. credito. [ Quo fit, vt qui ante vel post diem soluit, plus vel minus dicitur soluere. l. cum qui. ff. de annu. lega. l. solidum. ff. de solutio. l. si cui. §. minus. ff. de verborum significatio. §. fideiussores insti. de fideiussor. §. tempore insti. de actio. c. 1. de plus petitio. Bald. consilio. 211. columna. 1. libr. 5. vtilique esse creditur, si ei ante diem soluat, cuius respectu valet legatum. l. 1. §. si quis creditor. ff. ad l. Falcid. l. debitor in princ. ff. de legatis. 2. Hinc dixerat Bar. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. quod vendere rem habita fidei precij, eiusque solutione in tempus dilata, est vendere minori precio, cui subscripsit Bald. in l. inciuile circa medium. ff. de re iudi. & in l. instrumenta post medium. C. de fide instru. & iure haste fiscalis libro 10. & Cæpola consilio causarum civilium. 10. columna 1. Iaso. consilio. 36. prope finē libro. 1. Signorol. consilio. 35. numero. 10. Ange. consilio. 127. in fine, vbi asserit non esse verisimile, debitorem soluere ante tempus, ne donare presumatur commodum medij temporis, Corne. consilio. 258. columna penultima lib. 1. cum concordant à Tiraquell. congestis lib. 1. de retractu. §. 1. glossa. 18. numero. 34. & 35. Vbi & numeris sequenti. probat Tiraquell. cum qui coactus aut per errorem soluit debitum ante diem, posse interuallum medij temporis repetere. [ Persona etiam emptoris vel venditoris quādoque auget, & quandoque minuit precium, vt si venditor est debitor implicitus, vel si dedit fideiussores, vt rectē aduertit Bart. & Ripa numero. 28. in dicta. l. 1. §. si heres. ff. ad Trebelli. per text. in d. §. melior, res enim minoris aestimatur propter conueniendi difficultatem, vt probat Tiraquell. libro. 1. de retractu. §. 1. glof. 18. numero. 40. Aymon Craucte consil. 145. nu. 9. & consilio. 202. numero. 19. [ Minoris etiam aestimatur, quod sit prope virum malum & rixosum, vt in l. quod tæpe. §. vltimo vbi docto. notant. ff. de actio. emp. Ripa in dicto. §. si heres numero. 28. in fine Bart. Paul. & Areti. in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. si quis ita stipulatus. ff. de verborum obligationi cum alijs multis similibus à Iasone adductis in l. 2. numero 18. 19. & sequent. Et ex contrario fundus vel domus pluris aestimatur propter bonos vicinos. l. si cui fundus. ff. de legatis. 2. Barba. ad Bald. in l. 2. numero. 27. C. de rescinden. vendi. Aymon Craue. consil. 145. nu. 9. & consilio. 202. numero. 19. qualitas enim quandoque meliorat subiectum secundum Bald. in l. vltima numero. 5. C. commu. de lega. Alexan. in rub. ff. de noui oper. nuncia. numero. 29. Corne. consilio. 42. numero. 6. libro. 3. Pinel. in dicta. l. 2. 3. parte capit. vltimo numero. 23. vbi infert ad quæstionem, de qua ibi per eum. C. de rescinden. vendi. qui numero. 24. 25. & 26. alia huic familia congerit, vide eum, & Tiraquell. libro 1. de retractu. §. 1. glof. 10. numero. 34. [ Iustum etiam precium dicitur deductis oneribus & impensis, vt Bar. docuit in l. sed si hoc, quam legit sub l. si vir vxori. §. vltimo. ff. de condi. & demonitra. dicens, quod stante statuto, quod de precio reuenditæ soluat gabella trium denariorum pro libra, debent à precio deduci & detrahi que ea, quæ impensa sunt in proxenetis & proclamata

clamata, nisi statutum diceret, soluatur gabella ex precio, pro quo res vendita fuerit, quia tunc nihil extrahendum est, idem voluit Bart. & Alexand. in l. quoties & in l. quantitas patrimonij & in l. in lege Falcidia. ff. ad l. Falcid. & in l. vbi purē. §. vltimo. & ibi Alexand. & Ripa. ff. ad Trebellia. Ange. & Imol. in l. ciuitatibus. §. vltimo. ff. de legatis. 1. idem Imol. conf. 138. colum. 1. versic. quod autem dicit, Firmia. in tracta. gabbellarū in. 3. part. 8. partis prin. quæst. 28. Catellia. Cotta in memorali. statuto Mediolani cauetur sub rubr. de locato, Soci. in l. fructus colum. 2. & ibi Ias. colum. vlti. ff. solu. matri. Fabia. à Monte in tracta. de emp. & vendi. §. part. prin. num. 17. & 18. Iaso. in l. cum quedā puella. §. 1. num. 6. ff. de iurisd. omni. iudi. [ Cui affine est, quod tradidit gloss. vltim. in l. per diuersas per text. ibi, vbi Bar. Bald. Ange. Sali. & alij adnotarunt C. māda. quod semper actio debet estimari, & eius iustum precium estimatur & consideratur, deductis litis expensis & laboribus, qui communiter impendi solent ad exactiōem rei, glo. in l. 1. & ibi Bar. & Ange. ff. de impens. in reb. dotali. fact. Sali. in l. 2. nu. 3. versic. 2. si minori. C. ne lice. potentio. Barba. in c. cum contra. 2. colum. de pigno. Fabia. à Monte Sabini in tracta. de emp. & vendi. §. par. prin. num. 17. d. Did. Coua. lib. 2. variarum resolu. c. 3. Did. Perez in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordina. colum. 708. Pinel. in l. 2. c. vlt. nu. 37. C. de rescin. vendi. Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. glof. 1. nu. 3. vbi numeris sequentibus plura congerit in proposito. Primum, quod in aestimandis facultatibus & redditibus est habenda ratio impensarū, gl. in c. quoniā per illū tex. in prin. de vita & honest. clerici, Bal. & Sali. in l. cohæredibus. C. fam. ex c. idē, Bal. in l. nec in fi. C. de cōpen. fa. & in l. 1. §. exercitorē. ff. de exerci. Idēque fieri debere in estimada donatione ad effectū insinuationis asseuerat nu. 4. autoritate Bar. in d. l. quoties. ff. ad l. Falcid. & aliorū pluriū, atque idē fieri debere in aestimando valore beneficij, & in aestimandis bonis ecclesie vacatibus nu. 6. & 7. & in aestimandis fructibus nu. 1. & 2. dixi in stylo cæcellariæ ti. 3. c. 1. §. 30. gl. 8. adde Capici. decis. Neapolit. 20. & Greg. Lup. in l. 4. ti. 14. de herede in possess. mittēdo part. 6. in verbo facadas las despen. fas. [ Itaque hæc omnia sunt consideranda ad explorandū iustū cuiusque rei precij, vt que probari possit lesio vel tra dimidiā rei vel actionis venditæ: nec in omnib⁹ casibus superius traditis actori incūbit onus probandi huiusmodi qualitates precium augentes, vel minuentes, sed eo dumtaxat casu, quo ex instrumento vel alijs constat notoriē de qualitate precium augente vel minvente, vt diximus supra hac eadem glo. numero. 25. & 28. [ Valor autem frumenti, vini, olei, vel quorumcunque victualium facilius probatur, referendo se ad valorem eius ciuitatis, loci, & fori, vbi vinum vel oleum erat, vel vbi venditum fuerit, carum quippe rerū precium variatur per singulas regiones, vt in l. ideo in arbitriū. ff. de eo quod certo loco. l. precia rerū vbi Bar. & doct. ff. ad l. Falci. Fabia. à Monte de emp. & vend. 5. q. prin. nu. 30. debet ergo articulari, & probari, tātō precio vendi potuisse eo tēpore & loco, & quod tantū vendebatur cōmuniter eo die, & plurib⁹ ante, & post ex doctrina Bart. in d. l. precia rerum. §. nonnulla in fine, & ibi cum sequitur Imol. colūna penultima in fi.

& Alexand. numero. 10. ff. ad l. Falcid. Ange. de Aret. in §. si quis agens numero. 4. versic. capio tertium mēbrum insti. de actio. Bart. in l. si seruus in prin. ff. de cōdicti. furti. Bald. Panor. & Felin. num. 1. in c. cum causam. 2. de testib. Bald. in l. solam nu. 2. C. de testib. vbi dicit in valore frumenti & similibus, quæ recipiūt fluctuationem in genere suo, fat esse, testem dicere, valere tali tempore & loco, licet non reddat rationem, quia sic vidit vendi eo in tempore, citat Bar. in tracta. de testibus num. 7. vide quæ diximus supra hac eadem gloss. num. 12. [ Sed aduertere oportet caritiam, quæ modico durauit tempore, vel eam, quæ raro accidere solet, minime considerari ad iustum valorem explorandum, vt in d. l. precia rerū. §. nonnulla & ibi Bart. nu. 1. Imol. colum. 2. Alex. num. 3. & 13. & ceteri frequentius eo expendunt, meliorem de iure esse censentes, Ange. etiam in §. si quis agens nu. 4. versic. capio tertium, glo. & docto. in d. l. 2. C. de rescind. vendi. vbi Cremē. nu. 233. & Pinel. 3. part. c. vlti. num. 8. hanc dicunt receptiorem sententiam, licet eam ibi pungat Pinel. more solito. C. de rescind. vendi. immerito quidem, vt colliges ex Alex. conf. 92. num. 17. lib. 5. [ Hæc autem caritia victualium euenit, vt plurimum ex inordinata ciuitatum administratione. l. 1. & ibi Bar. C. de frumen. vrb. Constantinop. lib. 11. Franc. Curti. ad Alex. in d. l. precia rerū nu. vlt. ff. ad l. Falcid. Quare in bona reateque instituta republica, si merces sint ad victū necessariæ, vt frumentum & vinum, & cetera id genus, & respublica grauat annona inopia, cogitur quis eas vendere, vt in d. l. 1. vbi Bart. & alij notant. C. de episco. audi. Panormit. & ceteri per text. ibi in c. 1. de emp. & vend. l. 2. ff. de nundi. Bar. in l. annonam. ff. de extraordi. crimi. Luc. de Poena elegatē in l. 1. C. de qui bus mune. nemi. lice. si excus. in verbo tempus, Iaso. in l. 1. nu. 6. ff. de legi. Math. Afflict. in proemio constit. Neapolita. quæstio. 3. Felin. in capit. 1. de Iuda. Montal. in l. 3. titulo. 5. part. 5. dom. Didac. Couarru. libro 3. resolutionum. capit. 14. numero. 3. & 6. & rursus lib. 2. cap. 3. nu. 5. vbi asserit iusto precio hanc venditionē indicendam esse autoritate iuriconsulti in d. l. anno nā, ff. de varijs & extraordi. crimi. & in l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. præf. vrb. & in l. si quis sepulchrum in prin. ff. de religi. & sumpti. funer. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. cum concord. à Did. Perez cōgestis in l. 2. glossa magna tit. 23. libro. 2. ordi. columna 712. [ Et licet Bar. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. præf. vrb. asserat tēpore necessitatis & caritatis posse iudicem cogere eos qui merces habent & respublice necessarias, vt viliori precio vendant, eumque sequitur Lud. do, Roma. in l. 2. numero. 12. ff. soluto matrimo. Alexand. consilio. 190. columna. 2. libro. 2. Tiraquell. lib. 1. de retracta. in præfatio. numero. 28. per text. in l. 2. §. inde agitatum est. ff. ad l. Rodi. de iactu & in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. Hoc tamen ita accipiendum est, vt cogatur vendere minori precio, quā eo in tempore venditori offerretur communiter, quia esset iniustum, taxari ergo debet à iudice iustum, nunquam enim quis fauore reipublice cogatur rem iniusto precio vendere, vt dom. Didacus Couarruias deducit ex dicto. §. si constat in loco numero præcedenti citato, & hæc mihi vera videtur



interpretatio. Nam si precium minori non taxaretur precio, quam communiter eo tempore penurie & charistie vendi posset, quorsum taxatio fieret? Debet ergo eis iustum taxari precium, attentis sumptibus, laboribus, & expensis venditorum, aliqua addita quantitate, quæ venditoribus lucro cedat, quod æquissimum videtur, ne ob mercium venditorumque paucitatem res publica famem, inopiam, & penuriam annonæ patiat, quod sensit Ange. in summa in verbo emptio. 7. & Syluester quæst. 9. dom. Did. Couarru. d. numero. 5. [ Sed quia proximum probandi læsionem, & verum iustumque precium hætenus explicuimus: ad eius perfectam cognitionem alia non minus conducibilia examinare duximus. Et in primis quæro, an sit satis probata læsio ultra dimidiam iusti precij ex parte venditoris, si testes asseruerint rem venditam centum aureis, valuisse tempore contractus ducentum & plus? Et videtur, læsionem non esse probatam, propter incertitudinem depositionis, potest siquidem plus illud referri ad varios precij excessus, atque ideo certa non potest ferri sententia, quare dictio plus à teste prolata nihil operatur, secundum Accursi. in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. caus. maio. Bart. Ange. Alexand. & Iaso. in fine in. l. cum furti vbi hæc dixit communem opinionem. ff. de in lit. iuran. Bart. in. l. Celsus ad finem. ff. de vfucapio & in. l. cum filius §. pater. ff. de legatis. 2. Anto. de Butr. in cap. literæ de dilatio. docto. in. l. & si post tres. ff. si quis cautio. Alciat. dicens communem in. l. hæc adiectio numero. 5. ff. de verbo. signifi. ex quibus hanc traditionem tenuit Bald. in capit. cum causa. 2. numero. 3. extra de testib. & in. l. 2. numero. 26. C. de rescinden. vendi. cui accesserunt Imol. Barba. & Anto. Burgens. numero. 4. in in capit. cum causa de emptio. & venditio. Alcia. in. l. hæc adiectio. ff. de verbo. signifi. Alexand. consilio 109. numero. 15. libro. 4. Felin. in cap. licet causam numero. 8. de proba. [ Aliam rationem reddit Anto. Burg. in. d. cap. cum causa numero. 5. de emptio. & vendi. dicens valorem rei non posse consistere in puncto indiuisibili, habet siquidem latitudinem quandam ab anteriori & posteriori parte, vt dixi supra eo. glo. 1. numero. 7. in qua latitudine secundum Theologos non potest læsio contingere, quæ obliget contrahentes ad restitutionem in foro conscientie, secundum Scotum & ceteros in. 4. sententia. distinctio. 15. q. 2. & alios supra eodem. gloss. 1. citatos, illa ergo dictio plus vel ultra, à testibus prolata, verificari potest in prædicta latitudine, quare videtur, probationem non concludere, rogatque lectorem, ne exeat in æternum mentem suam hæc Baldi defensio, quam dicit tollere omnia fundamenta partis aduersæ. [ Sed nihilominus contrarium voluit Salice. in. d. l. 2. numero. 24. C. de rescinden. vendi. Felin. in cap. cum causa. 2. colum. penulti. de testibus Alexand. in. l. & si post tres nu. 7. ff. si quis cautio. Ias. in. l. cum furti in fine. ff. de in lit. iuran. Molin. ad Alexand. in dicto consilio. 109. Maria. Socin. Junior consilio. 73. numero. 2. libro. 2. dom. Didac. Couarru. libr. 2. resolu. cap. 3. numero. 3. Pinelus in. d. l. 2. part. 3. cap. vltimo numero. 9. & dom. Ant. de Padilla ibidem numero. 41. Adiectio siquidem illa & plus, ex propria significatione aliquid importat, dicta. l. hæc adiectio. ff. de

verborum significatio. vbi Alcia. numero. 2. & 3. sequitur opinionem Salice Respondetque Salice. ad rationes Bald. dicens, dubiam esse probationem, ex eo quod vera hæc plurimum æque ac modicum importare possunt, quia probatio est certa quoad minimam quantitatem, licet sit dubia quoad maiorem summam. Sed nostra in specie minimum quid sufficit ultra dimidiam iusti precij, vt sit locus remedio huius. l. & d. l. 2. vt ibidem attestantur Cyn. Bald. 12. quæst. & Salice. nu. 2. Ange. num. 6. Panor. & Burgen. in. d. c. cum causa de emptio. & venditio. quæst. 8. numero. 7. & Iaso. in authen. qui rem num. 16. ad fi. C. de sacros. eccles. Cæpola. de simula. contra. numero. 29. in. 2. expositione. Cagnol. in. d. l. 2. C. de rescinden. vendi. numero. 244. & ibi Pinelus 3. part. cap. vltim. numer. 9. & omnes vbi que. Ex quo constat, probationem non dici dubiam, cum adiectio illa vniformiter probet. [ Alij distingunt dicentes, hanc probationem sufficere, vt contractus rescissio fiat volente venditore rem accipere, & precium emptori agenti reddere, vel ex contrario volente emptore conuento, rem tradere precio sibi reddito: aliud verò esse censent, vbi reus elegerit precij excessum restituere, si sit emptor, vel illud exigere, si sit venditor, huius opinionis fuerunt Abb. Antoni. Areti. & Felin. in. d. capit. cum causa. 2. de testibus. [ Alij verò aliter distingunt, vt tunc probatio hæc sufficiat, cum testes clarè probant de dimidia, ac etiam concludunt de aliquo ultra, per rationes claras & concludentes, licet ex eorum dictis non appareat determinatè, quantum sit illud plus. Debet tamen iudex hac in specie certam summam supplementi arbitrari, circa illud plus, quod potest se habere ad modicum & magnum, arbitrabitur de modico: quia debet fieri interpretatio contra probantem, hoc est, contra petentem rescissionem: si verò depositio testium clarè concludat de dimidia, & testes deponant etiam de pluri aliquo, sed rationes eorum non concludunt, necessariò de illo pluri, tunc dictio illa plus nihil operatur, atque ideo actor succumbet, hæc est doctrina Caroli Molini in apostillis ad Alexand. dicto consilio. 109. numero. 15. libro. 4. ita intelligentis consilium Alexand. & Molineum sequitur, dom. Didac. Couarru. libr. 2. resolutionum capit. 3. numero. 3. paulo ante finem, qui limitat doctrinam Saliceti, & adsecularum, vbi ratio testis concludit de aliquo ultra quantitatem ab eo expressam: secus si non reddat rationem concludentem de pluri iuxta doctrinam Caroli, quorum distinctio mihi applaudet, [ Consulo tamen, vt venditor agens ex remedio. l. 2. C. de rescinden. vendi. faciat articulum, si res fuit vendita centum, quod tempore venditionis valebat communiter res vendita iuxta in sumum precium, plusquam ducentum, vel si maluerit exprimat aliquam quantitatem supra ducentum, & tunc sufficere si vnus adijciat denarium seu obolum, at si emptor egerit, dicat non valere septuaginta quinque iuxta supremum valorem rem, quæ sic fuerat vendita centum, vel exprimat emptor ipse in articulo, testis quæ respondeat, valere eam rem communiter tempore emptionis septuaginta quatuor aureos nummos & nihil ultra, quod & cõsuluit Anto. Burgen.

Burgen. in. d. c. pen. de emptio. & vendi. colum. 4. in prin. nam si testis dixerit rem venditam valuisse tempore contractus decem, ea assertio non probat omnino decem fuisse iustum eius rei precium, ita vt plus vel minus iuste non valuerit, quippe cum considerata latitudine iusti precij potuerit res illa etiam iusto precio nouem vel vndecim estimari, quare non concludit testis ad probandam læsionem ultra dimidiam. Quocirca expedit, vt testis interrogetur & respondeat rem illam valuisse iusto precio supremo vel infimo decem, aut saltem iuste decem & non plus vel minus, vt sic agens ad rescissionem contractus ob læsionem dimidiæ iusti precij obtineat, vt in cap. cum causa. 2. de testib. ita sentire videtur Anto. Burg. loco nuper citato, quem sequitur dom. Did. Couar. libr. 2. resolu. c. 3. nu. 3. in prin. [ Secundo quæro, quid si duo, vel plures testes deponunt de minori valore, puta centum & quinquaginta, & alij totidem de maiori puta ducentum: quibus magis credatur? Glo. in. l. diè proferre. §. vnde queritur. ff. de arbitr. ait credi debere testibus de maiori summa & quantitate deponētibus, quoniã affirmatiuè deponunt, alij vero negatiuè, negant siquidem in effectu plus valere. Quare nimirum magis creditur affirmantibus iuxta text. in. c. 1. de arbitr. in. 6. huius sententiæ fuit Bal. in. d. l. 2. nu. 29. & Salic. nu. 26. quibus ceteri ante pretes non repugnant. C. de rescin. vendi. Alex. cons. 110. nu. 5. lib. 1. Aret. cons. 76. Franc. Curt. ad Alex. in. l. precia rerum nu. 11. in fine. ff. ad. l. Falcid. Imol. in. c. cū causa nu. 29. de emp. & vend. Rebuff. in. l. vnica nu. 33. C. de senten. quæ pro eo, quod in ter. profer. Contrarium tamen voluit Matth. Afflict. de iure protomixeos. §. 2. nu. 20. in fine, & Pinel. co. tacito in. d. l. 2. 3. par. c. vlt. num. 14. imo quod credatur testibus maiorem rationem assignantibus iuxta notata per Alex. cons. 64. l. 2. & Alcia. in. l. 1. §. si stipulanti nu. 40. ff. de verbo. oblig. quæ sententia vera est, nam ad probandum valorem rationem reddere tenetur, etiã si de ea non interrogentur, secundum Bal. in. l. totia. C. de testib. Iaso. in. §. si quis agens nu. 12. in l. de actio. cū concordantijs per Pinelum traditis in. d. l. 2. 3. part. c. vlt. nu. 11. & seq. C. de rescin. vendi. & supra nu. 13. & 14. Nec oberit glo. in. d. l. diem proferre §. si plus es. ff. de arbitris, intelligi enim debet in negativa vaga & incerta, quæ non tam facile comprehendere potest à teste, vt tradit Ripa in. c. cum ecclesia nu. 89. de caus. poss. & propri. Curti. Senior cons. 24. num. 3. & cõf. 72. num. 8. Pinel. vbi supra. At nostra in specie tã facile est, scire an res valeat octaginta an centum, & præterea si sensus rei attendatur, non sonus verborum, ita affirmat qui dicit minus valere, quam qui plus, nec minus affirmant testes emptoris quam venditoris, vt alias docet glo. in. l. vlt. §. ff. de doli excep. Bart. in. l. inter stipulantem. ff. de verbo. oblig. iniquum quippe esset valde, adimere defensionem emptoribus in hac materia, putã si testes venditoris asserunt rem valere centum, testes emptoris nihil ei prodesse dicendo, quod valebat octuaginta & non plus. Quare distinguendū hac in specie non est inter affirmatiuã & negatiuã, & sic obtinuisse in praxi asseruit Pinelus in. d. l. 2. c. vlt. nu. 14. [ Quid autem si testis vnus deponit rem venditam valere centum, alius centum & decem, alius verò centum &

viginti, videtur, omnes concurrere & cõcordare in centum, quæ est minor summa, sed nihilominus cõcludo probatum esse, valere centum & decem, vt Alex. latissimè probat cons. 164. nu. 9. & seq. li. 2. Pinelus eū refert & sequitur in. d. l. 2. 3. par. c. vlt. nu. 10. in fi. post Salice. & Cremenfem ibi, alias huius farinæ questionis vide per Sali. & doct. in. d. l. 2. [ Sed an læsio probari possit per instrumenta emptionum, explicat Sali. in. d. l. 2. nu. 25. & ibi alij doct. C. de rescin. vend. Bal. in. l. 1. C. de senten. quæ pro eo quod int. prof. fi. col. Innoc. Ant. & ceteri in. c. pen. de emp. & vend. Ange. de Aret. in. §. si quis agens nu. 3. & 4. in l. de actio. [ Vitimo quæro, quid si ex probatione rei, vel aliàs quoquo modo eneruetur vel obscuretur probatio actoris, ne omnino cõcludat, qui eorum obtinebit? Et videtur, quod reus sit absolutus per regulas generales, actore non probate reus debet absolui. l. qui accusare. C. de eden. & per regulã fãr. probatores. l. Arrian. ff. de actio. & obliga. & quia res in dubio præsumitur iusto precio vendita, secundum glo. Bal. & Cuma. in. l. si fundus in fine principij. ff. de reb. corũ iacob. à S. George in. l. vnica nu. 59. C. ne lice. potentio. Bal. & Salice. in. l. per diuersas. C. manda. Cremenf. in. d. l. 2. nu. 143. Fabia. de emptio. & vend. q. 8. ad fi. nu. 25. ex quibus Cremenf. in. d. l. 2. nu. 213. asserit hac in specie reum fore absoluendum. [ Contrarium optime probat Pinelus ibi. 3. part. c. vlt. nu. 43. & sequimur quod actor obtineat, cui in specie legis nostre magis fauendum est, quam reo, vt in simili tradit Deci. in. l. vlt. ad fi. C. de edi. diui. Adria. & in casu nostro ita iudicatum fuisse in senatu Parisi. attestatur Carol. Molin. de cõmertijs. q. 14. nu. 173. & Pinel. nu. 45. asserit iudicem exprimere debere, cur à probationibus recedat, exprimi enim debet, cur à regulis & cõsuetis recedatur, vt colligitur ex Bar. in. l. 2. num. 1. ff. si quis in ius voca. Iaso. in. l. properandum. §. an autem alterutra nu. 10. C. de iudi. Felin. in cap. 1. nu. 7. de re iudi. & in. c. super literis nu. 17. de rescip. Bart. in. l. Lutus in fine ff. de his qui notan. in fa. Ripa id extollens in. l. admonendi nu. 67. ff. de iureiu. Alex. in. l. si is ad quem nu. 11. ff. de acq. hæredi. quod summe nota ad praxim, de qua in regijs cancellarijs regni huius, nam vbi receditur à regulis iuris nostri & ab stylo consueto, solet, ratio exprimi, quare id fiat, licet aliàs ratio reddi non soleat.

GLOSS III:

- 1 Læsio vel deceptio ultra dimidiam iusti precij quomodo probetur à venditore?
- 2 Læsio vel deceptio ultra dimidiã iusti precij quomodo probetur ab emptore?
- 3 Legis. 2. C. de rescin. vendi. explicatio.
- c Oel comprador dixere q lo q valio diez, dio por ello mas de quinze. Ante legem istam, erat magna controuersia inter doctores, qua nam ratione læsio ultra dimidiam iusti precij in persona emptoris deprehenderetur, nã in venditore omnes ferè vtriusque iuris interpretes cõueniebãt, tunc probari, venditorẽ fuisse deceptũ ultra dimidiã iusti precij, quoties nõ recepit dimidiã iusti rei venditę

43

44

45

46

46

47

48

50

venditę valoris: veluti rem, quę iustissimo precio tempore venditionis valebat cętum, minori precio quęm quinquaginta vendiderit, vt in l.2. C. de rescinden. vendi. & ibi doct. omnes & est casus in l. nostra. [ In emptore autem remedium d. l. 2. & legis nostrę in iudicium deducente, satis esse quibusdā visum est, si probauerit iustum precium pro re ipsa dedisse, & præterea plusquam iusti precij dimidiam partem, veluti, si rem iusto precio valentem ad summum centum, emerit centum quinquaginta ad duobus vel tribus. Itaque erit æqualis satisfactio vtrique, vęditori satisfiet quinquaginta & aliquid pluris, & emptori totidem reddetur, & sic vtrique dimidia iusti precij supplebitur, vel restituetur. Ita intelligunt. d. l. 2. C. de rescind. vendi. Bart. Bald. & Paul. & Fulgof. & docto. omnes ibi, teste Pinelo. l. part. c. 2. nu. 5. & d. Anto. Padilla numer. 40. Azo. in summa. C. cod. tit. Fabia. in tract. de emp. & vendi. quęst. 8. princ. num. 7. Panor. Imol. post glo. & Innocen. & cęteri interpretes in cap. cum causa de de emp. & vendi. Ant. Burgen. in cap. cum dilecti nu. 14. eodem titulo docto. in l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. Carol. Molin. in consuetud. Parisien. §. 22. numero. 46. titulo. 1. quę opinio communis est, vt attestatur Cagnol. in d. l. 2. numero. 55. & d. Did. Couarru. lib. 2. resolu. cap. 3. numer. 8. Soto de iustitia & iure lib. 6. quęst. 3. Rebuffus. 2. tomo ad. ll. Gallicas titulo de rescindendis contractibus gloss. 15. nume. 1. Theologi, præsertim Scotus Gabri. & Almuin. in. 4. sententia. distinct. 15. quęst. 2. & hanc opinionem confir. nat lex regia. §. 6. tit. 5. de emptio. & vendi. part. 5. & nostra lex, quę in praxi seruatur, & necessario seruari debet, idē attestatur Greg. Lupi in l. 16. in fine tit. 11. de dotibus part. 4. Anto. Gomez lib. variarum resolu. tomo. 2. de contractibus cap. 2. numero. 22. Denique hæc est receptissima opinio & legibus regijs in Hispania, & Lusitania confirmata. [ Sed nihilominus a pluribus contrarium probatur, existimatis emptorē tunc obtinere in huiusmodi actione, cum probauerit rem emisse precio excedente plus duplo iustum valorem, vt si rem iuste æstimationis centum ducentum & vno emerit, ita voluit Specul. in ti. de emp. & vend. vers. vbi autē, Pet. de Bellaper. & Cyn. q. 7. in d. l. 2. C. de rescin. vęd. Rodofre. in libello de actione quāto minoris, Panor. in. c. cū dilecti. nu. 2. de emp. & vend. Oldędor. 4. actio num. classe actione. 1. subtiliter Carol. Moline. de contractibus. q. 14. nu. 174. regia. l. 16. ti. 11. par. 4. in fi. Ari<sup>o</sup> Pinelus hęc opinionē defendēs in d. l. 2. 1. par. c. 2. nu. 5. & 6. & seq. Conanus li. 7. c. 9. pag. pen. Forcatul. dialogo. 100. Duarenus in d. l. si quis cū aliter ad finē. ff. de verb. oblig. quorum rationes consulto omitto, cum legē hoc in regno habeamus expressā hęc dubitationem tollentē, quę etiam si deficeret, nō me mouerāt, vt a cōmuni & receptissima sentētia discederē, nō enim considerat lex. 2. deceptionē vltra dimidiā alterius rei quam precij iusti, quod suppleri debet venditori seruata forma. d. l. 2. & emptori restitui. At si opinio Petri & Cyni esset seruanda, non exigeretur deceptio dimidię partis iusti precij, vt huic legi, & legi. 2. C. de rescin. vendi. locus esset, sed deceptio in duplo precij iusti: vt si emeris rem valentem centū pro ducentis & plus, quod iniquissimum esset & contra mentē legū,

GLOSS. IIII.

- 1 *Lesio vltra dimidiam probatur per testes deponentes de valore rei tempore contractus.*
  - 2 *Valor rei ad probandam lesionem vltra dimidiam in immobilibus, an probetur, si testes deponant de valore anni præteriti?*  
*Testes ex officio quando interrogentur post publicatas attestaciones: ibidem.*
  - 3 *Valor rei vendita tempore traditionis eius vel executionis negotij probari debet in hoc remedio.*
  - 4 *Valor rerum mobilium ad probandam lesionem quomodo probetur?*
- d *El precio derecho q̄ valia la cosa al tiempo q̄ fue cōprada.*  
Nota ad lesionem probandam probari oportere valorem rei tempore contractus, vt hic & in l. si voluntate. C. de rescind. vendi. & in l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fisci, glo. & docto. in. c. cū causam. 2. de testibus, & in. c. cum dilecti de empt. & vęd. Bald. conf. 475. ad fi. lib. 1. pulchrē Ang. conf. 312. num. 5. Alberi. de Rosat. in l. et si sine. §. quęsitum. ff. de minor. Corne. conf. 181. nu. 56. lib. 2. & consil. 201. nu. 14. lib. 3. & conf. 15. in fi. li. 4. Guido Papę decif. 137. Aiuō Craue. conf. 114. nu. 16. & cōf. 151. nu. 7. & cōf. 188. nu. 4. l. 56. ti. 5. par. 5. & ibi Greg. Lupi. in verbo in la sazō q̄ la hizierō, Molin. de cōmertijs nu. 715. & nu. 724. Bar. in d. l. 2. ad fi. C. de rescin. vęd. & ibi doct. omnes, vt attestatur Pinelus. 3. part. c. vlt. num. 15. d. Anto. Padilla ibidem nu. 70. [ Cęterū quid si in rebus immobilibus probetur per testes, quod anno præterito res tanti æstimabatur, & valebat iusta & communi æstimatione, an illatiuē concludant quoad tempus contractus: Iacob. de Aren. & Bald. in d. l. 2. nu. 28. C. de rescinden. vendi. asseuerant, probari præsumptiuē, nam in tam breui tempore, per locum a cōmuniter accidentibus, nō solet in immobilibus mutatio precij fieri in notabili quātitate, nisi id probetur ex aduerso, vnde iudex in hoc arbitrabitur, idem voluit Cyn. in authenti. sed quamuis C. de rei vxō. actio. & Salice. numero. 25. in fine in d. l. 2. & ibi Paul. Castr. numero. 4. Cępola de simula. cōtra. numer. 30. Bart. & Alexand. numero. 10. in l. precia rerum. ff. ad. l. Falcid. Grego. Lupi in d. l. 56. in verbo in la sazō que la hizieron in fine titulo. 5. part. 5. Contrarium tamen existimat doctus Pinelus in dicta l. 2. part. 3. capit. vltimo numero. 31. ad medium, dicens semper attendi debere tempus conuentionis: culpa enim erit agentis, si exactius non formauit articulos vel meliorem approbationem non attulit. Sed ne veritas pereat, asserit iterum ex officio esse testes examinandos interrogandosque de tempore, iuxta doctrinam Bart. in l. si quod ex Pamphila. ff. de legat. 2. de quo nos diximus supra hac eadem. l. glo. 2. num. 19. & 52. & 53. & numero. 13. in finē, quę sententia mihi applaudet, non omnino reiecta communi, quam ipse iudicis relinquerem arbitrio. [ Limitatur tamen nostra conclusio, nisi traditio rei vel executio negocij conferatur in futurum, tunc enim non attendetur tempus conuentionis, sed executionis, ex sententia Panor. mitani in capit. in ciuitate de vsur.

de vsur. num. 3. cui accessit Anto. Burg. in. c. cum dilecti de emp. & vendi. super gl. 2. Dec. conf. 111. Pinelus in d. c. vlt. nu. 16. [ Limitatur etiam, nisi in rebus mobilibus, in quibus variatio precij contingit singulis diebus, quare non sufficeret probare tali die tantum valuisse in foro publico, quia non debet fieri consideratio tam breuis temporis, quare cautum esse oportet aduotatum, vt ad tempus instantaneum non se astringat, sed dicat quod cōmuniter ea res valuit tantū tempore venditionis ante & post secūdū Bar. Ang. & Alex. nu. 10. in l. precia rerū. ff. ad. l. Falcid. Math. Affli. decif. 316. num. 6. Sigisfundus Lofredus conf. 23. Lamphran. in rep. c. quoniam contra in verbo testium, quod est cap. 8. nu. 92. in fine.

GLOSS. V.

- 1 *Libellus in remedio huius legis & l. 2. C. de rescinden. vendi. quomodo formetur simpliciter nē an alternatiuē? & num. 2.*
  - 3 *Sententia potest alternatiuē ferri in specie legis nostrę, licet libellus simpliciter concludat.*  
*Sententiam conformem libello esse oportere quomodo intelligatur: ibidem.*
  - 4 *Remedium lesionis vltra dimidiam, an possit in replicatione proponi, proposita prius reinuentione & num. 5.*
  - 5 *Replicatio loco libelli est.*
  - 6 *Emptor qui elegit rem restituere ob lesionem venditoris vltra dimidiam iusti precij, an eam cum fructibus restituere teneatur & nu. 7. & seq.*
  - 7 *Lex. 1. C. si maior factus aliena. fa. sine decre. rat. habuer. explicatur optimē.*
  - 8 *Patrono reuocata in fraudem legitima restituitur res cum fructibus.*
  - 9 *Fructus restitui debent ei, cuius antea res fuerat, qua actione personali vel condictioe sibi restituitur.*
  - 10 *Fructuum restitutio fit in redhibitoria.*
  - 11 *Restitutio qua fit ex iustitia debet fieri cum fructibus.*
  - 12 *Fructus restituit verus dominus a quo res auocatur per in integrum restitutionem.*  
*Prescriptio actionis personalis procedit absque bonafide, ibidem.*
  - 13 *Cap. ad nostram de reb. eccles. non alienan. explicatur.*
  - 14 *Emptor qui rem emptam elegit restituere ob lesionē venditoris vltra dimidiam, & restituit fructus, an petere possit, vt compensentur cū eis vsura, vel interesse precij? & nu. 15.*
  - 15 *Lex curabit. C. de actio. empti exponitur.*
  - 16 *Emptor lesus qui obtinuit, an teneatur rem restituere cum fructibus?*
- *O de la dexar al vendedor tornando le el precio, que rescibio.* Ex his verbis colliges formam libelli in remedio legis nostrę & l. 2. C. de rescin. vendi. debet enim qui rem vendidit concludere, peto rem mihi restitui cum

fructibus & precium emptori restituā, vel vt suppleatur mihi iustum precium vsque ad summam tot aureorum. Ex parte autem emptoris, peto vt venditor restituat mihi excessum iusti valoris, vel precium integrū & paratus sum ei restituere rem mihi venditam; hæc eadem praxis expenditur ex. c. cum dilecti vbi id a notarunt Panor. & docto. de emp. & vendi. & ex lege. 56. & ibi Greg. Lupi in verbo qual cumpla tit. 5. de emp. & vendi. par. 5. idē voluit Specula. in tit. de emp. & vend. §. nunc dicendum vers. vbi autem quis in venditione Ang. in d. l. 2. vbi cęteri quoque docto. Imol. in l. cum causa nu. 25. de emp. & vendi. Ludo. Gozad. conf. 44. nu. 11. quem vide, quia singulariter loquitur Anto. Gomez variarum resolu. tomo. 2. de contractibus. c. 2. num. 22. vers. item adde quod principalis. [ Et quamuis consultius fiat, si libellus alternatiuē formetur, iuxta electionem, quę de iure datur conuento, vt rectē voluit Bart. in d. l. 2. C. de rescin. vendi. & Ang. Areti. in §. si quis agens nu. 5. insti. de actio. vers. vlti. in ista materia, & plures ex supra citatis, & ita praxis obseruat in Gallia, secundum Moli. in consue. Parisi. §. 22. num. 42. cartha. 209. & in Hispania & Lusitania secundum Pinel. in d. l. 2. par. 3. c. 3. nu. 12. nihilominus tamen verius & receptius est, procedere libellum & iudicium, in quo agens rem petit simpliciter nulla facta mentione electionis, quam ius tribuit reo, vt optimē resoluit Bal. in d. l. 2. nume. 19. satis enim est aptē factū narrare, ex quo ius dicitur, cuius veritas ex verbis agētium non mutatur. l. sicut. C. ad. l. Corne. de fals. nec is agendi modus aliquid conuēto adimit, quippe cui electio salua manet, ut idem Bald. asseuerat in d. l. 2. nu. 19. & Pinel. 3. part. c. 3. nu. 9. & d. Anto. Padilla nu. 38. in fi. & Bar. nu. 16. Salic. quęstio. 19. C. de rescin. vendi. & Cagnol. ibidem nu. 116. Cassador. de emptio. & vendi. decif. 1. ad fi. Gozadi. conf. 44. nu. 11. ferit Ripa in l. edita nu. 17. C. de eden. Ant. Gomez de contracti. c. 2. fol. 11. col. 3. hanc receptorē & veriorē sententiā esse attestatur Pinel. in d. l. 2. par. 3. c. 3. nu. 9. in fi. Licet contrariam, imo quod necessario & pro forma requiratur libellus alternatiuus voluit Emilius Ferretus in l. vbi autem. §. qui illud nu. 4. ff. de verb. oblig. Rober. Marāta in speculo iudiciorum. 6. par. nu. 81. Ant. Burgen. in. c. cum causa nu. 4. ad fi. ibi casus insolitus extra de empt. & vendi. Panormi. & Beroius in. c. cum dilecti ad fi. de empt. & vend. Pantal. Cremen. in d. l. 2. nu. 199. & Aimon Craue. consil. 151. colum. 1. [ Nec erit absurdum, vel iuri repugnans, vt libellus in hac materia formetur simpliciter ad rem, sententia autem feratur alternatiuē ad rem vel ad precium, cui sententię non oberit regula. l. vt fundus. ff. commu. diuid. quam plurifariam limitat Feli. in cap. licet Heli de simonia, las. in l. vinum. ff. si cer. pet. quoniam ea regula intelligitur, sententiam conformem esse debere libello, ne iudicetur de re in iudicio non tractata, secundum Bald. in l. vltima nu. 6. C. de fideicom. liberta. & in l. 1. num. 11. & 12. C. si plur. vna sent. & Sebastia. Barti. de nullitate pag. 317. nu. 69. optimē Pinelus in d. l. 2. part. 3. c. 3. numero. 12. ad finem, qui numero. 14. 15. & pluribus sequen. singulariter explicat text. in l. 1. C. si maior factus, & cap. cum dilecti de emptio. & vendi. quem omnino vide. [ Quid autem, quod quotidie

euenire solet, si venditor agat reuendicatione, reus de  
 fendatur cum instrumento emptionis, actor verò re-  
 plicando impugnet venditionem ob lesionem vltra di-  
 midiam. Pinelus in. d. l. 2. par. 3. c. 3. nu. 24. hanc tetigit  
 quæstionem, & eam sic resoluit, quod emptor conuen-  
 tus, videns actorem mutare libellum & actionem pro-  
 positam, poterit de iure id impedire, cōpellendo agen-  
 tem, vt primam causam prosequatur, iuxta auth. qui  
 semel. C. quom. & quan. iud. non enim permittitur  
 actionem mutare post litem contestatam. l. edita secū-  
 dum gl. Bar. & omnes ibi. C. de eden. citat. decis. Affli.  
 90. & Capell. Tolosan. 469. & Bellamer. 168. addit-  
 que Pinelus remedia contraria cumulari hac in spe-  
 cie, cum reuendicatio præsuponat dominium ex par-  
 te agentis, & possessionem ex parte cōuenti, actio au-  
 tem huius. l. & d. l. 2. personalis est, vnde non potest au-  
 diri actor contraria proponens. l. 1. C. de fur. nec repli-  
 catio admittitur contraria libello Affli. lib. 2. feudo.  
 fol. 55. tit. de controuers. inter epi. & vasall. numero. 6.  
 5 [ Verum iuxta ius nostrum regium & praxim in re-  
 gia cancellaria Pinciana diu seruata, actor nō com-  
 pelletur, reuendicationem primò propositam prose-  
 qui, sed pronuntiabitur, vt remedium huius legis pro-  
 sequatur, ommissis iuris subtilitatibus, atque idem erit  
 si à parte non opponatur, vt in hoc vltimo casu conce-  
 dit ipse Pinelus. d. c. 3. num. 26. maximè in prouincijs,  
 vbi viget consuetudo vel lex, vt iudicetur secundum  
 veritatem probationis non obstante errore processus,  
 vt apud Lusitanos habet ordinatio li. 3. tit. 49. & apud  
 nos. l. vltima titulo. 17. de sententijs supra libro. 4.  
 de qua latè agit Pet. 3. n. responsio. 1. & nos quoque  
 in dialogo relatoris. 3. part. c. 42. num. 5. & sequenti-  
 bus, ne lites protrahantur & partes duplicibus expen-  
 sis vexentur. Quòd potissimè conuincitur, quia repli-  
 catio loco libelli est ex sententia glossæ in. l. quæsitum  
 §. si. ff. de pecul. & quod notat Bald. in. l. vltim. quæst.  
 17. num. 38. C. de hæred. institu. dicens quòd replicatio  
 iuuat libellum. At si iuuare nō potest, quia repugnat  
 contentis in libello, prout hinc fit, (vt ex pluribus insi-  
 nuat Pinelus. in. d. l. 2. part. 3. cap. 3. numero. 25. C. de rescin-  
 dend. vendi.) satis erit, si vltimā causā prosequatur  
 priore derelicta, quemadmodum fatetur ibidem Pine-  
 lus fieri posse, si actor desistat à prima causa solutis in  
 primis expensis, vt Bart. & docto. omnes profitentur  
 in. d. l. edita. C. de eden. vt ibi resoluit Deci. numero  
 33. & Curti. numero. 141. Salice. in. l. postquam liti nu.  
 19. C. de pact. Bar. in. l. rura ad finem. C. de omni agro  
 defer. lib. 11. nimirum ergo si absque hoc fiat. [ Solet  
 tamen dubitari, reo eligente rem restitui, an eam resti-  
 tuere teneatur cum fructibus? & partem negatiuam,  
 quòd fructus restituendi non sint, tenent Ant. de Bu-  
 tri. Imol. & Anto. Burgenf. num. 36. in cap. ad nostrā  
 de emp. & vend. Anchar. in regula peccati venia. q.  
 10. vers. sed ego vt dixi, de regul. iur. lib. 6. Fabian. de  
 Monte Sabini in tracta. de emp. & vendi. q. 8. princ.  
 num. 24. in fine Cœpola de simula. contractuum. §. 2.  
 ad si. Syluest. in summa verbo vsura. 2. quæst. 15. Mar-  
 cus Mantua li. 1. locorum. c. 6. Rota in nouis decis. 116.  
 Anto. Gomez de contractibus cap. 2. num. 24. & c. 4.  
 num. 21. in fine Pantaleon Cremen. in. d. l. 2. C. de rescin-  
 dend. vendi. col. 29. & Cagnolus nu. 40. dom. Ant. Pa-

dilla nu. 50. & Pinelus hanc dicens receptiorem & in  
 praxi semper obseruatam. 2. part. cap. 4. num. 1. & se-  
 quentibus, vbi eam pluribus fulcit rationibus. Mouē-  
 tur ex eo, quòd est verus dominus emptor ipse, donec  
 contractus rescindatur, atque ideo cum re propria vta-  
 tur, facit nimirum fructus suos, nec tenetur eos resti-  
 tuere, & esse dominum probat tex. in. l. dōlus. C. de rescin-  
 dend. & vendi. & præterea cum tempore præscribitur,  
 vt hic statuitur, videtur bonam fidem habere emp-  
 torem, quia sine ea præscriptio non procedit, vt in re-  
 gula possessor de regul. iuris lib. 6. & ibi notatur, quæ  
 bona fides sufficiens est ad lucrandos fructus. l. in fun-  
 do. ff. de reuendi. gloss. in. l. emptor eodem tit. adduci-  
 tur etiam text. in cap. ad nostram de rebus ecclæs. non  
 alienan. vbi rescisso contractu ob enormem lesionem,  
 7 non restituantur fructus. [ Sed nihilominus contra-  
 ria sententia verior est, & in praxi receptior, imò quòd  
 fructus restituere teneatur emptor, conuincitur ex  
 text. expresso in. l. 1. C. si maior factus alienationē fa-  
 ctam sine decreto ratam habuerit, vbi Imperatores  
 Dioclecianus & Maximianus, qui paulo ante condi-  
 derant. l. 2. C. de rescin. vendi. eodem eiusdem legis the-  
 materento, statuerunt, venditori læso vltra dimidiā  
 iusti precij rem esse cum fructibus restituendam ab  
 emptore eligente rem potius restituere, quàm precij  
 iustum supplere. Nec contrariam sententiam iuuat res-  
 ponsio Pineli. d. secunda parte cap. 4. numero. 8. dicen-  
 tis, ideo ibi fieri restitutionem cum fructibus, quoniā  
 ab initio duplex vitium cōtractum illum infecit Pri-  
 mum defectus decreti, quòd in alienatione rerum im-  
 mobiliū minoris omnino exigebatur vt in. l. 1. & per  
 totum. C. de prædi. mino. Secundum vitium fuit, de-  
 ceptio vltra dimidiā, quare nimirum laborante con-  
 tractu his duobus morbis, si Cæsares præceperint rē  
 cum fructibus esse restituendam: nam vt. d. Antoni.  
 Padilla in. d. l. 2. numero. 50. ad finem cum iudicio ad-  
 uertit, rati habitio venditoris postquam maior factus  
 fuit, sustulit omnino vitium defectus iudicialis decre-  
 ti, & remanet in contractu vnicum vitium læsionis vl-  
 tra dimidiā. Nec reliquæ illæ (quæ attentæ negocij  
 origine remanēt aduersus emptorem, iuxta tex. in. l.  
 clam possidere versiculo sed origo. ff. de acquirenda  
 possessio. & quæ ibi notat Iaso.) sufficiunt ad iustifi-  
 candam fructuum restitutionem, cum consensu illo  
 & rati habitatione maioris omnino purgentur, & de-  
 factus decreti iudicialis suppleatur. Quòd autem do-  
 ctissimus d. Anto. Padilla in. d. l. 2. numero. 51. dicebat  
 eam legem non agere de deceptione vltra dimidiā,  
 sed de deceptione proueniente ex dolo incidenti con-  
 tractui, atque ideo fieri restitutionem cum fructibus,  
 vtpote à male fidei possessore, sed in specie legis nostræ  
 & d. l. 2. C. de rescin. vendi. fit restitutio sine fructi-  
 bus, quia emptor bona fide rem emptam possidebat:  
 quam antiquorum quorundam opinionem fuisse re-  
 fert gloss. in verbo minori in. d. l. 2. mihi. vt dicā quid  
 sentio, non satisfacit, nec immeritò Accursius eā opi-  
 nionem reprobatur, quandoquidem in ea lege nullum  
 verbum inuenies de dolo mentionē faciēs, nā quòd ibi  
 dicitur, eam venditionem patrem tuū deceptum ratū  
 habuisse, non præferunt patrē dolo fuisse inductū, sed  
 in precio deceptū. Nec me mouēt alia legis verba ibi,  
 si ad-

si aduersa pars bonā fidem nō amplectatur, hoc enim  
 solum significant, quòd iudicis tunc erunt partes ad  
 iudicandum cogendumque emptorē, vt faciat id quòd  
 iuris est, cum ipse bonam fidem nō agnouerit, hoc est,  
 cum vltro absque vllō litigio non fecerit id quòd fa-  
 cere tenebatur. Minus stringunt alia legis verba, ibi,  
 si minori precio prædium distractum est, & incon-  
 sulto errore lapsus patrem tuum perperam venditio-  
 ni consensum dedisse constiterit, non ab re erit &c.  
 ab eodem d. Antonio Padilla sic appensa, duo ibi re-  
 quiruntur vt decisioni eiusdem legis locus sit, alterum  
 deceptionem fuisse in precio (nec de dimidiate ver-  
 bum vllum) alterum dolo rati habitationem fuisse fa-  
 ctam, quamobrem nimirum si ibi res cum fructibus  
 restituatur, in specie autem legis nostræ restitutio fiat  
 sine fructibus: quoniam primū quòd in ea lege exi-  
 gitur, scilicet, deceptio in precio, non præsuponit do-  
 lum intercessisse ex parte emptoris, sed solum deceptio-  
 nem re ipsa in precio, nec potuit esse deceptio minus  
 dimidia, quia iuxta eorumdem Cæsarum constitutio-  
 nem, quæ minus erat dimidia non præstabat decepto  
 actionem, vt in. l. si voluntate. C. de rescin. vendi. Se-  
 cundum autem requisitum non supponit rati habitio-  
 nem dolo fuisse factam, sed errore, vt ea verba in con-  
 sulto errore denotant, quare nullum dolum in eadem  
 l. 1. C. si maior factus, interuenisse cōstat, sed solum de-  
 ceptionem in precio vltra dimidiā. Et præterea co-  
 iplo quòd emptor scit venditorem deceptum, & enor-  
 miter læsum, non est in bona fide, quare non potest di-  
 ci hac in specie bonam fidem causam esse acquisitio-  
 nis fructuum. [ Secundo cōfert tex. in. l. videamus ver-  
 sic. in Fauiana. ff. de vsur. vbi patrono reuocanti ali-  
 nata à liberto in fraudem legitimæ sibi debite restitui-  
 tur res cum fructibus, & tamen patronus æquipara-  
 tur venditori reuocanti contractum beneficio huius  
 legis, vtroque enim casu electio datur possessori, vt rē  
 restituat cum fructibus, vel iustum precium suppleat,  
 vt in. d. l. 2. C. de rescin. vendi. & in. l. 1. §. si quis in trau-  
 dem. ff. si quid in fraud. patro. [ Tertio hoc suadetur,  
 quia si quid peto actione vel conditione personali  
 quòd aliquando fuit meū, si obtineo rem mihi restitui,  
 fructus quoque perceptos à tempore quo desij posside-  
 re, sum cōsequaturus. l. indebiti. & l. in summa versic.  
 ei qui. ff. de cōditio. indebiti. l. cū quis. ff. de cōditio:  
 causa data. l. 2. C. de pact. int. emp. & vendito. Ex qui-  
 bus hanc regulā expendit Deci. in. l. cū fundus in prin-  
 nu. 4. vers. capio tertiu casum. ff. si cert. pet. d. Anto.  
 Padilla in. d. l. 2. nu. 50. C. de rescin. ven. sed ita est in  
 specie nostrā, petit siquidē venditor rem, quæ aliquan-  
 do ipsius fuit, debet igitur eam cum fructibus recipere.  
 9 [ Quarto quia cum venditio ex causā de præteri-  
 to, quæ iam inerat à tempore venditionis, reuocatur,  
 fructuum ab ipsa re vendita perceptorum restitutio  
 fit, vt in. l. cum autem. §. cum redhiberetur & §.  
 quod finolit in fine. ff. de ediliti edicto. l. quòd dictum  
 est & l. Imperator ff. de in diē adiectione notat  
 Tiraquellus in. l. si vnquam verbo reuertatur nu-  
 10 mero. 229. & 232. C. de reuocandis donationibus  
 sed venditio iniusta ratione precij rescinditur ex cau-  
 sa, quæ tempore cōtractus inerat, restitui igitur debet  
 cum fructibus res ipsa, de cuius restitutione agitur.

11 [ Quinto quoties actione personali restitutio alicu-  
 ius rei fit ex iustitia, fructus in eam restitutionem ve-  
 niunt absque mora vel mala fide. l. patri. §. item ex di-  
 uerso. ff. de minori. l. videamus. 2. ff. de vsur. dom. Did.  
 Couarrub. lib. 1. resolu. cap. 3. in princ. & in fine, vbi  
 pluribus probat, in integrum restitutis restituendam  
 esse rem cum fructibus. l. quæd si minor. §. restitutio  
 ff. de mino. l. 1. tit. 19. part. 6. At remedium legis nostræ  
 æquiparatur auxilio etatis secundum Bal. in. l. 2. num.  
 16. C. de rescin. vendi. A imō. cōf. 272. num. 19. Tiraqu.  
 li. 1. de retractu. §. 32. g. o. 1. nu. 69. & num. 71. Licet hanc  
 æquiparationem negent Cagnol. in. d. l. 2. nu. 40. & Pi-  
 nel. 2. par. cap. 4. num. 4. dicentes in pluribus differre,  
 nam si consideres regulam generalem in principio hu-  
 ius numeri traditam, quæ colligitur ex legis de re-  
 stitutione in integrum loquentibus supracitatis, sub  
 ea comprehendam videbis speciem, de qua hic agimus.  
 Ex quibus hanc opinionem quòd restitutio fiat cū  
 fructibus hac in specie tenent Rosfredus. 4. parte de li-  
 bellis rubr. de actione ciuili quanto minoris nu. 20. Al-  
 beri. in. d. l. 2. nu. 16. & Bal. nu. 3. & Sali. nu. 5. C. de rescin-  
 dend. vendi. Emanuel Costa Lusitanus in. l. Gallus. §.  
 & quid si tantum. 2. par. nu. 73. ff. de lib. & posth. dom.  
 Did. Couar. lib. 2. resolu. c. 3. num. 9. Grego. Lupi in. l.  
 50 in verbo de sanparar la cosa tit. 5. de emp. & vendi.  
 par. 5. Anto. Gomez in. l. 70. Tauri num. 29. vers. con-  
 si. natur Math. affli. in. c. 1. nu. 150. & sequ. de feudo da-  
 to in vicem legis commissoria, Augusti. Beroi. in. cap.  
 ad nostram nu. 25. de emp. & vendi. quibus ipse liben-  
 ter accedo ex rationibus superius traditis, & quia nō  
 12 semel hoc ipsum seruari videri in praxi, in regia cancella-  
 ria Pinciana. [ Ad rationes in cōtrarum adductas  
 respondeo, non ob stare quòd sit dominus rei, nam &  
 is qui à minore emit ante concessam in integrum re-  
 stitutionem, verus dominus est, & tamen concessa re-  
 stitutione ad fructus tenetur. l. quòd si minor. §. re-  
 stitutio. ff. de mino. cum alijs numero præcedenti cita-  
 tis, sic & in redhibitoria. l. 1. §. 1. ff. de ediliti. edi. Quòd au-  
 tem secundo loco dicebamus, bonā fidem excusare  
 emptorem à restitutione fructuum, quam habere  
 perpenditur, ex eo quòd præscribere potest rem em-  
 ptam minori precio vltra dimidiā: intelligendum  
 sanè est, vt præscriptio rei non procedat, sed præscrip-  
 tio actionis personalis, quæ ex hac lege & l. 2. C. de  
 rescin. vendi. competit læso in precio, quæ dubio  
 procul absque bona fide procedit iure ciuili, cano-  
 nico, & regio, vt latissimè probauit in stylo cancella-  
 rix præmi. 17. casu. 20. declaratione. 4. legis Toleti. §. 1.  
 gloss. 1. numero. 26. & sequen. quare non est bona con-  
 sequentia hoc præscribi potest à possessore, ergo pos-  
 13 sessor habet bonam fidem. [ Minus oberit text. in  
 capit. ad nostram de rebus ecclæs non alienandis  
 in cuius inteliectu laborat nimirum Pinelus in. d.  
 l. 2. par. c. 4. nu. 14. & sequentibus. quoniam si eius ver-  
 ba cum iudicio expendantur, potius probat senten-  
 tiam nostram, his verbis, pecunia quam pro exonera-  
 tione fundi seu etiam pro vtilitate ipsius monasterij  
 expēdit nescitur, ab eisdē abbate & cōuētu recepta,  
 cū sibi fructus percepti sufficere debeāt, p labore, ecce fru-  
 ctus, quos restituere tenebatur nō restituit, ppter labo-  
 rē & impēsas in re quā restituit factas, si ergo eas non  
 T t 5 fecisset



fecisset fructus, proculdubio restituere esset obnoxio, quod glossa ibi & Panor. probant & Barba. consi. 40. colum. 8. versi. faciat lib. 1. & consi. 80. versi. faciat etiã lib. 3. idque receptius dixit d. Did. Couarr. lib. 1. cap. 3. nu. 3. licet Pinelus in. d. l. 2. par. 2. c. 4. num. 18. hoc minus receptum, minusque verum esse dixerit quoniam nihil minus ibi cogitatur, quam de compensando laborem & expensas cum fructibus, sed indistincte respondet summus Pontifex, fructus apud possessorem remanere: nam ut eius pace dixerim, fallitur profecto doctissimus vir, ut ex verbis textus illius constat, ibi, (cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore) Nec me mouent alia verba eiusdem capituli, quibus Papa refert ex fructibus primi anni ultra summam precij percepisse: ex quo infert Pinelus villam talem fuisse a principio alienationis, ut minima aut nulla impenſa necessaria fuisset, cum statim tam vberes fructus produxerit: quoniam impenſa a feudatario facta non fuit ad colligendos dumtaxat fructus, sed in alijs rebus in utilitatem monasterij, ut ibi dicitur: quare intellectus hic mihi admodum placet, quidquid Pinelus refragetur. [ Restat nunc inquirere, nunquid cum fructibus quos restituere tenetur emptor compensetur in teresse precij a venditore recepti? Et certe si emptor loco precij non soluti annum redditum quotannis venditori soluit, iustum quidem erit id emptori restituere vel cum fructibus compensare, ne venditor recisio contractu cum iactura emptoris locupletetur, in quo iudicis arbitrium plurimum poterit, ut visum fuit. d. D. Couarru. lib. 2. resolu. cap. 3. num. 9. in fine. Ceterum ubi venditor nihil lucri ex precio sibi prestito recepit, non credendum debere cum fructibus compensari vsuras, nec interesse precij. Nec poterit de hoc conqueri emptor, quando quidem integrum sibi fuit contractum non rescindi suppleto iustum precium, si ergo elegit contractum rescindi, & rem emptam maluit restituere, quam precium iustum supplere, nimirum sic cogatur cum fructibus restituere, vsuras aut precij non potest habere, cum prohibeantur omni iure sint, licet antea tempore Diocleciani, & Maximiani conditorum d. l. 2. C. de rescindenda venditione, & l. 1. C. si maior factus ratam habuerit aliena. fact. sine decreto. essent permissæ, atque ideo admittebatur compensatio. Hodie autem precium reddi cum vsuris iniquum est, rem autem cum fructibus restitui maximam æquitatem habet, ex his que in comprobationem nostræ opinionis adduximus. [ Nec ad huiusmodi compensationem confert aliquid decisio Cæsarum in. l. cura bit. C. de actio. emptio. ubi cogitur emptor vsuras precij non soluti venditori reddere, eo quod fructus rei emptæ interim percepit, quia eos percipere non poterat ante precij solutionem, quinimo potuisset venditor precio sibi nondum soluto, eos percipere tanquam ex re propria: ideo nimirum si vsuræ precij cum fructibus compensentur. At nostra in specie secus est, non enim ita congruit a venditore reddi vel compensari vsuras precij cum fructibus ab emptore sibi restitutis, quoniam venditor precium receperat, atque ideo ad nullas tenebatur vsuras emptor, nec venditor, quo circa adaptari non potest decisio illa ad speciem, de qua agimus, prout & censuit dom. Did. Couarru. in lib. 2. re-

solu. c. 3. nu. 9. quamuis æquior mihi videtur eius opinio, quatenus ait fructus esse ab emptore restituendos pro parte dumtaxat precij, in qua venditor fuit deceptus, at que remanet in effectu compensatio facta reliquorum fructuum cum vsuris vel interesse reliqui precij, atque ita iudicarem, si casus mihi occurreret. Vbi autem emptor elegit precium iustum supplere, supplebit cum interesse ad rationem vnus pro quatuordecim, quod est interesse commune in nostro regno ut in. l. si. tit. 15. dec. sibus infra hoc lib. quod iuste debetur propter precium non solutum, & fructus quos ex maiori valore rei emptor emptor collegit ut in. l. curabit. C. de actio. empt. Licet contrarium existimet. d. Anto. Padilla in. d. l. 2. nu. 52. contra sententiam Gregorij Lupi in. d. l. 56. tit. 5. par. 5. in verbo desampararlas. [ In emptore autem læso indubitanter procedit nostra opinio, ut rem cum fructibus restituere cogatur, si hoc elegerit venditor, quia voluntarie rescindere dicitur emptor non ab alio coactus, utpote qui remedio egerit legis nostræ ad rescindendum contractum. Quod visum fuit Panormi. in cap. illo vos num. 6. de pigno. Anto. Burg. in cap. ad nostram num. 26. de emp. & vendi. quibus subscripsit Ari. Pinel. in. d. l. 2. par. cap. 4. num. 28. licet contrarium asserat se vidisse a senatu iudicatum. Hoc tamen ipse intelligo, ut fructus restituat eius partis dumtaxat, in qua læsus non fuit, & iuxta ea que num. præceden. diximus in venditore,

G L O S S. VI.

- 1 Deceptionis ultra dimidiam remedio locus est in locatione & conductione,
- 2 Lesio quomodo probabitur in locatione?
- 3 Lesio ultra dimidiam quomodo probabitur in locatione reddituum.
- 4 deceptionis ultra dimidiam remedio locus non est in locatione gabellarum vel aliorum reddituum regalium.
- 5 Deceptionis ultra dimidiam remedio an locus sit in locatione post eam finitam.
- 6 En las rentas. Nota ex lege ista, quod remedium deceptionis ultra dimidiam iusti precij ex lege ista & l. 2. C. de rescin. vendi. competens læso locum obtinet in locatione reddituum, quod non solum in locatione reddituum, verum etiam in quacunque locatione & conductione obtinet ex recepta sententia: quia contractus est bonæ fidei & emptioni similis. l. 2. ff. loca. & hoc voluit glo. in. l. si olei. C. loca. & in. l. si ea pactione. C. de vsur. gloss. & doctor. in. l. 2. C. de rescin. vendi. ubi Pinel. 1. part. capit. 3. numero. 7. & sequen. eam attestatur communem, & dom. Anto. Padilla ibidem num. 13. & 14. Bar. in. l. item si precio. §. vlti. num. 1. ff. loca. Ang. de Aret. in prin. in. l. de emp. & vendi. nu. 1. Imol. dicens communem in cap. cum dilecti numer. 18. de emp. & vend. & Panor. in cap. cum causam eod. tit. num. 8. & ibi Burgen. num. 7. eam testatur communem, idem attestantur Roma. consi. 423. num. 2. & Aret. consilio. 126. num. 2. sequitur eã Cæpo. de simula. contra

contra num. 9. Fabia. de Monte de emp. & vendi. 8. q. prin. num. 9. Crem. & Cagnol. in. d. l. 2. & probatur expresse in. l. nostra, iuuaturque ex. l. in contractibus. ff. ex qui. cau. maio. [ Sed quo pacto probabitur læsio in locatione & conductione? Et distinguendam esse arbitror locationem reddituum ab alijs, nam in locatione aliarum rerum æstimatur læsio attenda consueta mercede, an minus dimidia res locetur, vel ultra dimidiam conducatur, ut consuluit Roma. consi. 423. nu. 1. Cagnol. & Cremen. in. l. 2. C. de rescin. vendi. & ibi Pinel. 2. par. cap. 4. numer. 18. huic opinioni accedit et addens posse admitti contrariam probationem, qua consistet cessare tantam læsionem, veluti si conductor fundi dicat se læsum attenta solita mercede, locator autem concedenter probet, conductoris detrimentum non excedere dimidiam, facta computatione valoris fructuum deductis impensis, tunc enim opinio veritati cedere debet iuxta vulgarem regulam. l. continuus. §. cum ita ff. de verbo. obliga. glo. in authen. sed iam necesse. C. de dona. ante nupti. atque ideo si conductor excipiat arguatque ex consueta mercede, replicabit locator ex rei veritate, obtinebitque ex nostræ legis decisione. hæc Pinelus, cuius sententiam veram esse opinor. [ In locatione vero reddituum aliter probandum esse existimo, ad exemplum eius, quod dicitur in transactione, non enim sunt æstimandi redditus eius anni, nec probandus eorum valor, sed dubius euentus, nempe, precium iustum & commune corundem reddituum quolibet anno communiter homini facti & similia conductionum perito, esse centum, & non plura, cum centum & quinquaginta due essent redditus locati, & ita articulos fieri debere probavi in simili specie supra eo. glo. 2. num. 25. 28. & 38. Soci. consi. 8. num. 3. lib. 1. Idem fieri debere in transactione probant Bart. & Ange. in. l. Lutius. §. 5. ff. ad Trebelli. Sola siquidem spes vendita vel locata censetur iuxta. l. nec emptio. ff. de contra. emp. l. si iactum retis. ff. de actio. emp. spes igitur hæc erit æstimanda, que si æstimata a principio excedat dimidiam iusti precij partem, erit locus decisioni huius legis & legis. 2. C. de rescin. vendi. ut ibi adnotarunt Crem. nu. 19. & dom. Anto. Padilla nu. 15. qui loquitur in locatione fructuum prestimonij seu beneficij, vel quartæ episcopalis, quod firmat autoritate Ioan. And. ad Specula. in rubr. de vsuris. [ Tu autem limita, non procedere decisionem legis nostræ in locatione gabellarum Regi pertinentiam, in quibus locus non est huius legis remedio, ut in. l. 15. tit. 9. de conductionibus gabellarum infra lib. 9. Grego. Lupi in. l. 56. in glo. magna ad medium tit. 5. de emp. & vendi. part. 5. Limita. 2. ut in. l. 3. infra eodem. 3. limita ut in. l. 6. infra eo. [ Sed an finita locatione sit locus remedio legis nostræ? Quod Decius negat consi. 583. ad fi. versi. vltimo. Contrarium probat Pinelus in. d. l. 2. 1. par. cap. 3. num. 19. & 20. dicens ita obtinuisse coram grauissimis senatoribus in causa cuiusdam plebeij eius clientuli contra virum nobilem & potentem rationibus de quibus ibi per eum.

G L O S S. VII.

- 1 Lesioni ultra dimidiam remedio locus est in per-

mutatione.  
 2 Redhibitoria locus est in permutatione:  
 3 Lesio ultra dimidiam habet locum in permutatione & quomodo probetur.  
 4 Remedium in nostre & l. 2. C. de rescind. vendi. quo ad electionem, que datur conuento, an habeat locum in permutatione?  
 5 Lesio ultra dimidiam an habeat locum in permutatione beneficiorum?  
 6 Lesio ultra dimidiam an habeat locum in pensionibus.  
 7 Cambios. In permutatione locus est remedio huius legis & legis. 2. C. de rescind. vendi. ut hic statuitur & in. l. maioribus ubi glo. & docto. C. commu. vtrius iudi. Bar. in. l. 2. C. de rescind. vend. num. 4. & Bal. num. 5. Salice. num. 8. & ceteri docto. communiter, ut attestatur Pinel. ibi, 1. par. cap. 3. num. 13. & d. Anto. Padilla num. 17. docto. omnes in. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obliga. & in cap. cum causa de empt. & vendi. ubi Anto. Burg. 2. extensione, Fabia. a Monte de empt. & vendi. 8. q. prin. num. 10. Deci. consi. 210. num. 2. hæc dicens communem, licet enim permutatio sit contractus innominatus, est tamen bonæ fidei, ut voluit Ioan. de Imol. in Clem. 1. de reb. eccles. non alie. & in cap. cum dilecti num. 18. ubi hæc dixit communem, de empti. & vendi. estque similis emptioni. l. vlti. ff. ex qui. caus. in posse. ea. l. permutationem. C. de rer. permuta. l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quid in frau. patro. [ Quo circa in permutatione locus est redhibitorie & quanto minoris text. est singul. in. l. sciendum. §. deinde versi. sed si quis permutauit. ff. de ædili. edicto, quem commendat Fran. Cremen. in singulari. 1. §. 8. & in pluribus emptioni comparatur, ut videre latè poteris per Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. num. 19. & sequentibus. [ Sed circa læsionis probationem se offert pulchra dubitatio, cui comparatur læsus in permutatione, emptori ne an venditori? Et videtur venditori comparari, ut sic fiat computatio a valore rei, quam dedit, dedi tibi rem valentem centum, tu dedisti mihi aliam rem minus quinquaginta valentem, teneberis vel precium iustum supplere, vel rem mihi cum fructibus maioris valoris restituere, hoc est cum medietate fructuum, iuxta veriore sententiam supra glo. 6. num. 15. traditam, & priorem partem huius sententiæ circa computationem faciendam tenuit Arius Pinel. in. d. l. 2. C. de rescin. vendi. par. cap. 3. num. 14. Sed forte verius est & æquius, ut emptori compararetur, fiatque computatio incipiendo a re, quam accipit læsus que valet quinquaginta, & res ab eo data valet septuaginta & sex, quod nemo non videt esse æquissimum, & legibus consentaneum, que considerant in primis verum valorem rei, & deinde deceptionem ultra dimidiam eius valoris, ut remedio huius legis & d. l. 2. C. de rescind. vendi. locus sit, si ergo res a te mihi tradita iuste valebat quinquaginta, læsio ultra dimidiam continget in viginti & sex, si ergo res a me tibi tradita valet septuaginta & sex, obtinebo in remedio huius legis, nec erit necesse f

neceffe vt res valeat centum & quid amplius, quia secundum hoc non esset deceptio in dimidia iusti precij, sed in duplo, & hæc est veritas quicquid subtilis Pinelus dixerit, & hac in specie tu poteris reddere mihi quod pluris valebat res mea, hoc est, viginti & sex, cum interesse ad rationem vnus pro quatuordecim, quod est interesse commune hoc in regno vt in l. vlti. tit. 15. de censibus infra hoc eodem libr. quod iuste debetur propter precium non solutum, & fructus, quos ex re mea pro rata maioris valoris collegisti, iuxta de cisionē. l. curauit. C. de actio. empti, vel si malueris rem meā mihi restitueris cū fructibus maioris valoris, iuxta veriorē sententiam, quam tradidi supra hac eadem lege glo. 5. num. 15. in fine, hoc est, cum tertia parte fructuum deductis impensis pro rata, & ego tibi restituā rem, quam mihi dedisti sine fructibus, quippe qui cōpensantur cum his quæ ex re, quam tibi tradidi collegisti vsque ad verum valorem rei tuæ. [ Et secundū hoc falsa est opinio Molinei in consue. Paris. §. 22. nu. 41. audaſter asserentis in permutatione dari non posse electionem conuento de qua in lege ista & in d. l. 2. C. de rescind. vendi. sed quod præcille teneatur ad rē tradendam, nec audiri debere, si precium iustum velit supplere: quam opinionem tenuit etiam Fran. Baldus in commentarijs ad leges rusticas pag. 3. nume. 5. quam merito improbat Pinelus in d. l. 2. prima parte cap. 3. num. 15. per tex. in cap. & si quæstiones de rerū perm. ibi (certā pecunię summam, vt sic ad equalitatē permutationes valeant peruenire, ) & ibi. (pecuniam posse refundi & quia res omnes precio æstimantur, & per pecuniam ad equalitatem reducuntur.) l. 2. C. de consti. pecu. l. si ita. ff. de fideiussor. cum concordan. per eundem Pinelū traditis in. 1. par. rub. C. de rescind. vendi. capite. 3. & contra Molin. est cōmunis opinio cui accedo. [ Verū hæc receptissimā sententia fallit in permutatione beneficiorum, in qua locus non est remedio legis nostræ & similium, etiam si alter ex permutantibus læsus sit vltra dimidiam redituū sui beneficij. Quia beneficium est quid spirituale, in quo non cadit æstimatio, licet redditus estimari possent, vt replicat Pinelus contra communem. d. l. 2. par. 1. cap. 3. num. 16. quoniam non debet principale irritari propter accessorium, & quia post perfectam permutationem vterque possidet ex autoritate superioris confirmantis, non à permutante cap. ex frequētib. de institu. quæ autoritas licet, vt ipse Pinelus ait, non tollat restitutionem aduersus tantam læsionē, nulla tamē læsio inuenitur in beneficio, quod est principale & quid spirituale, ob læsionem ergo in incidenti contingentem nō debet principale irritari, semper enim inspicitur quod principaliter agitur. l. si quis ne causam. ff. si cer. pet. cum similibus. Ex quibus hæc opinionem obseruant Ancharra. & Imol. in cap. cum causa de emp. & vendi. Deci. conf. 210. num. 8. hanc dicens communem Probus ad Ioan. Monach. in cap. fi. de renun. in. 6. Bal. de Vbald. in. l. 2. C. de rescind. vendi. num. 22. & Crem. ibidem. 29. fallentia, num. 128. & plenius Cagnolus num. 57. dom. Anto. Padilla num. 18. & Pinelus dicens communem, licet eam more solito punget. 1. par. cap. 3. num. 16. eandem sequitur. dom. Dida. Couarru. lib. 1. variarum resolu. cap. 5. num. 8. Pet. Re-

buffus in. 2. tomo ad. ll. regias Gallicas tit. de rescissio- ne contractū glo. 15. num. 10. pag. 180. & Greg. Lupi in. l. 56. tit. 5. de emp. & ven. part. 5. in verbo menos de la mita: prope mediū, quæ vera est & receptior, quicquid contra eam dixerit Calderi. confi. 4. de rerū permuta. & Anto. Burgen. in cap. cum causa num. 49. de emptio. & vendi. [ Prædictæ autem communi opinioni locus non est in pensione constituta in aliquo sacerdotio, quippe quæ ratione enormis læsionis, nempe, si excedat valorē tertiæ partis ipsius beneficij cui imponitur, retractari potest, Rom. confi. 360. nume. 9. Staphile. de literis gratiæ & iusti. §. in primis num. 92. Cacialup. de pensio. q. 6. Gygas de pensio. q. 9. Domi. Soto lib. 9. de iusti. & iure. q. 7. art. 2. moderata enim pensio est constituenda vt in cap. pofscsiones. 16. q. 1. Panor. in cap. conquærente num. 5. de cleri. non resid. Card. & Imol. in Clemen. 1. §. eadem de supplen. negli. præla. Gigas de pensio. q. 1. Rebuffus de pacifica posses. q. 18. num. 95. adde Pinelum in. d. l. 2. 1. par. cap. 3. num. 16. in fi. citans Staphil. de gratijs. §. in primis num. 88. idem voluit dom. Anto. Padilla in. d. l. 2. num. 19.

G L O S S. VIII.

- 1 Lesio vltra dimidiam in contractibus bonæ fidei locū obtinet.
- 2 Lesio vltra dimidiam locum obtinet in contractibus commutatis, in quibus ex vtraque parte datur aliquid.
- 3 Lesio vltra dimidiam in diuisione hereditatis locū obtinet, Lex maioribus, C. commu. vtri. iudi. explicatur, ibidem. Diuifio similis est emptioni, ibidem.
- 4 Diuifio quæ fit per sortes an rescindatur propter læsionem vltra dimidiam, Lesio non consideratur ex eo quod postea euenit, sed ex initio, ibidem.
- 5 Lesio vltra dimidiam an obtineat in contractibus stricti iuris numero. 6.
- 7 Lesioni vltra dimidiam an sit locus in feudo vel emphyteusi.
- 8 Renunciatio generalis deceptionis vltra dimidiam an admittatur.
- 9 Lesio vltra dimidiam an obtineat in venditione vel locatione reddituū vel in iactu rethi.
- 10 Lesioni vltra dimidiam locus est in ecclesia.
- 11 AEcclesia an conueniri possit si quem læserit citra dimidiam. AEcclesia est cultrix iustitiæ ideoque neminem debet decipere, ibidem.
- 12 Bono viro non licet decipere aliquem
- 13 Lesio vltra vel citra dimidiam an obtineat locum in venditione per procuratorem facta.
- 14 Scientia domini & patientia extendit mādaturum.
- 15 Scientia & patientia domini non operatur ratificationem

- tionem procuratoris, cui non dederat mandatum.
- 16 Procuratoris dolus non præiudicat domino, potest si quidem contractum dolo factum reuocare.
- 17 Procuratoris substitutus vendens minori precio rem domini an ei præiudicet.
- 18 Lesio vltra dimidiam rescindit contractum, licet terminus pacti de reuendendo fuerit elapsus.
- 19 Fructus an teneatur restituere emptor venditori læso vltra dimidiam.
- 20 Lesio vltra dimidiam obtinet in rebus in dotem datis æstimatis, & quomodo.
- 21 Coniugi læso in dotis æstimatione citra dimidiam succurritur.
- 22 AEstimatio dotis quando faciat emptionem, ibi. Lex iure succursum. ff. de iure doti. explicatur, ibidem. Lex. 16. tit. ii. par. 4. explanatur, ibidem.
- 23 Lesio vltra dimidiam an locum obtineat in constitutione ample vel tenuis dotis.
- 24 Actio ex. l. 2. C. de rescin. vendi. & legis nostræ quædo competat contra tertium possessorem. Actio ex. d. l. 2. an sit in rem scripta, ibidem.
- 25 Actio ex. d. l. 2. quando non competat contra tertium possessorem.
- 26 Lesionis vltra dimidiam remedium an competat re perempta apud emptorem absque eius culpa, & numero sequen.
- 27 Lesionis vltra dimidiam in remedio an res sit in obligatione & precium in solutione & num. 30.
- 28 Obligatio orta respectu rei tollitur re perempta.
- 29 Actio ex. l. 2. C. de rescin. vendi. an competat venditori re perempta absque emptoris culpa, & numero. 30.
- 30 Actio ex. l. 2. C. de rescin. vendi. an competat re perempta apud tertium possessorem.
- 31 Actio ex. l. 2. C. de rescin. vendi. an competat re perempta apud venditorem læsum.
- 32 Emptori decepto vltra dimidiam an cōpetat actio ex. d. l. 2. C. de rescin. vendi. re apud eum perempta absque eius culpa. Lex. 56. ti. 5. par. 5. explicatur, ibidem.
- 33 Actio ex lege. 2. C. de rescin. vendi. an competat re perempta post litem contestatam.
- 34 Actio ex. l. 2. C. de rescin. vendi. an competat læso scienti tempore contractus læsionem. Scienti non fit iniuria nec fraus. ibi. Donare præsumitur maius precium, qui nō ignorabat se læsum, ibi. Lex domum. ff. de contra. empt. expenditur, ibidem in fine.
- 35 Lex noua generalis per legem antiquiorē in casu speciali loquentem restringitur.
- 36 Lex noua generalis per legem antiquiorē in casu speciali loquentem restringitur.
- 37 Lex nostra & l. 2. C. de rescind. vendi. explicatur.

- Venditio non rescinditur si propter necessitatem urgentem res venundetur, ibidem.
- 38 Scientia læsi vltra dimidiam quomodo probari debeat.
- 39 Scientia læsi cum alijs coniecturis sufficiens est, vt remedio. l. nostræ & l. 2. C. de rescind. vendi. locus non sit. Præsumptio fortior elidit aliam, ibi. Valor rerum immobilium breui tempore non mutatur, ibi.
- 40 Lex quisquis. C. de rescind. vendi. nouè explicatur & nume. sequen.
- Scire vel scire debere quando propria esse censentur, ibidem.
- Consentire non censetur quis enormi læsioni, licet secus sit in minori læsione, ibidem.
- 41 Culpabilis qui est, non statim est damnabilis.
- 42 Renunciatio specialis. l. 2. C. de rescin. vendi. & legis nostræ tollit earum legum remedium, etiam si læsio ignoretur ab eo, qui læsus est, modo renunciatio in actio fiat instrumento seorsum num. 43.
- Renunciationis clausula communiter apponitur in instrumentis venditionum ex estilo notariorum, ibidem.
- 44 Læsus vltra dimidiam si donauit secum contrahenti excessum dimidiæ an possit agere ex remedio. l. 2. C. de rescin. vendi. & legis nostræ.
- 45 Iuramentum maioris an excludat remedium legis nostræ & l. 2. de rescin. vendi.
- 46 Iuramentum maioris an excludat petitionem iusti precij supplementi. Via vna quod prohibetur, non debet altera permitti, ibidem.
- 47 Iuramentum mulieris rustici & militis an excludat remedium legis nostræ. Iuramentum renunciationis hereditatis impedit eius rescissionem, ibidem.
- 48 Iuramentum renunciationis hereditatis, in qua iurās est enormissime læsus multo pluris quam vltra dimidiam, an impediatur relaxationem ad effectum agendi & actionem ipsam. & num. seq.
- 49 Lesio multum excedens dimidiam iusti precij dolo ex proposito equiparatur, atque ideo rescindi facit contractum seu renunciationem iuratam, ibidem. Lesio enormis differt ab enormissima, communis contra Pinelum ibi.
- 50 Iuramentum minoris de non reuocando contractum non tollit remedium legis nostræ nec. d. l. 2. sed solū restitutionem in integrum.
- 51 Iuramenti relaxatio quando necessaria non est ad ægredum in minore & maiore & num. 49.
- 52 Certioratio beneficij restitutionis an sit necessaria in minore iurante? Iuramentum an habeat vim certiorationis, ibidem.
- 53 Transactio an rescindi possit præterea læsionis vltra dimidiam vel maioris. & quid statuitur in vna regio & num. 54. & 55.

56 Lex. 24. tit. 14. par. 5. explicatur & limitatur, ibidem. & numer. 57.

58 Actio ex. l. 2. C. de rescin. vendi. & ex. l. nostra an competat ei, qui vendit rem in iussu testatoris.

59 Lesionis ultra dimidiam remedio an sit locus in qua si contractu, vt in aditione hereditatis Haeres quasi contrahit cum creditoribus, ibidem.

60 Venditioni rei sua consentiens an possit agere remedio. l. 2. C. de rescin. vend. & legis nostrae.

61 Limitationes tres legis nostrae remissiuae.

62 Lesionis ultra dimidiam remedium an locum obtineat in assecurationibus mercatorum.

63 Lesionis ultra dimidiam remedium an locum habeat in eo, qui pecuniam accepit pro fideiussione? Fideiussor an possit pecuniam accipere pro fideiussione.

h Ven los otros contractos semejables. Contractus similes his, de quibus antea dixerat, dicuntur omnes contractus bonae fidei, qui emunerantur in. §. actionum insti. de actio. in quibus cum eadem sit ratio & aequitas, nimirum si idem ius statui debeat. l. sciendum. §. deinde ff. de edili. ed. & quod in omnibus contractibus bonae fidei sit locus huic legi & similibus censuit. Azo. in summa. C. de rescin. vend. Bar. in. d. l. 2. nu. 4. C. de rescinden. ven. per tex. in. l. in contractibus vbi glo. & docto. notant. C. ex qui. cau. maio. & in. l. maioribus & ibi glo. C. com. vtri. iudi. idem voluit Bald. in. d. l. 2. nu. 5. Salice. num. 8. Ange. nu. 5. vers. in eadem glo. ibi & in alijs bonae fidei contractibus. Pau. Castr. nu. 14. Alberi. nu. 7. Pantal. Crem. 2. ampli. d. Ant. Padi. in. l. 1. bi nu. 13. Pinelus hanc dicens comunem. l. par. cap. 3. nu. 1. 2. & 3. & alij ab eis relati. Abb. Anto. Bur. & Imol. num. 131. in cap. cum causa & in cap. cum dilecti num. 18. de emp. & ven. Fabia. a Monte in tract. de emp. & vendi. 8. q. prin. num. 9. Anto. Gomez lib. 2. variarum resolu. de contractibus. cap. 2. nu. 22. in fine. [ Quod sane intelligas procedere in conuentionibus commutationis, in quibus ex vtraque parte datur vel promittitur vnum pro alio secundum Bar. confi. 90. num. 2. non tamen procedit in actu, in quo liberalitas exercetur, licet ex alijs causis rescindi possit vt respondit Laurē. Siluanus confi. 13. num. 4. & Fabia. de emp. & ven. q. 3. prin. nu. 10. Restringitur igitur haec comunis sententia ad contractus reciprocos, quibus congruere possit consideratio lesionis: quippeque applicari non possit ad depositum, mandatum, nec ad commodatum, licet contractus hi facile alias reuocari possunt, quod recte aduertit Pet. Rebuffus. 2. tomo ad constitutiones Gallicas in tracta. de rescissione contractuum articulo vni coglo. 15. num. 6. Carol. Moline. in lib. de commertijs, num. 182. Ari. Pinelus. in. d. l. 2. C. de rescin. ven. 1. par. c. 3. nu. 4. contra Cremensem ibi num. 26. [ Sed dubitari solet, an dispositio legis nostrae & similium extendatur ad diuisionem hereditatis, & an in ea locus sit earum legum remedio? Et locum esse vbi quis lesus esset ultra dimidiam iusti precij probat tex. in. l. maioribus. C. com. vtri. iud. ex quo id expedit glo. & Bar. Albe. Bal. Sali. Paul. & alij, idem voluit Lud. Goza. confi. 44. nu. 1.

perpetua est, vt in l. pure. §. vlt. ff. de doli excep. & ibi notant docto. Sed nihilominus hac in specie cōtraria sententia verior est, imo quod post quadrienniū proponi non possit in vim exceptionis, quoniā exceptio in nostra specie non nititur proprijs viribus, sed virtute actionis competit: quare nimirū si sublata actione tolleretur & exceptio, arg. l. vlt. ff. rem rat. hab. Bar. in l. 2. nu. 3. & ibi Soci. nu. 5. ff. de excep. Ant. de Butr. Abb. Cardi. & Imol. in c. sin autē de rescrip. vbi Felin. nu. 5. vers. temporalia limi. 6. Bar. in l. si pactū. C. de excep. tradens exemplam in cōpensatione Bald. in l. licet. C. eod. tit. & in l. omnes. 2. lectio. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. & ibi Ang. Paul. Cast. in l. nam & postea. §. si minor & ibi Iaso. in fi. & docto. ff. de iure iur. Secus si exceptio fundata non est in virtute actionis, sed nititur proprijs viribus, vt in exceptione pacti, iuris iurandi, vel doli, tūc nimirum est perpetua exceptio, vt in d. l. pure. §. si. ff. de doli excep. & in l. licet. C. de excep. docto. vbi supra. Ratio differentie est, quia prima in specie licet actori actionem habenti agere quando velit, in vltima specie non, vt doctores superius citati aduertunt, ex ratione expressa in d. l. pure. §. si. ff. de doli exceptio.

L E Y. II.

¶ Que los contractos y ventas de los mayores de veynte y cinco años, siendo sin dolo valan, aunque aya engaño, no siendo mas de la mitad del justo precio.

Don Enrique. III. en Madrid año de. 1458.

¶ Qualquier que se obligare por qualquier contracto de compra o vendida, o troque, o por otra causa y razon qualquiera, o de otra forma o calidad, si fue re mayor de veynte y cinco años, aunque en el tal cōtracto aya engaño, que no sea mas de la mitad del justo precio, si fueren celebrados los tales cōtractos sin dolo, y con buena fee valan, y aquellos, que por ellos se hallan obligados, sean tenudos de lo cumplir.

G L O S S. I.

Lesio citra dimidiam iusti precij sufficiens non est ad rescindendum contractum venditionis & emptio nis, vel alium similem.

a Aunque en el tal contracto aya engaño, que no sea mas de la mitad del justo precio. Concordat. l. si voluntate. C. de rescin. vendi. cuius verba sunt. [ Hoc enim solum, quod paulo minori precio fundū venditum significas, ad res

cindendā venditionem inualidum est, quod videlicet, si contractus emptionis, atque vēditionis cogitasset sub stantiā, & quod emptor viliori cōparādī, vēditor cariori distrahēdi votū gerēs ad hūc cōtractum accedant: vix que post multas cōtētionē paulatim vēditore de eo quod petierat detrahēte, emptore autē huic quod obtulerit addēte, ad certū cōsentuāt precij, profecto prospiciet, neque bonā fidē, quæ emptoris atque vēditionis cōuētionē tuetur, pat. nec vllā rationē concedere rescindi propter hoc cōsentū finitum cōtractū, vel statim, vel post precij quantitatis disceptationē: nisi minus dimidia iusti precij, quod fuerat tempore vēditionis, datū est, electione iam emptori præstata seruāda) hæc tenus Imperator, quibus consonat iuriscōsulti responsum in l. in causa. 2. §. idem Pomponius: ff. de minor. & l. item in precio. §. si. ff. loca. vbi naturaliter, licet contrahentibus se inuicem in precio decipere, de quorum intellectu late egimus in l. præcedenti glossa: ita quare hic repete quæ ibi dixi.

G L O S S. II.

- 1 Dolus si dat causam contractui stricti iuris valet contractus, sed rescinditur.   
 Dolus si dat causam contractui bonæ fidei reddit contractum ipso iure nullum ibidem.
- 2 Dolus vt annullat contractum, debet esse talis, qui prudentissimos falleret.
- 3 Contractus omnes cum Principe facti censentur esse bonæ fidei, atque ideo si dolus eis dederit causam sunt ipso iure nulli.   
 Contractus cum ciuitate celebrati sunt ipso iure nulli si dolus eis dederit causam ibidem.
- 4 Dolus si incidit in contractu valet contractus, sed rescinditur actione de dolo.

b *Sin dolo.* Dupliciter consideratur dolus in contractibus, aut enim dat causam contractui, aut interuenit in contractu. Si dat causam contractui stricti iuris, valet ipso iure cōtractus, licet doli exceptione rescindi possit. l. dolo vel metu. C. de inutili stipula. Si verò dat causam contractui bonæ fidei cōtractus est ipso iure nullus, & retractatur quatenus de facto processit. l. & eleganter, ibi, nullam esse venditionem. ff. de dolo malo, iuncta glossa in cap. innotuit in verbo nullam, de electio. cum concord. per Tiraq. traditis in l. si vnquā in verbo reuertatur nu. 202. C. de reuocan. dona. hanc distinctionem probat glo. in l. si dolo vbi Ang. de Perus. C. de rescin. vend. glo. in §. actionum in verbo bonæ fidei in sti. de actio. vbi Ang. col. 2. & Ias. num. 30. & Gomezius eā dicens cōmunē nu. 12. Zaf. nu. 45. Cyn. in l. non dubium nu. 8. C. de legi. Imol. in c. cū dilecti nu. 13. & Panor. nu. 6. & August. Beroi nu. 57. de emp. & vend. Nicellus in cōcordia glossarū. c. 13. Ioa. Igne. in l. contractus nu. 105. ff. de reg. iur. Ioa. Crotius in l. si is qui pro emptore nu. 14. ff. de vsucapio: Bernard. Diez regul. 200. Cyn. in d. l. 2. 16. q. & ibi d. Ant. Pad. nu. 3. C. de rescin. vend. [ Dolum hic accipe, quod prudentissimus etiam capi posset ex sententia Innocentii in c. cunct

c. cum dilectus nu. 2. quod met. caus. quam singularē doctrinam sequitur Iaso. in. l. interpositas nu. 4. C. de tranf. Gome. dicens communem in. 6. fuerat nu. 14. in. ft. de aētion. d. Anto. Padilla in. d. l. 2. nu. 5. & nu. 6. dicit hāc distinctionem procedere iure Canonico, vt & d. D. Couar. in reguia poffessor. 2. par. 5. 6. nu. 5. de reg. iur. in. 6. [ Infert etiam nu. 7. idem. d. Padilla omnes contractus cum Principe celebratos, quibus dolus dederit causam esse ipso iure nullos, quippe qui bonæ fidei esse censentur, Alciat. de verbo. signifi. libr. 3. nu. 61. Ferdi. Menchaq. de successio. creatio. 5. 26. num. 27. atque idem censet in contractibus cum ciuitate celebratis, citat And. ab Exea de pact. num. 407. [ Quando autem dolus incidit in contractu, etiam si sit bonæ fidei, valet mero iure contractus, sed competētibus remedijs iuxta vniuscuiusquē contractus subiectum rescindi poterit, ut in specie. l. p̄cedētis, & legis nostrę, quę concordat cum. l. si dolo & l. dolus. C. de rescind. vendi. & l. 57. tit. 5. de emp. & vendi. part. 5.

LEY. III.

Que los oficiales no puedan alegar engaño en las obras que tomaren.

Don Carlos Emperador y doña Juana en Valladolid año. 1537. peti. 85.

¶ Porque los oficiales de cantería y aluāneria, y carpinteria, y otros oficiales toman obras de cócejos y otras personas a hazer, y despues de hechos los contractos, o rematadas en ellos las obras, alegan engaño en mas de la meytad del justo precio, seyendo expertos en sus officios, de que resulta agrauio a los, que hazē las obras y dilació. Por ende mandamo, sque de aqui adelante los tales oficiales no puedan alegar auer sido engañados en las obras de su arte<sup>b</sup> que toman a destajo o en almone da, ni sobre ello sean oy dos.

GLOSS. I.

1. oficiales alicuius artis operas suas locantes remedio. l. 2. C. de rescind. vendi. vti non possunt.
2. Lasus qui circa rem versatur, an possit vti remedio l. 2. C. de rescind. vend.
3. Lesionis vltra dimidiam remedium, an competat expertis & sagacibus.

a. Seyendo expertos en sus officios. Nota singularem decisionē legis nostrę, quod architectus vel lapicida lato-

mus cementarius, vel faber tignarius, vel alij similes officiales operas suas locantes, etiam si decepti fuerint vltra dimidiam valoris operum, non posse remedio legis. i. supra eo. vti nec audiendi sunt, se deceptos allegantes vltra dimidiam, cuius ratio est, quia scire p̄sumuntur operum valorem tanquam experti, quod p̄ferunt verba glossę nostrę, expertos en sus officios, at sciētī nō fit fraus, nec per cōsequēs cōpetet remediū l. 2. C. de rescind. vend. & l. nostrę, vt diximus latē supra eod. l. 1. glo. 8. nu. 35. 36. & seq. [ Id quod sentire vi sus fuit Bal. in. d. l. 2. nu. 9. C. de rescind. vend. negās eius legis remedium lēso, qui circa rem versabatur eiusquē notitiā habebat, quod tanquā receptū respondit Soci. consil. 48. lib. 4. & Deci. consil. 58. & ibi Moline. alios citans & Cagnol. in. d. l. 2. nu. 145. licēt ibi reprehendat Pinelus. i. par. c. 2. nu. 17. [ Quibus etiam cōgruit, quod alij dicebant, remedium. d. l. 2. C. de rescind. vendi. non dari lēso sagaci, & experto ob p̄sumptionē scientiæ, prout existimabat Cremen. in. d. l. 2. nu. 124. alios referens, & Marcus Mantualib. 1. locorum. c. 6. licet contrarium censet Pinelus in. d. l. 2. par. 1. c. 2. nu. 19. nam ecce text. expressum arcētem ab eius legis, 2. remedio hominem expertum & sagacem.

GLOSS. II.

Ignorantia culpæ annumeratur in officialibus.

b. Engañados en las obras de su arte. Quod non p̄sumitur, turpe est enim officiali artem quam exercet ignorare, & per consequens valorem operis ab eo conditū: quare imperitia culpæ annumeratur, quia vt artifex conduxit, vt in. l. si quis fundum. §. Celsus. ff. loca. l. 10. & l. 12. tit. 8. de locato part. 5.

LEY. IIII.

¶ Que en los cōtractos las partes y los escriuanos pongan y declaren por estenso las mercaderias que venden.

Don Carlos Emperador y doña Juana en Madrid año de. 1534. peti. 97.

¶ Mandamos que de aqui adelante en los contractos<sup>a</sup> en que las partes se obligan por razon de mercaderias, se ponga y declare la mercaderia que se vende por menudo y extenso: b por manera que se entiēda, que es lo q̄ se véde, y el precio q̄ se da por ello, y por euitar fraude, mandamos a todos los escriuanos ante quien passaren los tales cōtractos, lo hagan y cumplan assi.<sup>c</sup>

GLOSS. I.

Contractus sumitur pro instrumento.

en los

a. Que los contractos. Hic contractus sumitur pro instrumento publico, vt constat ex litera legis nostrę.

GLOSS. II.

Obligatio sine causa & sine expressione mercium est nulla.

b. Por menudo y extenso. Obligatio siquidem debet continere causam, aliās est ipso iure nulla. l. cum de indebito in fine. ff. de probatio. Bart. in. l. qui sine numero. 2. ff. de condi. indeb. si igitur non exprimit merces venditas minutim, vt hic dicitur, idem erit cum deficiat causa, dic vt in gloss. sequen.

GLOSS. III.

Obligatio qua non continet merces speciatim, an sit nulla?

c. Lo hagan y cumplan assi. Quod si non fecerint, lex nostra non rescindit contractum, nec vllam imponit p̄enam contra facientem, nisi dixeris hoc requiri pro forma, qua deficiente corrumpitur actus. l. cū hi. §. si praetor. ff. de transactio.

LEY. V.

¶ Que ninguno de cosa que vendiere, pueda pedir por reales sino por maravedis, y la pena del que lo contrario hiziere.

¶ Don Fernando y doña Ysabel en Granada año de. 1501. pragmática.

¶ Mandamos que de aqui adelante ninguna ni alguna persona o personas de estos nuestrs reynos, o fuera de ellos, que en ellos esten de assiēto, o de otra manera, de qualquier estado, condicion, p̄eminencia, o dignidad que sean, no sean osados de pedir ni demandar por ninguna de las mercaderias, ni mantenimientos, ni proueymientos, ni otras cosas algunas que vendieren y contrataren en qualquier manera, por reales, ni por medios reales: saluo que ayā de pedir e pidan por maravedis por las dichas cosas, que vendierē y cōtractarē assi en qualquier manera: fopena q̄ la persona o p̄sonas

q̄ lo cōtrario hizieren por esse mesmo hecho sin preceder a ello ni para ello otro conocimiento de causa, ni otra sentencia ni declaracion alguna<sup>a</sup> ayā perdido y pierda la mercaderia o mercaderias, mantenimientos, o proueymientos, o otras qualesquier cosas, que assi vendieren, porque pidieron los dichos reales, o medios reales, y sea repartido en esta manera, la tercia parte para el que lo accusare, y la otra tercia parte para el juez, q̄ lo sentenciarē, y la otra tercia parte para nra camara y fisco. Y mandamos a las justicias de nros reynos, y a cada vna dellas en sus lugares y jurisdicciones, que assi lo guarden y cumplan en todo y por todo, como de suso se contiene, y contra ello no vayan ni passen, ni consentā yr ni passar en tiempo alguno, ni por alguna manera.

GLOSS. I.

1. Poena vbi imponitur ipso iure an sit opus sententia declaratoria criminis commissi.
2. Sententia non requiritur, vbi poena ipso iure imponitur, sed tantum commissi criminis declaratoria.
3. Poenam ipso iure impositam, an te sententiam declaratoriam, non tenetur quis luere in foro conscientia.
4. Lex nostra explicatur. Poena vbi imponitur ipso iure, impeditur bonorū quomodolibet applicatorum alienatio eodem numero. Canonis lat. sententia effectus. 46. remissiuē, ibidem.

a. Ni otra sentencia ni declaracion alguna. Nota text. singularem pro opinione eorum, qui censent, quod poena appositā ipso iure, opus non sit alio iudicis ministerio, sententia, vel declaratione criminis commissi, an tequam procedatur ad executionem, hi sunt Domini. in capit. vbi periculum. §. praeterea in penult. notab. per illum text. de electio. in. 6. & in consil. 136. ad finem per text. in capit. pro humani de homi. libr. 6. & ita dicit voluisse Hosti. & Ioan. Andr. in capit. comissa de eic. c. 10. eod. lib. Iaso. consil. 21. col. 3. versic. ad hoc respondetur, citant glo. in. l. in amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. dicentem, quod canon latē sententia habet vim sententiaē hominis, vbi Bald. dicit esse notandam, quia raro inuenies similem, Ange. consilio. 58. & quod voluit gloss. in Clemen. multorum ad finem de poen.

pœn. & ibi Imo, & Card. Floren. & Bald. in l. adolefcente. C. in qui. caus. in integ. resti. non est necessaria. q. non est necessarium ministerium iudicis, vbi lex ipso iure producit effectum cum alijs per Tiraq. congestis in l. i. v. n. q. in verbo reuertatur nu. 317. C. de reuo. cand. dona. [ Verum in oppositum se habet communis & receptior sententia, quod licet hac in specie cum pœna imponitur ipso iure, non requiratur sententia, quæ eam irroget pœnam, requiritur tamen sententia declaratoria facti vel commissi criminis, ex quo pœna ipso iure lata est, per tex. in l. eius qui delatorem & ibi Bart. ff. de iure fisci, & in c. cum secundum. §. confiscationis, de hæreti. lib. 6. vbi Ioan. Andr. & alij, idē voluerunt Archiac. Ioann. Andr. Petr. Ancharra. & Phil. Fran. & Domi. in c. 2. de præscriptio. li. 6. & in c. foelicis. §. nullus de pœn. in. 6. & in c. i. de homi. cod. lib. Paul. de Leaz. & Zenzel & Cardi. Florenti. 14. notab. in Clement. 1. de pœn. Ange. consilio. 236. ad finem Domi. sibi contrarius consilio. 42. Alexand. & Iason & alij in l. si quis maior. C. de transactio. Feli. in. c. Rodolphus num. 35. de rescrip. & in c. cum non ab homine numero. 9. & sequen. de iudi. Deci. in authen. casta. 4. notab. C. de sacrosanct. ecclesi. Matthe. Afflict. in constitu. Siciliæ incip. Comes. 4. notab. Alcia. in l. postquam in verbo irritum. C. de pact. & in l. si quis maior verbo mox. C. de transact. latissimè Hyppoli. Marfil. in practica criminali. §. aggredior numero. 105. cum multis sequen. & in rub. ff. ad l. Cornel. de fall. nu. 24. & seq. Steph. Bertran. consil. 77. nu. 5. lib. 1. & consil. 292. in fi. lib. 3. & consil. 330. colum. 1. cod. lib. 3. Tiraqu. plures citans in d. l. si v. n. q. in verbo reuertatur nu. 318. C. de reuo. can. dona. [ Que vsque adeo vera sunt, vt etiam in foro conscientie, quis non teneatur luere pœnam, donec sententia declaratoria delicti feratur, vt ex receptiori sententia resoluit Iacob. Septimacen. de institutio. Catholicis. cap. 9. num. 82. dom. Did. Co. uarru. de sponsal. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 10. dom. Ant. Padilla in l. si quis maior nu. 8. C. de transact. contra Alfonso. de Castro Marti. Azpilcueta, & alios ab ipsi citatos. [ Sed & lex nostra inferius hoc probat, dum applicat tertiam pœnæ partem iudici, qui causam definiert sententia promulgata, ibi, *otra tercia parte para el juez que lo sentenciar, quid ergo respondebimus, ad verba glossæ nostræ, ibi, ni otra sententia ni declaracion alguna, hoc crederem, ita esse intelligendum, vt quoad plures iuris effectus sententia, nec declaratio necessaria non sit. Et in primis, vt post commissum delictum bona illa seu merces venditæ nõ seruata forma legis nostræ, alienari non possint, & si alienentur alienatio sit nulla, & à fisco possint reuocari, vt censent Cyn. & Bald. in auth. incestas. C. de incest. nupt. Archid. Zenzeli. Ioan. Andr. Petr. de Ancharra. Domi. & Phil. Franc. in cap. cum secundum post prin. de hæreti. lib. 6. Bar. in l. post contractum nu. 12. & ibi Paul. à Montepico in repe. 18. colum. versic. circa secundum tempus, & iterum. 20. col. vers. 3. principaliter. ff. de donatio. Ange. in l. si quis posthac. 2. limita. C. de bon. proscripto. Tiraq. plures citans concord. in l. si v. n. q. in verbo reuertatur nu. 267. vbi & pluribus num. præced. & seq. 46. effect. enarrat canonis latæ sententiæ.*

LEY. VI.

¶ Si los compradores fueren apremiados a comprar, que no aya lugar el remedio del engaño en mas de la mitad del justo precio.

Don Juan Primero en Soria era de. 1418. peticion 3. vease la peticion. 64. de Madrid año de. 1534.

¶ Mandamos que la ley primera de este titulo se guarde, saluo si la vendición de los tales bienes se hiziere contra voluntad del vendedor, y fueren compeli-dose apremiados compradores para la compra, y fueren vendidos por apreciadores e publicaméte: que en tal caso, aunque aya engaño de mas de la mitad del justo precio, no aya lugar la dicha ley.

G L O S S. I.

- 1 Datio in solutū dupliciter fit quædam est voluntaria, et quædam necessaria.
- 2 Datio in solutū voluntaria venditioni æquiparatur & num. 4.  
Lesionis vltra dimidiam remedium locum obtinet in datione in solutū voluntaria, ibidem.
- 3 Lesione vltra dimidiam in datione in solutū voluntaria contingente, quod dedit lasus repetet, nec dabitur conuentio electio, de qua in l. 2. C. de rescind. venditio.
- 4 Datio in solutū necessaria que dicatur?  
Datio in solutū necessaria non comprehenditur sub statutis loquentibus de venditione, ibidem.
- 5 Lesionis vltra dimidiam remedio locus non est in datione in solutū necessaria à iudice facta, & quare?  
Datio in solutū est necessaria respectu emptoris & venditoris, ibidem.
- 6 Datio in solutū necessaria, an venditioni vel dationi in solutū voluntariæ comparatur?  
Alienari prohibito id quoque censetur prohibitum sine quo alienatio fieri non potuit, ibidem.  
Necessarium non dicitur, quod habuit principium voluntarium, ibidem.  
Alienatio que habuit causam vetustiore dicitur necessaria, ibidem.  
Datio in solutū necessaria iure regio venditioni comparatur.  
Lex nostra appenditur, ibidem.  
Exceptio debet esse de comprehensio sub regula, ibidem.

Com-

- 1 Compelidos e apremiados compradores. Dupliciter cōsideratur datio in solutum. Primò quoties sponte dat aliquis creditori suo rem aliquam in solutum, nempe, si debebat centum Titio, fundum ei tradidit centum æstimatum. Nam cum fundus soluendi causa datur, datio in solutum proprie appellatur, vt in l. vel soluendi. ff. de publicana in rem actio. idem cum pro soluto datur, vt in l. eleganter in principio. ff. de pignora. actio. [ Hec in solutum datio venditionis vicem obtinet, quoties datur species æstimata loco pecuniæ, vt in l. si prædium. C. de euictioni. d. l. eleganter, vbi eam in hoc expendunt Bartol. Bald. & Paul. Castren. ff. de pignorati. actio. l. vltima. ff. ex quib. caus. in possessio. eatur. l. si plus versiculo & si iussu ff. de euictionibus. l. 4. §. de illo versiculo idem quofo re. ff. de vsucapionibus. l. apud Celsum. §. si quis autem versicu. auctoris. ff. de doli exceptio. l. senatus in princi. ff. de legat. 1. vbi latè docto. And. de Barulo in l. 1. C. de fund. patrimo. lib. 11. & vbiq; Nostri hoc cōclamant, ex eoque multas decidunt quæstiones, quos Tiraquel. refert libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 14. nume. 4. Ex quo nostra in specie locum esse legi. 2. C. de rescindenda venditione, vt datio in solutum voluntaria rescindatur ob enormem lesionem, que in precio obuenit vltra dimidiam iusti precij, tenuit expressè Ioan. And. ad Speculato. in titulo de iudicijs in quarta parte. §. sequitur versiculo. 2. cuius doctrinam intelligit Fabia. à Monte Sabini in tractatu de emptione & venditione quæst. 8. princip. nume. 9. paulo ante finem in datione in solutum voluntaria Paul. per tex. ibi in l. si quis aliam col. 2. versicu. adde tertium. ff. de solutioni. Carol. Molineus in consuetudinibus Parisien. §. 13. gloss. 5. folio. 174. [ Verum hac in specie si debitor lesus sit vltra dimidiam in estimatione rei, quam dedit in solutum, vel ex errore sibi subueniendum sit, poterit præcisse rem datam repetere offerens quod iuste debebat. Nec audietur creditor volens rem retinere, & quod vltra debitum accepit restituere, quoniam hac in specie magis succurritur debitori ex alijs iuris regulis, quam ex remedio dict. l. 2. C. de rescindenda venditione: & quia contrahentes non intendebant vendere vel similem contractū inire, sed debitum exsoluere, quod probatur ex textu egregio in l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditione indebiti, quem ibi extollit Paul. Castr. & Matth. Afflictis decisio. 178. numer. 8. Pinelus hoc ex eo colligens in l. 2. part. 1. cap. 4. nu. 9. in fine. C. de rescin. vend. [ Secundo dicitur datio in solutum necessaria, de qua lex nostra loquitur, quæ fit à iudice pro executione rei iudicatæ, iuxta tex. in l. cum fidei hered. §. ff. de fideicom. liberta. & licet datio in solutum voluntaria venditio appelletur, vt in l. in numerationibus in principio. ff. de solutio. quoties autem à iudice adiicitur in causam iudicati, non habet venditionis nomen, sed additio dicitur creditori facta. l. à diuo Pio. §. si pignora, & sepe aliàs in eadem. l. ff. de re iudicata, vt annotatum fuit ab Alexand. consilio. 52. colum. 1. libr. 1. Tiraquel. libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 14. numer. 8. quare huiusmodi datio in solutum necessaria non comprehenditur in statutis loquentibus de venditionibus secundum Alberi. in l. sena-

tus in principio. ff. de lega. 1. Roma. consil. 107. Iaso in l. cetera. §. sed si separauit numer. 10. ff. de legatis. 1. Deci. consil. 160. Gozadin. consil. 103. numer. 21. cum cōcordant. à Boerio congestis in consuetudini. Vituricen. titulus de retractu. §. 3. Tiraquel. dict. gloss. 14. nume. 9. Sed nec in prohibitione alienationis continetur venditio necessaria. l. peto. §. prædium & ibi Albericus & alij. ff. de legatis. 2. cum concordantijs à Tiraquel. citatis dict. gloss. 14. nume. 10. [ Cum igitur hæc additio, seu datio in solutum à iudice facta, sit necessaria ex parte venditoris, quippe qui compellitur per iudicem exequentem rem iudicatam, rem publicè vendere, vel emptoribus deficientibus, creditori in solutum dare, vt in l. à diuo Pio. §. si pignora & ibi notatur. ff. de re iudica. l. vlti. in fin. titu. 27. par. 3. est etiam necessaria respectu creditoris, cogitur siquidem rem aliquam æstimatam recipere loco quantitatis sibi debita, si in pecunia soluere nequit debitor quantitatē, vt in authent. hoc nisi debitor. C. de solutio. l. 3. titu. 14. par. 5. licet regulariter aliud pro alio inuito creditori solui non possit, vt in l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. petatur, vbi Iaso. plures addit limitationes, & in dict. capi. 3. titu. 14. par. 5. Cum inquam ex parte debitoris & creditoris sit adiudicatio seu datio in solutum necessaria, nimirum si in ea locus non sit remedio. d. l. 2. C. de rescindenda venditione & similibus, licet lesio excedat dimidiam iusti precij, vt hic statuitur, atque idem fieri debere iure communi asserunt Bald. in l. ordo nume. 6. C. de executione rei iudicate, Imola in l. precia rerū nume. 3. ff. ad l. Falcid. Lud. Roma. in l. si quis cum aliter nume. 11. & ibi Alexander nume. 18. & Arcti. nume. 5. ff. de verborum obligationi. Anto. Burgen. in cap. cum causa nume. 45. & in capi. cum dilecti nume. 27. de emptio. & venditio. Vincenti. & Iaso. num. 3. in l. à diuo Pio. §. si pignora per tex. ibi. ff. de re iudica. Fabia. à Monte in tractatu de emptione & venditione. q. 8. princip. nume. 9. Ange. consil. 142. in fin. Angel. de Arezio in §. sequens nume. 3. in sti. de emptio. & venditione Petr. Rebuffus. 2. tomo ad. 11. Gallicas tracta. de rescissionibus cōtractuū glo. 15. nume. 41. Cremen. in dict. l. 2. nume. 109. & ibi Pinelus attestatur hanc esse receptiorem. 1. par. capi. 4. nume. 10. licet Cagnol. ibi nume. 163. C. de rescindenda venditione teneat contrarium post Oldrad. Ioan. And. & Claudi. per eum citatos, Petr. Dueñas sequitur Bald. & communem in regula. 187. casu. 10. ita intelligens doctrinā Bar. in l. 1. C. de prædi. decurio. lib. 10. quem ibi sequitur Ange. & in d. consil. 142. nume. 2. & est text. in l. 220. in fi. in legibus styli, quod magis probatur ex ratione in glo. sequen. statim dicenda [ Sed quod nu. 4. diximus, dationem in solutum necessariam ob debita venditoris non esse venditioni vel dationi in solutū voluntariæ similem, non est omnibus in confesso. Plures nāque asseuerant venditioni voluntariæ cōparari, factum quippe iudicis censetur factum partis. l. si ob causam. C. de euictioni. cum concordantijs à Tiraquel. congestis lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. nu. 13. & 14. atque ideo venditionē esse censeri quorū sententiæ Tira. accedit. d. nu. 14. post principium, & quia alienare prohibitus, id quoque ei censetur interdicitum, ex quo alienatio sequitur etiam ex legis vel

Xx statuti



Statuti dispositione, quasi nihil interfit, alienes, an id facias, ex quo alienatio sequitur. l. codicillis. §. matre & ibi Ba. to. ff. de lega. 2. cum concordan. à Tiraq. cō gestis dict. numer. 14. necessarium enim non dicitur, quod habuit principium voluntarium secundū Bal. consi. 20. libr. 2. Tiraq. d. loco nume. 15. quando autem alienatio habuit causam vetustiore, non censetur alienatio voluntaria, sed necessaria, vt ibidem Tiraq. probat nume. 16. [ Verū iure nostro regio huiusmodi iudicialis ad iudicatio in solutum ab ipso iudice facta venditioni similis est, vt in. l. vlti. in fin. ibi, *Dene el juzgador otorgarla al vencedor como en manera de compra.* titu. 27. part. 3. & conuincitur clarē ex lege nostra, quandoquidem exceptionem tradit regul. 1. supra eod. que in venditione & alijs similibus contractibus loquitur, de ipsis ergo lex nostra necessariō loquitur, cum exceptio debeat esse de comprehensis sub regula, nam vana est exceptio, que non prædicatur deco, quod regula comprehendit. l. 1. vbi Barto. & docto. maxime Deci. nu. 20. ff. de regul. iur. Euerard. loco. 3. versicu. 2. d. D. Couarru. lib. 2. resolu. capi. 5. nume. 4. Ratio ergo exceptionis est, non quod alienatio necessaria venditio non sit, sed quia est necessaria ex parte debitoris & creditoris, & cum alijs solemnitatibus in glof. sequen. dicendis facta, quare nuncurum lex præsumit nullam læsionem interuenisse quæ præsumptio iuri: est & de iure, contra quam nō admittitur probatio, vt statim dicam:

G L O S. II

- 1. *æstimatores eliguntur à partibus ad taxationem rei, quæ à iudice adiudicatur in solutum.*
- 2. *æstimatores & periti à iudice electi preuio iuramento declarare tenentur, ibid.*
- 3. *Datio in solutum fit creditori bonis æstimatis eiusdem que subhastatis, si emptores iusto precio non inueniatur, ibi.*
- 4. *Læsiō ultra dimidiam iusti precij non allegatur in datione in solutum necessaria, propter præsumptionem iuris, & de iure, quod nulla læsiō interuenit.*
- 5. *Præsumptio iuris & de iure quomodo sit, & contra eam non admittitur probatio, ibi.*
- 6. *Lex nostra explicatur.*

b Por apreciadores e publicamente. Solent eligi æstimatores mandato iudicis ad æstimandam rem, que datur in solutum ab ipso iudice, vt refert Sali. in. d. l. 2. nu. 23. verli. & ideo hæc practica, qui preuio iuramento, parte citata, æstimationem faciunt, iuxta doctrinā Bart. in. l. Theopompus. ff. de dote prelega. quā mirē explicat. d. D. Couarrub. lib. 2. resolu. cap. 13. & nos latissime in stylo Cancellarię tit. 3. c. 3. glof. 1. & sequentibus. Quare hic non repeto. optimus text. & ibi Bal. in. l. 1. & 2. C. in causam iudica. Vbi quando bona vici subhastantur, & non reperitur emptor, qui res subhastatas emat iusto precio, eas adiudicabit iudex

victori pro iusto precio, præcedente peritorum estimatione, & expertorum, notat Matth. Afflict. decif. Neapel. 38. nu. 5. & 6. quibus addere poteris, quæ late dixi supra eo. l. 1. glof. 2. nu. 20. & 21. [ Nota ex. l. ista quod ratione adiudicationis in solutum necessarię, & æstimationis ab æstimatoribus à iudice nominatis factæ inducitur quædam præsumptio iuris & de iure, quod nulla læsiō interuenit, contra quam probatio nulla admitti potest, etiam si verē quis fuerit læsus ultra dimidiam iusti pretij. Dicitur enim præsumptio iuris, vt pote à lege introducta, & de iure, quia super huiusmodi præsumptione lex inducit firmum ius, & habet eam pro veritate, & tanquā super certo disponit, iuxta dispositionem text. in. c. is qui fidem de sponfali, cum ibi notatis. & glof. in. l. siue possidetis. C. de proba. explicat optime Alcia. in tractatu de præsumptio. 2. par. nume. 3. Ex quo nu. 4. probat ipse, contra eam nullam admitti probationem, vt in. l. antique. C. ad Velleya. l. vlti. C. ad Macedo. l. vlti. C. arbit. tute. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. Specula. & Ioā. Andre. in tit. de præsump. §. 1. Sali. in rub. ff. de proba. Alex. in. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de ver. obli. & in consi. 47. & 67. in fin. & 91. ad finem. l. b. 6. & consi. 114. lib. 4. Roma. consi. 350. late Hippoli. Marfi. in. l. 1. §. ad questionem in fine. ff. de questionib. [ Ita fit in lege nostra, supponit enim lex læsionem ultra dimidiam interuenisse, ibi, *Que ental caso, aunque aya engaño en mas de la mitad del iusto precio, & super comperto firmum ius constituit & disponit, quod nō sit locus huic remedio, cū sic ait, no aya lugar la dicha ley idem statuitur in. l. 20 in fine tit. 7. de ordine iudicario in causis reddituum regalium, infra lib. 9.*

L E Y. VII

¶ Como se puede sacar la heredad de patrimonio o abolengo, tanto por tanto.

Es la ley. 6. tit. 7. lib. 5. ordina. Ley. 12. tit. 10. lib. 3. fori.

¶ Todo hombre que heredad de patrimonio, o abolengo quisiere vender, y alguno de aquel abolengo b la quisiere comprar tanto por tanto, c aya la el, antes que otro alguno, y si dos o mas la quisieren, si son en yqual grado de parentesco, d partanlo entre si. Y si no fueren en yqual grado, ayalo el mas propinquo. e Mas si antes que la heredad fuere vendida, no viniere el mas propinquo a la retracer, y despues que fuere vendida hasta nueue dias f viniere, si dicre el precio, por que es vèdida la here

heredad, & ayala. Y si el pariente mas propinquo no la quisiere demandar, otro pariente no la pueda demandar: h y si el mas propinquo no fuere en el lugar, i pueda la demandar otro de su linage. Mas si quisiere por otra heredad trocar, k no le pueda ningun pariente contraderezir. Y aquel pariente que quiere la heredad, q es a otro vendida, de el precio que costo, l e jure q la quiere parafu, m e q no lo haze por otro engaño. n

G L O S. I.

- 1. *Retraçtus sanguinis locum non habet, nisi in rebus immobilibus. Possessionum appellatione an veniant mobilia, ibi.*
- 2. *Maiores nostrorum res immobiles maxime amantur & affectantur. Maiores nostrorum affectio plurima tribuit specialia, ibi id. Minor restituitur aduersus adiectionem ab alio iusto precio factam in bonis maiorum suorum, ibi. Affectio que habetur ad bona maiorum est maxime effectus, ibi. Affectio que habetur ad res maiorū, inducit fraudis suspicionem, quod contractus sit potius pignoris quam venditionis, ibi. & alij effectus, ibi enumerantur.*
- 3. *Maiores nostrorum res immobiles nostra intereant ne exeant de familia. Maiores nostrorum arma lapidesque preciosi nostra expedit ne exeant de familia, ibi. Retraçtus an habeat locum in rebus mobilibus precio sis maiorum, vt in armis & gemmis, ibi.*
- 4. *Retraçtus sanguinis an habeat locum in rebus emphiteuticis. Emphiteusis an veniat bonorum appellatione, quod sic, ibi id. Emphiteutica bona an veniant sub generali obligatione, ibi.*
- 5. *Emphiteutica bona ex aliqua ratione particulari non veniunt appellatione bonorum. Dispositio generalis aliqua non comprehendit ex defectu intentionis, ibi id.*
- 6. *Retraçtus rei emphiteutica à consanguineo an à domino fiat? & quis eorum præferatur. Retraçtui locus est in rebus emphiteuticis ab emphiteuta venditis, ibi.*
- 7. *Retraçtui locus est in rebus emphiteuticis ecclesie.*
- 8. *Retraçtui locus est in rebus emphiteuticis iure regio.*

- 9. *Retraçtui an sit locus, si dominus vendat directum dominium, hoc est, censum vel emphiteusim.*
- 10. *Retraçtui an locus sit in locatione ad longum tempus? Retraçtui an locus sit in concessione emphiteusis, ibi id. Retraçtui an locus sit in re concessa in emphiteusim pro modica pensione & pecunia numerata loco precij, ibi id.*
- 11. *Retraçtus an habeat locum in locatione perpetua. Locatio perpetua est in effectum emphiteusis, ibi.*
- 12. *Locatio facta ad longum tempus, transfertur utile dominium & possessio.*
- 13. *Locatio perpetua vel ad longum tempus dicitur alienatio, & comprehenditur sub prohibitione alienationis.*
- 14. *Retraçtui locus non est in locatione perpetua, vel ad longum tempus, nec in emphiteusi secundum receptiorem sententiam, etiam iure regio contra. d. D. Couarru.*
- 15. *Retraçtui leges vel consuetudines an sint odiose an fauorabiles, ibi. Retraçtus an locum habeat si commoditates rei emphiteuticæ venduntur in perpetuum per emphiteutam retento sibi vtili dominio. Lex necessario §. fin. ff. de peri. & commo. rei vendi. explicatur, ibi. Commoditas usus fructus vel rei emphiteutica an possit in perpetuum alienari, ibi id. Alienare non dicitur qui retinet dominium, nec illud in alium transfert, ibi.*
- 16. *Locatio ad longum tempus an sit alienatio. Glo. vlti. in. l. codicillis. §. instituto. ff. de lega. 2. expeditur & saluatur.*
- 17. *Retraçtui an locus sit in constitutione census perpetui super re propria, si fundus super quo iuit constituta pensio vendatur.*
- 17. *Dominium directum fundi mei super quo censum constitui non transfertur in emptore census, etiam si id expresse dicatur in contractu, ibi. & nu. 17.*
- 18. *Retraçtui an sit locus in venditione census ab antiquo super re aliqua impositi. Anni redditus an inter immobilia computentur, ibi id.*
- 19. *Anni redditus an à satisfactione excusentur.*
- 20. *Anni redditus an à minore vel ciuitate alienentur sine decreto.*
- 21. *Anni redditus ad modicum tempus an inter bona immobilia connumerentur.*
- 22. *Retraçtus an habeat locum in annuis redditibus iure communi vel regio. Anni redditus constituunt tertiam speciem bonorum, ibi id.*
- 23. *Anni redditus redimibiles sunt in omnibus vt perpetui*

- 24 *Retractus an habeat locum, si vendatur fundus cum onere pensionis annua redimibilis loco precij, & nu. sequen.*
- 25 *Annui redditus redimibiles an contractus census dicantur vel emphiteusis, an simplicis venditionis.*  
*Reservatio domini directi in venditione reddituum redimibilium quid operetur, ibi.*
- 26 *Lex cum manu sata. §. nemo. ff. de contrah. emp. exponitur.*
- 27 *Retractui sanguinis in feudis an locus sit, & numer. sequen.*  
*Feuda non comprehenduntur in generalibus dispositionibus, ibi. & ibi multa exempla.*
- 28 *Feuda alienari permissa pro patrimonialibus habentur.*
- 29 *Retractui sanguinis an sit locus in venditione commendae Indorum si venditio permitteretur hoc in regno Peru.*
- 30 *Retractus sanguinis an habeat locum in venditione usufructus, & nu. seq.*  
*Usufructus ex eo quod sit pars fundi, an sit immobilis ibid.*
- 31 *Usufructus inter bona immobilia connumeratur.*
- 32 *Usufructum non esse inter bona mobilia, nec immobilia connumerandum, sed esse tertium genus bonorum.*
- 33 *Actiones non sunt bona mobilia vel immobilia, sed tertium bonorum genus.*
- 34 *Retractui quando locus sit vendito usufructu.*
- 35 *Retractui an sit locus vendito fundo per proprietarium, in quo alter habebat usufructum ipsi usufructuario, & an retrahat solam proprietatem.*
- 36 *Usufructus rei meae esse non potest apud me separatus a proprietate.*
- 37 *Hypotheca subnixae res, si semel alienetur ex consensu creditoris, non cadit iterum sub obligatione generali omnium bonorum presentium & futurorum, quamvis iterum res illa ad debitorem redierit.*  
*Donatio omnium bonorum presentium & futurorum reservato usufructu, non comprehendit fructus illorum bonorum qui semel fuerunt reservati, ibid.*
- 38 *Filius familias qui per matrimonij contractum iure regio liberatur a patria potestate non reincident in eius potestatem soluto matrimonio.*
- 39 *Usufructuarius cui proprietas fundi legata est, si testamentum rescinditur, atque ideo cogatur fundum restituere non amittit usufructum.*  
*Lex dominus. ff. de usufructu ornatur, ibi. & nu. sequ.*

- Lex a libertis. ff. de bonis libertorum expenditur, ibi.*
- 40 *Consolidatio usufructus vel alterius servitutis cum proprietate revocabiliter usufructuario quaesita, non habet effectum revocata proprietate, sed saluum manet ius usufructus vel servitutis & nu. sequenti.*
- 41 *Dominium directum revocabiliter quaesitum ei, qui habebat servitutem vel usufructum super ea re non operatur in effectu confusione servitutis, sed re revocata manet saluum ius servitutis vel usufructus ibi.*  
*Servitus confunditur & extinguitur per acquisitionem domini, ibi.*  
*Actiones confusae aditione hereditatis amissa hereditate restituntur, ibi.*
- 42 *Emptio rei suae tunc valet, cum quis eam revocabiliter possidebat.*  
*Usucapio rei suae possessae revocabiliter valet, ibidem.*  
*Legatum rei suae valet, quoties poterat revocari, ibid.*
- 43 *Usufructus non amittitur si proprietate revocabiliter fuerit usufructuario quaesita.*
- 44 *Lex si tibi. ff. quemadmo. usufruct. amittat. explicatur.*
- 45 *Usufructus confusus non reintegratur pro proprietate amissa per dolum.*
- 46 *Lex is cuius in seruo. ff. de legatis. 2. explicatur.*  
*Hereditate revocata per querelam vel alias non fingitur adita nec quaesita quoad ea, quae heredi praesentium inferebant, ibi.*
- 47 *Retractus sanguinis an habeat locum in hereditate paterna vel materna vendita.*  
*Hereditate vendita non censentur vendita singulae res, quia earum non debetur evictio, nec titulo pro emptore possunt, usucapi, ibi.*
- 48 *Hereditas an inter immobilia computetur.*  
*Bona immobilia trahunt ad se mobilia ut eodem iure censeantur, non econverso, ibi.*
- 49 *Retractus sanguinis an habeat locum in nave, remissive.*  
*Retractui an sit locus in molendinis, remissive, ibidem.*  
*Retractui an sit locus in venditione machinarum & munitionum bellicarum Castri, ibi.*  
*Retractui an sit locus in fructibus pendentibus, remissive, ibi.*  
*Retractui an sit locus in venditione decimarum vel vectigalium, remissive, ibi.*  
*Retractui an sit locus in actionibus venditis, ibid. remissive.*  
*Retractui an sit locus in mobilibus preciosis, remissive, ibi.*

- Retractui an sit locus in pecunia ad emptionem praediorum destinata, remissive, ibi.*
- Retractui an sit locus in pecunia redacta ex venditione immobilium, remissive, ibi.*
- Retractui an sit locus in pecunia apud campforem deposita, remissive, ibi.*
- Retractui an sit locus in columna domui affixa, remissive, ibi.*
- Retractui an sit locus in homine ascriptio vel bove aut asino in radio addictis, remissive, ibi.*
- Retractui an sit locus in insulis fluctuantibus vel in maceria, remissive, ibi.*
- 50 *Retractui ut sit locus an sufficiat rem immobilem esse patris aut avi, an utriusque.*  
*Alternativa requirit alteram eius partem esse veram, ibid.*
- 51 *Filius an admittatur vivo patre ad retractum rei a patre vendita quam ipse pater denuo acquiserat, & nu. sequen.*  
*Patrimonium quid significet, apud Francos & Hispanos, & apud omnes, ibi.*  
*Patrimonium sumitur quandoque pro omnibus facultatibus, ibi.*
- 52 *Emptis in rebus plus iuris habemus quam in alijs.*
- 53 *Capi. constitutus de in integ. restitutione. explicatur, & nu. 63.*
- 54 *Retractui an sit locus in re a patre vendita, eo iam mortuo.*
- 55 *Retractui an sit locus si pater vendidit fundum maternum in eius vita, & nu. sequen.*
- 56 *Filius an admittatur ad revocationem adventiciorum a patre alienatorum, & nu. 60.*
- 57 *Filius acquirit usufructum patri eorum, quae ipse retrahit, etiam si pater vendiderit, & numero. 61.*
- 58 *Filius vasalli an revocet feudum a patre alienatum.*
- 59 *Filius revocat alienata a patre, licet dubium sit an sit eius heres futurus.*
- 60 *Filius retrahens a patre vendita non dicitur contra eius factum venire, ibi.*
- 61 *Filius heres patris an admittatur ad retrahendum rem patrimonialem a patre venditam, & numer. sequenti.*  
*Hereditas & defunctus una & eadem persona esse censentur & plura huic similia, ibi.*
- 62 *Hereditas non potest melioris esse conditionis quam defunctus.*  
*Hereditas est eiusdem potestatis cuius erat defunctus, ibi.*
- 63 *Feudum alienatum an possit ab agnatis hereditibus alienantis revocari, & nu. 70.*
- 71 *Lex filius familias. §. cum pater. ff. de legatis primo*

- explicatur, ibi idem.*
- 65 *Hereditas consanguineae an possit rem ab eodem consanguineo venditam retrahere.*
- 66 *Quem de evictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio.*  
*Hereditas licet de evictione non tenatur, non potest factum defuncti impugnare, ibi.*
- 67 *Filius heres patris an admittatur ad revocandam alienationem adventiciorum a patre factam.*
- 68 *Filius heres patris fundum maternum vendentis, quae ipse habuerat ab alio filio mortuo cuius fundus erat admittitur ad retractum.*
- 69 *Hereditas retrahens ut consanguineus rem a predecessore venditam, non dicitur impugnare factum defuncti, & nu. 59 supra.*
- 70 *Inventum coniectio utilis erit, ubi agitur de revocanda alienatione respectu precij, non respectu revocationis.*
- 71 *Maiores bona si alienentur an heres alienantis admittatur ad revocandam alienationem.*
- 72 *Evictioni locus non est si res vendita a consanguineis retrahatur.*
- 73 *Glossa in d. cum a matre. C. de revocanda. explicatur.*
- 74 *Filius heres patris non admittitur ad retractum rei patrimonialis a patre vendita, quoties pater promisit rem tutam & securam se praestiturum etiam adversus retractus consanguineorum.*
- 75 *Filius a matre nulla bona habens an possit vivo patre rem patrimonialem ab ipso patre venditam per tutorem vel curatorem, vel per ipsummet patrem filij nomine retrahere.*
- 76 *Venditor an admittatur ad retrahendum rem ab ipso venditam, quae patrimonialis erat iure sanguinis vel alias, & nunquam admitti probatur, remissive.*
- 77 *Hereditas de patrimonio. Ut retractui locus sit, duo exiguntur lex nostra. Primum quod sit res immobilis. Secundum quod sit patrimonialis. Prima conclusio probatur his verbis, hereditas, hoc est, fundus, ager, domus, praedium, villa, possessio, & similia, quae a loco moveri non possunt: de quorum verborum significatione late traditur in l. locus est, & in l. questio, & in l. fundi. ff. de verborum significatione, & ibi Alciatus Tiraqueus lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 4. Praeterea iuxta communem loquendi usum, hereditas, idem est quod Hispanice quoque dicimus possessio: sed appellatione possessionum non veniunt mobilia, puta libri vel boues secundum Cynum in l. vitima. C. de compensationi. Baldus in l. de statu hominum, Guillelmus Benedictus in capit. Raynutius in verbo caetera bona numero. 13. in fine extra de testamen. Quod etiam probatur vel ex eo, quod non rae procedit ratio retractus in rebus mobilibus, ac in*

immobilibus. Nam ad immobilia maiorum nostrorum habemus non modicam affectionem, vt in. l. lex quæ tutores versiculo nec verò. C. de administratione tutorum. l. si in emptione. ff. de minori. vbi minor restituitur aduersus adfectionem ab alio iusto precio factam in ea re, quæ maiorum eius fuerat, aliter non restituendus: quò in loco Accursius, nota, inquit interesse mirabile. C. b. quod censet ibi Bald. minorem enormiter læsum præsumi, aliàs si modica esset læsio nõ restitueretur, vt in. l. scio. ff. de in integrum restitutione, & Baldus sequitur Alexander cõ silio. 67. numero. 3. libro. 5. Pantaleon Cremenf. in. l. 2. numero. 72. C. de rescindenda venditione, Decius consilio. 403. numero. 22. versiculo non obstat. Cuius. lauthoritate dixit gloss. in capitul. 1. sed etiam res titulo per quos fiat inuestita. leges esse fauorabiles emere volentibus prædia & possessiones maiorum suorum, quam extollunt Albericus Angelus Barba. Iaso. Igneus Guillelmus Benedictus & Ludou. Gozadinus in locis ab Andre. Tiraquell. citatis in præfatione libri primi de retractu numero. 34. in fine, vbi numeris sequentibus alia plura similia congerit, quibus persuadere nititur, nostra admodum interesse, res maiorum comparare numero. 35. Item legatum reuocari, si res tanti pignorat, quanti valet nisi ea res fuerit maiorum numero. 36. Tertio affectionem ad res maiorum inducere simulationis suspitionem, sicum pacto reuendendi res maiorum vendita fuerit alijs non deficientibus, præsumitur enim potius contractus pignoris quam venditionis numero 37. Quarto mandatum repudiandi non extendi ad repudiandas res maiorum numero. 38. Quinto causam prohibitionis alienationis, quòd res sit maiorum, esse iustam & rationabilem, satisque rem esse maiorum, quæ alienari prohibetur licet non exprimat, numero. 39. Sexto stipulari posse, caltrum quod maiorũ fuerat, vèdi alteri eiusdẽ familiaz numero. 40. [ Præterea quod ad bona immobilia maiorum habeamus non modicam affectionem, quodque nostra intersit, vt huiusmodi res ad nostram redeant familiam, à qua exierunt probat iuriconsultus in. l. cum pater. §. libertis, & l. peto. §. fratre. ff. de legatis secundo. l. in fundo. ff. de reuendicatione. l. 2. ff. de vsucapione pro emptore. l. 1. §. sed si rem. ff. si quid in frau. patroni, notant glossa & doctores in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legatis primo, Tiraquellus in præfatione retractus Lignagier numero. 33, 39. & 49. & 50. Ad bona autem mobilia non potest hæc haberi affectio, vtpote quæ breui consumantur, vel furto subiaceant, nisi arma fuerint, lapidesuè preciosi, in his siquidem attentari possent, locum esse retractui, cum eadem subsit ratio affectionis. Verum legem nostram communiter Nostates intelligunt, vt procedat in rebus dumtaxat immobilibus. ita Montalius in. l. 13. in verbo caniar, columna. 6. versiculo item quæro, quomodo formetur libellus titulo. 10. libro. 3. fori, Cyfontanus in. l. 70. Tauri. questione. 22. & Ioannes Lupi numero. 30. qui citat. l. 30. in legibus styli hoc expresse dicentem, ibi. las heredades elas otras rayzes, Antonius Gomez in dicta. l. 70. numero. 2. Didacus Castelli in. l. 74. Tauri

ri in glossa magna. 6. columna in principio, Gregorius Lupi in. l. 55. glossa. 1. prope finem titulo. 5. de emptione & venditione part. 5. domi. Dida. Couarru. libr. 3. resolutionũ capit. 11. numero. 4. [ Iuxta quem communem sensum sese offerunt dubia aliqua, & in primis quæro, an retractus sanguinis locum obtineat in venditione rei emphiteuticæ? Et retractui locum esse videtur: quoniam bonorum appellatione emphiteusis continetur ex sententia Speculator: in titulo de locato & emphiteusi. §. nunc aliqua versiculo. 156. numero. 184. & Ioannes Andreas ad eum eodem paragrapho versiculo. 109. numero. 133. in additione magna, idem voluit Iacobus à Belouisu in. §. emphiteusim in authentica de non alienandis rebus ecclesie, Petrus de Ancharrano in. l. quod dicitur columna. 6. versiculo circa secundum, & ibi Iaso. numero. 31. ff. de verborum obligationi. idem Iaso. consilio. 110. 152. numero. 5. libro. 1. Baldus consilio. 184. vbi ex hoc in pulchra specie consuluit libro. 1. Catellianus Cotta in memorabili incipienti bonorum appellatione, & iterum in verbo emphiteusis non venit, quibus in locis id reputat singulare, & Tiraquellus in repetitione. l. si vnquam in verbo bona numero. 10. C. de reuocandis donationibus, vbi citat concordantes & in libro. 1. de retractu. §. 1. gloss. 3. in principio, probatur hæc conclusio ex. l. bonorum. ff. de verborum significatione, & l. tutor. §. vltimo. ff. de pignori, actione, & l. lex veltigali. ff. de pignori. & ex. l. 1. & sequenti. ff. si ager veltiga. vel emphiteu. petatur. Facit quod scribit Ripa in rubrica. ff. de pignori. numero. 10. quod in generali obligatione bonorum veniunt bona emphiteutica, Arias Pinelus in rubrica. C. de bonis maternis, prima parte numero. 19. & 20. vbi aduertit, lapsos fuisse maximos iuris interpretes, qui aliquando dubitauerunt, an appellatione bonorum emphiteutica continerentur vel similia, in quibus quis habet vtile dominium tantum, aliquando etiam scripserunt non contineri, nec sibi satis constant, vt colliges ex Iasone variante in. l. Gallus. §. quidam recte. l. lectio. numero. 43. & sequentibus, & ex Alexandro in. l. si patroni. ff. ad Trebellianum à Decio in. l. 1. 2. lectione numero. 9. ff. si certum petatur, Matthæo Afflictis decisione. 14. numero. 9. & libro. 1. constitutio. Siciliæ rubrica. 6. numero. 48. & in capitulo in generali numero. 27. si de feud. sue. contra. inter dominum & agnat. Denique idem Arias Pinelus numero. 21. asserat ex propria verbi significatione emphiteusim bona appellari, quod Decius sensit in dicta. l. 1. secunda lectio. numero. 9. ff. si certum petatur, idemque probatur ex. l. item prædia. ff. fami. ærciscunde, vbi lex inquit, hæc bona venire in iudicio familie ærciscunde, & similiter veniunt in iudicio communi diuidundo, vt in. l. 7. ff. communi diuidua. & iuxta naturalem bonorum significationem hæc vera sunt, iuxta ciuilem verò aliud est, vt dixi in stilo cancellariæ titulo. 3. capitu. 1. §. 26. glo. 1. numero. 88. [ Quo fit, vt quoad aliquos ciuiles effectus non contineantur emphiteutica seu feudalia sub nomine hereditatis vel bonorum aliqua particulari ratione, quæ id suadeat, vt tradit Bartolus in. l. item videndum. §. final. ff. de petitione hereditatis, Alexand.

Alexand. in dict. l. si patroni. ff. ad Trebellianum, atque ita procedit textus in capitu. in generali, si de feud. fuerit contro. inter dominũ & agnat. & ibi tradita à Matthæo de Afflictis, atque ita intelliges quæ Ioannes Crotus dixerat in. l. si constante numero. 26. ff. soluto matrimonio, qui hoc non aduertit. Nec est nouum, aliquid ex defectu intentionis non comprehendi in dispositione generali, quæ aliàs iuxta propriam verborum significationem comprehenderetur, vt in. l. obligatione generali. ff. de pignori. l. si quis ita. §. si quis cum ignoraret. ff. de testamen. tute. ibi, licet nomen, & ibi, quia non quod sensisset, Ari. Pinelus in dicta rubrica. C. de bonis maternis. 1. parte numero. 22. [ Rursus quòd retractui locus sit in bonis emphiteuticis, probatur ex eo, quod voluerunt Guillelmus Cune. Rayner. à Forli. Alberic. Baldus & Angelus in. l. Imperator. ff. de pact. per illum textum, dominum præferri consanguineo in retractu rei emphiteuticæ, cum cõcordan. à Tiraquello traditis libro. 1. de retract. §. 21. glossa vnica numero. 3. & 4. sed & hoc apertè voluerunt, vt scilicet, retractus in emphiteusi locum habeat, Alexander consilio. 27. numero. 3. libro. 6. vbi addit retractum non solum in emphiteuticis verum & in libellarijs, quas quis tenet à Principe, habere locum, & Sevastianus Neapoda. in prima consuetudine de iure congrui in verbo alius cuius, & Matthæus Afflictis in tractatu protomiæcos in principio legis numero. 7. & numero. 22. & numero. 39. Ioannes Faber in principio, instituta de emptione & venditione, & non obscure Cæpola cõ silio caufarum ciuili. 44. & sequenti. Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 3. numero. 1. [ Quod ibi extendit numero. 2. ad emphiteusim ecclesiasticam autoritate Baldi consilio. 300. libro. 1. quem sequitur & eius sententiam extollit Iaso. consilio. 224. columna vltima, Afflictus in dicto tractatu protomiæcos in principio legis numero. 7. cum concordantijs ab ipsoinet Tiraquello traditis libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 13. numero. 8. [ Iure nostro regio procedit hæc sententia, quòd in re emphiteutica locus sit retractui, vt voluit Montalius in dicta. l. 13. titulo. 10. libro. 3. fori in verbo caniar columna. 2. & iterum in fine, Cyfontanus in. l. 74. Tauri, & ibi Didacus Castelli in gloss. magna in verbo parte enella per textũ ibi, columna. 3. versiculo item sicut emphiteuta, Ioannes Lupi in. l. 70. Tauri numero. 22. Gregorius Lupi in. l. 55. glossa. 2. titulo. 5. de emptione & venditione part. 5. quorum opinio vera est. Licet Ferdin. Arias in. l. 68. Tauri numero. 30. in aduertenter ter. cat. contrarium contra textum expressum in dicta. l. 74. Tauri, vbi vendito vtili dominio, quod pars rei est, consanguineus admittatur ad retractum, licet ei præferatur dominus directus. [ Secundo quæro, quid si dominus directi & dominij fundi vendat illud, & omne ius suum, nempe, censum vel emphiteusim vel pensionem super eo fundo impositã, an proximior consanguineus venditoris possit ius istud retrahere? & eadem ratione crederem posse, & maiori quidem cum preciosius sit dominium directum quam vtile, vt in. l. 2. vbi id notant Salicetus & Iaso. tertio notabi. C. de iure emphiteutico, capi. potuit de locato & hoc

nuncupatim voluit Ioannes Lupi in. l. 70. Tauri numero. 22. in fine, & Didacus Castelli in. l. 74. Tauri in glossa magna in verbo parte enella columna. 3. in fine. [ Tertio quæro, an retractui sanguinis locus sit, si quis fundum vel domum propriam locauerit alicui ad longum tempus, vel in emphiteusim concesserit pro certa pensione in quolibet anno? & videtur, locum non esse retractui hac in specie, eo quòd res non exit de familia, vel cognatione, imo finita emphiteusi vel locatione ad ipsam cognationem omnino reddit, qua ratione cessat ratio finalis legis nostræ, & hoc in locatione ad longum tempus voluit, Nicolaus Boerius in consuetudinibus Bituricensi. rubrica de retractu. §. 1. versiculo item non habet, Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 14. numero. 84. & sequentibus. eadem ratione quoties res datur in emphiteusim, locus esse non debet retractui, vt censent Stephanus Bertrandus consilio. 7. libro. 1. Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 33. glossa vnica, Gerardus Vago in sua disputatione retractus versiculo. 4. conclusio est, quòd in re data in emphiteusim. Vbi hinc occasione sumpta quaerit, quid si ultra pensio. em. is, qui accepit in emphiteusim dat. concedenti certam pecunie summam, an sit locus retractui ob illud precium, qui tandem post multas allegationes resoluit, quòd si pensio sit competens, quamuis minor, quam res ipsa increatur, censeri debere contractum emphiteuticum, atque ideo non esse locum retractui, quòd si modica sit pensio, & ingens precium, censetur esse venditio, eritque locus retractui, quod & nuncupatim voluit Ioannes Faber in. §. adeo numero. 10. instituta de locato. Matthæus Afflictis decisione Neapolitana. 72. numero. 9. & 10. Ioannes Igneus in. l. 3. §. si conditioni versiculo & si aliud, numero. 52. & sequentibus. ff. ad Sillanianum Carolus Molineus in consuetudinibus Parisiensibus. titulo. 1. §. 23. questione. 17. Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 33. glossa vnica, in principio, quòd in casu simili late discutit idem Tiraquellus eodem libro. 1. retractus. §. 30. glossa. 1. in maxime numero. 9. ex quo intelliges, quid hic dicendum sit. [ Sed idem esse videtur in locatione perpetua, nam huiusmodi locatio est viribus & effectu quædam concessio in emphiteusim, authentica qui rem C. de sacrosanctis Ecclesijs, vbi Decius id asserit pro cedere, vbi est eadem ratio vtriusque, est similis textus in. l. omnes. C. de fund. patrimo. libr. 11. & in. l. 1. C. de offi. comif. sacri. pala. ibi totius perpetuarij, hoc est, emphiteuticarij iuris. Nam ius perpetuarij id est, quod ex conductione perpetua competit: Et hinc perpetuarij dicti conductores, quibus in perpetuum fundus locatur, vt constat ex. l. 1. & 3. atque etiam vltima. C. de locatione prædior. ciuili. libr. 11. Quare nimirum idem est de vtroque iudicandum secundum Angelum in. §. scire autem in authentica de non alien. aut permu. rebus eccles. Imola in capitulo nulli, & capitu. ad audientiam de rebus ecclesie non alienan. Fulgosus consilio. 240. Franciscus de Aretio consilio. 210. post principium, Carolus Ruynus consilio. 156. numero. 6. libr. 1. Stephanus Bertrandus consilio. 311. columna. 2. libro. 1. & consilio. 129. in principio libr. 2. Tiraquellus libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. Xx 4 nume;



numero.84.Sed & in emphiteusi perpetua locus non est retractui, vt probat idem Tiraquellus libro.1. de retractione. §.30.gloss. vnica in principio, domi. Dida. Couarru. hanc dicens communem tam in locatione ad longum tempus, quam in locatione & emphiteusi perpetua, libro.3. resolutionu capite.3. numero etiam §. [ Sed contra videtur in locatione ad longum tempus & perpetua, nam & ex prima transfertur possessio & vtile dominium, vt de possessione voluit gloss. in. l.3. §. ex contrario, & l. si quis ante, & ibi Alexan. super glossa in verbo nouissimè. ff. de acquirend. possessione. confert text. in. l. sciendum. §. i. in principio, versiculo sed & ff. qui satisfare cogant. Bal. consilio. 325. ad finem libr. 1. Mansucri. titul. de locato. §. item iste conductor. Imola in Clementina. i. nume. 21. de rebus eccles. non alienandis, Alexand. consilio. 120. ad finem libr. 3. & consilio. 1. libr. 4. Barba. consilio. 8. columna. 8. libr. 4. Tiraquel. libro. 1. de retractu. §. 1. glossa 14. numero. 74. de vtili dominio, notatur in. l. 1. & sequent. ff. si ager vctigal. vel emphi. pct. & voluit Federi. Senen. consil. 123. Dynus & Bartol. in. l. 1. §. quod autem ait. ff. de superficie. & in. l. penultima. §. instituto & ibi quoque Bald. ff. de legat. 2. & alij plures à Tiraquel. citati dict. gloss. 14. numero. 80. & à me in fra numero. 16. [ Et vique adeo locatio hæc dicitur alienatio, vt sub eius prohibitione contineatur, vt voluit glossa Bald. & alij in. l. vltima. C. de pact. pigno. glossa & Cardinalis in Clementina. 1. de rebus eccles. non alienand. Dyn. Bartol. Bald. Imola & omnes in l. codicillis. §. instituto. ff. de legatis. 2. cum concordant. à Tiraquel. traditis dict. gloss. 14. numero. 81. contra gloss. quæ voluit contrarium in dict. §. instituto communiter reprobata teste Tiraquel. dict. gloss. 14. numero. 79. & Antonio Gomez in. l. 40. Tauri numero 24. & demi. Dida. Couarru. libr. 2. resolutio. capit. 16. nume. 1. in fine. & Ario Pinelo in. l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numero. 64. qui tam saluat in duobus casibus. Cæterum & prohibita simpliciter venditione, censetur locatio ad longum tempus vel in perpetuum prohibita ex sententia Rofredi Benauentani in questione Sabatina. 8. cum concordantijs à Tiraque. congestis dict. gloss. 14. numero. 82. & per Ripam in l. filiusfamil. §. diu. numero. 100. ff. de legatis. 1. Ex qua locatione probat Tiraquel. ibidem dèberi laudimia, conductoremque longi temporis non posse vendere inconsulto domino, ad exemplum emphiteutæ, & omissione solutionis pensioris rem incidere in cõmissum. [ Ex quibus videtur, huiusmodi in locatio ne perpetua vel ad longum tempus locum esse retractui sanguinis, quam sententiam, & si contraria sit receptior, amplectitur domi. Dida. Couarru. libro. 3. resolutio. cap. 11. numero. 5. prope finem, asserens æquiuocum esse & legi nostre regie conuenientior, vt proximis ad hunc retractum veniens, & cum eodem one rem recipere volens omnino admittatur, præsertim cum hæc datio in emphiteusim sit quedam alienatio. l. vltima. C. de rebus alien. non alienand. l. 1. ff. si ager vctiga. vel emph. pctat. atque ita semotis consuetudinibus contrarijs visum esse refert Ferrono in consuetudi. Burdegalen. rubrica de retract. §. 25. sed tu tene communem & receptissimam sententiam, quod

agnatus proximior non possit rem ad longum tempus vel in perpetuum locatam seu in emphiteusim cõcellam, ratione translati vtilis domini retractare, ex rationibus supra memoratis, & quia lex ista eiusque dispositio est exorbitans & odiosa, imò & contra ius vt in. l. dudum. C. de contrahend. emptione, vt constat ex traditis per Tiraquel. libr. 1. de retract. in præfatio. numero. 16. & numero. 60. & pluribus sequentibus idque esse receptius, licet aliqui fauorabilem & non contra ius esse assenerent, quos refert Tiraque. in eadem præfatione numero. 56. & sequentibus. quam receptam traditionem sequitur Didacus Castelli in l. 74. Tauri gloss. magna columna. 6. & 7. [ Quarta quæro, quid si emphiteuta vendit cõmoditates, quas habet & percipit ex re emphiteutica in perpetuum, retento sibi vtili dominio, an proximior consanguineus possit eas commoditates retractare? Respondeo non posse, primum quoniam hæc cõmoditates & redditus bona immobilia non sunt, sed mobilia, quare in eis cessat legis nostre dispositio, quippe quæ in immobilibus dumtaxat locum obtinet, vt supra in principio huius gloss. probaui. Item quia emphiteuta hos redditus vendere potest irrequisito domino. Aliud enim est vendere vtile dominium, aliud verò redditus eius rei, in qua quis habet vtile dominium, quemadmodum aliud est vendere vsum fructum, aliud verò commoditatem vsum fructus, vt in. l. necessario. §. final. ff. de pericul. & cõmodo rei venditæ, quam rectè explicat Arius Pinelus in. l. 1. tertia part. numero. 40. C. de bonis maternis. Si ergo vendere potest has commoditates irrequisito domino, ita vt non transeat in emptorem vtile dominium, non poterit consanguineus eas retractare, secundum Bald. in. l. vltima, vltima lectione numero. 2. C. de iure emphiteuti. & ibi Andreas Barba. in apostillis allegat textum & ibi eundem Baldum in capite. 1. §. quid ergo de inuestitu. de re aliena. fa. idem voluit Baldus in capitulo quæ in ecclesiarum numero. 20. de constitutioni. dicens commoditatem posse alienari etiam ad mille annos, modo non transeat dominium in conductorem, eo quod non contrahatur respectu vtilis domini, sed respectu alterius corporis, idest fructuum separandorum singulis quibuscunque annis, vnde ait contractum huiusmodi non concernere fundi corpus, sed corpus fructuum, quod asserit Baldus autoritate glossæ insignis in l. codicillis. §. instituto. glossa vltima. ff. de legatis secundo. Quam tamen limitat Baldus dicto numero. 20. vt procedat, quoties id actum est, ne vtile dominium transeat in emptorem, sed ipsi venditori remaneat. Non enim dicitur alienare, qui retinet dominium, & illud in alium non transfert, vt in. l. 1. C. de fundo dotali, & est textus expressus in. l. cum manu. fata. §. nemo. ff. de contrahenda emptione, idem è nostris voluerunt legem nostram interpretantes Ioannes Lupi in. l. 70. Tauri numero. 25. & Didacus Castelli in. l. 74. Tauri in glossa magna columna. 4. versiculo pone igitur. [ Cæterum aduertere oportet, glossam prædictam in dicta l. codicillis. §. instituto. ff. de legatis secundo, dicentem, locationem ad longum tempus non esse alienationem

nationem, nec contineri sub prohibitione alienationis ita generaliter intellectam communiter reprobari secundum Bartol. & doctores ibidem, & alios numero. 13. citatos. Quam tamen duobus modis saluat Pinelus ibi citatus, & tu eam poteris tertio intelligere, vt procedat in commoditate locata ad longum tempus, & in perpetuum cum reservatione domini vtilis apud venditorem existentis, vt tunc alienatio rei alienari prohibere non dicitur, sed commoditatis eius, quare dominus directus reuocare eam non poterit, nec à fortiori consanguineus admittetur ad retractandum, cum dominus directus præferatur in retractu, vt in. l. 13. infra eodem sumpta ex. l. 74. Tauri, & sit regula iuris, si vincio vincentem te, à fortiori vincam te, capitu. autoritate Martini de concessione præbendæ in sexto, & in hoc est singularis doctrina Baldi in dicto capitulo quæ in ecclesiarum numero. 20. de constitutioni. & sequatium, sed tamen aliqui existimant, hanc reservationem domini vtilis videri in fraudem factam, quos refert Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 2. numero. 36. nihilominus tamen tene quod dixi, & est singulare. [ Quinta quæro, Petrus promisit dare Ioanni annuam pensionem seu censum perpetuum, quem imposuit super certo fundo, demum idem Petrus vendidit fundum Titio, an illum possit Ioannes reuocare, & an consanguineus Petri possit eum retractare? Respondeo reuocationi vel retractui locum non esse, quandoquidem per venditionem annui redditus super re propria venditoris constituti, non transfertur in emptorem dominium directum, sed hypotheca dumtaxat, seu pignoratatio pro securitate pensioris, iuxta. l. fundus quem ff. de annuis legatis prout in specie notat Speculator titulo de locato & emphiteusi. §. nunc aliqua, versiculo. 86. & 98. Didacus Castelli in. l. 74. Tauri in glossa magna columna. 4. versiculo ex quo vnum singulariter infero, & Ioannes Lupi in. l. 70. Tauri numero. 28. domi. Dida. Couarru. libro. 2. resolutionum capit. 11. numero. 5. in fine, quod assenerat procedere, etiam si in contractu adiectum sit, quod dominium directum in emptorem transferatur. Quandoquidem eiusmodi translatio potius fit ad tuitiorem annuæ pensioris solutionem, & ratione hypothecæ, quam veri domini translationis, quod non fuit venditum, nec precium aliquod pro eodem dominio datum, sed annuus redditus tantum venditus fuit super certo fundo constitutus, qui iuste fuit æstimatus. Atque ita censet domi. Dida. Couarru. in contractus istos fore interpretandos, ne passim concedatur tabellionibus conuentionum naturam verborum superfluitate corrumpere. [ Sexto quæro, quid in venditione census ab antiquo super re aliqua imposita, an sit locus retractui sanguinis? Et videtur, ei locum fore, admittatur quæ consanguineus ad eius annui redditus retractum, annui siquidem redditus inter immobilia computantur, vt in. l. si quis inquilinos. ff. de legatis primo

& in. l. i. iubemus nulli in principio, & ibi glossa in verbo annonas, & Bartolus, Baldus, Paulus Castrensis & alij. C. de sacrosanctis ecclesijs, & in. l. hac edictali. §. his illud, & ibi glossa Cynus & Baldus in vtraque lectione. C. de secundis nuptijs, & in. l. 1. quemadmodum. C. de agricolis & censitis. libro. 11. §. 1. versiculo si vult enim, & ibi Angelus, & rursus. §. vltimo, & ibi glossa in authentica de non alienandis, aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, & §. quoniam autem, versiculo si verò habet redditus, iuncta glossa in verbo redditus in authentica vt hi qui obligatas se habere perhibent res minorum, aut obligati sunt eis, textus expressus in Clementina exiui de paradiso. §. cumque annui redditus, de verborum significatione, cuius verba sunt, (cumque annui redditus inter immobilia censentur à iure), & id præterea voluit Speculator Ioannes Andreas, & Baldus in additionibus ipsius titulo de restitutione spoliatorum. §. nunc dicamus columna penultima, ibi sed adhuc contra prædictos, Zenzelin. in extranaganti, Ioannis. 22. incipienti ad conditorem, in principio in verbo mobilia, Federicus Senensis consilio. 12. columna. 2. Albericus in. l. mouentium in fine ff. de verborum significatione cum concordantijs à Tiraquello congestis de vtroque retractu, titulo. 1. de retractu Lignagier. §. 1. glossa. 6. numero. 4. & §. [ Ex quo inferit Tiraquellus ipse ibidem numero. 6. hos annuos redditus excusare à satisfatione, non secus ac possessionem immobilium, vt voluerunt Guillelmus de Cuneo, Raynerius, & Cynus in. l. sciendum in principio, & ibi quoque Bartolus ad finem, Baldus, Albericus, Angelus, & Recentiores. ff. qui satisfare cogantur, modo sint constituti super immobilibus, secus si sunt personales, vt probant doctores supra citati, & Tiraquellus dicta glossa. 6. numero. 11. l. sciendum, §. si fundus, versiculo diuersa, ff. qui satisfare cogantur iuncta. l. finali. §. vltimo. ff. de contrahenda emptione, redditus tamen, qui à fisco debentur, aut alijs ex publico, vt salarii iudicum vel eorum, qui sunt in Regum seruitio, redditusque ad vitam alicuius, etiam si super re aliqua immobili non sint constituti, excusant à satisfatione, secundum Fulgosiũ, Alexandrum, & Iasonẽ in dicta. l. sciendum. ff. qui satisfare cogantur hac ratione moti, quoniam fiscus vel resp. publica semper sunt soluendo. l. 2. ff. de fundo dotali, ibi, (quauis fiscus semper idoneus successor sit & soluendo) Tiraquellus de vtroque retractu, titulo. 1. de retractu Lignagier. §. 1. glossa. 6. numero. 14. Rodericus Xuares in. l. 2. titulo. 3. de los emplazamientos libro. 2. foro legum numero. 28. folio. 176. columna. 2. [ Inferit secundo, minorem sine decreto hos redditus annuos alienare non posse ex sententia Baldi in. l. 1. iubemus nulli sine decreto hos redditus annuos alienare non posse ex sententia Baldi in. l. 1. iubemus nulli sine decreto. C. de sacrosanctis ecclesijs, quod & voluit ipse Baldus consilio vltimo libro. 5. Alexand. Xx §. consi.

consil. 103. libr. 2. & consil. 179. in principio libro. 6. & consilio. 15. libro. 7. Barba. consilio. 22. columna. 2. libro. 3. Stephanus Bertrandus consilio. 283. colum. 1. libro. 3. & similiter ciuitas non potest hos annuos redditus vendere absque ea solemnitate, quæ in vendendis rebus ciuitatum immobilibus exigitur, vt in l. vltima, & ibi Bartol. & Ioannes de Platca. C. de vendend. rebus ciuitati. lib. 11. verum nec annui redditus ecclesiæ absque consueta solemnitate vendendorum bonorum immobilium eius distrahi poterunt. l. i. iubemus nulli, & ibi omnes scribentes. C. de sacrosanctis ecclesijs, Petrus de Ancharano & Imola in capitulo nulli de rebus ecclesiæ non alienandis. Infert etiam executionem sententiæ æque fieri posse in debitorem annuæ pensionis, ac in debitorem rei immobilis ex sententiâ Bald. in l. etiam num. 6. 7. & 8. C. de executione rei iudicat. quod singulare & menti tenendum esse asserunt Alexander numero. 4. & Iaso, numero. 1. in l. a diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudicata. item huiusmodi redditus annui eodem tempore vsucapiuntur, quo & bona immobilia secundum Baldum in c. de quarta columna. 1. de præscriptioni. ¶ Quæ omnia limitat idem Tiraquellus dicto libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 6. numer. 7. quoties redditus sunt perpetui aut certè ad longum tempus, seculi admodicum ex sententiâ Zenzelini in extrauagant. Ioannis. 22. incip. ad conditorem columna. 1. in verbo mobilium, & Baldus in l. hac edictali. §. his illud columna. 1. in nona lectura. C. de secundis nuptijs, idem voluerunt Alexand. numero. 9. in l. si constante. §. finali. ff. soluto matrimonio, & Iaso in l. sciendum numero. 23. versiculo. 2. limita. ff. qui satisfacere cogantur, Guillelmus Benedictus in repetitione capitu. Raynutius in verbo cetera bona numero. 8. de testamentis, cum concordant. a Tiraquello traditis dicta glossa. 6. numero. 7. & 8. Vbi id sublimitat, nisi esset eadem ratio in redditibus modici temporis, quæ & in perpetuis. Item licet redimi possent intra aliquod tempus vel simpliciter, non ex hoc desinunt esse perpetui, vt in l. sufficit vbi Iaso. addit concordantes. ff. de condict. indebi. glossa in capi. final. de solutio. Carolus Ruynas consilio. 82. numero. 3. libr. 2. Tiraquellus plures allegans libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 14. numero. 120. & latius libro. 2. §. 2. numer. 38. & sequentibus. ¶ His innixus rationibus, locum esse retractui sanguinis in annuis redditibus tenuit Ioannes Faber in §. vltimo prope finem instituta de duobus reis, dicens ex consuetudine locorum multorum Franciæ retractum habere locum in venditione reddituum generalium, Matthæus Afflictus in tractatu protomixeos in principio l. numero. 7. Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 6. numero. 3. attestatur de hoc esse consuetudinem expressam Niuernensium titulo de retractu lignagier. §. 18. Nihilominus tamen contraria sententia verior est, imo quod vendito censu antiquo, vel annuis redditibus, non sit locus retractui iuxta ius nostrum regium, quod voluit Ioannes Lupi in l. 70. Tauri numero. 30. 31. & 32. & Didacus Castellus in l. 74. Tauri glossa magna columna. 5. & 6. eo quod lex nostra sit exorbitans & odiosa, vt probat Tiraquellus libro. 1. de retractu in præfatione numero. 6. & sequen-

ti, cum ergo lex nostra loquatur de bonis verè immobilibus, non est extendenda ad annuos redditus vel census, qui non veniunt appellatione mobilium nec immobilium iuxta propriam eorum verborum naturam, sed tertiam quandam constituunt speciem, vt docet Panoritanus in capitulo nulli numero. 10. de rebus ecclesiæ non alienandis, quem sequitur Alexand. ad Bartol. in l. mouentium. ff. de verborum significatione, & Marianus Socinus in tractatu oblationum in 8. libello. 6. questione columna 2. versiculo sed iuxta prædicta: ratione reddetes quia nec tangi, nec palpari possunt, nec loco circumscribuntur, sed pro eis competit actio, quæ similiter nec mobilis propriè nec immobilis est, sed tertiam constituit speciem, vt plurimum autoritate probat ipse Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 7. numero. 9. & in propria specie annuorum reddituum, hoc idem voluit eodem. §. 1. glossa. 6. numero. 3. Ioannes Lupi in l. 70. Tauri numero. 32. Didacus Castellus in l. 74. Tauri glossa magna columna. 6. Largo tamen sumpto vocabulo, annui redditus rebus immobilibus adherentes, dicuntur bona immobilia, si verò mobilibus, dicuntur mobilia, vt ibidem resoluunt Ioannes Lupi & Didacus Castellus autoritate Bartol. in l. pater pupillis. ff. de administratione tutorum, atque ita intelligitur textus in Clementina exiui de paradiso. §. cumque annui redditus. ¶ Et idem erit in annuis redditibus redimibilibus cuiusdam debitis, quos si vendiderit, non erit locus retractui eisdem & fortioribus rationibus, vt resoluit ipse Didacus Castellus in dicta l. 74. Tauri glossa magna columna. 7. versiculo sed pone quod quis dedit fundum, domi. Dida. Couarru. libr. 3. resolution. capi. 11. numero. 5. versiculo his profecto, de quo plura congerit Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 6. numero. 15. & sequentibus. domi. Dida. Couarru. libr. 3. resolution. capit. 7. numero. 2. & deinceps, & Gregorius Lupi in l. penultima titulo 8. glossa magna partita. 5. ¶ Septimò quæro, quid si Petrus fundum vendidit Ioanni constituto mille & quingentorum aureorum precio, deinde cum pecunia careret emptor, ad illud soluendum conuenit inter eos, vt centum aurei quotannis Petro venditori soluerentur nomine census redimibilis super eodem fundo constituti, reservauitque sibi venditor dominium directum, donec census ab emptore Ioanne redimatur ad rationem vnus pro quindecim translato vtili in ipsum emptorem, vel ab initio fundus venditus fuit pro centum aureis quolibet anno soluendis, donec census redimatur ad rationem vnus pro quindecim, quod idem est, vtrum consanguineus proximior Petri venditoris possit fundum retrahere, onus illud census & pensionis assumere volens super eodem fundo, eisdemque conditionibus, quibus & Ioanni venditus fuerat? Et videtur, retractui locum non esse, quoniam vbi dominium tantum vtile transfertur in emptorem, manetque directum apud venditorem non est locus retractui, prout & in emphiteusi, & locatione ad longum tempus diximus supra hac eadem glossa numero. 10. & sequentibus, sed in specie proposita adest hæc clausula vt dire-

ctum

ctum maneat apud venditorem, & vtile transferatur in emptorem, donec census redimeretur, non ergo erit locus retractui, vel tunc ei erit locus, cum census fuerit ab emptore redemptus: quoniam tunc dominium vtile cum directo consolidatur & iungitur. ¶ Sed his non obstantibus contraria sententia verior est, imo quod consanguineus admittatur ad retractum, quoniam huiusmodi contractus non est emphiteusis vel census, sed purè venditionis habita fide de precio, donec emptor illud soluere voluerit, ita tamen vt interim pensio annua venditori præstetur in compensationem fructuum ex eo fundo ab emptore interim percipiendorum, quod licite fieri posse iuxta decisionem. l. curabit. C. de actionibus empt. docet domi. Dida. Couarru. libr. 3. resolutionum capit. 4. numer. 6. Nec me mouet pactio, qua dominium directum fundi venditori referuatur, donec pensio redimatur, quoniam verba impropria contractus non immutant eius naturam, maxime cum a notario-rum ignorantia procedant, & ipsa verba impropriantur, vt seruiant naturæ contractus, vt in l. si vno in principio versiculo sed si verbo. ff. locati & ibi notant glossa & doctores cum alijs a me traditis supra hoc libro titulo. 10. de donationibus. l. 7. glossa. 1. numero 11. & 12. & quæ dicam infra eodem. l. sequen. glossa. 14. numer. 6. & sequentibus. Videmus etenim in casu proposito, totum fundum eiusque dominium vtile & directum precio conuenio æstimatum, quid ergo sibi vult reseruatio illa dominij directi? nihil aliud, meo iudicio, nisi vt fundus venditus sit hypothecæ subnixus pro pensionis solutione, donec redimatur, & ita sensille domi. Dida. Couarru. arbitror, licet verba eius aliud præferre videantur, libr. 3. resolutionum capit. 11. numero. 5. ¶ Item alia ratione conuincitur hac in specie locum esse retractui, quippe cum si ei locus non esset, fieret passim legi nostræ fraus, siquidem emptor rem ad censum accipiens a domino sub pacto redimibilis pensionis, elanculum precium solueret, pensionemque redimeret, & ea cautela consanguineos a iure retractus excluderet, vt rectè aduertit Afflictus in tractatu protomixeos. §. 3. incipiente licet autem numero. 17. & 18. domi. Dida. Couarru. libr. 3. resolutionum capi. 11. numero. 6. versiculo. 4. Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 2. numero. 34. 35. & 37. Cassaneus in consuetudi. Burgundiæ titulo de retractu. §. le vendeur in princip. qui tamen in alia simili questione loquuntur, nempe, si ita facta fuerit venditio, ne dominium transeat in emptorem, nisi prius soluto integro precio, in qua videbatur non esse locum interim retractui per text. in l. cum manu fata. §. nemo. ff. de contrahenda emptione. Nemo, inquit ibi consultus, potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat: sed hoc aut locatio est, aut aliud genus contractus vel pignoris vel emphiteusis, vt ibi glossa, sed nihilominus ea in specie locum esse retractui, attestantur Afflictus Cassaneus & Tiraquellus in locis a me paulo ante citatis. Quia licet textus in dicto. §. nemo, dicat, quod ob dictum pactum desinat esse venditio, transeatque in alium contractum, hoc tamen intelligitur, quoties id pactum potest transfundere contra-

ctum ipsum in alium vtilem contractum, quod si per hoc pactum vitietur contractus, nec fit transfusio in alium, tunc pactum ipsum vitietur, & manet contractus validus, vt pulchre in alia simili specie declarat Paulus Castrensis consilio. 75. columna. 2. versiculo vel aliter libr. 2. & in specie hoc voluit Baldus in rubrica. C. de contrahenda emptione. 13. questione. Ioannes Andreas in additionibus ad Speculator. titulo de emptione & venditione. §. 1. columna. 4. in additione incipi. facile ergo erit, Panoritanus consilio. 66. columna. 1. libro. 1. per multa ab eo allegata, & iterum consilio. 69. ad finem libr. 2. Socinus consilio. 179. columna. 1. libro. 4. Fabianus a Monte de emptione & venditione. 7. questione principali columna vltima Decius consilio. 119. numero. 4. & consilio 440. numero. 1. Afflictus in tractatu de iure protomixeos. §. 3. incip. licet autem numero. 17. & sequen. & alij supra citati. Concludo igitur hac in specie locum esse retractui vel iuri congrui, quod idem est, & ita fuisse pronunciatum in consilio Neapolitano attestatur idem Matthæus Afflictus de iure. 338. numero. 8. Tiraquellus libr. 1. de retractu. §. 1. glossa. 2. numero. 34. 35. & 37. Cassaneus in consuetudinibus. Burgundiæ titulo de retractu. §. 10. in verbo le vendeur in principio. ¶ Octauo quæro, an retractus sanguinis habeat locum in feudis? & videtur locum non esse, ex eo quod in generali alienatione vel dispositione feuda non comprehenduntur; capit. generali, & ibi doctores, si de feudo fuerit controu. inter dominum & agnatum vas. capitul. 1. ad finem, & ibi glossa. & Cardinalis Alexand. primo notabil. de capita. qui curi. vendidit, Alexander consilio. 16. libr. 2. & consilio. 168. eodem libr. quod repetitur consilio. 20. libr. 5. Ludou. Gozadinus consilio. 26. numero. 51. Signorolus consilio. 218. Baldus consilio. 207. in fine libro. 2. Decius consilio. 139. & consilio. 389. ad finem. Quo fit, vt feuda non comprehendantur sub generali donatione bonorum, nec in generali hypotheca, nec in rescriptis simpliciter impetratis, nec in statuto de dote lucranda, nec sub dispositione. l. 1. & authentice præterea. C. vnde vir & vxor, nec authentice res quæ. C. communia de legatis. Nec comprehendit feudum generalis obligatio bonorum, nec continetur sub generali facultate legitimi mandati facultas legitimi mandati ad feuda, nisi id nuncupatim exprimat. Nec qui legitimitur ad succedendum, censetur legitimatus, vt in feudo succedat, nisi id nominatim sit expressum, nec in renuntiatione generali veniunt bona feudalia, nec in generali mandato, nec denique appellatione bonorum feuda comprehenduntur, vt latissimè pluribus ad id citatis authoribus probat insignis Tiraquellus libr. 1. de retractu. §. 1. glossa. 3. numero. 3. & pluribus sequentibus, Paulus Parisius consilio. 12. numero. 47. & 48. libr. 1. & numero. 60. & pluribus sequentibus. ¶ Verum contraria sententia verior est, imo quod consanguineus admittatur ad retractum bonorum feudalem, si cum licentia domini distrahantur, ex sententia Ioannis Fabri in §. 1. post principia instituta de emptione & venditione, cui consensit Cœpola consilio causarum ciuiliu. 44. & 47. Iaso. qui hoc multis rationibus

bus

bus confirmat consilio. 224. per totum libr. 2. Bald. ex  
 presse in tractatu protomixeos numero. 12. in fine,  
 & Afflictus eodem tractatu in principio legis nu-  
 mero. 7. versiculo item quæro an istud, per text. in  
 capitu. 1. §. sed etiam res, titulo per quos fiat inestitu.  
 Tiraquel. libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 3. numero. 10. &  
 11. vbi hoc maxime procedere attestatur inter Gallos  
 quibus feuda sunt ad instar bonorū hæreditariorum,  
 & veluti patrimonialia præsertim quoad eorum alic-  
 nationem, vt tradit Ioannes Faber in. §. vltimo insti-  
 tuta de assignatio. liberto. asseritque in regno Fran-  
 ciæ feuda comprehendere appellatione bonorum, pos-  
 sunt enim alienari, quare nimirum si feuda bona cen-  
 seantur patrimonialia, vt in simili voluit Anchæra  
 nus consilio. 125. columna penultima & planius De-  
 cius consilio. 386. columna. 2. versiculo & attenda di-  
 cta consuetudine, Tiraquellus dicta gloss. 3. numero  
 11. Nec apud Gallos tantum sunt feuda hæreditaria,  
 sed & apud alios quoque, vt est testis Sebastian. Nea-  
 podan. in consuetudine Neapolitana incip. & si testa-  
 tor in verbo disposuit & Matthæus Afflictus deci-  
 sione Neapolitana. 140. [ Ex quo infero ad Indo-  
 rum commendas regni huius, quæ vt plurimum feudis  
 comparantur, vt latissime probaui supra hoc libro  
 titulo. 10. de donationibus. l. 6. gloss. 2. numero. 12. &  
 pluribus sequentibus, si forte earum venditio permit-  
 teretur, admitteretur proculdubio proximior consan-  
 guineus vendentis ad eius retractum, maxime si com-  
 mendæ essent perpetuæ, censeantur enim bona pa-  
 trimonialia propter permissionem alienationis, vt dixit  
 Tiraquellus dicto. §. 1. libr. 1. de retractu gloss. 3. nu-  
 mero. 11. cum his quæ dixi numero precedenti. [ No-  
 no quæro, an in venditione vsusfructus locus sit re-  
 tractui sanguinis? Et si vsusfructus est rei immobi-  
 lis locum esse retractui asseuerat Afflictus in tracta-  
 tu protomixeos in principio legis numero. 5. Cassia-  
 neus in consuetudinib. Burgundie titulo de retractu  
 §. 1. in verbo son heritage columna. 2. versiculo quæ-  
 rit ulterius idem numero. 14. & Ferroni. in consuetu-  
 dini. Burdegalensi. titulo de retractu. §. 25. & Paulus  
 Parisius consilio. 83. numero. 8. libro. 3. Mouentur ex  
 eo, quod vsusfructus est pars fundi, atque ideo immo-  
 bilis esse censetur, vt in. l. 4. ff. de vsufruct. vbi inquit  
 iurisconsultus, vsusfructum in multis casibus par-  
 tem esse dominij, & in. l. qui vsusfructum. ff. de ver-  
 borum obligationib. vbi, qui vsusfructum fundi sti-  
 pulatur, similis est ei, qui partem fundi stipulatur cū  
 alijs à Tiraquello congestis libro. 1. de retractu. §. 1.  
 gloss. 7. numero. 56. & quomodo id intelligatur, vltra  
 doct. r. in dicta. l. qui vsusfructum, dixi latè in sty-  
 lo cancellariæ titulo. 3. cap. 1. §. 26. gloss. magna nume-  
 30 36. & sequent. [ Conferet etiam quod Bartol. docet  
 in. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucapionibus, dicens  
 vsusfructum inter immobilia connumerari per. l.  
 corruptionem. C. de vsufu. idem voluit Albericus  
 in. l. mouentium in fine. ff. de verborum significatio-  
 ne, & Alexander ad Bartol. in. l. iubemus nulli in  
 fin. principi. per textum in ea ipsa. l. §. vltimo. C. de sa-  
 crofanctis ecclesijs. l. vltima in fine. C. de præscriptio-  
 ne longi temporis. l. sept. C. de seruitutibus & aqua,  
 facit lex. 3. §. nec vsusfructus. ff. de rebus eorum, vbi

nec vsusfructus pupilli alienari potest sine decreto,  
 quod in rerum immobilium alienatione requiritur,  
 Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. gloss. 7. numero.  
 32 57. [ Verum his minime obstantibus, contraria  
 sententia verior est & receptior, non enim est lo-  
 cus retractui in venditione vsusfructus, vsus, vel ha-  
 bitationis, cum ea iura sint incorporalia, atque  
 ideo non sunt proprie mobilia nec immobilia, vt vo-  
 luit Baldus in. l. 1. §. sciendum de feudi cognitione, Lu-  
 cas de Pena in. l. vltima colum. 2. C. de vendendis  
 rebus ciuitatis libr. 10. vbi expresse asserit vsusfru-  
 ctum, rem mobilem nec immobilem esse, sed neu-  
 trum aliquid per se existens, vt sunt cætera iura,  
 quod etiam asseuerat Corneus consilio. 147. colum-  
 na. 2. versiculo, his tamen non obstantibus libro. 4.  
 Tiraquellus libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 7. numero.  
 33 58. [ Idemque est in alijs iuribus & actionibus, quip-  
 pe quæ licet bona dicantur, constituunt tamen di-  
 uersam bonorum speciem à mobilibus & immobili-  
 bus, non enim proprie appellari possunt bona mo-  
 bilia vel immobilia, vt in. l. à diuo Pio. §. in vendi-  
 tione. ff. de re iudicata, & in. l. quam Tuberonis. §. in  
 peculio. ff. de pecul. ibi, res mobiles, & soli, & ibi,  
 hoc amplius, nomina debitorum, & ita doctor. an-  
 tiqui tradebant, vt refert Bartolus in. l. potest. ff. de  
 autoritate tutor. & in. l. mouentium, & ibi latè Al-  
 bericus. ff. de verborum significatione, & hæc est re-  
 cepta theoricæ, vt attestatur Alexander in dicto. §.  
 in venditione. 1. notabili, & in. l. 1. numero. 9. ff. de vul-  
 gari, & consilio. 45. numero. 8. libro. 1. & consilio. 24.  
 libro. 6. Aymon Sauilianus consilio. 213. ad finem,  
 Guido Papæ questione. 291. Decius in. l. 1. secunda le-  
 ctione numero. 8. ff. si certum petatur, & consilio.  
 414. numero. 11. Panormitanus in capitul. nulli. nu-  
 mero. 9. de rebus ecclesiæ non alienandis, Antonius  
 Negulantius de Fano de pignoribus secunda parte  
 secundo membro numero 9. latissime Tiraquellus li-  
 bro. 1. de retractu. §. 1. gloss. 7. numero. 9. vbi refert Ia-  
 so. in pluribus locis hoc extollentem, aliosque in-  
 numeros doctores, & licet eos dicat in hoc varia-  
 re, hæc tamen est recepta sententia, & quidem ver-  
 rior teste Ario Pinelo in rubrica. C. de bonis ma-  
 ternis prima parte numero. 24. vbi hoc idem esse ex  
 communi vsu attestatur autoritate Oldraldi &  
 Alberici in dicta. l. mouentium. ff. de verborum  
 34 significatione. [ Ex quibus hanc sententiam sequi-  
 tur Alexander consilio. 52. columna vltima versicu-  
 lo. 3. moueor & sequen. libr. 1. Tiraquellus dicta glos-  
 7. numero. 60. & 61. domi. Didac. Couarru. libro. 3.  
 resolutionū capitul. n. numero. 4. Montalius in. l. 13.  
 titulo. 10. in gloss. magna columna. 11. in fine. libro. 3.  
 fori, quod & sentiunt doctores nostri in dicta. l. 1.  
 70. & 74. Tauri, & hoc probat plane Tiraquellus  
 dicta glossa. 7. numero. 60. & 61. hos casus enume-  
 rans, aut enim, inquit, vsusfructus venditur ipsi pro-  
 prietario, & tunc consanguineus retrahere non po-  
 terit, quandoquidem vsusfructus non est amplius  
 in rerum natura, sed suppressus ac extinctus per  
 consolidationem, §. vltimo instituta de vsufructu,  
 sicut & seruitus consolidatione extinguitur, vt in. l.  
 si tibi homo. §. fin. ff. de legatis primo cum similibus,  
 ideo

ideo quod funditus sublatum est, reuiuiscere ne-  
 quit, institui autem denuo rem peremptam posi-  
 bile est, sed non est iam eadem res cum ea, quæ perijt  
 sed longe diuersa, vt in. l. qui res. §. arcam. ff. de so-  
 lu. l. si nauis. ff. de reiuendicatio. cum ergo vsusfructus  
 sit per consolidationem confusus lūi à consanguineo  
 non potest, sed tanquam re perempta emptor libera-  
 tur ab statuti necessitate. l. quod te mihi. ff. si certum  
 petatur, & hoc ante Tiraquel. voluit Ferroni. in  
 consuetudin. Burdegalen. titulo de retractu. §. 25. ver-  
 siculo sed tamen. Aut verò commoditas vsusfructus  
 venditur alteri quam proprietario, iuxta textum in  
 l. necessario. §. vltimo. ff. de pericul. & com. rei vendi-  
 te, nam vsusfructus ipse extraneo vendi non po-  
 test. l. si vsusfructus. ff. de iure dotium, & Tiraquel.  
 ipse latius probat libro. 1. de retractu. §. 26. gloss. 1. nu-  
 mero. 43. aut si dominus super proprium fundum al-  
 teri vsusfructum concedat precio accepto, his nan-  
 que casibus, non credit Tiraquel. locum esse retra-  
 ctui. Quod verum esse censeo, lex siquidem nostra  
 in rebus immobilibus tantum procedit: sed commo-  
 ditas vsusfructus mobilis esse censetur, quare cum  
 exorbitans sit & odiosa, & contra ius extendi non de-  
 bet, vt dixi supra numero. 14. in fine, & colligitur  
 35 ex commentis. l. 70. & 74. Tauri. [ Decimo quæro,  
 dominus directus seu proprietarius fundi vendit vsu-  
 fructuario proprietatem, an consanguineus vendi-  
 toris proprietatem ipsam possit retrahere? & an si-  
 mul cum proprietate retrahat vsusfructum? & vide-  
 tur retrahere posse proprietatem, de quo nullus du-  
 bitat, & vsusfructus cedit proprietati, ex quo semel  
 fuit extinctus per consolidationem seu confusio-  
 nem, vt in. l. si fructuarius. ff. de vsufructu. quemadmo-  
 caue. Quare amplius reuiuiscere non potuit, vt in. l.  
 Meuius. §. duobus ibi, nec postea parte alienata re-  
 uocare actionem semel extinctam. ff. de legatis. 2. l.  
 qui res. §. arcam. ff. de solutio. & in specie est textus  
 in. l. si tibi. ff. quib. mod. vsufruct. amitta. & in. l. is cu-  
 ius in seruo. ff. de legatis secundo. Item quia vsufru-  
 ctuarius emendo à proprietario, ei videtur consenti-  
 re. l. cum pater. §. libertis, & ibi Bartol. penultima  
 questione, & Inola. ff. de legatis. 2. & l. Titius in prin-  
 cipio. ff. quibus mod. pigno. vel hypo. solui. cum  
 concordant. à Tiraquello congestis in legibus con-  
 nubialibus gloss. limitatione. 3. ex quo ius illud vsu-  
 fructus remissille videtur. l. si debitor. §. 1. & l. sicut  
 36 §. venditionis. ff. quibus mod. pignus vel hypote.  
 solui. [ Item quia vsusfructus ad eum casum per-  
 venit, à quo incipere non potuit, cum rei suæ nemo  
 possit esse vsufructuarius. l. vti frui in principio. ff.  
 si vsufruct. peta. ergo finitur. l. pluribus. §. & si pla-  
 ceat & l. existimo. ff. de verborum obligationibus  
 cum similibus. [ Item quia res semel liberata est  
 37 ab onere vsusfructus, nunquam ergo in illud reci-  
 det, nisi nouo consensu. l. vltima. C. de remissio. pi-  
 gnor. vbi est casus mirabilis, quod in hypotheca  
 generali omnium bonorum presentium & futuro-  
 rum non venit res semel ex consensu creditoris alie-  
 nata, licet ad debitorem ex alia causa redeat. Ex  
 quo infero domi. Dida. Couarru. libro. 3. resolutio-  
 nū capit. 12. numero. 1. in fin. quod donatio omnium

bonorum presentium & futurorum valet reserua-  
 to vsufructu ex Alexand. sententia in. l. stipulatio  
 hoc modo concepta numero. 18. quem ibi sequitur.  
 Iaso numero. 10. versiculo. 2. ff. de verborum obliga-  
 tionib. A retinus consil. 54. numero. 2. Iacobinus de  
 Sancto Georgio in. l. vltima numer. 39. & ibi Alciat.  
 C. de pact. Nec veniunt fructus in donatione futuro-  
 rum, prout obijciebat Decius in. l. final. nume-  
 ro. 32. opinionem Alexand. improbens. C. de pactis  
 quia ab initio excepti sunt. Et postquam consen-  
 tiente donatario fructus à donatione excepti sunt  
 & alienati, licet postea redimantur, & querantur, in  
 bonorum futurorum donationem non includen-  
 tur argumen. dict. l. vltimæ. C. de remissio. pignor.  
 38 [ Quibus ad stipulatur, quod filius, qui per matrimo-  
 nium liberatur à patria potestate ex statuto vel le-  
 ge (prout lege Taurina supra hoc libr. titulo. 1. de ma-  
 trimonio. l. 8. sumpta ex. l. 47. Tauri, statuitur, ) soluto  
 matrimonio morte vxoris non reuincit in potesta-  
 tem patris, quod latè disserit Tiraquel. de legibus  
 connubialibus gloss. 1. questione. 4. hæc opinio fuit  
 Guillem. de Cun. in. l. si maritus. C. de inofficio. testa-  
 men. dixi supra hoc libr. titulo. 1. de matrimonio. l. 8.  
 39 gloss. vltima in fine. [ Contrariam tamen senten-  
 tiam, quod consanguineus proprietatem tantum re-  
 trahat, nec emptor amittat vsusfructum, quem an-  
 tea habebat, obseruant plerique nempe Cynus An-  
 gel. & Paulus Castrensis in dicta. l. si maritus. C. de  
 inofficio testamento, Bald. in tractatu protomix-  
 eos numero. 7. & Matthæus Afflict. eodem tracta-  
 tu in principio legis numero. 40. incip. item quæ-  
 ro vsufructuarius, & Franciscus Cremen. singu-  
 lari. 57. & Hieronymus Cagnoli, qui & hoc ex-  
 tendit ad retractum conuentionalem, quod multo  
 plus habet dubij in. l. 2. 26. questione. C. de pact. in-  
 ter emptorem & venditorem, & Boerius in con-  
 suetudinibus Vitericensibus titulo de retractu. §. 3.  
 columna penultima, versiculo sed quærit vnus, An-  
 dreas Tiraquellus libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 7. nu-  
 mero. 65. 69. & pluribus sequentibus, Montalius in  
 l. 13. titulo. 10. libr. 3. fori glossa magna columna. 22.  
 questione. 1. domi. Dida. Couarru. libr. 3. resolutionū  
 capit. 11. numero. 7. Antonius Gomez in. l. 70. Tauri  
 numero. 34. quibus libenter accedo. Probatur  
 primo hæc opinio per textum in. l. dominus. ff. de  
 vsufructu, vbi vsufructuarius, cui proprietatem fan-  
 di legata est, & fundum ex legato possedit, si testa-  
 mentum quærela inofficiosi testamenti rescissum est,  
 atque ideo fundum coactus est restituere, non ob-  
 id vsusfructum amittit, Est etiam optimus tex-  
 tus à Tiraquello citatus dicta glossa. 7. numero. 69.  
 in. l. à liberto. ff. de bonis libertorum, vbi vsufru-  
 ctuarius proprietate acquisita ex testamento, quod  
 per contra tabulas rescinditur, non amittit vsufru-  
 ctum, licet virtute testamenti iam possiderat  
 proprietatem, & sic consolidata fuerat cum vsufru-  
 ctu, confert etiam text. in. l. legatum est. §. vltimo  
 ff. de legatis primo, vbi fundus legatus talis præ-  
 stari debet, qualis relictus est, vnde siue ipse fun-  
 dus alteri fundo hæredis seruitutem debuit, si-  
 ue ex contrario, licet confusione dominij,  
 seruitus



40 seruitus extincta fuit, pristinum ius ei restituendum est. [ Ex quo Tiraquel. ipse dicit. gloss. 7. nume. 70. & sequent. regulam expendit, quod ubi dominium que situm est reuocabiliter alicuius rei, que sibi antea debebat seruitutem vel quid aliud, quod propter dominij acquisitionem confusum est & extinctum, amissa proprietate seu dominio, saluum manebit ius pristinum. Hinc infert ipse, quod licet rei sue pignus siue hypotheca consistere non possit. l. si rem alienam. 2. ff. de pignora. actio. l. nec pignus. ff. de regul. iur. sicuti nec usufructus, vt diximus supra numer. 36. id tamen intelligitur, cum res est irreuocabiliter siue incommutabiliter acquisita: secus si reuocabiliter, nam tunc reuocata non videtur a vinculo pignoris vel ab onere usufructus discessisse. l. penul. §. Latinus & ibi Pet. Iacob. Raue. Cyn. & Bar. ff. de except. rei iudi. l. debitor & ibi idem Barto. Paul. & Alexand. ff. ad Trebelli. l. 1. & ibi Iaco. de Aren. Cyn. 3. oppos. Ioan. Fab. & Bald. ad fin. C. si antiquior creditor, Alexand. consil. 2. libr. 1. Angel. consil. 208. in fin. Aretin. consil. 139. num. 14. vers. 2. hoc probatur Socin. consil. 170. nume. 5. vers. sic. non obstat secundum, libr. 2. Deci. in l. neque pignus. 1. notabi. ff. de regul. iur. Math. Aff. dicit. decisio. Neapolita. 8. nume. 1. & decisio. 16. nu. 3. & 4. cum concordant. a Tira. traditis dicit. glo. 7. nume. 70. [ Infert etiam idem Tiraquel. numer. sequent. quod cum quis acquirat dominium fundi sibi seruientis irreuocabiliter, confunditur seruitus, nec amplius reuiuiscit l. si communi, & ibi notatur. ff. de seruitu. rustico. prædio. At si reuocabiliter non extinguatur, aut certe restituitur. l. legatarius & ibi Imol. & Franc. de Aretio & Iaso. §. notab. ff. de legat. 1. & Alexand. consil. 69. in fi. libr. 5. & facit. l. si ei. ff. commu. prædio. & l. Papinianus. ff. de seruitu. Idemque esse ait in actionibus aditione hereditatis confusis, quod restituuntur amissa hereditate, etiam culpa hæredis, modo dolus absit, vt in l. propter veneni. §. neptis, & ibi Barto. Bald. Angel. & alij. ff. ad Sillani. l. heresem, vbi etiam Barto. ff. de his quib. vt indig. l. eum qui. §. vltimo. ff. de inofficio. testamen. l. eum bonis. §. 1. ff. de acquirend. heredita. l. si maritus. C. de inoffi. testamen. [ His simile est, quod licet rei sue nulla sit emptio, vt in l. sue rei. ff. de contrahen. emptio. aut stipulatio, vt in l. nemo rem suam vtiliter & l. nemo rem suam futuram & l. si rem meam & l. existimo. ff. de verbo. obligatio. id tamen procedit in re perfecte & irreuocabiliter sua, alioqui si ab eo aliquo remedio euinci possit, secus est vt de emptione est text. in l. cum res, & ibi glof. Bal. & Salice. vterque in epitome eius legis. C. de contrahen. emptio. Petr. a Belaperti. & Paul. Castren. in l. huiusmodi. §. qui seruum in fin. & ibi quoque Alexand. col. 1. ff. de legat. 1. Carol. Ruyn. consil. 164. num. 4. libr. 1. & consil. 148. nume. 7. libr. 2. & consil. 66. numer. 8. libr. 4. De stipulatione autem hoc voluit Aretin. in dict. l. existimo col. 1. vers. 2. limitatur. ff. de verbor. obligatio. Tiraquel. libr. 2. de retract. §. 2. glof. vnica nume. 12. Et idem in donatione rei sue, respondit Carol. Ruynus consil. 20. nume. 3. libr. 1. & in conductione & datione in emphiteusim idem consuluit ipse idem Ruy. consil. 144. libr. 1. Tiraquel. dicit. nume. 12. vbi & nume. 13. probat rem suam, sed reuocabilem posse quen-

ulti. in fine. C. communia de lega. Quemadmodum nec debetur gabella ex contractu nullo, vt asserit Bald. in d. l. vlti. §. sin autem & ibi quoque Balan. d. §. sed quia num. 4. Paul. Cast. num. 7. ad medium, Corne. nume. vlti. in fine & Iaso. num. 9. C. communia de lega. Bal. in l. non dubium. 2. notab. & ibi Fulgo. & Iaso. num. 9. C. de legib. idem Bald. & Salicet. in l. 2. C. de cunctis Ange. in l. Marcellus. §. res quæ col. 1. ff. ad Trebellia. Roman. consilio. 78. Iacob. de Bellovisu Albarot. & Card. Alexandri. in. ca. 6. si quis fecerit argallus text. titulo quo tempo. miles, Barba. in l. 1. §. si quis ita col. 3. ff. de verbo. obligat. & in l. si quod aurum col. pen. cod. tit. & consi. 35. lib. 4. Alexan. consi. 104. numer. 5. li. 1. & cons. 36. nu. 5. & 8. li. 4. Franc. de Arret. cons. 128. nu. 8. Firmia. in tract. gabellarum in. 3. part. 8. partis princ. q. 5. Felin. in. ex tenore nu. 7. de recrip. vbi plura cūmular, l. si in. 1. 1. Nerva nu. 7. ff. de acqu. posse. Decim. l. edita nu. 37. C. de edendo Marfil. in l. vltim. nu. 2. ff. de quæstio. Fran. Ripa in l. 4. §. cōdemnatum nu. 6. ff. de re iudi. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 2. nu. 7. & iterum lib. 2. §. 6. glo. 2. nu. 5. & 19. [ Item si contractus resoluitur ex pacto legis commissorie, vel additionis in diem verbis directis in ipso contractu, vel paulo post contractum appositis, vt si dicat res sit inempta vel infecta, eo quod in his pactis transit dominium in veditorem ipso iure absque vlla traditione, quia contractus adueniente conditione ipso quoque iure resoluitur. l. si quis hac. ff. de reuend. l. vlti. ff. de lege commissio. l. commissorie in verbo vendicare. C. de pact. int. empto. & vendito. nota nt. glossa. & docto. in l. traditionibus. C. de pact. Bal. Salic. & alij recentiores in l. ab emptione. ff. de pact. cum concordant. à Tiraquello congestis libro. 2. de retractu. §. 1. glo. 7. num. 3. 4. 5. & 16. Alexan. attestatus hanc commanem cons. 10. lib. 1. Corne. consi. 56. ad fin. libro. 1. & consi. 102. lib. 2. Iaso. in l. ab emptione nu. 16. & 17. ff. de pact. Secus, si pacta huiusmodi non fiat verbis directis, sed obliquis, vel etiam dubijs, vt si vtantur verbo reuertatur, redeat, pertineat, & similibus, tunc etenim ex huiusmodi pactis non transfertur dominium ipso iure in veditorem, sicut nec in pacto de reuendendo, vt voluit glossa. notabilis in l. 1. in verbo mortis causa in fine, & ibi etiam Bart. Ange. Paulus Castrensis & alij. ff. de donatio. Guillel. de Cun. Bal. Salic. Paul. & Iaso. numero. 7. in d. l. ab emptione. ff. de pact. Alexand. d. consilio. 10. libro. 1. Thom. Parpal. in l. 1. col. 3. ff. soluto matrimonio, Ferdinan. Loaz. & Ioann. Crotus in repe. l. filiusfam. §. diui. ff. de lega. 1. Cassane. cōf. 33. numero. 5. Tiraq. lib. 2. de retractu. §. 1. glo. 7. num. 17. Anto. Gomez tom. 2. variarum resolutio. de contractibus. c. 2. numero. 30. vers. sicule item adde. Ex venditione igitur cū huiusmodi pactis verbis directis in ea appositis non debetur laudemium, nec gabella, secus si obliquis, vt Tiraquell. resoluit lib. 2. de retractu. §. 6. glo. 2. numero. 19. que sententia mihi appiaudet, licet contrarium vulerit Antonius Gomez. d. c. 2. numero. 31. [ Vbi autem resoluitur venditio ex pacto de reuendendo etiam in ipso contractu appositō, vel confessum post, vt inesse videatur, & tunc debentur laudimia ex prima venditione, que pura fuerat non obstante eo pacto, etiam si fiat verbis directis, ob

ob eamque emptor lucratur fructus, & potest rem al-  
teri cedere, & eius dominum transferre, sed aliud lau-  
demium non debetur ex reuenditione, vt supra num.  
14. & 16. ita Bertran. consi. 45. dubio. 2. libr. 1. Carolus  
Moline. in consue. Parisien. tit. 1. §. 23. num. 26. Tiraq.  
lib. 2. de retra. §. 6. glo. 2. num. 19. & §. 2. glo. 1. num. 34.  
& sequ. vbi hoc multis probat rationibus, & Alexā.  
d. consi. 10. per totum lib. 1. [ Sin autem discedatur à  
venditione ex pacto de reuendendo ex interuallo ap-  
posito, aut etiam sine eo pacto sponte, tunc dupli-  
cia debetur laudimia, ex veditioe vnū, ex reueditio-  
ne alterū. Duplices enim sunt hac in specie veditioes  
et cōtractus, & duplex etiā gabella debetur ex statu-  
to solui gabellā præcipiente ex quolibet contractu,  
prout in d. l. 1. tit. 17. de gabellis infra lib. 9. continetur  
Ex prima venditione nulli dubium, cum ea perfecta  
fuerit, ex reuenditione etiam constat deberi, quando  
quidem emptor per venditionem puram absque pa-  
cto reuendendi aut aliter distrahendi factam, & tradi-  
tione roboratam, aut si pactum appositum fuerit, per  
lapsum temporis ei præstituti, fuerit factus dominus  
irreuocabiliter, quapropter spontaneus vltroque  
ab eo contractu discessus vim habet alterius nouæ vē-  
ditionis, ex qua nimirum si alterum debeatur laudem-  
mum, alteraque gabella, ex sententia Guill. de Cun.  
Alberi. Ang. & Pauli Castren. in d. l. ab emptione. ff.  
de pact. idem voluit Bald. in l. 3. §. contrarium. ff. de cō-  
tract. actio. tutel. Ange. consilio. 94. num. 8. versu. vidē-  
dum igitur, Firmia. de gabellis. §. part. prin. q. 5. & 8.  
part. prin. 3. par. q. 14. vbi addit concordā. & Tiraq.  
lib. 1. de retra. §. 1. glo. 2. num. 39. Si vero nōdum erat  
traditio facta, cum discessus fuerat à contractu, debe-  
tur gabella ex contractu, sed non ex distractu, vt Ant.  
Gomez probat de contractibus. cap. 2. numer. 31. nisi  
fiat discessio in continenti, quia tunc non debetur ga-  
bella ex veditioe, nec ex resolutione. [ Non enim li-  
cet ex interuallo discedere à contractu in præiudiciū  
eius, cui ex eo fuerat ius quaesitum, vt in l. quidam in  
testamento in principio & l. rogo. ff. de fideicommiss.  
liber. vbi si ex dispositione testatoris seruo competit  
libertas ob venditionem ipsius ab hærede factam, ea  
adhuc competit, etiam si hæres postea redemerit. l. 1.  
§. si rem depositam. ff. de posi. vbi si rem depositam vē-  
diderit depositarius tenetur de dolo propter vendi-  
tionem, licet postea redemerit, quoniam semel dolum  
commissit, cum vendidit, cum concord. ibi, & in d. l.  
quidam in testamento ab accursio adductis. [ Qui-  
bus confert, quod si emphiteuta aut vasallus aliena-  
uit emphiteusim, aut feudum in scio domino, quamuis  
iterum redimat mutuo consensu ipsius & emptoris,  
non tamen ob id perdit dominus ius recuperandi feu-  
dum aut emphiteusim, quod acquisierat per ipsam vē-  
ditionem, nisi redimat ex pacto in venditione appo-  
sito, vt voluit Specula. in titulo de locato. §. nunc ali-  
qua versiculo. 96. vbi multa iura allegat, Bart. in l. 4.  
§. item Labeo in fin. ff. de vfucapioni. Albericus in l.  
quidam testamento. ff. de fideicommiss. liber. & alij plu-  
res quos congerit Alexander. in l. si à me. ff. ad. l. Fal-  
cid. Cardi. Alexandr. in capit. 1. §. hoc quoque titulo  
de successio. feudi, Iaso. in l. vltim. 20. quaest. C. de iure  
emphiteu. Curtius Senior consilio. 64. ad fin. Decius

consilio. 88. num. 2. & consilio. 160. num. 6. Tiraq. lib.  
2. de retractu. §. 1. glo. 7. num. 4. & §. 5. & num. 19. vbi ci-  
tat text. expressum in cap. 1. vbi etiam Bal. & alij tit.  
quid iuris si post aliena. feudi vasal. id recupera. [ Hac  
igitur in specie vbi veditio pure celebrata est absque  
aliquo pacto reuendendi, vel eo ex interuallo apposi-  
to, vel si tempus ad reuendum constitutum elap-  
sum fuerit, licet postea contrahentes mutuo consen-  
su ab emptione discedant, non impeditur ius retra-  
ctus cōsanguineo primi venditoris, vbi res vendita  
fuerit emptori tradita ante discessum, vt censuit Ioā.  
Fab. in §. 1. insti. de empti. & vendi. Math. Affli. in tra-  
cta. protomixeos. §. 6. num. 12. Tiraq. lib. 1. de retractu.  
§. 1. glo. 2. num. 52. & iterum lib. 2. §. 1. glo. 7. num. 18. &  
23. vbi aliorum refert distinctiones & opiniones, sed  
hæc verior est, & receptior. Consanguineus item em-  
ptoris sponte ab emptione discedentis poterit simili-  
ter retrahere ab ipso primo venditore, cum nouus sit  
contractus venditionis hæc discessio, vt contra Pau.  
Castr. conf. 74. ad fi. lib. 2. resoluit idem Tiraq. libr. 1.  
retractus. §. 1. glo. 2. nu. 38. & 39. Dicit tamen nu. 40.  
quod consanguineus prioris venditoris, qui postea re-  
demit, admittendus est ad retractum prioris venditio-  
nis, & consequenter posterioris, quia scilicet à priore  
discessum est. Quod tamē intelligit, si nondum tran-  
sactum fuerit tempus redimendi, & sic præferretur in  
retractu consanguineo emptoris, cui ius fuit quaesitum  
ante discessum, id quod hoc in regno contingere non  
potest propter breuitatem temporis retractus nouem  
dumtaxat dierum. [ Sed quid si emptor nondum  
soluerat domino directo laudemium, an illud posset  
dominus exigere à consanguineo, qui rem retraxit,  
& eum in ius vocare? Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 29. gl.  
2. num. 2. & seq. asseuerat, dominum agere posse aduer-  
sus consanguineum, qui retraxit, imo quod non po-  
test ab emptore exigere, quippe qui damnum pati nō  
debeat ex huiusmodi venditione necessaria, quā hac  
lege cogente facit inuitus. l. 1. C. de insti. & substit.  
sub condi. fact. l. cum à matribus. C. qui petant tuto-  
l. si dictum. §. si compromisero in ratione sui. ff. de  
euctio. l. qui autem. §. apud Labeonē. ff. que in fraud.  
cred. c. vlt. & ibi glo. in verbo inuita. §. distin. Sic &  
aliàs cum fit cuiuspiam rei translatio de vna persona  
ad aliam, id fit cum omnibus eiusdem oneribus. l. le-  
gatum sub cōditione in principio. ff. de adimē. lega.  
l. legatū. ff. de cōd. & demonstra. l. Cayo in princi. ff.  
de alim. & cib. leg. & ibi cōcord. in glo. [ Nec oberit  
si quis dicat eadem laudimia posse emptorem à con-  
sanguineo, qui retraxit, repetere, quoniam satius est  
multo non soluere, quā pecuniam solutam ab alio  
repetere, vt in l. si cui legetur. §. si Ticio & ibi Areti.  
§. notab. ff. de lega. 1. & in l. si debitor in fine. ff. de li-  
bera. lega. & in l. si stipulatus es. ff. de fideiussor. vbi  
ita scribitur, interest eius pecuniam retinere potius  
quā solutam repetere, & in l. postulante in princi-  
pio. ff. ad Trebellian. ibi, Pecuniam retinere maluit  
quā petere. Estque potissima ratio, quia fortē con-  
sanguineus non erit soluendo, aut erit litigiosus & à  
quo vix & nisi cum maximo certamine & detrimen-  
to emptor ius suum consequi possit, aut aliàs

erit conuentu difficilis, de quo in l. 2. ff. qui sati. co-  
gan. [ Item quia prior contractus censetur resolu-  
tus per retractum à consanguineo factum, quatenus  
ad primum emptorem spectat, quemadmodum cum  
contractus resoluitur ex lege in eo ipso apposta, iux-  
ta notata ab Accursio & doctor. in l. ab emptione. ff.  
de pact. à Tiraquell. libro. 2. de retractu. §. 1. glossa. 7.  
numero. 4. & sequenti. & tum potissimum cum per  
retractum fingatur, emptorem retro non acquisisse,  
vt censet Albericus. 1. part. statutorum quaest. 95. arg.  
l. in diem. §. vltimo. ff. de aqua plu. arcen. & l. lex ve-  
tigali. ff. de pigno. Cum igitur primus emptor sit li-  
beratus à laudemio, id exigit dominus à consanguineo  
retrahente, in quem contractus transfusus est  
& translatus, vt loquitur Bald. in hac specie in l.  
vltim. §. sed quia nostra columna. 1. C. commun. de  
legat. & facit quod in simili tradit Paulus Castren-  
sis consilio. 74. columna. 3. versiculo concluditur er-  
go, libro. 2. Tiraquell. libro. 1. de retractu. §. 29. gloss.  
2. numero. 5. [ Vltius quero, quid si emptor erat cle-  
ricus, & sic immunis à gabella, an eius consanguineus  
retrahens eam soluere teneatur fisco, vel primo  
emptori clerico? Et quod eam restituere non tenea-  
tur ipsi clerico probatur ex eo, quod sua nihil interit,  
nullam ergo habebit actionem pro eo, quod sua non  
interit. l. vlti. secundū secundā lecturam. C. de fructi.  
& lit. ampen. quod voluit Bald. in l. neque. C. de ha-  
red. insti. & in tracta. protomixeos numero. 13. vbi  
ita dixit se consulisse. Albericus. 1. part. statutorum  
quaest. 94. & Fabian à monte in tracta. de emptio. &  
venditione. 8. quaest. prin. colum. 2. versicul. 5. eticetus  
& Ioann. Igne. in repeti. l. dudum cartha. penul. versu.  
ad extensionem. C. de contr. emptio. vbi multa alle-  
gat, & Hiero. Cagno. in repe. l. 2. in 25. quaest. versu. 2.  
pro ista parte. C. de pact. int. emp. & vend. Montal. in  
l. 13. glossa magna columna. 11. titu. 10. lib. 3. fori Cyfon.  
hanc dicens communem in l. 70. Tauri prope finem.  
Ferroni. in consuetu. Burdegal. tit. de retractu. §. 20. &  
Carol. Moline. in consuetu. Parisien. titu. 1. §. 15. nu-  
mero. 5. Vbi similiter decidit vltimam nostræ questio-  
nis partem, dicens consanguineum retrahentem non  
esse immanem à solutione laudemij vel gabellæ, laude-  
mum liquidem domino, & gabellam fisco soluere tene-  
bitur: licet non ipsi clerico aut alij priuilegiario,  
quod verum esse asseuerat Tiraquell. libro. 1. de retra-  
ctu. §. 29. glossa. 4. numero. 3. [ Incidit hic alia questio, si  
dominus donauit aut remisit laudemium emptori, an  
nihilominus id emptori soluere teneatur retrahens?  
& videtur quod non argum. eorum, quæ in preceden-  
ti quaestione diximus, & quod non multo dissimili  
casu tradunt plures, nempe, eum qui obtinuit in cau-  
sa non posse petere expensas patrocinij gratis sibi præ-  
stiti ab aduocato, vt nō obscure voluisse videtur Bar.  
in l. vltim. in fine. C. de fruct. & liti. expens. & apertis-  
sime Bald. ibi in fine & in tracta. protomixeos nume-  
pen. in fi. citans Bar. in l. si stipulatus. ff. de fideiussor.  
vbi tamen Bart. loquitur, quoties victor in causa sibi  
ipsi patrocinatus est, an possit suum ipsius salarium  
petere. Sed contrarium in gratuito salario voluit Bar.  
in l. quod si domus per illum tex. ff. loca & ante eum  
Iacob. de A ren. in tracta. de expens. colum. pen. versu.

sed quid si habebat. Alberi. in l. propterandum. §. sin a  
renti alterutra nume. 29. C. de iudi. & in l. sed et si. §. 1.  
ff. ad exhiben. Tiraq. libr. 1. de retra. §. 29. glo. 4. nu. 6.  
& 7. vbi in specie, de qua agimus, dominus posset lau-  
dimia emptori remissa vel donata à consanguineo re-  
trahente exigere, in qua etiam sententia fuit Carol.  
Moline. in cōsue. Parisien. tit. 1. §. 15. in fine, licet aliud  
existimet Ferroni. in consuetu. Burdegalen. tit. de re-  
tractu. §. 20. [ Sed an consanguineus reddere teneatur  
quicquid emptor dederit proxenetis seu mediatori-  
bus? Quidam dicunt, quod cōsentiente venditore vel  
adigente necessitate eis datum est, id restituet retra-  
hens emptori, non quod voluntarie argu. tex. in l. de  
bet. ff. de edili. edi. iuncta gloss. & ibi Bart. idē voluit  
Pet. Iacob. in tit. de actione ex vendito quando vendi-  
tor est deceptus & c. colum. 3. versu. & est notandum  
Gerar. Bago in sua disputatione retractus, Boeri. in  
consuetud. Vitericenis tit. de retractu. §. 4. colum.  
pen. & Cassane. in consuetud. Burgun. titu. de retra-  
ctu. §. 1. in gl. le pris versicul. quero quid veniat, & ite-  
rum in verbo, le frais raisonnables numer. 4. Ferdin.  
Arias. in l. 76. Tauri num. 27. Contrarium tamen ve-  
rius est & receptius: quandoquidē datum proxenetis  
& mediatoribus pars precij dicitur secundum Bart.  
in l. sed si hoc, quam legit cum. l. si vir vxori, & ibi  
etiam Imol. & Paulus Castrensis. ff. de condi. & demō-  
stra. vbi etiam quoad præiudicium gabellarij seu pu-  
blicani id ipsum asseuerant, idem voluit Bart. in l.  
quantitas patrimonij per illum textum & in l. in  
lege Falcidia. ff. ad. l. Falcidi. & in l. vbi pure. §.  
vltimo vbi Francisc. à Ripa columna. 2. ff. ad Trebel-  
lian. idem Bart. in l. fin. §. in computatione, & ibi  
quoque Ange. & Corne. post princip. C. de iure  
deliberand. Socinus & Iaso. in l. fructus ille columna  
2. hic vltim. ff. soluto in matrimonio Tiraquell. libro. 1.  
de retractu. §. 15. glossa. 1. numero. 5. vbi addit concordā.  
& iterum §. 29. glossa. 4. numero. 9. atque idē  
numero sequenti tenet hanc vltimam sententiā, quod  
datum proxenetis retrahens reddere teneatur emptori,  
id quod refert voluisse Ang. de Areti. in §. in du-  
plom numero. 12. insti. de action. per. l. ediles etiam  
§. vltimo cum. l. sequent. & l. illud sciendum. ff. de edi-  
li. edi. & Ferroni. in consuetud. Burdegal. titu. de  
retractu. §. 15. columna. 3. versiculo in his sumptibus  
Carolus Moline. in consuetudi. Parisien. titu. 1. §.  
9. in principio. Tiraquell. libro. 2. de retractu. §. 6. glo.  
2. numero. 21. [ Quod apertius obtinet iurē nostro  
regio, quo expressum statuitur, expensas omnes re-  
trahentem soluere teneri emptori vt in l. 9. in fine  
infra eodem sumpta ex. l. 70. Tauri vbi Ioann. Eupt  
numero. 36. propter generalitatē illius. l. infert consari-  
guineum retrahentē teneri emptori refundere impen-  
sas instrumentorum emptiois, quod ibi adnotauit  
D. Castelli in glossa in verbo las costas in fine, idē  
iure communi voluit expresse Cassane. in consuetud.  
Burgund. titu. de retractu. §. 1. in verbo les fraitz rai-  
sonnables colu. 2. versu. item quero & sequ. Ferroni.  
in cōsue. Burg. tit. de retractu. c. 18. & totius volūinis  
31. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 29. glo. 3. in prin. & rus-  
sus lib. 2. de retra. cōventionali. §. 6. glo. 2. nu. pen. Vbi  
tamen id intelligit, vt non tantum sumptus instru-  
mentorum



mentorum refundi debeant à retrahente, verum etiã quos expendit emptor in extrahendo instrumento à notario, per id quod dixit Bald. in l. vltim. C. de condit. ex lege, & ibi quoque Salicet. Decius in capit. cū dilecta. 12. notab. de confirma. vti. vel inuti. & in authent. causa numero. 72. C. de sacros. ecclief. Guido Pa pæ decisio. 995. vers. si factura &c. argumentum sumē tes à debitore, qui refundere tenetur creditori expen sas instrumentorum, vt notant Bal. & Sali. in. d. l. vlt. C. de conditio. ex lege, & in. l. non ignorat. C. de fru 34 ctib. & lit. expen. [ Ex quo etiam fit, vt venditor te neatur reficere contractum venditionis ipsi consan guineo retrahenti, cum omnibus consuetis clausulis regni huius, nempe, cum euictionis clausula & cum obligatione bonorum, & clausula gaurentigia, vt con stanter asseuerat Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 29. gloss. 5. arguendo à debitore, qui instrumentum cogitur credi tori facere debiti. l. si cum exceptione. §. sed & si quis in fine. ff. quod met. cau. & in. l. 3. ff. de condit. sine causa, & in. l. ex ea parte in principio vbi Bart. Ale xander. Aretinus & Iaso. ff. de verborum obligatio. & communiter omnes vt ibi refert Tiraq. numer. 1. Sed caue à sumario in margine eiusdem glo. nume. 1. scripto, vbi hoc onus conciliandi scripturam empto ri imponit iniuste quidem, & vt credo per errorem scribentis, emptor enim non poterit cogi instrumen tum venditionis retrahenti facere, quippe qui in colu mis & indemnitis seruari debeat, cum per retractū sit omnino liberatus ab emptione, vt leges nostræ sen tiunt, quare iniquum esset profecto & ab omni ratio ne alienum, emptorem grauare onere euictionis, cogē tur igitur venditor instrumentum facere nō emptor, de quo nemo sanæ mentis dubitabit argu. eorum, que diximus supra hac eadem glo. num. 16. 27. & 28.

G L O S S. III.

- 1 Consanguinei plures eiusdem gradus si pariter ad retra ctum concurrant, diuident inter se rem vendi tam.
- Consanguinei proximiores eiusdem gradus concurrūt si nomine collectiuo cognationis vel familia ad re aliquam admittantur. ibidem.
- 2 Consanguinei plures eiusdem gradus tunc admittuntur ad retractum, cum ante lapsum nouem dierum omnes compareant simul, vel separatim vnus post alium.
- Consanguinei plures si sint eiusdem gradus, quilibet in solidum admittitur alijs absentibus vel nolentibus quasi iure accrescendi. ibidem.
- 3 Consanguinei an admittantur ad retractum eo ordine, quo & ad successionem ab intestato.
- 4 Ascendentes an admittantur ad retractum.

5 Si son en qual grado de parentesco. Nota ex lege ista, quod si ad retractum concurrant plures consanguinei in eodem gradu coniuncti, æqualiter diuidunt in-

ter se rem patrimoniam à consanguineo venditam. Idemque iure communi in retractu municipali pro cedere asseuerat Sebastia. Neapoda. in constitutione de iure congrui in fine, & in cōstitutione, si ex vno, in verbo vnus, & Guillelmus Benedict. in repetitio. capitu. Raynutius in verbo & vxorem nomine Ade lasiam numero. 608. de testamen. & Math. Afflict. in tracta. protomixeos. §. 1. numero. 42. quibus accedit Tiraquell. libro. 1. de retract. §. 11. glossa. 10. numero. 3. quoniam quoties aliquid competit speciale pluribus nomine collectiuo cognationis vel familia, proximio res in eodem gradu existentes concurrent, & simul eo iure gaudebunt. l. cum ita. §. in fideicommissio, & l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Bart. in. l. si cognatis prope finem. ff. de reb. dub. cum multis concordantijs à Iaso ne traditis consilio. 273. columna. 2. versic. ex premissis libro. 2. & ab eodem Tiraque. libro. 1. de retractu. §. 11. glossa. 4. numero. 2. nec videtur æquum, vt alterius fe linatione alterius ius lædatur, vt in. l. cum solus. ff. de acquir. hēredi. & si vterque intra nouem dies concu rant ad retrahendū, nihil refert, an hodie veniat vnus & alter cras, dicuntur enim nihilominus simul veni re, gloss. & Bart. in. l. more Romano. ff. de ferijs. Ioan. Lupi in. l. 73. Tauri numero. 4. & ibi Didac. Castelli in gloss. 1. [ Sed hoc procedit, quoties omnes qui sunt in equali gradu cōcurrunt, vel vnus post alium intra nouem dies à lege constitutos, vt dixi: secus si alter eorum veniat elapsis diebus nouem diebus, quia tunc hi solum admittuntur, qui in termino comparuerunt, alijs exclusis, vt ex verbis legis nostræ colligitur, ibi, E despus que fuerē vendida hasta nueue dias viniere: Quod expendit Cyfonta. ex lege nostra in. l. 70. Tau ri columna. 1. & 2. q. 2. & 6. Montal. in. l. 13. titulo. 10. lib. 3. fori in glo. magna colu. 13. vers. sed contra hoc est iste tex. dicam infra eodem glo. 8. numero. 1. & se quen. Nam ex multis qui sunt eiusdem gradus, quilibet in solidum admittitur quasi iure accrescendi, si ce teri nolint, vel non venerint in termino ad retrahen dum constituto, vt respondit Paul. Castr. consil. 221. colu. 2. lib. 1. & iterum apertius consilio. 74. ad fi. lib. 2. Tiraquell. lib. 1. de retra. §. 11. glo. 11. [ Sed an præfe rantur vrinque coniuncti his, qui ex altero tantum latere iunguntur, vel an admittantur in capita vel in stirpes ad exemplum successionis? Respondeo, idem per omnia seruari, quæ in successione ab intestato, vt resoluit Tiraq. libro. 1. retractus. §. 11. & quomodo ab intestato succedatur, dixi plene supra hoc lib. tit. 8. de successioibus. l. 1. glo. 4. & l. 5. glo. 1. [ Quinimo & ascendentes admittuntur ad retractum rei venditæ à descendentes, vt optime probat Tiraq. lib. 1. de re tractu in fine numero. 91. & sequenti.

G L O S S. V.

- 1 Proximus dicitur quem nemo antecedit.
- Proximus quid sibi velit, & vnde descendat? ibi.
- Intimus quid significet, & vnde descendat? ibidem.
- Vltimus vnde descendat? ibidem.
- Postremus vnde descendat? ibidem.

Pro-

- Proximus idem quod proximior, ibidem.
- 2 Proximus ex communi significatione idem quod con sanguineus.
- 3 Retrahens an probare teneatur se esse proximiorē, an simpliciter se esse consanguineum, & num. 4.
- Consanguineus retrahere volens, vel ab intestato suc cedere, an debeat probare se esse proximiorē, an satis sit probare esse consanguineum, ibidem.
- 5 Consanguineus gradum consanguinitatis probare tene tur, licet se esse proximiorē non teneatur.
- Consanguinitas an probetur, quia sic se pro consangui neis habuerunt & tractauerunt, ibidem.
- Probatio filiationis & matrimonij differt à proba tione consanguinitatis, ibidem.
- 6 Retractus sanguinis admittit consanguineum vsque ad quartum gradum iure regio.
- 7 Graduum computatio an fieri debeat iuxta ius cano nicum an ciuile?
- 8 Retractus an fieri possit per proximiorē, si remo tiori consanguineo fuerit facta venditio, & num. 14.
- 9 Familia res cum relinquitur an satis sit dari vni ex fa milia, & num. 15.
- 10 Feudum an possit alienari in agnatum, & numer. 13.
- 11 Vidua secundo nubens an possit vni ex filijs assignare bona, quæ reseruare tenebatur filijs prioris matri monij.
- 12 Retractus locum habet, etiam si res vendita fuerit cō sanguineo, si propinquior retrahat.
- 13 Capit. Titius si de feudo fuer. contro. int. domi. & ag nat. explicatur.
- 15 Ordine successio vocati censentur quibus aliquid re linquitur sub nomine familiae vel cognationis.
- 16 Consanguineus eiusdem gradus, cuius est & emptor an admittatur pro rata ad retractum, & nume. sequenti.
- 17 Feudum si alienetur in fratrem vendentis, alijs eorum fratres admittuntur pro rata ad reuocandum alie nationem.
- 18 Consanguinei remotiores an possint cogere proximo res, vt animum explicent, velint nec ne venire ad retractum? remissuè, & num. vlti.

2 Elmas propinquo. Proximus est, quem nemo antecedit l. 2. §. hereditas & §. legitima. ff. de suis & legiti. hēredi. l. 1. §. proximus. ff. vnde cognat. l. proxim. ff. de verborum signifi. licet solus sit vt in. d. §. proximus, & in l. qui duos in principio. ff. de reb. dub. l. proximi & l. in vulgari in principio. ff. de verb. signi. verum id im proprie, vt in. d. l. 1. §. proximus. ff. vnde cognat. in hæc verba. Proximus etiã accipitur, qui solus est, quāuis proprie proximus ex pluribus dicitur. Quod optime expli cat Cardinal. Florenti, consilio. 30. columna. 3. versicu item nulla, Tiraquell. libro. 1. de retractu. §. 11. gloss. 1. numero. 1. dicentes proximus esse superlatium ver-

bi prope, cuius comparatiuum dicitur proprior, citat Priscianum. libr. 3. cap. 2. sicut ab intra, vel intrò, vel intus sit interior & intimus, ab ultra vel vltro, vltērior & vltimus: à post vel postea, posterior, & postte mus. Ex quo dixit Bald. consilio. 146. colum. 1. in fin. lib. 2. nihil interesse, dicas ne proximus an proximior, cui subscripsit Tiraq. d. glo. 1. num. 1. [ Sed hoc intel lige si proprie sumimus significationem proximi. At ex communi vsu proximos vocamus omnes, qui con sanguinitatis iure aliquem attingunt, etiam si inter se alios habeat, vt in. l. quāuis adulterij. C. de adulter. l. cū rem alienam, C. de lega. notat Tiraq. d. lib. 1. retra ctus. §. 1. glo. 9. numer. 15. & §. 11. gloss. 1. num. 4. Hinc proximitas pro consanguinitate accipitur. l. capitis & l. si spurius. ff. vnde cognat. l. 2. C. qui admi. vbi Iaso. 1. notabili, Quintilia. lib. 3. cap. 8. Oldra. consil. 153. Tiraq. libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 9. num. 16. [ Quid au tem si quis dicat, se tanquam consanguineum proximo rem debere defuncto succedere, vel admitti ad re tractum, an satis sit cum probare esse consanguineum mortui vel venditoris, an verò necessum sit probare nullum alium esse proximiorē? Respondeo, si con trouerfia sit successionis vel retractus inter duos cōsan guineos se admitti debere ad successionem vel retra ctum contententes, is qui agit aduersus possidentem, debet probare se esse proximiorē, cum sit fundamen tum fuz intentionis, etiam si id sit negatiuum. l. hoc iu re vbi Bar. & alij. ff. de verbor. obligatio. l. in illa sti pulatione si kalendis eod. titu. Innocē. & Ioan. And. in capit. super his de accusatio. cum multis concordant ijs à Tiraq. congestis libro. 1. de retractu. §. 32. gloss. 1. num. 94. & sequen. atque ita hac in specie consuluit 4 Deci. consil. 322. num. 5. per multa quæ ibi allegat. [ At si emptor sit extraneus, satis erit probare se simpli ci ter esse fratrem aut patruicem aut aliter coniunctum, vt voluit Cumanus in. l. is potest & ibi etiam Alexā. num. 15. & Iaso. num. 84. ff. de acqui. hēredi. per text. in. l. si scriptum. C. de proba. & in. l. amitte. C. cōmu. de successio. idem Cuma. & Lud. Roma. in. l. hæres in stitutus & l. sed et si de sua. ff. de acqui. hēred. ex sentē tia glossē. in. l. cum de lege. ff. de probatio. vbi sufficit aētori, probare se esse consanguineum defuncti, & si reus dixerit alium esse proximiorē, illud probare te nebitur, idem Cuma. consil. 43. vbi dixit nunquam vi disse praticari contrarium. Cor. consil. 95. nu. 3. lib. 4. & consil. 197. num. 1. in fi. & 2. eod. lib. Alex. consil. 179: ad finem lib. 7. Soci. in. l. si inter num. 7. ff. de reb. dub. & consilio. 89. numero. 8. versiculo & iterum libro. 1. Carolus Ruynus consilio. 154. numero. 4. libro. 3. Ste phan. Bertrand. consilio. 2. in. 2. dubio ad finem lib. 2. Alciat. in. l. proximi. ff. de verbo. signifi. Franc. Ripa in. l. in illa nume. 26. ff. de verborum obligatio. Corol. Moline. in consuetudin. Parisiens. titulo. 1. §. 22. numer. 90. Tiraq. libro. 1. de retractu. §. 11. glossa. 1. numero. 6. & 8. Montal. in. l. 13. titulo. 10. libro. 3. fori glossa mag na columna. 7. versiculo item rectē sequitur. Quoniã is qui se dicit propinquum, & probat, solus esse præsu mitur, cum alijs non appareant, sitque vero simile & alios, si qui essent ad aucupandum id lucrum, hoc est, hereditatem, sine penis quam primū aduolatuos, 5 [ Hoc tamen limitat Deci. d. consilio. 322. numero. 6. Z z quo-

quoties quis probat gradum consanguinitatis : non enim sufficit probare se esse consanguineum, nisi gradum probet, vt & Alcia. voluit de presumpcio. regula 1. presumptione. 28. num. 9. Tiraq. lib. 1. de retra. §. 11. glo. 1. num. 9. & iterum §. 1. glo. 16. num. 1. vbi probat consanguineum retrahentem, gradum consanguinitatis probare teneri, nec sufficere, si probet venditorem & cum qui retrahit se pro consanguineis habitos & reputatos fuisse, vt in cap. licet ex quadam versic. testes autem, extra de testib. Ancharra. consilio. 52. co. u. 2. quoniam huiusmodi probationis genus non reperitur in iure proditum, preterquam in patre & filio, viro & vxore, non autem inter alios, ac nec fratres quidem secundum Cyn. in l. non epistolis. C. de probatio. Na quandoque quis vt frater diligitur & nominatur, licet frater non sit. l. nemo. ff. de hered. insti. vnde nominationes quodque ita habiti erant pro consanguineis non est concludens probatio consanguinitatis: secus autem statuitur inter patrem & filios virum atque vxorem, quos verisimile non est sic se nominaturos, nisi vere tales essent, cum ex tali nominatione plurima incurrerent damna, vt eleganter aduertit Tiraq. d. §. 1 glo. 16. num. 2. & 3. [ Huius quoque limitationis alia est ratio, non enim omnis consanguineus statim succedit, nec admittitur ad retractum, sed qui intra decimum gradum est, vt respondit Cœpola consilio caularum ciuiliu. 43. columna. 1. & sequentibus. atque idem esse in successione obseruat Accursius in authent. in successione & ibi Ioannes Faber. Bart. & omnes communiter. C. de suis & legitim. heredi. & in l. vltim. vbi Bald. & doctor. C. vnde legitim. Tiraquell. libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 9. numero. 23. & seq. vbi citat concor. Sed in hoc regno vsque ad quartum dumtaxat gradum admittitur consanguineus ad retrahendum, non qui in vltiori gradu sunt vt in l. 12. infra eo. sumpta ex l. 73. Tauri. asserendo igitur & probando simpliciter se esse consanguineum sine certa graduum computatione, incerta est probatio, an includatur ea consanguinitas in decimo gradu iure communi Imperatorum, vel in quarto gradu iuxta ius nostrum regium, cum includi & non includi possit, quare non relebat. cap. in presentia de probatio. & vt ibi dicit gloss. in verbo dubium, & post eam Innocen. in fine Hostie. Panor. & Imola, huiusmodi incerta probatio interpretatur contra probantem, quam gloss. dixit singularem Bald. in l. quoties. §. si quis ita. ff. de heredib. insti. l. aso. consilio. 36. columna. 3. versicu. preterea libro. 3. Deci. in l. in contrahenda. ff. de regu. iur. & doctores vbi que eam sequuntur, vt Tiraquell. attestatur libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 16. numero. 4. & sequi. [ Sed quæro, an computatio graduum fiat iuxta computationem iuris ciuiliis an iuris canonici? Respō deo iuxta computationem iuris ciuiliis etiam in terris ecclesiæ, quandoquidem computatio, quæ fit iuxta ius canonicum, quoad matrimonia dumtaxat locum habet, non quoad alia, vt tenuit glossa & doctor. in §. haftenus insti. de gradi. cognatio. Cyn. Bald. Salicet. Alexandr. Iaso. & doctor. in l. vltim. C. de successor. edi. Felin. in cap. ex literis de constituto. vbi hanc dixit communem opinionem Cyfontan. in l. 73. Tauri

8 in fine. [ Item quæro, fundus patrimonialis venditus fuit remotiori consanguineo intra tamen quartum gradum, an admittatur proximior ad retractum? Et videtur non debere admitti, cum cesset ratio legis nostræ, scilicet, ne res exeat de familia, at in specie nostra non exiit, cum fundus consanguineo venditus fuerit: & licet sit in remotiori gradu, est tamen de familia & cognatione intra quartum gradum. Qua ratione hanc opinionem sequutus fuit Gerard. Bago in sua disputatione retractus, versiculo quæro subsequenter res est vendita alicui de genere, & Arnoldus Ferronus in consuetudinibus Burdegalen. titu. de retractu. §. 5. licet probare conetur contrarium statutum fuisse in eodem §. 5. magna ratione, idem etiam voluit è nostris Ferdin. Gomez Arias in l. 70. Tauri numero 32. [ Confirmatur hæc opinio per text. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. vbi colligitur à contrario sensu, quod cum res ex precepto testatoris manere debet in familia, satis est, vt vni ex familia relinquatur, quod apertius probat. l. vnum ex familia in principio. & §. 1. iuncta gloss. eodem titulo, vbi si testator iusserit heredem fundum restituere vni ex familia, poterit hæres vnum quemlibet etiã posterioris gradus eligere, nec alij proximiores ex hoc conqueri possunt. Quem si non e egulet, omnes admitterentur, qui essent de familia, ita vt proximiores ceteris preferantur, vt ibi dicit glossa in verbo necessarii, per multa iura quæ allegat, & sequuntur Cuman. & Paulus Castrensis in d. §. fratre & Socin. consilio. 27. libro. 2. Carolu. Ruyn. consilio. 101. numero. 14. & sequenti. libro. 2. [ Conferret etiã text. in l. filius. §. cū pater. ff. de leg. 1. vbi dicitur, verū est enim in familia reliquisse licet vni reliquisset, & l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. & in l. volūtas. C. de fide. commis. vbi Bald. dixit, quod vnus ex feudatarijs potest portionem suam feudi paterni alij ex feudatarijs sine consensu domini vendere, & agnatus potest in alterum agnatum feudum similiter alienare, idem voluit Bald. consilio. 216. in fin. & consilio. 300. libro. 2. vbi reddit rationem, quia non videtur alienatum, quod est in agnatorum corpore vel linea conseruatum, per d. l. voluntas & in l. 1. C. de imponenda lucratiu. descriptio in libro. 10. de quo latè per Tiraquell. libro. 1. de retractu in prefatio. numero. 52. & hanc alienatione feudi antiqui fieri posse in agnatos remotiores sine consensu domini, & in preiudicium proximiorum agnatorum, & quod ad eius reuocationem minime admittantur, responderunt collegium Mediolanense, & preterea Salicet. & Christofor. de Castelli. vt refert Marti. Laud. & Cardi. Alex. vterque pen. colum. versicu. circa vltimum dubium, titulo si de feudo fuer. contro. int. domi. & vassall. per text. in capitu. 1. de alienan. feudi pater. & capitulo 1. §. sed & res titulo per quos fiat inuestit. & capitulo 1. §. & si clientulus titulo de alienan. feud. [ Cōducit plurimū text. in l. foemine. C. de secundis nuptijs vbi mulier prohibita alienare, lucrum quod ex priori matrimonio percepit, cum illud referuare teneatur filijs prioris matrimonij, id poterit alteri ex filijs prioris matrimonij assignare, quibus

12 quibus adde plura similia per Tiraq. congesta libro. 1. de retractu. §. 11. glo. 6. num. 6. vsque ad numerum decimum tertium. [ Sed nihilominus contraria sententia verior est & receptior, imo q̄ proximior admittatur ad retractum rei venditæ consanguineo in gradu remotiori, etiam si lex vel consuetudo consanguineos simpliciter admittat ad retractum, huius sententiæ fuit Ioann. Fab. in §. ita tamen demum insti. de hæredita. quæ ab intestato deferunt. Guillie. Benedictus in repeticio. capitulo Raynutius in verbo & vxorem nomine Adelasiam numero. 606. de testament. Decius consilio. 619. vbi & idem dicit consuluise Nicola. à Nobilibus & Hormanociodetū, Cassan. in consue. Burgund. titulo de retra. §. 3. in principio Ioann. Igneus, multa in hanc sententiam congregans in repet. l. dudum numero. 24. cum multis seq. per tres vel. 4. colūnas. C. de contrah. empti. Carol. Ruyn. consilio. 76. libro. 1. per totum Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 11. glo. 6. numero. 14. & 15. & sequen. & è nostris Alfonso Montal. in d. l. 13. in verbo tanto por tanto in fine. & in verbo yqual grado etiam in fi. titu. 10. lib. 3. fori. Micha. Cyfonta. in l. 70. Tauri in principio. 1. q. & ibi Antonius Gomez numero. 13. [ Mouentur per text. in cap. Titius & ibi docto. presertim Marti, Laud. & Cardin. Alexand. titulo si de feudo fuer. contro. inter dominum & agnatum. Vbi (contra id quod diximus supra numero. 10.) si vassallus alienauerit feudum paternum in agnatum remotiorem, perinde nisi ipsi consenserint, reuocare poterunt proximiores agnati, atque si in prorsus extraneum fuerit alienatum, quod & voluerunt Andr. de Ysernia & Cardi. Alexand. in capit. 1. per illum text. de aliena. feudi pater. Iacob. de Belovisu in capit. 1. ad prin. & ibi quoque Bald. numer. 8. titu. de prohib. feudi alie. per Frederic. & Consilium Bononiense, vt etiam referunt Marti. Laud. & Cardin. Alexandri. in d. capit. Titius, attestaturque ipsemet Marti. Laud. ita iudicatum fuisse in causa nobiliū de Scarampis, in qua fuerunt producta dicta consilia contraria collegij Mediolan. & Bononiæ, & vterque respondit ad allegata in contrarium per dictum consilium Mediolanense Bald. latè in capit. 1. numero. 11. & ibi Albaro. in §. & si clientulus num. 4. tit. de aliena. feudi Ioan. de Anania in disputatione de alienatione feudi. §. ad partem negatiuam nu. 10. vbi tamen concludit valere alienationem ad vitam alienantis, sed post eius mortem reuerti ad proximiorum, quod & voluit Bal. in d. c. 1. in prin. nu. 8. de prohibi. feudi aliena. per Freder. & Prepositi in c. Titius nu. 4. si de feud. fuer. cont. int. dom. & agna. quod tamen non placet, quia non est alienatio, sed feudi refutatio, quæ fieri debet in proximiorē, vt melius dixit Bal. in d. c. 1. nu. 11. de aliena. feudi, Ioan. de Ligna. & Imol. in fi. in Clem. vnica de iure patro. idem Ioan. à Ligna. inter consilia Alberti Bruni cōsi. 77. vbi multa allegat, Roma. consi. 22. ad finem Iacob. à S. Georg. in tracta. feudo. in verbo & cum pacto de non alienando colu. 9. vers. sed moneo vos, Deci. cōsi. 295. col. 1. Alber. Bru. cōsi. 36. nu. 2. & 3. Zafi. de feudis par. 9. nu. 30. cum concor. à Tiraq. congestis lib. 1. de retra. in prefat. nu. 52. & §. 11. glo. 6. nu. 14. [ Secūdo pro hac

sententia facit glo. in c. constitutus in verbo consuetudinem, & ibi Panor. §. notab. extra de in integr. resti. vbi in specie consuetudinis, de qua in eo textu, dicitur quod si res vendita fuerit consanguineo remotiori, proximior admittetur ad retractum, & si dixeris consuetudinē de qua in illo tex. de proximioribus loqui, quare nimirum si proximior retrahat rem consanguineo remotiori venditā, vt aduertit Tiraq. li. 1. de retra. §. 11. glo. 6. num. 18. fatebor libenter, nec ille casus à nostro differt, nā in hac lege propinquior admittitur ad retractū. [ Nec oberit quod nu. 9. diximus, vt scilicet satis sit vni ex familia reliquisse, ne sit locus fideicommissio, vt in l. vnum ex familia. §. 1. ff. de lega. 2. gl. enim ibidem, quā nullus scriptorum improbat, id intelligit procedere, quoties vni ex familia fuit relictu, tunc poterit hæres vnum quem libuerit ex familia eligere, secus si familiar simpliciter relinquatur, & à fortiori, si proximior vocetur, quoniam tunc hæres non poterit eligere remotiorem, & si fecerit, admittentur proximiores ad reuocandam alienationem, vt in l. cū ita. §. in fideicommissio. ff. de legat. 2. & notatur in l. vlt. C. de verbo. signi. cum concordant à Tiraq. traditis li. 1. de retractu. §. 11. glo. 4. num. 2. vbi plurimorum autoritate probat, quod si plures personæ nomine vocantur generali, indefinito, vel collectiuo, putā, familiar, generis, cognatorum, consanguineorum, liberorum, posteriorum, descendentium, & id genus similitū cēsentur vocati ordine successiuo, vt scilicet proximior primo loco, quo cessant e vel deficiente, qui eum proximē sequitur, & ceteri deinceps eo ordine veniāt, vt in d. l. peto. §. fratre & l. cū ita. §. in fideicommissio. ff. de lega. 2. vbi docto. omnes, & in l. heredes mei. §. si. ff. ad Trebelli. & in l. vlti. vbi docto. C. de verbor. signi. cum alijs ab ipso prolixè citatis. [ Ceterū quid si venditio fundi patrimonialis facta fuerit consanguineo, an alter consanguineus, qui est in eodem gradu, quo & venditor admittatur prorata ad retractum? & videtur non debere admitti, argu. text. in l. filius fami. §. cum pater. ff. de legat. 1. vbi si pater filio hærede instituto, ex quo tres habebat nepotes, fidei eiusdem filij commisit, nefundum alienaret, vt que in familia relinqueret, si extraneo reliquit, omnes admittuntur ad fideicommissum, sin autem vni eorum tantum reliquit, ceteri non admittantur, verum est enim in familia reliquisse, quamuis vni reliquerit. Præterea idem esse & in feudo, vt in proximiorum possit alienari, vel ceteris contradicentibus, capitulo. 1. §. sed etiam, ibi, nisi tibi vel alij proximiori titul. per quos fiat inuesti. Is autem dicitur proximior, quem nemo præcedit, etiam si alij sint in eodem gradu, l. qui duos in principio. ff. de rebus dubijs & in §. proximus institu. de legit. agnator. successione, Bald. hoc concludens in feudo in capitulo. 1. de aliena. feudi pater. & ita nuncupatim in nostra specie retractus id voluit Ferronus in consue. Burdegal. tit. de retra. §. 3. pag. 3. [ Quibus non obstantibus contraria sententia verior est, quā tenet nihil allegans Ant. Gom. in l. 70. Tauri nu. 13. pro cuius opinione facit responsum Bald. consi. 38. libro. 1. vbi si vnus ex multis fratribus feudatarijs partem suam alienauerit in alterū ex pluribus, poterūt ceteri

pro sua quisque portione reuocare, per multa illic allegata, idem voluit Bal. conf. 309. post prin. eodem lib. 1. per tex. in cap. 1. in principio de aliena. feudi, & in c. 1. §. donare quali. olim feu. pote. alie. & in c. 1. de gradi. successio. in feudis Feli. in cap. que in ecclesiarum nu. 88. de constit. idem quoque voluit Ioan. de Ligna. in ter. conf. Alberti Bruni conf. 77. nu. 4. in fine, Cardi. Alex. in cap. Titius num. 4. vers. si verò alienatio fuerit facta agnato habenti sibi parem in gradu, si de feudo fuerit contro. int. domi. & agna. Iaco. à S. Georgeo in tracta. feudorum in verbo & cum pacto de nō alienando col. 9. vers. in ista materia, & iterum col. sequ. vers. 2. conclusio. Carol. Ruy. conf. 8. num. 6. h. 1. Zali. in epitome feudo. par. 9. num. 29. Alber. Bru. conf. 38. num. 1. vbi expresse asserit, non valere alienationem feudi in agnatum pro portionibus peruēturis ad aliū agnatum eque proximum, in eius preiudicium, Tira. hos referens & nihil decidens h. 1. de retra. §. 11. glo. 6. nu. 21. vbi & pluribus seq. vsque in finem glo. dicitur vtrum pater possit vni ex filijs feudum aut emphiteum sim relinquere, citatque pro vtraque opinione ingens doctorum agmen more solito, eum videte. [ Incidit & hic aliud dubium, an remotiores consanguinei possint cogere proximiores ad declarandum velint nec ne rem veditam retrahere, vt sibi à iudice prefigatur breuior quā nouem dierū dilatio ad mentem explicandā, vt ipsi possint retrahere, de qua questione tractabimus infra hac eadem. l. glo. 8. num. 3.

G L O S S. VI.

- 1 Tempus retractui prefixum nouem dierum an currat de momento ad momentum. Dies termini an computetur in termino? remissive, ibidem.
- 2 Tempus retractus an currat absentibus, & ignorantibus, vel minoribus.
- 3 Tempus retractus nouem dierum an currere incipiat à contractu an à traditione.
- 4 Traditionis tempus an debeat inspicere potius quam contractus, si terminus solutioni prefixus est, nume. 3. & seq. & num. 14. 15. & seq. Tempus anni & diei concessum emptori ad fidelitatem præstandam domino currit à die adeptæ possessionis, & quare num. 4. & 20.
- 5 Tempus anni constitutum ad promotionem ad ordines sacros currit à die adeptæ possessionis beneficij. Tempus retractus an currat, dum lis pender super rei traditione, ibidem, & num. 21.
- 6 Venditionis contractus à traditione accipit ultimam perfectionem. Vendita re duobus, præfertur is, cui prius tradita fuit, ibidem. Publicatis bonis cuiuspiam, publicatur & res ab eo vendita nondum tamen tradita, ibidem, & nu. 26. Verba in dubio sumenda sunt in potiori significato & pleniori, ibidem.

- 7 Alienatum non dicitur quod traditum non est. Dominium transit à die traditionis, ibidem.
- 8 Alienare prohibitus non incidit in pœnam vendendo, donec traditio sequatur.
- 9 Tempus retractus quare secundum quorundam opinionem incipiat currere à die veræ traditionis, & non fictæ.
- 10 Tempus retractus nouem dierum currit à die celebratæ venditionis, non à die traditionis secundum communem sententiam & in praxi receptā, & nu. seq.
- 11 Tempus redhibitioni prefixum currit à die venditionis, non traditionis. Tempus currere incipit à die actus, quoties lex disponit de tempore respectu illius actus, ibidem.
- 12 Venditio solo consensu perficitur perfectione essentia. Laudemia an debeantur ex venditione absque traditione, atque etiam si ab emptione discedatur partium consensu, ibidem. Emptori competit actio ex empto, vt res tradatur ibidem. Actio habens ad rem, rem ipsam habere videtur, ibidem.
- 13 Dominium traditione quesitum fingitur à tempore contractus fuisse quesitum.
- 13 Contractus perfectio quatuor modis dicitur, quoad existentiam, quoad actionem, quoad substantiam, quoad effectum & executionem. Tempus solutioni prefixum quare a die traditionis currere incipiat, ibidem, & num. 14. & 15.
- 15 Præcium non debetur, donec res vendita tradatur. Dilationes duæ si alicui competant, an vna in altera confundatur, ibidem.
- 16 Diuersa origine & natura, diuersa quoque sunt prosecutione & effectu. Tempora a diuersis dispositionibus limitata debent vt separata censerentur, & vnum in altero non confundi ibidem.
- 17 Tempore exclusus ab vno capite non censetur ab alio exclusus sibi etiam ordine successio competenti. Filius exclusus a capite vnde liberi per lapsum anni non censetur exclusus a capite vnde agnati, ibidem.
- 18 Tempus ex privilegio concessum cruce signatis, quo a debitoribus conueniri non possint ante triennium an confundatur cum dilatione conuentionali quin quædam a creditoribus concessa,
- 19 Dilatio duplex a iudice concessa ante finitam primam, an vna in alteram confundatur.
- 21 Retractus tempus in Francia & Hispania currit ignorantibus.
- 23 Lex si alienares in principio & l. si is qui pro emptore. §. fin. & l. iusto. §. & si possessionis. ff. de usucapio. explicantur. Bona fides in præscriptione iure civili quare requiratur

- 23 Verba quando in potiori significato & in non potiori sumi liceat.
- 24 Legis quoties. C. de reuendi. & l. 5. tit. 5. part. 5. ratio assignatur. Venditio duplex eiusdem rei ab vno facta valet vtraque, licet is cui tradita est maneat eius dominus, ibidem.
- 25 Lex vlti. §. Lutus. ff. de donatio. intelligitur.
- 26 Lex si fundus. ff. loca. declaratur.
- 27 Lex nostra non statuit terminum retractus ab alienatione sed à venditione.
- 28 Alienare prohibitus quare non incurrat pœnam ante traditionem rei?
- 29 Tempus retractus an currat à die conditionis impletæ an à die contractus, & nu. seq. Appellandi tempus currit a die sententiæ conditionalis, ibidem.
- 34 Lex. 1. §. biduum. ff. quan. appell. sit, explicatur, ibidem.
- 35 Tempus & locus contractus inspicitur in contractibus conditionalibus, non conditionis impletæ eodem num. 29. & quomodo id intelligatur.
- 30 Conditionalis venditio an sit perfecta ante conditionis euentum.
- 31 Conditionalis contractus non dicitur perfectus ante conditionis implementum.
- 32 Conditionalis contractus non parit actionem ante impletam conditionem. Conditionalis contractus ante conditionem impletam non operatur, vt ex eo laudemia debeantur, aut gabella, nec vt res alienata sub conditione cadat in commissum, ibidem.
- 33 Conditionalis contractus non dicitur proprie contractus. Conditionalis creditor non dicitur proprie creditor, ibidem. Liberatio generalis ab omnibus obligationibus non comprehendit conditionalem obligationem, ibidem. Conditione deficiente nullus redditur contractus, ibidem.
- 35 Conditione impleta habetur vt purus contractus. Conditionis implementum retrotrahitur ad tempus contractus, ibidem.
- 36 Gabella debetur impleta conditione in eo loco & tempore, vbi fuit celebratus contractus, non vbi extitit conditio.
- 37 Dies in contractu conditionali appositus à quo tempore currere incipiat?
- 38 Lex necessario. §. si ita. 3. ff. de peri. & commo. rei vendi. declaratur.
- 39 Conditionalis contractus transit ad heredes.
- 40 Retractus an habeat locum si consanguineus ad eum

- velit admitti, antequam venditionis conditio impletur.
- Conditione pendente si res vendita tradatur transfertur dominium in emptorem, ibidem.
- 41 Tempus retractus an currat in contractu conditionali à tempore conditionis existentis an à tempore traditionis, si ante conditionem impletam res tradita fuerit. Lex necessario. §. quod si pendente. 2. ff. de peri. & commo. rei vendi. declaratur, ibidem.
- 42 Tempus retractus an currere incipiat à tempore venditionis factæ cum pacto de reuendendo intra certum tempus, an à tempore facultatis redimendæ initio. Venditio cum pacto de reuendendo est omnibus numeris absoluta & perfecta statim ea facta & non conditionalis sed pura ibidem. Venditio cum pacto de reuendendo pura est, licet sub conditione resoluat, quæ conditio actum non suspendit, ibidem.
- 43 Pactum de reuendendo non impedit, quin consanguineus interim admittatur ad retractum. Venditor ex vi pacti de reuendendo præfertur consanguineo in retractu, ibidem. Venditor ex vi pacti de reuendendo poterit & consanguineo qui rem retraxit redimere, ibidem. Pactum de reuendendo est pars precij illud minuens, ibidem.
- 44 Retractus tempus a quo die currere incipiat in venditione rei pro annuis redditibus redimibilibus.
- 45 Retractus tempus an currat a die factæ venditionis per alium nomine domini, an verò a die ratihabitionis remissive.

f Ydespus que fuere vendida hasta nueue dias. Circa huius termini præfixionem se offerunt multa dubia. Et primum an dies termini computetur in termino, vel an currant isti nouem dies de momento ad momentum? Questionem istam latissimè discutit Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 11. à numero. 16. vsque in finem. vbi facit duas regulas alteram negatiuam, alteram affirmatiuam, & vtranque plurifariam limitat, resoluit que humaniorem esse negatiuam. Petr. quoque de Ducnas duas facit regulas num. cro. 196. & 197. ego autem latissimè examinavi in stylo cancellariæ tit. 1. premi. 17. casu. 20. declaratione. 3. glo. ff. 2. num. 2. & pluribus sequenti. vbi quid obseruandum esset iure nostro regio resolui, & in specie retractus, de quo agimus numero. 6. & 7. vbi aliterui diem venditionis non computari retrahenti in termino nouem dierum sibi ad retrahendum præscripto, quod antea voluit Dida. Castelli in l. 70. Tauri in verbo el dia, contra Ioann. Lupi ibidem numero. 34. & contra Anto. Gomez in numero. 25. & Petr. Ducnas in regula 197. in fine existimantes computandum esse diem termini, & computandum esse de momento ad momentum, & quia ibi inuenies latè examinatum, hic non repetō. ¶ Secundo dubita.



dubatur, vtrum hi nouem dies currant minoribus, abentibus, vel ignorantibus, Montan.in.d.l.13.tit.10. lib.3. fori in verbo el precio, dixit non currere: contra riu, decidit lex sequens, vbi dicam. [ Tertio quarto, a quo tempore currant nouem dies, de quibus in hac lege Et videtur, quod a die traditionis, quoniam si emptor promissit soluere precium intra annu vel aliud tempus, non currit ei tempus, nisi a die traditionis arg. l.tali. ff. de iure doti. & l.12. tit. 11. de dotibus part. 4. quod voluerunt Bar. Bal. Cuna. Floria. Paul. Caltré. Alexan. Fran. de Aretio. & Iso. in l. si cui legetur in prin. num. 16. & sequentibus. ff. de lega. 1. Bal. in rubr. C. de contrahen. empt. 24. q. & Salu. in l. 2. in fi. co. tit. Paul. Castr. conf. 217. paulo ante fi. lib. 1. Aretin. conf. 93. prope finem, Soci. in l. si in diem in principio. ff. de condi. & demonstra. Carol. Ruy. cons. 63. post princ. lib. 5. Guido Papæ singul. 873. vbi ex hoc dixit, quod tempus a contrahentibus prefixum ad redimendam rem venditam restituito precio, non currit nisi a tempore factæ traditionis, de quo Tiraqu. agit. lib. 2. de retractu. §. 1. glo. 2. num. 63. [ Huc spectat quod in simili specie traditum est ab eodem Guidone Papæ decif. Delphinatus. 153. quod tempus anni & diei datu emptori feudi ad fidelitatem domino prestandã, nõ currit statim a die celebratæ venditionis, sed a die traditionis, siue adeptæ possessionis, per id quod alleuerat Guili Bald. Sal. Raph. Fulgo. & Paul. Castr. in l. solentibus. C. de reuendica. dicentes tempus hoc non currere nisi a die possessionis adeptæ: idem respondit Ancharr. cons. 174. prope finem. Deci. cons. 144. Maria. Soci. Iunior cons. 115. num. 8. lib. 2. [ His quoque finitimum est, quod scribitur in cap. com. missa de electio. lib. 6. annum promotionis ad sacros ordines non currere a tempore collationis siue impetrationis beneficij, sed adeptæ possessionis, cum multis similibus a Tiraq. congestis libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 10. nu. 36. & 37. vbi probat tempus retractus non currere, dum res est controuersa inter emptorem & venditorem super traditione rei venditæ, sic sepè aliàs tempus traditionis in venditionibus spectatur, vt in. l. si aliena in principio, & l. si is qui §. ex testamento & l. iusto errore. §. & si possessionis. ff. de vscapi. & l. 2. in princi. ff. de vscapio. pro emp. sicuti etiam in cæteris rebus l. de diuisione. ff. solu. matri. l. si sponsus in principio ff. de dona. int. vi. & vxo. [ Nam & contractus non omnino perfectus est ante traditionem, sed ab ea vltimam accipit perfectionem. l. 1. vbi glo. & Cyn. C. de pericu. & commo. rei vendi. §. venditæ insti. de rer. diuiso. cap. cum Ioannes in principio de fide instrumentorum, glossa in. §. 1. in principio insti. de empt. & vendi. Bal. in l. ab emptione col. 1. versic. 3. ff. de pact. cum similibus. Ex quo fit, vt venditio prima abique traditione non impediat secundam eiusdem rei venditæ venditionem, & dominij translationem, si vltimo emptori tradatur, vt l. quoties. C. de reuendica. l. 50. tit. 5. de emp. & vendi. par. 5. nec impedit alteri obligari. l. vlt. §. Lutus & ibi glo. in verbo obligauit. ff. de donatio. glo. in. l. 1. in verbo perfectam, & ibi And. de Barulo. Bar. Bal. Luc. de Pena & Ioan. de Plat. C. de iure fisci l. 10. Deci. cons. 646. col. 1. Hinc etiam publicis bonis cuiuspiam, publicatur res ab eõ vendita, nec

dũ tamen tradita. l. si fundus ibi. nam & si vendideris ff. loca. quẽ singularẽ & mirabilẽ dixit Lud. Roma. singul. 427. quo fit, vt lex ista de venditione loquẽs intelligi debeat de ea, quæ omnibus numeris est perfecta consummata & absoluta, ex qua sit dominium translatum, vt scilicet, in potiori pleniorque significato accipiat. l. 1. §. si cũ. l. seq. ff. si ager vctiga. l. si duo patroni. §. 1. ff. de iureiur. cũ alijs a Tira. cõgestis lib. 2. de retractu. §. 2. glo. vnica nu. 8. hanc opinionẽ in specie retractus, de qua agimus (vt non currat tempus ei prefixu nouẽ dierũ ante traditionẽ) tenuit Rayneri. in repet. l. dudũ. C. de contra. emp. Bal. in tracta. protomixeos nu. 19. & Anton. Gom. in. l. 70. Tauri nu. 16. Ioã. Fab. in. §. 1. in. l. de emp. & ven. Ioan. Lu. in. l. 74. Tauri nu. 6. quam affirmat Anto. Gom. tenet ipse iudicando & consulendo. [ Mouetur Gomecius argu. a cessante ratione, retractus permittitur, ne res patrimonialis exeat de familia & cognatione veditoris, sed in ea conferuetur, vt diximus supra eo. gl. 1. sed ante traditionẽ res nõ dicitur alienata nec exire de genere, vt in. l. alienatũ. ff. de verb. signi. a tempore enim traditionis & non antea trãsit dominu in emptorẽ. l. traditionibus. C. de pact. l. traditio. ff. de acq. rer. domi. §. per traditionẽ insti. de rer. diui. nimirũ ergo si a die traditionis currant nouẽ dies ad retrahendum præstituti. [ Item quia emphiteuta, vel vasallus, vel possessor maioratus, seu quilibet alius alienare prohibitus non incidit in pœnã a testatore vel contrahente, vel a lege, vel statuto impositam, nisi post venditionem se quita fuerit traditio se. undum Specula. in titu. de locato. §. nũc aliqua versic. 95. Ioan. And. Paul. de Leazar & Ant. de But. in. c. potuit de loca. & vniuersa prope scribentiũ cohors, vt refert Tira. l. 1. de retractu. §. 1. glo. 2. nu. 43. & pluribus seq. & iterũ in. lib. de constituto 3. par. lunt. 26. nu. 1. & deinceps Ant. Gom. in. d. l. 70. Tauri nu. 16. ad mediũ & ite. in. l. 45. Tauri nu. 94. & 95. & nos quoque late diximus supra hoc lib. tit. 10 de donatio. l. 1. glo. 6. [ Itẽ quia si tempus curriret a die celebratæ venditionis, non posset nisi cum magna difficultate venire in notitiam cõsanguinei retrahere volentis, atque ita faciliter fieret fraus huic legi, & consanguineus excluderetur a retractu contra mentẽ legis nostræ. Qua ratione idẽ Ant. Gom. in. l. 70. Tauri nu. 17. contendit, prædictos nouẽ dies nõ currere a die factæ traditionis, quæ sit per cõstitutum vel aliàs, sed a vera & reali traditione, quoniam clãculum etiam fieri posset huiusmodi facta traditio, quemadmodum et contractus principalis, & quia verba debent naturaliter intelligi & non perfectionem arg. tex. in. l. qui liberis. ff. de vulga. l. filio quem pater. ff. de lib. & posth. l. qui habet. ff. de tutel. quem ibi notat Bal. & docto. l. 3. hęc verba. ff. de nego. gest. [ Histamen non est stãtus, verior, & commuor, & in praxi receptior est contraria sententia, imo quod hi nouem dies currant a die celebratæ venditionis, licet traditio rei vel precij solutio sequuta non fuerit, vt voluit Signo. expressim de hoc casu loquens consil. 81. num. 6. Albe. in. l. si filiusfam. §. cum fundum num. 3. versic. item facit ad alium. ff. de verborum obligatio. Cyn. & Salic. in. l. contra in fin. C. de inoffi. testa. Tiraquell. libro. 1. de retractu. §. 1. glossa. 10. num. 111. & sequẽ. & §. 36. glossa. 2. num.

nu. 42. Mont. in. d. l. 13. in gl. magna col. 11. ver. itẽ quẽ ro a quo tempore, Cyfonta. in. l. 70. Tauri col. 5. versic. 26. & col. 9. versic. secundo dubitatur vtrum isti nouẽ dies, & ibi Ioan. Lupi nume. 34. & Gomez Arias nu. 12. & 14. d. Did. Couarru. lib. 3. resolu. cap. 11. nume. 2. Cyfon. & Anto. Gomez vbi supra attestantur sic vidisse praticari hoc in regno, curus rei & ego testis sum. [ Mouentur primò per tex. in. l. sciendum. §. vlt. ff. de edili. edi. l. 56. tit. 5. de emp. & vend. par. 5. in fin. vbi ex die factæ venditionis currit tempus redhibitioni statutum, Secũdo quia quoties lex disponit de tempore respectu actus, incipit id tempus currere a die illius actus. l. ait lex. ff. ad. l. Aquil. l. annus. ff. de calumniato. l. mariti. §. sex mensium. ff. de adulter. l. 1. §. dies. ff. de libe. agnoscend. l. vltim. ff. de manum. testa. At in. l. nostra & l. fori expresse cauetur, nouem dies prædictos currere a die celebratæ venditionis, vt constat ex hac lege ibi, ( Despuẽ que fuere vendida hasta nueue dias.) & in. d. l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, ibi, ( E del dia que fuere vendida hasta nueue dias viene re &c. [ Tertio quia venditio solo consensu perficitur ante traditionem perfectione essentia, vt scientissimẽ probat Areti. in. l. si fideiussor. §. meminisse col. 2. versic. super. 2. ff. de lega. 1. Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. glossa. 2. nu. 48. Ex quo Mauseri. titu. de retractu colum. vltim. §. item pone emptor versic. quid de dominio, dicebat dominum petere posse laudimia ex sola venditione ante traditionem, etiam si sit super rei traditione inter emptorem & venditorem, sat enim est, rem esse venditam. l. 1. & 2. C. de rescinden. vend. Imo verò Stepha. Bertran. cons. 159. lib. 1. respondit, hoc casu deberi laudimia, etiam si contrahentes ante traditionem discesserint a contractu, quia licet emptor non sit dominus ante traditionem, et tamen competit actio ad rẽ tradendam, & dominium in se transferendũ, si venditor erat dominus. l. ex empto in principio. ff. de actio. emp. l. in conuentionibus in fi. ff. de verbo. obliga. At qui actionem habet ad rem, rem quoque ipsam habere videtur. l. qui actionem. ff. de regul. iur. cui adde multa similia per Tiraq. congesta l. 1. de retractu. §. 1. glo. 2. num. 49. & sequ. [ Quarto quia traditio habet necessariam consequentiam ad contractũ. l. 1. & d. l. ex empto. ff. de actio. emp. idẽ quẽ a tempore venditionis, censetur dominium translatũ, cum fuerit postea facta traditio. argumento. l. qui potior & l. qui balneum. ff. qui potiores in pignore habere. facit. l. sub conditione. ff. de solutio. [ Superest vt ad contrariã opinionis fundamenta respondeamus, ad primum igitur quod currit tempus solutioni prefixum a die, quo res vendita tradita fuerit ex doctrina Bart. & doctorum in. l. si cui legetur in principio ff. de lega. 1. Respondeo, quadruplĩter dici contractum esse perfectum. Primò ratione existentie, cum contractus a contrahentibus absoluitur, ita quod neutri eorum liceat pœnitere, nec a contractu recedere, quod fit solo eorum consensu, modò conueniant in re, quẽ venditur & precio eius. l. iurigentium in principio. ff. de pact. in. l. d. obligatio. quẽ ex consensu per totum, & de hac perfectione loquitur iurisconsultus in. l. ab emptione. ff. de pact. Imperator. in. l. sicut C. de actio. & obli. Secunda perfectio quoad actionẽ

& obligationem ex contractu producendam, & hæc in venditione pura est eadem cum prima, statim enim oritur actio, vt dixi supra numero. 12. At in venditione condicionali, adueniente conditio, producit actio & obligatio, non antea, vt in. l. ex vendito & l. si. ff. de actio. emp. Tertio modo dicitur contractus perfectus ratione substantie, quod fit quoties omnia, quẽ sunt de mente contrahentium sunt expressa, & quæ pro solemnitate & forma requiruntur, sunt apposita, & tunc perfectus dicitur contractus quoad substantiam. l. contractus. C. de fide instrument. l. 6. tit. 5. de emp. pt. & vend. par. 5. & ex eo oritur actio, & est periculum emptoris etiam ante traditionem rei. l. nec essãtio ff. de peri. & commodo rei vendi. l. 23. tit. 5. part. 5. Quarta & vltima perfectio est, quoad effectũ & executionem contractus, & dominij translationem, quẽ traditionem rei exigit, de qua meminit glo. in. l. 1. C. de peri. & cõmo. rei venditæ & in. l. si quis alienam. ff. de actio. emp. glo. etiam in. l. 2. C. quan. lice. ab empt. disced. ex quibus hæ perfectiones deducuntur, quod explicat Bald. in tracta. protomixeos numero. 19. Bernar. de Narnia Cardin. Spoletanus in. l. ab emptione in principio. ff. de pact. Fabian. a Monte in tracta. de emp. & vendi. §. q. princip. numer. 60. & 63. Quando igitur solutioni præfigitur terminus, nimirum si currat a tempore traditionis, quia precij solutio & rei traditio executionem venditionis respiciunt, non existẽtiam vel substantiam. [ Item quia alijs rationibus doctores præcitati mouentur, non ex eo quod per traditionem sit perfectus contractus, nempe, quia nõ debetur precium, donec res vendita tradatur. l. ex his prædijs. C. de euictio. l. qui pendentem vindemiam. ff. de actio. emp. l. 32. in principio. tit. 5. par. 5. vbi Gre. Lupi gl. 1. Quo fit, vt agenti ad precium obijci possit de re non tradita, vt ibi dicitur & in. l. qui rem. C. de euictio. vt ergo dilatio condicionalis aliquid operetur, iuxta notata per Bar. in rub. C. de cõtrah. emptione numero. 9. Fel. in capit. 1. numer. 7. de rescrip. cur reue debet necessario, post quam res fuerit tradita, quoniam donec tradatur dilatio est legalis, vt. d. l. ex his & l. qui rem. C. de euictio. At quoties duæ competunt dilationes, nec ex eodem fonte procedunt, sed ex diuersa causa, altera ex lege, statuto, vel consuetudine, altera verò ex pacto vel conuentione contrahentium, imo possibile est, vt vna dilatio alteri loco subiogetur, vel quod vna in alterã confundatur, sed vna alterã succedet, ex doctrina Bal. in. l. vlti. paulo ante finem. C. de execu. rei iudi. qui id probat ex eo, quod in constituta pecunia debitor habet decẽ dies. l. promissor Sthici. §. 1. ff. de consli. pecu. & tamen habet aliud tempus quod datur iudicatis, sicut & debitor in diem qui cõdemnatur, transacto die habebit etiam tempus cõdemnatis concessum. [ Confirmatur, nam ea quẽ ori gine sunt diuersa, eadem quoque sunt & prosecutione & effectũ. l. nunquam. ff. de priua. delict. l. si mater. §. 1. & §. eandem. ff. de excep. rei iudi. Ideoq; tempore a diuersis dispositionibus limitata debent vt separata censerit, & vnum in altero non confundi, argume. l. generaliter. ff. de fideicommiss. liber. & l. non est ne. num. ff. de actio. emp. Tiraquell. libro. 2. de retractu. §. 2. glo. vnica numero. 18. [ Item quia licet doctõ

dētibz detur annus ad agnoscendū bonorū possessio  
nē vnde liberi, vel vnde agnati, vel vnde cognati. l.  
1. §. largius tempus. ff. de successio. edi. si tamē filius per  
annum tacuerit, excluditur tātum à primo capite vn  
de liberi, non etiam à secundo vnde agnati. d. l. 1. §. sed  
videndum est, glo. & docto. in. l. si emancipata. C. de  
iur. & fact. igno. Oldra. cōsilio. 203. in. 2. dubio. Sic &  
filius qui intra triginta annos potuit adire successio  
nem matris ex capite liberorum, & ita exclude  
re transuersales, si non adiit intra id tempus, po  
test & intra alios triginta annos adire ex genera  
li capite legitimorum per. d. §. sed videndum est, vt res  
pondit Bar. consilio. 129. in. 2. dubio, quem sequuntur  
Bald. Ange. Paul. Castr. Alex. & Iaso, & Corne. in. l.  
licet. C. de iure delibe. cum concordan. à Tiraq. con  
gestis lib. 2. de retra. §. 2. glo. vnica num. 20. [ His quo  
que concinuit quod scriptū est ab Oldra. Pet. de Bel  
laper. Cyno, Alberico, Bal. Ang. & Alex. in. l. vlti. C.  
de repud. hzredi. quod si cruce signatis concessum est  
priuilegium, ne teneantur soluere debita creditoribus  
vsque ad triennium, & si quispiam ex his habebat  
ex pacto creditoris dilationem quinquenni ad sol  
uendum, triennium non incipit currere nisi post de  
cursum quinquenij conuentionalis. argu. illius text.  
versiculo fin autem vel minor, ibi post impletū qua  
driennium. l. 2. §. nec temporalē, & ibi glo. C. de tem  
por. appella. idem voluit Ioann. Calderi. in sua disputa  
tione incip. Sacerdos quidam priuilegiatus: quorū  
sententia communis est, licet Ioannes Fab. Paul. &  
Corne. in. d. l. vlti. teneant contrarium, competunt si  
quidem ea in specie duę dilationes ex diuersis causis,  
vna ex priuilegio generali ordinis, alia ex pacto &  
priuilegio persone priuatę: atque ideo vna alteram  
non confundit, alioqui breuior nihil operaretur, vt  
Tiraq. explicat lib. 2. de retractu. §. 2. glo. vnica nume.  
69. quamuis numero sequen. magis accedat sententię  
19 Fabri, Pauli, & Cornei. [ Cōfert etiā doctrina Albe.  
in. l. siue pars prope finē. C. de dila. dicentis quod si  
iudex cuiuspiam statuerit dilationem octo dierum, &  
& elapsis quinque aliam dilationem statuerit nouem  
dierum, isthęc vltima dilatio incipiet currere, tūc de  
mum, cum prior finita fuerit, & ita dicit se obtinuisse  
ex facto. Itaque cum in presenti specie sint duę dila  
tiones, vna à lege concessa emptori, vt non teneatur  
soluere precium, donec res sibi tradita fuerit, vt in. d.  
l. ex his prædijs. C. de euictio. altera ex pacto & con  
uentione sex mensium vel anni, vna non confundit  
aliam, cum ex diuersis causis procedant: finge vendi  
torem in tota dilatione anni non tradidisse rem ven  
ditam, nonne esset frustratoria dilatio & innanis?  
Nec est rationi consonum, vt curat dilatio ad soluendū  
precium concessa, antequam debeat, vt rectē  
aduertit Iaso. in. d. l. si cui legetur numer. 16. ff. de leg.  
1. hęc rationes nō limitāt in specie retractus, de qua  
20 agimus, quare in eo habetur respectus ad vendi  
tionem & non ad traditionem, vt à venditione  
incipiant currere nouem dies retractus. [ Nec  
obert decisio Guido. Papę. 167. quia ibi illud fit ad  
euitandam pœnam, quam vassallus incurreret non  
pręstando fidelitatem domino intra annum & diem  
à iure præfixum, vt in capit. 1. in principio quę sit

pri. caus. benefi. amitt. & in capit. 1. §. nulla & ibi gl.  
per quos fiat inuesti. & in capit. 1. §. præterea & ibi gl.  
de prohi. feud. alie. per Federi. quare nimirum si cur  
rat tempus istud à die adeptę possessionis, non enim  
sibi poterit dolo imputari, donec possideat, vt tunc  
onere, grauetur cum commodum sentire inceperit,  
vt idem Guido Papę asseuerat autoritate Guill. de  
Cun. in. l. solennibus vbi Bald. Salic. & Fulgo. C. de  
reiuendica. Maria. Socin. Junior consilio. 115. numero  
18. libro. 2. & non à die factę venditionis, quo in tem  
pore nihil sibi poterit imputari, cumque dolo careat  
pœnam subire non debet capit. vltim. de prohi. feud.  
21 alien. per Lothari. vt ipse idē Guido attestatur. [ Nec  
consequenter obest, quod annus promotionis non  
currit nisi à tempore adeptę possessionis beneficij, &  
non à tempore collationis. Respondeo siquidem  
idem quod numero præcedenti respondimus ad obie  
ctionem Guidonis. Nec præiudiciū adfert quod Ti  
raquell. probare diximus, nempe, nō currere tempus  
retractus, donec lis finiatur super traditione rei ven  
ditę, quoniam id concedit Tiraque. præterquam vbi  
terminus retractus currit absenti & ignorant, prout  
fit iuxta consuetudinem Francię, vt ipse idem Tiraq.  
attestatur libro. 1. de retractu. §. 1. glo. 10. numero. 39.  
prout & iure nostro regio etiam fit, vt in. l. sequen.  
statuitur, secus autem vbi tempus non currit ignoran  
tibus, quia tunc vera est sententia Tiraquelli dicentis  
nō currere dilationē hanc, dum lis agitur super tra  
ditione rei, quoniam donec per sententiam explore  
tur, non dicitur quis scire rem esse alienatam, vt in. l.  
quandiu. C. qui admi. Cum igitur iuxta vs nostrū  
regium nouem dies retractus currant, vt dixi, ignorā  
tibus, absentibus, & minoribus vt in. l. sequen. nimi  
rum si currant non obstante lite & controuersia su  
per traditione rei. [ Quod autem dixi numero. 5. in  
22 fin. sæpe aliās in venditionibus tempus rei traditę spe  
ctari, vt in. l. si aliena res in principio & in. l. si is qui  
§. vltim. & l. iusto. §. etsi possessionis. ff. de vsucapion.  
illud non fit ex eo, quod contractus non sit perfectus  
ante traditionem, sed quia agitur de præscriptione,  
quę iure ciuili Imperatorum & regio partitarum  
bonam fidem exigit in eius initio, licet postea mala fi  
des superuenerit. l. 1. C. de vsucapio. transforman. l. se  
quitur. §. de illo. ff. de vsucapio. l. bonę fidei. ff. de ac  
quiren. rer. domi. l. 12. titulo. 29. part. 3. quare initium  
præscriptionis attenditur, & sic possessionis seu tradi  
tionis, à qua incipit præscriptio. l. sine possessione, &  
l. 3. ff. de vsucap. & non tempus contractus, quia nihil  
attinet ad præscriptionem, vt sentiunt clarę leges in  
contrarium citatę, quicquid Accursius inuoluerit,  
dicens per eas leges, tempus etiam contractus esse spe  
ctandum in emptionibus rei alienę, licet secus sit  
23 in actionibus ex testamēto & stipulationibus, in qui  
bus nullum constituitur discrimen in dictis legibus,  
sed vtraque in specie tempus traditionis inspicitur.  
[ Sed quod dictum est numero. 6. contractum vendi  
tionis non omnino perfectum esse ante traditionem  
intelligi oportet iuxta ea, quę diximus supra hac eadē  
gloss. numero. 12. & 14. dum retulimus quatuor  
perfectiones contractuum. Quatenus verò diximus  
verba in portiori significato esse accipienda, negari  
non

non potest, quoties verba impropriantur, nisi in po  
tiori significatione accipiantur: sed si in propria sig  
nificatione accipi possunt, satis est, nec tunc in potio  
ri significato necessario sunt intelligenda, cum suffi  
ciat, si verba proprię intelligantur, vt in. l. 1. §. si is qui  
nauem. ff. de exercito. & ita nuncupatim illud limita  
tat Socin. consilio. 304. col. vlti. versu. nec obstat vlti  
mum lib. 2. quod repetitur consi. 25. libr. 3. hic autem  
clarum est venditionem etiam ante traditionem ver  
ram esse & propriam, perfectamque vt. d. nume. 12. &  
14. probauimus, ideo nil amplius est disceptandum de  
24 potiori significato. [ Nec obest decisio. l. quoties. C.  
de reuendi. & l. 50. tit. 5. part. 5. quandoquidem ideo  
ibi secundus emptor, cui res tradita est, habere debet  
rem venditam & non primus, quia in secundum em  
ptorem mediante traditione translatum fuit domi  
nium & possessio. l. traditionibus. C. de pact. in pri  
mum verò non, cum ex solo titulo dominium nō trās  
feratur. l. pen. C. de reuendi. l. si ager. ff. eo. tit. 1. Quin  
tus. ff. de action. empti. l. qui tibi. C. de hzredit. vel  
actio. vendi. solum ergo cōpetit primo emptori actio  
personalis ex empto contra venditorem. l. 1. in princi  
pio cum similibus. ff. de action. empt. quę non sequitur  
fundi possessorem. l. si. §. vlti. ff. de contra. empt. l. 1. §.  
si hæres. ff. ad Trebell. de qua actione latē agit Anto.  
Gomez de contractibus. cap. 15. nu. 21. post medium,  
quare primus emptor agere non potest aduersus secū  
dum, cui res fuit tradita, non tamen ob id desinit vale  
re prima venditio, competit siquidem primo empto  
ri actio ex empto ad precium, damna, & interesse  
aduersus venditorem. l. 1. in prin. ff. de action. empti. l.  
50. tit. 5. part. 5. Quin etiam criminaliter agi potest ad  
uersus venditorem, vt in. l. qui duobus. ff. de fals. l. 7.  
25 tit. 7. part. 7. [ Eodem modo respondere poteris ad  
tex. in. l. vlti. §. Luti. ff. de dona. vbi si fundus Ti  
tio donatus ante traditionē pignori obligetur ab ip  
so donante, quamuis pignoris constitutio valeat, non  
tamē desinit valere donatio, & perfecta esse ante tra  
ditionem, vt dicitur, ibi, perfectam esse, sed fundus  
transit cum suo onere hypothecę in donatarium.  
26 [ Nec me mouet. l. si fundus. ff. loca. vbi publicatur  
res alicuius ab ipso vendita si nondum erat tradita,  
quoniam non ob id desinit valere venditio, & oritur  
actio ex empto emptori ad recuperandū precium ab  
ipso fisco, non autem recuperabit interesse propter fa  
uorem fisci, vt ibi dixit tex. ille. Item quia fundus pu  
blicatus, de quo in ea lege, fuit assignatus militibus in  
premiū, quod fieri poterit, vt in. l. Luti. ff. de euictio.  
quare nimirū si ad preciū dumtaxat cōpetat empto  
ri actio ex empto, quemadmodū etiam fit, cū res tra  
dita fuisset emptori, nō enim cōpetit actio de euictio  
27 ne, nisi ad solum precium, vt in. d. l. Luti. [ Nec ob  
erit, quod non dici poterit exiisse à familia vel cogna  
tione, quod non est alienatum: sed alienatū non dicitur  
proprię, quod in dominio venditoris manet, vt in  
l. alienatū in prin. ff. de verbo. signi. quoniam tex. no  
ster non statuit terminū nouē dierū ab alienatione,  
sed à venditione, vt cōstat ibi, (Edespues que fuere vē  
dida hasta nueue dias viniere.) At venditū rectē dicitur  
ante traditionem & proprię: & sic ante dominij  
translationem, vt docet Vlpianus in. d. l. alienatum

28 [ Ceterum quod de emphiteuta, vasallo, & possessore  
maioratus diximus numero. 8. procedit ad euitandam  
pœnam, vt dixi supra numero. 20. & quia ea in spe  
cie prohibita est alienatio, & sic translatio dominij,  
quare venditor non incurrit pœnam, donec tradat  
& dominium transferat: secus in nostro casu vbi nō  
agitur de alienatione, sed de venditione, vt dixi nu  
mero præcedenti. Vltima ratio numero. 9. tradita, quę  
non ita faciliter veniet in notitiam consanguinei vē  
ditio, vel actus aliquis fictę traditionis, vt constituti  
& similibus, ac ipsa vera traditio, quare æquum videtur  
vt nouem dies ad retrahendum constituti currant  
à tempore verę traditionis, non venditionis: si uo  
la profecto ratio est & debile admodum argumentū,  
quandoquidem tempus retractus currit ignorantibus  
& absentibus, vt in. l. sequen. infra eo. quid ergo ad  
rumbum, quod non veniat in consanguinei notitiā?  
Præterea fraudis præsumptio minimē cessat, etiā si res  
immobilis vendita, tradita fuerit: poterit siquidem  
traditio fieri clam, quo tempore non adesset consan  
guineus, quod iuste fieri posset, nec ob id clandestina  
feu vitiosa dicitur possessio, vt in. l. clam possidere in  
principio. ff. de acq. posse. in verba hæc, nec quinquā  
clam possidere incipere, qui sciente aut volente eo, ad  
quem ea res pertinet, aut aliqua ratione bona fide pos  
sessionem nanciscitur. Ex quibus constat hanc vlti  
mam & communem sententiam veram esse, nempe,  
quod nouem dies currant à die factę venditionis, &  
29 si traditio facta non fuerit. [ Quarto quęro in ven  
ditione conditionali à quo tempore curant nouem  
dies consignati ad retractum, an à die celebrati con  
tractus, an verò ab adimpleta conditione? Et videtur  
quod à tempore celebrati contractus per tex. in. l. 1.  
§. biduum. ff. quan. appell. sit, & capitulo biduum in  
principio. 2. quæst. 6. vbi si feratur sententia sub con  
ditione, statim ex die sententię currit tempus appel  
landi, nec spectatur dies aduenientis cōditionis. Præ  
terea in cōtractibus conditionalibus inspicit debet tē  
pus contractus, nō aduenientis cōditionis. l. si filius. ff.  
vbi Bar. & alij. ff. de verb. obl. & l. 2. §. ca. quoque. ff.  
de collatio. bonorū. l. vlt. ff. de stipu. feruorū. l. quæ le  
gata & l. seq. ff. de reg. iur. l. 32. & ibi Gre. Lu. in glo. 1.  
tit. 13. de pignoribus par. 5. & quæ traduntur à glo. &  
doct. in. l. si vxor tua. C. de cond. infer. Bar. in. l. si rē  
meā. ff. de ver. obl. locus etiā contractus cōditionalis  
non conditionis impletur inspicitur, vt tradit glo. ab  
30 omnibus recepta in. l. si vxor. ff. de iudi. [ Præterea  
veditio cōditionalis statim est perfecta antequā con  
ditio extiterit vt in. l. necessario. §. si ita res. ff. de peri  
culo & comm. rei vend. ita vt nō liceat alteri ex cōtra  
hētibus, inuito altero, ab ea discedere, vt scribit glo.  
ibi & in. l. 1. in princi. C. cod. titulo & in. §. 1. institu  
ta de emptione & venditione, & Hostiensis in sum  
ma eodem titulo. §. 2. in fine, Salicetus in. l. sicut  
C. de actionibus & obligationibus & doctores vbi  
quę, teste Tiraquello libro. 1. de retractu. §. 1. glo.  
2. numero. 26. & glossa. 10. numero. 43. ex quo plu  
ra infert Tiraquell. in dictis locis. Ex his hanc  
sententiam tenuit Guido Papę decisio. delphin. titus  
31 277. col. 1. versu. sed iuxta præmissa. [ Sed verior & re  
ceptior est opinio contraria, imo quod nouem dies re  
tractē

tractus currant à tempore conditionis implete, & nō à tempore contractus,quam tenent Guill. de Cun.& Alberi.in.l.1.§.annus.ff. quan. actio de pecul. annal. est,per tex. ibi, idem Alberic. in.1. parte statutorū quæ.97.in fin. Bald. in tracta. protomixeos numero 14.Gera.Vago in sua disputatione retractus, Mathe<sup>9</sup> Affli.in tracta.de iure protomixeos.§.3. nume.22.idē voluit Sebastian. Neapoda. in tracta.de iure congrui in verbo emit, Tiraq.lib.1.de retri.§.1.glo.10.nume. 45.Dinus in.l. de diuisione.ff.solu. matrim. Montal. in.l.13.in verbo nueue dias tit.10.lib.3.fori, Cyfonta. in.l.70.Tauri pen.colum.vers.3.dubitatur,& ibidem Gomez Arias nu.31. & Anto. Gomez num.21. & iterum lib.variarum & resolu.tomo.de contractibus.2. c.11.numer.29.vers.4.effectus d.Did.Couarru.lib.3. resolutio.cap.11.num.1. quibus accedo, quoniam ante impletam conditionem non dicitur perfectus contractus, sed quodam ius spe questum, vt in.l. hęc venditio in principio.ff.de contrah.emp.cuius verba sunt. (Conditionales autem venditiones tunc perficiuntur cum impleta fuerit conditio). l. cedere. ff. de verbo. si gni.l.bouem.§.si sub conditione ibi, quia nondū perfecta emptio. ff. de edili. edi. [ Quare neque interim ex ea agi potest. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. l. grege. §. si sub conditione, ibi, ante conditionē non recte agi, cum nihil interim debeat. ff. de pig. l.17. tit. 13. part. 5. d. l. bouem. §. si sub conditione ibi, ante conditionem existentem inutiliter agitur. ff. de edili. edi. l. hoc iure. ff. de verbo. obliga. l. pecuniam in fine. ff. si cert. peta. cum similibus à Tiraqu. citatis libro 1. de retractu. §. 1. glo. 2. nu. 21. Ex quo plura inferit nu. 22. & sequentibus, nempe, quod ante impletam conditionem non debentur laudimia, nec incidit res in commissum, nec debetur gabella, cum alijs pluribus ab eodem Tiraq. congestis in relectio. l. si vnquam, verbo reuertatur num. 22. C. de reuo. dona. [ Ex quo etiam inferit Ange. consi. 189. liberationem generalem omnium obligationum non comprehendere obligationes sub conditione contractas, quod multis probat, quim & contractus conditionalis non dicitur propriè contractus secundū Areti. consi. 11. colu. 1. Nec creditor secularis dicitur propriè creditor, vt voluit Ioco. Butr. Alberi. Sali. Fulgo. Rom. Alex. Aret. & Iaso. in. l. 1. ff. si cert. peta. Stepha. Bertrand. consilio 88. num. 8. lib. 4. Franc. Ripa lib. 2. responso. capit. 29. num. 7. & idem in debitore conditionali, quod non fit propriè debitor, dicit idem Aretin. consilio. 108. numero. 1. versiculo. 2. principaliter & ante eum Dyn. in. l. si is cui. ff. de actio. & obligatio. & Albericus in l. creditoris ad fin. ff. de verborum significa. facit. l. si quis sub conditione. ff. si quis omi. cau. testa. & l. in stipulatione & l. plerumque. ff. de iure dot. idem Alberi. in. l. 2. §. 1. num. 19. ff. si cer. peta. hęc omnia probantur vel ex eo, quod si conditio in contractu apposita deficiat, deficit similiter contractus, & est nullus ac si ab initio celebratus non fuisset. l. necessario in princ. ff. de pericu. & cōmo. rei vendi. ibi, quod si sub conditione res venierit, siquidem defecerit conditio, nulla est emptio. l. pecuniā vers. perinde est ac si nulla stipulatio interuenisset. ff. si cer. pet. vbi hoc notat Pau. nu. 3. Soci. notab. 6. Alex. vlt. notab. Iaso. §. notab. Deci.

34 2. notab. [ Nec oberit huic sententiæ. d. l. 1. §. biduum ff. quan. app. sit, quia quando iudex fert sententiā sub conditione, iam incipit grauare partem. glo. in. l. 3. §. 1. vers. hęc poena, in verbo experitur. ff. quod qui, iur. vbi Bal. eam cōmendat & notat pro appellatibus qui dicunt se lesos, ob id qd lædi possent, Bal. post Innocen. in. c. quoad consultationem col. 2. ver. vltius nota extra de re iud. & Panor. in. c. præterea requisisti & ibi Philip. Francus de appella. Iaso. in. l. si cui legetur col. vlti. ff. de lega. 1. Tiraq. lib. 1. de retri. §. 1. glo. 10. nu. 48. & sequ. [ Ad id quod diximus, in contractibus conditionalibus debere inspicere tempus & locum contractus, non conditionis implete, respondeo, verum esse, vbi iam conditio extitit, quoniam tunc est purificatus contractus: omnesque sortitur effectus, quos & contractus purus. l. vlti. §. Titius iuncta glo. ff. de vulg. & ibi Bald. Ange. Areti. Alex. & Iaso. text. etiam in l. si te solum. ff. de hære. in sti. l. sed etsi de sua. §. vltim. ff. de acq. hæred. l. si à reo. §. sub diuersis. ff. de fideiuss. l. vlti. §. si. ff. de verb. obliga. vbi cæteri interpretes, & adimplementum conditionis retrahitur per fictionem ad tempus contractus. l. potior & l. qui balneum in si. vbi etiam doct. ff. qui potio. in pigno. habe. l. 32. tit. 13. de pignoribus part. 5. quam ibi explicat Grego. Lupi, & Anto. Gomez de contractibus. c. 11. num. 30: Quo fieri alleuerat in vers. ex qua regula, quod habitas seu capacitas creditoris consideratur tempore contractus, nō verò tempore existentis conditionis. d. l. si filius fa. ff. de verbo. obliga. cum cōplicibus nu. 29. ci tatis. [ Infert etiam, quod gabella debetur impleta conditione eo in loco, vbi celebratus fuit contractus, non verò in loco nec tempore existentis conditionis, itaque pertinebit conductori eius loci & temporis, quo fuit celebratus contractus secundū Bart. Paul. & doctor. in. l. cum Ticio. ff. ad. l. Falcid. Bald. Paul. & cæteros in. l. diuortio. ff. soluto matrimonio. Romanū in. l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de verborum obligati. Ioann. de Firmo in tracta. gabellarum. 6. par. quest. 1. vbi multa allegat, atque iterum in. §. part. q. 11. atque in. 3. part. 8. partis princ. qua st. 27. Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 10. nu. 44. citans Bald. in. l. i. ad fi. C. de nudi, & hoc propter retrotractionem quæ fit iuris fictione, vt in. d. l. potior & l. qui balneum. ff. qui potio. in pigno. habe. l. 32. tit. 13. part. 5. [ Dies autē contractui conditionali appositus, currere non incipit, nisi postquam conditio impleta fuerit, quando dies non est certus nec determinatus, sed reiterabilis & in genere, vt vsque ad annum vel mensem, vt in. l. tali facta stipulatione. ff. de iure doti. quem ibi notant Odo. Bal. Salice. & Iaco. à. S. Geor. Bart. & docto. communiter in. l. si cui legetur. ff. de lega. 1. tex. in. l. 1. §. annus vbi etiam docto. ff. quan. act. de pecu. anna. est, Ant. Go. de cōtractib. c. 11. nu. 33. qui nu. precedēti discutit an adueniēte cōditione spectetur dies, & distinguit, inherēdo verbis Bar. in. l. ita stipulat<sup>9</sup> nu. 51. ff. de ver. obl. Sed iure regio, indistinctē spectatur dies impleta cōditione, vt in. l. 17. ti. 11. de ver. obl. par. 5. vbi id adnotauit Gre. Lu. in. gl. 1. [ Ad tex. in. d. l. necessario. §. si ita res. ff. de peri. & cō. rei vñd. respōdeo, ideo ibi esse pfectā vēditionē, q̄a cōditio si nauis ex Asia venerit, siue nō venerit, ibi posita, certum erat esse

esse adimplendā, quare nimirum perfecta appellatur, sed non pura, vt ibi aduertit Accursius: conditionalis siquidem est, quamuis vt pura habeatur propter certitudinem implemēti, venire enim aut non venire nauem oportet. Quod autem dixi nu. 30. nō licere alteri ex contrahentibus à venditione cōditionali discēdere, verum est, sed non ob id dicitur perfecta venditio, donec conditio euenerit, vt in legibus superius citatis nu. 32. & seq. [ Operatur autē contractus cōditionalis, vt si pendente conditione emptor vel venditor decesserit, si postea conditio extiterit, hæredes eorum obligati sunt quasi iam contracta emptione in præteritum, vt in. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peri. cu. & commo. rei vendi. & l. 26. tit. 5. part. 5. cum concordan. ab Anto. Gomez traditis tomo. 2. de cōtractibus. c. 11. numer. 36. qui hoc optimē explicat. [ Sed ex hoc aliud & quintum oritur dubium, nunquid cōsan guineus admitti possit ad retractum rei sub conditione venditæ, antea quam cōditio impleatur, quod late discutit Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 2. nume. 21. & pluribus sequen. & tandem numero. 26. & 27. resolutio posse admitti, hocque passim apud Gallos obseruatum, tametsi de iure communi vix posset obtineri: cum perfectus non sit contractus ante impletam conditionem, vt pluribus ostendimus in quaestione precedenti. Crederem tamen opinionem, quæ in Francia seruatur, apud nos seruari, quicquid in oppositum dixerit Cyfonta. in. l. 70. Tauri col. 5. vers. 29. dubitatur, sequutus Montal. in. d. l. 13. qui tamen hoc non dicit, & tum potissimum hæc opinio procedet, si ad traditionem fuerit deuentum, quo casu transfertur dominium etiam ante impletam conditionem. l. dotis fructus. §. vlti. & l. seq. ff. de iure doti. quam ad id appendunt Bar. Alex. Iaso. & cæteri in. l. 1. §. si vir. ff. de acqui. posse. & alij à Tiraquell. citati lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 2. nu. 18. & sequen. Sed adueniente conditione credere ratificari debere, vt retrahatur ad tempus factæ oblationis vel precij consignationis, vt in. l. ex hoc iure vers. 1. ff. de regulis iuris. l. 1. vers. si ratum. ff. quod iussu. l. vlti. C. ad Macedo. c. pen. de sentent. excommu. libro. 6. capit. ratihabitionem de regulis iuris eodem libro, modo ratihabitio hęc fiat intra nouem dies ab hac lege præfixos à tempore implete conditionis computandos, iuxta l. bonorum. ff. rem rat. habe. & ibi adnotarunt Bart. Alberic. Angcl. Paul. & communiter docto. cum alijs ab Antoni. Gomez citatis tomo. 2. de contractibus. cap. 11. num. 30. versic. ex quibus infero. [ Sed aliud occurrit dubium, & crit 6. questio, si fortè vendita re sub conditione, anteaquā conditio impleteretur, processum est ad traditionem, an ab eo tempore currere incipiant nouē dies retractus, an verò spectetur tēpus implete conditionis? Et videtur à tempore traditionis currere, quandoquidem, vt numero precedenti diximus, ab eo tempore transfertur dominium, quod Tiraq. asseuerat lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 10. num. 52. & 53. vbi hoc extendit ad traditionē factā per constitutum, vel aliās. Contrarium tamē in vtraque specie resolutio Ant. Gom. de contractibus c. 11. nu. 29. ad si. imo quod non currant hi nouem dies retractus, nisi à die adueniētis cōditionis: ex eo quod licet antea fuerit dominus, non fit virtute contractus

venditionis, sed titulo pro suo orto ex ipsa traditione, & demum adueniente conditione confirmatur ex titulo præambulo venditionis, vt probatur ex. l. necessario. §. quod si pendente. 2. ff. de peri. & commo. rei vendi. cuius verba sunt *Quod si pendente conditione res tradita sit, emptor non poterit eam vsucapere pro emptore*. Ecce pendente conditione non potest emptor iuuari ex ea emptione ad vsucapiendum titulo pro emptore: sed traditio pendente conditione facta operatur titulum pro suo, qui prodest ad dominij acquisitionem, si venditor erat dominus. [ Septimo quæro, an nouē dies retractus currant à tempore venditionis factæ cū pacto de reuendendo post certum tēpus restituto precio, an verò à tempore huius facultatis redimendi finitē? Tiraq. hoc latissimē examinat pro vtraque parte libro. 2. de retractu. §. 2. glo. vnica, & demum resolutio veriorē esse sententiā, vt scilicet, currat tēpus statim à die facti contractus, non spectato tempore reuenditionis, quam refert tenuisse Ioan. Fabrum in. §. 1. in si. in. l. de emptio. & vendi. Guido Papæ decisio. Delphina. 257. vers. sed iuxta præmissa, idem voluit Sebastian. Neapoda. in tractatu congrui in verbo emit, Math. Afflict. in tracta. protomixeos. §. 3. numero. 20. & 21. & in decisio. Neapoli. 338. ad finem, & Ioan. Montolo. in promptuario iuris tomo. 1. in verbo redimere vers. 2. Quibus accedo, eo quod venditio cum huiusmodi pacto vera est venditio, & omnibus numeris absoluta & perfecta, quandoquidem tradita sit emptor dominus, & facit fructus suos, nec eos tenetur restituere venditori, etiam si res redimatur, vt in. l. 2. vbi Bald. & Paul. C. de pact. int. emp. & vendi. cum multis concordantijs à Tiraq. congestis lib. 2. de retractu. §. 5. glo. 2. & quod ipse tradit eodem lib. 2. §. 2. glo. vnica nu. 34. & 35. Ex quo aperte cōvincitur huiusmodi venditionem puram esse, non conditionalem, nam aliās fructus non faceret suos, d. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. 2. ff. de in diem adiectio. l. omnia. §. 1. ff. de legatis primo Roma. singul. 440. Soci. consilio. 170. vers. ad tertium lib. 2. Tiraqu. libro. 2. de retractu. §. 2. glossa vnica numero. 73. quæ venditio licet pura sit, sub conditione tamen resoluitur, & hęc conditio resolutiua non suspendit actum, nec eum facit conditionalem, sed tantum ex euentu ipsius eum resouit, vt optimē declarat iurisconsultus in. l. 2. 3. & 4. cum glossa. ff. de in diem adiectio. & in. l. 3. & ibi glossa. & Alberi. ff. de contrah. emptio. cū concordan. per Tiraquell. traditis. d. §. 2. glo. vnica numero. 74. & sequen. [ Ex quo idem ipse Tiraqu. in prin. d. gloss. vnice asseuerat, pactum de reuendendo non esse impedimento, quin interim antequam venditor retrahat admittatur consanguineus: quod de iure procedere asseruit Matth. Afflict. in tractatu protomixeos. §. 3. numero. 21. Sclastia. Neapoda. in tracta. de iure congrui in verbo emit. Carolus Molinæus in consuetudini. Parisiensis. titulo. 1. §. 3. glossa. §. numero. 22. Ex quo etiam fit, vt venditor præferatur consanguineo, si ambo concurrant, quod asseuerat Tiraquellus libro. 2. de retractu. §. 1. glo. 7. in principio contra Fabrum in. §. 1. instituta de emptione & venditione, & Afflictum vbi supra quod



quod expresse obseruat Anto. Gomez in.l.70. Tauri num.17. Fit etiam, vt venditor ipse possit a cōsanguineo qui rem retraxit redimere ex vi pacti de reuēdendo, vt probat idem Anto. Gomez in.d.l.70. Tauri num. 18. versu. inaus tamen dubium, quod tamē mihi minus videtur dubium cūm retrahens teneatur reddere idē precium, quod emptor dedit, sed pactum de reuēdendo pars est precij, & miruit precium, vt in.l.fundi par tem. ff. de contrah. emptio. probauit latissimē supra eo. l.1. gl.2. nu.26. cum tribus sequentibus. [ Octauo quēro, si res vendita fuerit alicui pro annuo redditu redimibili, a quo tempore currant nouē dies constituti ad retrahendum an a die contractus celebrati, an verō a redemptione? Hanc quēstionē latē discuit dom. Did. Couarru. lib.3. resolutio. c.11. & concludit, quod a die celebrati contractus optimis rationibus: cui malo accedere, quam Tiraquello lib.2. de retractu. §.2. gl. vni. num.85. & sequ. vsque in finem, qui cōtrarium tenuit dicens hunc contractum conditionalem esse, cuius oppositum probat optimē. d. Did. Couarru. d.c.11. num. 5. & 6. vide cum & quē diximus supra eod. gloss. 1. nu. 24. 25. & 26. [ Nono & vltimo quēro, si quis rem patrimonialē vēdat nomine alterius, cuius res erat, an currat tempus retractus a tempore factę venditionis, an a tempore ratihabitionis? vide Tiraq. li.1. de retractu §.3. gloss. 1. nu. 61. & sequen. dicam infra eo. l.8. gl.14.

G L O S S. VII.

1. **Retraetus an habeat locum in datione in solutum?** & num. sequen. Datio in solutum non est proprie venditio. ibidem.
2. **Datio in solutum speciei pro quantitate similis est emptioni.**
3. **Retraetus sanguinis ex statuto, vel consuetudine competens habet locum in datione in solutum, et quare numero. 4.**
5. **Statuti verba quando in proprio vel improprio significato accipi debeant?** Statuentium mens ex quibus constat? ibidem.
6. **Leges regni Castellę ius commune appellantur in regno.**
7. **Lex nostra loquitur in contractu venditionis, & sibi similibus excepta permutatione.** Exceptio debet esse de contentis in regula, ibidem.
8. **Datio in solutum speciei pro altera specie similis est permutationi, atque ideo in ea locus non est retractui.**
9. **Datio in solutum necessaria in quo differat a voluntaria?** & nu. seq.
10. **Retraetus an habeat locum in datione in solutum speciei pro altera specie, vel in datione in solutum necessaria?** num. 8. 9. & seq.
11. **Retraetus habet locum in venditione necessaria, &**

nouē dies hac in specie currunt a die vltimę additionis, & aliorum nouem dierum, qui dantur ex consuetudine debitori ad rem vendicandam a licitatore.

11. **Legis. 1. & 6. supra eo. declaratio.**
12. **Retraetus an habeat locum in re pignoratata pro tanta quantitate, quęd non sit spes luitionis, & numero sequent.**
13. **Pignoratio pro precio æquivalenti an sit alienatio? ibidem.**
14. **Pignoratio pro precio æquivalenti rei maiorum vel prædecessorum non habetur pro alienatione, quia præsumitur, quod pignorans redimet eam propter affectionem.**
15. **Retraetus an habeat locum in transaetione?**
16. **Retraetus an habeat locum in re immobili æstimata data in dotem?** & num. 18. Dos æstimata in dubio facit emptionem, ibidem.
17. **Laudemia debentur domino ex re emphyteutica in dotem data æstimata.**
18. **Dos æstimata æstimatione quę facit emptionem potest a tertio possessore recuperari marito existente non soluendo, & a cōsanguineo, qui eam retraxit, liberatum tamen possessor dando æstimationem.**
19. **Retraetus fieri potest a consanguineo omnium rerum patrimonialium simul vno precio venditarum, nec vnam rem potest retrahere alijs relictis.**
20. **Lex si quis aliam. ff. de solutio. explicatur & numero. 22.** Datio in solutum est indiuidua ibidem. Venditis duabus rebus simul diuersis precijs non potest vna earū ab emptore euelli, si reuēsimiliter non esset vnam sine alia empturus, ibidem.
21. **Lex cum plures. ff. de euictio. explicatur.** Euicta vna ex pluribus rebus venditis vno precio, an liceat emptori ab emptione resilire, ibidem.
22. **Venditio plurium rerum vno precio facta non plures venditiones sunt, sed vna dumtaxat quando agitur de resolutione contractus.**
23. **Indiuidua non continent tantam vtilitatem in parte respectu partis quantam in toto respectu totius.**
24. **Precium non debet particulari resolutione diuidi.**
25. **Totum est aut admittendum aut repudiandum non in parte.**
26. **Venditio plurium rerum patrimonialium simul facta pro diuersis precijs, cuiuslibet rei diuisim signato precio, plures venditiones esse censentur nō vna, atque ideo consanguineus quamlibet earum poterit retrahere.**
27. **Retraetus fieri potest in vna re ex pluribus simul diuerso tamen precio, venditis, ibidem.**
28. **Rescisio ex remedio. l. 2. C. de rescindend. venditione locum habet in vna re ex pluribus simul diuerso tamen precio venditis, nisi valor aliarum rerum ita excedat, vt cum læsione in ea re contingente possit compensari, ibidem.**
29. **Gabella plures debentur ex venditione plurium rerū simul diuerso precio venditarum, ibidem.**
30. **Venditio plurium rerum vno precio facta, quod postea in eodem instrumento in singulas res diuiditur pro pluribus venditionibus reputatur.** Venditio plurium rerum diuersis precijs facta, deinde in eodem instrumento ex omnibus in vnum precium coacta pro pluribus venditionibus reputatur ibidem.
31. **Venditio plurium rerum, licet in singula capita precium sit diuisum vna venditio reputatur, si constet emptorem non nisi omnes res empturum fuisse, & quomodo id constabit.** Redhibitio vnius rei ex pluribus diuersis precijs venditis fieri non potest, vbi constituit emptorem non fuisse vnam sine alijs empturum, ibidem.
32. **Exceptio rei non tradita obstat petenti precium, si aliqua ex rebus venditis, etiam singulis precijs tradita non fuerit, si alijs emptor eas nisi simul non fuisset empturus, ibidem.**
33. **Venditio decem iugerum decem aureis pro qualibet earum consituto precio diuisionem non admittit in retractu, ibidem.**
34. **Datio in solutum, pro centum aureis mihi debitis, plurium rerum, etiam singulariter æstimatarum, non admittit diuisionem in retractu, sed aut omnes sunt retractande aut neutra earum.**
35. **Retraetus locus non est pro parte in datione in solutum plurium rerū, etiā singulis precijs æstimatarū ibid.** Datio in solutum est indiuidua, ibidem.
36. **Retraetus habet locum in re patrimoniali simul cum alia non patrimoniali vendita vno eodemque precio, & taxabitur valor rei patrimonialis, idque emptori restituetur.** Cap. constitutus de in integrū restit. u. appenditur, ibi. Paria sunt rem vanditam non subesse, vel obnoxiam esse retractui, ibidem.
37. **Lex domum. ff. de cōtrah. emp. l. 14. ti. 15. par. 5. exponitur, ibidem.** Lex si fundum. ff. mandati explicatur, ibidem.
38. **Retraetus an habeat locum in re non patrimoniali simul cum alia patrimoniali vendita vno precio, si emptor voluerit omnes res relinquere consanguineo retrahenti.**
39. **Retraetus an habeat locum in re nō patrimoniali simul cum alia patrimoniali vno precio vendita, si retrahens vtramque retrahere voluerit?** Emphyteusi vendita, non potest dominus nisi par-

tem suam vendicare precio restituto, nec emptor tenetur partem socij sui reddere, ibidem.

34. **Retraetus an sit locus in venditione nulla?** & nu. seq.
35. **Emphyteuta non cadit a iure suo, si venditio rei emphyteuticę nulla fuerit.** Venditio si nulla fuerit laudemia, nec gabella debetur, ibidem.
36. **Nullitatis exceptioni contractibus opponi nō potest ab eo, cuius nil interest.** Agere quis non potest, nisi eius intersit, ibidem.
37. **Retraetus an sit locus in venditione simulata?** Venditio simulata ibidem remissiuę. Turpitudinē suam quando alicui liceat allegare? ibid.

g

Si die re el precio porque es vendida la heredad. Lex ista loquitur in venditione, sed an locum habeat in datione in solutum? quęstio est ambigua & disputabilis, & partem negatiuam tenuit Specul. in titulo de emptio. & venditio. §. nunc dicendum. 2. versic. sed pone statutum, vbi & Ioan. Andr. & iterum in cap. constitutus ad finem, & ibi quoque Anto. & Petr. de Ancharra. in. 3. oppos. de in integ. restit. Alberi. in. l. statuli berri. §. Quintus. ff. de statuli be. post Alber. & Odofred. Lucas de Poena in. l. vltim. colum. 1. versu. item qui nō potest. C. de præd. curiali. lib. 11. Ioan. Porto. in. l. Senatus. ff. de lega. 1. Alexand. in apostillis ad Bart. in. l. litis. ff. pro empto. & in consilio. 76. numero. 10. libro. 5. Franc. de Aretio conf. 125. nūm. 3. Corne. consil. 166. numero. 17. libro. 2. Gerard. Vago in sua disputa. retractus versu. secunda conclusio est quod in re data, vbi hac innititur ratione, quod datio in solutum vim obtinet venditionis in fauorem eius, cui fit, idco in eius læsionem retorqueri non debet, Guido Papæ decisi. Delphina. 257. in fine Felin. in cap. vltim. num. 7. in fi. de accusa. Firmia. in tracta. Gabeliarum. 3. part. 8. partis princip. in. 3. quæst. versu. in quæstione tamen proposita & iterum in. 4. quæst. l. 160. num. 2. libr. 4. Sebastia. Neapoda. in tract. de iure congrui, Dec. col. 18. num. 3. Ioan. Crotus in repe. l. filiustam. §. diui col. 16. versu. 3. adducitur, & terum colum. 34. versic. tertia fit conclusio, & ibi quoque Ferdinan. Loazes numer. 485. & Fran. Ripa num. 101. ff. de legatis. 1. Paul. Parisi. consil. 82. num. 18. li. 3. Mouentur vel ex eo quod statutum vel consuetudo admittens consanguineum vel vicinum ad retractum est exorbitans a iure communi, debetque intelligi in casu proprio, & non improprie vt in. l. constitutionibus & ibi Bart. ff. ad municipa. vt latius probat præcitati doctores maxime Paul. Parisi. in. d. conf. 82. num. 4. & sequentibus lib. 3. & Corn. d. consil. 166. num. 8. & 14. lib. 2. sed vt ipsi existimāt datio in solutum non est proprie venditio, idem voluit e nostris Montaluis in. d. l. 13. in verbo por otra heredad in fine. tit. 10. lib. 3. fori, sensit Dida. Castelli in. d. l. 70. Tau. in verbo vendida in princ. & ibi Ioan. Lupi num. 23. [ Sed nihilominus contraria sententia verior est, imo quod retractus sanguinis, & quilibet alius locum habeat in datione in solutum voluntaria, quādo species datur in solutum pro quantitate, nam huiusmodi

modi in solutum datio similis est emptioni, seu vicem venditionis obtinet, vt in l. si prædium. C. de cuius. l. eleganter in prin. & ibi Bar. Bal. Paulusque Castrè, sibi contrarius. ff. de pignora. actio. l. vltim. ff. ex quibus caus. in posse. ca. l. si plus vers. et si iussu. ff. de cuius. l. sequitur. §. de illo vers. idemque fore. ff. de vsu. cap. l. apud Celsum. §. si quis autem vers. authoris. ff. de doli excep. l. fenatus in prin. ibi, quauis non vt vendat, detrahit, sed vt exsoluat. ff. de leg. 1. Vbi probatur hoc procedere in constitutione pœnali, vt ibi adnota uerunt Alberi. & Iaf. §. notab. qui eam legem legunt cū §. separauit legis cætera, And. à Barulo in l. 1. C. de fund. patrimo. l. 11. Et ex quo doctores multas passim quæstiones decidunt, nepe, Oldrald. conf. 37. q. 3. Cyn. Bart. Bald. Salice. & Ang. in l. litera. C. de senten. Bart. in l. si quis aliam. ff. de solutio. Fran. de Are. cōf. 32. Vbi ex hoc dixit generaliter, quicquid de vèditiōe dicitur, & in datione in solutum habere locum, Guido Papæ conf. 46. col. 2. vers. plus posset considerari, dicens ex datione in solutum deberi laudemia perinde atque ex venditione, Deci. consilio. 409. num. 16. & consil. 358. nu. 1. & consil. 387. nu. 3. & consil. 392. nu. 1. & vlti. Math. Afflict. decis. Neapoli. 335. num. 18. & decisio. 368. & sequen. ex quibus multi asserunt, & hoc in statutis procedere, alios etiam refert Tiraq. idem tenentes libr. 1. de retract. §. 1. glo. 14. num. 4. [ Quibus auctoritatibus & ratione subnixi, statutum seu consuetudinē retractus, etiam si de venditione simpliciter loquatur, habere locum in datione in solutum, tenent nuncupatim Ioan. Fab. & Alberi. in d. l. si prædium. C. de cuius. idem Alberi. in l. cætera. §. sed si separauit & ibi Iaso. num. 10. ff. de lega. 1. idem Alberi. in a. par. statutorum quæst. 88. & iterum in 2. part. q. 2. col. 1. Bald. in tracta. protomixeos nu. 13. in fi. Ioan. de Plat. in l. 1. nu. 3. & 4. C. de fund. patrimo. lib. 11. Ludo. Bologni. consil. 21. & consil. 25. Deci. sibi parum constans conf. 160. num. 2. versic. præterea dato quod ista esset datio in solutum, & consil. 86. nu. 7. 8. & 9. vbi optimè probat, Ioā. Crot. & Ferdinan. de Loazes in repe. d. §. diui, ille colum. 15. hic num. 227. Fabia. à Monte Sabini in tracta. de emp. & vendi. in 21. quæst. 3. quæstionis princip. Boeri. tit. de retractu. in consuetud. Bituricen. §. 3. colum. 1. Casane. in consuetu. Burgund. tit. de retractu. §. 9. num. 5. Alcia. lib. 2. de verborum signi. colum. 61. linca. 20. incip. lex ait rem venditam, & Carol. Molinc. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 13. gloss. §. in 10. quæst. & Ferroni. in consuetu. Burdegalen. tit. de retractu. §. 25. in prin. Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 14. nume. 2. & sequentibus, & è nostris idem voluit Cyfonta. in l. 70. Tauri quæst. 40. & ibidem Gomez Arias nu. 29. post medium vers. item non procedebat, & ibi etiam Ant. Gomez num. 20. & Greg. Lupi in l. 55. tit. 5. de emp. & vendi. part. 5. in verbo vender versic. ex quo infert. [ Quæ sententia mihi admodum placet ex his, quæ diximus nu. 2. & 3. & quia facillimè fraus fieret huic legi, conuentione tacite facta de re patrimoniali vendèda Titio pro mille aureis, quos venditor fingeret, ad defraudandum consanguineum, se mutuo accepisse ab emptore, eique in solutū præstitisse fundū pro ea quantitate, cui fraudi esse obuiadū, docet iuriscōsultus in l. cū hi. §. si lis. ff. de retractu. l. ordinata. §. vidēdū. ff. de li

libera. cau. l. 1. §. si inter. ff. de litigio. l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carb. edi. Imperator in l. 2. C. de indi. vidui. toll. l. meminerint. C. vnde vi. l. 1. C. de his qui veni. etiam in petra. cū similibus. [ Ad fundamēta cōtraria respōdeo, et si verba statuti, p̄priè & imp̄priè accipi possunt, quāuis regulariter accipi debeant in proprio significato. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercito. l. non aliter. ff. de lega. 3. Fallit tamen quoties apparet aliud fuisse de mente statuentis, vt in d. l. non aliter, & notat Bart. in l. non dubium. C. de legib. & in l. omnes populi. 6. quæstio. princ. vers. iuxta præmissa quæro, quid si in statuto est aliquod verbum &c. Alexand. consil. 52. num. 2. lib. 1. De qua mente dupliciter constare poterit. Primū si intelligendo verba iuxta propriam significationem aliquod refutaret absurdum vel iniquitas, quoniā tūc accipiuntur iuxta impropriam per. l. in ambigua. ff. de legi. & l. scire. §. oportet. ff. de excusa. tuto. Secundo quando ratio statuti repugnaret, quæ anima est ipsius statuti. l. cum mulier. 1. ff. solu. mat. l. cū tale. §. falsam ff. de condi. & demonstra. Dyn. in c. vltim. de regulis iuris in 6. Alexand. d. consil. 52. numero. 2. lib. 1. Sed in casu nostro posset iniquitas resultare, si fieret fraus legi, vt dixi numero præcedenti, repugnat etiam rationi legis nostræ, quandoquidem per dationem in solutum ita exiret res extra familiam & cognationem, ac per venditionem, quare nimirum permittitur consanguineis rem in solutum datam sicut & venditam retrahere. [ Præterea hoc est magis sine dubio hoc in regno, cū leges regie vt ius ciuile & commune reputentur, nec dici possunt statuta, vt latissimè probat Did. Perez in procemio ordina. 3. q. & ipse probauit in dialogo relatoris. 3. part. c. 34. num. 3. & 8. & supra hac eadem. l. gloss. 2. num. 17. Et si dixeris lex ista est exorbitans, odiosa, & iuri contraria, vt ex receptiori sententia resoluiimus supra eodem gloss. 1. numero. 14. in fine adhuc non oberit, cum hac in specie eadem vrgeat ratio, quæ in venditione, & ne resultet iniquitas & fiat fraus legi nostræ, vt dixi numero præcedenti. [ Probatur vltimo hac eadem lege, ibi, *mas si la quisiere por otra heredad trocar, no le pueda ningun pariente contradexir*. Ecce lex nostra prius loquuta fuerat de venditione rei patrimonialis, & in hoc vers. excipit casum permutationis, vt in ea locus non sit retractui, sed exceptio debet esse de cōtētis in regula, vana siquidē est exceptio quæ nō prædicatur de eo, quod regula cōprehendit. l. 1. vbi Bart. & docto. maxime Deci. num. 20. ff. de regulis iuris, Euerardus in locis legalibus loco. 3. versic. 2. dom. Dida. Couarru. lib. 2. resolutio. c. 5. nu. 4. Cū ergo permutatio similis sit emptioni, l. si. ff. de rer. permuta. l. 1. ff. de cōtrah. emp. l. 2. C. de rerum permuta. & in procemio tituli. 6. part. 5. consequitur, regulā non solum ad venditionem, sed ad alios actus, qui similes sint emptioni extendi, præter permutationem, in qua non discernitur, vter ex cōtrahentibus sit emptor vel venditor, nec aliquod est signatum precium, quod offeri & consignari possit, vt dicam infra in gloss. 10. in verbo trocar. Præterea lex hunc permutationis casum excludēs alios admittere videtur, qui similes sint emptioni. l. cum prætor. ff. de iudicijs, cū similibus. [ Hæc tamen vera & recepta sententia limitatur, vt procedat in datione

in datione in solutum alicuius rei immobilis, pro pecunia debita. Secus autē esset si species daretur in solutum alterius speciei debite: quoniam talis datio in solutum similis non est emptioni, sed permutatio ni, secundum glo. Cyn. Bart. & Bald. & alios in l. libera. C. de senten. glo. in l. si quis aliam vbi Bart. optime declarat. ff. de solutio. atque ideo in ea locus non est retractui, vt respondit Ludo. Bologni. d. consil. 25. col. 4. vers. plus voluit, Tiraq. libr. 1. de retractu. §. 1. gloss. 14. num. 7. in qua datione in solutum seruabis omnia quæ in permutatione dicam infra eo. glo. 10. [ Secundo limitatur vt procedat in datione in solutum voluntaria, secus in necessaria, quæ fit per iudicem in defectum licitatorum, vt in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. & l. vlti. in fi. tit. 27. de executione rei iudicatæ par. 3. hæc siquidem non dicitur propriè datio in solutū, sed addictio creditori facta, vt ex d. §. si pignora expendit Alex. d. consil. 52. nu. 2. & sequ. libr. 1. Nec comprehenditur sub statutis de venditione loquentibus, vt Alberi. adnotauit ex l. fenatus in principio. ff. de lega. 1. quam legit sub l. cætera. §. si. co. titu. & in 2. parte itatorum. q. 2. cum concordant à Tira. congest. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. nume. 9. Nec ex ea do. minus habet laudemia, vt censet Guille. de Cun. Bar. Bai. Fulgo. & Paul. Castr. in l. si ideo. ff. de condi. etio. furti. l. 1. vlt. 7. q. C. de iure emphi. sed hoc vltimum verum non est, vt apud eundem Tiraq. vide licet. d. glo. 14. num. 14. Nec continetur in prohibitione alienationis. l. diuus. ff. de peti. hæredi. l. peto §. prædium. ff. de lega. 2. cum concordant. Tiraquell. d. glo. 14. numer. 11. Ex quo infertur retractui locum nō esse in huiusmodi necessaria additione vel datione in solutū, quod voluit Ioan. de Pat. post alios antiquiores in l. 1. num. 3. & 4. C. de fund. patrimo. libr. 11. Ma suen. titu. de executione & subhæita. §. item precij distributione ad finem Iaso. in l. cætera. §. sed si separauit nu. 10. ff. de lega. 1. Marh. Affli. in tracta. protomixeos. §. 3. num. 16. Ferd. Loazes in d. §. diui num. 228. & num. 485. Fabia. à Monte in tracta. de emptione. & vendi. q. 3. prin. num. 46. Deci. conii. 160. num. 2. vers. præterea dato, Ioan. Corraf. libro. 3. miscellanorum cap. 5. Montalu. in d. l. 13. in verbo por otra heredad tit. 10. lib. 3. fori Greg. Lupi in l. 55. in verbo veder tit. 5. part. 5. facit. tex. in l. 6. supra eo. vbi dixi in glo. 1. nu. 7. & 8. [ Cæterum hæc limitatio vera non est, vt pluribus rationibus probat Tiraq. libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. nu. 13. & seq. quod potissimum procedit iure nostro regio, quo & in alienatione necessaria, quæ fit per iudicem per subhæstionem locus est retractui, & currunt nouè dies à die vltimæ additionis vt in l. 9. infra eo. sumpta ex l. 70. Tauri, si ergo retractui locus est in venditione necessaria, habebit ergo etiā locus in datione in solutum necessaria, quæ iure nostro equiparentur vt in l. vlt. tit. 27. de execu. rei iudi. par. 3. ibi como en manera de compra, vt latius dixi supra eodem. l. 6. gloss. 1. numer. 8. Ex quo cessat quod de iure communi Imperatorum aduertit Tira. differre admodum venditionem necessariam, quæ fit per subhæstionem iudicis mandato alicui licitatori ab adiudicatione in solutum, quæ fit ipsi creditori, vt ipse Tiraquell. dixerat libro. 1. de retractu. §. 1.

glo. 14. num. 18. & Bald. consil. 300. lib. 1. per text. in l. ordo. C. de executio. rei iudi. nam iure regio hæc duæ species æquiparantur vt in d. l. vltim. tit. 27. part. 3. ex quo hanc sententiam sequuntur Cyfonta. in d. l. 70. Tauri col. 6. vers. 40. dubitatur. & Gomez Arias ibi num. 29. prope finem vers. tamen taliter. [ Cui tamē ob stare videtur tex. in d. l. 6. supra eo. vbi in re per iudicem addicta creditori in solutum non est locus remedio. l. 2. C. de rescind. vendi. licet in re per iudicem per subhæstionem maiori licitatori vèdita locus sit euidem legis remedio, vt in l. 1. & l. 6. supra eod. vbi creator coactus fuit rem in solutum accipere, cuius licitatores inuenti non sunt, vt ibi dixi. sed hæc ratio non tollit obiectionem, imo secundum Gomezium Arias in d. l. 70. Tauri num. 11. eius d. l. 6. argumento, idem videtur statui debere in specie, de qua agimus, licet postea dicat aliam diuersam rationem esse in casu nostro quam in casu d. l. 6. & nō aperit aliās, sed tu vide optimam rationem differentie ex his, quæ in d. l. 6. supra eod. dixi glo. 1. & 2. [ Secundo quæro, an retractus habeat locū in re pignori vel hypothecæ subnixæ, pro tanta quantitate, vt nulla spes licitationis? Et Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. num. pen. dixit locum esse retractui, arg. tex. in l. qui habebat in prin. ff. de lega. 3. & eorum quæ norantur à Iaco. de Rabenis & alijs in l. 1. §. per seruum. ff. de acq. possess. cum pluribus concordantijs per Tira. traditis in præfatione retractus ligniger nu. 36. vbi huiusmodi pignus loco alienationis esse probatur, creditorque deminū pignoris esse censeri, licet aliās ex pignore non transeat dominū, semperque debitor maneat dominus, vt in l. 1. §. seruus. itad Sillani. & l. generaliter in prin. ff. qui & à quib. & in l. 1. §. per seruum. ff. de acq. posse. l. statuliber. ff. ad l. Falc. ita ut creditore inuito possit eam re debitor in alium transferre, vt in l. si debitor. C. de distractio. pigno. & ibi cōcor. in glo. ex quo videtur, quod pignus accipere qui emere prohibetur in quorū. ff. de pig. hoc tamē non obstat quando est tanta pignorata, quod non sit spes licitationis, censetur vt dixi, alienata, atque ideo nimirum si possit à consanguineo lui & retrahi, quod & voluit Ioann. Igne. in d. l. 1. §. seruus nu. 3. ff. ad Sillani. & Anton. Gomez his non citatis in l. 70. Tauri num. 23. [ Ego autē censeo hac in specie locum non esse retractui, quoniam verum non est non subesse spem licitationis, licet enim tanti & pluris pignorata sit, quā sit eius rei valor, quia tamen supponimus eam esse maiorū, propter affectionē creditur à debitor esse luendā, vt in l. 11. in emptionē ff. de pigno. non ergo erit locus retractui, cum nō censetur res alienata, nec legatum per talem pignorationem censetur reuocatum, vt docuit singulariter Paul. Cast. in l. qui post. C. de lega. quæ ibi sequitur Alex. in fi. & Corn. post prin. & Iaso. nu. 2. in prin. Ioā. Lu. in repe. rub. de do. int. v1. & vx. §. 69. nu. 10. ver. quod intelligo Ripa in l. filiusfa. §. diui nu. 3. ff. de leg. 1. & in l. 1. nu. 12. ff. de pig. Tiraq. lib. 1. de retra. in præfatio. nu. 36. in fi. [ Tertio quæro, an in tractatione locus sit retractui? hanc quæstionē iōge examinat Tiraq. libr. 1. de retra. §. 1. glo. 14. à nu. 60. vsque ad numerum. 76. resoluitque locum esse retractui, non rei, de qua tractatū est, sed iuris quod ipse trāsigenis dimittit, nec con

sequetur plus consanguineus ex retractu, quam ipse transigens esset consequenturus, atque ideo si transigens possidebat, & ipse quoque consanguineus possidebat sine praeiudicio iuris ab alio praetensi: si non possidebat, nec retrahens possidebit, sed poterit prosequi ius, quod transigenti competeat, quodque idem remisit, ut in simili dicimus de minori restituto, ut optime declarat ipse idem Tiraquell. d. glossa. 14. numero 74. Sed iure nostro regio crederem, non admitti retractum in transactione, quandoquidem retractus de quo in hac lege non competit ad ius, sed ad res dumtaxat immobiles, ut late probauimus supra hac eadem l. glo. 1. in principio vsque ad numerum. 50. & hoc voluit Cyfontan. in l. 70. Tauri columna. 6. versicul. 34. dubitatur. [ Quarto queritur, an in diuisione sit locus retractui? Hoc discutit Tiraquell. libro. 1. de retractu §. ii. n. glo. 14. nume. 76. & 77. & nihil decidit. ego tamen crederem locum non esse retractui, quod & voluit Mat. 16 Afflictus in tractu. protomixeos. §. 3. num. 25. [ Quinto queritur, an retractus sanguinis habeat locum in re immobili estimata data in dotem? Respondeo locum esse, eo quod dos non minuatur ex huiusmodi retractu: quandoquidem precium reddit consanguineus, libereturque maritus soluto matrimonio reddendo precium, l. quotiens & ibi glossa & doctor. C. de iure doti. l. plerumque. §. si ante. ff. eodem titulo vbi dicitur quod est vera venditio, & licet quaedam sit aestimatio ad sciendum dumtaxat valorem rei, in dubio tamen aestimatio facit emptionem. l. 1. §. estimatarum & §. estimatas. C. de rei vxor. actio. l. 3. & ibi Bart. ff. loca. & legibus supracitatis, glo. Faber. & Bal. in l. si inter & in l. in rebus in principio in verbo estimatae vbi etiam doctor. C. de iure doti. Bal. in l. ex conuentione colu. 1. versu. 3. casu. C. de pact. vbi id pulchre declarat, Bar. in l. si vt certo. §. nunc videndum prope finem. ff. commoda. & in l. 1. §. si. nu. 3. ff. de estimato. actio. Alex. consi. 79. num. 2. lib. 5. & ibi ~~Bartholomaeus~~. idem Alexan. consi. 156. nu. 1. lib. 6. Frac. de Aret. cof. 84. num. 1. & si. Fran. Cremen. singul. 18. Corn. consil. 137. num. 3. libr. 1. Soci. consi. 289. num. 1. libr. 2. Stepha. Bertrand. consi. 235. num. 2. lib. 1. & consi. 158. numer. 1. lib. 4. Deci. consi. 682. num. 11. Anto. Rube. conu. §. col. 1. Ioan. Lupi in repet. rubr. de dona. int. vi. & vxor. §. 17. num. 8. Soci. consi. 156. num. 4. lib. 1. Maria. Socin. Iunior consi. 141. lib. 1. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 14. num. 20. Paul. Paris. alios citans consilio. 81. nume. 10. lib. 3. tex. insignis in l. 7. 16. & 18. tit. 11. de dotibus par. 4. vbi optime Greg. Lupi omnium optime. d. D. Couarru. hanc dicens communem lib. practica. quæstio. 28. num. 1. vsque in fi. capitis. [ Conuestitur hæc sententia ex eo, quod ex huiusmodi dote estimata debetur laudemium domino directo rei emphiteuticæ, quæ in dotem datur: poteritque dominus ipse rem sibi retinere si maluerit precium eius soluere, ex sententia Specula. in tit. de locato. §. nunc aliqua ver. no. idem voluit Alberi. in l. seruos. ff. fami. exciscun. Pet. Iaco. in titu. de actione in re pro emphiteuti col. 8. versu. ite & in datione in dotem Sal. in l. vlt. nu. 10. C. de iure emphiteu. Imol. in c. potuit nu. 17. extra de loca. Ioã. Ray. in c. 1. §. habito. 4. cartha versu. quid autem sit in re emphiteuticaria tit. de prohi. feu. alie. per Fede. Masueri. in tit. de

emp. & ved. §. ite si res detur. Gui. Pape decisio. Delphi. 48. Auferri. in decisio. Tolofana. q. 278. Tira. hæc dicens recepta sententia lib. 1. de retra. §. 1. glo. 14. nu. 108. & seq. quorum sententia vera est, licet Iaso. eo quod dos sit necessaria alienatio, teneat contrarium in d. l. vlt. 9. q. nu. 1. C. de iure emph. cui accessit Steph. Bert. cofi. 380. in 2. dubio. li. 2. Arnal. Ferronus in consue. Burdeg. tit. de feudis. §. 19. [ Ex his igitur vides, quod retractus locus sit si res immobilis patrimonialis detur in dotem estimata tali aestimatione, quæ faciat emptionem, quod & voluit Math. Affl. in tract. protomixeos. §. 3. nu. 7. Tira. li. 1. de retr. §. 1. glo. 14. nu. 108. & seq. quibus accedo, Limita tamen, vt hæc non procedat, quoties aestimatio non facit emptionem, quod fit in casibus, qui optime enarrantur ad d. D. Couar. li. practicarum quæst. c. 28. & à Greg. Lupi in l. 7. 18. & 19. tit. 11. de dotibus par. 4. [ Limita etiã, nisi maritus fuerit non soluendo, quia tunc vxor eius in subsidiu poterit re dotale vdicare, licet estimata fuerit estimatio, quæ faciat emptionem, à quocunque possessore, etiã à consanguineo, qui eã iure sanguinis retraxit, vt in l. in rebus in prin. vbi glo. quã ibi oēs sequuntur. C. de iure dot. Bal. & Salic. in l. interest. C. de vsufr. Bal. Nouellus in tract. de dote par. 7. privilegio 23. & par. 8. privilegio. 7. Iaf. in §. actionu nu. 84. in l. de actio. & in l. traditionibus col. vlt. C. de pact. Bal. in l. ex conuentione nu. 3. C. eo. tit. Gre. Lu. in l. 7. in verbo apreciada tit. 11. par. 4. d. D. Couar. li. practi. quæst. c. 28. nu. 8. qui reprehendit opinionem Ioan. Lupi in d. §. 17. nu. 8. in repe. rub. de dona. int. vi. & vxor. & aliorum plurium autoritate. d. glo. Baldi & Sali. tenentiu, non ceteri dotem datam ea aestimatione, quæ facit emptionem, quoties maritus eo tempore quo dos sibi data fuerat non erat soluendo, dicit enim. d. Did. Couarr. eam glo. Bal. nec Salicetum in d. l. interest, hoc non dicere, sed quod mulier soluto matrimonio possit agere vtili reuendicatione ad rem dotalem, (etiã si estimata fuerit ea aestimatione quæ facit emptionem) in subsidium marito non existente soluendo eo tempore, quo dos est restituenda, cuius sententia verior est, quoniã hac in specie vxore agente vtili reuendicatione aduersus tertiu possessorem, poterit possessor eã à vdedicatione excludere soluendo precium, quo fuit estimata, ex sententia Mariani Socini consilio. 224. li. 2. versiculo quinimo, cui accedunt Iaso. in l. traditionibus numero. 20. C. de pact. & dominus Didacus Couarruuias. d. capit. 28. numero. 8. versu. sed si vxor egerit, quorum opinio mihi admodum placet ex rationibus per dominum Didacum Couarruuiam virum peritissimum traditis, quamuis eam opinionem late improbare conetur Antonius. Negusantius de Fano in tracta de pignori. §. part. membro. 3. numero. 28. quã multa alia tradit hac in re, quæ sunt memorie commendanda, cum legito. [ Sexto queritur, quid si plures res simul vendantur an & quando sit locus retractui? in qua quæstione, vt recte percipi possit, fac sequentes conclusiones. Prima conclusio, si plures res patrimoniales simul vno & eodem precio vendantur, omnes simul retrahi oportet, aut omnes dimitti, ita expresse decidit, l. 10. infra eodem sumpta ex l. 71. Tauri vbi id expendit Anto. Gomez. num. 15. quod & pluribus Franciæ consuetudinibus

nibus attestatur Tiraq. constitutum esse, lib. 1. de retractu. §. 23. glo. 1. in prin. idque etiam procedere de iure communi stante consuetudine retractus, quod & asseuerant Munfueri, tit. de retractu. §. ite vna vel plures, & Nicol. Boeri. in consuetudi. Bituri. §. 5. col. 2 versu. sed non quid si plura, Pirrhus in consuetu. Arlianen. titu. de retractu. §. 30. Ioan. Montolo. in promptuario iuris tomo. 1. in verbo redimere versu. 2. in verbo habeat licentiam, & Ferroni. in consue. Burdega len. tit. de retractu. c. 3. & c. 27. [ Cuius conclusionis plurimæ sunt rationes. Prima quoniam emptor aliàs verisimiliter non foret empturus eas res, nisi simul & vnico precio sibi venditæ fuissent, quare aut omnes retrahere, aut omnes dimittere erat. necessarium argu. tex. in l. si quis aliam. ff. de solutio. vbi si res in solutu data fuerit pro parte euicta, aut ex duobus fundis, alter euictus sit, manet integra obligatio, quia creditor eas res non accepisset, nisi pro solido eius fierent. Est enim datio in solutum indiuidua, l. cum amplius ff. de regul. iur. l. si non fortem. §. si centum. ff. de conditio. indebi. Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 23. glo. 1. nume. 23. vbi plures addit concordant. confert etiam l. si duos. ff. de contra. emptio. vbi si duos quis seruos pariter emerit vnico precio, quorum alter ante traditionem mortuus fuerit, in vno quidem non constat emptio, quia vt dixit gloss. ibidem, forte non erat empturus, nisi vtrūque simul, vt ibi etiam aduertit Alberi. [ Nec obstat tex. in l. cum plures. ff. de euictioni. vbi pluribus rebus venditis vno precio, altera euicta non potest emptor à contractu resilire, licet possit agere de euictione contra venditorem pro aestimatione rei euictæ, quod directe aduersatur dictæ legi si quis aliam. ff. de solutio. vbi in datione in solutu contrarium disponitur: quam antinomiam soluit Accur. in dict. l. cum plures, & Barto. in l. 1. ff. de euictionib. dicentes, quod in datione insolutum debitor tenetur rem facere accipientis, quare re vna euicta ex eis, quæ insolutum datæ sunt, non manet debitor liberatus ab obligatione primeua, sed integra pro solido obligatio manet, quia non consentit liberationi creditor, nisi dominium vtriusque rei nancisceretur. At in venditione secus est, quia tradendo fuit liberatus, ideoque postea euictione sequuta non suscitatur obligatio, nisi quatenus est euictum: quamobrem si altera ex duabus rebus vno tantum precio venditis per consanguineum venditoris retraheretur, cum euictioni locus non esset (vt pluribus probat Tiraquell. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 9. nu. 34. & sequen.) præiudicium non modicum obueneret emptori, qui forte re vnam non emisset, si sciret alteram pro iusto precio ab eo esse auocandam, nimirum ergo si vna earum retrahi non possit: [ Secunda ratio est, quia vbi tracta de resolutione contractus, venditio plurium reru facta vno precio censetur esse vnica venditio, quare re soluta in parte remanet in reliquo resoluta, vt docet Bar. in d. scire debemus in prin. nume. 4. ff. de verbo. obliga. & ibi Iaso. nume. 12. ff. de verb. obligatio. Alex. consi. 178. nu. 4. lib. 7. & Fran. de Aretio id explicans consi. 129. Tiraq. plura allegans lib. 1. de retractu. §. 23. glo. 1. nu. 4. & deinceps, & quod si plures res vni co precio venditæ fuerint, vnica censeatur venditio,

probat tex. optimus in l. & si vno precio. ff. de actio. emp. l. prædij. §. Titio & §. valneas & §. fina. ff. de leg. 3. [ Tertia ratio est, quia non est tanta vtilitas & aestimatio rei in parte respectu partis, quanta in toto respectu totius. l. si quis aliam. ff. de solutio. l. fundus ille iuncta glo. ff. de cõtra. emp. l. Meuius. §. vlti. ff. fam. exciscu. l. Meuius. §. in fundo. ff. de leg. 2. l. si quis id quod in fine. ff. de indiem adiectio. cum concord. à Tiraq. traditis. d. §. 23. glo. 1. nu. 14. Sed venditio cõtinet rem tradi, vt in l. 1. & l. ex empto. ff. de actioni. emp. quæ est indiuidua tam quoad solutionem, quã quoad obligationem. l. stipulationes non diuiduntur ff. de verbo. obligationi. Bar. in l. si vt certo. §. si duobus nu. 7. ff. commoda. & in d. l. stipulationes non diuiduntur nu. 9. [ Quarta ratio, quia quoties vna res vel plures vno precio emuntur, non debet precium particulari solutione diuidi. l. plane. ff. fami. exciscun. & notatur in l. quidam estlamauerunt. ff. si cer. pet. l. tutor. §. Lutus. ff. de vsur. [ Quinto quia aut totum est admittendum, aut totum repudian dum. l. cū queritur in fine. ff. de admi. tuto. l. nam absurdum. ff. de bon. liberto. l. si ita stipulatio in fi. ff. de ope. liberto. cum concor. à Tiraq. traditis lib. 2. de retract. in fine nu. 5. his & alij rationibus fundatur decisio. l. 10. infra eod. & nostre conclusionis supra nu. 20. traditæ, quæ iure communi Imperatorum sustinetur, quamuis oppositū asseruerit Matth. Affli. in tract. protomixeos §. 6. nu. 5. & 6. [ Octaua conclusio, quoties vno contractu vel instrumento venditæ sunt plures res patrimoniales, si in singulas precium constituitur, videlicet, domus centum aureis, fundus ducentum, censentur esse plures venditiones, l. cum euictum. ff. de ædili. edi. & l. si plura cod. tit. l. quod sæpe. §. in his. ff. de contra. emp. l. in bello. §. vlti. ff. de capti. & posslimi. reuer. atque ideo consanguineus poterit, quam velit retrahere alijs emptori dimissis, casus est in d. l. 10. infra eod. ex quo fit, vt rescissioni ex causa læsionis vltra dimidiã iusti precij locus sit in qualibet earu, alijs emptori dimissis Bal. consi. 91. in fi. lib. 2. Deci. consi. 421. col. 1. nisi tamen in alijs rebus etiam singulariter aestimatis, tantum esset lucri, vt in ea videri nõ possit esse ita grauiter deceptus: nam ex eodem contractu fit compensatio vnus corporis ad aliud. l. si duorum §. sed rectius est. ff. de actio. emp. Bal. d. consi. 91. & iterum in l. vlti. §. præterea. C. de iure doti. Fran. de Aret. in l. scire debemus col. penulti. ff. de verbo. obliga. Tiraq. lib. 1. de retra. §. 23. gl. 1. nu. 17. Fit etiam vt pro qualibet re earu, quæ vnico instrumento & diuersis precijs venditæ fuerunt, tot gabelle debeantur, quot sunt res ex senten. Bal. & Ang. in l. cum euictum. ff. de ædili. edi. quos sequitur Firmi. in tract. gabellaru. §. 9. 5. partis prin. Barba. consi. 36. col. 7. versu. & licet libr. 2. Deci. consi. 344. nume. 3. versu. secundus casus. Tiraq. d. numero. 17. in fine. [ Extende primo conclusionem istam, vt procedat, etiã si plures res empte fuerint vno quidẽ precio, quod postea in eodẽ contractu seu instrumento in singulas res diuisum est, verbigratia, vendo domũ & fundũ trecentũ aureis, domũ scilicet, centũ, & fundũ ducentis, nã & eo casu cõsebutur plures venditiones, vt voluit glo. in l. adiles autẽ §. si plura in verbo forte in prin. & glo. sequẽ. & rursus



sum in. §. vlti. in verbo vno precio, atque etiā in glo. vlti. ff. de xdili. edi. glo. 2. in. l. cum in ea eod. ti. & Barto. in sua disputatione incip. publicanus ad finem vbi dicit esse notandum, Fabian. à Monte. S. Sabini in tracta. de emp. & vendi. 9. & vlti. quæstio. princi. nu. 7. in fine, Anto. Corse. singu. in verbo venditio incip. licet plures qui est in fine illius operis, dicitur de hoc esse tex. in. l. cum duo serui. ff. de in diem adiect. Signoro. confi. 54. in princi. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 23. glo. 1. nume. 18. & 19. Vbi hanc conclusionem extēdit, secundo vt procedat, etiam si primum precium fuerit diuisum in singulas res, & vnum ex omnibus coactum, hoc, videlicet, modo, vendo tibi domum sexaginta aureis & fundum quadraginta, que quidem summę in vnum redactę faciunt centum, adhuc etenim censentur esse plures venditiones, vt voluit Fracis. de Are. in. d. l. scire debemus col. 3. versi. & aduerte. ff. de verbo. obliga. vbi de hoc dicit esse text. notabilem & singularem in. d. l. si plura. ff. de xdili. edi. idē in sententia resolut Bar. in. l. vbi fideiusor. ff. de solutio. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 23. glo. 1. nu. 19. [ Limita primo conclusionem hanc & d. l. 10. infra eod. ni si constaret, emptorem non nisi omnes res simul empturum fuisse, tunc enim licet in singula capita precium sit constitutum, vnica tamen censetur emptio, vt propter vnus vitium omnes redhiberi possint, vel debeant, vt censuit Africanus in. l. cum eiusdem in fine ff. de xdili. edi. in hec verba, interdū & si in singula capita precium constitutum sit, tamen vna emptio est, vt propter vnus vitium omnes redhiberi possint vel debeant, scilicet, cum manifestum erit, non nisi omnes quem empturum vel venditurum fuisse, vt plerumque circa feruos comedos, vel quadrigas, vel mulas pares accidere solet, vt neutri non nisi omnes habere expediat. Qua decisio subnixus Philip. Deci. confi. 421. nu. 4. respondit, quod si plures res singulis precijs eodem instrumento sint venditę, quas tamen constat contrahentes non empturos aut vendituros fuisse, nisi omnes simul, huiusmodi contractus pro vnica habebitur venditione, vnde & venditori agenti ad precium obstat exceptio rei non traditę, donec omnes traditę fuerint, cui accedit Tiraq. lib. 1. de retract. §. 23. glo. 1. nume. 20. Ex quo ipse infert nu. sequen. quod vbi quis simul emit centum agri iugera vno precio in singula iugera constituto, quorum quedam sunt fertilia, quedam vero sterilia, non poterit consanguineus retrahere fertilia, & emptori relinquere sterilia, arg. l. qui vtilia, & l. quisquis. C. de omni agro deser. lib. 11. Nam hic emptor non erat verisimiliter sterilia empturus sine fertilibus æquali precio. [ Secundo limita, nisi duę res separatim & diuerso precio fuerint datę in solutum pro vno ac eodem debito, exempli gratia, tu mihi debes ex eadem causa trecentos aureos, pro quibus dedisti mihi in solutu duos fundos, vnum æstimatum centum aureis, alterum ducentis: nam cum tunc considerata causa primitiua, esset vnum debitum indiuiduum, quod non potuisset debitor diuidere, nec per partes soluere inuito creditore, vt. l. tutor. §. Lutus. ff. de vsur. habetur in. l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. peta. ideo etiam ex postfacto non debet admitti particularis redem-

ptio consanguinei, vt in hac specie nuncupatim voluit Pet. Bosu. in. d. l. scire debemus ad finem principij. ff. de verbo. obliga. Iaso in. l. stipulationes non diuiduntur nume. 21. in fine eod. titu. vbi ad hoc citat text. in. l. tutor. ff. de fideiusso. ibi, debiti causa inspicienda est, & non titulus actionis, & l. id quod. ff. de dona. ibi causam & originem constitutę pecunię preualere Tiraq. lib. 1. de retract. §. 23. glo. 1. nume. 22. qui & nume. 23. ait dationem in solutum omnino esse indiuiduam, eamque totam rescindi vel ob minimā partem, infirmari que, vt in. l. cum amplius. ff. de regul. iuris, & l. si non sortem. §. si centum. ff. de conditio. in debi. l. si quis aliam. ff. de solu. cum concordā. à Tiraquel. traditis. d. nume. 23. dixi supra hac eadem glos. nume. 22. [ Tertia conclusio, si res patrimonialis vendatur simul cum alia non patrimoniali vno eodem que instrumento & precio, nullo dolo aut fraude interueniente, consanguineus admittetur ad retractum eius rei, quę patrimonialis est, alia emptori relicta & taxabitur precium boni viri arbitrio, casus est in. c. constitus de in integrum restitu. nam ibi hi qui restituntur in integrum, non poterant redimere partem suam, à patre eorum consensu venditam, ideo quoad eam partem alio eis remedio prouidetur, admittuntur tamen ad retractum alterius partis ex vi consuetudinis, quamuis vtraque pars eodem contractu & precio fuisset vendita, vt ibi dicitur, quem text. ad id appendit solus Tiraq. d. lib. 1. de retract. §. 23. glo. 2. nu. 6. qui per illum tex. hanc firmat conclusionem ibi, & nu. 8. id etiam voluit Matth. Affli. in tracta. protomix eos. §. 6. nume. 8. Cyfonta. in. l. 50. Taur. q. 39. & in. l. 71. Tau. q. 1. & ibi Anto. Gomez nu. 15. per tex. in. l. domum. ff. de contra. emp. & l. 14. ti. 3. de emp. & vendi. par. 5. vbi si res vendita non extat, nulla est venditio, sed si dimidia vel minor pars domus venditę exusta fuerit, emptor cogetur venditionem adimplere, æstimatione viri boni arbitrato habita, vt quod ex precio propter incendium decrescere fuerit inuentū, ab eius præstatione liberetur, paria autem sunt, rem venditam, vel partem non subesse, vel obnoxiam esse retractui. Si igitur vna ex rebus venditis vnico precio non subest, vel per consanguineum retrahatur, valet venditio quoad aliam, & refluxo precio taxato emptori, non poterit emptor ab emptione resilire, sed citare tenebitur quoad rem, que extat, vel quę non retrahitur tex. est singularis & vnicus in suo casu, secūdū docto. ibi, in. l. si fundum. ff. manda. vbi si fundum communem habebam cum Titio & Seyo, & tu mihi mandaueris, vt tibi fundum emam, ego autem virtute mandati emero tibi partes Ticij & Sei, pro diuersis precijs, cogar ipse partem quoque meam tibi vendere pro precio, quod iudex æstimauerit. Est etiam tex. in. l. si plura & in. l. xdiles aiut. §. vlti. ff. de xdili. edi. ibi, ita demum pro bonitate eius æstimatio fiet, si confusse vniuersis mancipijs constitutum precium fuerit. l. suę rei in fi. cum. l. sequ. ff. de contra. emp. l. 18. tit. 5. de emp. & vendi. par. 5. l. cum filius in prin. ff. de lega. 2. l. si quod ex Pamphila eo. tit. l. non quodcumque. §. fundus. ff. de lega. 1. §. si cui fundus insti. de leg. l. in. l. Falcidia interueniente. ff. ad. l. Falcid. l. duobus. ff. de libera. cau. l. iudicatur. ff. de excep. rei iudi. [ Hanc tamen

tamen conclusionem limita, nisi emptor offerat retractanti omnes res sibi venditas patrimoniales & nō patrimoniales in integro sibi precio restituto, quoniam hac in specie tenebitur consanguineus retrahens, vel totum retrahere vel relinquere, per tex. notabilem in l. tutor. §. 1. ff. de mino. cum sic ait, respōdi eatenus rescindi, nisi emptor à toto contractu velit discēdi, quod partem empturus non esset, confert etiam text. in. l. communi. §. si debitor. ff. commu. diuid. & quod voluerunt Guiller. Cune. & Albe. in. l. si duo patroni ff. de iureiur. & quod in simili quæstione decidit Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 11. glo. 7. nume. 3. non admittendum consanguineum in eodem consanguinitatis gradu constitutum, ad retrahendam rem venditam prorata, quoties alter eiusdem gradus consanguineus vult totam extrahere rem, ne cogatur inuitus esse in comunione, neque quod eius fauore fuit introductum, in eius incommodum retorqueatur, faciunt etiam tradita per eundem Tira. dict. lib. 1. de retractu. §. 23. glo. 1. nume. 3. & sequen. ad ornatum. l. si quis aliam ff. de solutio. & hoc in specie nostra voluit ipse Tiraquel. d. §. 23. glo. 2. nume. 9. tamen si Bald. voluerit oppositū in tracta. protomix eos nume. 20. 21. 22. & Matth. Affli. cum sequutus in eodem tracta. §. 6. numer. 5. 6. & 7. Cyfonta. eos simpliciter sequutus in. l. 71. Tauri. 2. quæst. [ Non tamen idem erit è diuerso, si consanguineus velit totum retrahere, & quod patrimoniale est & quod acquisitium, non enim cogetur emptor totum relinquere inuitus, e. iam si integrum precium offeratur, vt resolut Tiraq. dict. glo. 2. nume. 10. idem voluit Cyfonta. in. l. 71. Tauri. q. vlti. & Matth. Affli. etis in tracta. protomix eos. §. 6. nu. 8. argu. eius quod voluit Albe. in. d. l. si duo patroni. ff. de iureiur. quod alter ex duobus dominis rei emphiteuticę non potest inuito emptore retinere totam rem emphiteuticam in integro restituto precio, sed eius dūtaxat parte per tex. in. l. in bello. §. si serus plurium. ff. de capti. idem quoque voluit ipsemet Alberi. in. l. penul. §. 1. ff. loca. per tex. in. l. vlti. in prin. ff. de vulga. & l. seruus duorum. ff. de acqui. heredi. quod verisimum esse asseruerat Tiraq. licet contrarium tenuerit Ripa in. l. quominus nu. 144. & vlti. ff. de flumi. dicens idem voluisse Soci. & Iaso. in. l. 1. §. si d. & quoties. ff. ad Trebe. qui tamen id non dicunt, sed Socin. aliud quippiam simile, de quo tu vide plurima per Tira. congesta lib. 2. de retractu. §. 1. glo. 6. nume. 33. & pluribus sequen. quę multum aperiunt & explicant quæstionem istam. [ Septimo & vltimo quæro, si forte venditio sit nulla ob solemnitatis defectum aut alia ex causa, sit locus retractui? & non esse locum, respondit Paul. Cast. confi. 74. nu. 1. in prin. & in fine, quoniam appellatione venditionis non venit inualida & nulla. l. 4. §. condē natum. ff. de re iudi. l. non putauit. §. non queus. ff. de bono. poss. con. tab. & quia potius diceretur auferre à venditore qui dominum rei nō amittit, quā ab emptore, cui nullum fuit ius quęsitum ex inuiti venditione. Eiusdem opinionis fuit Corpola qui tamē Pauli non meminit, loquens in venditione emphiteutis facta, sine consensu domini in consil. causarum ciuiliū. 44. col. 2. versi. de. 1. quæstione & sequen. vsque ad finem, & in consil. sequenti, respondet quę ad ea

quę in oppositum dici possent, nempe, emptorem excipere non posse de iure tertij, hoc est, venditoris vel domini, & ad alia, vt per eū videte licebit. [ Hęc sententiam fulcire videtur, quod emphiteuta non cadit ab emphiteusi ob venditionem nullam, secundū Bald. in. l. 2. C. de epi. cop. audi. cum concordan. à Tiraquel. Tra. titis lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 2. nume. 6. & de legi. connubial. glo. 8. 24. quæst. & larissimē in re. ped. boues. §. hoc sermone limi. i. ff. de verbo. significatio. post Felin. c. 2. de tregua & pace, & idem Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 8. glo. 7. nume. 5. & sequenti bus. Item quia ex venditione nulla, non debet lau dia nec gabella, vt idem Tiraquel. probat lib. 1. de retract. §. 1. glo. 2. nume. 7. [ Sed nihilominus numero. 8. vix inquit, obtineri posset apud Gallos, vt consanguineus ad huiusmodi retractum minimē admittetur in specie proposita, quando fuit venditio nulla ex eo, quod nihil interfit emptoris, cui precium restituitur, & sumptus emptionis, audiri ergo non debet exceptionem nullitatis opponens abique interesse, l. ille à quo. §. 1. & ibi Alexand. in princip. ff. ad Trebellia. l. qui liberis in fin. ff. de bono. posse. secund. tabu. Alexand. in. l. ex conuentione nu. 1. & ibi Decius nume. etiam. 1. C. de pact. cum concordan. à Tiraque. congestis lib. 1. de retract. §. 1. glo. 2. nume. 51. & ita nuncupatim voluit Carol. Moli. in consuetudi. Parisien. tit. 15. §. 13. glo. 5. in. 11. quæstio. vbi etiam tractat, an tunc venditor possit huiusmodi retractum impedire, eo quod fuerit venditio nulla, quem omnino vide & rursus in. §. 22. eiusdem tituli quæst. 4. hęc eandem opinionem stante iure nostro regio, tenuit Cyfonta. in. l. 70. Tauri. col. 7. versi. 45. dubitatur citatque ad id Pet. & Cyn. in. l. fina. §. sed quia nostra nu. 3. C. communi. de lega. qui tamen in alio casu loquuntur non multum dissimili, vt aduertit Tiraquel. dict. glo. 2. nume. 5. in princip. & iterum num. 42. in fine. [ Quid autem si venditio fuit simulata? tractat latē hęc quæstionem Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 2. nume. 11. & pluribus sequenti. & concludit locum non esse retractum, cum per huiusmodi venditionem noluerit venditor alienare, nec dominium à se abdicare. l. nuda. ff. de contra. emptio. quoniam vera venditio non fuit, vt in. l. nuda & per totum titulum. C. plus valere quod agit quibus plura congregat Tiraq. di. glo. 2. nu. 12. & sequen. Nec obest, quod nemo possit suam allegare turpitudinem. l. cum profitearis. C. de reuocan. donationi. capit. inter dilectos de donationibus, quoniam hoc non procedit, vbi allegatur simulatio, vt pluribus probat ipse Tiraquel. dict. glo. 2. nume. 15. & 16. & iterum eodem. §. 1. glo. 18. nume. 20. 24. & 25. & nu. 72. ad quem lectorem telego.

GLOSS. VIII.

- 1 Retractus an habeat locum, si res semel fuerit alienata & à venditore redempta, & iterum vendita, & nu. sequen.
- 2 Patrimonialis res semel licite alienata efficitur deinceps alienabilis absque privilegio retrahendi.

1 Semel alienatum efficitur in perpetuum alienabile,  
 2 ibid.  
 3 Actio quod metus causa semel transmissa ad haereditatem efficitur in perpetuum transmissibilis.  
 Tutor an possit res minoris alij venditas sibi acquirere, ibi.  
 4 Mutatione personae mutatur & qualitas bonorum.  
 5 Pignus semel consensu creditoris venditum, licet in potestate debitoris reincidat non cadit sub hypotheca generali bonorum praesentium & futurorum.  
 Lex vltima. C. de remiss. pigno. ornatur, ibi. & praecedentibus.  
 6 Recuperatum non dicitur esse apud recuperantem eo iure, quo prius erat & oneribus.  
 Emphiteuta qui rem recuperavit non liberatur a poena. ibi.  
 7 Lex si a me. ff. ad. l. Falci. explicatur.  
 Feudum nouum dicitur semel venditum & deinde recuperatum, ibi.  
 8 Recuperata res ex pacto de reuendendo non censetur nouiter acquisita. & nu. 9.  
 9 Retractus rei patrimonialis non impedit, quin ab alio consanguineo possit retrahi iterum.  
 10 Retractus an habeat locum contra secundum vel tertium emptorem vel donatarium, si nouem dies non sunt elapsi, & nu. 12. & 13.  
 Actio competens ad retractum est personalis in re scripta, ideo contra tertium competit, ibi.  
 14 Retrahens a tertio possessore quod precium reddere teneatur, prima venditionis an secunda.  
 15 Emptor primus, a quo res retrahitur tenetur secundo emptori de euictione, licet ipse ad euictionem non agat.  
 Lex minor. 25. annis. ff. de euictio. expenditur, ibi.  
 h Otro pariente no la pueda demandar. Nota ex lege ista, quod si proximior consanguineus noluerit rem venditam retrahere, non admittitur alius consanguineus ad retractum, huic tamen legi expresse derogatur per legem sequentem in fine, & in l. 12. infra eodem vbi dicam. Sed questio est esse solet, in hac materia, si res patrimonialis semel vendita fuerit extraneo, & a consanguineo non fuerit intra nouem dies retracta, an de sinat esse patrimonialis, ita quod non possit amplius retrahi, etiam si a primo venditore redimatur, & post redemptionem eam iterum vendat ad cuius resolutio nem fac sequentes conclusiones. [ Prima conclusio, res patrimonialis semel licite in extraneum alienata & a nullo ex consanguineis retracta, efficitur deinceps alienabilis absque priuilegio retrahendi: quoniam iam desijt esse patrimonialis, probatur hanc conclusio per text. in l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. quae ibi summe notat Barto. Albericus & caeteri, idem Bar. in l. 1. paulo ante finem, & ibi quoque Ioan. de Platea numero. 6. versu. similiter vbi ius. C. de impo. nen. lucrati descript. lib. 10. Signoro. consil. 210. col. 2. versu. sic Alberi. in l. 1. nume. 22. ff. de offi. eius cui

manda. est iuris. Bald. consil. 52. post medium libro. 2 & consil. 57. lib. 1. Paul. Castren. consil. 243. libro. 1. & consil. 447. in fine eodem lib. 1. Ludou. Bologni. consil. 43. colum. 5. versu. aut & 3. Francif. Ripa lib. 1. respo. c. 2. nume. 13. & lib. 2. c. 25. nume. 19. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 32. glo. vnica nume. 6. qui & num. 8. ad dit plures concord. ad intellectum dict. §. quindecim & potissimum Bart. in l. filiusfam. §. diui nume. 9. & ibi Iaso. l. lectio. nume. 56. & sequen. & 2. lectio. num. 94. & 95. & ibi Ioan. Crotus col. 15. versu. sit conclusio, & multis sequen. Ferdinan. de Loazes nume. 430 & sequen. Francif. Ripa nume. 64. 65. & 66. ff. de lega. 1. vbi omnes concludunt, quod si quid alienare prohibuit semel alienetur, efficitur in perpetuum alienabile. [ Conducit text. in l. videamus. ff. q. met. caus. vbi actio quod metus causa semel competens & ad heredes transmissa efficitur perpetuo transmissibilis, quae text. ibi ad hoc expendunt scribentes & Bar. in l. ante cedenti dicit se nescire alibi. Iuuat lex tutor rerum & quod ibi dixit Bar. ff. de administra. tuto. nempe quod licet tutor non possit emere res pupilli vel adulti, quas administrat, postquam tamen semel sunt vendite extraneo seruata forma iuris, ab eo poterit licite emere & iuste acquirere, de quo tamen dicam in l. vltima infra eod. [ Praeterea mutatione personae mutatur & qualitas bonorum, vt in l. Paulus alias per procuratorem. ff. de acquiren. heredi. & in l. si auia C. de donatio. & in l. licitatio. §. vlti. ff. de publica. & vltima. l. 1. §. semel. ff. de bono. posse. secund. tab. vbi statuitur sufficere, vt testamentum valeat semel post mortem defuncti, ad hoc vt competat ea bonorum possessio, & ibi ad id notant gloss. & docto. confert similiter text. in l. quidam in testamento. ff. de fideicom. liberta. & in l. liberto octuaginta. ff. de bon. libert. l. si cum Hermes. C. loca. c. 2. de feud. l. cum patrifamilias. ff. de iur. l. Titia Seyo. §. vsuras. ff. de leg. 2. & l. si stipulatus fuero. §. 1. ff. de verbo. obliga. [ Facit etiam text. singularis & vnicus in l. vlti. C. de remissio. pigno. vbi si creditor remisit pignus debitori, vel eius venditioni consensit, quamuis iterum ex alia causa redeat ad debitorem, & fiat eius rei dominus, non restatur ius pignoris & hypothecae, etiam si bona futura sint hypothecae subnixae, quem ibi ad hoc notant Bal. Sali. & docto. & d. D. Couarru. lib. 3. resolu. c. 12. nu. 1 in fin. cum his quae diximus supra hac eadem lege glo. 2. nu. 37. & 38. & seq. Ex quibus hac conclusionem fuit cit Anto. Gomez in l. 73. Tauri nu. 24. eadem tenuit Mental. in d. l. 13. in verbo de patrimonio versu. item nota tit. 10. lib. 3. fori, & Ioan. Lupi in l. 73. Tauri nu. 5. & iterum in l. 75. in fine idem quoque voluit Cyfonta. in l. 70. Tau. col. 7. versu. 47. dubitatur Did. Ca stelli in l. 73. Tauri in verbo nueue dias. [ Secunda conclusio, si venditor rei patrimonialis (cui venditioni ne mo ex consanguineis se opposuit ad retrahenda re vendita intra nouem dies) eam re ab emptore vel alio redemerit, non ex vi pacti de reuendendo, nec ex necessitate contractus praecedentis, sed aliis, non poterunt consanguinei, si iterum ea res vendatur extraneo, ipsam retrahere. Hanc conclusionem probat Antonius Gomez in l. 73. Tauri num. 24. ex his, quae superius retulimus. Probatur etiam vltra cum ex l. si a me

me. ff. ad. l. Falci. vbi res recuperata non dicitur esse apud recuperantem, eo iure, quo prius erat: nec manet obnoxia oneribus, quibus anteaquam alienaretur, erat obnoxia. Ex qua lege Bar. ibi infert ad questionem de emphiteuta qui rem venditam recuperavit, vt propter id non liberetur a poena, quam vendendo incurrit, sed hoc non probat text. ille, quare circa eius dicti veritatem est videndus Alexan. & Iaso. 20. q. in l. vltima. C. de iure emphi. latissimè hanc Bar. sententiam differentes, & omnes in l. 1. §. si rem. ff. de posi. & Fran. Curti. Senio. consil. 64. ante finem, Deci. consil. 160. in fin. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 1. glo. 7. num. 19 & in fine eiusdem libri secundi. q. 30. [ Probatur etiam hanc secunda conclusio ex doctrina Ioan. Fab. in §. si cui fundus, insti. de lega. cui accedit Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 19. glo. 2. nume. 2. & §. 32. gloss. vnica nume. 72. & sequen. quam tamen pluribus auctoritatibus & rationibus impugnauit supra hoc lib. titu. 9. de bonis constante matrimonio quaesitis. l. 2. gloss. 1. nume. 87. & sequentibus vsque ad finem. Confert etiam responsum Alex. consil. 28. nume. 1. & 2. libr. 5. vbi res feudalis acquisita per patrem sibi & successoribus suis, si consensu domini fuerit alienata & vendita extraneo, & deinde recuperata per filium, non censetur eam habere filius ex antiqua causa, sed noua, vt in dict. l. si a me. ff. ad. l. Falci. quare potuit filius eandem rem feudalem sic ab eo recuperatam vni ex filiabus dare in dotem, vel alij extraneo vendere, etiam si alia filia reclamauerit. Quoniam nouum feudum potest feudatarius alienare, vt concludunt Andr. de Yfern. & Moderni in c. 1. de alienatio. feu. pater. & notat etiam Bald. in c. 1. in fin. de vasallo decre pi. xta. Ioan. de Imol. in l. filiusfam. §. cum pater in princip. & l. si domus. §. vltimo ad fi. ff. de lega. 1. Alexand. dict. consil. 28. numer. 2. lib. 5. facit etiam quod Angel. scripsit in l. quod dicitur. 1. super gloss. vltima ff. de impens. in reb. dotal. fact. [ Fallit tamen hanc conclusio, si res patrimonialis vendita recuperetur a venditore ex vi pacti de reuendendo in ipso contractu venditionis appposito, quoniam tunc non desinit esse patrimonialis, & poterit proculdubio, si iterum vendatur, a consanguineo retrahi, vt expressim decidit Philip. Deci. consil. 53. nume. 1. ad medium, & consil. 88. nume. 2. & 3. vbi lata discutit, & respondet ad text. in d. l. si a me. ff. ad. l. Falci. idem Deci. consil. 238. nu. 5. Hierony. Cagnoli in repe. l. 2. q. 8. C. de pact. inter emp. & vendi. Boeri. Decif. 78. in fine Cassane. in consuetu. Burgund. titu. de droictz. §. 25. & iterum titulo de retractz. §. 1. in verbo ancien versu. idem etiam & Ferroni. in consuetu. Burdegalen. titu. de retractz. §. 11. & §. 22. & §. 27. Tiraquel. lib. 1. de retra. §. 19. gloss. 2. nume. vltimo. [ Quod instruit ipse nume. praecedenti, eo quod si vi pacti de reuendendo in ipso contractu apppositi res a venditore recuperetur, non censetur nouiter acquisita, nec ex noua causa, sed ex veteri redditque ad suam pristinam naturam arg. l. si vnus §. pactus ne peteret, ibi, sed formae suae redditur. ff. de pact. nec dicitur, eam rem fuisse translata in priorē venditorem, sed illi redditam, arg. l. filio quem pater in prin. ibi, videlicet, quod non translatus, sed redditus videretur, facit etiam, l. voluntate. §. 1. ff. quib. mo.

pig. vel hypo. solui. ibi, sed in pristinam causam res redit resoluta venditione, & quod ex ea expeditur glo. Bar. Bal. Ange. & alij in l. vlti. C. de remissio. pigno. cum alijs a Cagnolo traditis in repe. rubri. ff. de origi. iur. col. 5. versu. ferè igitur, & a Tiraquello, qui est videndus. d. §. 19. glo. 2. nu. 4. & 5. [ Tertia conclusio, si quis tanquam consanguineus retrahat rem patrimoniam ab eius consanguineo venditam, & deinde extraneo vendat, non ex hoc amittitur nomen rei patrimonialis, atque ideo licebit alijs consanguineis eam retrahere. Quoniam retractus, redemptio, seu recuperatio facta ab eo, qui est de familia seu genere prioris venditoris non debet operari, vt res ita recuperata non dicatur esse de genere vel patrimonio, cum ea recuperatio ad id esset destinata, vt res illa in familia & genere venditoris maneret: quare non debet contrarium producere effectum, vt in l. legata. ff. de legata. 1. & l. legata. ff. de adimen. lega. l. cum tale. §. vlti. ff. de condi. & demonstra. cum inter extra de excep. cap. suggestum, & ibi Imol. de appella. cum similibus. Quam rationem in specie nostra tradit Deci. consil. 88. nu. 2. & 3. & Tiraq. qui huic sententiae accedit lib. 1. de retract. §. 32. glo. vnica nu. 7. [ Sed modò occurrit alia questio, nunquid consanguineus rem patrimoniam venditam possit a secundo vel tertio emptore retrahere? Et si prima vel secunda venditio facta fuerit post nouem dies ad retrahendum praestitutos, nulli dubium, quin retractui locus non sit, vt diximus in principio glo. huius. Vbi autem vtraque venditio intra nouem dies facta fuit, & alia solemnia retractus, de quibus in hac lege, & tunc locus esse retractui contra secundum vel tertium emptorem, etiam si per mille manus tranfiret, tenet Paul. Cast. consil. 74. nume. 2. versu. concluditur ergo lib. 2. & Masueri. titu. de retractu versu. ite retractum petens, Ludo. Bologni. consil. 25. col. 5. versu. & nota quod tale ius, Cassa. consil. 22. col. 5. versu. & sic est, & in consuetu. Burgund. titu. de retractz. §. 11. glo. vlti. in princi. Boeri. in consuetudi. Bituricen. titu. de retractu §. 2. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 12. gloss. 1. num. 2. Alfonso a Montaluo in d. l. 13. tit. 10. libr. 3. fori in glo. magna col. 5. versu. item quæro an ista actio sit personalis vel in rem scripta: vbi optimis rationibus resoluit competere consanguineo conditionem ex lege, quæ non personalis tantum est, sed & in rem scripta, vt ex verbis legis nostrae probat, idem etiam cenfuit Pal. Castr. in d. consil. 74. loco supra citato, & latius Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 8. glo. 5. nume. 8. atque ideo asserunt contra quemlibet tertium competere possessorem, siue primus emptor sit soluendo siue non, & quocunque titulo lucratiuo vel oneroso rem habuerit ipse possessor, afficit enim retractus re ipsam arg. l. si via. §. si fundus. ff. de serui. rusti praedi. & l. sed vbi restitutio. ff. de mino. iuncta. l. in cau. §. vlt. & l. seq. co. tit. l. post liminiu. §. si is qui emerat. ff. de capti. & postli. reuerf. Quare etiam si res patrimonialis per manus transeat, poterit consanguineus ea ab vltimo emptore vendicare, arg. ei quod in simili notat gl. & doct. in l. 2. C. de rescin. ven. in glo. magna versu. quid si iste emptor, quod remedium dicit. l. 2. competit contra tertium possessorem cum distinctione, de qua late egimus supra eodem. l. 1. gloss. 8. numero. 24. bonus

tex.in.l.minor in princi.ff.de euctio,cum alijs supra citatis, idem voluit Did. Castelli in.l.73. Tauri in verbo nueue dias, & ibi Ioan. Lupi nu.5.in fi. & Anto. Gomez nu.vlti.in fi.arg.tex.in.l.1.&2.ff.ad exhibe. cum ibi notatis in.l.metu.5.vlti.ff.quod met.cau.idē voluit Cyfonta.in.l.70. Tauri col.7.verfi.43.dubita-  
 12 tur. [ Hęc conclusio à nōnullis limitatur, vt procedat quoties eam rē habuit tertius titulo emptionis, secus si ex donatione vel alio titulo non obnoxio retractui quoniam tunc non poterit consanguineus ab eo auo care, vt expresse tenuit Seualfia. Neapoda. in tracta: de iure congrui in verbo possedit, & eius autoritate Matth. Affli.in tracta. protomixeos.5.2.nu.35. & 36. & rursus.5.3.nu.8.nisi donatio facta fuerit, postquam res fuerat effecta litigiosa per liti cōtestationem, vel nisi (vt iisdem allerunt) id factum fuerit in fraudem cō sanguinei, tunc enim locus erit titulo quē in fraudem creditoris, & fraus præsūmitur, si præuentus à cōsan- guineo postea donauit. l. si quis postea. ff. de iudi. vel si id fiat clam. l. is qui. C. de rescin. vendi. & post dona- tionem alienans reperitur possidere. l. sicut. §. super- uacuum. ff. qui. mod. pigno. vel hypo. solui. [ Hęc ta-  
 13 men limitatio falsa est, vt nume.ii. diximus, & attestat- ur Tiraq. lib.1. de retra. §. 12. glo. 1. num. 5. eo quod ni- hil referat, quoad speciem de qua agimus, an tertius possessor habeat rem patrimonialē titulo vendi- tionis an donationis, vt aperte sentiunt omnes, quos nume.ii. ciuitauimus. Imo verò maior videtur ratio, vt possit euinci retrahere ab eo, qui rem obtinuit ab emptore titulo lucratiuo, gratuito & liberali, quā qui oneroso, vt qui minus ex hoc sentiat incōmodi. Nec Sebalia. Neapoda. & Affli. iure nituntur commu- ni, sed consuetudinario, quod expresse voluerūt Mō- tal. & Anto. Gomez vbi supra. Quorum sentētia cō- tra Neapodanū & Afflictum mihi placet, eo quod cō- dictio ex lege, quē ad retractum competit, fit in rem scripta, atque ideo sequitur quemcunque possessorem quocunque titulo id habeat, vt supra diximus nu.ii. Nec consideratur titulus alienationis ab emptore fa- ctus sit lucratiuus vel onerosus, vel sit necne habilis ad retractum, quia in huiusmodi retractu non consi- deratur, nisi prima causa & prima alienatio, atq; ideo ad eam admittitur primi venditoris consanguineus,  
 14 non secundi. [ Sed vt nihil dubij relinquamus, que- ro an consanguineus retrahens à tertio possessore red- dere teneatur vltimo emptori precium prioris ven- ditionis facta à suomet consanguineo, an verò pre- cium secundæ, quod fortè maius est? Et Tiraque. d. §. 12. glo. 1. nume. 6. censet, precium prioris venditionis reddi oportere, sed posterior emptor habebit actionē ex empto aduersus priorem emptorem, qui ei eam rē vēdidit retractui obnoxiam, vt in simili dicitur in.l. post liminium. §. si is qui emerat. ff. de captiu. & post li. reuer. & in simili quoque voluit Paul. Cast. in.l.3. nu. 4. verfi. in fine glo. C. quod met. cau. & nuncupa- tim in hac eadem specie refert Tira. hoc voluisse Ge- rardum Vago, in sua disputatio. retractus verfi. que- ro consequenter rem Titio venditam in. 2. conclusi. facit tex. in.l. si tibi alienam, & l. sequen. ff. loca. & l. debitor. §. vlti. ff. de pignora. actio. ibi, pecuniam quā  
 15 debuit. [ In eo quod diximus, emptorem primum te-

neri secūdo de euctio, est optimus tex. in.l. minor 25. annis in princi. ff. de euctio. vbi licet primus em- ptor agere non possit de euctioe contra venditorē re ab eo eucta iure speciali, veluti per in integrū resti- tutionem, tenetur tamen ipse de euctioe secūdo em- ptori, cui ipse vendidit rem obnoxiam retractui vel restitutioni, qui casus similis est nostro, cum etiam re eucta per consanguineum iure speciali retractus non sit locus euctioe, vt supra probauimus glo. l. nu. 59. & 73. sed nihilominus arg. illius. l. secūdo emptor age- re poterit contra primum emptorem, à quo ipse cau- sam habet, de euctioe: nisi sciens quoque fuerit secū- dus emptor, vt in.l. si fundum sciens. C. de euctio. cū pluribus concordantijs à Tiraquel. traditis lib.1. de re- tra. §. 12. glo. 1. nu. 7. & sequē. vbi idem esse asserit, etiā si vterque emptor esset sciens, adhuc enim tenebitur secūdo de euctioe, nisi expresse cautum fuerit quod non teneatur, vt satis conuincit text. in. c. 1. de inuesti- tu. de re alie. facta, & Roma. consi. 396. Alex. consi. 69. nu. 2. libr. 4. Ange. de Aretio. §. vlti. in princi. insti. de emp. & vendi. vbi discutit, an precium repetat hoc ca- su, videl. Tiraq. d. §. 12. glo. 1. num. 8. 9. & 10. & plu- ribus sequen. vbi plures quæstiones congregat huic conclusioni congruas.

GLOSS. IX.

Consanguinei remotiores an admittantur ad retra- ctum, licet alij sint proximiores?

i No suere encl lugar. Nota ax lege ista, quod proximio- re absente, ceteri consanguinei remotiores admittuntur ad retractum, non aliās, sed hoc hodie corrigitur per tex. in.l. 12. infra eod. vbi non solum in casu absen- tiæ, sed & in omnibus casibus impotentie & nolunta- tis ceteri consanguinei admittuntur, imo etiam proxi- miore presente possunt ceteri remotiores simul admit- ti intra nouem dies à lege præfixos, modò cū proxi- miore venerit & velit retrahere, ei cedant omnes, vt tibi dicam.

GLOSS. X.

- 1 *Retractui locus non est in permutatione.*
- 2 *Animus contrahentium attenditur ad dignoscendū sit ne venditio aut permutatio.*
- 3 *Donatio dicitur vbi de animo donandi constat, si res modico precio vendita fuit. Actus iudicatur ex principali agentium intentione ibid. & nu. sequen.*
- 4 *Contractus is esse præsūmitur, quem nominauerunt contrahentes.*
- 5 *Nominatio contractus si eius natura aduersatur, non attenditur nominatio.*
- 6 *Permutatio esse censetur, quoties pro specie datur spe- cies cum quantitate, quæ nō excedit speciei valore & venditio vbi valor pecunie excedit valorem speciei. & nu. 7.*

Contra-

- Contractus denominatur secundum naturam eius quod in eo praeuaret. ibi.
- 8 *Permutatio dicitur ex receptiori sententia, si species datur pro specie, & quantitate, si quantitas est eiusdem valoris, cuius & species. Venditio dicitur si species datur pro specie & quan- titate eiusdem valoris, si species pro specie & pecu- nia data erat venalis. ibi. Contractus duplex esse censetur permutationis & venditionis, quoties precium non superat specie pro altera specie datam secundum aliquorum opinionē ibi. in fine.*
- 9 *Retractui locus erit in permutatione in fraudem re- tractus facta. Fraus præsūmitur si res alienata remanet penes alie- nantem, ibid. & quod tempus requiratur esse apud alienantem, ibi.*
- 10 *Fraus præsūmitur, si alienans tradiderit rem permu- tatam, & postea non longo intervallo ei fuerit red- dita.*
- k *Por otra heredad trocar. Nota tex. optimum, quod in per- mutatione non est locus retractui, de quo ante legem istam magna erat controuersia inter doctores, quos re- fert Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 14. num. 28. & pluribus sequen. ex cuius dictis colliges, receptioem sententiam esse, quod in hac lege statuitur, vt locus nō sit retractui in permutatione, quamuis Alex. consil. 197. col. 1. libr. 7. tenuerit contrarium, & idem Tiraq. nume. 33. dixit consuetudinem esse apud Pictonien- ses. §. 30. vbi & ipse repetit, quæ à retractu excludit permutationem, sicut & lex nostra, aliasque plures re- fert Gallorum consuetudines in eam rem, quare de hac re amplius non est dubitandum. [ Limita primo conclusionem nostram, nisi in permutatione interue- nerit precium aliquod magis aut minus valens, quam species, & constet animum vendēdi habuisse. Sed quia emptori tantum non esset pecuniarum, quāti reserat, id quod sibi ex pecunia decrat, supplebit infundo vel altera specie, tunc siquidem venditionem potius esse censēbimus, quā permutationem. Et ex contrario, si de animo faciendi permutationem constiterit, cen- sebitur permutatio, vt tradidit Ioan. Andre. Anto. Imol. Cardina. Floren. Panornii. Barba. & Guido Pa- pæ in. c. ad quæstiones de rerum permuta. Bar. & Bal. in. l. si in emptione per illum text. ff. de contrahenda emptio. Bar. in. l. Aristo. nu. 2. ff. de donatio. Ripa in l. 2. nume. 36. ff. si cert. peta. Ex ea de pact. nume. 513. ver- ficu. 1. Bar. & Iaso. in. fi. in. l. 1. ff. de rerum permuta. Bal. in retractu loquens in tracta. de iure protomixeos nu- me 8. & 10. Pet. de Ancha. consi. 72. nu. 3. & Panor. cō- sil. 15. nu. 1. lib. 1. Ioan. de Plat. in. §. item precium post principium, & ibi Ange. Areti. nu. 4. insti. de emp. & vendi. Alex. loquens in retractu consi. 63. nu. 3. lib. 7. Ioan. Verbe. in viatorio tit. de rerum permuta. col. 2. verfi. que ro quid si ex vna, Barba. in rubric. extra de rerum permutatio. & in rubric. de emptio. & venditio- ne, Socin. in. l. pacta quæ contra nume. 9. C. de pactis, Firmia. de Gabellis. 3. par. 8. partis principa. quæst. 2.*

verficu. item an habeat, Iaso. consi. 45. in. 1. dubio lib. 1. Ludo. Gozadi. consi. 90. nu. 12. Tiraquel. lib. 1. de re- tractu. §. 30. gloss. 1. nume. 2. & 9. vbi plures addit con- cord. [ Sic & venditio facta modico precio dicitur donatio, si animo donandi facta fuerit, si autem animo vendendi, venditio, quam tumlibet precium sit modi- cum. l. si sponsus. §. circa. ff. de donatio. int. vir. & vxo rem secundum Cyn. Bal. & Socin. in. l. 1. C. de pact. Pa- nor. dict. consi. 15. nu. 1. lib. 1. quod latè discussit Tira- quel. in repeti. l. si vnquam, verbo de donatione largitur nume. 2. & multis sequentibus. C. de reuocand. dona- tionibus. Nam & aliās semper iudicatur actus ex in- tentione agentium. l. si quis nec causam in principio, & ibi Bald. & ceteri, maximè recentiores, & in. l. ro- gasti. ff. si cert. petat. cum alijs à Corpola traditis cau- tela secundum priorem impressionem. 313. Sic & sta- tutum censetur odiosum aut fouorabile ex principalis intentione statuentium, secundum Bar. Bal. & Paul. Cast. in. l. qui exceptionem in prin. ff. de conditio. indebi. cum concordant à Tiraquel. traditis lib. 1. de re- tractu. §. 30. glo. 1. nu. 5. & 6. Alex. consi. 1. lib. 3. [ Ex su- perius traditis stat regula, quod si ex altera parte res, ex altera precium & alia res datur, stādū erit ei quod principaliter agi intenditur, vt à contrahentium mer- te nomen & effectus conuentioni detur, vt traditur à Panor. & de ceteris cōmuniter in. c. ad quæstiones de rer. permut. & ab alijs, quos retulit Tira. lib. 1. de re- tra. §. 30. glo. 1. nu. 2. idē voluit. d. D. Couarru. à Leina, lib. 2. resolu. c. 4. nu. 9. Anto. Gomez lib. 2. variarū re- solutio. de contractibus. c. 2. nu. 10. Arius Pinelus in. 2. par. rub. C. de rescind. vend. c. 2. nu. 1. cum alijs supra nu. 2. citatis. Constare autem dicitur, quod principaliter partes intendunt ex nomine ab eis expresse, vt si per- mutationem dicunt, sit permutatio, si emptionem, em- ptio: vt Paul. Castren. aduertit in. d. l. Aristo. nu. 4. in. fi. ff. de dona. & nu. sequen. Panor. in. c. ad quæstio- nes nu. 4. vbi & Barba. de rerum permuta. Tiraq. d. §. 30. glo. 1. nu. 7. & 8. vbi tradit concord. Loriotus de pa- ctis axiomate. 116. Molin. in consuetu. Paris. §. 13. nu. 53. Pinelus in dict. 2. parte rubri. C. de rescind. ven- ditio. c. 2. nume. 2. [ Nisi talis nominatio repugnēt na- turæ conuentionis, seu deducta in conuentionem no- mini expresse, tunc siquidem potius inspicitur natu- ra & effectus actus, quā nomen à contrahentibus impositum, vt in. l. insulam. ff. de præscript. verb. l. si olei, & ibi notatur. C. loca. l. si vno in principio. ff. eodem titu. l. vbi ita donatur. ff. de donationib. cau. mort. c. constitutus de religio. domi. Oldrak. consi. 139. Franc. Purpura. in. l. 2. col. antepenulti. ff. si cert. petat. & Ferron. in consuetudinib. Burdega. titu. de feudis. §. 18. & §. 29. de quo latius per Tiraquell. lib. 1. de re- tractu. §. 32. nume. 34. & §. 30. gloss. 1. numer. 11. & 12. Decius in authentica ex testamento nume. 6. verficu. sed certe. C. de collationib. Boeri. decision. 144. nume. 2. post medium. [ Et tunc dicitur repugnare no- minatio naturæ contractus, quoties pecuniæ excessus sit magnus, qui excedat valorem rei ab eodem datæ, quia tunc censēbitur venditio, etiam si con- trahentes expriment permutationem, maximè si ter- tio ius aliquod auferatur, ex eo quod non sit emptio, vt in specie, de qua agimus, in qua si nō esset emptio,



auferetur consanguineo ius retractus, vt hic statuitur ita hoc limitat Pau. Castr. in l. Aristo. in fi. ff. de donatio. idem Paul. Alciat. & Purpura in l. 2. nume. 36. & pluribus sequen. ff. si cert. pet. vbi resoluit hac in specie consanguineum retrahere posse nume. 65. idem voluit Boeri. alios citans in decisio. 144. numer. 2. Tiraq. d. §. 30. gloss. i. nume. ii. & sequen. d. D. Couarru. libr. 2. resolu. c. 4. nume. 9. Anto. Gomez de contractib. c. 2. nume. 10. Pinelus in rub. C. de rescinden. vendi. 2. par. c. 2. nume. 3. qui asseuerat communem esse resolutionem, idem esse generaliter, quoties negotium tale sit, nec quo, si sit venditio, ius tertio quæzatur, tunc enim cauendum esse ait, ne ei fraus fiat, censendo conuentionem illam iure permutationis, vt ex Purpurato & alijs tradit Boeri. d. decisio. 144. nume. 2. [ Ceterum quando contrahentes non expriment nomen contractus, iudicatur ex eo, quod pluris est, vt si res plus valet quã pecunia, quæ datur cum ea, censetur permutatio, in verò pecunia excedit, dicatur venditio, ita voluerunt Ioan. Andre. Ancha. Imol. Cardi. 2. quæstio. Panor. numer. 4. Barba. & alij in dict. c. ad quæstiones de rerum permuta. per illū text. Iacob. de Rauena & Cyn. in l. cum te. C. de pact. int. empto. & vendito. Barto. in l. si in emptione in princip. ff. de contrah. empti. & in l. Aristo & ibi quoque Ange. Imol. Rom. & Pau. Castren. ff. de donatio. Bald. in tracta. protomixeos nume. 10. Afflict. in cod. tracta. §. 3. nume. 14. & 15. Alexand. in d. l. 2. in prin. ad finē, & ibi Iacob. à S. Geor. nume. 7. & Iaso. nume. 8. & Purpu. nume. 36. & multis sequentibus vsque in fi. ff. si cert. pet. Alcia. in l. 2. in prin. nume. 18. ff. de verbor. obliga. d. D. couarru. Anto. Gomez & Pinelus in locis nume. preceden. citatis l. i. titu. 6. par. §. vbi Grego. Lupi, & id generale est, vt contractus in dubio sit iudicandus & denominandus secundum naturam eius, quod in eo præualet, vt docet Barto. in materia venditionis & locationis, in l. i. §. i. ff. loca. Alexand. consi. 119. nume. 6. lib. 5. Alber. Brun. consi. 4. nume. 11. cum concordantijs à Tiraq. traditis lib. 1. de retractu. §. 30. glo. 1. nume. 10. Ex quibus ipse censet num. 9. retractui locum esse hac in specie autoritate Bald. & Matth. Afflict. in tracta. protomixeos locis supra citatis, & è nostris id asseuerant Cyfonta. in l. 70. Tauri (nam se refert ad Bald. in tracta. protomixeos.) 6. colu. vers. 38. dubitatur, idem voluit Anto. Gomez in eadem. l. 70. Tauri numer. 15. in fine, per tex. in dict. l. Aristo & ibi Barto. & doctor. expresse notant. ff. de dona. [ In dubio autem quando contrahentes non expriment nomen contractus, nec precium superat rem, sed vtrunque ab eadem parte datum, est eiusdem valoris, Bald. tenet esse venditionem, in prelijs feudo. nume. 11. quem sequitur Alexand. ad Barto. in dict. l. si in emptione. ff. de contrah. emptio. & in l. 2. nume. 8. ff. si cert. pet. Fabia. à Monte de emptio. & vendi. 2. quæstio. nume. 23. sentit Iaso. in §. actionum nume. 122. institui. de actio. Sed contrarium est receptius, imo quod sit permutatio seu contractus innominatus, vt constat ex relatis à Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 30. glo. 1. nume. 36. id enim voluit Barto. in l. 1. nume. 7. ff. de rer. permuta. & ibi Fulgo. & Iaso. nume. 11. idem Iaso. dicens communem in præiud. feudo. nu. 25. Imol. & Roma. in. d. l. Aristo. ff. de

donatio. idem Iaso. hanc attestatus communem in. d. l. 2. nume. 9. ff. si certum pet. & ibi Ripa col. vlti. Curti. nu. 35. Exea de pact. nu. 516. vers. 3. casus, Anto. Gomez de contractibus. c. 2. nu. 10. Hoc tamē fallit, si res quæ datur pro alia re & precio, esset venalis, tunc nimirum censeretur venditio, non permutatio vt decidit Exea de pactis nu. 517. quod probatur ex. l. 1. C. de rerū permuta. quam optimè explicat Ari. Pinelus in. 2. parte rub. C. de rescinden. vendi. c. 1. nume. 13. & 14. ex quo huic limitationi consensit Pinelus in. d. 2. parte rub. c. 2. nume. 6. referens idem voluisse Molinicum in consue. Parisien. §. 23. q. 15. Alcia. autem in. d. l. 2. nume. 30. ff. si cert. pet. & in l. 2. nume. 19. ff. de verbo. obligatio. hac in specie quando precium nō superat rem, sed est æquale, ait duplicem censeretur contractum, alterum emptionis, alterum innominatum, quem sequitur. d. D. Couarru. dict. lib. 2. resolutio. c. 4. nu. 9. & Ari. Pinel. (respondens ad argumenta Lorioti de pactis axioma te. 215.) in. 2. par. rubri. C. de rescinden. vendi. c. 2. nu. 8 & 9. quem omnino vide. [ Ex superius dictis colliges plures limitationes ad legem nostram, in quibus locus sit retractui in permutatione, quando scilicet, habetur pro emptione. Quinimo etiam in terminis permutationis erit locus retractui, si facta fuerit in fraudem retractus, vt communiter doctor. concludunt, quotquot asseruerunt in permutatione ei locum non esse, quos refert Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 14. nume. 29. vt ipse attestatur nume. 35. vbi sequitur Ioan. Igneum in repetitio. l. dudum colu. antepenul. versic. sed cum is qui prohibetur & multis sequen. C. de contrah. empti. vbi expresse asseuerat in permutatione locum esse retractui fraude intercedente, quæ colligitur secundum eum, si res permutata remanet apud eum, qui eam ex permutatione cesserat, id quod semper alias præsumitur, quoties post alienationē res manet apud alienantem, vt in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mod. pigno. vel hypo. soluit. vbi Barto. cum alijs concordant. à Tiraquel. congestis in tractatu de iure constituti. 9. limita. nume. 1. & 2. Quod autem tempus requiratur, quod eam rem possideat alienans, vt fraus præsumatur & simulatio, discutit Bart. in l. post contractū ff. de dona. & d. §. superuacuum, concluditque relinquere iudicatis arbitrio, cui addit concordant. Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 14. nume. 36. [ Idem erit, si alienans tradiderit rem permutatam, & postea nō longo interuallo eidem fuerit reddita, ex hoc siquidem præsumitur fraus & simulatio, tanquam id ab initio fuerit conuentum, vt nuncupatim voluit Mafueri. titu. de emptio. & vendi. col. 1. vers. itē & dicitur contractus, Carol. etiam Molineus in consuetu. Parisien. titu. 1. §. 23. in. 23. quæst. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. numero. 37. & pluribus sequenti. vbi plura adfert similia maximè numero. 54. & sequentibus, & in præfatione lib. 1. retractus versiculo vltimo, & eodem §. 1. gloss. 7. nume. 75. & sequenti. & dicam aliquid in glo. vlti. nu. 7.

GLOSS. XI.

Consignatio precij in retractu, remissiuè.

1 De el precio que costo. Circa ea quæ attinent ad glossam istam, dixi plurima supra eo gloss. 3. sed per hanc legem videtur, nullam consignationem precij exigere quod tamen immutatū est per. l. 9. & 14. infra eo. vbi dicam.

GLOSS. XII.

- 1 Iuramentum quod prestare tenetur retrahēs rem patrimonialem.
- 2 Emptor à quo res empti retrahitur protestare poterit, si sibi cauere vult, vt si postea reperitur non sibi sed alij retrahere saluum sit sibi ius. Protestatio conducit in pluribus casibus, ibi.
- 3 Protestatio nō requiritur, si postea fraus detecta fuerit.
- 4 Probatio an admittatur contra iuramentum à lege delatum, etiam si lex dicat ei esse standum. & nu. sequen.
- 5 Probatio admittitur contra iuramentum à lege alicui delatum in pluribus casibus, maximè contra iuramentum carnaliter uxorem cognouisse, & contra ignorantiam iuramento probatam, & animi declarationem, & contra iuramentum nuncij, & contra iuramentum impediendi, & super expensas contra contumacem, & contra decurionum arbitria, & contra librum rationis, & contra publicum instrumentum, & in his quæ conscientie alicuius committuntur. Probatio quibus casibus non admittatur contra iuramentum delatum, remissiuè, ibidem nisi sit per euidētiam & aspectum.
- 6 Retractus praxis hoc in regno.
- 7 Fructus pendentes an sint restituenti in retractu. Fructus pendentes pars rei sunt & tanquam fundi appendices veniunt cum fundo, qui retrahitur, & in dato in solutum, & in legato & fideicommissio, & in concessio ad feudum, & in amissione feudi, & in confiscatione fundi, & in sententia qua fundum restitui iubet, & in renunciatione beneficij & alijs ibidem.
- 8 Emptor in retractu debet seruari indemnis nec aliquid lucrari debet. Factum esse censetur, quod per aliquem stat, quomodo fiat, in eius præiudicium, ibi.
- 9 Fructus post litem contestatam in causa retractus debentur retrahenti. Actio ex retractu est in rem scripta & stricti iuris, ibidem. Fructus in retractu si petantur vt interesse debentur à tempore moræ, hoc est, consignationis precij, ibi.
- 10 Retractus per maritum vel socium factus an pro sit uxori soluto matrimonio, vel socio, vt dimidiam partem rei retracta habeant, vel an dimi-

diu precij consequantur. Socius an habeat partem rei per socium retracta vel precij eius, ibi.

m E iure que la quiere para si. Nota qd consanguineus veniens ad retractum tenetur iurare sibi & nō alij velle retrahere, nec ad alterius commodum, nec fraude aliqua vt, idem apud Pictones consuetudine statutū esse refert Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 5. in prin. citatque tex. huic rei accomodatissimum in l. peto. §. vlti. ff. de lega. 2. vbi si testator prohibuerit, ne res hæredi relicta alienetur, sed vt in familia maneat, si alienetur admittitur proximus quisque ad reuocandum petendū que rem ipsam alienatam, sed ita demū, si paratus sit cauere, se eam rem in familia relicturam, alias ei denegetur conditio. Ecce ibi exigitur cautio loco iuramenti per legem nostram requisiti. Hanc tamen cautionē nostra in specie non exigere, prebat Tira. d. §. 5. in prin. [ Admonetque nu. 2. tutissimum esse, vt emptor protestetur saluum sibi ius futurum eam rem condicendi, reuocandique, si ex post facto compertum fuerit consanguineum in fraudem hoc retractu vsu fuisse, vt postea alteri cederet, iuxta text. in l. si debitor. §. i. ff. qui bus mod. pig. vel hypo. solui. & l. at si quis. §. plerique ff. de religio. & sumpti. fune. & l. si tamen. §. cum rehibitoria. ff. de edili. edict. ibi. & prædicere, vt siquid aliud postea apparuisset, de eo iterum ageretur, glo. in l. eleanter in prin. in verbo finita in fin. & in verbo pro soluto, & ibi Bar. & Bal. qui id trahit ad similes contractus. ff. de pignora. actio. similis glo. in l. si quis aliam. ff. de solu. & in l. libera. C. de senten. Alex. consi. 79. nu. 8. lib. 1. [ Verū idem Tiraq. d. §. 5. nume. 3. existimat, necessariam non esse protestationem, sed comperta fraude esse consanguineo subueniendū aduersus eius calliditatem, quia eam fraudem committens est, vt in simili dicitur in l. 1. §. quælitum. ff. de separatio. dolus siquidem & fraus nemini prodesset debet. l. sed & si. §. plane. ff. ad exhiben. c. 2. de dolo & contu. cum concordant. à Tira. congestis lib. 1. de retractu. §. 1. gloss. 9. nu. 67. sicut nec alteri potest obesse. c. si compromissarius. §. 1. de electio. lib. 6. quomodo probetur fraus dicam in glo. vlti. [ Admittitur autem probatio contra hoc iuramentum secundū Bal. in l. 3. C. de proba. Cassa. in consuetu. Burgū. rub. 10. de retractu. §. 12. in glo. in verbo ou parle serment des contrahans nu. 16. fol. 346 col. 2. Nam vbicunque à lege vel statuto deferitur iuramentum, potest aduersarius contra illud probare, etiā si lex ipsa diceret stari debere iuramento, ex sententia glo. in l. 2. §. si absens, & ibi ei assentitur Paul. Castrē. ad finem Alex. nu. 7. Socini. nume. 10. & Iaso. nu. 4. ff. si ex noxa. cau. aga. idem voluerunt Cyn. nume. 4. & Bald. nu. 4. & ibi Barba. in apostillis in l. 1. C. si aduer. liberta. Ioan. Andreas nume. 4. & 5. & domi. in c. statutum. §. cum vero de rescrip. lib. 6. Tancretus in suo lib. quæstionū tit. de proba. 6. q. Iacob. de Aren. Ange. nu. 1. Imol. nu. 2. Pau. Cast. nu. 2. in fi. Roma. & Alex. nume. 13. in l. qui bona. §. qui damni in prin. per illum tex. ff. de damno infe. Iacob. Butri. Bal. & Sali. in l. 1. C. de re iudi. Albe. in. 2. parte tutorum. q. 13. Bald. in l. si tutor petitus ad fi. C. de pericu. tuto. Pe. de Ancha.

in.c.1.14.q.prin.verfi.circa hec quero vterius extra de constitu. Godof. Calde. Ioan. Zoch. Card. Alexā- dri. & Panor. nu. 1. in.c. proposuisti, & ibi Feli. nu. 1.2 &.3. & Deci. a nu. 3. vsq; ad.8. vbi quatuor modis hāc limitat cōclusionem, extra de probatio. Roma. Alex. Curti. Senior & Iaso. in repe. nu. 304. in. l. admonendi ff. de iure iuran. Matth. Afiact. in constitu. Sicilię incip. qui de alcatoribus. 5. notab. Hyppol. Marfi. in repe. rub. C. de prabatio. nu. 137. & in. l. 1. §. si ferui colu. 1 ff. de questio. Catella. Cotta in memorab. in verbo dā num datum, omnium latissimē Tiraq. hanc dicens verriorem receptioremque lib. 1. de retra. §. 4. glo. 1. nu. 1. & 3. & deinceps, quem omnino vide. d. D. Couarru. lib. 2 resolu. c. 13. nume. 4. alios citans. [ Sic & aliās probatio admittitur contra iuramentum alicui delatum, in pluribus casibus, quos congregat Tiraq. d. §. 4. glo. 1. maximē contra iuramentum se carnaliter vxorem cognouisse nume. 3. & contra ignorantiam iuramento partis probatam nu. 4. & contra animum iuramento explicatum & probatum nume. 5. & contra iuramentū nunciij vel officialis, cui aliās creditur nume. 6. & contra iuramentum impediendi, vel expensarum cōtra contumacem nu. 7. & contra decurionum arbitria nume. 8. & contra librum rationum & officialium, cui ex mandato testatoris vel statuti sit credendum nu. 9. & contra publicum instrumentum, num. 10. & in his que conscientię alicuius committuntur nu. 11. numeris etiam sequentibus limitat regulam hanc. 8. modis, quorum aliquos reprobat, & demū eos sublimitat nu. 36. nisi probatio sit per rei euidentiam & aspectū, vt ibi per eum. [ Praxis autem hoc in regno huius retractus hec est, consanguineus venditoris intra nouē dies a die venditionis computandos, compareat corā iudice dicens se esse consanguineum intra quartum gradum venditoris, qui Sempronio vendidit fundum sub his limitibus, qui patrimonialis erat, pro precio mille aureorum, quos coram iudice & eius notario cōsignat, protestaturque si quod maius precium pro eo verē datum vel promissum fuisse apparuerit, se consignaturum, omnesque expensas ab emptore factas restitutum, statim q̄ ad eius notitiam deuenit, petitque vt sibi fundum restituat emptor cum fructibus perceptis & percipiendis, precium quod dedit accipiens, iuratque per Deum eiusque sancta euangelia in forma sibi soli & non alij, nec in alterius commodū retrahere, nullamque in eo retractu fraudem interuenire. Confestim iudex debet precium deponere apud aliquem facultatibus idoneum & conueniendi facile, qui numeratis & receptis aureis coram notario & testibus publicum depositi realis faciat instrumentum, deinde Sempronio emptori id notū faciat, qui reo negate & exceptionibus in termino iuris oppositis causaque cōclusa assignat partibus terminum ad probandum, & de causa (prout moris est) cognoscet, eamque decidet: quod si ex parte actoris probatū fuerit, quod in libello asseruit, fundum ei restitui iubebit cum fructibus, potest enim diu lis agitari, vt sæpe assolet, maximē quando appellatur & ad regiam cancellariam deuoluitur. Debet autem ipsemet comparere ad iurandum, vel eius procurator cum speciali mandato ad id iuramentum prestandum, non aliās, vt dicam latius in

7 l. sequen. [ Quatenus autem nyme. preced. diximus fructus esse restituendos consanguineo retrahenti, sic accipi oportet, vt fructus pendentes quos emptor percepit proculdubio restituatur, quippe qui pars rei sint iuxta. l. fructus pendentes. ff. de rei uendi. d. L. Couarru. lib. 1. resolu. c. 15. in prin. vbi optimē explicat quomodo hoc intelligatur. Idque non solum procedit in rei uenditione, sed & in actione personali. l. vlti. §. fructus. ff. quæ in fraud. credi. Bar. in. l. filiusfam. §. cum fundum in fi. & ibi Bal. Ange. Rapha. Imol. Pau. Caf. & Alexan. ff. de verbo. obliga. Bald. & plenius Salic. in. l. fructus. C. de actio. empt. Angel. consil. 331. col. 1. Fran. de Are. & recentiores in. l. cum filiofam. ff. de lega. 1. Tiraq. lib. 1. de retra. §. 1. glo. 7. nume. 37. & sequentibus. Qui licet resoluat locum non esse retractū in fructibus pendentes (contra opinionem Matthę de Affli. in tracta. protomixeos in prin. legis nu. 4. & Casla. in consue. Burgun. tit. de retractz. §. 1. in verbo hereditayge col. 2. versu. sed iuxta hoc quero, Arnal. Ferroni. in consue. Burdegalen. titu. de retractz. §. 15. & c. 25. eiusdem tituli in fine: ) concedit tamen nu. 42 & 53. ei locum esse, cum fructus considerantur tanquā accessorij ac veluti appendices ipsius fundi, vt scilicet vendito fundo, fructus pendentes comprehendantur in venditione, cum illi hæcant. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empti. d. l. vlti. §. fructus. ff. quæ in frau. credito. & in fundo dato in solutum, & in legato & si deicommissio, & in concessio ad feudum, & in amissione feudi, & in publicatione fundi, & in sententia, que fundum restitui iubet, & in renunciatione beneficij & in alijs veniunt fructus pendentes, veluti appendices ipsius fundi, si cum fundo consideratur, vt probat Tiraquel. d. glo. 7. nu. 42. & 43. [ Et quod fructus pendentes tempore venditionis sint restituendi consanguineo retrahenti tenet Ant. Gomez in. l. 70. Tauri nu. 29. & idem subobscurē voluit Ioan. Fab. in. §. actionum nume. 6. insti. de actio. quorum sententia, iudicio meo, vera est, quicquid. d. D. Couarru. contendat lib. 1. resolu. c. 15. nu. 8. dicens fructus emptori esse pro rata restituendos: debet enim fieri consanguineo retrahenti plena restitutio rei vendite, subrogatur quippe loco emptoris, ita vt emptor nullo afficiatur incommodo, nullūque ex ea re reportet commodum, quare inquit Ant. Gomez, retrahens soluet emptori iustum & honestum interesse, quod illo medio tempore possit ex pecunia vel precio honeste lucrari, argumen. text. in l. curabit, C. de actio. emp. Sed tu tamen aduerte, quoniam lucrum hoc non debet considerari, nec refundi emptori, nisi a die solutionis precij ab ipso emptore factę vsque in diem consignationis factę per consanguineum intra nouem dies ab hac lege prefixos. Nam deinceps nullum est interesse soluendum, cum nō steterit per consanguineum, quominus emptori precium redderetur, sed per ipsum emptorem, qui consignatū noluit accipere, nisi forte ignoraret emptor, retrahentem esse consanguineum venditoris, vel rem esse patrimonialera, quia tunc interesse solueretur vsque ad testium publicationē, quo in tempore certificari potuit de consanguinitate retrahentis & de alijs ad restū requisitis. At quoties per aliquē fiat quominus quid fiat, id pro facto habetur in eius praiudiciū. l. idcō

ideo §. presente & l. si dictum fuerit. §. si presente. ff. de euitio. l. in executione. §. vlti. vbi per docto. notatur. ff. de verbo. obliga. cum concordan. a Tiraq. citatis lib. 1. de retractu. §. 15. glo. 2. num. 7. [ In fructibus autem seu redditibus post vditionem habitis aliud statuitur, hi enim non veniunt nisi a tempore litis contestatę: quandoquidem actio ex retractu competens est personalis in rem scripta, vt probauit supra hac eadem. l. glo. 8. nu. 1. & Tiraq. latē libr. 1. de retractu. §. 35. glo. 1. in qua fructus veniunt a litis contestatione, & nō antea, arg. text. in. l. in hac. ff. de tritico. & l. pē. ff. quæ in frau. credi. & notatur plenē in. l. vinum & l. cum fundus. ff. si cert. peta. atque ideo hac in specie fructus debent consanguineo retrahenti a tempore litis contestationis tenuit expresse Montal. in. l. 13. glo. magna col. 9. in fine versu. item quero an proximiori retrahenti tit. 10. lib. 3. fori Gomez Arias in. l. 70. Tauri nu. 28. Alberi. 1. par. statuto. q. 97. Guido Papæ decif. 257. per. l. videamus. §. actione. ff. de vfur. Ioan. Fab. in. §. actionum nu. 6. insti. de actioni. Boeri. in cōsuetudi. Vitoricēsi. §. 4. col. 3. tit. de retractz Ioannes Igne. in. l. dudum nu. 50. & sequen. C. de cont. emptio ne, Tiraque. lib. 1. de retractu. §. 15. glo. 1. & 2. d. D. Couarru. lib. 1. resolutio. c. 15. nume. 8. qui hoc procedere asserit quoties fructus petuntur vt fructus, nam si petantur vt interesse, a tempore morę debentur, secundum eundem Fab. & Boeri. Mora autem cōtrahitur a die oblationis & consignationis precij, vt in. l. 2. C. de pact. int. emp. & vendi. & l. acceptam. C. de vfur. l. oblatione. C. de solutio. l. si mora. ff. solu. matri. l. magnam. C. de contra. & cōm. stipula. quod expressim adnotauit hac in specie, Ioan. Igne. in. d. l. dudum nume. 49. Quod tamen tu intellige iuxta praxim regni nostri supra nu. 6. traditam, vt ab eo die mora cōtrahatur, quo obsignatio emptori intimata fuerit, nā antea ignorantia excusabit eum a mora. Sed quid si reus subterfugit, nelis contestetur? dic quod pro contestata habebitur. l. si eum. §. qui iniuriarum, & ibi notant docto. omnes. ff. si quis cautio. Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 15. glo. 2. nu. 5. & sequen. vbi plura congerit: [ Dicit lex nostra, retrahentem iurare teneri rem sibi ipsi & nō alij velle retrahere: sed dubitabit aliquis, maritus constante matrimonio tanquam proximior consanguineus vel socius retraxit rem veditam pro eodem precio, quo vendita fuit, an vxor soluto matrimonio poterit eius rei consequi medietatem tanquā acquisitę matrimonio constante, iuxta dispositionē legum regni huius, vel an tantum habeat vxor medietatem precij? Et videtur q̄ habere debeat medietatem eiusdem rei per tex. in. l. 1. & 2. tit. 9. de bonis cōstante matrimonio questis supra hoc eodem lib. que generaliter loquuntur in omnibus bonis constante matrimonio questis, vt inter coniuges communicentur & soluto matrimonio diuidantur, quare hūc casum comprehendere videntur, hanc questionem tetigit Ioan. Lupi & indecissam reliquit in repe. rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 62. nume. 13. ad fin. & Ant. Gomez in. l. 70. Tauri numero. 28. vbi & Gomez Arias nu. 4. eamque resoluit Ant. Gomez, dicens vxori non competere partem rei veditę, sed eius precij dumtaxat quibusdam rationibus, quas ipse vide-

re poteris. Mihi autem eius applaudet sententia, ex ratione & verbis legis nostre, ibi, e iure que la quiere para si, si ergo vxor haberet partem, falsum esset iuramentum, & maritus incideret in periurium, cum iuxta verriorem & receptiorem sententiam ipso iure absque aliqua apprehensione queritur dominiū & possessio rerum constante matrimonio acquisitarum ipsi vxori, vt probat Grego. Lupi in. l. 55. in glo. magna. 2. col. ver. & facit hoc ad aliam questionem tit. 5. de emptio. & vendi. par. 5. & in. l. 47. tit. 28. de acqui. rerum domi. par. 3. Anto. Gomez in. l. 53. Tauri nume. 76. dixi latissimē in. l. 2. gl. 3. nu. 11. 12. & 13. tit. 9. de bonis const. matri. questi. supra hoc eodem libro.

GLOSS. XIII.

- 1 *Retrahtus nullam admittit fraudem ex parte retrahentis.*
- 2 *Fraus retrahentis probatur si statim post retractū ipsimet venditori vel alij extraneo rem cefferit, vel ex qualitate personę, si sit pauper.*
- 3 *Fraus, dolus, & simulatio ex quibus probetur remissiuę.*
- 4 *Fraus fieri non debet retractui ex parte contrahentium.*
- 5 *Fraus in retractu ex parte emptoris & venditoris probatur ex tractatu precedenti, si volens vendere permutauit vel donauit.*
- 6 *Fraus & simulatio detegitur ex tractatu precedente, magis quam ex subsequētib.*  
*Clausula precedens est maioris efficacię ad declarationem sequentium, quam sequens, ibi,*
- 7 *Fraus & simulatio presumitur si res alienata remanet apud alienatē, sed hoc intellige quoad tertium.*  
*Possessio tradita & statim recuperata presumitur fraudulenta, ibid.*  
*Fraus, & simulatio presumitur si res vedit ad alienantem breui tempore arbitrio iudicis, ibi.*
- 8 *Fraus presumitur in praiudiciū retractus si res primum conducta a Titio eidem vendita fuerit, maxime si conductio fuit ad. 4. vel. 6. annos & vili precio.*
- 9 *Fraus presumitur in praiudiciū retractus si breui quodam tempore facta fuit locatio emptori ante emptionem.*  
*Fraus & dolus presumitur ex breuitate teporis, ibi.*
- 10 *Fraus & dolus non presumitur, vbi actum faciedo sibi quis prospiceret.*  
*Fraudare non videtur qui sibi prospicit. ibi.*
- 11 *Fraudem statuto non facit, qui contra eius prohibitionem emit triticum, credens se mansurum in ciuitate per annum, & deinde ex causa mutat domicilium.*  
*Retrahtus mercium pro eodem precio quo emptę fuerunt a propola iuxta statutum huius regni Peru venit hodie in abusum, & quomodo, ibi.*

Propositum presumitur ex eo quod postea fit, ibi. in fine.

12 Retrahitur si fraudetur ob immodicum & immoderatum precium, quo res fingitur fuisse vendita, debet precium moderari, & iuxta illud adiudicari consanguineo.

13 Retrahere an possit consanguineus qui venditioni cōsensit? & quid si ratione officij.

14 Retrahere an possit consanguineus, qui fuit præsens venditioni.

n **E que no lo haze por otro engaño.** Nota ex lege ista, q̄ in retractu nulla debet interuenire fraus. Duplīciter autem potest fraus considerari, primò ex parte venditoris vel emptoris, secundo ex parte retrahentis, de hac vltima fraude loquitur lex ista: debet enim sibi & non alij nec ad alterius commodum retractum facere, quid si venditor ipse, venditionis quam fecerat poenitens, rogauerit consanguineum suum, vt sibi ipsi rem retraheret nomine proprio? vel quibus alijs? hac certè in specie consilio de fraude, retractui locus non erit, sed si ante retractum non constiterit sed postea compertum fuerit, emptor poterit rem vendicare, vt ex hac lege iunctis his, quæ in glo. præcedenti diximus nu. 4. expendere licebit. [Fraus autē probabitur, si statim post retractum rē venditori vel alij extraneo cesserit arg. l. si ventri. §. vlti. ff. de priuileg. credi. c. officij de electio. & quod voluit Bar. in l. post contractum nume. 8. & §. 5. præsumptione fraudis. ff. de donatio. Feii. in c. consaltationibus nume. 1. de of. fi. de lega. Ancharra. consi. 351. Tiraq. lib. 1. de retra. §. 5. glo. vnica nu. 4. & l. 1. §. 2. glo. 7. nume. 77. probatur etiam ex qualitate persone, ex qua potest esse suspecta venditio, veluti si humilis & deploratæ vitæ & pauperrimus, ita vt alterius pecunia esse credatur, atque ideo venditorem ipsum vel quemlibet extraneum sit verisimile eam supposuisse, vt constat ex traditis ab Alciato in l. si maior nu. 15. C. de transf. vbi alias fraudis coniecturas enarrat, cum refert & sequitur Cassane. in consuetu. Burgund. rub. 10. de retractu §. 12. in verbo se la fraude est trouee nu. 3. vers. 10. ex quo non crederem sustineri posse quod Tira. docuit lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 9. nume. 38. & seq. quod ipse retuli supra hac eadem lege glo. 1. num. 76. [Ex alijs etiam coniecturis probari poterit fraus, quarum viginti & tres enumerat Luc. de Poena in l. quemadmodum. C. de agric. & censi. lib. 11. decem & sex fraudis præsumptiones enumerat Alciat. in l. si maior. C. de transactio. & Cassane. qui alios addit in consuetudi. Burgund. rubri. 10 §. 12. in verbo, se la fraude est trouee nume. 3. vers. 10. Bartol. Paul. Socin. & doctor. in l. post contractum. ff. de donatio. plenissimè Cœpola in tractatu de simulatio. contractuum Matthæ. Affli. in tracta. protomixeos. §. 4. nume. 10. & sequentibus, Tiraquell. aliquid lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 7. nume. 75. & sequen. & in præfatione numero 77. vsque in finem. [Fraus etiam contingere potest in retractu ex parte venditoris vel emptoris ad effectum eum impediendi, quæ non oberit consanguineis,

quo minus ad illum admittantur, vt concludit Matthæ. Affli. in dict. §. 4. & Cyfonta. in l. 70. Tauri colum. 7. in fin. & 8. v. versu. 48. dubitatur, & duabus quæstionibus sequentibus, & ibi Gomez Arias numer. 26. Tira. quæ. in locis proximè citatis numero præcedenti. Quinimo peccat mortaliter, qui huiusmodi fraudes machinatur, vt asseuerat Ioan. Faber in §. si enim institu. de adoptio. Cyfonta. in dict. l. 70. Tauri colum. 8. versu. 49. dubitatur, Tira. quæ. in præfatio. libr. 1. de retractu nume. 73. & 74. auctoritate Cornei consi. 29. in fin. & Baldi post Innocen. in rubri. extra de consuetud. in fine. [Quibus autem modis fraus hæc deprehendatur vel probetur? Respondeo, quoties verè venditionem facere volentes, simulant donationem vel permutationem facere vel alium contractum, in quo locus non sit retractui, quod perpendi poterit vel ex tractatu præcedenti, vel ex sequentibus. Veluti si fundum, quem cum alio fundo permutauit, prius venalem habuerat & exposuerat: illud præcedens propositum eius, qui vendere volebat & emptores querebat, præfert contractum venditionis esse, quod permutationis commentum fuit, vt nuncupat. m. voluit Tiraq. libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. num. 22. & sequentibus. vt refert constare ex his, quæ tradiderunt Hostien. Ioan. Andre. Collectan. Anto. Panormita. Barba. & Anto. Borgen. in capi. ad nostram de emptione & venditio. dicentes quòd si proberur, debitorem prius quæsiuisse pecuniam super tali fundo, & deinde fundum illum vendidisse eodem precio, quod querebat, presumitur contractus ita factus in fraudem viurarum, potiusque esse pignoris contractum, quam venditionis, sequitur Paul. Castren. consi. 109. col. 1. libr. 2. Laurent. Rodolph. in tractatu de vsuris quæstio. 60. in principio, & late. Calcane. consi. 25. vbi adfert concordant. & consil. sequen. Steph. Vertran. dus consi. 235. nume. 7. libr. 2. Bartol. Bald. Pau. & alij in l. pacta nouissima. C. de pact. Deci. consilio. 167. [Sic & alijs contractus simulatio & fraus declaratur detegiturque ex tractatu præcedenti, & id quidem magis quam ex sequenti, vt voluerunt Iacob. Butricarius, Bartol. Bald. & recentiores in dict. l. pacta nouissima. C. de pact. Paul. Crstren. in l. cum seruus nume. 4. ff. de conditioni. & demonstrationi. Alexand. consi. 29. nume. 19. libr. 7. Barba. consi. 25. libr. 1. l. so. in l. si ita sit scriptum nume. 13. ff. de lega. 1. & in consil. 217. in fine libr. 2. & consil. 12. libr. 3. & Catellian. Cot. in memorabi. in verbo contractus simulatus, Tiraquell. dict. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. numer. 24. eo quòd clausula præcedens est maioris efficacitæ ad declarationem sequentium, quam ex contrario, secundum gloss. & Bartol. in l. quisquis. ff. de legat. 3. cum concordantijs ibi citatis, sic & actus sequens videtur factus in executionem præcedentis tractatus. l. 3. vnde queri poterit. ff. de manumissio. l. qui in aliena. §. si is qui put. bat. ff. de acquirenda hereditate, & ibi notatur per doctor. & per Alciatum latius in regula. 2. præsumptio. cap. 24. quod procedere asserit in delictis nume. 4. vt Bar. adnotauit in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. Curti. in l. pacta nouissima. 3. col. C. de pact. Hyppoly. Marfil. addens concord.

- z Auida o heredada por su padre o madre dellos. Nota ex lege ista, quod non solum res paterna & auita vendita potest per consanguineum proximio rem ipsi venditori retrahi, verum etiam res materna, vt & diximus supra eo. l. 7. glo. 1. nume. 55. & sequentibus, dicat aliquid infra eo. l. 15.

LEY. IX.

Que la dicha ley del fuero, que es la ley. 7. deste titulo, aya lugar en las cosas, que se vendieren en almoneda, y lo que se ha de consignar y volver al comprador,

Don Fernando y doña Juana en las leyes de Toro. ley. 70.

¶ La ley del fuero, que habla cerca del facar el pariente mas propinquo la cosa vendida de patrimonio por el tanto, aya tambien lugar quando se vendiere en el almoneda publica: aunque sea por mandamiento de juez. b Y los nueue dias que dispone la ley del fuero, se quenten en este caso desde el dia del remate, c con tanto que consigne, el que faca, el precio, d y haga las otras diligencias que dispone la ley del fuero, y la ley del ordenamiento de Nieua. e Y asy mesmo aya de pagar al comprador, las costas, y el alcauala, si la pago el comprador, f antes que la cosa asy vendida le sea entregada.

GLOSS. I.

- a Ley del fuero. Ley. 13. titu. 10. lib. 3. fori que transcrippta fuit in. l. 7. supra eod.

GLOSS.

- 1 Subhastationum duplex genus, necessarium & voluntarium.
- 2 Subhastatio necessaria fit in casibus expressis.
- 3 Subhastatio voluntaria quando fiat.
- 4 Retrahitui locus est in rebus venditis per subhastationem necessariam & voluntariam.

- b En el almoneda publica, aun que sea por mandamiento de juez. Hic supponitur duplex esse subhastationis genus, alterum necessarium, alterum voluntarium, necessarium dicitur quod fit ex mandato iudicis, vel ad distraendas res fiscali, minorum, ecclesiarum, vel reipublice, in quibus decretum iudicis exigitur. l. magis puto §. non passim vsque in finem legis. ff. de reb. corum. l. lex que tutores. C. de admini. tuto. l. 4. tit. 5. par. 5. l. 6. titu. 18. par. 3. l. 18. tit. 16. par. 6. authenti. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct. eccles. c. sine exceptione. 12. q. 2. & per totum titu. extra de reb. eccle. non alienandis, l. 2. titu. 14. par. 1. l. vlti. C. de venden. reb. ciui. libr. 11. l. 1. & 10. titu. 7. de terminis publicis infra libro. 7. Bar. in. l. 1. C. de seruis reipub. manumi. Anto, Capi. decisio. 4. nume. 9. Pet. Nunnius Auenda. de manda. ex sequen. par. 1. cap. 12. nume. 21. 26. & 27. l. 2. & 3. C. de præd. decuri. sine decreto non alienan. lib. 10. l. 1. 2. & vltima. C. de fide instrumento. & iure haste fiscal. lib. 10. l. 52. tit. 5. par. 5. in quibus casibus subhastatio est necessaria, vt ibi dicitur, Bar. in. l. licitatio nu. 3. ff. de publica. & vectiga. Alberi. in. l. & si sine §. 1. ff. de mino. Ioan. de Platca in. l. si temporaria. C. de fide instrumen. & iure

- & iure haste fiscal. lib. 10. & Matth. Affli. lib. 2. constitutio. Neapolita. rub. 38. in fi. Soci. conf. 95. num. 5. lib. 3. Deci. conf. 556. num. 4. Iacob. à. S. Geor. in. l. Titia. ff. de iure doti. [ Dicitur etiam necessaria subhastatio in rebus condemnati pro executione rei iudicate iuxta tex. in. l. ordo, vbi Bald. nu. 4. C. de execu. rei iudi. & in. l. à diuo Pio. §. in venditione cum seq. ff. de re iudi. & in alijs pluribus casibus à me traditis in stylo cancellariae tit. 1. præcinentia. 17. casu. 20. de claratio. 2. c. 2. gl. 3. in verbo cada pregon, vbi materia subhastationis latissimè examinavi. [ Voluntaria autem subhastatio dicitur, quando extra has causas quis voluerit res suas in publico loco ad vocem præconis distrahere, vt ex licitatorum calore carius res vendantur, vel saltim ex hominum concursu citius distrahantur, vt sepe fit in magnis ciuitatibus, vt Pineus aduertit in. l. 2. C. de rescind. vendi. 2. par. c. 2. num. 26. [ In his duobus casibus procedit lex ista, vt bona per subhastationem voluntariam vel necessariam vendita possint à consanguineo retrahi, quod ante hanc legem negauerat Alfonso à Montaluo in. d. l. 13. tit. 10. lib. 3. fori in glo. magna col. 11. verfi. item quero an habeat locum lex ista cum proximioris res, cuius sententia confirmata erat per legem. 220. in legibus styli, quæ per. l. nostram antiquata est, vt aduertit Didac. Castelli in. l. 70. Tauri glo. 1. in prin. & in verbo en almoneda, & in verbo del juez & ibi Ioan. Lupi nu. 2. licet Gomez Arias ibi dubitet, & perperam, nume. 11.

GLOSS. III.

Retrahitus tempus an à die vltimæ additionis currat, an verò post lapsum nouem dierum, qui ex communi stylo dantur ei, cuius bona venduntur per executionem ad ea retrahendum?

- Desde el dia del remate, Plurima dubia sese offerunt circa hæc verba, que latissime examinavi supra eo. l. 7. glo. 6. Sed dubitat non abs re Didac. Castelli in. l. 70. Tauri in verbo, del remate, cum ex communi stylo & consuetudine huius regni in quacunque subhastatione dentur nouem dies ei, cuius bona distrahantur ex causa necessaria rei iudicate, confessionis, vel instrumenti publici, ad retrahendum res venditas reddito precio, an nouem dies retractui sanguinis constituti incipiant currere à die vltimæ additionis, prout hic dicitur, an post lapsum aliorum nouem dierum qui ex communi stylo debitori conceduntur, & post dictos nouem dies currere tempus hoc retractui sanguinis constitutum neruose asseuerat, quod mihi in specie hic proposita satis probatur, & potissimè ex his, que diximus supra eodem. l. 7. glo. 6. numero. 15. vsque ad numerum. 20.

GLOSS. IIII.

- 1 Consignatio & depositio precij in retractu requiritur pro forma. Forma inducitur per dispositionem conditionalem, ibi.

- Oblatio hodie precij nulla requiritur, sed consignatio, ibidem.
- 2 Depositum confessum an sufficiat in retractu, vel an reale exigatur. & num. seq.
- 3 Numeratio vera an requiratur in consignatione retractus.
- 2 Confessio in deposito an probet numerationem.
- 3 Verba in proprio & naturali sensu, non in improprio & civili capiuntur. Depositum confessum non est verum depositum, ibidem.
- 4 Depositum confessum non gaudet privilegio veri depositi.
- 5 Depositum ve tantum contrahitur. Mutuum ve quandoque & quandoque verbis contrahitur, ibidem.
- 6 Confessio in deposito probat numerationem, sed non in præiudicium tertij. Lex Publica. §. vltim. ff. de posi. intelligitur, ibid. Lex in contractibus. C. de non num. pecu. explicatur, ibidem.
- 7 Consignatio pecunie in sacculo absque numeratione non sufficit ad retractum, nec in præiudicium tertij.
- 8 Consignatio precij in pecunia argentea an fieri possit si precium conuentum fuit in pecunia aurea.
- 9 Solutio debiti vel consignatio precij fieri potest ex generali consuetudine & iuxta ius regium in quacunque moneta currenti, modo valor debiti vel precij non minuat.
- 10 Consignatio precij ad retractum in qua vnus numus deficit, aut vnus par turturum an sufficiat, & numero sequen.
- 11 Forma omisio etiam in re minima totum actum vitiat, etiam in fauorabilibus & pijs causis, fallit si per errorem, & num. 13.
- 12 Minimus defectus ex errore & nõ ex industria obueniens non vitiat actum, etiam si pro forma requiratur, Lex quamuis. ff. de condi. & demonstra. explicatur, ibidem.
- 13 Modicus defectus, vt vnus numi in gabella, emphiteusi, & in conuersione poenæ pecuniarie in corporealem facit poenam incurri. Defectus modicus qui alias facit poenam in currere, si fiat per errorem a poena liberat, ibidem. Poena quando nõ incurrat ex paruo forma defectu, ibidem.
- 14 Consignatio precij in retractu debet fieri iudicis mandato, nec alias sufficit, etsi fiat apud mercatorum ditissimum. Depositarius an possit se subducere vel mercedem petere, remissive, ibidem.
- 15 Consignatio precij non liquidi quomodo fiat.

**d** *Con tanto que consigne el que saca el precio.* Nota ex lege ista retractui locum non esse, nisi precij consignatio fiat, hoc enim requiritur pro forma, cum conditionaliter lex loquatur, qua in specie formam continere videtur, & non leuem solemnitatem, vt Bal. ad notauit in auth. matri & auic num. 3. in fin. C. quan. muli. offi. tute. fungi pot. oportet enim conditionem existere arg. l. prator in principio. ff. de colla. bono. idem voluit Felin. in cap. cum dilecta num. 6. versic. secundum signum extra de rescrip. Tiraq. libro. 1. de retract. §. 2. glo. 1. num. 3. Recentiores in l. 2. §. prius. ff. de vulga. vbi addunt concord. & sic hodie nulla requiritur oblatio sed consignatio coram iudice & tabellione, vt dixi supra eo. l. 7. glo. 11. & 12. num. 6. vbi tradidi praxim retractus apud nos obseruatissimam.

**2** [ Ex quo inferri potest ad quaestionem, iudex coram quo libellus propositus fuit, iussit precium deponi & consignari in manibus Petri, qui postea coram tabellione fatetur, id precium sibi a retrahente fuisse numeratum, nec aliter de numeratione constat, an satis sit, vt consanguineus consignasse & satisfecisse dicatur legis nostrae dispositioni? Quod videtur, nam confessio in deposito probat numerationem, vsque adeo vt opponi non possit exceptio non numerate pecunie, vt in l. Publia. §. si. ff. de positi. & in l. in contractibus C. de non nume. pecu. & voluit expresse Bald. consil. 256. & 270. lib. 1. & consil. 364. lib. 2. Pet. Ferr. titu. de forma capit. quando testes producuntur ad aeternam rei memoria in verbo habuisse confessus, & titu. de forma libelli in actione hypothe. in verbo in deposito colu. 1. [ Oppositum tamen, imo quod vera requiratur numeratio, & non sufficiat depositum seu consignatio confessa, verior est & receptior, quam tenuit Cœpol. causarum ciuiliu consil. 44. & duobus seq. Tira. libr. 2. de retractu. §. 4. glo. 6. num. 22. qui a nume. 8. ead. discutit vsque ad nume. 22. idem voluit Montalu. in d. l. 13. in verbo, el precio. 1. versic. item nota quod non sufficit offerre marsupium, sensit Cyfonta. in l. 70. Tauri colu. pen. versic. in eadem lege ibi, con tanto, dū asserit, non posse deponi aliud loco precij, nisi deponatur vas argenteū tanquam massa, quod & voluit Montal. in verbo el precio. 2. sensit etiam Ioan. Lupi in d. l. 70. Tauri numer. 35. quibus libenter accedo, eo quod lex nostra requirit pro forma precij consignationem, vt probaui supra num. 1. proprie ergo debet intelligi & verè, vt fiat vera precij consignatio. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. de naturali quoque non ciuili, si de vtraque intelligi possit. l. vlti. vbi Pau. Bal. & Salice. C. de his qui veni. eta. impetra. cum concordan. à Tiraquel. traditis in repe. l. si vnquam in verbo susceperit liberos nu. 15. C. de reuocandis donation. At consignatio confessa non est vera, propria, nec naturalis consignatio seu depositio, sed ciuilis et impropria, vt pote cum de vera numeratione non constat, quare non sufficit ficta & confessa de positio, vt Bal. Ang. Aretiu. Alexand. Iaso. & ceteri asseuerat in l. si ita stipulatus. §. Grifogonus. ff. de verborum obligatio. Bald. consilio. 218. in. 4. articu. libr. 1. Tiraquell. citans concordan. libro. 2. de retractu. §. 4. glo. 6. numero. 10. & sequentibus. vbi aliud esse confiteri, aliud recipere, probat ex l. 1. & 2. cum ibi notatis. C. de dote cau. nō

nume. Infertque procuratorem per confessionem de recepto, tutorem, curatorem, vel alium quencunquo administratorem domino non prejudicare, vt ibi per eum. [ Item quia depositum confessum non gaudet priuilegijs veri, & verè numerati depositi, secundū Bald. consilio. 384. in fin. libro. 1. cui subscripsit Soci. consilio. 143. ad finem libro. 1. quod repetitur consilio 171. libro. 2. quemadmodum fit & in dote confessa, quæ non obtinet veræ & numerate dotis priuilegia, secundum glo. in l. asiduis in verbo datæ vbi Bald. & doctor. C. qui potio. in pigno. habeantur, cum concordan. à Tiraq. traditis. d. glo. 6. numero. 14. de cuius veritate latè eleganter que agit dom. Dida. Couarru. libro. 1. resolu. capit. 7. numero. 4. & sequent. [ Præterea obligatio quæ ex deposito oritur, re contrahitur. §. præterea insti. quib. mod. re contra. oblig. vnde in deposito vnus est contractus, vna obligatio, quæ re tantum perficitur, vt voluit Bald. d. consilio. 218. in 4. articulo libro. 1. & plenius consilio. 256. eodem. lib. Socin. consilio. 143. num. 3. libro. 1. quod repetitur consilio. 171. libro. 2. non ergo stari debet confessio non numerate pecunie in deposito, sicut nec statur in mutuo. Et maiori profecto ratione, quoniam mutuū & si re contrahatur, quandoque tamè verbis contrahitur & chirographo, vt notatur in l. 2. §. vlti. ff. si cert. peta. secus in deposito, ita arguit Tiraquel. d. §. 4. glo. 6. numero. 15. [ Ad l. Publia. §. fin. ff. de positi. & l. in contractibus. C. de non nume. pecun. & alia quæ in oppositum adduximus, respondeo, leges illas procedere quoad ipsum consententem, non verò in prejudicium tertij, etiam si confessio fuerit iurata. l. iurandi in fin. C. de testib. cum similibus, Bald. consilio. 455. qui loquitur in confessione depositi ad fin. libro. 1. Imol. Alexand. & Franc. de Aretio in l. si ita stipulatus. §. Grifogonus. ff. de verborum obligat. Alexand. in l. 1. §. si quis ita eodem titulo. Iaso consil. 172. columna. 2. versiculo accedat libro. 2. Tiraquel. libro. 2. de retractu. §. 4. glo. 6. numero. 9. & 15. in fin. At in specie nostra non modicum præiudicium fit emptori, si verè non deponatur precium, sed solum per confessionem, priuaretur enim & re & precio ob eam confessionem, vt ibi aduertit Tiraquellus.

**7** [ Verum si cum confessione depositarij appareat testimonio notarij, vel testium, depositum fuisse sacculum siue marsupium, aut follem, in quo consanguineus retrahens assererat adesse precium venditionis, paratumque se numerare, nec aliter constat de numeratione, videtur id satis esse, per text. in l. 3. §. si plus quam, ibi, viginti numerauit, siue in sacculo dederit. ff. de statulibe. quem ad hoc notabilem dicit Franc. de Aretio. in l. si mora columna. 4. versiculo item vide. ff. soluto matrimonio text. etiam in l. vltima. ff. de lege commissor. ibi, sacculum cum pecunia signatorum signis obsignauit, glossa in verbo contestatur in §. illud quoque in authen. vt exactio. instantibus in §. illud quoque in Tiraquel. traditis libr. 2. de retractu. §. 4. glo. 6. numero. 18. Sed in contrariū est veritas, vt ipse fatetur Tiraque. numero. 19. & 22. nam licet in prejudicium cōtrahentium hoc fieri possit, non tamen in prejudicium tertij, vt Cæpol. asserit d. consilio causarum ciuiliu. 46. columna vltima & Barto.

Bar. in l. cū seruus in fin. ff. de conditionibus & de demōstra. Tiraq. alios citans. d. glo. 6. numero. 19. & sequent. Montalu. in d. l. 13. in verbo precio titul. 10. libro. 3. fori. [ Quid autem si consignatio fiat in pecunia argentea, cū precium venditionis fuerit in moneta aurea cōuentum, aut in pecunia aurea alterius forme, scilicet, aureorum coronatorum, cū precium fuerit in excellentibus conuentum? quid sit hac in specie statuendum iure communi traditur in l. Paulus. 1. vbi Bar. Ange. & alij. ff. de solu. per gloss. Bald. Francif. de Aretio. Iaso. & Phillip. Deci. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. pet. Ioann. And. in capit. peccatum ad fin. 1. articulo in mercurialibus, de regu. iuris libr. 6. Bar. in l. quæ extrinsecus. ff. de verbo. obliga. Ioann. Fab. in §. 1. insti. qui. mod. tolli. obliga. Bal. in l. si quis argentū numero. 5. C. de dona. & consilio. 130. libr. 5. Malueri. titulo de solati. §. item si sis obligatus, Ioan. de Plat. in l. 1. C. de vete. numisma. potest. libr. 11. & in l. 1. C. de collatio. aris libro. 10. Maria. Soci. consilio. 6. libro. 1. Franc. Curti. Seni. in tracta. moneta. q. 9. Carol. Moline. hac eadem in specie in consuetudi. Parisi. titu. 1. §. 13. glossa. 8. in. 2. q. & numero. 2. [ Vbi concluditur quod si ad consuetudinem generalem spectamus, satis est precium reddi in moneta argentea vel aurea, quæ communiter versatur, modo valor non minuatur, vt & Barto. aduertit in l. diuortio. §. ob donationes nu. 3. ff. solu. matri. & in l. 1. §. vlti. in fin. ff. de auro & arg. lega. quam consuetudinem seruandam esse attestatur ibi Bart. & in l. quæ extrinsecus numero. 2. ff. de verborum obligatio. & Bal. in d. l. si quis argentum numero. 5. C. de dona. Tiraquel. libro. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. numero. 30. & 31. Carol. Moline. d. glo. 8. numero. 2. Curti. Iunior in l. cum quid numero. 25. ff. si cert. peta. dom. Did. Couarr. communem dicit, de veterum collatione numismatum cum his, quæ modo expendantur. cap. 7. §. vnico numero. 1. & per totum tractat optime hanc materiam. At hoc in regno legē habemus hoc confirmantem infra hoc libro titulo 21. de ordinatio. officialium monetæ. l. 6. his verbis, *Otro si ordenamos y mandamos, que todas y qualesquier personas y vniuersidades, que ouieren de hazer pago a otros, de qualesquier deudas, y mercaderias, y contractos, de qualesquier quantias de maravedis, o de qualquier moneda de oro y de plata, que lo pueden hazer y pagar en las dichas monedas de oro y de plata, de las que agora nos mandamos librar, qual mas quisiere el que ouiere de hazer la paga.* Quare de hoc amplius non est dubitandum hoc in regno. [ Quid autem si in consignatione precij desijt vnus numus, aut par turturum? videtur non esse satisfactum forme legis nostræ, quæ forma exigit, vt precium consignetur, propter conditionem in ea appositam, vt dixi supra numero. 1. & hoc in specie respondit Cœpola causarum ciuiliu consilio. 46. columna. 2. versiculo præterea etiam appareret, cui accedit Iaso. in authen. qui rem numero. 16. C. de sacros. eccles. & in l. sancimus numero. 7. extensio. 8. C. de iudicijs, Deci. consilio. 34. prope finem & in l. edita ad fin. C. de eden. pluribusque ornat similibus Tiraquel. libro. 2. de retractu. §. 4. glo. 6. numero. 23. & pluribus sequentibus. [ Omisio enim forme etiam in

minimo totum vitiat, vt censent Bald. Imo. & ceteri nouiores in l. 1. ff. de lib. & posthu. Anto. in capit. Pisanis. 7. nota. de resti. spolia. per illum tex. Felin. late in capit. cum dilecta numero. 6. versiculo amplia. 1. post medium, & iterum numero. 10. amplia. 10. extra de rescrip. & in capit. vltimo. §. 1. numero. 3. de offic. delegat. Iaso. consilio. 165. paulo ante finem libro. 2. & in consilio. 191. columna. 1. eodem libro. Guillel. Benedict. in repet. capit. Raynutus in verbo in eodem testamento relinquens. 1. numero. 72. de testamen. Stephan. Bertrand. consilio. 147. post principi libro. 2. & consilio. 154. in principio eodem libr. Deci. in authen. qui rem numero. 19. C. de sacros. eccles. & in cap. prudentiam numero. 4. de offi. delega. & in cap. de appellationibus numer. 4. & 5. de appellationibus: vbi hoc intelligit etiam in actibus fauorabilibus. l. qui Romæ §. Flauius. ff. de verborum obligationibus, Bald. in l. testamentum. C. de testamen. Iaso. consil. 191. lib. 2. vbi etiā procedere ait in causis pijs, vt latius probat Tira. plura congerens circa obseruationem forme libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 21. numero. 11. & sequentibus. & iterum libro. 2. §. 4. glo. 6. numero. 31. & pluribus sequentibus. Antonius Gomez in l. 1. nume. 48. in legibus Tauri. Hierony. Cagno. in repeti. l. si quis maior numero. 104. C. de transact. Calcan. consilio. 8. numero. 22. Goinezus in §. superest nume. 13. & sequentibus & §. omnium numero. 27. & §. poenales numero. 47. insti. de actio. & in regula cancellariæ de idiomate. q. 8. & in regula de annali posse. quest. 76. Iaso in §. sed iste numero. 132. insti. de actio. Hypolit. consilio. 65. numero. 3. & consilio. 18. numero. 1. Euerardus in topicis iuris. cap. 53. cum concordantijs à Dida. Perez traditis ad Seguram in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum nume. 9. ff. de lega. 2. latissimè Ferdinan. Vazquez Mencha quens. libr. de successio. creatio. §. 11. numero. 17. & §. 9. numero. 11. & §. 14. numero 90. & sequentibus, & §. 4. numero. 12. & deinceps, dixi aliquid supra hoc eodem libro. titulo. 4. de testamen. l. 1. glo. 4. numero. 6.

**12** 7. & 8. [ Cui sententiæ, licet communis sit, vix accederem, nec crederem in praxi seruari hoc in regno, maximè si consignationem non scienter & de industria, sed errore facti ductus omisit, integre facere, vel errore fortè calculi: quoniam tunc hic paruus defectus siue error nocere non debet, per tex. singularem in l. quamuis. ff. de conditionibus & demōstrationibus, vbi si seruo legatur libertas sub ead. cōditione, si rationes reddiderit, & reliqua soluerit, quamuis per imprudentiam minus solutum fuerit, libertatem nihilominus consequetur, ecce ibi inducitur forma propter cōditionem, vt probaui supra numero. 1. & tamen omisio forme in modico, si per errorem fiat, non vitiat actum, vt ex eo textu expendit Tiraquellus. d. §. 4. glo. 5. numero. 33. qui asseuerat id non esse speciale fauore libertatis, sed potius perpetuum & generale, vt & in comet textu intelligunt Bartolus & alij. [ Ex quo ibi Baldus Imola & Cumanus limitat eas omnes decisiones, quibus defectus vnus numi facit poenam incurrere, nempe, in solutione gabellæ, in solutione pensionis ex emphiteusi vel locatione, & cōuersione poenæ pecuniariæ in corporalem: de quibus agit Tiraquellus dicta glo. 6. numer. 24.

LEY. X.

¶ Que quando las cosas de patrimonio o abolengo se vendieren en vno o muchos precios como se pueden sacar.

Ley.71.de Toro.

¶ Quando muchas cosas fueren vendidas por vn precio, <sup>a</sup> que sean de patrimonio o abolengo, que el pariente mas propinquo no pueda sacar la vna, y dexar las otras, sino que todas las aya de sacar, o ninguna dellas. Pero si las dichas cosas fueren juntamente vendidas por diuersos precios, <sup>b</sup> en tal caso pueda el pariente mas propinquo sacar las, que dellas quisiere, haziendo las diligencias y solemnidades en las dichas leyes del fuero y ordenamiento contenidas. <sup>c</sup>

GLOSS. I.

Retrañtus plurium rerum vno precio venditarum fieri potest nulla earum relicta, non alijs.

<sup>a</sup> Muchas cosas fueren vendidas por vn precio. Nota retractum fieri posse a consanguineo omnium rerum patrimonialium, simul vno precio venditarum, nec vnam earum posse retrahere, alijs relictis, quod latius examinaui supra eod.l.7.glo.7.nume.20.vfque ad nu mc.26.

GLOSS. II.

Retrañtus fieri potest in vna ex rebus pluribus, simul diuerso tamen precio venditis.

<sup>b</sup> Juntamente vendidas por diuersos precios. Nota quod venditione pluriu rerum patrimonialium pro diuersis precijs facta, poterit consanguineus quamlibet earum retrahere, alijs omisis, quod latissime examinaui supra eo.l.7.glo.7.nu.27.28.29.&.30.& nu. sequenti examinaui, an retrahi possit res patrimonialis simul cum alia non patrimoniali & vnico precio vendita, & quid si vtranque retrahere voluerit, nu.33.

GLOSS. III.

<sup>c</sup> Leyes del fuero y ordenamiento contenidas. Nempe, lex 13.titu.10.libr.3.fori &.l.6.&.7.titu.7.libr.5.ordinationum

tionum, quæ transcriptæ sunt supra eod.l.7.&.8.

LEY. II.

¶ Que la cosa de patrimonio o abolengo vendida fiada, se pueda sacar por el tanto, dando fiadores para pagar al mesmo tiempo, dentro de los nueue dias.

Ley.72.de Toro.

¶ Quando la cosa que es de patrimonio o abolengo se vendiere fiada, <sup>a</sup> que el pariente mas propinquo la pueda sacar por el tanto assi mesmo fiada, con tanto que dentro de los dichos nueue dias de fianças bastantes a vista de la nuestra justicia, <sup>b</sup> que pagara los maravedis porq' assi fuere vendida, al tiempo que el comprador estaua obligado. <sup>c</sup>

GLOSS. I.

Retrañtus quomodo fieri debeat, quando res patrimonialis vendita fuit non pecunia presente, sed habita fide de precio.

<sup>a</sup> Se vendiere fiada. Nota re vendita habita fide de precio, non teneri retrahentem iprecium innumerata pecunia deponere, sed prestare fideiussores de soluendo precium in tempore conuento, quod examinaui supra eod.l.7.glo.3.numero.6.

GLOSS. II.

Consignatio & depositio precij in retractu fieri debet coram iudice, sicut & fideiussoorum datio, quoties res venditur, habita fide de precio.

<sup>b</sup> De fianças bastantes a vista de la nuestra justicia. Ecce tex. expressum decidendum questionem, de qua supra eod.l.9.glo.4.numero.14. vbi resoluimus consignationem precij in retractu fieri debere coram iudice, nec satis esse deponere apud ditissimum absque iudicij præcepto, idem enim hic statuitur, quoties res vendita fuit habita fide de precio, vt fideiussores, quos dare tenetur retrahens de soluendo precium tempore conuento & statuto, dentur idonei arbitrio iudicis, nec satisfacet, quamuis idonei sint, nisi a iudice approbentur, sed hæc datio fideiussoorum hac in specie subrogatur loco depositionis & consignationis.

GLOSS. III.

<sup>1</sup> Retrañtus vbi fit, emptor vel venditor a quibus retrahitur, esse debent indenes, nec lucrum aliquod facere. <sup>2</sup> Precium minuitur ex dilatione data ad soluendum.

<sup>3</sup> Legatum creditori factum valet propter interuersionem medij temporis, si debitum soluitur ante diem.

<sup>c</sup> Al tiempo que el comprador estaua obligado. Hoc ideo statuitur, quia vt sæpe diximus, emptor, a quo res empta retrahitur debet esse in demnis, ita vt nihil ex penso amittat, nihilque ex emptione lucri faciat. Nec etiam venditor aliquid commodi vltra quam conuentum est, debet habere, nec item incommodi, vt ex mente & verbis, l.7.8.9. supra eo. satis superque colligitur [ Si ergo ante diem prestitutum emptori vel venditori precium solueretur, plus debito consequeretur, mora enim solutionis est veluti quædam diminutio precij, vt in l. circa legem. ff. ad l. Fal. cum sic ait, quia inter uallum temporis & interuersionem huius spatij, minor est facit quantitatem, & in l. in quantitate. §. in diem. ff. eodem titulo ibi tanto minus erogari ex bonis intelligendum est, quantum interea, donec dies obtigerit, heres lucraturus est ex vfaris. l. qui quadringenta. §. vlti. eo. quoque tit. & in l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimonio, vbi ante tempus soluendi debet ei deduci interuersionem medij temporis. l. cum qui. §. melior. ff. de in diem adiectio. vbi si solutio facilius aut maturius offeratur, melior conditio afferri videtur etiam si precio nihil sit additum. l. melior. §. si hæres. ff. ad Trebell. l. ait prætor. §. si cum in diem & §. pactum & l. omnes. §. vlti. ff. quæ in fraud. eredit. [ Et quod fieri dicatur commodum emptori vel venditori, si ante diem soluatur, patet, quia eius respectu valet legatum creditori factum propter commodum, quod consequitur ex interuersione medij temporis, vt in l. 1. §. si quis creditori. ff. ad l. Falcid. & in l. debitor in principi. ff. de legat. 2. quibus adde plurima in hanc rem cõgesta per Tiraq. libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. numero. 34. vfque ad numeru. 40. dixi latissime supra eod. l. 1. glo. 2. numero. 32, & pluribus sequentibus.

LEY. XII.

¶ Que no queriendo vn pariente sacar la cosa vendida, la pueda sacar el siguiente en grado.

Ley.73.de Toro.

¶ Quando el pariente mas propinquo no quisiere, o no pudiere sacar la cosa vendida por el tato, <sup>a</sup> el pariente mas propinquo siguiete en grado la pueda sacar. <sup>b</sup> Y anfiuayá d grado en grado por todos los parientes dentro d quarto grado, cõ tato q' sea dentro d los dichos nueue dias, <sup>d</sup> y con las otras diligencias cõtenidas en la dicha ley del fuero y ordenamiento.

GLOSS. I.

<sup>1</sup> Proximioe nolente retrahere sequens in gradu admittitur intra eisdem nouem dies.

25.&.26.vt non procedant, quoties per errorem numerus vnus vel quantitas parua soluta non fuerit, quibus accedit Alexand. consil. 105. nume. 19. &. 20. lib. 3 & ibi Carol. Moli. Socin. in l. quamuis nu. 2. &. 3. vbi hanc dicit con. munem. ff. de conditio. & demonstrationi. Iaso in l. 2. numer. 60. C. de iure emphi. Tiraq. lib. 2. de retractu. §. 4. gloss. 6. nume. 29. &. 33. Dida. Perez ad Securam in repetitio. l. vnum ex familia. §. sed si fundum nume. 9. in fin. ff. de legat. 2. vbi attestatur ita fuisse obtentum in iudiciali controuersia Salmantice in specie legis nostræ, cum venditor malitiose fortè & in fraudem retractus, ne proximior rem venditam posset retrahere, ipsam vendiderat quingentis aureis, & insuper vt sibi præstaretur vnum par turturum, consanguineus id ignoras omisit deponere par illud turturum, nihilominus tamen in causa obtinuit cui sententia accedo tanquam humaniori, etiam in casu dubio, nisi scierit & data opera id omisisse cõstiterit. Non tamè ob id præiudicium aliquid emptori parabitur, quando quidem integrum precium erit consequuturus, licet integrè consignatum non fuerit. [ Sed an consignatio precij fieri possit apud mercatorem ditissimum & idoneum absque iudicis autoritate tractat Tiraq. lib. 2. de retractu. §. 4. glo. 7. numer. 11. vbi concludit, fieri debere iudicis autoritate, vt in l. acceptam. C. de vsur. Bald. & Paul. in l. si reus paratus per text. ibi. ff. de procuratori. quod apud nos sine dubio practicatur per tex. in l. 11. infra eod. vt ibi adnotauimus in gloss. 2. & an sequester possit se subducere, vel mercedem aliquam petere, tractat idem Tiraquel, dict. §. 4. gloss. 7. nume. 5. &. 6. [ Quid autem, si precium non fuerit liquidum? dic quod consignare tenebitur, quod sibi visum fuerit, & pro reliquo dabit fideiussores de soluendo cum apparuerit plus esse, hanc proximum tradit Alexand. consil. 24. numer. 9. libr. 4. autoritate Angeli, Imolæ & aliorum ab eo citatorum.

GLOSS. V.

<sup>c</sup> La ley del ordenamiento de Nueva, Lex. 6. titu. 7. lib. 5. ordinationum.

GLOSS. VI.

Emptor a quo res empta retrahitur, debet seruari indemnis ab omnibus expensis & alijs, quæ ex causa emptionis erogantur.

<sup>f</sup> Las costas y el alcanala si la paga el comprador. Nota emptorem, a quo res per consanguineum retrahitur, indemnem seruari oportere ab omnibus expensis & iuribus si quas impedit in emptione rei patrimonialis, atque ideo retrahens debet ei soluere quascunque impensas, & gabellam, vel laudimia, & quicquid ratione emptionis erogauit, quod latius examinaui supra eo. l. 7. gloss. 3. nume. 12. 13. 14. 15. 16. & sequentibus.



Tempus retractui praestitutum an restringi possit ad instantiam consanguinei remotioris.

3 Heredi potest ad instantiam creditorum statui, & restringi tempus ad adendum a lege concessum.

Canonice praescripti potest tempus ad optandam praebendam, ibidem.

4 Consanguinei remotiores simul cum proximioribus admittuntur ad retrahendum eodem tempore.

5 Terminus legalis quando restringi possit vel non, ibid.

Retraetus dilatio noue dierum currit omnibus consanguineis simul, licet alij alios praecedant in gradu, ibidem.

6 Poenitentia an locus sit in retractu, si proximior semel declarauerit se nolle retrahere.

2 No quisere o no pudiere sacar la cosa vedida por el tito.

Si propinquior nolit, vel non possit rem patrimonijlem venditam retrahere, sequens in gradu admittitur, & sic alij consanguinei ord. ne successiuo, si sint intra quartum gradum, modo intra nouem dies retractui praescripti ord. ne faciant, & caetera solemnia seruent in lege fori & ordinationum contenta: hoc continet in summa lex nostra, quae corrigat legem fori libro. 3. tit. 10. l. 13. & l. 7. supra eodem, quae ex. d. l. fori de prompta fuit, quatenus in eisdem legibus prohibebatur retractus alijs consanguineis, proximior nolit retrahere. [ Solet tamen dubitari, an remotiores consanguinei cogere possint proximiores, vt ante lapsum nouem dierum precium deponant intra aliquod breuius tempus arbitrio iudicis statuendum? & doctores magis communi ter tenent cogere posse, nempe, Iacob. de Rabe. Cyn. Alberi. Paul. Castrenf. numero 6. hac in specie loquentes in l. vlti. §. 1. C. de furt. argu. eiusdem legis & l. 1. ff. de cura. bon. dan. & l. mancipiorum. ff. de optio. lega. idem voluit idem Alberic. in l. dudum. C. de contra. empt. & in. 1. parte statutorum quaest. 90. Margarita Bald. in verbo alienatio colum. vltima & Gerard. Bago in tracta. retractus versiculo quaero quando proximior in. 2. conclusio. Guill. Benedict. in repet. cap. Raynutius in verbo & uxorem nomine Adelasia numero. 156. de testamen. Ioan. Ign. in repeti. l. dudum columna. 26. versiculo vnum autem circa praedicta cum multis sequentib. Boeri. in consuetudin. Vituricen. titulo de retractu §. 2. columna penulti. versiculo, sed quid an remotiores, Albertus Brun. consilio. 67. ad fin. Ferroni. in consuetudi. Burdegalenf. titulo de retractu §. 5. 4. Cassane. in postrema editione commentariorum in consuetu. Burgun. rubr. de retractu §. 1. in verbo leplus prochain columna. 3. versiculo, sed quero sunt plures, & iterum. §. 2. columna. 1. versiculo aduerte tamen, vbi dixit semper se fuisse in ea opinione, quamuis in duabus prioribus editionibus contrarium voluisset in d. §. 1. idem asseruit

3 Cyfonta. in l. 73. Tauri in principio. [ Cui sententiae non parum ad stipulatur, quod traditum est ab Accursio in l. quando institutus in verbo instituto post medium, & ibi quoque omnes propemodum scribentes. ff. de acquirend. heredi. quod creditores heredita-

rij petere possunt, vt heredi statuatur terminus ad adendum hereditatem, restrictior dilatione legali si bi data ad deliberandum, per tex. in l. 1. ff. de cura. bon. dan. & l. 4. ff. de bon. autho. iudi. possid. & l. si quis in situatur. ff. de heredi. insti. & post id tempus non audiatur, si adire velit, argu. text. in l. diffamari. C. de ingenu. & manumi. & l. si accusatoribus. C. de accusatio. cum similibus, Corne. consilio. 302. libro. 3. quod etiam voluit glossa in capit. vltim. in verbo dutaxat, ibi, quia capitulum poterat de consue. libr. 6. Dicens quod cum canonicis ex consuetudine competit ius optandi praebendam, quo casu eis statuitur tempus viginti dierum per. d. caput vltimum, poterit id capitulum canonico antiquiori eam dilationem coheretare ad duos vel quatuor dies ad optandum, vt eis elapsis detur locus sequentibus, illam gloss. sequuntur omnes teste Tiraquell. d. libro. 1. retractus. §. 1. gloss. 10. numero. 58. [ Quibus non obstantibus, ipse Tiraquell. numero. 59. tenet contrarium, imo quod omnes intra praescriptum tempus nouem dierum admittantur, tum proximiores, tum etiam remotiores, ita tamen, vt si postea venerit proximior, ei cedere debeat alter consanguineus remotior, qui prius venerat, quod probat ex Pictonum consuetudine titulo de retractu §. 11. vbi expresse cauetur, quod licet proximiores caeteris sint preferendi, non tamen sunt impedimento remotioribus, quin possint, si priores non venerint, intra annum retrahere: sed ita vt proximioribus postea venientibus intra eundem annum cedere debeant. Respondetque ad ea quae supra retulimus pro contraria sententia, dicens ea iura, quibus doctores praecitati innituntur, & alia per eos adducta, procedere in casibus, in quibus nullus locus patet posterioribus, nisi prioribus exclusis, quod semper fiet, quoties ordine successiuo admittuntur, vt ipse probat autoritate Ancharra. in cap. cum in tua, qui matri. accusa. post. arg. l. quando institutus. ff. de acqui. hered. [ Ad id, quod diximus de creditoribus hereditarijs, respondet numero. 60. id ideo fieri, quia nondum adita hereditate agere non possunt, nec debitum suum consequi, & in casu. cap. vltim. de consue. libr. 6. posteriori optare non poterant nisi exclusis antiquioribus. Nostra autem in specie remotiores in gradu offerre, & deponere possunt, & retrahere simul cum proximioribus, licet eis cedere teneantur, si in retractu perseuerent, quod constat ex lege nostra: atque ideo non possunt remotiores cogere proximiores ante tempus illis a lege vel consuetudine concessum, nec iudex illis petentibus potest id tempus restringere. l. 4. §. si quis condē natus lit. ff. de re iudi. cum similibus, non enim est alicui auferendum beneficium a lege indultum. c. indultum de regulis iuris libr. 6. vbi glo. id dicit procedere in omnibus dilationibus a lege concessis, sine tacito vel expresso iudicis mandato. de quo late agunt Imol. Romanus, & Alex. and. in l. 2. ff. de re iudica. Anton. Pannormita. & latissime Felin. in capitul. cum sit Romana de appella. idem e nostris voluerunt Didacus Castelli in l. 73. Tauri in glossa vltima in fin. dicens remotiorem consanguineum admitti posse ad retractum intra nouem dies proximiori indultos argum. text. in l. vltim. versiculo eo addito. C. quia admi. quoniam

huiusmodi

huiusmodi nouem dierum dilatio currit pariter omnibus consanguineis, vt in hac lege & l. 8. supra eo. vbi expendimus glo. 19. & diximus supra nu. 4. quod & voluit Anto. Gom. in d. l. 73. nume. 21. cum igitur hoc lege regia concedatur, necesse non erit, terminum legalem restringere & coheretare proximiori ex his, quae ex Tiraq. retulimus supra numero. 4. & nuncupatum hoc voluit Gomez Arias in. d. l. 73. Tauri nu. 33. quam legit sub lege. 68. idem etiam expressim asseruit Ant. Gomez in. d. l. 73. Tauri nu. 14. [ Qui subdit, quod si proximior ad requisitionem remotioris responderit se nolle retrahere, non ei licebit variando poenitere, etiam si intra duos nouem dies poenitentia ductus dixerit se velle retractum facere argu. text. in l. vlti. C. de iure emphi. vbi docto. notat maxime Iaso. numero. 14. & 24. Bar. & Pau. in l. qui Romae §. coheredes. ff. de verbo. obliga. Tiraq. lib. 1. de retractu in fin. numero. 38. 39. & 40. dixi supra eo. l. 8. gloss. 21. in fine, quibus addere poteris quae cumulat Tiraq. in relectio. l. boues §. hoc fermone super regula. ff. de verbor. signifi.

G L O S S. II.

- 1 Retraetus ius redactum est ad instar successiois. Successiois ius & retractus aequiparantur, ibidem.
- 2 Sententia lata in fauorem retractus an possit cogi consanguineus vti inuitus.
- 3 Emptor qui obtinuit in redhibitoria, an possit cogi vti ea sententia. Sententia parit actionem iudicati vtrique parti, ibidem.
- 4 Renunciare an quis possit appellationi ab eo interpositae inuito appellato. Dilationi ad probandum concessa non potest qui e. petijt renunciare inuito aduersario, ibidem.
- 5 Quasi contractus in iudicijs. Quasi contractus qui fit per aditionem hereditatis, vel per contestationem, vel alias, licet ab initio sit voluntarius, ex post facto tamen efficitur necessarius, ibidem.
- 6 Correlatiuorum eadem est disciplina.
- 7 Retraetus si pereat durante lite, an pereat periculo retrahentis.
- 8 Lex si iudex circumuento. ff. de mino. explicatur & num. sequent.
- 9 Sententia in fauorem meum lata quando cogi possim vti, ibidem.
- 10 Consanguineus retrahens non compellitur vti sententia in eius fauorem lata, ibidem.
- 11 Iuri speciali in integrum restitutionis vel retractus potest quis renunciare etiam post sententiam inuito aduersario, ibidem.
- 12 Ius speciale facilius tollitur, quam ius commune. Iuri quaesito tertio ex meo speciali beneficio possit renunciare, ibidem.

10 Quasi contractus iure speciali & extraordinario quaesitus potest resutari.

Correlatiuorum non est eadem disciplina, vbi adest diuersa ratio, vt si agitur de cogendo venditore, non enim porrigetur ad cogendum emptorem, ibidem.

2 Sigiente en grado la pueda sacar. Nota ius retractus redactum esse ad instar successiois, vt proximior nolit vel non valente retrahere, sequens in gradu retrahere possit, vt in simili statuitur in l. peto. §. fratre, ibi proximior quisque prin. o loco videtur inuitatus. ff. de leg. 2. vt ex hac lege expendit Ioan. Lupi in l. 73. Tauri nu. 3. & Anto. Gom. in l. 40. Tauri nu. 45. & seq. dixi supra eo. l. 7. glo. 4. nu. 3. [ Ceterum, ne quid indiscussum relinquamus, quaero, quid si consanguineus volens retrahere traxit in ius emptorem, quo recusante rem emptam reddere restituitur precio, tandem victus fuit, & damnatus vt rem restitueret consanguineo reddito sibi & restituito precio, cum que sententia in rem transisset iudicatam, consanguineus poenitentia ductus aliqua ex causa, noluit vti ea sententia nec precium restituere, an emptor possit eum cogere? & videtur cogere posse, quando quidem ex sententia que ritur victo actio in factum, si vincens ea vti noluerit, si quid victi interest. Is itaque ad cuius postulationem lata fuit sententia non potest ab ea recedere, nec in hac specie erit locus poenitentiae, vt voluerunt Bar. in l. si constante §. quoties. ff. solu. matrimonio num. 10. vers. alij dicunt, & ibidem Bal. in prin. Ange. num. 1. Imol. nu. 5. Roma. post prin. Paul. Cast. nu. 6. & Alex. nu. vlti. per tex. ibi. iuncta glo. in verbo, nec ferenda.

3 [ Hinc dixit idem Bald. in l. si praedium num. 6. C. de adili. actio. quod si in adilitia actione lata sit sententia ad commodum & postulationem emptoris, condē natusque fuit venditor rem recipere, preciumque restituere, ex tali sententia nascitur venditori actio in factum, si emptor vti nolit sententia, cui accedit Tiraq. lib. 1. de retractu in fin. nu. 25. in fi. & Gre. Lu. in l. vlti. glo. vlt. ad medium tituli. §. de emp. & vdo. par. 5. Licet contrarium non obscure voluerit Accursius in l. illud §. 1. in fin. ff. de adili. actio. cui ibi accedit Bal. sibi parum constans, dicentes emptorem, qui obtinuit in redhibitoria, posse renunciare sententiae, nec ex ea posse venditorē agere, sed prior sententia verior est. [ Cui concinnit quod scripsit Cyn. in l. si in fi. & ibi Bald. num. 3. & Salic. in fin. C. quan. prouo. non est necess. nempe, appellatorem non posse renunciare appellario inuito appellato, cuius interest, sic & dilationi a me petite renunciare non possum, postquam mihi concessa fuerit, inuito aduersario, cui ius fuit quaesitum ex dilatione, probare enim poterit, quod libuerit, durante dilatione secundum Cyn. Barto. Albe. & Bald. in l. petede. C. de tempo. in integr. resti. quibus alia aggregat Tiraq. libr. 1. de retractu in fine num. 24. & sequ.

4 [ Probatur etiam hac ratione, in iudicijs quasi contractus. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. Sed contractus licet ab initio sint voluntarij, post eorum tamen consummationem dicuntur necessarij, l. sicut. C. de actio. & obligat. l. in commodato §. sicut. ff. commod. cum si milibus

milibus, idem ergo erit in quaficontractibus, qui quo  
 datummodo contractus dicuntur. l. interdum. §. vltim.  
 ff. de iudi. l. sed et cum aliquis. ff. de nego. gest. l. vlt. ff.  
 in quib. caus. pig. vel hyp. raci. cont. l. in contractibus  
 ff. de actio. & oblig. & sicut in alijs quaficontractibus  
 qui quaficontrahuntur vel adeundo hereditate, vel  
 negocia gerendo, non potest quis ea faciendo liber  
 abire ab omni nexu & obligatione, ita & in iudicijs  
 litem contestando, & sententiam obtinendo, non po-  
 test ab ea discedere, quin maneat obligatus, quo argu-  
 mento vtitur Tiraq. libr. 1. de retractu in fin. num. 29.  
 in princi. [ Vbi aliter etiam arguit Tiraq. quia corre-  
 latiuorum eadem est disciplina. l. vlti. & ibi docto. C.  
 de indi. vidui. tollen. & in. c. vlt. ne cler. vel monachi,  
 de quo late agit ipse idem Tiraq. libr. 1. de retract. §. 1.  
 glo. 9. num. 169. & seq. At cum consanguineus possit  
 emptorem cogere, vt sibi vendat rem, quam retrahit,  
 poterit etiam ipse emptor vicissim consanguineum  
 cogere, vt rem illam emat iuxta iudicis diffinitionem.  
 7 [ Præterea si res que per retractum petitur, interim  
 perierit, tenebitur tamen consanguineus in suo retra-  
 ctu persistere, tanquam ipsius sit periculum, vt voluit  
 Ferroni. in consue. Burdegalen. tit. de retract. cap.  
 1. per. l. ad quod post & l. si vendita. ff. de peri. & com-  
 mo. rei ven. & l. quod sæpe. §. in his que. ff. de contra.  
 empt. si igitur ante sententiam re perempta cogitur  
 consanguineus emere, multo magis post sententiam  
 re non perempta. [ Quibus non obstantibus opposi-  
 ta sententia verior est, imo quod consanguineus pos-  
 sit vt sententia in eius fauorem lata, si velit, nec ad id  
 cogi possit per venditorem. Quod instruitur ex. l. si  
 iudex circumuento. ff. de mino. vbi minor potest, si  
 velit, non vt sententia restitutionis in integrum, nec  
 cogitur precium restituere, & rem ab eo emptam red-  
 dere, rationem reddit iurisconsultus, quia vnicuique  
 licet contemnere que pro se introducta sunt, & quod  
 dixit Bal. in. l. 2. q. 2. C. de fideiuss. mino. quod senten-  
 tia lata pro aliquo in ipsius priuilegium, non imponit  
 ei necessitatem vtendi ea, si nolit. per tex. in. d. l. si iu-  
 dex circumuento Tiraq. in fine retractus lignagier  
 nume. 25. ad medium, & tex. in. d. l. si iudex, auctore  
 Bal. ibidem, procedit in omnibus his que sunt quasi  
 ta iure quoppiā singulari, siue extraordinario, & spe-  
 ciali, cuiusmodi haud dubie est hoc nostrum ius retra-  
 ctus, vt testatur Tiraq. in fine retractus lignagier nu-  
 24. & num. 28. vbi hac ratione huic accedit sententia:  
 nempe, consanguineum, cui ius retrahendi competit,  
 ex beneficio singulari, extraordinario, & speciali, pos-  
 se huic iuri etiam post sententiam renunciare vel in-  
 uito emptore, credit tamen eum fore condemnandū  
 in litis expensis, atque ita attestatur expresse contine-  
 ri in consuetudinibus Cenonamix. c. 418. & Andega-  
 uic. cap. 407. [ Superest vt ad obiectiones respondeam.  
 Et primum respondeo ad tria priora fundamenta  
 numero. 2. 3. & 4. tradita, vt procedant in his, que  
 iure non speciali & extraordinario, sed communi cō-  
 petunt, quoniam facilius tollitur speciale ius, quam  
 commune. l. antiquæ. C. ad Veleya. §. quia verò verifi-  
 mile est, in authen. de non alienan. aut permutan. reb.  
 eccl. atque ita respondet Tiraquell. aliorum autho-  
 ritate in. d. siue retractus lignagier numero. 24. 25. 26.

27. & 28. vbi ex Bald. consilio. 404. in fin. libro. 2. &  
 Aretino in. l. pro hærede. §. Papinia. columna penul.  
 ff. de acquiren. hered. concludit, iuri questito tertio ex  
 meo speciali beneficio posse præiudicare per. d. l. si iu-  
 dex, quod & ipsum voluit Alexand. consilio. 36. nu-  
 mero. 21. libr. 4. scus si ex iure communi mihimet que  
 sito sit ius tertio questitū, hoc quippe tollere nequeo.  
 [ At quod de quaficontractibus diximus numero. 5.  
 minus oberit, quoniam ea regula fallit in causis, que  
 iure speciali & extraordinario discutiuntur: quippe  
 que non iure ordinario, sed speciali & extraordina-  
 rio reguntur, vt diximus, quod autem de correlati-  
 uis dicebamus numer. 6. Fallit hac in specie per. l. 1. &  
 ibi Bald. post princi. C. de commu. seruo. manu. vbi  
 statutum aliquem compellens alteri vendere, non cō-  
 setur compellere, vt alter emat, nec ex contrario, vbi  
 Bal. reddit rationem, quem sequitur Ioan. de Plat. in  
 l. 1. in fine. C. de cupress. libro. 11. & Fabian. à Monte  
 in tracta. de emptio. & vendi. in. 2. quest. prin. numer.  
 vltim. & iterum in. 3. quest. prin. q. 28. numer. 51. Licet  
 ergo emptor cogatur ex sententia fundata ex hoc no-  
 stro retractu vendere consanguineo, non continuo  
 sequitur, consanguineum cogendum emere, vt inquit  
 Tiraquell. d. siue retractus lignagier nume. 29. in fine.

GLOSS. III.

*Retractus non fit per consanguineum nisi intra quar-  
 tum gradum.*

*Dentro del quarto grado.* Nota consanguineum nō ad-  
 mitti ad retractum, qui non sit intra quartum gradū  
 hoc in regno, quid autem sit in alijs prouincijs & reg-  
 nis dixi supra eo. l. 7. glo. 5. numero. 6.

GLOSS. IIII.

*Praxis retractus plurium consanguineorum in diuer-  
 sis gradibus existentium.*

*Contanto que sea dentro de los dichos nueue dias.* Ex his  
 verbis colliges, omnes consanguineos vsque ad quar-  
 tum gradum proximiores & remotiores admitti si-  
 mul ad retractum intra nouem dies, atque ita non co-  
 getur proximior intra breuius tempus animum decla-  
 rare, an velit retrahere necne, sed omnes depositum  
 facient intra dictos nouem dies, & demum cedent re-  
 motiores proximiori, si causam retractus prosequi,  
 voluerit, sed si eam deserat, poterunt remotiores ius  
 suum intra nouem etiam dies propositum prosequi,  
 atque ita practicitur.

LEY. XIII.

*Que en el sacar por el tanto, se prefiera el señor del dire-  
 cto dominio, o el que tiene parte en ella, al pariente.*

*Ley. 7 4. de Toro,*

*Quant*

¶ Quando concurren en sacar la cosa  
 vendida por el tanto el pariente mas  
 propinquo con el señor del directo  
 dominio, a o cō el superficionario, b o  
 cō el que tiene parte en ella, por que  
 era comun, c prefierase en el dicho re-  
 tracto el señor del directo dominio, y  
 el superficionario, y el que tiene parte  
 en ella, al pariente mas propinquo. d

GLOSS. I.

- 1 Dominus directi domini potest rem ab emphiteuta  
 venditam extraneo intra duos menses redimere  
 pro eodem precio, quo extraneo vendita fuit.
- 2 Dominus soli potest superficiem venditam extraneo  
 redimere intra duos menses, siu autem superficia-  
 rius nullam pensionem præstabat, poterit dominus  
 soli eam redimere intra nouem dies.

a Con el señor del directo dominio. Nota plura esse gene-  
 ra retractuū, vt ex hac glo. & sequentibus dignoscere  
 poteris, & in primis hoc genus retractus antiquissi-  
 mum est, quod competit domino directo. Nam si em-  
 phiteuta qui habet vtile dominium domus, vel fundi,  
 illud vendiderit extraneo, debet ab eodem emphiteu-  
 ta dominus requiri, an velit domum illam, vel fundū  
 redimere, quod facere poterit intra duos menses obla-  
 to & præstito precio eodem, quo extraneo vende-  
 batur, vt in. l. vlti. C. de iure emphi. l. vltim. titu. 8. de lo-  
 catione & emphiteusi par. 5. [ Idem si superficiarius  
 vendiderit superficiē, nam dominus directus soli illā  
 redimere poterit reddito precio, si superficiarius præ-  
 stabat aliquam pensionem, ad exemplum emphiteute  
 intra duos menses, vt arg. l. vlti. C. de iure emphi. vo-  
 luit Bart. & doctor. Antiqui in. l. 1. §. quod autem  
 2. ff. de superficie. Anto. Gomez in. l. 74. Tauri nume.  
 31. Sin autem superficiarius vendens non debebat do-  
 mino soli pensionem aliquam, tunc dominus soli po-  
 terit superficiem retrahere reddito precio intra nouē  
 dies retractui præfixos, ratione maximi iuris, & sic  
 directi domini, vt sensit Did. Castelli in. d. l. 74. Tau-  
 ri in gloss. magna colu. 3. & expressim Anto. Gomez  
 ibi numero. 32.

GLOSS. II.

*Superficiarius vendito per dominum solo seu aurea  
 poterit retrahere intra nouem dies.*

O cō el superficionario. Nota ex lege ista, quod superfi-  
 ciari solū seu arca veditā per dominū directū soli ex-  
 traneo, poterit intra nouē dies reddito precio retrahe-  
 re, vt ex. l. 74. Tauri vnde hæc sumpta fuit notat scri-  
 bentes.

GLOSS. III.

- 1 Retractus communionis quomodo fiat.  
 Lex. 55. titu. 5. par. 5. explicatur, ibidem, & seq.
- 2 Retractus communionis habet locum in pluribus emphi-  
 teutis, & in pluribus feudatarijs habentibus emphi-  
 teusim vel feudum pro indiuiso,
- 3 Retractus communionis habet locum in vsufructu cō-  
 muni vendito,  
 Retractus communionis an habeat locum in rebus mo-  
 bilibus, ibidem.  
 Rei appellatione quid contineatur, ibidem.
- 4 Retractus communionis an habeat locum in seruitute  
 seu iure pascendi.
- 5 Retractus communionis an habeat locum in re diuisa  
 intellectu, non tamen realiter per confinia.  
 Diuisio intellectu facta non designatis realiter confi-  
 nibus an sufficiat, ibi.
- 6 Retractus communionis habet locum, etiam si res cō-  
 munitis millies fuerit vendita, modo non transferint  
 nouem dies à die vltimæ venditionis, licet à tempo-  
 re primæ venditionis fuerint transacti, & alij plu-  
 res.
- 7 Retractus communionis fieri potest per quemlibet ex  
 consortibus in solidum.
- 8 Retractus communionis fieri potest per omnes confor-  
 tes & quilibet admitteatur pro virili.
- 9 Retractus communionis fieri potest per heredem vel  
 cessionariū socij.
- 10 Retractus communionis fieri non potest per confor-  
 tem, si consorti etiam minimam partem haberi res  
 fuerit vendita.  
 Retractus communionis an habeat locum, si res com-  
 munitis vendatur socio rixoso, ibidem.
- 11 Retractus communionis an habeat locum in vsufru-  
 ctuario volente retrahere proprietatem venditā.  
 Vsufructuarius nō est dominus, nec quasi dominus rei,  
 in qua habet vsufructum, ibidem.
- 12 Vsufructus an sit pars domini.
- 13 Vxor non potest retrahere rem constante matrimo-  
 nio quasitam à marito venditam ratione commu-  
 nionis.
- 14 Retractus communionis locum non habet, si proprie-  
 tarius velit vsufructum venditum retrahere.  
 Vsufructus venditus vel alienatus consolidatur eo ip-  
 so cum proprietate, ibidem.
- 15 Lex arboribus versic. vsufructuarius & l. non vti-  
 tur & l. cui vsufructus. ff. de vsufr. explicatur.  
 Vsufructus commoditas alienari potest, non ius vsuf-  
 ructus iuxta receptissimam sententiam, ibi-  
 dem.

O cō el q̄ tiene parte en ella, por q̄ era cōmū. Ecce h̄c aliud  
 Ccc 5 gēnū

genus retractus, nempe ratione communionis, veluti si quis rem habens communem cum Titio pro indiuiso, portionem suam extraneo viderit, poterit enim Titius eius rei consors, eodem precio quo vendita fuit, ab emptore redimere iuxta ius nostrum regium antiquum vt in l. 55. tit. 5. de emptio. & vendi. part. 5. quod confirmatur per legem nostram cum sequenti, quæ hoc addit legi partite, nempe, vt idem tempus nouem dierum & alie solemnitates in retractu sanguinis requirit in eo interueniant, & in hoc corrigitur. l. falso C. de communi rerum aliena. & l. dudum. C. de contrah. emptio. [ **2** Extende primò legem nostram & d. l. partite, vt procedat etiam si vna ex pluribus emphiteutis habentibus rem communem pro indiuiso vendiderit partem suam extraneo, domino tamen requisito, nam consors in emphiteusi poterit partem retrahere extraneo venditam, vt voluit Grego. Lupi in d. l. 55. in glo. 2. post Math. Affli. ab eo citatum & Alex. consilio. 27. num. 3. lib. 6. huic tamen emphiteusis consorti praeferetur dñs directus, & eo nolente, praeferetur consors consanguineo, qui & emphiteusim venditam potest retrahere, vt probauit supra eo. l. 7. glo. 1. nume. 4. vsque ad nonum, atque idem in habentibus rem feudalem communem eadem ratione, vt Grego. Lupi asseuerat ibidem, dixi in d. l. 7. supra eo. gloss. l. num. 27. & 28. & in nu. 29. extendi ad Indorum commendas. [ **3** Secundo extende, vt retractui communionis locus sit in vsu fructu communi, vendita enim parte commoditatis vsu fructus, consors vel socius in vsu fructu poterit partem venditam retrahere, vt docet Greg. Lupi in d. l. 55. glo. 2. colu. 1. ad medium, & licet retractui sanguinis hac in specie locus non sit, vt probauimus supra eo. l. 7. glo. 1. numero. 30. & sequenti: non obstat huic sententiæ, quia cessat ratio hac in specie, quæ in retractu sanguinis affectionis ad res maiorum, in retractu enim communionis nulla consideratur affectio ad res maiorum, sed ad communionem & congruitatem ratione ipsius communionis, quod etiam probat Gregor. Lupi ex eo, quod licet retractus sanguinis locum non habeat, nisi in rebus immobilibus, ad quas potius quam ad mobiles habetur affectio, si maiorum fuerunt, vt dixi in d. glo. 1. in principio, retractus tamen ratione communionis habet locum in rebus mobilibus & se mouentibus, sicut & in immobilibus, vt in l. 55. titu. 5. par. 5. & ibi notat Grego. Lupi in glo. in verbo aliqua cosa. Cum verbum illud res sit generale & omnia comprehendat. l. 1. in fine. ff. si cer. peta. l. rei appellatione. ff. de verb. signi. l. omnia. §. fin. & ibi Bal. ff. de lega. 2. par. enim ius est harum vocu, res, & bona, in dispositionibus legis & hominis, vt colligitur ex Bar. in l. Quintus. §. argeto. ff. de auro & arg. lega. idem voluit idem Bar. Alberi. & Bal. in l. 1. ff. de sta. homi. & Bal. in l. 1. in princi. C. de vsufr. Felin. in annotatio. decreti. §. omnes leges colum. antepen. & Deci. in l. 1. 2. lectio. num. 7. ff. si cer. pet. vbi probatur per omnes hoc nomine res, etiam contineri iura & actiones etiam sine aliquo signo vniuersali, vt in l. si legatus. §. 1. ff. ad Trebel. & in l. na quod. §. vlti. cu dua bus legibus seq. & in l. quoties. §. vlt. ibi, vniuersorū, et ibi honorū eo. tit. & in l. vxori meæ. ff. de vsufr. lega. Ari. Pinelus, vbi plura cōgregat in rub. C. de bon. ma

ter. prima par. nu. 5. & seq. & licet Grego. Lupi in d. glo. 1. in fi. asserat hoc esse verius de iure, dubitat tamē an in praxi lex illa. §. partite extēdatur ad omnia bona mobilia, ego crederem ad iura & actiones esse extendendam, prout & concedit ipse Gregori. Lupi in glo. 2. & hæc erit. 3. extensio. [ **4** Quarto extende hanc conclusionem vt procedat, si plures haberent seruitutem in domo vel fundo, vel ius pascendi pecorum in agro alieno, vel actionem communem ad aliquam re immobilē, vendita siquidem parte iuris huius per consortem, alter socius retrahere vtique posset portionem venditam ex supra traditis, vt resolutidem Gregorius Lupi in d. l. 55. titu. 5. part. 2. in glossa. 2. in verbo communalmente de fo vno col. 1. ad finem, [ **5** Quinto extende, etiam si res communis sit intellectu diuisa inter socios, quia conuenerunt forsitam inter se, extra fundum, vt alter haberet medietatem fundi ad partem vicini sui, & alter ad partem Sempronij, quoniā non dicitur verē diuisus, donec confinia & termini realiter assignentur, vt in l. eos. ff. fini. regūdo. vbi diuisio fieri debet certis regionibus, id est, finibus, vel certis demonstrationibus: quo fit, vt verbalis diuisio, de qua agimus, nihil operetur, vt latius probat Dida. Castelli in l. 74. Tauri in glo. 1. colu. 1. & 2. qui huic accedit sētētiæ, & ibidē Ioā. Lu. nu. 1. per legē si quis duas §. si quis partē versi. plane & versi. quod & in ædibus ff. cōmu. prædio. & Bal. in l. 1. versic. 3. nota. C. cōmu. diuidun. cōfert etiam tex. in l. diuisionis placitum. ff. de pact. & in l. sciendū. §. si fundum. ff. qui satisfda. cogan. l. inter omnes & l. diuisione & ibi Bald. C. fami. ercisun. & in l. 1. iuncta glossa. C. commu. vtri. iudi. [ **6** Sexto extende eandem conclusionem, vt procedat etiam si millies res communis pro indiuiso vendita fuerit etiam transacto tempore ad retrahendum, ad huc etenim retrahi poterit ratione communionis ab vltimo emptore, vt voluit glossa magna in l. 2. versiculo item quid si iste emptor. C. de rescindenda venditio. quilibet enim emptor incipit esse consors, vnde nunquam desinit esse cōmunis, vt in l. 1. C. cōmun. diui. licet in re patrimoniali sit secus, vt dixi supra eo. d. l. 7. glo. 8. numero. 2. & pluribus sequentibus. & hanc extensionem tradit in specie Ioan. Lupi in l. 75. Tauri numero. 3. & 4. & Didac. Castelli ibidem in glo. 1. pen. col. versic. quæro etiam retentis. [ **7** Septimo amplia, etiam si sint plures consortes, quilibet enim poterit in solidum retrahere, vt respondit Paulus Castrensis consilio. 221. libro. 1. quem sequitur Gregorius Lupi in d. l. 55. titulo. 5. part. 5. in verbo deue auer paulo ante finem per text. ibi, in verbo si alguno, & ibi, esse la debe auer. [ **8** Octauo ampliatur, vt procedat etiam si omnes consortes velint retrahere, nam quilibet admittetur pro parte & portione sua, quam habet in re communi, & non equaliter, vt voluit Math. Affli. in tracta. protomixeos. §. 2. numero. 23. & Cyfonta. in l. 75. Tauri quæst. 2. citatque Fabia. à Monte in tracta. de emptio. & venditio. 3. part. princip. numero. 42. & 44. qui tamen in alio casu loquitur, cuius autoritate id limitat, nisi is qui maiorem habet partem, minus offerat precium, & is qui minorem maius, quoniam tunc qui minorem habet, praeferatur, quod vt vides nihil facit ad retractū commu.

communionis, de quo agimus, vtpote in quo non minus vel maius, sed idem precium consignari debeat, vt recte probat Grego. Lupi in d. l. 55. in verbo tanto por ella per illum tex. titu. 5. par. 5. & diximas supra eo. d. l. 7. glo. 3. numero. 2. & deinceps. [ **9** Extende nono, vt procedat in herede vel cessionario consortis qui rem communem vult retrahere, consors enim est, sicut erat cedēs, & retractus huiusmodi sit ratione cōmunionis & rei indiuisæ, non ratione sanguinis & proximitatis, ideo nimirum si cedi possit, & heredi competat, quod asseuerat Cyfont. in d. l. 75. Tauri. q. pen. in fin. quod & voluit Math. Affli. in d. tracta. protomixeos. §. 2. numero. 23. versic. 3. nota. Quid autē fiet in retractu sanguinis dixi supra eo. d. l. 7. gloss. 2. numero. 23. & sequent. [ **10** Limita primo hanc conclusionem, nisi alicui ex consortibus res communis vendita fuerit, etiam si mille simam habeat partem, non enim poterit alter ex consortibus maiorem obtinens portionem eam redimere, vt probat idem Grego. Lupi in d. l. 55. in verbo que an enella parte per text. ibi, vt & Bald. notat. in l. 1. C. de commu. seru. manu. vbi consors dicitur, qui in re habet portionem aliquā licet minimam. Infertque ad statutum Florentinum disponens, quod dominus non possit alienare extra consortes, poterit siquidem vendere ei, qui minimam quamcunque partem habeat, licet alij habeant maiorem. Quod tamē limitat Gregorius Lupi, nisi portio vendatur ei, qui maiorem habet portionem, esset tamē cæteris socijs molestus, & rixosus, vt in l. vlti. C. de agrico. & mancip. lib. 11. vbi statuitur fundum patrimonalem Principis non debere vendi vni tantū ex coloris eius, sed pluribus, vt materia seditionis tollatur, quem ita intelligit Grego. Lupi in d. l. 55. in verbo q̄ han enella parte in fin. titulo. 5. par. 5. cui conferunt que de socio rixoso scribitur in l. si conuenerit. ff. pro socio, adde Iaso. in l. 2. numero. 18. 19. & sequentibus. ff. solu. matrimo. dixi supra eo. l. 1. glo. 2. numero. 24. [ **11** Limita. 2. nisi in vsu fructuario, qui non poterit tanquam consors retrahere proprietatem fundi, cuius ipse est vsu fructuarius, à domino venditam, quoniam vsu fructuarius nec est dominus, nec quasi dominus directus, nec utilis ipsius rei venditæ, nec partem habet substantialem eius, sed quandam dumtaxat qualitatem et ius seruitutis, vt in l. recte dicimus. ff. de verborum signifi. cuius verba sunt, *Recte dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius vsu fructus alienus est: quia vsu fructus non domini pars, sed seruitutis, vt via iter &c.* Tex. est etiam in l. locum versic. pro prietarius. ff. de vsufr. & in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufr. lega. & in l. 3. §. si hæres. ff. vsufruct. quemad. caue. & in l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucap. & in l. 2. versic. 1. C. de vsufr. & in l. sed in emptore versic. 1. ff. de pecul. quem ad hoc summè notat Paul. Castr. in l. si noxali. §. vlti. eod. tit. tex. est etiam in l. sed si forte ff. de reb. eorum, & in l. 1. §. per eum. ff. de acqu. posse. & in §. de his insti. per quas person. nob. acqui. & in l. 1. §. si verò gratias. C. commu. de manumiss. vbi licet socius, qui cum alio habet seruum cōmunem, possit eum manumittere inuito socio, hoc tamen non licet vsu fructuario, quibus in locis id constanter asseuerat

doct. communiter teste Anto. Gomez in l. 74. Tauri numero. 32. qui huic adhæret opinioni. [ **12** Respondetque ad l. 4. ff. de vsufr. ibi vsu fructus in multis casibus pars domini est, & in l. si postalauerit. ff. ad l. Iul. de adulte. & l. 1. ff. de tritico cum similibus, debent siquidem intelligi partem domini esse integram seu legalem in concreto, quia simul cum proprietate facit integrum & plenum dominium, sicut paries & ligna simul cum cæteris edificijs & materialibus constituunt integram domum secundum glo. Oidra. Bar. & Alberi. in d. l. 4. ff. de vsufr. Pauli. & alios in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. posse. Ange. de Aret. in §. si cui fundus insti. de legat. Ari. Pinel. qui hanc dicit receptiorem sententiam in l. 1. C. de bon. mater. 3. parte in principio Claudi. Marmer. in l. naturaliter. §. nihil commune numero. 45. ff. de acqu. posse. Iaso. in l. 1. §. vsu fructuarius numero. 2. ff. de no. oper. nun. Conanus tamen libro. 4. capit. 3. & latius cap. 6. cartha. 242. aliter eas leges conciliat, cui Pinelus assentitur. d. 3. par. numero. 4. dixi latissimè in stylo cancellariæ tit. 3. capit. 1. §. 26. gloss. magna numero. 85. hanc eandem limitationem tradidit Greg. Lupi in d. l. 55. tit. 5. par. 5. in verbo communalmente de fo vno colu. 1. versic. sed quid si dominus proprietatis. [ **13** Tertio limita, vt non procedat in vxore, quippe quæ non poterit retrahere re à marito venditam, constante matrimonio quasitam, in qua iuxta leges regias etiam viuente marito & matrimonio constante habebat partem, ne lex. 5. tit. 9. de bonis constante matri. quæstis supra hoc eodem libro, permittens marito alienationem rerum constante matrimonio acquiritam, sit imposita verbis, & non rebus, contra. l. 2. C. commun. de leg. & alijs pluribus rationibus, quibus mouetur ipse Grego. Lupi in d. l. 55. tit. 5. par. 5. in glo. magna columna 2. & vltim. qui improbat rationes Didaci Castelli in l. 75. Tauri in glossa. 1. in fine contrarium tenentis. [ **14** Quarto limita, vt non procedat decisio legis nostre in proprietario, quippe qui non possit vsu fructum retrahere à proprietario venditum duplici ratione. Primū, quoniam iuxta receptiorem sententiā vsu fructus alienari non potest ab vsu fructuario, & si ex facto alienetur, sit confestim consolidatio cum proprietate, & reuertitur ad proprietarium absque vlla precij solutione, vt in §. finitur insti. de vsufr. & in l. si vsu fructus. ff. de iure doti. ex quibus id asseuerat Azon in summa. C. de vsufruct. numero. 20. glossa in d. l. si vsu fructus, idem vt indubitatum tradit Paul. Castrensis in l. 4. ad fin. ff. de nouatio. & iterum in l. qui Rome. §. duo fratres numero. 4. in fin. ff. de verb. obligatio. & ibi Alexand. numero. 60. in principio, & Iaso. numero. 80. dicens esse receptissimum, & Ripa numero. 88. idem vt receptum & indubitatum tradit Socin. consilio. 10. numero. 13. libro. 1. Cornic. consilio. 218. in fin. libro. 3. Ferdinand. de Loazes in repe. l. filius fami. §. diui numero. 17. ff. delegat. 1. domin. Didac. Couarruias. libr. 1. resolutio. capit. 8. numero. 7. Arius Pinelus dicit communem, licet aliter ipse explicet. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. part. numero. 38. & 39. Antonius Gomez tomo. 2. variarum resolutio. de contractibus capit. 15. numero. 15. & in l. 74. Tauri numero. 33. text. in l. 24. titulo. 31. de seruitutibus, in fin.



15 par.3. [ Nec oberit tex.in.l.arboribus versiculo vsu fructuarius.ff.de vsufu.ubi, frui vel vendere, & ibi si concedat vel donet, idem probat. l. non vitur & l. sequen. & l. cui vsufu. eodem tit. cuius verba sunt, Cui vsufu. legatus est, etiam inuito hærede eum extraneo vendere potest. Certè iura ista maximam patiuntur violentiam, si ea intelligas iuxta communem doctorum sensum, vt subtiliter aduertit Ari. Pinel. cuius opinio in puncto iuris verior est. Cùm tamen legem habeamus regiam communem opinionem confirmantem, hæc est. l. 24. in fin. titu. 31. par. 3. que permittit alienationem commoditatis vsufu. & nõ iuris ipsius vsufu. amplius in hoc non est insistendum. Itaque docto. communiter respondent ad. d. l. arboribus. §. de illo & similes, procedere in alienatione commoditatis, non iuris ipsius vsufu. quod probant docto. superius citati, & ab eodem Pinelo. d. 3. part. numero. 38. paulo ante finem Ant, Gomez in. d. l. 74. Tauri numero. 33. in fine.

G L O S S. IIII.

1. Retractum plura genera & quis præferatur.
2. Retractus sanguinis qui remissiuè.
3. Retractus communionis qui.
- Retractus vicinitatis, ibidem.
4. Retractus conuentionalis qui.
- Paetum retrouendendi an reuendendi dici debeat, ibidem.
5. Retractus huius regni quãdo venditur arx vel castrum potest à Rege fieri.

d Al pariente mas propinquo. Nota quòd concurrentibus ad retractum domino directo, & superficiario, & consorte seu socio, atque etiam consanguineo venditoris, præfertur dominus directus his omnibus, sic fieri debere iure communi & iuxta consuetudinem Franciæ asseuerat Carol. Moli. in consue. Paris. titu. 1. §. 15. numero. 3. eo autem deficiente aut retrahere nolente admittetur consors seu socius, qui habet partem pro indiuiso iure venditã, & superficiarius etiã admittetur, solo seu area vendita per dominum consorti & consanguineo, vt Anto. Gomez probat in. l. 74. Tauri numer. 31. quibus deficientibus, vltimo loco admittetur consanguineus, vt in hac. l. statuitur. [ Ex quo vides plura esse genera retractuum, retractum sanguinis, in quo proximior consanguineus admittitur ad retrahendum rem patrimonialem immobilem vel aedium suorum à consanguineo venditam, vt in. l. 7. supra cod. vbi latissimè, qui retractus iuxta consuetudinem Franciæ habet etiam locum vt per Tiraq. in lib. de retractu lignagier per totum. [ Aliud genus retractus est communionis, de quo in. l. 55. tit. 5. part. 5. & supra hac eadem lege glo. 3. Aliud genus retractus est ratione vicinitatis, de quo facta est lex à Frederico Imperatore Rege Siciliæ, de quo late agunt Bal. & Matt. Affli. in tracta. protomixeos, qui non est in vsu hoc in regno, vt attestatur Grego. Lupi in. d. l. 55. tit. 5. par. 5. in verbo deue auer. [ Aliud est genus retractus con-

uentionalis, quoties inter emptorem & venditorem conuenit, vt venditor intra certum aliquod tempus, aut quandocunque, vel simpliciter sine temporis præfinitione, possit rem venditam retrahere siue redime restituendo precio, quod pactum vulgus appellat de retrouendendo, nonnulli dereuendendo, quo reuendendi verbo vitur Vlpianus in. l. Iulianus ait. ff. de bon. libert. de quo pacto loquitur text. [ vt multis placet ] in. l. 2. C. de pact. int. emp. et vèd. et ibi nùcupatum adnotarunt Ang. & Paul. Cast. & in. l. si à te. C. eo. ti. & iure Pontificio approbatur pactum hoc reuendendi, secundum glo. & docto. in. c. ad nostram de empt. & vendi. & in. c. conquestus de vsu. de quo latissime tractat Tiraq. libro. 2. de retractu. [ Aliud est nouum retractus genus, si quis in hoc Hispaniæ regno castrum seu arcem vendere vel permutare velit, debet Regem certiorare, qui poterit eodem precio reddito castrum retrahere, vt in. l. 1. tit. 18. par. 2. quam ibi Greg. Lupi in verbo e queriendo attestatur non esse alibi.

L E Y. XIII.

¶ Que la solemnidad que se requiere en sacar el pariente por el tanto, se guarde en el que la quisiere sacar por comunidad.

¶ Ley. 75. De Toro.

¶ Si alguno vendiere la parte de alguna heredad que tiene comùn cõ otra, a en caso que segun la ley de la partida, b la pudiere el comunero sacar por el tanto, sea obligado el que la quisiere sacar a consignar el precio c en el tiempo y termino, y con las diligencias, y solemnidades, y de la manera que la pudiera sacar el pariente mas propinquo quãdo fuera de su patrimonio, y auolengo: de fuerte que lo contenido en la dicha ley del fuero, y ordenamiento de Nieua, d y en estas nuestras leyes aya lugar, y se platique en caso que el comunero quisiere sacar la cosa vendida por el tanto.

G L O S S. I.

a Que tiene comun con otro, Repete hinc quæ diximus supra eo. l. 13. glo. 3.

G L O S S. II.

b La ley de la partida. l. 55. tit. 5. de emptio. & vendit. par. 5. vbi Grego. Lupi hanc ornat materiam.

G L O S S. III.

Ad con.

c A consignar el precio. De quo late diximus supra eodem. l. 9. glossa. 4.

G L O S S. IIII.

d Del fuero y ordenamiento de Nieua. l. 13. titulo. 10. libro. 3. fori & l. 6. & 7. libro. 5. ordina. que transcriptæ sunt supra eo. l. 7. & 8. vbi late diximus.

L E Y. XV.

¶ Que declara el retracto de tanto por tanto no a lugar, sino en los bienes heredados vendidos, y no en los que el vendedor ouo por contracto entre viuos.

¶ Don Enrique. 2. en Toro, era de. 1409. petition. 10. de Seuilla.

¶ Por quanto nos ha sido hecha relacion, que ha auido algunos pleytos en algunas ciudades, villas y lugares de nuestros Reynos, en que han pedido los hijos de algunos padres, o de otros sus parientes las heredades, q vèdè sus parientes, o sus padres no las auiendo heredado los vendedores de su linaje, ni de sus parientes, sino auiendolas comprado, o auido por trueque o por donacion, o en otra manera. Porende mandamos que no se puedan poner, ni seguir los tales pleytos, ni ayan lugar de se pedir ni sacar tanto por tanto los bienes, que assi fueron vendidos: saluo quando los tales bienes fueron vendidos por personas, que los ouieron heredado de su abolengo, o de su patrimonio, a y los vendiesen los que assi los ouieron heredado, y los que por tales razones los quisiesen de mandar, que los demanden desde el dia, q la vendida fuere hecha hasta nueue dias. b

G L O S S. I.

1. Retractus sanguinis fit tam rei auitæ & maioris quàm patrimonialis.

2. Retractus sanguinis fit rei patrimonialis vel auitæ & non rei noniter acquisita per venditorem.

a De su abolengo o de su patrimonio, Habes hinc textum expressum, quòd proximior consanguineus admittitur ad retrahendum rem patrimonialem vel auitam, & satis esse, quòd venditor eam habuerit iure hereditario à patre suo, licet non fuerit maiorum suorum, quod probat. l. 7. & 8. supra eo. vt ibi adnotauimus glossa. 16. & in. d. l. 7. glo. 1. num. 50. & 55. vbi in re materna idè esse probauimus. [ Et hinc est etiam tex. expressus pro opinionè Anto. Gomez in. l. 7. Tauri numero. 3. quòd filius viuo patre, qui alienauit rem ab ipso met patre emptam & nouè acquisitam, non admittatur ad retractum, debet enim venditor eam rem habuisse à patre vel auo suo, vt retractui locus sit, vt in hac lege expresse deciditur, & nos late diximus supra eodem. l. 7. glo. 1. numero. 51. 52. & 53. & text. iste omnè dubitationem explodit.

G L O S S. II.

b Hasta nueue dias. Ecce tex. antiquissimum, terminum nouem dierum retractui statuentem, confirmantem l. fori de qua in. l. 7. supra eodem glossa. 6.

L E Y. XVI.

¶ Para que ninguno compre ni resciba cosa alguna de esclauos ni esclauas en guarda ni en manera alguna, saluo si viniere por trato de mercaderia, y fuere conofcidos por tales.

¶ Don Fernãdo y Doña Ysabel en Alcalã, año de. 1498. pragmatica.

¶ Ordenamos y mandamos que ninguna, ni algunas personas de nuestros Reynos, de qualquier estado o condicion que sean, no sean osados de comprar de ningun esclauo ni esclaua, a ningunas joyas, ni paños, ni lienzos, ni oro, ni plata, ni otros bienes algunos, de grande ni de pequeño valor, b ni los troquen ni cambien c con ellos, ni los resciban de gracia, ni por via de donacion, ni encomienda, d ni en guarda ni empeño, ni para los dar ni llevar a otras personas, ni por otra via ni manera alguna: e agora sean los dichos esclauos negros, o loros, o blancos, nascidos en estos dichos nuestros Reynos o fuera dellos, agora sean Christianos, agora sea Moros. Sopena que qualquier que lo contrario hiziere, o fuere o passare contra lo con-

lo contenido en esta nuestra carta, por esse mesmo hecho sea tenuto y obligado ala restitucion de los tales bienes y dineros, oro, o plata, o otras qualquier cosas que rescibiere, sabiendo que aql, o aquellos de quien los ouieron eran esclauos, o siendo auidos y tenidos por tales. Y sean mas obligados a pagar la pena de los huttos, assi como si ellos ouiera hurtado o subtrahido las dichas cosas. Y que esto aya lugar, y se cumpla aunque no sean hallados los tales bienes en poder de las tales personas, h q̄ ansi los ouieron de los dichos esclauos, probandose legitimamente que vinie ró a su poder en qualesquier maneras de las suso dichas: saluo si los tales esclauos, o esclauas de consentimiento de sus dueños, ouieren sido o fueren tratantes y negociadores. O si fueren auidos y tenidos, y comunmente reputados por tales, k ca en los tales casos mádamos que no aya lugar lo contenido en esta nuestra carta, mas que se guarde cerca dello, lo que las leyes de nuestros rey nos mandan. l

GLOSS. I.

- 1 *Commercium prohibetur cum seruis.*  
Serui quoad ius civile pro nihilo reputantur, nec obligare alios possunt, nec ipsi alijs efficaciter obligari, ibidem.
- 2 *Seruus in iudicio esse non potest, nisi in certis casibus ibidem.*
- 3 *Seruus quicquid acquirit, domino acquirit, quare qui cum eo contrahit scit esse alienum.*

- 4 *Comprav de ningun esclauo o esclaua.* Nota prohibitum esse commercium cum seruis, non enim potest seruus alium obligare, nec ipse obligari efficaciter vt in. l. nec seruus. ff. de pecul. & in. l. in personam seruillem nulla cadit obligatio. ff. de regulis iuris, quod enim attinet ad ius civile, serui pro nihilo reputantur, vt in l. quod attinet. ff. de regulis iuris: quare in iudicio esse non potest, vt in. l. seruus. C. de iudi. l. 3. titulo. 2. de actore part. 3. nisi in certis casibus traditis ibi, & in. l. vix certis. ff. de iudi. l. Et praterca quicquid ac-

quirit seruus, domino acquirit. l. placet. ff. de acquirē. hzred. §. item vobis insti. per quas person. nob. acq. l. 7. titulo. 21. de seruis part. 4. scire ergo tenebatur, qui cum seruo contrahit, serui non esse, quod ab eo accipit, atque ideo iusta ratione hoc statuitur, vt nemo cum seruo contrahat sub pœnis in hac lege contentis, & vtinam seruarietur.

GLOSS. II.

- 1 *Furta domestica leuia non puniuntur.*
- 2 *Furtum rei parui valoris faciens non tenetur in foro conscientia*
- 3 *De grande ni de pequeno valor.* Sed opponitur de. l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœn. cuius verba sunt, *Furta domestica, si leuiora sunt, publicè vindicanda nō sunt, nec admittenda est huiusmodi accusatio.* Vbi id notant glo. Bar. & doctor. & asserunt id relinquī arbitrio iudicis & in. l. serui & filij & l. qui seruo. §. item placuit & l. si quis vxori, & l. si libertus. ff. de furt. §. hi qui insti. de oblig. que ex deli. nascun. l. 4. & l. 17. in fin. titulo. 14. par. 7. l. Imo nec in foro conscientia tenetur, qui aliquid leue furripit secundum Thom. 1. 2. quest. 88. artic. 5. & 6. & iterum. 2. 2. q. 31. articulo. 5. & q. 8. articulo. 3. Antoninus Archiepi. Florent. in summa. 2. par. titulo. 4. cap. 5. §. 7. numero. 491. & Adria. quotlib. 8. par. 11. Mart. Azpilcueta in. cap. inter verba. 11. q. 3. numero. 491. & in manuali confes. forum. cap. 11. numero. 4. & cap. 17. numero. 3. quomodo ergo in hac lege tenetur furti is, qui emit rem minimam & parui valoris ab ipso seruo? dicam infra hac eadem. l. glossa. 7.

GLOSS. III.

- 1 *Permutatio an sit idem, quod contractus innominatus remissiuè.*
- 2 *Ni los troquen ni cambien.* Neta, non solum emptionē rei aliq̄ a seruo esse prohibitam sub pœna furti, verū etiam permutationem, que autem dicatur permutatio, & an differat a contractu innominato? tractat optime Ari. Pinel. in. 2. par. rub. C. de rescind. vendi. c. 1. numero. 9. 10. & sequentibus.

GLOSS. IIII.

- 1 *Furti tenetur, qui rem accipit in depositum a seruo.*
- 2 *Ni en encomienda.* Nota, quod qui aliquid recipit in depositum a seruo, tenetur furti, & nimirum cum contrahet rem alienam inuito domino. §. furtum insti. de obligat. que ex deli. nascun. & quia manifestum est quod oēs, qui sciētes res furtiuas susceperint, & esclau-

celauerint, furti teneri. §. conceptum prope finem insti. eod. titu. scit autem, qui cum seruo contrahit, vel scire debet, ea que ab eo accipit esse aliena & nō propria propter ea, quæ diximus in glossa. 1.

GLOSS. V.

- 1 *Commercium cum alienis seruis prohibetur sub pœna furti.*
- 2 *Ni por otra via ni manera alguna,* Omne comertium hic prohibetur cum seruo alieno sub pœna furti.

GLOSS. VI.

- 1 *Paria sunt esse tale vel haberi pro tali.*
- 2 *Eran esclauos, o eran auidos y tenidos por tales.* Paria sunt esse tale & haberi pro tali, vt hic & in. l. Barbarius. ff. de offi. p̄cto.

GLOSS. VII.

- 1 *Furtum quod non est punibile quoad furantem, est punibile quoad eum, qui ei opem prestauit.*
- 2 *Furtum etiam si non committatur opere, punitur qui quando que, qui consilium prestauit seruo, vt furtum committeret.*
- 3 *Y sean mas obligados a pagar la pena de los hurtos.* Licet furta domestica si sunt leuia non puniantur, vt dixi supra in glo. 2. tamen quia furtum est, quippe quod etiam in vno obulo committatur iuxta notata in. l. i. ff. de dolo & per Jacob. de Belloviu in sua practica iudiciaria in rubri. de furtis nem. 8. in fin. licet sit in punibile quoad domesticum furantem, est tamen punibile quoad eum, qui opem prestauit, vt in. §. hi qui insti. de obliga. que ex deli. nascun. l. 4. post medium titulo. 14. de furtis part. 7. l. Quæ etiam vbi non committitur furtum, tenetur opem vel consilium prestans seruo non solum furti actione, verū etiam serui corrupti in casu. §. si d ehi credat versicul. vnde illud instituta de obligationibus que ex delict. nascun. l. 8. titulo. 14. part. 7. quia licet non corrupe rit, tamen corrupe tentauit, quare nimirum si in specie nostra qui aliquid quocunque titulo accepit a seruo meo, mihi teneatur actione furti, sciebat enim vel scire debebat, meum esse & non serui mei, quod ab eo emit vel alio titulo accepit, & iustissime hoc statutum est, ne detur occasio seruis furandi res dominicas, qui facilius ad id inuitantur, cum receptatores inueniant, & rerum furatarum emptores.

GLOSS. VIII.

- 1 *Furti tenetur is, qui a seruo aliquid emit, licet res*

*empta apud eum non inueniatur.*  
*Deprehendi debet quis in delicto, vt in eo inuentus dici possit.*

- 2 *Aunque no sean hallados los tales bienes en su poder de las tales personas.* Regulariter non dicitur quis inuentus in delicto nisi in eo deprehendatur, vt in. l. si Baratoram & ibi notat Barro. Bald. Ange. & alij. C. de fideiusor. & in. l. 1. in principio. ff. de acquirenda possessio. vbi Bart. notat in. 4. quest. princip. l. nunquam. §. thesaurus. ff. de acquirendo rerum dominia. capit. cum non ab homine & ibi glossa in verbo deprehensis & ibi Alciat. numero. 103. de iudi. cum concordar. a me traditis supra hoc eodem libro titulo. 8. de successioibus. l. 6. glossa. 2. numero. 16. & sequen. Hoc tamen fallit in casu legis nostre, sufficit enim contractam probari per testes vel instrumenta, licet res ab eo enpta non reperiat apud euentem,

GLOSS. IX.

- 1 *Dominus quando teneatur ex contractu serui, & per totum.*
- 2 *Quod iussu actio quando competat.*
- 3 *Exercitoria & institoria actio quando competat.*
- 4 *Tributoria actio quando competat.*
- 5 *Actio de peculio & de in rem verso quando competat.*
- 6 *Filius in potestate obligat patrem in casibus, in quibus seruus obligat dominum.*
- 7 *De consentimiento de sus dueños ouieren sido o fueren tratantes y negociadores.* Quando teneatur dominus ex contractu serui tractatur in titulo. ff. de exercitoria, & de institoria, quod iussu, de peculio, de in rem verso, de tributoria, quod cum eo, in cuius enueca tione fac sequentes conclusiones, l. Prima conclusio, qui iussu domini contrahit cum seruo meo, me obligat in solidum & teneor actione quod iussu contractum adimplere. ff. quod iussu per totum. §. si igitur iussu instituta de obligationibus que ex deli. nascun. l. Secunda conclusio, si dominus preposuit seruum magistrum nauis, vel tabernæ, aut alicui negociationi, quequid seruus eius rei, cui prepositus est, contraxerit, obligat dominum in solidum exercitoria, si est prepositus nauis, & institoria si terrestri negociationi prepositus est, vt in. d. §. si igitur instituta de obligationibus que ex deli. nascunt. & per totum titulū. ff. de exercito. & institoria. l. 7. titulo. 21. de seruis part. 4. l. Tertia conclusio, si dominus seruo suo concessit aliquid in peculium, & seruus magistrum nauis preposuit, ex contractu cum eo magistro facto dominus teneatur in solidum, licet dominus hac in specie exerci-

tor non sit, modò domino consentiente hac negotia-  
tione vtatur seruus. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerci-  
tor. vbi Paul. Cast. notat num. 1. in fi. & 2. vbi dicit se  
cus esse in institore, non enim tenebitur dominus in  
solidum, sed competet tributoria actio, que non da-  
tur in solidum, sed quasi in solidum, quatenus patium-  
tur vires peculij. Nec habet dominus hac in specie  
priuilegium deducendi ante omnia quod sibi debetur  
à seruo, sed vocatur in tributum vna cum alijs credi-  
toribus pro rata, vt per totum titu. ff. de tributo. licet  
secus sit in actione de peculio, vt infra dicam, sed quo-  
ties dominus non consentit, sed sciuit & passus fuit  
seruum hac negotiatione vti, tam in exercitore quã  
in institore competet tributoria, vt in. d. l. 1. §. si is qui  
nauem vbi Paul. num. 3. ff. de exercitor. [Quarta cõ-  
clusio, vbi sine consensu domini seruus habens à do-  
mino peculium negociatur, tenebitur dominus si in  
eius rem versum fuerit in solidum, vt per totum titu.  
ff. de in rem verso. & §. preterea insti de obligat. que  
ex deli. nascun. vel pro parte, pro qua in rem domini  
versum fuerit, vt ibi dicitur, vbi autem in re eius ver-  
sum non fuerit, non tenebitur, nisi quatenus patitur  
peculium, de quo deducet dominus quod sibi debet-  
ur, & solum quod superest peculium dicitur, vt in  
§. cum autem insti. de oblig. que ex delicto nascu. &  
per totum tit. ff. de pecul. [Quinta conclusio, que di-  
cta sunt de seruis, procedunt etiam in liberis in pote-  
state existētibus vt in §. que diximus insti. de oblig.  
que ex deli. nascu. & constat ex titulo de insti. exerci.  
quod iussu, tributo, de peculio, & in rem verso.

G L O S S. X.

- 1 Seruus bona fide mihi seruiens, quamuis alienus sit à me  
prepositus negotiationi me obligat.
- 2 Seruus meus si non est à me prepositus negotiationi,  
sed communiter vt talis reputatur, an me obli-  
get.  
Lex nostra intelligitur, ibidem, & seq.  
Mandati institoris reuocatio debet palam & publi-  
ce fieri, alias valent per eum gesta, ibidem.
- 3 Mandati reuocatio si non venit in noticiam manda-  
tarij, valent ab eo gesta, nisi quoad translationem  
dominij quod sine voluntate domini auferri non  
potest.
- 4 Lex nostra noue intelligitur.
- k Reputados por tales. Paria sunt, quem esse seruum, vel  
communiter reputatum pro seruo. Ex quo si seruus  
mihi bona fide seruiebat cum liber vel alienus esset,  
eque tenebor, si alicui negotiationi preposui, ac si  
meus verè esset. l. 1. §. si. ff. de pecul. & l. 1. §. si. ff. de tri-  
buto. & nimirum cum leges de exercitoria vel insti-  
toria loquentes pariter procedūt in liberis & seruis,  
vt ex eis titulis constat. [ Sic etiam licet seruus meus  
non esset à me prepositus, si tamen communiter repu-  
tabatur vt talis, ita me obligat, ac si eū preposuissim  
vt hic statuitur, sed hoc mihi durum certe videtur, &

contra omnia iuris principia, vt sine cõsensu meo ex-  
presso vel tacito aliquis me obligare possit, quare al-  
ter ipse legem istam intelligerem, nempe, vt ab initio  
iusserim contrahere, vel seruum negotiationi prepo-  
sui, & postea iussu vel mandatum generale reuoca-  
ui, antequam ad noticiam eius, quocum seruus con-  
traxerit deuenerit, ad hoc enim vt noceat reuocatio,  
debet palam & publice fieri iuxta formam traditam  
in. l. sed et si pupillus. §. de quo palam & versi. proscri-  
bere. ff. de institor. vbi notat Paul. & docto. commu-  
niter Carol. Moline. in consu. Parisien. tit. 1. §. 14. nu-  
3 15. [ Debet etiam reuocatio notificari mandatario,  
aliàs valet quod per mandatarium gestum fuerit. l. si  
mandassem. ff. manda. l. si pecuniam. §. si qui dederūt  
ff. de condi. ob. caus. ex quo valebit venditio per  
eum facta, & tenebitur actione mādati vel quod ius-  
su, ad eius implementum, quamuis dominium non  
transferatur, obstante regula quod dominiū rei meæ  
sine mea voluntate non potest à me auelli. l. id quod  
nostrum. ff. de regulis. iur. ita expresse decidit Paul.  
Cast. in. l. 1. nu. 7. ff. quod iussu & Feli. in. c. ex parte  
decani num. 14. de rescrip. vbi latissime tractat hanc  
4 materiam. [ Itaque tex. noster voluit dicere, quod si  
quis cum seruo alieno preposito alicui negotiationi  
consensu domini contraxerit non incidit in poenam  
legis nostre, sed potius tenebitur dominus ex eius cõ-  
tractu, atque idem erit, si cõmuniter reputabatur pro  
institore & mercatore nomine domini, licet ab eo ef-  
set reuocatum mandatum, si in noticiam contrahen-  
tis non deuenerat, nec omnium cõmuniter, quia nõ  
publicè intimatio reuocationis facta fuit, iuxta for-  
mam. d. §. proscribere.

G L O S S. XI.

Lo que las leyes de nuestros reynos mandan. Hoc est. l. 7.  
titu. 21. de seruis par. 4. & similes, & quod circa hæc le-  
ges præcipiunt dixi supra eo. glo. 9.

L E Y. XVII.

¶ Que no se pueda cõprar pã adelantado, sino suere guar-  
dando lo en esta ley contenido:

El Emperador don Carlos, y doña Iuaná en Madrid,  
año de 1528. peti. 13. y en Valladolid, año de 1523.  
peti. 48.

¶ Por obuiar los agrauios q̄ se recrescen  
a nuestros subditos y naturales en el  
comprar y vender del pan adelanta-  
do. Mandamos que todas las personas  
que quisieren, puedan comprar pan a  
delantado, con tanto que lo paguen a  
las personas que se lo vèdieren al pre-  
cio

cio, que comunmente valiere en la ca-  
beça del lugar, dõde lo comprar, quin-  
ze dias antes o despues de nuestra Se-  
ñora de Septièbre de cada año, no em-  
bargante que lo ayan comprado o con-  
certado a menos precio, y si sobre esto  
ouiere alguna differècia entre los com-  
pradores y vèdedores: mandamos a  
las justicias do esto acaesciere, que con-  
forme a lo en esta ley contenido, lo de-  
terminè lo mas breue y sumariamete q̄  
ser pueda, y q̄ en otra manera no se pue-  
da comprar el dicho pan adelantado.

G L O S S. IX.

Messis tempus quod sit in hoc regno.

- a Quinze dias antes o despues de nuestra señora de Septièbre  
In hoc regno poterit hæc solutio precij considerari,  
iuxta valore tritici à decimo quinto die Iulij, vsque  
ad decimum quintum Augusti, quod tempus est inef-  
fis, sicut in Hispania tempore, quo lex nostra decidit  
& habuit originè lex nostra à paragrapho post nata  
le Sanctæ Mariæ de pace tenen. & eius violato.

G L O S S. II.

- 1 Triticum an ob anticipatam precij solutionem possit  
vilius emi.
- 2 Triticum emptum anticipata solutione iuste taxa-  
tur per. l. nostram quatenus valuerit tempore messis.

- b Ameno precio. Licitum non est in foro anime, Triti-  
cum vel alias merces vilius emere, quam tempore  
emptionis & solutionis valet ob anticipatam precij  
solutionem, vt colliges ex traditis in. c. si nauiganti &  
in. c. in ciuitate de vsur. per Ioan. à Medina in codice  
de restitutione in. 6. causa carius vendendi, verfic. est  
itaque in summa tenendum pagina. 116. col. 2. ad finè  
& pagi. 117. & Domi. à Soto lib. 6. de iusti. & iure. q. 4  
arti. 1 in fin. & arti. 2. [ Nisi tamen tempore traditio-  
nis tritici dubitetur, sit necne magis aut minus valitu-  
rum, vt in. d. arti. 2. conclusionè. 1. resoluit frat. Domi.  
à Soto, quare iuste hic taxatur precium, quod cõmu-  
niter valuerit tempore messis, quicquid inter empto-  
res conuentum fuerit.

L E Y. XVIII.

¶ Que las alhondigas del reyno puedan comprar  
pan adelantado, y tengan la prelación en esta ley  
contenida.

Do Carlos y doña Iuana en Madrid año de 1528. pe. 4

¶ Mandamos q̄ las casas y alhondigas

comunes de las ciudades villas y luga-  
res de nuestrs reynos, y sus mayordo-  
mos en su nombre, puedan comprar  
pan adelantado para la prouision de-  
llas, segun y como se contiene en la ley  
precediète. Y porque entèdemos que  
combiene al bien publico de nuestrs  
reynos, que las dichas alhondigas sean  
preferidas en la compra del dicho pan  
adelantado, a todas las personas eccle-  
siasticas y seglares, con quien concu-  
rieren a comprar pan, que no estuuie-  
re comprado, que queriendola ellos  
por el tanto, lo ayan primero que las di-  
chas personas. Y mandamos a los del  
nuestro consejo, que sobre esto den las  
prouisiones necessarias, en fauor de las  
dichas alhondigas, y sus mayordomos.

G L O S S. I.

Retraçtus genus nouum.

- a Concurrerent a comprar pan, que no estuuere comprado.  
Nota hoc genus retractus ratione publicæ utilitatis  
statutum, cui locus non est, si iam venerat triticum,  
sed tunc obtinebit concilium cuiusque populi, cum  
in emptione tritici concurrerint concilium ipsum  
& persona priuata, præferetur siquidem concilium, si  
in emptione seruauerit quod in lege præcedenti statu-  
tum fuit.

L E Y. XIX.

¶ Que ninguno compre pan para reuender, exce-  
pto los recuevos, y los q̄ cõpraren pan para baste-  
cer otros lugares, guardando lo en esta ley conte-  
nido. Y que la pena della aya lugar en los arren-  
dadores de pan, si lo vendieren.

La Emperatriz por ausencia del Emperador en Ma-  
drid, año de 1530. y 1539.

¶ Porq̄ somos informados q̄ por auer to-  
mado muchas personas por principal  
oficio y manera de viuir de comprar  
pan, trigo, ceuada, cèteno para lo reuè-  
der, el valor del pã se ha subido en pre-  
cios muy crecidos: y como quier q̄ so-  
bre ello hemos dado algunas prouisio-  
nes, no ha sido bastante remedio: lo  
qual resulta en daño vniuersal de  
la republica de nuestrs Reynos y se-  
ñorios, mayormente de las per-  
sonas



sonas pobres y miserables: y porque a nos incumbe remediar lo suso dicho, visto y platicado con los del nuestro consejo: mandamos e defendemos q de aqui adelante, persona alguna, de qualquier qualidad y condicion q sea, no sean osados de comprar ni comprẽ trigo, cenada, auena, ni centeno, en poca ni en mucha cantidad. para lo tornar a reuẽder, so pena q el que lo comprare, y hiziere contra lo suso dicho, pierda todo el pan que asì comprare, y se reparta en quatro partes, la vna para el denunciador, la otra para el juez que lo sentenciarẽ, las otras dos partes para los pobres del lugar do acaesciere: y de mas desto, por la primera vez, sea desterrado del lugar donde viuieren, por seys meses, y por la seguda por vn año, y por la tercera vez, por tres años. Y por esto no es nuestra voluntad de impedir ni estoruar el comercio y trato de nuestros reynos y lugares que han de ser proueydos de acarreo. Porende mandamos, que lo en esta ley contenido no se estienda a los recueros y tragineros, ni a otras personas, que tienen por trato y costumbre de llevar mercaderias de vnas partes a otras, y en reto: no dellas comprar pã y tornar a vender, ni los que compraren para lo llevar a vender de vnos lugares a otros, para la prouision y mantenimiento dellos: con tanto que estos tales despues que ouieren comprado, sean obligados a lo vender y vendan a los pueblos, a donde lo lleuaren luego que lo ouieren comprado, por manera que no lo entrojen ni lo enfilen, ni guarden para lo reuẽder ni encarecer, contra el tenor y forma de lo en esta ley contenido. Y mandamos a las nuestras justicias que ansì lo hagan cum-

plir y exẽcutar las penas suso dichas. ¶ Y mandamos, teniendo respecto al bien de nuestros reynos, que lo contenido en esta ley se entienda y estienda a si mesmo a los arrendadores de pan, que vendieren pan de lo que ouieren auido de los tales arrendamientos, y se execute la pena ansì en los vnos como en los otros.

GLOSS. I.

- 1 Dardanarij sunt qui præmunt omnia, vt carius vendant.
- 2 Frumentum reuendi prohiberi potest.
- 3 Paralo reuender. Hi appellantur dardanarij, qui omnia præmunt vt demum carius vendant, dicti à Dardano quodam contaminatissimo & profligatissimo mago, à quo etiam dardaniæ artes, à Columiella vocantur magicæ: cuius verba sũt. At si nulla valet medicina repellere pestem, dardaniæ veniunt artes. Hi quãuis necessarii sint in republica teste Platone, periculo fisisimum tamen est eorum officium, vt dicam infra hoc lib. tit. 14. l. 1. hoc tamen fallit in ciuitate, vt dicã infra eod. l. 20. glo. 2. [ Hæc prohibitio reuendẽdi frumentum fieri potest, vt penuriaz occurratur, vt colliges ex Bar. in l. cætera, §. fi. & ibi plenius tradit Iaso. nu. 14. ff. de lega. 1. Benuenutus de mercatore par. 4. nu. 44. & 45.

GLOSS. II.

- 1 Pœna non incurritur, nisi delictum fuerit consummatum, fallit in atrocioribus.
- 2 Statutum si prohibeat exportare de ciuitate frumentum sub pœna, an eam incurrat qui fuerit inuentus in via, vel an extraordinarie, & deinceps.
- 3 Pœnam an incurrat, qui triticum emit, licet nondum reuendiderit.
- 4 Datio in solutum an sit propriè venditio, an ei similis, & nu. 5. Lex nostra an habeat locum in datione in solutum, ibid. Lex correctoria & pœnalis an & quando extendi possit, & an vbi est eadem ratio in lege expressa, ibi.
- 6 Extensio in correctorijs & pœnalibus quando locũ habeat. ibi.
- 7 Extensio an dicatur vbi est omnimoda ratio.
- 8 Pierda todo el pan que asì comprare. Sed videtur nullã incurrere

incurrere pœnam, donec panem sic emptum vendiderit, non enim incurrit quis pœnam, donec delictũ fuerit consummatum, nisi in atrocioribus. l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleri. l. qui falsam. C. de fals. Feli. late in tractatu de conatu. l. si quis qui cum telo. C. ad. l. Corne. de sicar. Anto, Gomez in tomo de delictis. c. 3. de homicidio nu. 30. sed hoc non est de atrocibus delictis, emptio ergo sola panis non sufficit ad exigendam ab emptore pœnam, nisi reuendiderit. [ Confirmatur vel ex eo, quod iuxta communẽ & receptam sententiã, si statuto cauetur, quod si quis extraxerit frumentum ex ciuitate, illud amitrat & applicetur pauperibus, si reperiatur in via volens exportare, non punitur pœna statuti, cum verba hæc requirant actum cõsumatum, vt in l. 1. §. hæc verba. ff. quod qui. iur. vbi hoc voluit Iaso. hac in specie nu. 4. Albertus Gandi. in tracta. de malef. sub rub. de reb. nõ portandsi contra ductum, bald. in l. si fugitiui, & ibi late Coepola. C. de seru. fugiti. & in l. cum proponas, vbi etiam Salice. nume. 6. C. de nautico scœnore, Feli. in c. significauerunt nume. 7. post Ananiam. ibi, extra de Iude. & in c. 1. nume. 12. de præsum. Thom. Gramma. consi. 25. nume. 9. Ripa in tracta. de peste in titulo de remedijs ad conferuandam vbertatem numero. 71. & pluribus sequenti. vbi latissimè tractat quæstionem hanc, quam asserit communem, eã tamẽ limitat quod puniatur pœna extraordinaria, quia non est sine crimine, qui incipit delinquere, licet non perfecerit. l. 1. §. final. ff. de extraordi. crimi. quod asseuerat numer. 75. & 76. autoritate Bald. & Coepolæ in dict. l. si fugitiui. C. de serui. fugi. & numeris sequen. idem Ripa tradit plures coniecturas, quibus inuentus in itinere conuincitur velle exportare frumentum, & doctẽ loquitur. [ Sed his non obstantibus lex nostra decidit pœnam incurrere, qui triticum emit, licet nondum reuendere incæperit, cũ sic ait, pierda todo el pan que asì comprare, non dicit, lo que asì comprare y reuẽdiere, Satis enim esse statuit, quod panem emat in tanta quantitate, quæ verisimiliter sibi non est necessaria vitæ, sed clarè colligitur emississe ad reuendendum, quare nimirum si integram incurrat pœnam. Nec lex nostra exigit actum reuendendi consummatum, vt pœna irrogetur, sed quod constat emississe ad reuendendum, quia in specie concludunt communiter omnes in casu statuti de quo num. 2. satis esse, quod reperiat in via exportans frumentum, vt late probat Ripa in d. tit. de remed. ad conserua. vberta. num. 74. & sequen. & docto. superius citati, [ Sed dubium est, an lex nostra & eius pœna locum habeat in datione in solutum tritici pro quantitate voluntaria vel necessaria, & videtur ei locum non esse, cũ datio in solutum non sit propriè venditio, licet ei æquiparetur, vt colliges ex his quæ diximus supra eod. l. 7. glo. 7. nume. 1. sed lex nostra est pœnalis, vt videmus & correctoria, cũ cui libet liceat emere ad vendendum: non ergo erit extendenda ad casum similem, nec ex identitate vel maiori tate rationis, vt in auth. quas actiones, & ibi notant docto. omnes teste Iaso. ibidem nume. 21. C. de sacros. eccle. Bar. & docto. in l. si constante in prin. vbi Iaso. nu. 70. ff. solu. matri. Decius in c. translato col. pen. 1. l. ectione extra de consi. per tex. in l. quod vero. ff. de

- 13. Parefciendo que aliquo se quis obligat a otro. Lex ista mirabilis est iurique diuino & naturali consona, quibus fidem seruari statutum est: ad cuius perfectam & plenam expositionem præmittere oportet, duplicem esse fidem, alteram intellectualem & alteram moralem, Intellectualis significat habitum & virtutem, qua certo constat & firmiter dictis cuiuspiam adhaeremus, & quod audiuius credimus, vt Aristot. docet in topicis libr. 4. dicens fidem esse opinionem cum vehementia, id est, assensum sine hesitatione, & hæc non pertinet ad id de quo modo agimus. Fides autem moralis significat habitum voluntatis, qui & fidelitas nuncupatur, quo dicta & promissa factis complemus & certa facimus, quam graphicè describit Cicero libr. officiorum. 1. cap. de iustitia, dicens. Fides est dictorum conuentorumque constantia & veritas. Augusti. etiam libr. de mendatio cap. 20. fidem dici asseuerat eo quod fiat quod dicitur, prima enim sillaba insinuat facere, secunda dicere, quam virtutem tantifecere Romani, vt statuam ei Iouis vicinam in capitolio statuerint, quod ex oratione Catonis refert Cicero officiorum libr. 3. & vsque adeo eam semper coluerunt, vt profide vel hostibus seruanda Marcus Regulus mortem opteteret, & de hac loquimur in præsentiarum. [ Duplex est id genus fides, altera que versatur circa debitum legale, altera verò circa morale, vt rectè explicat Domi. à Soto libr. de ratione tegendi & detegendi secretum 1. membro. q. 1. folio. 3. Prima non differt à iustitia nec ab ea separatur, sed est ipsa iustitia, veluti emptorem statuto tempore precium promissum præstare, & coniuges mutuas sibi operas impendere, & ciues Principi parere, ac denique Principem, qui tributa populi recipit, ciues vicissim armis, tueri ornare moribus, & legi

bus emendare, vel promissum per stipulationem vel hodie iure regio per pactum nudum adimplere, si causam continet, licet incertam, probatam tamen per creditorem. Alia verò fides & fidelitas versatur circa debitum morale, quod non est absolute debitum, sed ad quãdam naturalem pertinet honestatem, vt quod ex mera liberalitate absque vlla causa promissisti persoluas, fides est, vt adimpleas huiusmodi promissa, quod Salamon astruit ecclesiastici. §. si quid, inquit, vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis & stulta promissio: & huiusmodi fides non est propriè iustitia, nã vbi debitum fundatur in sola liberalitate & bonitate promittentis, non est vera ratio debiti, nec inde integra ratio iustitiæ: est tamè, vt docet. S. Tho. 2. 2. q. 80. pars potèntialis iustitiæ, nã partè potèntialè cardinalis virtutis vocant philosophi illam virtutè, in qua non est tota ratio talis virtutis cardinalis, sed propter similitudinem reducitur ad illam, velut liberalitas reducitur ad iustitiam, vt refert idem Domi. à Soto in lib. de ratione tegendi & detegendi secretum 1. membro. q. 1. pagi. 3. [ Qua ratione fit, vt non immerito ius antiquum Romanorum per legem nostram abrogetur, oriaturque actio ex nudo pacto, quemadmodum antea oriebatur ex stipulatione, nec alia solèntas inspiciatur, quam propria mens & voluntas se obligare volentis. Fomentatur enim naturalis obligatio, que ex pacto nudo oritur, ita vt ex ea actio oriatur iure nostro regio, perinde ac olim ex stipulatione solemnè. [ Iure autem civili id receptius erat, vt ex pacto nudo nulla oriatur actio. Iurisperitum. §. sed cum nulla vers. igitur nuda. ff. de pact. vbi Ican. Orosius hanc crebriorem vtriusque iuris authorum opinionem firmat numero. 1. contra Emili. Ferr. ibidem nume. 69. qui contrariam attestatur, nescio an errore, communem, And. ab Exca veram asseuerat in lib. pactorum nume. 273. Iaso in §. in personam numer. 5. & ibi Gomezius numer. 46. in sti. de actio. vbi refert plures casus, in quibus eodem iure civili ex pacto nudo oritur actio, additque alios nouissime Berègarius Ferdinandus in repeti. 1. pacta conuenta nu. 22. vers. prima itaque exceptio. ff. de contra. empt. Fortu. Garfi. in d. l. iurisperitum. §. prætor ait nume. 18. ff. de pact. vbi rationem reddit huius sententiæ. Corassi. li. 3. iuris civilis miscellanorum cap. 13. num. 13. Vberti. Zuchard. in repe. rub. C. de pact. num. 21. vers. nec etiam obest, & And. ab Exca lib. pactorum num. 270. Feli. in cap. 1. de pact. Ludo. Carod. in rub. ff. de ver. obl. c. 6. fol. 13. dom. Did. Couarr. in relectio. c. quamuis pactum. 2. par. §. 4. numero. 13. de pact. lib. 6. vbi improbat rationem Alexan. in rub. ff. de ver. oblig. dicens ideo iure civili actionem non dari ex pacto nudo, quia præsumitur animo indeliberato & ex leuitate pactum istud nudum processisse Dida. Perez in d. l. 3. tit. 8. de exceptio. lib. 3. ordina. colu. 1040. & seq. Ant. Gomez de contractibus cap. 9. num. 2. & 3. [ Iure autem canonico receptius est, vt ex pacto nudo oriatur actio vt ex. c. 1. de pact. expendunt omnes, Imol. in. c. qualiter ad fi. eo. tit. Barba. in cap. causam que nume. 8. de offi. delegat. est communis secundum Huberti. Zuch. in repe. rub. C. de pact. arti. 9. nu. 83. & Nostrates superius citati. est enim fides seruanda vt in prin dix

diximus, & plura tradit Valeri. lib. 6. histori. ecclesia. titu. de fide obseruanda fol. 56. & Cœli. Rod. libr. 9. c. 21. fol. 343. [ Ex quo Principes peccare nonnulli asserunt, si nudas pactiones ac promissiones iure naturali obligantes seruare non faciunt cõtra equitatem & rationem naturalem, & aduersus præceptum diuinum, iuxta illud Psalmiste, que procedunt ex labijs meis irrita non faciam, vt voluit Ant. de But. col. 5. & Ioan. de Imol nu. 22. in. c. que in ecclesiarum de constitutu. & ibi Feli. nu. 57. & Berol. nu. 136. & nu. 142. Alexan. Iaso. & Orosi. nu. 16. in. l. iurisperitum. §. igitur nuda. ff. de pact. Did. Perez in d. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. col. 1041. Quod verù ipsi crederent, si legislatores præcipissent ne huiusmodi pacta seruarentur, quod nusquam præceptum fuit: sed noluit lex civilis huic pacto robur adijcere nec actionem accommodare, quod fecisset creditur ad vtilitatem reipublice, vt tot lites que ratione pactorum simplicium contingere frequentissimè possent a foris exterminarentur. Quemadmodum & actionem decepto intra dimidiam denegauit, quod tamen lesio refarcire tenetur in foro anime sub poena peccati mortalis, vt probauimus supra hoc lib. tit. 11. de emp. & vedit. l. 1. glo. 1. nu. 6. d. Did. Couar. lib. 2. variarum resolutionum. c. 4. nu. 11. Sic etiam licet quis quãdoque teneatur sub mortalis reatus poena benefaciendi remunerari, lex tamen civilis nullam actionem aduersus ingratus dedit ad huiusmodi remunerationem, vt tradit idem. d. Did. Couarr. de testamen. c. cum in officijs & in. c. quãuis pactum. 2. par. §. 4. nu. 13. vers. ius etenim civile vbi aliud subdit exemplum. [ Denique ex his verbis sume regulã generalem, quod tunc promissio absenti facta vel præsentis valeat, quoties promissor habuit animum se obligandi, & sic naturaliter fuit obligatus, secus si ex quibusdam coniecturis perpendi possit non habuisse animum, ac proinde naturaliter non fuit obligatus, quia tunc actio nulla oriatur iure regio ex huiusmodi nudo pacto aut pollicitatione vt resoluimus supra hoc eodem lib. tit. 10. de donationibus. l. 7. glo. 2. nu. 18. & 19. contra Anton. Gomez lib. de contractibus c. 9. nu. 3. ver. hodie autem iure regio, vt ibi latius videre poteris, repete hic que ibi diximus. [ Ex quo inferri potest ad quæstionem, an ex nudo pacto sine causa oriatur actio iure regio, an vero obstat exceptio doli, si causa à creditore non probetur, & cum per legem nostrã pactum nudum æquiparetur stipulationi, vt hic statuitur, videtur causã exigi, prout in stipulatione aliã vel actio nulla oriatur, vel obstat doli exceptio, nisi causa per creditorem probetur, vt in l. 2. §. circa. ff. de doli excep. & ibi Alberi. notat & comu. docto. vbi si causa sufficiens expressa est, nulli dubiũ, quin stipulatio valeat, sin autem nulla fuit expressa vel aliqua insufficiens, nisi per creditorem probetur, obstat doli exceptio, nisi scienter permiserit & sine causa, quia tunc donatio præsumitur, vt constat ex. d. §. circa & ex plurimũ sententiã, quos Tirac. cõgerit in. l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 48. vers. 28. C. de reuo. donat. & lib. 2. de retra. in fi. num. 103. vers. 18. Marfil. in. l. 1. §. præterea nu. 93. ff. de quæstio. Di. Perez in d. l. 3. tit. 8. li. 3. ordina. col. 1052. Idè ergo erit in pacto nudo, quod iure canonico & regio stipulationi comparatur: non enim plus vigoris habet pactum quã stipulatio, sed si

pulatio sine causa non habet actionem quoad effectum, ergo nec pactum quod iure canonico et regio stipulatio ni cõparatur: ita censuit Panor. in. c. si catio per tex. ibi, de fide instr. Bal. in. l. si de diuisione ad fi. C. fami ærciscun. Feli. in. c. 1. ad fi. & ibi Fortuni. nu. 34. extr. de pact. l. 119. ibi, o el otorgamiento que esta escrito en ella es con razõ, & ibi Greg. Lu. tit. 18. de instr. part. 3. d. Did. Couar. in. c. quãuis pactum. 2. par. §. 4. nu. 14. de pact. lib. 6. Ant. Gom. de contra. etibus. c. 9. nu. 3. vers. aduertendum Did. Perez in. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. col. 1052. & seq. dixi in stylo cancellariæ titu. 1. præmi. 17. casu. 20. declaratio. 13. legis Tolcti gloss. 2. nu. 4. quorũ sententiã mihi probatur, licet ei refragetur Pet. de Duc. in regula. 118. in fine. [ Cõfirmatur hæc sententiã, quia promissio sine causa nullam continet naturalem equitatem, quia datur exceptio doli, quæ præfert equitatem naturalem. l. qui equitate. ff. de doli excep. ex quo iure naturali vel gentium promissio sine causa nullam producit obligationem, vt cõtra Bal. Nouellũ in rub. ff. de verb. obli. resolu. Lancelo. de Galiula ibidè nu. 204. ergo nec iure canonico, nec regio, actionem producit talis promissio, ob defectum consensus, ob errorẽ siquidem censetur promissio facta vel iocandi causa, vt diximus supra hoc lib. tit. 10. de donatio l. 7. gloss. 2. nu. 18. & 19. & supra nu. 7. vt in specie quã proposuimus in stylo cancellariæ tit. 1. præmi. 17. casu. 20. declaratio. 13. glo. 2. nu. 4. [ Quod tamen limita duobus modis, Primò nisi promissio nulla expressa causa contineat conditionem, vt si Imperator in Italiã venerit hoc anno, vel aliquã aliam similem vt in. l. à Titio vbi notat Paul. nu. 3. & ceteri docto. communiter. ff. de verb. oblig. vt dixi supra hoc lib. tit. 11. de empt. & vend. l. 22. glo. 9. nu. 2. Did. Perez vbi sup. a col. 1053. in princ. [ Qui. 2. limitat, nisi quis scienter promitteret sciens se ad id non teneri & hoc exprimeret in scriptura publica vel priuata, tunc enim donare præsumitur. l. Cãpanus. ff. de oper. liber. est enim præsumpta donatio, et licet iure communi. l. si quis argentum. C. de dona. per mittens donationem fieri per pactum nudum, non procederet in præsumpta donatione, ne duæ præsumptiones concurrant, vt Bar. adnotauit in. l. iurisperitum §. quinimo. ff. de pact. iure tamen Canonico & Regio valebit huiusmodi pactum in vim donationis, cum non concurrant duo specialia, sed vnum tantum, quãdoquidem vtroque iure id generale est, vt pactum nudum habeat vim stipulationis, & quatenus Didac. Perez non au. leat hoc libere affirmare, sed relinquat nobis cogitandum. Ego cederè veram esse & abique dubio opinionem hanc, propter ea que dixi supra hac eadem glossa nu. 2. in fin. de fide seu fidelitate que versatur circa debitum morale, licet enim huiusmodi fides non pertineat propriè ad iustitiam cum ex mera liberalitate procedat, pertinet tamen ad mortalitatem ita vt fidem huiusmodi frangens peccet, quare hac in specie tenebitur promittens fidem adimplere, iã enim visus fuit se vltro velle obligare, nec potuit allegare errorem, cum sciens se non debere & illud affirmans vltro promissit.



- 1. *Paeta seu promissiones nuda vel vestita que dicantur, remissive.*
- 2. *Contractus innominatus post implementum unius producit actionem prescriptis verbis.*  
*Naturalis obligatio an oriatur ex contractu innominato ante implementum, ibidem.*
- 3. *Exceptio producit ex naturali obligatione, ibi.*
- 4. *Lex naturalis. ff. de prescrip. verb. explicatur.*  
*Error facti non impedit repetitionem, ibidem.*
- 5. *Contractus innominatus an producat actionem ante implementum iure canonico vel regio.*
- 6. *Contractus innominatus facientes an habeant animam se obligandi efficaciter ante implementum. ff. de prescrip. verb. nu. 7.*
- 7. *Contractus innominatus producit actionem iure regio ante implementum.*
- 8. *Contractus innominatus per stipulationem factus producit actionem ante implementum iure communi.*

**b** *Opor aliquo contracto o en otra manera. Que dicantur promissiones nuda, que vero vestite declarat optime sicut & cetera, d. Did. Couarra. in repe. c. quamvis pactum. 2. par. 5. 4. numer. 12. & docto. ab eo citati. [ Sed an lex ista in contractibus innominatis, do vt des, do vt facias, facio, vt facias & c. locum habeat? & post implementum ex parte unius nulli dubium, cum actio prescriptis verbis hac in specie competat etiam iuri civili, l. naturalis. 5. & siquidem. ff. de prescrip. verb. Ante implementum vero est questio ambigua, & pendet ab alia, nunquid ante implementum obligatio naturalis oriatur? & videtur ante implementum naturalem obligationem minime oriri, vt in d. 5. & siquidem, vbi soluti repetitio datur, quod nequaquam fieret, si vel naturalis obligatio orta fuisset, vt in l. naturaliter. ff. de conditio. indeb. Sed nihilominus verior est sententia in oppositum, quod naturalis obligatio oriatur ex contractu innominato propter consensum qui adest in his contractibus etiam ante implementum: sed nudus etiam consensus obligatorem parit naturalem, vt in l. consensu. ff. de actio. & obligat. Præterea contractus hic innominatus parit exceptionem, vt in l. iurifgentium in principio. ff. de pact. que ante implementum intelligenda est, nam post implementum actionem parit, vt dixi: illa autem exceptio filia est naturalis obligationis, que adest ante sequutum implementum, que sufficiens non est ad producendam actionem, sed exceptionem tantum vt in d. l. iurifgentium 5. igitur nuda. ff. de pact. & in l. Stichum aut Pamphilum. 5. naturalis. ff. de solutio. ex quibus huic sententie adhæsit glo. ordinaria in l. petens in glo. magna, ibi, sed respondeo non. C. de pact. quam ibi omnes sequuntur, & ante Accursium hoc tenuit Azon in summa. C. de rerum permuta. numero. 2. idem voluerunt hanc receptam opinionem asserentes Riminal. in d. l. petens. 8. colu. Lancelo. Deci. colu. pen. & huius frater natu minor numero. 20. Curti. num. 44. Purpura. numero. 85. ibidem, Et Soci. in l. legem numero. 5. C.*

co. tit. de pact. Crotus in rub. ff. de verbor. obligatio. numero. 7. & ibi Ripa numero. 41. & Socin. nume. 22. Curti. in l. naturalis in principio numero. 9. ff. de prescrip. verb. domi. Anto. Padilla in eadem. l. naturalis 5. & siquidem numero 17. [ Qui respondet ad eum paragraphum, vbi repetitio conceditur, cui non obstitit naturalis obligatio, quoniam naturaliter debitum, fuit solutum per errorem facti, quo casu datur repetitio. l. regula. 5. vlti. ff. de iur. & fa. ignor. l. error. C. ad l. Fal. l. cum quis. C. de iur. & fa. igno. l. fideicommissum. ff. de condi. indeb. nam qui ex parte sua impleuit contractum innominatum errauit in facto credens alium suas partes impleturum, alioquin nec ipse implere vellet argu. l. cum de indebito. ff. de probatio. versi. qui enim soluit, non autem errauit in iure imo secundum ius gentium fecit, quod præcepit paeta seruari. l. i. in princip. ff. de pact. l. i. in prin. ff. de consti. pecu. Habes ergo ex supra traditis, quod ex contractu innominato ante implementum oritur obligatio naturalis ex receptiori & veriori sententia, quod & voluit Anto. Gomez to mo. 2. de contractibus. cap. 8. nu. 4. & Did. Perez in d. l. 3. titu. 8. li. 3. ordi. col. 105. [ Hoc supposito redeo ad principalem questionem, an locus sit legi nostre in contractu innominato ante implementum? & videtur locum non esse: & quod nulla oriatur actio ex contractu innominato ante implementum, prout iure communi erat dispositum, nec hoc casu aliquid per legem nostram fuerit immutatum, quando quidem nec iure canonico immutatur aliquid in contractibus innominatis, licet eo iure pactum nudum producat actionem, prout iure nostro regio fit, vt in cap. 1. & ibi frequentius docto. extra de pact. quod expressim voluit Bal. in l. siue apud acta nu. 4. C. de tract. glo. & docto. in c. cu inter. R. senior de electio. Riminal. & Lancelo. col. 2. in d. l. siue apud acta. Bald. in l. cu quis nu. 17. C. de iur. & fa. igno. & in l. si diuisione nu. 3. C. fam. ercif. & in rub. C. de rer. permuta. nu. 2. Fel. in d. c. i. in fin. de pact. & ibi Fortu. Garf. nu. 34. Iaso. in l. iurifgentium 5. igitur nuda. nu. 8. & ibi Orosius nu. 20. ff. de pact. Soci. in rub. ff. de verbor. obli. nu. 10. & ibi Iaso num. 8. & Ripa nu. 41. Fra. de Are. in l. petens nu. 7. C. de pact. d. Anto. Padi. hanc dicens communem in l. naturalis 5. & siquidem nu. 18. in fi. ff. de prescrip. verb. [ Probat 2. hæc sententia vel ex eo, quod contrahentes non habeant animum se obligandi irreuocabiliter cum contractum faciunt innominatum, sed reuocabiliter, vt ita demum obligentur si impletum fuerit ex parte alterius, ante implementum ergo locus erit poenitentiae, prout & iure communi locus est. l. ex placito. C. de rer. permuta. l. 3. & l. vlt. tit. 6. de rerum permuta. par. 5. quod in specie asseruit Fer. Mèchaquen. lib. 2. de successio. creatione. 5. 12. nu. 64. vbi & alijs rationibus hanc tenet sententiam, vt iure nostro regio sit locus poenitentiae in permutatione vel alijs contractibus innominatis ante implementum, idem voluit Gregor. Lupi in l. i. in verbo gran pro titu. 11. de verbor. oblig. par. 5. & d. Ant. Padi. huic magis inclinare videtur in d. l. naturalis. 5. & siquidem numero. 19. ff. de prescrip. ver. non tamen omnino fixit pedes. [ Oppositam sententiam tenent alij non pauci, imo ex contractibus innominatis oriatur actio ante implementum iure nostro regio, nec fit locus

locus poenitentiae, nisi ea dumtaxat in specie, cum altera pars nollet vel differat adimplere, quo casu licita erit poenitentia ex defectu causae ac fidei non seruatae, hæc fuit sententia Gregorij Lupi ( sic explicantis quod antea dixerat in loco superius citato) in l. 3. in verbo que le peche ad finem titu. 6. de rerum permutatione par. 5. & ante eum hoc voluit Fortuni. Garfia in cap. 1. de pact. nu. 30. versic. 7. declaratio est fol. 61. col. 3. quos sequitur Dida. Perez in dict. l. 3. titu. 8. li. 3. ordina. col. 1050. & Anto. Gomez in lib. de contractibus cap. 8. nume. 4. Mouentur ex eo, quod obligatio naturalis oritur ex contractu innominato ante implementum, vt probaui supra hac eadem glo. nu. 2 & 3. [ Item quia iuxta traditionem communem si in contractu innominato interponatur stipulatio oritur efficax obligatio & actio ante implementum cuiuscunque ex contrahentibus, vt in l. ex placito vbi docto. omnes. C. de rerum permuta. cuius verba sunt, *Ex placito permutationis, nulla re sequuta, constat nemini actionem competere, nisi stipulatio subiecta ex verborum obligatione quaesierit partibus actionem.* l. i. tit. 6. par. 5. At pactum nudum iure nostro regio loco stipulationis est, & ei æquiparatur, vt hic dicitur, oriatur ergo ex eo actio efficax ante implementum, quemadmodum ex stipulatione, ita tamen vt actori obstat in executione huius contractus exceptio, donec offerat & impleat ex parte sua, argument. text. in l. Iulianus. 5. offerri. ff. de actio. empti & l. venditor. 5. fi. ff. communia. prædio. cum concordan. ab Ant. Gomez citatis dict. c. 8. numer. 4. versi. v num tamen est. Ex quibus mihi magis probatur hæc sententia, & receptior est, cui non oberit quod Ferdinand. Mencha. obijcit, dicens animum non habuisse sic contrahentes sese irreuocabiliter obligandi, sed tunc demum cum ex parte altera impletum fuerit, quia hoc est diuinare, non enim præsumendum est, quem actum velle frustratorium facere (licet enim, quod negare non possumus) quilibet ex contrahentibus velit ex altera parte adimpleri, quod promissum est, non ex hoc visus est velle contractum resolui, sed potius vt alter ad implementum cogatur, prout euenit in cæteris contractibus.

GLOSS. III.

- 1. *Stipulatio quomodo fiat.*  
*Pactum nudum absque stipulatione hodie iure regio sufficit. ibi.*
- 2. *Pactum nudum hodie non vitatur ex causis ex quibus stipulatio remissive.*
- 3. *Fideiussio iure civili & canonico fieri non potest per pactum, sed stipulatio requiritur, & quare.*
- 4. *Fideiussio hodie iure regio fieri potest per pactum absque stipulatione.*
- c. *Que no fue hecha stipulacion. Stipulatio est, que fit præcedente interrogatione creditoris, & sequuta responsione debitoris, veluti si creditor dicit promittis*

mihi centum, debitor respondit promitto, ex huiusmodi contractu oritur verborum obligatio. l. i. & l. 5. 5. stipulatio. ff. de verbor. obligationibus. l. i. titu. 11. de verbor. obliga. par. 5. Hodie autem iure regio nulla solemnitas requiritur, sed solum pactum nudum vel promissio simplex, vel sola voluntas se obligandi absque effectu stipulationis hodie pactum nudum vel simplex promissio æquiparantur. [ Nec vitatur ex tot causis, quot stipulatio vitabatur, quoniam si adest consensus, valebit pactum licet stipulatio non valeret vt colligere poteris ex casibus per Anto. Gomez traditis de contractibus cap. 9. num. 4. fol. 48. col. 4. Grego. Lupi in l. 26. titu. 11. par. 5. in gloss. vltima. [ Sed dubitari poterit, an valeat fideiussio absque stipulatione facta? Et iure communi Imperatorum stipulatio requiritur, vt in l. 5. 5. satis acceptio. ff. de verbor. obligatio. l. sciendum eodem titulo. l. Bladitus. C. de fideiussio. cuius ratio est, quia in contractibus nominatis quis obligatur ex nudo pacto absque stipulatione, vt in l. iurifgentium. ff. de pact. At fideiussio licet interueniat in contractu nominato, ipse non contrahit eum sed principalis, alia est enim obligatio principalis, alia rei. l. per iusiurandum. 5. & fideiussori. ff. de acceptilatio. l. i. 5. verbis. ff. de actio. & obliga. cum igitur promissio fideiussoris non sit contractus nominatus dicitur nuda, nisi addatur stipulatio, vt docet Ioan. Faber in rubri. insti. de fideiussori. numero. 3. Iure etiam canonico in fideiussione requiritur stipulatio, nec sufficit pactum ex doctrina singulari Bald. in c. 1. de pact. nume. 9. quem ibi sequitur Felin. nume. 24. Iaso in l. iurifgentium. 5. quinimo. 1. notab. ff. de pact. & in l. lecta col. vltima. nume. 31. ff. si cert. petat. Deci. conf. 93. ccl. 2. lib. 1. [ Secus autem erit iure nostro regio, quo omnino verborum solemnitas rejicitur, vt ex verbis glo. nostrae constat. Quare proculdubio fideiussio absque vlla stipulatione valida erit, vt & sentit Dida Perez in d. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. in verbo vala la dicha obligacion, col. 1063. & sequen. quod in pra-xi quotidie seruatur.

GLOSS. IIII.

- Pollicitatio vel obligatio absenti facta an sit efficax iure regio, & producat actionem, remissive.*  
*Donatio absenti facta quomodo valeat? remissive. ibid.*
- d. *O que fue hecho el contracto o obligacion entre absentes.*  
Nota text. singularissimum, obligationem inter absentes valere iure regio, si constet ex verbis se voluisse obligari aliquem. Ex quo an expollicitatione, efficaciter obligetur, hoc iure regio latissime discussi supra hoc lib. tit. 10. de donatio. l. 7. glo. 2. nu. 15. 16. & pluribus sequen. & numeris præcedentibus tractauimus de donatione etiam absenti facta, quare hic non repeto, vt notat Dida. in d. l. 7. tit. 10. lib. 10. col. 1063. & sequen. Ggg 5 GLOS.

GL OS. V.

- 1 Alteri per alterum stipulari, nec villo modo iure ciuili & Partitarum acquiri potest.
- 2 Stipulationes inuicta sunt, vt quilibet stipuletur quod sua interest.
- 3 Stipulatio alteri per alterum facta poena apposta, valet iure ciuili. ibi.
- 4 Stipulationi alteri per alterum facta lex ciuilis non assistit non tamen ei resistit. ibi.
- 5 Poena annullatur vbi contractus est nullus. ibi.
- 6 Naturalis obligatio oritur ex stipulatione alteri per alterum facta.
- 7 Alteri per alterum stipulatio facta vel pactum, in re canonico an valeat.
- 8 Alteri per alterum queritur actio iure ciuili si sit notarius, vel alia persona publica indistincte. Tabellio an sit seruus publicus. ibi.
- 9 Alteri per alterum fieri potest iure regio stipulatio vel pactum, valetque & actionem producit, nec poterit reuocari, siue verba dirigantur in absentem siue in presentem.
- 10 Alteri & sibi facta stipulatio vel pactum, an valeat quoad tertium.
- 11 Alteri aut sibi facta stipulatio vel pactum an valeat necne.
- 12 Stipulatio sibi aut alteri facta an vicietur propter incertitudinem. ibi.
- 13 Adiectus solutioni dicitur iure communi tertius, si quis stipuletur sibi aut alicui tertio.
- 14 Adiectus solutioni esse potest filius fami. vel seruus, & an ei inuito creditore solui possit. ibi.
- 15 Mutatio status facit vt adiecto solutioni vel procuratori solui non possit. ibi.
- 16 Promissione facta tibi aut Titio alicuius quantitas vel rei, queritur iure regio medietas vtrique.
- 17 Promissio si fiat tibi aut Titio censetur Titius adiectus solutioni iure regio, si in executione & non in obligatione Titius ponatur, vel si tibi tantum debatur & non Titio.
- 18 Adiectus solutioni, quando quis dicatur iure regio. ibi.
- 19 Pactum donationi adiectum in fauorem tertij, an iure communi aut regio reuocari possit.
- 20 Actio que iure regio queritur ex pacto nudo, an sit utilis vel directa.
- 21 O que no fue hecho ante escriuano publico, o que fue hecho a otra persona priuada en nombre de otros, entre absentes. Iure communi Imperatorum & Regio Partitaru stipulatio alteri per alteru facta, qui no erat in eius potestate, inutilis erat, ex eaque nulla oriebatur actio. l. stipulatio ista. §. alteri, & §. si stipuler. ff. de ver. obli. & in. §. si quis alij, & §. alteri insti. de inuti. stipu. la. l. 7. titu. 11. de verbor. obligatio. parti. §. [ Stipulationes quidem inuentz sunt, vt quis stipuletur, quod sua intererit, vt in dict. §. alteri: quare si stipulationi alteri factz poena adijciatur, propter vtilita-

tem que ex appositione poenæ consequi posset stipulans, stipulatio valet, vt in. d. §. alteri expressim deciditur, ex quo constat legem non resistere huic stipulationi, sed ei non assistere, vt probat Bar. communiter receptus en. l. si quis pro eo nu. 12. ff. de fideiusso. nā si stipulatio prædicta esset contra legem resistentē, non valeret adiectio poenæ, nam vbi principalis contractus nullus est, & legi contrarius appositio poenæ vitatur estque nulla, quemadmodum & contractus principalis. l. non dubium. C. de legi. l. Seyus & Augerius. l. quod de bonis. ff. ad. l. Falc. l. vlti. ff. de cōsti. pecu. c. P. & G. de offi. delega. l. si ita stipulatus, magna, vbi Ripa nu. 36. ff. de verbo. obli. Panor. Bal. Barba & Fel. in. c. significantibus ad fi. de offi. delega. Alex. cōf. 32. & ibi Caro. Moli. in additio. lib. 2. d. D. Couarru. hanc dicens communem in. c. quāuis pactum. 2. par. §. 4. nu. 4. Et licet aliqui teneant legem resistere huic stipulationi alteri per alterum factz, quos & eorum rationes refert. d. D. Couarru. d. §. 4. nu. 4. verior & receptor est sententia Bar. quod lex ei nō resistat, sed quod no assistat. [ Ex quo inferitur, naturalem oriri obligationem ex hac stipulatione alteri per alteru facta, nam si actio ex stipulatu ex ea iure ciuili non producitur, ideo est, quoniam deficit interesse stipulantis, qui requiritur, vt stipulatio producat actionem, vt in. d. §. alteri hæc vero ratio iure naturali cessat, quippe quod fidei obseruatio tantu cōsideretur. l. 1. vbi glo. & Bar. ff. de pact. & diximus supra hac eadem. l. glo. 1. ex quo hanc opinionem quod naturalis oritur tenuit glo. in. d. l. stipulatio ista. §. alteri in verbo interest, & ibi Bar. nu. 8. & docto. communiter teste Iaso. ibidem nu. 20. ff. de verbor. obligat. idem voluit Bar. in. d. l. si quis pro eo nu. 12. ff. de fideiusso. Fortu. Garfia in. d. l. 1. nu. 24. vbi hanc dixit communem. ff. de pact. hanc etiam receptorē dixit. d. D. Couarru. in relect. d. c. quamuis pactum. 2. par. §. 4. nu. 2. [ Ex quo probabilius est iure canonico actionem oriri ex huiusmodi stipulatione alteri per alterum facta, quippe quo non consideratur interesse stipulantis, sed solu fi dei obseruatio, vt constat ex. c. 1. extra de pact. & huiusmodi stipulatio pactum est, vt dixit gloss. in. l. 1. & ibi Bar. ff. de pact. Sed ex pacto nudo actio oritur iure canonico, vt in. d. c. 1. de pact. & latē probauimus supra eod. glo. 1. nu. 5. & 8. quare hanc opinionē tenuit Bal. in. l. illud nu. 2. C. de sacros. ecclesi. glo. in. c. quoties cor dis oculus. 1. q. 7. Anto. & ceteri interpretes in. c. si cautio de fide instrum. Alij tamen tenuerūt iure potificio stipulationē alteri per alteru factā non habere maiore effectū, quā habet iure ciuili secundum An. Panor. & Fel. nu. 23. in proemio Gregoria. Ioā. Fab. in. §. alteri insti. de inuti. stipu. Imol. Roma. Ale. & Iaso in. d. l. stipulatio ista. §. alteri nu. 5. ff. de ver. obli. Rom. in auth. similiter. §. speciali piæ causæ inter contractus. C. ad. l. Falc. quorū opinionē dicit receptio re. d. D. Couarru. in. c. quāuis pactū. 2. par. §. 4. nu. 4. per tex. in. c. quāquā de vsur. lib. 6. vbi probatur non posse alteri quēquam acquirere nisi persona publica sit, vt ordinarius vel eius vicarius, notarius, aut sacerdos parochialis. [ Sic etiā iure communi & regio partitarū alteri per alteru nō queritur obligatio etiā per solēnem stipulationē, nisi per iudicem vel notarium siue

siue sit stipulatio iudicialis, siue conuentionalis, siue mandatum iudicis præcedat siue non, vt decidit glo. in. l. 2. in verbo publicum & ibi eam sequitur Barto. & Alexand. in additionibus ipsius. ff. rem pupilli salu. fore. glo. in. l. non aliter. ff. de adop. in verbo seruo publico, quam ibi sequitur Guiller. de Cun. Cyn. & Alberi. dicēs hoc totum mundum seruare, & Bal. 1. lectura quam legit sub. l. nec ei. §. satisfactio. 1. quæst. glo. in. l. 2. & ibi Sali. dicens communem. C. eod. titu. Deci. consi. 31. & §. 8. & consi. 293. & 407. & 607. Nicola. Euerard. in loco tanquam, Aymon Craue. in re pe. rub. ff. de lega. 1. nu. 124. & consi. 19. dubio. 3. Boeri. deci. 172. nu. 5. Tira. alios multos allegās dicēs que hanc esse communiorē nostrorum sententiam in libr. de constituto. 3. par. limi. 30. nu. 23. & 24. & seq. text. regni nostri expressus in. l. 7. ad medium ti. n. de verbo rum obliga. par. §. vbi id notat Grego. Lupi, qui text. in fine (contra Tira. vbi supra nu. 29. & sequen.) probat tabellionem dici seruum publicum. [ Lex vero nostra has tollit ambages, dicēs stipulationem vel promissionē nudam fieri posse alteri per alteru, licet non sit sibi subditus, nec publica persona, valet enim & efficaciter obligat talis promissio, nec contra eam obijci potest, quod facta non fuerit a tabellione publico, vel quod personæ priuatæ facta fuit nomine alterius absentis, semper enim hoc iure nostro valet talis promissio, & ex ea oritur actio aduersus promittentem, modò eam acceptare voluerit absens, cuius nomine promissio facta fuit, nec promissor id poterit reuocare ante acceptationem absentis, prout in alia specie dixit eruditissimus vir. d. D. Couarru. lib. 1. resolutio. c. 14. num. 13. Nec quicquam refert iudicio meo, an verba stipulationis vel promissionis dirigantur in presentem vel in absentem, vt promittis mihi dare Titio centum, vel promittis Titio centum, in his enim duobus casibus pariter lex nostra procedit, vt absentis actio queratur sine cessione: tametsi. d. D. Couarru. in dict. c. quamuis pactum. 2. par. §. 4. nu. 9. ad diluendas tot oppositiones & opiniones contrarias eam fecerit differentiam, vt cum verba promissionis in absentem diriguntur, sit nulla stipulatio, nec ex ea actio vlla oriatur, nec obligatio etiam naturalis, tam iure ciuili, quā pontificio, & regio, quando autem promissio dirigitur in presentem, licet non pariat actionem iure ciuili, eam tamē producit iure canonico & regio, & quia obscure contra morem suum procedit vide an sit is eius sensus. Quicquid tamen sit nullo facto discrimine inter has duas species, verum esse censeo, quod dixi iure nostro regio, vt obliget promittentem promissio absentis facta vel presentis ad vtilitatē absentis absque cessione, vt satis constat ex verbis legis nostræ: quam ita intelligit Grego. Lupi in. d. l. 7. in verbo tercera persona, tit. 11. de verborum obliga. par. §. Dida. Perez vnico verbo in. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. col. 108. in princi. Anto. Gomez in libr. de contractibus cap. 11. nume. 20. versi. hodie tamen iure regio. d. D. Couarru. lib. 1. resolutio. cap. 14. nume. 13. [ Quid autem fiet, si quis stipuletur sibi & Titio decem: & iure communi valebit in quinque dumtaxat, quoad reliqua quinque erit inutilis, itaque stipulans habebit quinque, Titius autem nihil, vt in. l. stipulatio ista. §.

alteri versi. cum qui ita. ff. de verbo. obligatio. & ibi glo. Barto. & communiter docto. §. quod si quis insti tu. de inuti. stipula. & ibi notat glo. Fab. Ange. & cōmuniter docto. iure autem regio valebit promissio vtriusque personæ, & quilibet agere poterit pro dimidia argu. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. l. 1. C. si plu. vna senten. l. testamento. ff. de lega. 1. idem voluit Grego. Lupi in. l. 7. glo. 2. tit. 11. de verbo. obligationi. par. §. post. medium. [ Verum si quis mediā te stipulatione, vel hodie iuxta ius regium promittat pecuniam vel aliam rem Titio aut Seyo alternatiue quorum alter, scilicet, Titius erat præsens & stipulatus fuit, alter verò absens, est dubiu, cui eorum actio queratur, an vtrique, an neutri: & videtur quod neutri propter incertitudinem, vt in. l. item si seruus. §. si cum duos in fine. ff. de stipulatio. seruo. vbi si seruus stipulatur alternatiue Titio aut Seyo dominis suis, dicit text. non valere stipulationem propter incertitudinem. Sed text. ille corrigitur, ex sententia Bar. & docto. in dict. §. si cū duos, per tex. in. l. cū quidam. C. de verbo. significatio. vbi alternatiua posita inter personas resoluitur in coniunctam, & vtrique pro æquis partibus acquiratur, tam in vltimis voluntatibus quā in contractibus, idem tenet Bar. in l. Cayus vlti. opposi. ff. solu. matrimo. Bald. & alij in dict. l. cum quidam. C. de verbo. significatio. quare hæc opinio rejicitur. [ Vera igitur resolutio est hac in specie iure cōmuni quod integra promissio pecunie vel alterius rei queratur Titio presentis & stipulati, Seius autem censetur adiectus solutioni, vt illi possit solui, vt in. l. quod si stipulatus. ff. de solutio. l. Stichum aut Pamphilum. §. quæsitum & §. vsumfructum eod. tit. l. 7. tit. 11. de verbor. obligat. par. §. cum alijs ab Anto. Gomez traditis in tomo de contractibus cap. 11. nume. 20. Quod extendit etiam adiectus sit pupillus vel seruus. Extendit etiam vt ei possit solui etiam inuito Titio, vt in. l. vero procuratori. §. 1. & ibi Bart. & l. illud. ff. de solu. nisi tamen Titius creditor litem contestauerit cum debitore, nam post litem contestationem non poterit adiecto solui, vt in. l. si quis stipulatus fuerit decem. ff. de solut. vbi Bar. Pau. & ceteri interpretes, vel nisi talis adiectus mutauit statum, tunc enim ei solui non potest, l. cum quis & l. sicum Cornelius. ff. de solutio. Idem in mandatario vel procuratore, quia ceterum ei reuocatum mandatū, vt in. l. libera. ff. de pecu. & ibi doct. omnes. l. §. tit. 14. par. §. Anto. Gomez. d. c. 11. nume. 20. qui etiam limitat, vt non possit solui hæredibus adiecti, vt in. l. cum quis. ff. de verbo. obligatio. [ Iure autem regio per legem nostram iure cōmune corrigitur in hoc articulo, quoniam hoc iure tertius iste non censetur adiectus, sed ei queretur actio pro medietate argumen. tex. in dict. l. cum quidam. C. de verbo. significatio. vbi tam in contractibus, vt dixi, quā in vltimis voluntatibus dictio alternatiua posita inter personas honoratas vel gruuatas resoluitur in coniunctam, vt vtrique queratur ius vel actio pro virili: cuius ratio est, quoniam iure communi ideo tertius iste censetur adiectus quia nulla obligatio vel actio ei poterat queri, per alteru, vt in dict. §. alteri. Quod cessat per legem istam, quippe qua actio queritur ex pacto vel stipulatione

latione alteri per alterum facta, vt supra resoluius, cum ergo cesset hæc ratio, cessabit & dispositio, hoc tenuit Anto. Gomez lib. de contractibus. c. 11. nu. 20. ver sicu. pulchrum & singulare dubiū. Et Grego. Lupi in l. 7. titu. 11. de verbor. obligationib. par. 5. gloss. 2. Quod ibi limitat Anto. Gomez, quando tertius est dispositio principali adiectus, secus si executioni vel solutioni, vt si dixeris promitto tibi decē, quæ solvam tibi aut Seyo, tunc enim Seyus censetur adiectus solutioni, & nihil sibi acquiratur ex promissione, vt colligi dicit ex Bar. in l. 2. ff. de duob. reis. 2. q. idem in effectu probat Grego. Lupi in dict. l. 7. gloss. 2. ad fin. tit. 11. parti. 5. additque ex alio constare hunc tertium adiectum esse solutioni, nempe, si quod promittitur, erat soli stipulanti debitum. Si enim ex hoc vel ex alio constiterit esse tertium solutioni adiectū seruabuntur ea, quæ diximus num. 9. de adiecto solutioni. Inducitur etiam tex. iste ad quæstionem factis controuersam, an pactum donationi appositum in fauorem tertij, nempe, vt post mortem suam vel post aliquod aliud tempus rem sibi donatā restituat Sempronio, iuxta text. in l. quoties. C. de dona. quæ sub modo, possit ante acceptationem Sempronij reuocari, Bar. enim censuit posse reuocari in l. qui Romę. §. Flauius Hermes nume. 1. ff. de verbo. obligationi. cui adherent magis communiter doctor. teste Socin. ibi nu. 16. & la. o. nu. 14. per tex. in d. §. Flauius, & in l. 3. ff. de seru. exportan. & in l. 1. C. si mæcip. ita fuer. aliena. & in l. 3. ff. qui sine manu. ad liber. perue. & in l. Aristo. ff. de dona. Contrariam tamen sententiam tenuit Paul. Castr. in dict. §. Flauius nume. 3. quem plures sequuntur, quos refert Dida. Perez in dict. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. col. 1056. & sequen. hanc vltimam partem sequitur Anto. Gomez in l. 40. Tauri nume. 29. & respondet ad fundamenta contraria, optimè omnium hanc quæstionem resoluit. d. D. Couarru. lib. 1. resolu. cap. 14. à nu. 7. & deinceps. Iure autem regio non dubito reuocari non possit ante acceptationem, post acceptationem autem acquiri ius tertio ex dicto pacto in donatione appposito, vt resoluit. d. D. Couarru. lib. 1. resolu. c. 14. nu. 13. Dida. Perez in d. l. 3. titu. 8. lib. 3. ordina. col. 1057. & 1058. Anto. Gomez de contractibus cap. 4. nume. 3. in fin. Dubium tamē est, an actio quæ competit iure regio ex pacto nudo, vel stipulatione alteri per alterū facta sit utilis an directa? & Bar. in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebellia. dixit quæ si ex forma statuti alteri per alterum queritur actio, erit directa & non utilis, si tamen statutum diceret, quod transferatur actio de vno ad alium, erit tunc actio utilis non directa, vt probat Dida. Segura in repeti. l. si filius dum in ciuitate nume. 75. ff. de verbor. obligationib. Sed nihilominus contraria sententia est receptior, imo quod in specie proposita competat actio utilis & non directa, ita asseuerant Angel. Alexand. Socin. Iaso. Ripa nume. 17. & communiter docto. in dict. l. 1. §. sublata. ff. ad Trebellia. per text. in l. penulti. C. de appella. Et quia. regulariter quotis lex dicit alteri per alterum acquiri actionem absque cessione, vt quando stipulatur notarius pro absente, ei acquiritur actio utilis, non directa, vt in l. 3. ff. rem pupi. salu. fore & in l. 1. C. de dona. quæ sub modo, Dida

cus Perez hanc receptiorem attestatus & veriorem, in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. col. 1059. vbi respondet ad l. certi conditio. §. si numos. ff. si cert. peta. esse ibi speciale in mutuo propter singularia priuilegia ei concessa iuxta notata in l. singularia. ff. si certum petatur.

GLOS. VI.

- 1 *Legis nostræ intellectus vnus.*  
*Facti obligatio iure communi in obligationē interest se conuertitur, ibi.*
- 2 *Factum facere obligatus præcise compellitur iure regio ad factum, nec liberatur soluendo interesse, nisi quando facere non potest. ibi.*
- 3 *Legis nostræ secundus intellectus.*  
*Factum alienum si quis per stipulationem promittat iure communi nihil agit, nisi adiecerit poenam, vel promissit se facturum & curaturum, ibi.*
- 4 *Facti alieni promissio valet iure canonico & regio & censetur promittere se facturum & curaturum, & nu. 5.*  
*Facti alieni promissor censetur iure canonico & regio promittere se facturum & curaturum, ibi.*
- 6 *Facti alieni promissor si adhibuit diligentiam in rogando vt faceret & non fecit, an ad interesse teneatur?*
- 7 *Legis nostræ intellectus.*
- 8 *Se obligo alguno que daria otro, o que haria alguna cosa.*  
Hæc lex habet duplicem lecturam. Primā prout verba legis posita erant in lege ordinationum, scilicet, que daria a otro, nulla litera dempta, & tunc licet videatur repetere, quod antea lex dixerat quod attinet ad obligationem dandi: quod tamen pertinet ad obligationem facti, nouum quid continet corrigens ius commune Imperatorum. Certum enim est iure communi in obligationibus facti succedere obligationē ad interesse, nec præcise poterit debitor compelli ad factum liberatur siquidem soluendo interesse, vt in l. si quis ab alio. §. fina. ff. de re iudi. l. stipulationes non diuiduntur, versu. Celsus, & l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. §. fina. & l. in stipulationibus. §. operarum. ff. de verbo. obligationib. & hæc est communis opinio secundum Alexand. Vincen. & Iaso. in dict. l. si quis ab alio. §. fina. & in dict. l. stipulationes non diuiduntur, Anto. Gomez de contractibus capit. 10. nume. 22. vbi pluribus modis limitat hanc conclusionem, vt per eum videre poteris. Per legem tamen nostram clarè statuitur, quem teneri & cogi posse præcise ad factum proprium omni casu, & sic necessariz non erunt limitationes ab Anto. Gomez & doctoribus traditæ, quod ante hanc legem statutū erat, per tex. in l. 5. titu. 27. de executione rei iudicatæ par. 3. vbi si sententia lata est contra debitorem facti, illud facere præcise compellitur, & ibi hoc notat Grego. Lupi, & in l. 3. tit. 14. de solutio. part. 5. vbi idem notat

tat Grego. Lupi in verbo. pudesse hazer, per quem tex. dicit destrui communem opinionem, de qua nume. precedenti, & approbari opinionem Martini de Fano doctoris antiqui dicentis, quem posse indistinctè compelli ad factum, nisi quando actoris non interest, sicut & iure canonico fieri probat Grego. ibi dem per tex. in capi. qualiter de pact. Abb. in cap. per tuas de arbi. Iaso in dict. l. stipulationes non diuiduntur in princip. col. vltima idem probat tex. in l. 13. ibi Deuele apremiar que la cumpla luego hasta tiempo cierto, señalando vn dia cierto que el tuuere por guisado, a que haga lo que assi prometio. Et. l. 35. titu. 11. de verbo. obli. par. 5. & hæc est vera sententia, licet ei refragetur Anto. Gomez in lib. de contractibus cap. 10. nu. 22. & probatur in hac lege, ibi. *Deue cumplir aquello a que se obligo.* Secunda lectura est dempta litera. A: vt sit sensus, *se obligo alguno que daria otro, o que haria alguna cosa,* & sic quod promittatur factum alienum vt differat ab eo, quod antea dixerat. ita hanc legem intelligit Grego. Lupi in l. 11. tit. 11. de verbo. obli. par. 5. gloss. 1. refert. Dida. Perez in l. 3. tit. 8. lib. 3. ordina. col. 1060. licet postea impugnet. Et secundū hanc literam corrigit ius commune & Partitarum, & concordat cum iure canonico. Nam iure civili & parti. promissio facti alieni nil valet, nemo siquidem factum potest alienum promittere. l. stipulatio ista in prin. ff. de verbo. obli. §. si quis alium, insti. de inutili. stipu. l. 11. tit. 11. de verbo. obli. par. 5. nisi expresse promittat se facturum & curaturum, quod alter faciat. l. quoties. ff. de verborum obligationib. & dict. l. 11. vel nisi poenam promissit, vt in dict. l. stipulatio ista in princip. versu. at si quis velit, & in §. ver fa vice insti. de inutili. stipulatio. Iure autem Pontificio promissio facti alieni resoluitur in promissionem se facturum & curaturum, quod alter faciat, hoc enim dicit æquitas canonica, & probatur auctoritate gloss. in cap. Eleutherius. 91. distinctio. quam sequitur Anto. Abb. & Prepositus in capit. ex literis. 2. de sponsali. Felin. in c. ex rescripto nu. 18. de iure iurad. Iaso in dict. l. stipulatio ista in princip. nu. 5. quorum opinio communis est, vt attestatur. d. D. Couarru. in c. quamuis pactum. 2. par. 5. §. nume. 1. quamuis Alcia. in l. 4. §. Cato numer. 139. ff. de verborum obligationibus asseueret, idem esse iure canonico, quod modo diximus esse statutum iure civili. Quo fit, vt idem eadem equitate & ratione statuendum sit iure nostro regio, vt si quis promittat factum alienum, censetur promittere se facturum & curaturum, vt alius faciat, & si non fecerit, vel vt faceret diligentiam adhibuerit, teneatur ad interesse: quod, si deficit litera. A. clare probat text. nosster, vt & Grego. Lupi attestatur in dict. l. 11. tit. 11. par. 5. cuius sententia vera est iudicio meo, licet ei refragetur Anto. Gomez libr. de contractibus cap. 10. nume. 23. & Dida. Perez in dict. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. col. 1063. & 1064. quod negare non possent, si litera hæc deficeret. Quin mihi videtur, etsi non deficiat idem esse, propter æquitatem qua ius canonicum fundatur, vt quis factum alienum promittens videatur promittere se facturum & curaturum,

vt faciat, aliàs teneatur ad interesse, ne detur occasio fidem frangendi, visus enim fuit ea æquitate suadente ad id se obligare: quare nimirum, si ad id posset compelli, vt diligenter curet, vt alius faciat, aliàs ad interesse teneatur. Ceterum si curauit diligenter, vt faceret, & tamen noluit vel nō potuit facere, an teneatur promissor ad interesse, tractat optimè. d. D. Couarru. in dict. c. quamuis pactum. 2. par. 5. §. nume. 3. & sequen. & resoluit communem esse sententiam diligentiam hanc cum excusare ab interesse, etiam si iuramento firmauerit huiusmodi promissionem, licet Areti. contrarium voluerit in l. si ita stipulatus fuero te fisti. §. postum. ff. de verborum obligationib. quam latè discutit, & ex ea plura infert, vt ex ibi dictis videre poteris. Poteris etiam intelligere text. nostrum quatenus dicit, o que haria alguna cosa, vt referatur ad vtrumque casum, videlicet, quando quis promittit factum proprium, vel alienum vt, vtraque in specie teneatur facere, & ad id compellatur, vel se curaturum, vt alter faciat.

GLOSS. VII.

- 1 *Geminationis effectus.*  
*Obligandi voluntas quomodo cunque appareat obligat iure regio efficaciter quæcunque, ibi.*
- 2 *Venditor si pactum faciat quod emptionis scriptura fiat, an possit a venditione resilire ante eius confectionem, & nu. 3.*  
*Scriptura licet in venditione non requiratur si conueniat, vt fiat, an sit locus poenitentia, ibi.*  
*Lex. 6. tit. 5. par. 5. intelligitur, ibi.*
- 4 *Lex nostræ optimè explicatur.*
- 5 *En qualquier manera q parezca que vno se quis obligar a otro.* Ecce hic legislator geminat verba hæc, eadē siquidem posuit in principio, ex quo ostendit enixā voluntatem, iuxta ea, quæ in l. Ballista. ff. ad Trebellia. traduntur circa effectum geminationis verborū Paul. Pari. cons. 58. nume. 10. & cons. 66. nume. 36. & cons. 71. nume. 19. & cons. 89. nume. 22. & 23. lib. 3. & cons. 5. nume. 64. lib. 4. & cons. 9. num. 22. lib. 3. itaque quocunque modo videatur quem se voluisse obligari, manet efficaciter obligatus, quasi dicat, siue per stipulationem, siue per pactum nudum, siue per pollicitationem, siue factum promittatur proprium siue alienum siue quid aliud, si consensus non deficiat, non deficiet actio. Ex quo plura inferri possent, quæ latè discutuntur per Grego. Lupi in toto titulo. 11. de verbo. obligatio. par. 5. & per Anto. Gomez in lib. de contractibus. c. 4. 9. 10. & 11. vltra ea quæ a nobis tradita sunt in glossis præcedentibus, quæ si placet videre licebit, vt tamen interim non omitteremus quæstionem quæ præ manibus quotidie occurrit, nunquid vendita re aliqua pro certo precio, si conuenit in continenti, vt scriptura venditionis fiat, sit perfecta venditio an verò possint contrahentes, vel aliquis eorum ab ea resilire ante confectionem scripture. Et videtur venditio



Ita ut si cum hac conditione beneficium esse putauerint, ante prædictos sex menses cefsionem voluntarie facere possint, & sic carcerem effugere, & deinceps pro debito molestari non possint, & si ad pinguiorem fortunam deuenierint conueniantur, quatenus facere possint deducto ne egeant, ut in glossis præcedentibus probauimus. Quod si cefsionem facere recusauerint eligantque manere in carcere, compellantur elapsis sex mensibus cefsionem facere, & tradantur ignominiose cum torque ferreo creditoribus ad seruendum forma prædicta, ut ex operibus suis creditoribus satisfiat. [ Ex quo primo inferitur ad questionem de decoctore, an gaudeat beneficio cefsionis bonorum, in qua questione Bald. consil. 400. nume. 4. lib. 5. respondit propter dolum non gaudere huiusmodi beneficio, in hæc verba, falliti sunt infames & infamissimi & more antiquissimæ legis deberent tradi creditoribus laniandi. A deo quod propter dolum suum non videntur beneficium cefsionis habere: quod est subsidium miserorum, sed non præsidium dolosorum, facilesque sunt ad mentiendum & colludendum, & a communiter accidentibus falliti sunt decoctores & fraudatores, præsumiturque omnibus inesse, quod omnibus est commune. Hactenus Bal. quem referunt & sequuntur Ioan. Bapti. Scuerinus in tractatu de suspectis, & fugiti. questio. 1. nume. 13. & Nicola. Boerius decisio. 215. Paul. Paris. consil. 94. nume. 10. & sequenti. libro. 1. & melius & latius ceteris omnia eius verba explicans Benuenutus de Straccha in libro de decoctoribus. 3. par. numer. 1. & sequentibus, & maxime numer. 9. vbi de amissione huius beneficii tractat, citatque Bald. idem tenentem in l. r. nume. 8. C. qui bon. ced. poss. & Barto. in l. alia. §. eleganter in fin. ff. solu. matrimo. Iaso. in §. vltimo numer. 8. & sequenti. instit. de actio. & numer. 18. Paul. Paris. vbi supra nume. 11. & sequenti. vbi latè, & Nicola. Boeri. decisio. 349. col. antepenultima, ex quibus constat hanc esse communem opinionem. Sed nihilominus iure nostro regio locus erit cefsioni bonorum transactis sex mensibus post liquidationem debiti, ut in l. nostra statuitur, quod prudentissimè constitutum fuit, ut debitores pudore affecti curent debita soluere, & creditoribus satisfacere, ne aliàs cogantur torque ferreum in collo deferre, & antea si debitor velit, eo quod per legem. 9. infra eodem in debito ex delicto descendente cefsioni locus est, ut ibi dicam. [ Idemque erit in his, qui sua culpa facti sunt non soluendo eadem ratione, licet iure communi hoc beneficium eis negabatur, ut in l. sed interdum in fin. & l. cum qui. ff. quod cum eo Paul. Paris. consil. 94. numer. lib. 1. Benuenutus de decoctore. part. 3. nume. 13. [ Inferitur etiam ad questionem, an renunciari possit huic beneficio cefsionis bonorum, & magis communis opinio est, ut renunciari non possit, ne perpetuo carceri quis obligetur pro debito pecuniaro: essetque quedam præcisa seruitus, ad quam liber homo se astringere nequit. l. 2. ff. de liber. homi. exhibend. l. Titius. §. Titio. ff. de conditionibus & demonstrationibus. notant gloss. & doctores in l. antiquitas, C. de usufruct. quamobrem huiusmodi renunciationem esse inualidam existimant Ricard. Malum. Dyn.

Bartol. Alberic. & Imola, in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio Cyn. questione. 6. & Salicet. num. 9. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Faber in §. vltimo instituta de actioni. Alexand. consil. 37. numero. 6. libr. 2. Panormita. & alij in cap. Odoardus de solutioni. quorum opinio communis est secundum domi. Didac. Couarru. in cap. quamuis pactum part. 2. in princip. numer. 6. Ripam in l. obligatione generali numero 33. ff. de pignoribus. Alciat. in capit. cum contingat nume. 69. de iureiuran. eundem domi. Dida. Couarru. libr. 2. resolutio. capi. 1. nume. 7. eandem tenet & communem dicit Ferdinandus Vazquez de successio-num creatio. §. 22. nume. 79. Alij autem sunt in contraria sententia, ut renunciari possit cefsioni bonorum, hi sunt Federi. consil. 60. Felin. in capi. ex scripto numer. 11. de iureiuratio. & in capi. si diligentium. 2. de foro competen. Rota in antiquis decisio. 565. Alciat. in dict. cap. cum contingat numer. 69. Angel. Roma. & Alexand. in d. §. eleganter Imol. in capitu. cum contingat nume. 32. de iureiurando Guido Delphinatus questio. 211. Ripa in dict. l. obligatione nume. 33. Moline. de contractibus. questio. 36. d. D. Couarru. dict. capi. 1. lib. 2. resolutio. per l. vltimam. ff. qui bon. cede. possint, vbi tacite quis potest cefsionem bonorum renunciare, ergo a fortiori expressè. Taciti enim & expressi idem est iudicium. l. cum quid ff. si certum petatur. [ Iure tamen nostro regio hæc questio expeditissima est, si enim creditores volunt non valebit renunciatio, cum in eorum fauorem inducta sit cefsio bonorum & renunciatio cathenæ, ut probauimus numero. 1. & 2. possunt enim elapsis sex mensibus debitorem cum torque ferreo accipere, ut eis seruiat, & ex operibus suis debita persoluat, ut in hac lege statuitur. At eis consentientibus valebit renunciatio cefsionis, cum in eorum fauorem inducta sit hoc beneficium, & non in fauorem debitoris dumtaxat, prout statutum erat iure communi. Sed velint nolint debitor & creditores, si per sex menses in carcere debitor manserit, debet eis tradi cum torque ferreo ad seruendum. [ Ceterum cefsioni bonorum locus non erit in casibus, in quibus debitor conueniri non potest ultra quam facere potest, quos enumerat text. in l. 1. titulo. 15. de cefsione bonorum parti. 5. & ibi Gregorius Lupi in verbo padre o abuelo, & l. sunt qui & legibus sequentibus. ff. de re iudicata ita hanc materiam limitat text. in dict. l. 1. & Iaso late in §. vltimo instituta de actioni. qui alias tradit limitationes, quas reduces ad regulam, quam ex lege nostra deduxi numero: 1. & 2. supra. [ Sed ut constat ex his, que in hac gloss. diximus, negari non potest, quin cefsio bonorum sit beneficium debitoris, si eo uti velit, licet iure regio introductum sit etiam in fauorem creditorum, quare beneficium confertur post dictos sex menses in inuitum. Regula enim illa fallit, quando ex illo beneficio tertius commodum & interesse consequitur, ut quando quis soluit pecuniam, quam ego alicui debebam, potest enim me inuito pro me soluere, quia agitur de interesse creditoris, cui soluit. Et in expensis factis pro inuito aliquo, & in alijs similibus speciebus, quas Decius refert, in dicta regula

regula inuito, ff. de rega. iur. atque ideo beneficium celsionis (si beneficium hodie dici potest) confertur elapsis sex mensibus in inuitum, cum ex hoc commo- dum sentiant creditores, vt diximus. [ In reddituū regaliū conductoribus non est locus celsioni bono- rum, nec in eius fideiussoribus, vt in l. 5. titu. 9. de con- ditionibus generalibus infra lib. 9. Elapsis tamen sex mensibus celsioni locus erit, vt hic dicitur.

GLOSS. III.

- 1 Celsio bonorum censetur ipso iure facta in casu legis nostrae.
- 2 Factum fuisse fingitur quod quis facere non vult id ad quod tenebatur.
- 3 Pasado el dicho termino, nos la auemos por renunciada. Si postquam sex mensibus post liquidationem debiti seu æris alieni debitor manserit in carcere, tenetur renunciare cathene & bonis cedere, quod si facere no- luert, ipso iure facta esse censetur celsio, ita vt statim tradatur cum torque ferreo in collo supra toracē cre- ditoribus ad seruandū, quod ideo fit, quia pudore affecti debitorum bona sua non cedent, sed credito- ribus ex eis vel alijs ab ipsis quaesitis satisfaciunt, & hac ratione cogitur debitor inuitus bonis cedere, vt latius dixi in gloss. precedenti. [ Et nota hic opti- mum remedium ad compellendum aliquem ad factū, ad quod precisse etiam seruus compelli nequit, licet excorietur, vt in l. cum proponas. C. de heredib. insti- tuen. vt lex fingat fuisse factum quoad iuris effectus eosdem, qui si vere factum fuisset resultarent. Sic in- uenies fieri in multis iuris articulis, in quibus factum fuisse, quod non factum fuit, fingitur, vt deducis ex Bar. & docto. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. & quæ diximus supra hoc libro tit. 7. de maioratu. l. 8. glo. 1. nu. 9. 10. 11. & sequen.

GLOS. IIII.

- 1 Celsio bonorum vt fieri possit, quæ requirantur? re- missiue.
- 2 Hechas las diligencias que la ley manda. Lex. 4. 5. & 6 supra eo. vbi dixi quid requiratur, vt celsio bonorū fieri possit, in primis liquidatio debiti cum omnibus creditoribus, qui debent citari saltem per preconium vel edicta, si sunt absentes, deinde debet tradi debitor creditori antiquiori cum torque ferreo, vt illi seruiat iuxta iudicis taxationem & moderationem, & fieri debent alia, quæ in dictis legibus diximus.

GLOSS. V.

- 1 Depositum cuius dominium in depositarium non fuit translatum omnibus præferatur.
- 2 Funeris impensa quibus præferatur.
- 3 Creditores hypothecarij expressam vel tacitam hy-

pothecā habentes alijs præferuntur, & qui prior est tempore alteri præferatur, quod extendit & limita plurifariam, remissive.

- 4 Dos mulieri debita in quibus casibus alijs debitis præferatur.
- 5 Fisci debitum quibus præferatur.
- 6 Vendita res non sunt pro precio obligatae, nisi expresse dictum sit, & tunc omnibus creditoribus præferatur venditor. & nu. 7.
- 8 Venditor rei solutioni præcij obligatae, an doti præferatur. Lex. 28. 29. 30. titu. 13. de pignori. parti. 5. explicatur, ibi.
- 9 Decoctori qui fugiendi consilium inierat, merces vendita & habita fide præcij non acquiruntur quoad dominium. Decoctor quando dicatur consilium fugiendi iniussisse, ibi.
- 10 Hypotheca tacita quibus casibus contrahatur, remissive & quando præferatur.
- 11 Creditor hypothecarius ex instrumento confessionis antiquior an præferatur ei, qui vero numerauit.
- 12 Hypothecarius creditor per chirographū antiquior an præferatur creditori ex instrumento publico iuniori.
- 13 Creditores priuilegiarij quibus præferatur, & nu. 14
- 15 Creditores chirographarij & personales quando & quo ordine admittantur.
- 16 Creditor hypothecarius antiquior an reuocet pecuniam iunioribus solutam & bona fide consumptā

- 1 Alacreedor que primero segun derecho deue ser pagado Quoties causa prælationis creditorum agitur, in pri- mis præferatur, qui rem aliquam vel pecuniam in sac- co deposuit, si res extat, eam siquidem poterit vende- re, tanquam dominus qui eam deposuit. Hic enim præferatur omnibus hypothecarijs & priuilegiarijs, vt in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credito. l. 9. tit. 3. de deposito part. 5. in fin. & l. 11 in fin. titulo. 14. de solutionibus part. 5. l. procuratoris. §. plane versiculo sed si dedi. ff. de tributo. l. cum fundus. §. seruum tuū. ff. si certum petatur. l. si quid tamen. C. qui potio. in pigno. habeantur, Bald. & Salicet. vltima quaestio. in l. fina. C. de posi. Paul. Castren. in l. si hominē. §. quo- ties. ff. de posi. Benuenutus de Straccha de decoctori- bus vltima par. numero. 2. & 3. [ Secundo loco præferatur funeris impensa necessaria omnibus credito- ribus etiam expressam hypothecam habentibus & doti, vt in l. penultima. ff. de religio. & sumpti. fune. l. final. §. in computatione. C. de iure deliberandi. §. vltimo instituta de lege Falcid. l. 12. titu. 13. de sepultu- ris & sumptibus funerū in verbo deudas, & ibi Gre. Lupi par. 1. tex. etiā in l. 3. tit. 13. de pignori. par. 5. & ibi

ibi etiam Gregor. Lupi in glo. viti. Ego autem proba- ui oppositum, imo quod nullis creditoribus præferatur impensa funeris iuxta ius regium nouissimum in l. vltim. per tex. ibi in glo. 3. num. 3. & 4. tit. 6. de me- liorationibus supra hoc libro vbi latè explicauit mate- riam expensæ funeris, ibi videre licebit, quare hic nō repeto. [ Deinde præferuntur creditores hypotheca- rij habentes expressam vel tacitam hypothecam, inter quos, qui prior est tempore præferatur posteriori, l. 2. & l. cum republicam & l. eos. C. qui potio. in pign. habeant. l. 1. C. si propter publi. pensita. l. 27. tit. 13. de pigno. par. 5. Cui regulæ tradit tredecim ampliationes, et viginti & sex limitationes Ripa in l. priuilegia nrm. 4. 5. & sequentibus. ff. de priuileg. credi. Anto. Negu- santius in eleganti tractatu de pignoribus in. 2. mem- bro quintæ partis. & aliqua addit Benuenu. de Strac- cha in tracta. de decoctoribus vlti. par. nume. 11. 12. & sequentibus. l. 27. 28. 29. & 30. tit. 13. de pignori. part. 5. [ Solum de his quæ ad dotem pertinent aliqua breui calamo referam ex his, quæ eleganter doctèque tradit dom. Did. Couar. libr. 1. resolutio. cap. 7. vbi resoluit quod hypotheca expressa pro dote ex conuentione compe- tens non præferatur expresse hypothecæ priori. Tacita autem hypotheca pro dote à lege competens iuxta. l. vnicā. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. & §. fuerat insti. de actio. præferatur priori tacite, non tamen prio- ri expresse, præferatur tamen posteriori, expresse. Hæc probat ipse ex glo. in l. asiduis. C. qui potio. in pign. hab. & doctores ibidem ex l. 23. & 33. tit. 13. de pign. par. 5. vbi Grego. Lupi. Anto. Gom. in l. 53. Tauri nu. 37. 38. 39. & 40. dicentes hanc esse receptiorem senten- tiam. [ Et idem per omnia dicendum est in fisco vt in l. 29. & 33. tit. 13. par. 5. & ibi Grego. Lupi in gloss. 2. causa dotis & fisci inter se pari passu ambulant, inter quos sumitur prælatio ex tempore, vt in l. 2. C. de pri- uileg. fisci & l. dotis. C. de iure doti. & si eadē die fuit facta vtriusque obligatio, & non apparet quæ sit an- terior, præferatur causa dotis. l. in ambiguis. ff. de regu. iur. hæc omnia probat Greg. Lupi in d. l. 33. glo. 2. tit. 13. de pign. part. 5. Quid autem si non constet de vera numeratione dotis, sed per confessionem mariti dum taxat tractat optime dom. Did. Couar. libr. 1. resolut. cap. 7. à numero. 4. vsque in finem Anton. Gom. in l. 53. Tauri numero. 52. & sequen. [ Sin autem merces habita fide præcij vendita extant, non sunt reddende venditori, quia non sunt pro precio singulariter obli- gate, sed dominium earum est translatum in empto- rem, quare cum in creditum abierint, creditores hypo- thecarij præferuntur, vt in l. procuratoris. §. si plures versu. sed si dedi. ff. de tributo. l. quidam fundus. ff. de in rem verso, Bar. & alij communiter in l. si cum dotē §. vlti. ff. solu. matri. vbi Alex. hanc esse communem fatetur, idem fatentur eam sequuti Iaso. in l. creditor 1. ff. si cert. peta. Ripa in l. si ventri. §. in bonis num. 6. & seq. ff. de priuileg. credi. Anto. Negusan. de pignori. 4. par. numero. 35. & 36. & in. 2. membro. 5. partis nu. 13. Zaf. in l. quod quis. ff. de priuileg. credi. dom. Dida. Couarru. lib. 1. resolutio. cap. 7. num. 3. versu. cui & illud accedit, & Benuenu. de Straccha de decoctoribus vlt. par. numero. 5. contra Bal. in l. pro debito. C. de bon. au- tho. iudi. possid. & in consilio. 400. numero. 8. libro. 5.

7 & consi. 432. lib. 1. [ Quem tamen Sali. in. d. l. pro de- bito intelligit, vbi venditores sibi cōsulerent, vt vē- dite res sibi obligatæ essent specialiter, quod totum precium solueretur, tunc nimirum venditores credi- toribus etiam anterioribus præferentur, iuxta tex. in l. licet. C. qui potio. in pigno. habe. l. quamuis. 2. C. de pignori. l. 30. prope finem. tit. 13. de pignoribus part. 5. Franc. Curti. apud Alex. in. d. l. sicum dotem. §. fin. ff. solu. matri. Iaso. in l. qui Romæ. §. Calimachus numer. 5. ff. de verb. obliga. Anto. Negusan. de pignoribus. 2. membro. 5. partis numero. 19. & sequ. Benuenutus de Straccha de decoctori. vltim. par. numer. 5. vbi cū Ne- gusantio de pigno. 4. par. numero. 55. discutit an satis sit, quod in eodem instrumto hæc hypotheca subij- ciatur post traditionem, an vero exigatur, quod fiat ante vel in ipsa traditione, & concludit cōtra Ne- gusantium satis esse etiam si post traditionem pactum subijciatur, idem voluit Carol. Ruy. consilio. 214. num. 10. lib. 1. & Curti. Iuni. consilio. 146. & seq. [ Et licet venditor, qui hoc pactum apposuit ceteris creditori- bus hypothecarijs anterioribus præferatur, vt dixi, non tamē præferretur mulieri tacitam vel expresse in dote hypothecam habenti, per tex. insignē in auth. de equalita. dot. §. his consequens est collatio. 7. vt ex eo colligit ibi Accursi. in verbo agrum, Specula. in tit. de obliga. & solutio. §. 1. numero. 45. Bar. Alberi. Fulgo. & Salice. in l. interdum. ff. qui potio. in pig. habe. Paul. & Iaso. in l. creditor. 1. ff. licet. peta. Math. A. ff. decisio. Neapoli. 306. dom. Did. Couarru. hanc com- muniorem esse & in praxi receptam attestatus libr. 1. resolu. cap. 7. numero. 2. & 3. Contrariam tamen sentē- tiam tenuit Grego. Lupi in l. 30. in verbo. el postime- ro tit. 13. de pigno. par. 5. argumento eiusdem legis, quæ hunc casum dotis non excepit, prout lex. 29. & 28. præ- cedentes, nec ex eis posse ad speciem nostram inferri, quandoquidem in eis, res relecta, vel pro qua conser- uanda fuit impensum, erat iam sub hypothecā mulie- ris à principio, hoc verò casu, de quo agimus, non fuit enim hypotheca conuentionalis bonorum præsentium & futurorum, vnde in bonis postea quaesitis emptis ex pecunia alicuius cum pacto hypothecæ, numerum qui sic credidit, si omnibus creditoribus anterioribus atque etiam mulieri & fisco, in istis præferatur, quod iustum esse asseruerat ipse Grego. Lupi, idemque vo- luisset refert Bald. nouellum de dote. 10. par. numer. 3. idem etiam voluit Negusanti. de pignori, par. 5. 2. mē- bro nume. 17. Cœpola cautela. 124. & hæc mihi æquior videtur opinio. [ Caterum si cū mercator iam con- silium fugiendi iniisset, merces ab alio emit mercatore, qui habita fide præcij ei merces tradiderit, præsumi- tur, præcedentem dolum causam dedisse fidei habedæ de precio, atque ideo vèditionem irritam fuisse, & consequenter mercium dominium non fuisse transla- tum, vt scribit Angelus & Alexander in l. sicum dotem. §. si mulier. ff. soluto matrimonio. Si igitur dominium translatum non fuit in emptorem, con- sequitur venditorem creditoribus omnibus etiam hy- pothecarijs præferendum, huius sententiæ fuit Anto. Negusan. de pignori. in. 2. membro. 5. partis numero 8. aliā s. 13. vbi citat idem voluisse Veronensem in caute- lis pagi. 16. vulgaris colu. idem censuit Benuenu. de



Straccha de decoctoribus. 3. par. numero. 31. idem asserens sine dubio, vbi res tradita non fuit verè vel fictè. Tunc autem censebitur consilium fugiendi inuitum, cum id ante dixerat decoctor coram aliquibus iuxta sententiam Accursij in l. Fulcinius. §. quid sit autem latitare in verbo animus. ff. quibus ex caus. in poss. eat. & Ang. in d. l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solu. matri. vel si ex breuitate temporis & vicinitate contractus & fugè hoc colligatur arg. tex. in l. si ventri. §. in bonis & quod ibi dixit Ripa. ff. de priuileg. credi. quibus adde tradita per Deci. consi. 182. in fin. & multa similia congregat Marsili. consilio. 48. numero. 31. & seq. & in l. statuliberi numero. 3. vsque in finem. ff. de questio. & in eius practi. crimi. §. nunc videndum nu. 33. vsque ad nume. 44. Alcia. de præsump. in. 3. regula vers. 9. præsumitur numer. 23. & versic. 10. præsumitur num. 8. cum concordant. à Tiracu. traditis lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 7. nume. 76. & seq. pag. 96. & deinceps, quibus adde congesta per Benuen. de Straccha de decoctoribus par. vlti. num. 33. & sequen. [ Hypothecas tacitas habentes enarrantur in l. 23. & sequen. tit. 13. de pignor. part. 5. & per totum in titulum. ff. & C. in quibus cau. pign. vel hypo. rati. cōtra. Quilibet iuxta antiquitatem & anterioritatem debiti, & hypothecæ tacitæ præfertur posteriori etiam habenti expressam vt in l. 1. C. si prop. publi. pens. Ripa in l. priuilegia nu. 5. ff. de priuileg. cred. Fallit in hypothecis tacitis priuilegiatis dotis & fisci, in quibus obserua quod supra diximus.

11 [ Hoc tamen vnum est ante omnia aduertendum, nullam esse differentiam in expressis hypothecis an sit pecunia numerata, vel sit in instrumēto cōfessio derecepto cum renunciatione non numeratæ pecuniæ: vtroque enim casu qui prior est tempore præfertur posteriori, vt voluit Ripa in l. priuilegia numer. 23. ff. de priuileg. cred. quæ sententia in praxi recepta est, licet Greg. Lupi tenuerit contrarium in l. 27. in glo. magna versic. & signanter nota vnū. [ Nec refert, an per instrumentum publicum an per priuatum hypotheca constituatur, modò priuatum contineat trium testium subscriptionem & alia contenta in l. scripturas. C. qui potio. in pigno. habeant. & in l. 31. titu. 13. par. 5. de quo per dom. Did. Couarru. lib. practica. questio. cap. 22. num. 5. [ Post hypothecarios creditores priuilegiarij sequuntur. l. sed an hic. ff. quod cum eo. l. ex facto in fin. ff. de pecul. l. deferre. §. si. ff. de iure fisci. in quibus non ordo temporis inspicitur, sed causæ. l. priuilegia ff. de priuileg. credi. & si eiusdem tituli fuerint concurrunt, licet diuersitas temporis in his fuerit. d. l. priuilegia l. 11. tit. 14. de solutio. & l. 2. tit. 15. de cessione bonorum par. 5. nisi quatenus lege cauetur, quod vnum priuilegium alteri præferatur secundum Azo. in summa. C. de bon. auth. iudi. poss. glo. & doct. in d. l. priuilegi. Greg. Lupi in l. 12. glo. vlt. tit. 14. de solutio. par. 5. Benuen. de decoctoribus vlti. par. nu. 17. & 19. Priuilegiarij etiā diuersorum titularū simul etiā admittuntur glo. Bar. Alber. & alij cōmuniter teste Ripa nu. 38. in l. priuilegia. ff. de priuileg. credi. Fallit quādo vnū priuilegiū est potius altero, vt in eo qui mutuauit ad rem reficiendā. l. interdū. ff. qui potio. in pigno. hab. vel in causa funeraria, quæ omnibus priuilegiarijs præfertur, etiā si ex causa depositæ pecuniæ vel rei quæ ponde-

re, numero, vel mēsurā cōsistit, debeat vt in l. 9. tit. 3. de deposito par. 5. glo. & doct. cōmuniter, vt ibidem attestatur Ripa. nu. 61. in l. priuilegia. ff. de priuileg. credit. [ Hęc tamen limita, nisi alter ex creditoribus personalibus priuilegiarijs diligens fuerit in solutione cōsequenda, aut in obtinenda sententia, qui enim prior ex eis obtinuerit, alijs præfertur secundū glo. in l. inter eos. ff. de re iudi. & l. si hominē. §. quoties. ff. de deposi. & in l. 11. tit. 14. de solutio. par. 5. l. qui autē. §. sciendū. ff. quæ in fraud. credi. l. 9. tit. 15. de cessione bono. par. 5. Ripa in d. l. priuilegia. nu. 57. ff. de priuileg. credi. [ Post priuilegiarios veniūt creditores personales non habentes priuilegiū & in tributū oēs, ita vt si debitor omnino soluendo non sit, oēs faciāt partes per cōcursum, & solutio fiat pro rata eius quod cuique debetur, vt in l. procuratoris. §. si plures cum. l. seq. ff. de tributo. Paul. Cast. cōf. 285. in prin. & si. l. 1. Bal. cōf. 400. nu. 8. li. 5. & in l. pro debito. C. de bo. auth. iud. poss. Benuen. de Straccha de decoctoribus vlt. par. nu. 16. & seq. l. 11. titu. 14. de solutio. par. 5. si autem debitor vni ex creditoribus voluntariè soluerit alijs præfertur tanquam diligens l. qui autem. §. sciendum. ff. quæ in frau. credi. l. 9. tit. 15. par. 5. & similitur qui primo petierit & pro eo lata fuerit sententia alijs chirographarijs præfertur. l. 11. tit. 14. de solu. par. 5. idē si prius petierit executionem sententiæ, quæ pro omnibus lata fuit, is enim alijs præferri debet. l. iudicati actione. ff. de re iudi. glo. & doct. in l. inter eos in verbo occupantis. ff. de re iud. Tēpus itaque sententiæ, vel executionis eius inspicere debet, vt quis alteri creditori personali præferatur vt in d. l. 11. tit. 14. par. 5. & ibi Greg. Lupi. [ In actionibus realibus non potest debitor cui voluerit eorū, qui actiones habent, soluere, sed ei qui prior est tempore, aliās solutio reuocatur per anteriore, vt probat Math. Aff. et. decisio. Neapo. 190. & Gre. Lu. in l. 11. tit. 14. de solutio. in glo. 1. par. 5. & quod ab anteriori reuocari potest pecunia bona fide consumpta est tex. in l. si. §. & si præfata versic. sin verò creditores. C. de iure delibe. & bellis. inē probat Benuen. de Straccha de decoctoribus vlti. par. numero. 29. & sequentibus, ad quæ lecto rem relego.

GLOSS. VI.

Cessio bonorum inuito debitore facta iuxta formam legis nostræ non dicitur beneficium eius, sed creditorum.

f De la manera que han de tener en el traer del argolla. Vt supra eo diximus in l. 6. glo. 3. vbi tradendum esse debitorem, qui bonis cessit, asseruimus, creditoribus cum torque ferreo in collo supra toracem, ad seruicidū creditoribus, iuxta antiquitatē vel priuilegiū debiti vniuscuiusque, præuia iudicis moderatione mercedis pro operis & seruitio sibi debita, Idē ergo fieri debet, etiam si debitor voluntariè non cesserit bonis, sed post quā sex mēsihus post liquidata debita in carcerē māsērit, quod rigidū est valde, atque ideo cessio huiusmodi dici non potest beneficium debitoris, sed creditorum potius, vt latius dixi supra hac eadem lege gl. 2. nu. 1. & 2. ex quo ibi plura expendimus, & in glossis sequentibus, vt ibi videre licebit.

LEY VIII.

¶ La forma que se ha de tener quando ouiere muchos acreedores, y el acreedor no hechare la argolla al deudor.

¶ Don Fernando y doña Ysabel en Sevilla, año de 1502. a. 12. de hebrero pragmática.

¶ Si algun deudor ouiere hecho cession de bienes, o tuuiere mas d vn acreedor, si el primero acreedor en derecho dentro de feys dias despues que fuere requerido, no hiziere hechar la argolla al dicho deudor para q la trayga, como por la ley suso puesta esta mandado, las justicias pasen y entreguen el dicho deudor al acreedor que segun de derecho primero deue ser entregado. Y si aquel no le hechare la dicha argolla segun dicho es, lo pase y entregue al otro acreedor, q como dicho es luego deuiere ser entregado: y desta manera a los otros sus acreedores, y sucesiue vno empos del otro, hasta q todos seá contētos y pagados de lo que asy les deuiere el dicho deudor.

GLOSS. I.

a Primero deue ser entregado. Repete hęc quę dixi in l. 6. supra eodem gloss. viii. illa enim lex concordat cum ista.

LEY XI.

¶ Que se pueda hazer cession de bienes por interese de la parte por el condenado en pena de hurto executada la pena corporal.

¶ Don Carlos y doña Iuana en Valladolid, año de 1538. a. 18. de junio pragmática.

¶ Declaramos y mandamos, que agora y de aqui adelante las nuestras justicias quando algunas personas fueren presos y condenados por hurtos que ayan hecho, y se executare en sus personas la pena corporal a en que se condenan, y no tuuieren bienes con que pagar a las

partes sus intereses, y haziendo los suso dichos cession de bienes, los admitan conforme a la ley que en este caso habla, aunque la dicha deuda descienda de delicto, segun y como a lugar por leyes destes nuestros reynos en las otras deudas.

GLOSS. I.

Furis pœna iure regio nouissimo. Cessione bonorum locus non est, autequam pœna corporalis executioni mandetur, ibidem.

a Y se executare en sus personas la pena corporal. Nota esse necessarium, vt cessione bonorum locus sit in debito descendente ex delicto, quod præcedat executio pœnæ corporalis, quippe quæ succedit in locum septupli, in quo iuxta leges regias damnari debet, vt refert tex. in l. 9. tit. 11. de furibus lib. 8. infra, vbi pœna additur furi, nempe, vt loco pœnæ septupli & centum flagello rum, infligatur præcisè pœna triremiū sex annis, & si furtum commissum fuerit in regia curia, decem annorum, & non septupli. Quare videtur cessione locum non esse hodie, cum tanto tempore debeat seruire in triremibus, quod spes non sit, iterum rediturum ad seruendum.

GLOSS. II.

- 1 Qui non habet in bonis luit in corpore.
- 2 Cessio bonorum an fieri possit in debito descendente ex delicto, & num. seq.
- 3 Pœna pecuniaria debitor an possit cessionem facere.
- 4 Praxis fori Regij circa debitum ex delicto descendens damnū passo soluendum,
- 5 Legis nostræ intellectus.

b Y no tuuiere bienes cō que pagar a las partes sus intereses. Sed contra opponitur, qui non habet in bonis, luit in corpore, vt in l. 1. ad finem. ff. de pœn. quam ibi expendunt Bar. & doct. Ange. & Iaso nu. 43. in §. pœnales insti. de actio. idem Iaso in l. si quis id quod numero 28. post glo. & doct. ibi. ff. de iuri. om. iud. Ioan. Lupi in repe. rub. de dona. int. vi. & vxo. §. 9. numer. 19. Hyppoli. Marfil. in l. 1. num. 63. C. ad l. Cor. de ficar. c. ad liberandum & ibi Feli. nume. 2. de Iude. Gome. citans concordant. in §. item si quis in fraudem nume. 42. insti. de actio. l. 2. titu. 9. de furtis par. 7. l. fin. & ibi glo. ff. de in ius vocan. [ Cessio igitur bonorum admittenda non est in debito descendente ex delicto, cū debitum istud delinquente existente non soluendo in corporalem pœnam mutetur: quod plures asserunt, nempe, Ioan. Fab. & Salicc. q. 6. in l. 1. C. qui bon. ced. poss.

poss. idem Fab. in. §. cum eo quoque & ibi Bal. Plat. Ange. & Iaso. num. 13. in sti. de actio. Innocen. Enri. & Barba. in. cap. Odoardus de solutio. Iaso. in. d. l. si quis id quod num. 28. Aufreri. in decisio. Capelle To losane. 61. Dida. Perez in l. 3. titu. 1. lib. 3. ordina. colu. 786. in fi. & colu. sequen. dom. Did. Couarru. lib. 2. re solutio. cap. 1. numero. 8. hanc esse communem asseren tes. [ Huic oppositioni respondet dom. Did. Couar. d. c. 1. nu. 3. paulo ante finem, quod pecuniaria poena que iure communi priuato applicabatur, non solum interesse priuati, sed & vindictam continebat publi cam. l. vlti. ff. de in ius vocan. l. si quis id quod. ff. de iu ri. omni. iudi. l. vlti. C. de sepul. viola. semper enim sim plum inerat quadruplo. l. ex hoc edicto. §. vlt. vbi Bar. & alij. ff. de publica. & vectiga. Bal. in. c. 1. §. si duo de pace tenen. & eius viola. Bar. in. l. ab his. C. de nauicu la. lib. 10. Atque ideo nimirum si in ea locus non sit ces sioni bonorum, cum ob inopiam rei incorporalem co uertatur. Poena vero que hodie infligitur, ob interes se & damnum parti illatum ei applicatur, nec vindicta publicae loco infligitur, quare cefsio admittitur vt in hac lege, que in hoc corrigit com munem opinionem vel eam limitat, quod & iure com muni voluit Ioan. And. ei que accessit Panor. in. c. Odoardus de solu. Boeri. decisio. 349. numero. 8. & se quen. Rupellanus forensium institutionum lib. 4. c. 6. vbi idem esse statutum apud Gallos attestatur in Pi ctaviensi conuentu anno. 1531. idem voluit Dida. Pe rez his tacitis in l. 3. tit. 1. lib. 3. ordina. col. 786. in fin. & sequen. [ Demum subdit idem dom. Did. Couar. lib. 2. resolu. cap. 1. numer. 8. in fin. solere regios praetores criminalium, non obstante lege nostra, delinque rem inopem pecuniaria poena damnatum in satisfac tionem priuatae lxfionis ad cefsionem bonorum non admittere, sed in publicas triremes eu dānare, vt trire mis munere fugatur, donec ex mercedis publicae pecu nia damnum sarciat priuatum. Quod hodie in fure locum abtinere non potest, cum iudices praesens teneat tur eundem furem loco septupli vel centum flagello rum in triremes damnare per sex vel. 10. annos iuxta cōstitutionem. l. 9. tit. 11. de furibus infra lib. 8. de quo latus supra eo. glo. 1. [ Vel si mulaueris aliter respon dere, licebit praedictae oppositioni, nempe, vt non procedat in specie legis nostrae, quippe quae de poena fisco vel parti applicata non loquitur, sed de interesse pri uati, scilicet, de restitutione quantitatis furatae, vt con stat ex verbis glo. nostrae, [ si no tuieren bienes co que pagar alas partes sus intereses, ] non dici, si bona non habuerint ad soluendas poenas, sed ad soluendum interesse. Quare nimirum si hac in specie locus sit ces sioni bonorum, vt ex seruitio furis domino rei fura te satisfiat de eo, quod sibi debetur a delicto procedens.

G L O S S. III.

Cefsionem cogitur delinquens facere si non habet bona unde domino damna satisfiat. & per sex mens ses steterit in carcere, sicut fit in debitore ex con tractu.

En las otras deudas. Nota quod in debito ex delicto

descendente idem per omnia est seruandum, quod in debitis ex contractibus, nempe, vt elapsis sex mensibus quibus debitor in carcere manserit post liquida tum debitum cefsionem bonorum facere cogatur iux ta formam in l. 7. supra eodem traditam, vbi dixi,

L E Y. X.

¶ Porque tiempo se prescribe la fiaduria de presentar a al guno a juyzio.

¶ Don Alonso. XI. en Alcalá. era de. 1386. peti. 33.

¶ A qualquier que saliere por fiador por otro para lo presentar en juyzio hasta cierto tiempo, so cierta pena, y cayere en la dicha pena, si no le fuere pedida de tro de vn año, contando desde el dia en que la dicha pena cayo, no le pueda ser mas adelante demandado.

G L O S. I.

- 1 Fideiussio voluntaria qua.
- 2 Fideiussio necessaria quae cuiusplura exempla traduntur.
- 3 Fideiussio necessaria quae ob defectum immobilium a reo conuento praestatur.
- 4 Satisfactio in defectum immobilium quare a reo exigatur.
- 5 Immobilia bona non possidens satisfat, quia praesumitur liti non adfuturum. Fuga praesumptio cessat per possessionem immobilium, ibidem.
- 6 Satisfactionem iudicio sistendi an iudicatum soluendi reus non possidens immobilia praestare teneatur, aut aliam. Fideiussio de la haz a non possidente immobilia praestatur, ibidem.
- 7 Bona immobilia quot vel quanta quantitatis possidere debeat reus vt satisfactionem euitet, an quae sufficiant ad rem petitam, an ad euitandam fugae suspicionem.
- 8 Fideiussor iudicio sistendi lata sententia regulariter liberatur,
- 9 Fideiussor iudicio sistendi perempta instantia libera tur.
- 10 Fideiussor iudicio sistendi in criminalibus lata prima sententia liberatur.
- 11 Fideiussor iudicio sistendi lata sententia liberatur etiam si mandatis curiae parere promiserit, & omnia facere quae in iudicio fieri oportet.
- 12 Fideiussor de la haz hoc est praesentandi reum in iudicio

cio, quoties iudici placuerit, non liberatur per sententiam.

Fideiussor de haz qualiter obligari debeat. ibidem in fi. Lex graec. §. & post litem. ff. de fideiussor. declaratur a numero. 8.

14 Fideiussio in causa criminali pro qua venit imponenda poena pecuniaria sumi debet per iudicem, alias reo facit iniuriam.

Carcerem euitat reus dondo fideiussorem de se praesentando & c. in causa criminali pecuniaria, ibidem.

15 Fideiussor, ad euitandam carcerem eius qui criminaliter fuit accusatus, si venit imponenda poena corporis afflictiva, non admittitur.

16 Fideiussor sumi potest ad relaxandum reum a carcere, si pro crimine venit imponenda poena pecuniaria.

17 Fideiussor in causa criminali pro qua venit imponenda poena corporalis admittitur ad relaxationem carceris.

18 Fideiussor in causa criminali pro qua venit imponenda poena pecuniaria & in eius defectum corporalis an accipi possit ad relaxandum reum a carcere.

19 Publicatione facta si constat de innocentia rei vere vel praesumptiue est a carcere relaxandus etiam abs que fideiussoribus.

20 Consuetudo vt accusatus de crimine capitali possit sub fideiussoribus relaxari an valeat.

21 Poenam pro alio pati ex consensu proprio an possit consuetudine induci.

Sententia capitalis transit in re iudicatam, si reus non appellauerit, vel alius pro eo, ibidem.

22 Statutum vt accusatus pro crimine capitali possit sub fideiussoribus relaxari a carcere an valeat.

23 Poenam corporalem an possit quis pati pro altero de eius consensu.

24 Fideiussor commentariensis punitur ac custos ipse carceris ob negligentiam.

25 Sententia executioni mandatur mittendo reum in carcerem.

26 Index qui in causa criminali relaxauit reum sub fideiussoribus, vbi venit imponenda poena corporalis punitur Regis arbitrio.

27 Fideiussionis sistendi vel praesentandi reum in iudicio in causa criminali forma.

28 Fideiussor reum praesentandi in iudicio vel in carcere vnica praesentatione liberatur,

29 Fideiussor reum praesentandi in iudicio toties quoties index praeeperit non liberatur vnica praesentatione.

30 Fideiussor sub quo reus criminis relaxatur ad quid teneatur, remissioe.

Fideiussor iudicio sistendi vel iudicatum soluendi possit ne executione puniri, remissioe, ibidem.

Lex nostra de quo fideiussore loquitur, ibidem in fin.

- a Para lo presentar en juyzio hasta cierto tiempo, e so cierta pena. Hic examinare oportet, de quo fideiussore loquatur lex ista, sunt etenim plura fideiussionum siue satisfactionum genera, alia siquidem est voluntaria, alia necessaria. Voluntaria satisfactio est, quoties nulla lege cogente, alienam obligationem aliquis in suam suscipit fidem, non ex hoc liberans principalem debitorem, manet namque similiter obligatus secundum Hostiē. in summa de fideiussor. in principio & habetur in principio in sti. eodem tit. [ Necessaria vero satisfactio est, ad quam ex lege quis astringitur, licet causa pri meua sit voluntaria, nisi tamen dolo proprio vel culpa ad hoc ordinata quis incidat in necessitatem. l. de die. §. tutor vbi Bar. Soci. & doct. ff. qui satisfactio cogā. vbi traduntur exempla, veluti cum tutor & curator satisfactio rem pupilli soluat fore, in sti. de satisfactio. tuto. in principio & §. quibus constitutionibus. Item de restituenda domino proprietate is cui vsusfructus datus est. l. 1. in principio. & §. 1. 2. & 3. & §. habet. ff. vsusfructuarius quemad. caue. l. si cuius in principio ff. de vsufru. Item legatarius cauet, quod cuiusda hęreditate legata reddet. l. vlti. circa prin. C. de peti. hęred. & d. l. de die. §. tutor. Item idem legatarius satisfactioem praestat de restituendo id quod amplius accepit, quam per legem Falcidiam liceat. l. 1. in principio. ff. si cui plusquam per. l. Falcid. Item hęres pendente die vel conditione satisfactioem tenetur de restituendo legata cum dies aduenerit, vel conditio fuerit adimpleta. l. 1. ff. vt legatō. nomi. cauea. hęc omnia exempla tradit iurifconsultus Paulus in. d. l. de die. §. tutor. ff. qui satisfactio cogā. & generaliter pro debito sub conditione ex vltima voluntate hęres satisfactioem tenetur legatario vel substituto. l. inter omnes. ff. eo. tit. [ Est item alia satisfactio necessaria, quoties actioe personali conuentus non possidet immobilia vel annuos redditus in loco iurisdictionis, & constat saltem summarie de debito: tunc enim satisfactioem praestare tenetur reus conuentus iudicio sisti, non vero iudicatum solui. l. sciendum & ibi docto. ff. qui satisfactio cogā. auth. offeratur. C. de lit. contesta. §. sed hodie in sti. de satisfactio. l. 41. tit. 2. part. 3. l. 2. tit. 3. de los emplazamientos lib. 2. fori. & l. 3. supra eo. que hoc tantum addit iuri communi, & regio antiquo, vt ibidem dixi, quod testibus sumarię receptis vel per instrumentum constare debet de debito, antequam reus carceri mancipetur in defectum fideiussorum, vt aduertit Ioan. Lupi in. l. 66. Tauri vnde d. l. 3. supra eo. sumpta fuit numer. 41. & Anto. Gom. num. 2. [ Circa huiusmodi satisfactioem plura diximus supra eod. l. 3. glo. 1. Ratio autem quare hac in specie satisfactio exigatur in defectum immobilium traditur per Accursium in. d. l. sciendum glo. 1. magna ad finem, nempe, quia per possessionem immobilium factis est cautum actori: quandoquidem debet eorū possessio esse commensurata quantitati, super qua cōtro uertitur secundum Guillel. ibidem, satis ergo cauetur actori pro executione sententię, sed hęc ratio cōfunditur per tex. in. d. l. sciendum. §. si fundus. ff. qui satisfactio cogā.
- 2
- 3
- 4

cogan. Vbi vxor conuenta actione personali licet possidere non dicatur fundum dotalem, vt in. l. Pomponius. §. in dote. ff. de acqui. poss. habetur tamen pro possidente, vt euitet satisfactionem, & constat non esse consultum agentis in executione sententię: cū possessio & dominium rei dotalis sit apud virum, vt in l. in rebus & l. vbi adhuc. C. de iure doti. l. doce ancillam. C. de reuendi. quapropter rationem hęc improbat Bar. in. d. l. sciendum nume. 4. ff. qui satisfd. cogan. [ Et reddit aliam, quę communiter recipitur, nempe, quia reus conuentus non possidens immobilia pręsumitur liti non adfuturus, sed quod fugiet argu. l. 1. & 2. & quę ibi notantur. ff. in ius vocati, vt eant aut satisfdent, cessat itaque per possessionem immobilium pręsumptio fugę, & per consequens cessabit onus satisfactionis, hanc rationem admittunt Bal. & Ang. in. d. l. sciendum in principio & Soci. eam dicens communem. ff. qui satisfd. cog. Roderi. Xua. in. l. 2. tit. 3. de los emplazamientos lib. 2. fori in principio nume. 12. vbi num. 3. asserit iure regio veriore esse videri ratione glo. in. d. l. sciendum per illam. l. fori & aliam in. l. 1. tit. 5. eodem lib. 2. fori & l. 6. tit. 8. eo. lib. ibi, E sino fuere arraygado de fiador de la demanda o peños que lo va la & c. Quę quidem leges satisfactione iudicio sisti & iudicatum solui requirere videntur, atque ideo nimirum si possessio immobilium ad eundem effectum exigitur, vt securus sit actor, & debito non fraudetur: at que ei sit omnino vel bonis immobilibus a reo possessis, vel prestita satisfactione cautum. [ Sed nihilominus dari non oportere satisfactionem iudicatum solui etiam iure regio resoluit Rod. Xuar. in. d. l. 2. versi. vlt. terius nota istum tex. num. 3. & 5. sed fideiussorem de reo pręsentando & exhibendo iudici, de la haz appellatum, quoties ei fuerit denunciatum vel petitum, aliās soluet iudicatum, citat Rod. tex. in. d. l. 2. titu. 3. libr. 2. fori, ibi de fiador que le cumpla el fuero, sed dādo hu iusmodi fideiussorem de la haz, impletur forus, nam iure fori, debitore non existente soluendo, debitor ipse tradi debet creditori ad seruendum, donec ei satisfiat vt in. l. 2. tit. 8. de los gouernos li. 3. fori trasumpta in. l. 4. supra eo. nō ergo erit satis satisfdatione de iudicio sistendo pręstare, imo hęc non requiritur iure nostro secundum Montal. in. d. l. 2. tit. 3. glo. vlti. libr. 2. fori. cum iure regio in absentia procedi possit ad diffinitiuam lite non contestata, vt in. l. 1. tit. 11. de missio ne in possessionem ex. 1. vel. 2. decreto supra libro. 4. Pręsentia autem rei conuenti requiritur ad executionem, cum seruire actori teneatur bonis deficientibus, satisfdabit ergo de exhibendo reum quoties petitū fuerit, vt cum Grego. Lupi diximus supra eod. l. 3. glo. 1. num. 4. & constabit ex his, quę numer. sequi dicemus. [ Sed quot bona immobilia possidere debeat reus vt euitet satisfactionem, & carceris intrusionem si fideiussores non dederit? Respondeo, Accursius singulariter in. d. l. sciendum in principio. ff. qui satisfd. cogan. tot asserit bona immobilia possidere debere, quot quātitati rei petitę æquiualeant, cui glossę similis est alia in. §. sed hodie in verbo ad terminum in fin. in. l. de satisfda. & in. §. hinc nobis in auth. de hæredi. & Falcid. Verū tamen verior & receptior est sententia Bart. &

doctorum in. d. l. sciendum teste Alexand. ibidem, medium esse eligendum arbitrio iudicis, vt non tanta immobilia requirantur, quanta æquiualeant rei petitę, nec tam modica vt non repellatur suspitio fugę. Roderi. tamen Xuares in. d. l. 2. tit. 3. lib. 2. fori in principio numero. 19. iure regio resoluit hoc etiam esse arbitrarium, arbitrium tamen aliud esse debere iure communi, aliud iure regio. Iure namque communi Imperatorum requirebatur tot bonorum possessio, quot iuxta iudicantis arbitrium sufficeret ad pręsumendū eundem reum non necessurum a iudicio vsque ad diffinitiuam sententiam, ne ob eius absentiam sententia & iudicium frustraretur, non enim poterat iure communi iudicium peragi absque litis contestatione, & pręterea melius causa terminaretur reo pręsentante, quā absente, vt clare deducitur ex: d. §. sed hodie in. l. de satisfda. & clarius ex his quę scripsit Ange. in. l. Iulianus in. l. ff. qui satisfda. cogan. & Alexand. in. d. l. sciendum in principio eodem titu. & Roderi. Xuares vbi supra. Hodie autem vt ipse subdit iure regio, cū procedi possit ad diffinitiuam lite nō contestata & in absentiam iuxta. l. 1. tit. 11. supra libro. 4. & dixi in stylo cancellarię titu. 3. capit. 1. §. 6. non sufficet satisfdatio de iudicio sistendo vsque ad diffinitiuam, nec possessio bonorum immobilium quę cessare faciat suspitio nem fugę, quęque ad esse pręsumi faciat vsque ad diffinitiuam, sed quod bona possideat quę cessare faciāt pręsumptionem fugę vsque ad executionem sententię. Nam licet ad sententiam vsque rei pręsentia non exigatur iure regio, exigitur tamen in eius executione, quippe qui bonis deficientibus debet tradi creditoribus ad seruendum, donec eis de debito satisfaciatur, vt in. l. 2. titu. 8. de los gouernos libro. 3. fori & l. 3. supra eodem: hęc fuit sententia doctissimi Roderici Xuares, quamuis non ita plenē explicuerit, in. d. l. 2. titu. 3. de los emplazamientos libro. 2. fori in principio numero. 19. qui deinceps tractat de qualitate bonorum, quę ad euitandam satisfdatione exigitur, quę hic non examino. [ Nec ab re hic incidit quęstio, quid discriminis sit inter fideiussorem iudicio sisti, & fideiussorem de pręsentando reum in iudicio toties, quoties iudici placuerit seu ad omnem eius requisitionem, quem Hispanē dicimus de la haz? Respondeo fideiussor iudicio sisti lata sententia liberatur, obligatur siquidem quod reus sistet in iudicio vsque ad sententiam inclusiuē, non verò post sententiam in causa appellationis, nec in executione sententię, vt in. l. Gręce. §. & post litem. ff. de fideiussor. quam non esse alibi asseuerat Bartol. ibi Angelus Paulus Castrensis & Iaso numero. 7. & 8. in. l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisfdare cogantur Mathesila. singulari. 178. idem probat textus in. l. 1. in principio iuncta glossa in verbo iudicium. ff. si ex noxa cau. aga. Baldo in. l. qui crimen. 3. quęstione C. qui accusa. non poss. & in additio. Speculato. titulo de reo in principio Rodericus Xuares in. d. l. 2. titu. 3. de los emplazamientos libro 2. fori. §. sed pone quęstionem numero. 27. Petrus Dueñas in regula. 333. referens se ad Iasonē in. d. §. & fideiussorem, Hypoli. Marfi. in repetitio. rubri. ff. de

9 ff. de fideiussor. numer. 139. in fi. & seq. [ Et non solum fideiussor iudicio sisti liberatur lata sententia, verum etiam perempta instantia, etiam si lis denuo inchoetur glo. est notabilis in. l. pen. in glo. magna. C. de fideiussor. quam sequitur & valde commendat Ange. Alex. & Iaso numero. 8. in. d. l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisfd. cogan. Bal. in. l. fancinus. C. de fideiussor. Bar. in. l. Gręce §. & post litem versi. quęro quid si non est. ff. eod. tit. Marfi. in. d. rep. rub. ff. de fideiussor. nume. 106. q. 11. Idē fit in fideiussore de iudicato soluendo. l. cum apud Sēpronium. ff. iudica. solui. [ Secundo extendit regulā, vt procedat non solum in causis ciuilibus, verum etiā in criminalibus. l. si quis reum. ff. de custod. reorū Iaso in. d. l. 2. §. in fideiussorem numero. 9. ff. qui satisfd. cogan. 2. amplia, Ex quo dixit Bal. in cap. dilectis numero. 12. de appell. cauere oportere iudices, ne carceri pro criminibus mancipatos relaxent sub fideiussoribus de iudicio sistendo, cū talis fideiussio. lata prima sententia spiret, vt in. d. §. & post litem, sed accipiant potius fideiussores de iudicato soluendo, refertque ibi Bal. iudicem quendam hoc ignorantem pro incauta relaxatione cuiusdam delinquentis fuisse in syndicatu damnatum, & vt ipse inquit, desolatum. [ Tertio extenditur etiam si fideiussor iudici promiserit sistere aliquem in iudicio, & parere curię mandatis, adhuc enim lata sententia fideiussio spirat secundum Bal. in additio. ad Specula. in titulo de reo. l. col. Alex. & Ias. in. d. l. 2. §. in fideiussorē numero. 9. vbi quadrupliciter ampliat, etiam si dicatur promitto talem sistere in iudicio & omnia facere, quę in iudicio fieri oportet, ex sententia Bald. ibi. [ Fideiussor autem pręsentandi reum in iudicio toties, quoties iudici placuerit, quem Hispani dicimus de la haz, non liberatur per sententiam, secundum Bart. in. l. si quis reum ff. de custod. reo. quoniam post sententiā persona rei requiritur, vt in ea fiat executio. Et licet Bald. in. l. qui crimē. 3. q. C. qui accusa. non poss. & in additio. ad Specul. in tit. de reo in principio teneat contrariam opinionem: tamen Bart. sequitur Ludo. Roma. in. d. §. & post litem Paul. Alex. Iaso. & ceteri moderniores in. d. l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisfd. cogan. Marfi. in rub. ff. de fideiussor. num. 140. vbi citat concor. Rod. Xuar. in. d. l. 2. titu. 3. de los emplazamientos lib. 2. fori. §. sed pone quęstionem a numero. 32. vsque ad num. 36. vbi consulit iudicibus, vt fideiussionem huiusmodi caute & latē accipiant, nempe, vt fideiussor promittat ream exhibere & pręsentare iudici ante & post sententiā & in omne tempus, toties, quoties ab ipso vel alio iudice competenti fuerit petitum, ita vt in eum exequi possit sententia, vt que renunciet legi fancinus. C. de fideiussor. & l. 17. tit. 12. par. 5. & nisi hæc fecerit soluet iudicatum. [ Cuius sententię ea est potissima ratio, quoniam. d. §. & post litem eiusque decisio limitatur, nisi expresse in fideiussione aliud tempus etiam post sententiam statuatur, id enim quod conuenitur, seruandum est, vt in. l. pen. C. de fideiussor. ibi, tunc enim in tātum eam extendi, in quantum attestatio fuerit expressa, & ibi notant Bar. & Salic. tex. est etiam in. d. l. fancinus. C. eo. tit. vbi Bal. & Ang. notant Rode. Xuar. in. d. l. 2. fori. §. sed pone quęstionem numero. 28. nimirum ergo si ea verba, toties quoties fuerit petitū, hoc

importet, vt fideiussio duret post sententiā cū nō modicum interfit, reum pręsentare post sententiā iure nostro regio, vt non semel diximus, cū eo iure reo nō existente soluendo tradi debet ex officio creditoribus ad seruendum elapsis sex mensibus vt in. l. 7. supra eo. [ Alia est fideiussio in causa criminali, quę dupliciter cōsideratur. Primò ante capturam ad eam euitandam. Secundò post eam ad relaxandum captum a carcere sub fideiussoribus commentariensibus, prior fideiussionis modus continet duas species. Primam, quoties pro crimine venit imponenda poena pecuniaria. Secundam quoties est inflingenda poena corporalis, seu corporis afflictiva, priori in specie potest iudex, imo debet nisi malit reo iniuriam facere, eum nō mittere in carcerē, si fideiussores pręstiterit de ipsū reū pręsentando, quocumque iudex ipse vel alius eius causę competens pręceperit, aliās soluent iudicatum l. 1. l. diuus. 1. & l. si quis reum. ff. de custod. reo. l. eos. §. super his & ibi Sali. C. de appella. l. si verò. §. qui pro rei qualitate ibi, quia sanē non sine qualibet iniuria est duci in ius eum, qui satis idoneū fideiussorem det, ff. qui satisfd. cogan. vbi Bar. & ang. dicunt iudicem ei iniuriā facere, qui idoneos offert fideiussores, si in carcerem mittatur Ang. in tract. maleficio. in verbo pro quibus Antonius fideiussit numer. 1. & 2. & ibi Augusti. in additio. ponit casus, in quibus etiam poena sit pecuniaria, reus non est sub fideiussoribus relaxandus, Rode. Xuar. in tractatu de fideiussore in causa criminali in principio. [ Secunda in specie quoties pro crimine venit imponenda poena corporis afflictiva, praxi iuridica hęc est, vt pręmissa summaria informatio ne delicti, etiam semiplena, carceri reus mancipetur absque alia citatione verbali ne aufugiat. l. nullus vbi glo. & Sal. C. de exhiben. reis. l. 2. iuncta glo. 1. C. de custod. reo Greg. Lupi in. l. 1. tit. 29. de custod. reo. gloss. 1. part. 7. Sed in hoc plurima sunt a iudice consideranda: qualitas criminis, & personę accusatę contra quę proceditur vt in. l. 1. ff. de custod. reo. l. 1. & 4. titu. 29. de custod. reor. par. 7. & l. 16. tit. 1. de accusa. part. 7. vt recte distinguit Rode. Xuar. in. d. tracta. de fideiussor. in causa criminali. col. 2. versi. practica & tribus sequi. Anto. Gomez. de delictis. cap. 9. num. 1. hac etenim in specie reus sub fideiussoribus relaxari nō poterit, nec carcerem euitare, vt in dictis legibus probatur, maxime in. d. l. diuus. 1. ff. de custod. reo. & in legibus Parti. supra citatis Greg. Lupi in. l. 18. in verbo reuelde titu. 1. par. 7. dom. Did. Couarr. lib. 2. resolutio. cap. 8. num. etiam. 8. [ Quando autem agitur de relaxando captum ob aliquod crimen a carceribus, eadem fieri debet distinctio, vt si pro crimine venit imponenda poena pecuniaria possit sub fideiussoribus relaxari. l. 1. l. eos. 1. §. super his. C. de appell. l. minime eodem titu. vbi Bar. & docto. & l. 3. & 4. ff. de custod. reo. l. si quis pro eo. §. vlti. ff. de fideiussor. l. si a reo. §. fin. cod. titu. l. 20. tit. 29. de custodio reorū par. 7. Grego. Lupi in. l. 16. tit. 1. in verbo sobre fiador prope finem eadem par. 7. l. 16. titu. 18. supra lib. 4. quę vsque adeo vera sunt, vt iudex fideiussores hac in causa recipere recusans teneatur in syndicatu actione iniuriarum, argu. tex. in. l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisfd. cog. quem ad hoc expendunt ibi Bar. Angel. Paul. Alex. & ceteri communi-



muniter Anto. Gomez de delictis cap.9.num.8.dom. Didac. Couarru. libro.2. resolutio. capit.8. numero.8. [ Vbi autem pro delicto venit imponenda poena corporis afflictiva non debet sub fideiussoribus relaxari, vt in l.3. ff. de custod. reo cuius verba sunt, [ Nisi tã graue scelus ipsum commississe constet, vt nec fideiussoribus nec militibus committi debeat, ] & ibi communiter docto. tex. in proœmio tituli.29. de custodia reorum & l.10. eiusdem tituli par.7. Rode. Xuares hanc dicens communem in tracta. de fideiussor. in causa criminali col.7. ver. & si meç cõditionis, lex regni nãstri 16. tit.1. par.7. ibi, [ Ca en tal caso como effeno deue ser dado sobrefiador en ninguna guisa. ] Vbi Gre. Lu. id obtinere ait, etiãsi pro crimine ueniat imponenda poena pecuniaria & in defectum poena corporalis, rationemque reddit, quia fortè ipse nec fideiussor soluent poenam pecuniariam, licet sint soluendo, vt Bar. adnotauit in l. item liberatur. §. qui paratus. ff. quib. mod. pig. vel hypo. solui. & Bal. in l. data opera num. 14. & 15. C. qui accus. non poss. & in l.1. ff. qui satisf. cogan. Sed hoc intelligit Bar. in d. §. qui paratus, quando statutum dicit, si non soluerit quantitatem pecuniariam, amputetur ei pes vel manus, secus si diceret si non potuerit quantitatem soluere amputetur ei pes vel manus, quoniam tunc datis idoneis fideiussoribus debet à carcere relaxari: quia dici non potest non posse soluere, qui fideiussores idoneos inuenit. l. nemo dubitat. ff. de regul. iur. Rod. Xua. in d. tracta. de fideiussore in causa crimi. §. quoad aliam particulam, versic. & in tantum est vera regula. Ex quo infertur ad intellectum. l.6. tit.5. lib.4. fori, vbi pro primo furto imponitur poena pecuniaria, & quod in defectum pecuniarie furi aures amputentur: nam si fur dederit idoneos fideiussores, erit à carcere relaxandus. Idem inquit Rod. esse, si lex vel statutum imponeret dictam poenam corporalem ei, qui non satisfaceret, poterit siquidem sub fideiussoribus relaxari, vt ibi per eum. Ego autem idẽ puto statui debere in omnibus casibus, in quibus venit imponenda poena corporalis in defectum pecuniarie contra Bar. & præfatos doctores, quoniam vel reus ipse vel fideiussores, vel tabellio seu iudex qui eos accepit minus idoneos, poenam pecuniariam soluent, quare nõquam locus erit poenę corporali: atque ideo nimirum si possit sub fideiussoribus relaxari, & hæc erit prima limitatio ad regulam supra numero.17. traditam. [ Secundõ limita, nisi post testium publicacionem apparuerit de innocentia accusati, tunc enim nõ est reus in carcere detinendus, sed statim relaxandus etiã absque fideiussoribus, tex. est singularis in l. nullus. C. de exhib. reis, quem Bal. extollit in l. sed & his ff. de in ius vocan. Rode. Xua. in d. tracta. de fideiuss. in causa crimi. collu. 11. fol. 108. ex quo asserit sumere fundamentum legem Toleti.8. tit.7. de p̄toribus criminalium supra libr.2. p̄cipientem, ne reum, qui se carceri regię cancellarię p̄sentauerit in appellacionis gradu seu causa, sub fideiussoribus relaxent, donec testium publicacio facta fuerit, etiamsi poena pecuniaria veniat infligenda, ad idem ordinatio.21. huius cancellarię Argentinę. Cæterum si vere vel p̄sumptiue constare poterit de innocentia accusati, poterit sub fideiussoribus relaxari, etiamsi ex natura crimi-

nis poena corporalis esset infligenda. [ Tertio limita, nisi aliud consuetudine esset introductum, vt accusatus etiã de crimine capitali possit sub fideiussoribus relaxari, valet enim huiusmodi consuetudo, vt censet glo. singularis in cap. cum homo.23. q.5. in verbo supplicium, ex qua duz eliciuntur cõclusiones. Prima nõ posse quenquam fideiussorem esse, vel aliã libero cõsensu astringi, vt pro alio poenam corporis patiatur argu. l. liber homo. ff. ad l. A quil. quę sententia frequẽtissimo omnium consensu recepta est, vt constat ex Feli. in cap.2. de constitu. num.2. & Hypolito in rub. ff. de fideiussor. q.29. num.206. Paulo Grillando in tracta. de relaxatione carceratorum in rub. de fideiussoribus reorum, idem voluit Marfi. in l. infans numero 16. ff. ad l. Corne. de ficar. Roder. Xua. in d. tracta. de fideiuss. in causa crimi. Anto. Gomez tomo.3. de delictis. cap.9. num.8. in fi. dom. Didac. Couarr. lib.2. resolutio. cap.8. numero.8. [ Secundum probat gloss. illa moribus posse indici, quod innocens seipsum obliget pro alterius crimine ad corporis poenam, quã in hoc expendit Lud. Roma. confi.15. & singul.128. Feli. in d. capit.2. de consti. numer.2. & ibi Deci. 1. & 2. lectioe vtrouique nume.4. idem Feli. in cap.2. num.8. de proba. Roch. Curti. in tracta. de consuetud. num. 44. & sequen. Anto. Gomez de delictis cap.9. numer. 8. vbi citat concordan. Grego. Lupi in l.10. in glo. pen. titu. 29. de custodia reorum par.7. quasi legis seu consuetudinis autoritas accedens priuatorũ consensui id possit efficere, quod solo consensu permillum nõ est, quẽ admodum & non appellans à sententia capitali sibi p̄iudicat, ex tacito eius consensu simul cum legis id p̄cipientis autoritate, vt eruditè probat Deci. in d. cap.2. num.4. & in cap. iurauit column. vlti. de proba. dom. Did. Couar. in epitome de sponsal.2. par. cap. 8. §. vlti. nume.15. & sequen. [ Eandem glossę conclusionem extẽdunt ad statutũ, quod consuetudini æqui paratur, vt in l. de quibus. ff. de legi. l.aso in §. quẽdam num.37. insti. de actio. Deci. in d. cap.2. de consti. 1. & 2. lectio. num.4. licet communis opinio sit, quod statutum hoc nõ possit efficere, vt alter pro altero poenam luat corporalem, adhuc tamen consensus simul cũ statuti autoritate id poterit efficere, vt ibi tradit Deci. [ Verũm his non obstantibus contraria sententia verior est contra glo. in d. cap. cum homo. 23. q. 5. quod voluit Feli. in d. cap.2. de consti. nume.2. & in cap. ius generale. 1. distinctio. in fi. cui accessit dom. Dida. Couar. lib.2. resolutio. cap.8. numer.8. ex eo quod lege humana nõ potest innocẽs pro culpa alterius corporali poena puniri, nec consensus proprius id potest efficere, nec vlla iusta causa dari, ex qua poena corporali innocens pro alterius crimine puniatur, vt cõstat Deuteronomi. cap.24. non occidẽtur patres pro filijs, nec filij pro parentibus, sed vnusquisque pro peccato suo morietur, & Exodi.23. in fontem & iustum non occides, & nuncupatim hanc sententiã assuerant Diuus Augusti. q.8. super Iosue Alexã. Halen. 3. par. quæst. 41. membro. 4. articulo.1. Diuus Thomas. 2.2. quæst. 108. articulo.4. Cardin. à Turrecremata in capit. vn. decunque. §6. distinctio. Ioann. Arboreus lib. theosophic. 6. c.9. Alfon. à Castro de iusta hæreti. punitio. li. 2, cap.11. Pluthar. in li. de sera numinis vindicta. d. D. Couarr.

Couarru. lib.2. resolutio. c.8. nume.1. in.3. conclusionem licet alijs poenis amissionis honorũ & fame filius ob crimen patris puniri possit, vt p̄citatari authores asserunt per text. in c. vergentis. §. nec huiusmodi, de hæreti. quare sententia hæc mihi magis probatur, nempe quod consuetudo vel statutum efficere non possint, vt quis consentire possit ob alterius culpam puniri corporaliter. Nisi culpa ipsiusmet poenam, quam alius pati deberet, iuste patiat, vt de carceris custode dicimus, non exhibente reum accusatum, utpote qui ob eius negligentiam à carcere aufugerit. Eadem nanque poena punitur, quam pati debuisset reus aufugiens, vt in l. ad commentariensem. C. de custod. reo. & l.12. titu.29. parti.7. vbi Grego. Lupi in verbo è castigados. l.12. titu.23. de executoribus curiæ supra libr.4. sumpta ex l.12. titu.14. lib.2. ordinamen. vbi vide circa hoc Didac. Perez col.555. & sequentibus, & Matth. Afflict. in constitutionib. Neapolitanis lib.1. rubri.88. col.2. nume.3. [ Ex quo idem iure communi statui debere in fideiussore commentariensi, cuius negligentia punitur, perinde ac carceris custodis, pluribus rationibus probat Roderi. Xuares in dist. tractatu de fideiussore in causa criminali col.12. & sequen. Salicet. in l. ad commentariensem. C. de custod. reo. Gregor. Lupi in l.10. in gloss. penulti. in fin. titu.29. de custod. reorum par.7. Quamuis iure regio hoc non procedat, vt existimat Roderi. Xuares in dist. tracta. de fideiussore in causa criminali col. antepenultima versic. & quamquam per text. ab eo citatum in pragma. 47. c. 2. in regijs pragmaticis transumptũ hodie in lib.2. huius reollectionis tit.7. de p̄toribus criminalium. l.8. sed hoc non dicunt leges ille Regię, nec ex eis expẽdi villo modo potest, quare nulla est in hoc differentia inter ius Regiũ commune Romanorũ, iudicio meo, quod & sentire videtur Grego. Lupi in d. l.10. glo. penul. in fi. tit.29. de custod. reorum par.7. & hæc erit. 4. limitatio ad regulam traditam supra hac eadem gloss. nume. 17. pro qua limitatione citat Roderi. Xuares in d. tracta. de fideiuss. in causa crimi. fol. penulti. col.1. plurima, & inter ea text. singularem in l.15. tit.1. par.7. vbi hac in specie text. dicit, accusatum crimine capitali, vel de quo venit imponenda poena corporis afflictiva, esse securi custodiendum, ita quod in eum exequi possit sententia, & poena corporalis, vel detradendo eum in carcerem, quod securius est, vel militibus committendo aut alijs hominibus, qui eum custodiant iuxta criminis & personę qualitatem, minimè autem sub fideiussoribus relaxandum. Ecce discrimen maximũ lex illa constituit inter verum fideiussorem, vel eum cui rei custodia committitur, qui dicitur commentariensis: vt priori casu sit prohibitum iudici, delinquentem relaxare sub his fideiussoribus, secundo verò casu sub commentariensibus relaxare licet, vt ibi, & in l.1. ff. de custod. reo. & l.4. titu.29. par.7. [ Nec oberit gloss. in dict. c. cum homo.23. quæstio. 5. in verbo supplicium in fine, in qua se fundant doctores. communiter, quippe quę non probat communem sententiam. Cuius glossę verba sunt (potius ergo respicitur hoc factum vel consuetudo alicuius loci quam ius) quę nõ sunt referenda ad text. in dict. cap. cum homo, sed ad verba proximè p̄cedentia eiusdem gloss. cum sic ait

(sed si fideiussor sine dolo reũ criminis nõ exhibet pecuniariter punitur, sed si dolo eũ nõ exhibet punitur arbitrio iudicis, vt. ff. de exhib. reis. l. si quis reum, & C. ad Turpillia. l.2.) quasi dicat gloss. fideiussor rei de crimine capitali accusati, si fortè eum contra leges iudex acceperit, poena plectetur pecuniaria iuxta cautionem vel iudicis decretum, si reum non exhibuerit, quod si dolo p̄cedente non exhibeat, extra ordinem punietur, in fine autem gloss. prosequitur dicens, vbi autem nulla quantitas designata est in dicta cautione vel iudicis decreto, standum est consuetudini quę certam p̄beat formam, qua deficiente iudex quam maluerit statuet, vt in dict. l. si quis reum. ff. de custod. reo. in gloss. allegata, & in l.10. titu.29. de custod. reo. part.7. quam gloss. si ita intelligas non probat communem opinionem, ideo verior est Felini & domi. Dida. Couarru. sententia. [ Iudex autem qui in causa criminali capitali, vel ex qua poena solet infligi corporalis, fideiussores acceperit, punietur superioris arbitrio, vt in dict. l.10. in fin. titulo.29. parti.7. ipsi autem fideiussores non obligantur ad poenam corporalem sed pecuniariam iuxta conuentionem, vel eius prouintię consuetudinem, vel ea deficiente iuxta iudicantis arbitrium, vt in dict. l. si quis reum. ff. de custodia reo. & dict. l.10. titu.29. parti.7. [ Ex quo deduci potest forma fideiussionis sistendi vel p̄sentandi reum in iudicio in causa criminali, nempe, vt certę quantitatis poena fideiussori statuatur, nisi reum exhibuerit in iudicio, quoties sibi fuerit petitum, & quod renunciatur beneficio de fideiussoribus, & specialiter. l. sancimus. C. de fideiussoribus, & l.17. & 19. titulo.12. de fideiussoribus. part.5. quę cum ea concordant, quibus dilatio dicrum fideiussioni ad reum p̄sentandum ex conuentione apposita duplicatur, ita vt si sex menses ex conuentione habuerit ad eum p̄sentandum, annus competat. Deinde promittat fideiussor reum exhibere in iudicio toties quoties curiæ placuerit, & sic duret obligatio exhibendi post sententiam, ita resoluit Rodericus Xuares in p̄citate tractatu de fideiussore in causa criminali columna 12. ad finem post Bartol. in l. si quis reum. ff. de custodia reo. [ Et quia si quis simpliciter promisit p̄sentare quempiam accusatum, intelligitur de prima p̄sentatione dumtaxat, ita vt si semel eum p̄sentauerit liberetur, vt Accursius censet in l. duobus. §. si ei qui in verbo exhibuerit. ff. de iure iurando, vt ibi expendunt Benedictus de Piombino, & Paulus Castren. qui eum. §. legit sub. §. quod si reus columna vltima versiculo vltimo est hic vna, & Alexander in fine, & Iaso columna.1. versiculo super hac.1. parte, & hoc quoque voluit Ioannes Andreas in additionibus ad Speculato. titulo de accusatio. in.3. part.5. vltimo, versiculo sed quid si fideiussor, Paul. Castren. in l.2. §. in fideiussorem. ff. qui satisf. cogantur, Alexander in apostillis ad Bartol. in l. græce. §.1. ff. de fideiussor. eam gloss. dixit esse menti tenendam idem Alexander. confi.16. numero.5. libr.4. pro qua sententia adducitur regula. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbu. signifi. vbi idem voluit Tiraquel. super regula numero.47. licet contrarium voluerit Roman. in dict. §. si ei qui statim post principium & l. si finita in prin. nume.4.

GLOS. II.

ff. de dam. infect. & ante eum Lucas de Pena in.l. si quis decurio. columna.2. versiculo accusans quidam C. de decurio. libr. 10. per text. quem dicit expressum in.l. si ita stipulatus à Seyo. ff. de fideiusso. & in.l. nouissima. ff. iudic. sol. Sed verior est & receptior prior opinio, quam sequitur Iaso in. d. §. si et qui vltim. column. in principio, & Grego. Lupi in. l. 10. in verbo sino aduxere ad finem titulo. 29. part. 7. [ Hanc sententiam limitat ibi Iaso duobus modis. Primò nisi actor timens quòd reus non sistet in iudicio vsque ad sententiam fecerit eum satisfacere, & fideiussor promiserit eum exhibere, quoniam hac inspecie non liberatur eum semel exhibendo, sed debet sistere vsque ad sententiam. Secundò limitat, nisi fideiussor reum presentare promiserit toties quoties, vel ad voluntatem eius cui promittitur. Quoniam tunc non liberatur semel velbis presentando, sed vsque ad sententiam eiusque executionem reum exhibere tenebitur secundum Bal. in.l. qui crimen. 10. q. C. qui accusa. non poss. quem sequuntur Imol. Romano. Alexand. & Iaso in. l. si finita in principio. ff. de dam. in fe. idem Roman. & Socin. numero. 16. & 17. in.l. 2. §. vltim. ff. qui satisfacit. cogan. Paul. Castren. in.l. duobus. §. quod si reus ante finem, & ibi quoque Iaso numero. 19. ff. de iur. iuran. Alexan. in.l. qui bona. §. vltim. in fin. ff. de dam. in fe. & in consilio. 145. in principio libro. 2. Math. Afflict. decisio. Neap. 46. Luc. de Pena in. d. l. si quis decurio. colum. 4. vers. item dare videtur. C. de decurio. libr. 10. & plures alij ab Hypolito Marsil. citati in. l. vnus. §. cogniturum numero. 35. & 39. ff. de quæstio. Tiraq. in d. l. Boues. §. hoc sermone in principio numer. 49. & iterum limita. 26. numero. 4. & 5. vbi refert Ang. in. d. l. si finita & in.l. 2. §. qui exhiberi. ff. de custod. reo. dicentem hac in specie sufficere quòd fideiussor bis reum presentet, nec tertio teneatur exhibere sed post secundam presentationem liberetur per. l. qui bona. §. vltim. ff. de dam. infect. & in.l. fideicommissa. §. si quis decem ff. de leg. 3. & Angelum sequitur & multis argumentis defendit Lud. Roman. sibi contrarius in repetit. rub. ff. de arbit. colum. 10. versic. quid autem si compromissum est, & consilio. 15. in. 4. dubio, quorum sententia communiter improbat. Nam verba hæc toties quoties denotant infinitatem secundum Dyn. Alberi. Bald. Imol. & Alexan. in. d. l. qui bona. §. vltim. ff. de dam. in fe. cum concordantijs à Tiraq. congestis libro 2. de re. §. 1. glo. 2. numero. 11. & multis sequē. ad quā infinitatem nulli dubium, quin possit quis se sponte obligare, vt in.l. si ita stipulatus à Seyo. ff. de fideiussori. Socin. in.l. 2. §. in fideiussorem numero. 6. & 17. & 18. ff. qui satisfacit. cogan. [ Ad quid autem teneatur fideiussor in relaxatione à carcere datus, tradit optimè Nicola. Boeri. decisio. 314. & an via executiua procedatur contra fideiussorem iudicio sisti, vel iudicatum solui, vel de presentando reum in causa criminali traditur per Alexand. Socin. & Iaso. in. d. l. 2. §. in fideiussorem. ff. qui satisfacit. cogan. per Roderic. Xuar. in. l. 2. titu. 3. de los emplazamientos. §. sed pone quæstionem per totum libro. 2. fori. Lex igitur nostra procedit in satisfactione iudicio sistendi vel reum presentandi, De quibus supra numero. 3. vsque in finem prolixè loquuti sumus, & resoluā in glossa sequenti.

- 1 Fideiussor iudicio sistendi vel presentandi reum sub poena si incidat in poenam ob non paritionem, & poena non petatur intra annum, remanet deinceps liberatus.
- 2 Fideiussor in causa criminali vel civili an incurrat poenam in fideiussione appositam antequam fuerit monitus. & num. 3.  
Iudex ita demum incurrit poenam à lege impositam si causa non finierit intra certum tempus, si à parte fuerit requisitus non, aliàs.  
Mora purgatio non admittitur vbi est dies, & poena. d. num.
- 4 Fideiussor reum presentandi in carcere, si ab alio fuerit in carcerem missus & demum aufugerit, an poena luere teneatur.  
Fideiussor presentandi reum in carcerem an liberetur si ab alio fuerit captus ob aliam causam, & protestetur se amplius nolle teneri pro eo, sed à iudice custodiatur & detineatur, ibidem

b No le pueda ser mas adelante demandado. Nota textus singularem, quòd fideiussor iudicio sistendi, vel fideiussor, de la haz, Hispanè dictus, hoc est, presentandi reum sub poena in iudicio etiam in causa criminali, si incidat in poenam ob non paritionem rei in termino, & non petita fuerit poena intra annum à die poenæ incurfa numerandum, non poterit deinceps poena peti vel exigi. Quæ quidem decisio est peregrina valde, eam notat Roderic. Xuar. in tracta. de fideiussore in causa criminali in vltimis verbis, Gregorius Lupi in. l. 19. glossa vltima in fin. titulo. 12. de fideiussoribus part. 5. vbi discrimen insinuat illius, & nostræ legis, ibi enim lex designat tempus, intra quod tenetur fideiussor reum sistere in iudicio, quo clauso liberetur fideiussor à promissione iudicio sistendi, vel eum presentandi, ita vt non incidat in poenam, nempe, si intra triennium actor litem deseruerit, & non petierit quòd fideiussor rem exhibeat, hæc autem postquam fideiussor poenam in currit, quo pacto ab ea liberetur, nempe, si intra annum actor eam non petierit, quod tene menti perpetuo. [ Sed dubitatur, vbi reus captus potest sub fideiussoribus relaxari, si ipse promissit se presentare intra certum terminum, vel fideiussor pro eo, an termino clauso incurrat poenam in fideiussione vel obligatione appositam absque alia requisitione & monitione? Et Antonius Gomez tomo. 3. variarum resolutionum de delictis capit. 9. numero. 9. arguit ad partes. Et primo, p. parte negatiua quod non incurrat poenam nisi prius fuerit monitus vel requisitus à iudice, allegat. l. vltimā. C. vt intra cert. tempus crimi. quæstio termi. vbi iudex causam non finiens criminalem intra duos annos punitur poena, de qua ibi, si à parte fuerit petitum. Ex quo textu expendit regulam, quòd ita demum iudex incurrit poenam à lege impositam ob non finitam causam intra prefixum terminum, si à parte fuerit monitus & requisitus, non aliàs ad idem cita textum in. l. properandum. §. sin autem vtraque. C. de iudi. & in auth. hoc amplius. C. de fideiussoribus. l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect. vbi Ripa. numero. 10. Anto. in capit. penul. numero. 11. & ibi Panormi. numero. 19. de iudi. idem voluit Panor. in cap. finem litibus numero. 34. de dolo & contum. Paul. Castren. in rubr. C. quom. & quan. iud. Alexā. in. l. properandum numero. 8. C. de iudi. Ioan. de Plat. in. l. penult. numero. 4. C. de anno. & tribut. libro. 10. Felin. in capit. sin autem numero. 4. de rescrip. Iaso in l. vniuersa numero. 6. C. de precib. Impe. offeren. Marsil. in practica causarum crimina. §. nunc videndum numero. 3. & 4. & in repeti. rubr. ff. de fideiussoribus. num. 144. cum concordantijs per Antoni. Gomez traditis vbi supra & à me congestis in stylo cancellariæ titu. 1. præmi. 17. casu. 12. declaratio. 13. glo. 1. [ Oppositum nihilominus verius esse censet Anto. Go. d. cap. 9. nu. 9. versicul. sed his non obstantibus, quoniam promissio vel fideiussio illa habet diem & poenam, merito incidit promissor in moram, & poenam cuius purgatio minimè admittitur iuxta tex. in. l. magnam. C. de contrah. & com. stip. c. cū in cunctis. §. cū verò de electio. c. 2. de concessio. preben. c. licet canon de electio. li. 6. l. 2. C. de sponsal. cap. potuit de loca. ad. l. vltim. C. vt intra certum tem. responde vt per Anto. Gomez ibi ibidem. [ Vbi etiam quærit in fine eiusdem numeri quid si reus quem promissit intra certum tempus presentare fuerit intra id tempus ab alio carceri traditus, deinde aufugit, an tenearis iterum exhibere, vel in defectum poenam conuentam luere: In quo articulo distinguit dicens, aut pro eadem causa fuit carceri mancipatus ab alio, & fideiussor liberatur: quem admodum debitor liberatur quando ab alio est facta solutio. l. soluendo. ff. de nego. gest. l. solutionem. ff. de solutio. §. 1. in l. quib. mod. tolli. oblig. l. cum seruum pecuniam ff. de verbo. obliga. Sin autem reus captus fuit ex alia causa vel pro alio crimine, & tunc fideiussor non liberatur, nisi moneat iudicē, vel coram eo protestetur, vt reum captum custodire faciat, eumque habeat pro exhibitio & presentato, quoniam non vult amplius pro eo teneri, tunc enim licet aufugiat, amplius exhibere non tenebitur, etiam si promissit toties quoties & c. quod dicit esse notabile & quotidianum in praxi. Quam conclusionem nuncupatum ait tenere Ioann. And. in addi. ad Specula. in titu. de accusatione. §. sequitur. 4. columna versiculo item quæritur Angel. de Perusio in. l. 2. §. qui exhibendi numero. 5. ff. de custod. reo. Barba. in rubr. de fideiussoribus numero. 4. Hypolitus Marsilijs in repetitione rubricæ. ff. de fideiussoribus numero. 142. Montalu. dixit hoc habuisse in contingentia facti in. l. 4. titulo. 3. libro. 2. fori in verbo o por fiador.

LEY. XI.

Que los merinos de los adelantados den fiadores:

Don Enrrique segundo en Burgos, era de. 1405. Ley. 9.

Los merinos que por nuestros adelantados fueren puestos sean tenudos de dar fiadores en la cabeça dela merindad, a hasta en quantia de veynte mil marauedis.

GLOSS. I.

De dar fiadores en la cabeça de la merindad. Concordat lex. 3. titulo. 4. de prefectis Castellæ & merinis supra libro. 3. vbi quantitas satisfactionis augetur vsque ad triginta millia marapetitorum, sed lex illa de loca tenentibus loquitur.

El preso por cosas liuianas si fuere dado en fiado no auie do parte por la misma causa pasados sesenta dias no le tornen à prender ley. 18. titulo. 9. libro. 3.

El preso por condenacion pecuniaria sea suelto dando fianzas, ley. 16. titulo. 18. lib. 4.

Queno se pueda vender ni prestar, ni dar en fiado a ningun estudiante, sin voluntad de su padre, o de aquel que le tuenere en el estudio, ley. 4. titulo. 7. libro. 1.

Los legos no hagan cartas ni contractos ante los vicarios ni notarios de las yglesias. si no en las cosas pertenescientes a las yglesias, ley. 9. titulo. 1. libro. 4. ley. 18. titu. 25. eodem lib.

Que los legos no se son etan a la jurisdiccion ecclesiastica, ni se obliguen con juramento sobre cosas profanas si no en ciertos casos, ley. 10. u. 12. titulo. 1. lib. 4.

Que los acreedores por su authoridad no prendan a los deudores, ni les tomen sus bienes, ley. 5. 6. titu. 13. lib. 4. l. 1. tit. 17. infra hoc lib.

La muger no sea obligada por deudas o fianzas de su marido ley. 7. titulo. 3. hoc libro. 5. y alli ley 9. que la muger no se pueda obligar demancomun, ni salir por fiadora de su marido: sino fuere por rentas reales o pechos, o quando se conuertio en su prouecho.

La muger no pueda ser presa por deuda que no descienda de delicto, ley. 8. 10. titulo. 3. supra hoc libro.

Ningun estrangero trate en Indias, ni compre oro ni plata en barras ni en pasta, ley. 5. titulo. 18. libro. 6. ley. 11. titulo. 10. supra hoc libro.

Ningun hyo familias ni menor pueda comprar ni tomar en fiado. Y el contracto, juramento, ni fiança no valan, y incurran en la pena de la ley. 22. titu. 11. deste libro, la qual dispone, que incurran en las dichas penas

penas, los que compraren o se obligaren o tomaren en fiado para quando heredaren, y que los corredores que en esto intervinieren sean castigados.

¶ En que manera los deudores por causas civiles que se re trahen a las yglesias con sus bienes, pueden ser sacados dellas ley fin. tit. 2. lib. 1.

¶ Los hijosdalgo no puedan ser presos por deudas. l.

4. titulo. 2. libro. 6.

¶ Los procuradores de los pueblos que vinieren a la corte no puedan ser detenidos por deudas de su concejo, pero por las propias si, ley. 11. titulo. 7. libro. 6.

¶ Los deudores que se retruxeren a las fortalezas sean remitidos a sus jueces. ley. 2. tit. 16. lib. 8.

## TITULO DIEZ Y SIETE de las prendas y repressarias,

LEY. I.

GLOS. I.

¶ Que ninguno prenda a otro por deuda ni en otra manera alguna, salvo las guardas de los montes y pastos.

¶ Don Alonso en Alca, era de. 1386. titulo. 18. ley. 1. don Juan. 1. en Valladolid, año. de. 1385. l. 12.

¶ Contra derecho y contra razon es, q los hombres hagan prendas por lo que les deuen por su autoridad, no les auiedo dado poder los deudores para los prender: y sin razones, que vnos sean prendados por lo que otros deuen. Por ende mandamos, que ningun hombre no sea ofado de prender a otro, ni vn concejo a otro, por cosa que digan que le deuan, o ayan de cumplir o de hazer, ni de prender a alguno por deuda que otro deua. <sup>b</sup> Saluo si lo pudiere hazer, porque la otra parte se obligo y le dio poder para que le pudiese prender. <sup>c</sup> Y qualquiera que contra esto hiziere, que caya por ello en pena de forçador. <sup>d</sup> Pero que los guardadores de los montes, e del pan, e del vino, y de los pastos, y de los terminos, <sup>e</sup> porque son personas publicas, <sup>f</sup> que puedan prender segun sus fueros y costumbres que há, sin la pena desta ley.

1 Legis nostra duplex intellectus, & num. 2. Pignora aliquem propria autoritate non licet eodem, & num. 1.

2 Capere nemo priuatus potest aliquem propria autoritate.

3 Capi potest propria autoritate deprehensus in fragante crimine.

Debitur fugitiuus capi potest propria autoritate cum pluribus extensionibus & limitationibus remissive, ibidem.

4 Capere licet propria autoritate debitorem vel delinquentem ob defectum iudicis.

Capere alium propria autoritate quibus casibus liceat, remissive, ibidem.

Carceris priuati materia, remissive, ibidem.

1 Que ningun hombre no sea ofado de prender a otro, ni vn concejo a otro, por cosa q digan, q le deua o ayan de cumplir, o de hazer. Dupliciter intelligi potest lex ista. Primò vt nemo priuatus pignoret alium propria autoritate, hoc est, ne pignora capiat absque iudicis mādato, & hic est verior intellectus & accomodatior literæ.

2 [ Aliter intelligi potest, nempe, vt nemo priuatus debitorem suum capere possit propria autoritate, vt in. l. nullus. C. de iudeis, & l. 1. in principio. ff. quo. lega. & l. 14. titulo. 14. de solutionibus par. 5. Et peculiariter statuitur in. l. 5. titu. 23. de executoribus supra libro. 4. vbi carcerem priuatum nemini facere licet, sicut nec ius sibi dicere. l. 9. & 10. titulo. 4. de iudicibus part. 3. l. 5. titulo. 13. de restitu. spolia. sup. libro 4. [ Plures tamen sunt casus, in quibus quilibet priuatus potest alium capere propria autoritate, & ius quodammodo sibi dicere: veluti si quis capiat deprehensum in fraganti crimine. l. 1. C. de raptu virgin. Bartolo in. l. generali. C. de decurio. libro. 10. Panormitan. & Ripa in capit. 1. numero. 87.

de iu-

de iudi. vel in debitore fugitiuo, vel suspecto defuga: l. ait pætor. §. si debitorem vbi Bar. & doctor. ff. que in fraud. credi. Ripa in cap. 1. de iudi. numer. 88. & 89: qui hoc ampliat modis vndecim, & octo tradit limitationes, & latius Cacialupus in peculiari tractatu de debitore fugitiuo. q. 3. & 41. Rod. Xuar. in. l. 2. titu. 3. de los enplazamientos libr. 2. fori. §. sed attende numer. 20. l. 10. tit. 15. de cessione bonorum vbi Gregor. Lupi part. 5. Marfil. singul. 43. incip. debitor fugitiuus Iaso in. §. 1. insti. de actio. nume. 27. & ibi Ludo. Gomez numero. 59. Paul. Paris. conf. 101. numero. 6. & conf. 107. num. 52. & conf. 99. num. 3. lib. 3. doctor. in. l. 66. Tauri Anto. Rub. in rep. l. non solum. §. morte nume. 241. ff. de no. ope. nuncia. Iaso in. l. vinum num. 3. & l. pecuniam numero. 9. ff. si cert. pet. & Segura in repeti. lab exheredati substituto num. 5. vsque ad. 9. & ibi Dida. Perez. ff. de leg. 1. & latissimè omnium Petr. de Dueñas in regula. 175. incip. debitor fugitiuus addens ampliationes sex, & tres limitationes. [ Tertius casus est propter defectum iustitiæ, qua in specie licebit propria autoritate debitorem capere & ius sibi dicere secundum gloss. in. d. l. nullus. C. de iudæ. & in cap. ius gentium. 1. distin. Innocen. in capit. olim de restitu. spolia. Alex. optimè conf. 11. nume. 9. lib. 1. & in. l. 1. §. nunciatio nume. 7. ff. de noui. ope. nun. Abb. & Ripa in. d. c. 1. de iudi. numero. 89. verficulo. 3. casus, vbi plura familia congerit, sed hic casus corrigitur per. l. 10. infra eodem ibi, ni porque digan que les sea denegada la justicia. Alios enumerat casus Bart. & Plat. in. d. l. generalia. C. de decurio. lib. 10. Specula. in titu. de actio. §. 1. verficulo qui vult Dida. Perez in. l. 5. titulo. 14. libro. 3. ordinaria. columna. 1264. vbi de carcere priuato etiam tractat & in. l. 17. tit. 14. de executoribus libro. 2. ordinaria. columna. 563. Alios plures casus enumerat Matheus Affli. in constitutionibus Siciliae libr. 1. rub. 8. in constitu. incip. pacis cultum numero. 14. & pluribus sequenti.

GLOSS. II.

b Ni de prender a alguno por deuda que otro deua. Pignorationes, quas vulgus repressarias vocat, sunt omnino prohibite, dicam in. l. 10. & 11. infra eodem.

GLOSS. III.

1 Propria autoritate non licet creditori pignora a debitore capere, alias committit vim, & incidit in dictum diui Marci.

Propria autoritate licet creditori pignora capere a debitore, quoties ita fuit conuentum, ibidem.

Lex. 3. C. de pignoribus intelligitur, ibidem & sequenti.

2 Propria autoritate licet creditori pignora a debitore capere, si ei data fuit licentia in vltima voluntate.

3 Propria autoritate licet alicui possessionem alterius ingredi, si in contractu emptionis vel alio quocumque ei concessa fuerit facultas ingrediendi.

Propria autoritate rem emptam occupans dicitur prado, nisi sibi fuerit data facultas ab ipso contrahente, ibi.

Pactum quod quis possit possessionem propria autoritate capere potest alteri cedi, ibidem.

4 Pactum quod possit creditor rem capere propria autoritate an exerceri possit, aduersus singularem successorem.

5 Exequendi ius in esse productum transit in singularem successorem.

Exequendi ius donec debitum sit liquidatum non est in esse productum, ibidem.

Pactum ingrediendi propria autoritate an exerceri possit contra singularem successorem, ante quam constet a debitore habere causam, ibidem.

6 Pactum ingrediendi propria autoritate quomodo exerceri possit contra singularem successorem, & que verba in contractu apponi debeant, que hoc denotent omni casu, & num. 7.

7 Pactum ingrediendi propria autoritate simul cum constituto aut precario exercetur etiam contra defacto resistentem, etiamque si debitum non sit liquidum.

Constitutum transfert vtranque possessionem precarium civilem tantum, ibidem.

8 Constitutum cum pacto ingrediendi operatur, vt contra factu resistentem, possit propria autoritate possessio occupari, remissive.

Pactum ingrediendi propria autoritate perdit effectum, si debitor resistit de facto, non sic si verbo tantum ibidem.

9 Pactum capiendi personam debitoris propria autoritate nil valet ex receptoria sententia.

Ius capiendi debitorem fugitiuum propria autoritate alteri cedi potest, ibidem.

c Y le dio poder para que le pudiese prender. Regulariter non licet creditori pignora capere a debitore propria autoritate, nec possessionem alterius occupare, alias vim committit, vt dicam in glossa sequenti, & incidit in edictum diui Marci. l. extat. ff. quod metus causa. l. penultima & finalis. ff. ad legem Iuliam de vi priua. l. 11. 13. & 14. titulo. 14. de solutionibus part. 5. & probatur expresse in lege nostra, vt dixi in glossa. 1. numero. 1. Quæ regulam limitat & restringit, nisi ex pacto & conuentione possessionem vel quodlibet pignus: creditor propria autoritate occupauerit, quod in punefacere licet. Idem probat textus optimus in. l. 3.



C. de pigno. & in l. pen. C. de pignora. actio. l. qui ratio in fin. ff. eo. l. 11. tit. 13. de pigno. & l. 14. tit. 14. de solutio. par. 5. & l. 14. in fi. tit. 10. par. 7. [ Quam limitationem primo extende, vt licentia ingrediendi propria autoritate possessionem alterius concedi possit non solum per contractum, verum etiam in vltima voluntate, vt in l. Ticia cum testamento. §. 1. secundum tertiam lecturam. ff. de lega. 2. valet nanque argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. l. ferum filij. §. cum qui chirographum. ff. de lega. 1. quod potissimum vel ex eo comprobatur, quod ex vltima voluntate dominium transfertur absque traditione in legatis, vt in l. à Titio. ff. de furt. ex quo hanc extensionem tradit Bar. in repe. d. l. 3. num. 9. C. de pigno. vbi etiam Sali. Bal. in l. legis Iulie in fin. C. qui bon. cede. poss. Ange. in d. l. 3. num. 3. C. de pigno. [ Secundo amplia, vt procedat non solum in pignore, sed & in venditione & alijs contractibus, in quibus communiter solet dari licentia emptori occupandi rem venditam propria autoritate, tale enim pactum valet, & potest eo mediante possessio rei vendite propria capi autoritate, vt in l. Titius. ff. de seru. exportan. l. 1. & 2. C. si fer. exportan. vene. l. 1. C. si micip. ita fue. aliena. est enim pactum hoc vtile in quibuslibet contractibus, quemadmodum & in pignore, nā aliās pacto deficiente si quis rem, quam ex contractu habere debet, propria autoritate occupauerit, dicitur pcedo. l. si ex stipulatione ff. de acqui. poss. l. nec ex uera. C. eod. tit. ex quibus hoc voluit. Bar. in repe. d. l. 3. num. 10. C. de pigno. & ibi Ange. nu. 3. & Sali. Bal. in d. l. legis Iulie. C. qui bon. ced. pess. Tertio amplia, vt pactum hoc cedi possit, vt notant Bart. Ang. Imol. Roma. Paul. Castr. Alex. & Iaso. in l. 1. §. vlt. ff. de noui ope. nun. per illū tex. Deci. conf. 191. estque communis opinio, licet nonnulli voluerint contrarium, vt constat ex Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 26. num. 59. 60. & seq. [ Quarto extende traditionem hanc, vt procedat etiam contra singularem successorem, licet enim debitor, rem pignori subnixā, cū pacto vt possit eā capere propria autoritate si debitū tēpore constituto nō soluerit alij vendiderit & traderit, poterit creditor quantitate sibi debita non soluta, possessionem eius rei propria autoritate ingredi, licet sit apud singularem successorem causam habentē ab ipso debitore, vt autoritate Accursij in d. l. 3. C. de pigno. affuerant ibi Bar. in repe. num. 24. versicu. hoc pmissio & Bal. nu. 3. col. pen. post mediū, et Ang. nu. 5. Alex. conf. 85. nu. 4. lib. 6. Sin autē singularis successor & eius rei possessor habet causam ab alio, & nō ab ipso debitore, nihil operatur tale pactum: nec contra huiusmodi singularem successorem vires suas porrigit, vt resoluunt pcedati docto. in d. l. 3. C. de pigno. contra glo. ibi oppositum sentientem. Verū licet in pacto apposito ad executionem pignoris hæc vera sint, aliud erit, si pactum hoc fuerit appositum ad executionem actionis personalis, vt si apponatur in venditione, quoniam tunc exerceri non poterit contra singularem successorem, nisi alienatio fuerit in fraudē facta, priusque fuerit rescissa, vt in §. itē si quis in fraudem insti. de actio. fatis tamen erit alienationem fuisse per legem reuocatam, vt in casu. l. Titius. ff. de seru. exportan. & l. si quis sub hac. ff. de cōtra. emp. cū enim

rescindatur à lege, necesse non est, quod à iudice rescindatur, vt in l. quæ sub conditione. §. penul. ff. de condi. institu. quod pcedati docto. in d. l. 3. fatentur. [ Vbi iidem subdunt necessarium non esse (vt pactū hoc transeat in singularem successorem) debitum esse liquidum, vel liquidatum, quo tempore alienatio per debitorem facta fuit, quoniam cū eo tempore iam fuerit ius exequendi in esse productum, transfuit nimirum in singularem successorem. vt in l. si superatus §. 1. ff. de pigno. & in l. si mater. §. vlti. & l. iudicatz. §. si. ff. de excep. rei iudi. secus si tunc temporis liquidū non esset, vt ibi per eos. Quatenus autem dicunt, priusquam creditor vti possit huiusmodi pacto contra singularem successorem, constare debere apud iudicē, successorem causam habere ab ipso debitore saltem sumariē, & hoc constituto, posse ingredi propria autoritate rei pignoratæ possessionem, nisi esset notorium ab eo causam habere: crederem huiusmodi liquidationem necessariam non esse, nisi realiter successor resisteret, cum in causæ cognitione vel prosecutione posset liquidari. [ Querit tamen singulariter Bart. in repe. d. l. 3. C. de pigno. numero. 25. an possit adhiberi remedium, quo indistinctē contra successorem à debitore causam habentem, possit hoc pactum exerceri, vel fieri executio contra eum ex sententia lata contra debitorem, vel hodie iure regio ex instrumento publico, etiam si ius exequendi non erat in esse productū tempore alienationis? Et resoluit in contractu pignoris hoc fieri posse, si vltra pcedatam conuentionem & licentiam creditori concessam propria autoritate capiendi rem hypothecæ subnixam, adiectum fuerit pactum de non alienando eam rem, tunc siquidem cū alienatio sit nulla, vt in l. si creditor. §. si. ff. de distra. ctio. pigno. transit nimirum contra successorem ius exequendi, quoniam alienatio est rescissa per legem arg. eorum quæ diximus supra numero. 4. in fin. & in stylo cācellarię tit. 1. pcedati. 17. casu. 20. declara. 6. glo. 3. post Rode. Xuar. in repe. l. post rem iudicatam in l. etione. l. regie lmi. 1. [ Aliud etiam remedium adhiberi potest, vt huiusmodi pactū exerceri possit in singularem successorem etiam resistentem, etiamque si debitum non sit liquidum, nempe, si is qui id pactum apposuit adiecit ei constitutum simplex aut cum precario, constituendo se nomine creditoris possidere simpliciter aut precario. Cuius ratio est, quia apud iudicem est vtraque possessio ex constituto quesita, vel ciuilibus ex precario: quare potius dicitur defendere suā possessionem, quam occupare alienam arg. l. cum secundū. & l. qui possessionem. ff. de vi & vi arma. Hęc fuit sententia Iacob. Butro. cui accessit Bart. in repe. d. l. 3. C. de pignor. numero. 25. versicu. sed pone, & ibi quoque Salice. quest. 8. Bald. consilio. §. 8. libro. 5. Imol. in cap. potuit numero. 32. de loca. Paulus Castrensis consilio. 10. numero. 4. libro. 1. Francif. de Aret. consilio. 21. columna penulti. in. 3. dubio, vbi hoc procedere ait etiam contra ecclesiam, Antonius Capi. decisione Neapolitana. 182. numero. 8. Alexand. consilio. 85. numero. 4. libro. 6. & consilio. 185. numero. 3. eodem libr. 6. Socinus consilio. 82. columna. 2. versicul. 5. conclusio libr. 3. Guido Papæ decisio. 356. versicul. septimus est Alber. Brun. consilio. 93. numero. 9. Ludou. Gozadi. confi.

consilio. 28. numero. 15. & consilio. 42. numero. 3. 12. & 15. in fin. & consilio. 95. numero. 8. & 9. Tiraquell. in libr. de constituto. 1. part. numero. 43. vbi hoc tripliciter limitat numero. 45. & sequentibus, & potissimum vbi fit incontinenti post alienationem, secus si ex intervallo per. l. qui possessionem. ff. de vi & vi arma. & l. 3. §. cum igitur eodem titulo secundū Paul. & Imol. vbi supra & Carol. Rui. consilio. 127. columna. 2. lib. 5. quibus ad de tex. optimum in l. 4. titulo. 10. de donatio. supra hoc eodem libr. vbi dixi in glo. 3. numer. 4. [ Ibi que conclusionem quam supra hac gloss. nume. 1. expendimus ex lege nostra limitauimus, vt procedat, si debitor aut non resistat, aut solo verbo resistat, vt plures probat Bart. in repe. d. l. 3. C. de pigno. numero. 18. & 19. ibidemque numero. 4. & 5. hoc iterum sublimitaui, nisi debitor se constituerit nomine creditoris possidere, quia tunc etiam si resistat poterit creditor possessionem ingredi ad ibi dicta lectorem relego, ne actum agam. [ Pactum autem capiendi personam debitoris propria autoritate nil valet secundum Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio, & ibi Aretin. cuius doctrina frequentius recipitur teste Ripa in l. obligatione generali numero. 21. ff. de pignor. idem attestatur domi. Didac. Couarru. libr. 2. resolutio. cap. 1. numero. 7. in fin. ibique reddit rationem & numer. 1. ad finem, est tex. in l. 3. tit. 13. de pignori. par. 5. Sed vbi aliās iure cōpetit vt in debitore fugituo poterit hoc ius alteri cedi, vt Tiraq. probat libro. 1. de retractu. §. 26. glossa. 3. numero. 24.

G L O S S. IIII.

- 1 *Pœna rem ab alio possessam inuadentis propria autoritate.*
  - 2 *Lex si quis in tantam. C. vnde vi cum similibus expenditur ibi, & num. seq.*
  - 3 *Vis fieri censetur, quoties quis rem ab alio possessam propria occupat autoritate. Propria autoritate pignus occupans à debitore pro debiti solutione amittit non solum ius pignoris, sed & ipsum debitum, ibidem. Lex extat. ff. quod met. cau. cum similibus exponitur, ibidem.*
  - 4 *Pœna legis si quis in tantam. C. l. extat. quod me. cau. cum similibus non seruatur ex consuetudine totius ferè orbis christiani. Pœna arbitraria locus erit propter excessum in casu l. si quis in tantam. C. vnde vi, & l. extat. ff. quod met. cau. arbitrio iudicis, ibidem.*
- d *En pena de forzador. Contra violentos occupatores & inuassores plurima sunt à iure constituta remedia, de quibus latè agit Francif. à Ripa in repe. cap. sæpe de resti. spolia. Sed quod attinet ad l. nostram & eius pœnam: pcedendum est, eum, qui alienam possessionem violenter inuadit, debere eam restituere, &*

si dominus eius rei erat priuari dominio, & si dominus non erat, vltra restitutionem eius à iudice demandus est in estimatione & valore ipsius, vt in l. si quis in tantam. C. vnde vi, & in §. sed ne dum talia insti. vi bonorum raptu. l. 10. tit. 10. part. 7. l. 4. titulo. 4. libro. 4. fori. l. 1. titulo. 13. de resti. spoliato. supra libr. 4. capit. placuit. 16. quest. 1. cap. vlti. 1. quest. 4. [ Quorum legum pœna non modo obtinet in inuassore rei alienę eamque auferente ab eius domino, verum etiam si propria autoritate rem ab alio possessam, cuius alter erat dominus inuaserit, vt probat Didac. Perez in l. 2. titulo. 14. libr. 3. ordina. glossa vltim. columna. 1256. & sequ. Ant. Gomez in l. 45. Tauri nu. 187. Alia circa materiam. l. si quis in tantam. C. vnde vi latissimè tradit Francif. Ripa in d. capit. sæpe de resti. spolia. à numero. 68. vsque in finem, & Math. Afflictus in cap. 1. de pace iuram. firman. à numero. 43. vsque ad num. 93. cui triginta & octo tradit limitationes. [ Secundo eadem pœna afficitur creditor, qui propria autoritate rem sibi pignoratam inuassit, vis enim fieri dicitur ex edicto diui Marci, non solum si homines vulnerentur, verum etiam quoties id quod sibi debetur per iudicem nō reposcit, sed propria autoritate inuadit l. extat. ff. quod met. cau. l. vlti. ff. ad l. Iul. de vi priua. l. 11. titulo. 13. de pignori. part. 5. l. 14. titulo. 14. de solutio. cad. par. l. 6. tit. 9. l. 14. titulo. 10. part. 7. Lex etiam nostra & l. 1. & 5. titulo. 13. de resti. spolia. supra libr. 4. ex quibus legibus constat creditorem, rem sibi pignoratam propria autoritate occupantem pro debiti solutione, amittere non solum ius pignoris iuxta notata per doctores communiter in d. l. extat teste Gregorio Lupi in d. l. 11. glossa vltima titulo. 13. part. 5. verum etiam debitum principale, vt expressim statuitur in l. 14. titulo. 10. part. 7. vt ibi doctē aduertit Gregorius Lupi, licet aliud senserit in d. l. 11. titulo. 13. & l. 14. titulo. 14. part. 5. adde Ripam in d. capit. sæpe numero. 85. incip. 9. du bitatur [ Nonnulli tamen doctores asserunt, harum legum & similibus rigorem nempe legis nostrę & l. si quis in tantam. C. vnde vi & l. 11. titulo. 13. part. 5. esse explossum communi totius orbis christiani vsu, vt attestatur Specula. in titulo. de resti. spolia. §. 1. versiculo item quidam, Guillelm. Benedictus in repetitione capituli Raynutius in verbo si absque liberis. 2. titulo de legatis & fideicommissis numero. 148. de testamentis, & dominus Didacus Couarruias libro. 3. resolution. capite. 16. numero. 7. versicul. his præterea suffragatur in fin. & Philip. Probus ad Ioan. Monach. in cap. eum qui nu. 3. de pced. lib. 6. Atque ita semper vidi praticari, vt ea pœna priuationis iuris sui non sit in vsu, sed punitur inuassor iudicantium arbitrio in regijs pcedatorijs, quicquid in contrariū attestetur Did. Perez in l. 2. in verbo entrare tit. 14. li. 3. ordina. colu. 1255. & seq. dicens cas pœnas non esse antiquatas, imo per legem. 1. Tauri confirmatas: & si sibi casus similis obuenerit maiori fortè afficeret pœna inuassorem, quod non negamus, si vltra rei occupationem aliās excederet, vt in specie. l. 5. titulo 13. de resti. spolia. supra. libro. 4. nempe, si debitorem non suspectum de fuga ad carcerem duceret vel filium eius propria autoritate, & bona eius occu-

parat, tunc fateor esse damnandum poena carceris priuati, vt ibi dicitur. quæ capitalis est, vt in l. vna. C. de priua. carceri. & l. 15. tit. 29. par. 7. vbi Gre. Lupi & Dida. Perez in l. 17. tit. 14. lib. 2. ordina. colu. 562. & sequentibus. l. 12. tit. 4. & l. 2. titu. 14. libro. 4. fori. l. 2. tit. 13. de legibus fraternitatis infra lib. 8. l. 10. infra. eod. vbi dicam in glo. 7.

GLOSS. V.

Y de los pastos y de los terminos. De quorum officio dicemus in l. 12. tit. 7. de terminis publicis infra lib. 7.

GLOSS. VI.

- 1 Custodes montium, vel Saltuarij dicuntur persone publicæ. Custodes potest priuatus quilibet constituere pro re sua custodienda, ibidem.
- 2 Custodes priuati pignora capere non possunt, ibidem.
- 3 Custodia cura ad eum pertinet qui fructus colligit. Custodes ponere est signum possessionis, ibi.
- 4 Custodes priuati an possint includere animalia damnâ in re domini inferentia. Dominus fundi an possit capere & includere animalia ad damnum in fundo suo inferentia, ibidem.
- 5 Cautio an sit præstanda à domino animalium de restituendo damnum antequam animalia ei tradantur.

